## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

+ *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
+ *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
+ *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
+ *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página `http://books.google.com`

Digitized by Google

3458

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google




W. d. Broen sc.

Digitized by Google




Digitized by Google

Digitized by Google

# HUGONIS GROTII
# DE JURE
# BELLI AC PACIS
## LIBRI TRES,

In quibus Jus Naturæ & Gentium, item Juris Publici præcipua explicantur.

*Cum* ANNOTATIS *Auctoris, ejuſdemque* Diſſertatione de MARI LIBERO;

ac Libello ſingulari

de ÆQUITATE, INDULGENTIA, & FACILITATE:

*Nec non*

JOANN. FRID. GRONOVII V. C. NOTIS in totum opus de Jure Belli ac Pacis.

Editionem omnium, quæ hactenus prodierunt, emendatiſſimam, ad fidem priorum & optimarum recenſuit; loca pleraque Auctorum laudatorum diſtinctiùs deſignavit; innumeros in illis errores ſuſtulit aut indicavit; Notulas denique addidit

JOANNES BARBEYRAC,

JC. & Publici Privatique Juris Anteceſſor Groninganus.

AMSTELÆDAMI,
EX OFFICINA WETSTENIANA.
CIƆ IƆ CCXX.
*Cum Privilegiis.*

Digitized by Google

B.479.729

## *Summa Privilegiorum.*

PRivilegiis a Sacra Cæſarea Majeſtate, nec non Chriſtianiſſimo Galliarum Rege, ut & Præ-potentibus Dominis Fœderatæ Belgicæ Ordinibus, Petro Grotio conceſſis, cautum eſt, ne quis citra ejus voluntatem & conſenſum per 15. annos Hugonis Grotii Opera vel aliquam eorum partem quacunque formâ aut in aliam linguam verſa imprimat aut excudat, vel alibi impreſſa in eorum ditiones inferat atque divendat ſub omnium librorum & alia inſuper pecuniæ mulcta, quemadmodum latius in diplomatibus patet.

*Horum privilegiorum jus omne in Joannem Blaeu tranſcripſi*

P. GROTIUS.

C.

Digitized by Google

SEreniſſimi ac Potentiſſimi Principis FRIDERICI AUGUSTI, Poloniæ Regis; Saxoniæ & C. Ducis, S. R. Imp. Archi Mareſchalli & Electoris, ut & ejuſdem S. R. Imp in partibus quæ jure Saxonico utuntur p. t. Vicarii, privilegio R. & G. Wetſteniis ac Janſſonio-Waesbergiis, Bibliopolis Amſtel. clementiſſime conceſſo cavit, ne quis præter ipſos *H. Grotii de jure belli ac pacis libros, cum notis J. F. Gronovii & Varior. in forma majoris Octavi* quod vocant, in omnibus Electoratus Sui & adjectis ditionibus, intra decem annos recudere, nec alibi recuſos invehere, diſtrahere vel divendere præſumat: ſecus ſi quis fecerit, centenis aureis Rhenanis & confiſcatione omnium exemplarium mulctabitur; prout fuſius habet diploma datum Dreſdæ a d. XXIV. *Aprilis* CIↃ IↃ CCXIX.

---

# PRIVILEGIE.

DE Staten van Hollandt en Weſtvrieſlandt, doen te weeten: Alſoo ons vertoont is by *Rudolph* en *Gerard Wetſtein* en de *Janſſoons van Waesberge*, Burgers en Boekverkopers binnen Amſterdam, dat ſy Supplianten door publyke kopinge hadden verkregen het regt van Privilegie van ſeeker boek genaemt, *Hug: Grotius de Jure Belli & pacis cum notis Authoris, Gronovii*, & *Guil. van der Muelen*, ſo in octavo als in folio, en alſo het voorſz. Privilegie was komen te expireren, en de Supplianten van voornemen waeren, deſelve boeken te herdrucken, en daer by te voegen de noten van *Teſmarus* en *Obrechtus*; en gewaerſchouwt ſynde, dat deſelve boeken gedreigt worden om buytenlands te werden nagedruckt, en daer van een groot getal in deeſe Provintie ſoude werde ingevoert, tot haer Supplianten ſeer groote ſchaden en nadeel, Reedenen waeromme de Supplianten haer waere keerende tot Ons, onderdaniglyk verſoekende verlenginge van 't ſelve Octroy en principalelyk op de voorſz: noten om daer van geen Extracte te maeke in andere taele en formaten voor de tyt van vyftien eerſt agtereenvolgende jaeren, op een peene van drie duyſent guldens tot meerder afſchrick van de nadruckers. SOO IS 'T, dat wy de ſaeken en 't verſoek voorſz: overgemerkt hebbende en geneegen weeſende ter beede van de Supplianten, uyt Onſe regte Weetenſchap, Souveraine Magt en Authoriteyt, deſelve Supplianten geconſenteert, geaccordeert ende geoctroyeert hebben, conſenteeren, accordeeren ende Octroyeeren haer mits deeſen, dat ſy geduurende den tyt van vyftien eerſt agtereenvolgende jaeren het voorſz: boek genaemt *Hug. Grotius de Jure belli & Pacis cum notis Authoris, Gronovii, Guill. van der Muelen*, en bygevoegde noten van *Teſmarus* en *Obrechtus*, ſo in octavo als in folio binnen den voorſz. onſen Lande alleen ſulle moogen drucken, doen drucken, uytgeven en verkopen, verbiedende daerom alle ende een yegelyk, het ſelve boek in 't geheel of ten deel te drucken, naer te drucken, te doen naerdrucken ofte verhandelen ende te verkoo-



Digitized by Google

koopen, op de verbeurte van alle de naergedruckte, ingebragte verhandelde ofte verkogte Exemplaeren, ende een boete van drie duyſend guldens daerenboven te verbeuren, te appliceeren een derde part voor den Officier, die de Calange doen ſal, een derdepart voor den armen der plaetſe daer het Caſus voorvallen ſal, ende het reſteerende derdepart voor de Supplianten, ende dit t'elkens ſo menigmael als deſelve ſullen werden agterhaelt, alles in dien verſtande dat wy de Supplianten met deeſen onſen Octroye alleen willende gratificeeren, tot verhoedinge van haere ſchaade, door het nadrucken van het voorſz. boek, daer door in geenigen deelen verſtaan den inhouden van dien te authoriſeeren, ofte te advoueeren, ende veel min het ſelve onder Onſe protectie ende beſcherminge, eenig meerder credit, aenſien ofte reputatie te geeven, neen maer de Supplianten in cas daer inne iets onbehoorlyks ſoude influeeren, alle het ſelve tot haeren laſten ſullen gehouden weeſen te verantwoorden; tot dien eynde wel expreſſelyk begeerende; dat by aldien ſy deeſen Onſen Octroye, voor het ſelve Boek ſullen willen ſtellen, daer van geen geabrevieerde ofte gecontraheerde mentie ſullen mogen maken, nemaer, gehouden ſullen weſen het ſelve Octroy in 't geheel, en ſonder eenige omiſſie daer voor te drucken ofte te doen drucken, en dat ſy gehouden ſullen ſyn een Exemplaar van 't voorſz: Boek, gebonden en wel geconditioneert, te brengen in de Bibliotheek van Onſe Univerſiteyt tot Leyden, en daer van behoorlyk te doen blyken, alles op pœne van het effect van dien te verlieſen. Ende ten eynde de Supplianten deeſen Onſen Conſente en Octroye mogen genieten als naer behooren, laſten wy alle ende een yegelyken die het aengaen mag, dat ſy den Supplianten van den inhouden van deeſen doen, laten, ende gedoogen, Ruſtelyk, Vreedelyk, ende volkomentlyk genieten ende gebruyken, ceſſeerende alle belet ter contrarie. Gedaen in den Hage onder Onſen grooten Zegele hier aen doen hangen op den aghtienden February in 't jaer onſes Heeren en Zaligmaker ſeventien hondert en aghtien

A. HEINSIUS. vt.

*Ter Ordonnantie van de Staten*

SIMON VAN BEAUMONT.

LU-

Digitized by Google

# LUDOVICO XIII.

## CHRISTIANISSIMO

## FRANCORUM & NAVARRÆ

# REGI

## HUGO GROTIUS.

*AUdet hic liber, Regum eminentiſſime, Tuum ſibi auguſtum nomen inſcribere, non ſui, non Auctoris, ſed argumenti fiducia, pro* Juſtitia *quippe ſcriptus: quæ virtus adeo Tua eſt, ut inde tuis meritis & humani generis ſuffragio digniſſimum tanto Rege cognomentum acceperis, ut jam ubique* JUSTI *appellatione non minus quam* LUDOVICI *noſcaris. Specioſi Romanis Ducibus videbantur ex Creta, Numidia, Africa, Aſia, aliiſque devictis gentibus tituli. At quanto Tuum illuſtrius, quo ſignificaris nullius populi, nullius hominis, ſed ejus, quod injuſtum eſt, & hoſtis ubique, & victor ſemper? Magnum putarunt Ægyptii reges, ſi patris hic, matris ille, fratrum amans alius dicerentur. At quantulæ hæ partes ſunt Tui nominis, quod non iſta tantum, ſed quicquid pulchrum & honeſtum excogitari poteſt, ambitu ſuo complectitur:* JUSTUS *es, cum Magni ſupra omne id quod dici poteſt Regis Patris Tui memoriam honoras ipſum imitando:* JUSTUS, *cum Fratrem modis omnibus, ſed nulla re magis quam exemplo tuo inſtruis:* JUSTUS, *cum Sorores ſummis matrimoniis ornas:* JUSTUS, *cum ſepultas prope leges revocas, &, quantum potes, ruenti in pejus ſeculo temet opponis:* JUSTUS, *ſed ſimul clemens, cum ſubditis, quos tuæ bonitatis ignorantia ab officii limite tranſverſos egerat, præter peccandi licentiam nihil adimis, nec vim adfers animis circa divina diverſum à te ſen-*

*tientibus*: JUSTUS *ſimulque miſericors*, *cum oppreſſos populos, afflictos Principes tua auctoritate relevas, nec fortunæ nimium licere permittis. Quæ tua ſingularis beneficentia, & in tantum Deo ſimilis, quantum humana natura patitur, me cogit, ut hac quoque publica allocutione gratias tibi pro me privatim habeam. Nam quemadmodum cœleſtia ſidera non tantum magnis mundi partibus ſe infundunt, ſed ad ſingula animantia vim ſuam patiuntur deſcendere; ita Tu, in terris benigniſſimum ſidus, non contentus erigere Principes, ſublevare populos, mihi quoque in patria male habito & præſidium voluiſti eſſe & ſolatium. Accedit ad implendum Juſtitiæ orbem poſt actiones publicas etiam privatæ vitæ tuæ innocentia & puritas, digna, quam non homines tantum, ſed & ætheria mentes admirentur. Nam quotuſquiſque de plebe infima, imo de ipſis illis, qui a mundi conſortio ſe abſciderunt, ita ſe ab omnibus culpis immunem præſtat, ut Tu in ea poſitus fortuna, quæ innumeris peccandi illecebris undique obſidetur? Quantum vero hoc eſt, inter negotia, in turba, in aula, inter tot tam diverſa peccantium exempla id conſequi, quod aliis ſolitudo vix, ſæpe ne vix quidem, præſtat? Hoc vero eſt non Juſti tantum, ſed & Sancti nomen in hac ipſa vita mereri, quod majoribus tuis Carolo Magno & Ludovico piorum conſenſus poſt obitum tribuit: hoc eſt eſſe non gentilitio ſed ſuo proprio jure Chriſtianiſſimum. Sed Juſtitiæ cum pars nulla a te aliena ſit, illa tamen, quæ circa libri hujus materiam, id eſt, circa belli paciſque conſilia verſatur, eo proprie tua eſt, quo Rex es, & quidem Rex Francorum. Ingens hoc regnum tuum, quod per tanta tam felicium terrarum ſpatia in utrumque mare procurrit; ſed majus hoc regno regnum eſt, quod regna aliena non concupiſcis. Dignum hoc tua pietate, dignum iſto faſtigio, non cujuſquam jus armis attentare, non veteres turbare fines; ſed in bello pacis gerere negotium, nec incipere niſi hoc voto, ut quam primum deſinas. Quam vero pulchrum hoc, quam glorioſum, quam ipſi conſcientiæ lætum, ut ſi quando Te Deus ad ſuum regnum, quod ſolum tuo melius eſt, vocaverit, audacter poſſis dicere: Hunc ego a Te gladium pro*

*Ju-*

*juſtitiæ tutela accepi, hunc tibi nullius temere fuſi ſanguinis reum, purum, inſontemque reddo. Ita fiet, ut quas nos nunc regulas ex libris petimus, in poſterum ex Tuis actionibus tanquam ex perfectiſſimo exemplari petantur. Quod ipſum cum ſit maximum, plus tamen aliquid a Te exigere audent Chriſtianorum populi: ut ſcilicet exſtinctis ubique armis pax ſua non imperiis tantum, ſed & Eccleſiis Te Auctore redeat, diſcatque noſtra ætas arbitrium ſubire ejus ætatis, quam vera ſinceraque fide Chriſtianam fuiſſe Chriſtiani omnes profitemur. Pertæſos diſcordiarum animos excitat in hanc ſpem recens contracta inter Te & ſapientiſſimum paciſque illius ſanctæ amantiſſimum Magnæ Britanniæ Regem amicitia, & auſpicatiſſimo Sororis Tuæ matrimonio fœderata. Difficile negotium, propter ſtudia partium gliſcentibus in dies odiis inflammata: ſed tantis Regibus nihil dignum, niſi quod difficile, niſi quod aliis omnibus deſperatum. Deus pacis, Deus juſtitiæ, Rex juſte, Rex pacifice, cum aliis bonis omnibus tum hac etiam laude cumulet Tuam Suæ proximam Majeſtatem.* CIↃ IↃ C XXV.

# LECTURIS

## hanc novam Editionem

## S. P. D.

## JOANNES BARBEYRACIUS.

QUum in eo eſſent Bibliopolæ ſollertiſſimi, ut eximium iſtud Opus, ſæpiùs recuſum & recudendum, typis ſuis iterum committerent; ac in eo emaculando & interpretando non parum operæ à me poſitam eſſe inaudiviſſent: mecum ultro egerunt, ut ſuppeditare vellem, ſi quid ad novam Editionem ornandam conferre commodum eſſet. Lubens amplexus ſum occaſionem oblatam de illis bene merendi, qui Jus Naturæ & Gentium, pro merito ejus ſuâque ipſorum utilitate, amplectuntur, adeoque non poſſunt non maximi facere Auctorem noſtrum, nobiliſſimæ artis quaſi parentem. Et quamquam paullo plus temporis mihi relinqui, quàm ferebant rationes Typographorum, valde optaſſem: tamen vel ſic ea præſtare me poſſe exiſtimavi, de quibus ſuſcipiendis nemo hactenus, quod ſciam, ſerio cogitaverat. Rem omnem paucis accipe.

Dum ab aliquot annis, *Lauſannæ* adhuc degens, in eo totus eram, ut Libros hoſce *De Jure Belli ac Pacis* in Gallicam linguam verterem, & Notis perpetuis illuſtrarem, ad eum fere modum, quo adfine Opus SAMUELIS PUFENDORFII *De Jure Naturæ & Gentium*, plus ſimplici vice,

jam

jam in publicum emiſi: neceſſarium mihi aliquatenus viſum eſt, utiliſſimum ſaltem inſtituto meo feliciùs perficiendo, veteres Editiones Grotiani ſcripti, quæ præſertim vivo Auctore lucem viderunt, mihi comparare, & cum noviſſimis, quæ ſolæ omnium manibus teruntur, adcuratè conferre. Nimirum ſæpiùs obſervaveram, ejuſmodi Librorum, quorum uſus & pretium poſtulat, ut identidem præla de novo exerceant, Editiones ultimas minus ac minus terſas purgataſque prodire ut plurimum: tantum abeſt ut ſint emendatiores, quemadmodum titulus vulgo ementitur. Neque heic aliter ſeſe rem habuiſſe deprehendi. Immo priores illas & optimas, quæ ad recentiores emendandas plurimum juvabant, ipſas haud raro manu medicâ egere, certiſſimis argumentis comperi.

Uſui mihi maximè fuit, quod adtinet ad ipſum Opus, ſine Notis Auctoris, quæ poſtea acceſſerunt, prima omnium Editio, quæ ſub ipſius Auctoris oculis prodiit *Lutetiæ Pariſiorum*, anno Æræ vulgaris M. DC. XXV. Magnum deinde adjumentum adtulit illa anni M. DC. XXXII. minore formâ typiſque nitidiſſimis *Amſtelodami* excuſa, apud *Gulielmum Blaeu*, & *expreſſa ad exemplar ab ipſo Auctore recognitum atque emendatum*, ut idem præſens *Amſtelodami*, *die* 8. *Aprilis* ejuſdem anni, teſtatur, in paginâ poſt titulum averſâ. Ex illis duabus Editionibus, aut ex alterutrâ, plurima loca emendavimus, quæ in omnibus vel pleriſque poſterioribus vitioſa erant. De talibus autem emendationibus aliquando occaſione datâ, vel ubi conſultum videbatur, monuimus: ſed omnes indicare, ſuperfluæ cujuſdam fuiſſet diligentiæ; nec patiebatur Lectorum commoditas, ut his & aliis hujuſmodi moles voluminis augeretur. Ut tamen, quid hac in parte præſtiterimus, Lectori manifeſtum fiat, aliquod heic ſpecimen exhibere placuit locorum, quæ tacitus, optimis Editionibus præeuntibus, correxi.

Non diu quærenda erunt exempla. Offert ſe ſtatim *Lib.*

 I. *Cap.*

Digitized by Google

I. *Cap:* III. §. 17. *num.* 2. *pag.* 115. hujus Editionis: *Multi adverſus talem ſtatum quaſi bicipitem incommoda multa* ADFERUNT. Ita repoſuimus ex primâ Editione, quum in aliis omnibus perperam legatur *deferunt.* Sic *Lib.* II. *Cap.* V. §. 9. *num.* 4. *pag.* 246. ſub initium: *Quod ſi* QUI *populi continentius egerunt*, *ut Romani* &c. Vox *qui*, manifeſto neceſſaria, ex omnibus Editionibus, poſt illam primam, hactenus abfuerat. Eodem Cap. §. 13. *num.* I. *pag.* 251. eamdem ducem ſequutus, verba ſequentia ita edi juſſi: *Colligi videtur ex illis Dei verbis* APUD *Moſem* &c. quum in aliis omnibus antea ſcriptum fuiſſet, *ad Moſem.* Similiter *Lib.* II. *Cap.* XI. §. 18. *num.* I. *pag.* 367. in fine: *Naturaliter videtur mihi* ACCEPTANTI *jus dari efficiendi*, *ut* &c. Illud *acceptanti* ex Editione primâ reſtitutum eſt: ultimæ *acceptando* fecerant ex *acceptandi*, quod in Editionem anni 1632. pravè irrepſerat. Ejuſdem Lib. *Cap.* XX. §. 40. *num.* I. *pag.* 549. in fin. *Sed & ob eas, quæ ipſos peculiariter non tangunt, ſed in quibuſvis perſonis jus naturæ aut gentium immaniter* VIOLANT. Sic edidimus, ex Editione primâ, & alterâ anni 1632. reliquæ enim omnes illud *violant* in *violantibus* auxerant, contra id quod ſeries orationis & ſententia manifeſto poſtulant. Aliquando etiam plures exciderant voces, ſenſum plenum efficientes: cujus παροράματος exempla videre poteris paullo poſt locum jam jam adlatum, *pag.* 551. ubi monuimus, in Nota *qq.* & *Cap.* XXIII. *Lib.* II. §. 13. *num.* I. *pag.* 622. ut oſtendit Nota *kk* ibi ſubjecta. Neque enim Auctori ulla erat ratio tales ſententias poſtea ejiciendi; in quod ante omnia adcuratiſſimè inquiſivimus heic & alibi, quotieſcumque aliquid quacumque de cauſſâ mutandum aut ſupplendum videbatur.

Hoc primum. Quod, quamvis in ſe ſpectatum non leve ſit, & ſolum ad commendandam Editionem noſtram ſic ſatis facturum erat: parum tamen eſt, ſi cum iis conferatur,

Digitized by Google

ratur, quæ ſine ullo auxilio, & ex proprio noſtro Marte, exſequuti ſumus, tum in contextu, tum in Notis Auctoris recenſendis & expendendis. Præcipua breviter enumerabimus: unde Lector æquus & benignus facilè judicare poterit, an operam noſtram ultra modum venditemus.

Igitur non pauca loca immutavimus aut ſupplevimus, quæ in omnibus Editionibus mendoſa aut manca erant, & adtendenti non poſſunt non talia videri: ſive error aut defectus à calamo Auctoris ipſius orti ſint, ſive ab Exſcriptorum aut Typographorum incuriâ, oculos Auctoris, dum raptim verba perluſtrat, in repetitis etiam operis ſui recenſionibus, poſtea fallente. Exempla indicavimus *Lib.* I. *Cap.* I. §. 16. *pag.* 24. *Nota* (dd) & *Cap.* II. §. 10. *num.* 4. *pag.* 65. *Nota* (tt): *Cap.* III. §. 11. *num.* 1. *pag.* 103. *Nota* (mm) & §. 16. *num.* 5. *pag.* 114. *Nota* (aa). *Lib.* II. *Cap.* XII. §. 10. *pag.* 375. *Nota* (dd) & *Cap.* XX. §. 40. *num.* 4. *pag.* 552. *Nota* (tt). *Lib.* III. *Cap.* XIII. §. 1. *pag.* 830. *Nota* (bb). Sed non minùs neceſſaria erat emendatio aut additio in aliis locis; ubi non monuimus. En heic etiam ſpecimina nonnulla. *Lib.* I. *Cap.* II. §. 8. *num.* 4. *pag.* 50. περὶ χεροῖν διαφέρεσθαι. Ita edidimus, ut habet PHILOSTRATUS, cujus hæc ſunt verba, & ipſius Auctoris verſio poſtulat: antea legebatur διαλέγεσθαι, quod mendum ab Editione anni 1632. ubi locus additus fuerat, ad omnes poſtea Editiones propagatum. *Lib.* II. *Cap.* V. §. 22. *pag.* 264. bis emendavimus *Cibyra*, ex STRABONE, unde narratio facti petita eſt, pro *Libyca*, quod omnes Editiones inſederat, ab ipſa uſque anni 1632. cujus etiam hoc erat additamentum. Eadem *paginâ*, §. 23. in fine, prima Editio, & omnes aliæ hactenus habuerant: τοὺς νόμους ἀπαγορεύειν &c. ubi ex ARISTOTELE repoſuimus ἀγορεύειν, ut res ipſa requirit, & Auctoris interpretatio, aliàs contrarium ſenſum voci Græcæ habitura. *Lib.* II. *Cap.* IV. §. 3. *num.* 1. *pag.* 226. circa

 initium;

Digitized by Google

initium: *Non fuerat congruum naturæ humanæ, quæ niſi ex ſignis* ANIMI *actus cognoſcere non poteſt.* Vocem *animi* addidi, quæ in præcedentibus legitur, nec ſine damno ſententiæ heic abeſſe poteſt; aberat tamen jam in prima Editione. Ejuſdem Lib. *Cap.* IX. §. 7. in fine, *pag.* 332. *contra eos à communi ſociorum* CONCILIO *res judicata eſt.* Vox *concilio*, omnino neceſſaria, in Editione anni 1632. ubi exemplum additum, exciderat: unde nil mirum, ſi in nullâ ſequentium hactenus ſuppleta fuerit. Sic *Cap.* X. ſequenti, §. 6. *pag.* 351. *Quarto non teneri eum ad* RESTITUENDOS *fructus* &c. omiſſionem vocis *reſtituendos*, adeo manifeſtam, quum in primam Editionem irrepſiſſet, omnes deinceps religioſè ſervaverant. Non ita obvia, ſed tamen attendenti ad ſeriem orationis facilè patere poterat ea, quæ reperiebatur ejuſdem Libri *Cap.* XII. §. 12. *num.* I. *pag.* 376. *Ut etiamſi nec celatum quidquam ſit* &c. SI *in re tamen deprehendatur inæqualitas* &c. Particula *ſi* in omnibus Editionibus deerat, quæ tamen ad ratiocinationis nexum omnino eſt neceſſaria. *Cap.* XXI. §. 11. *pag.* 590. in fin. *occaſione quidem alicujus peccati* ALIENI &c. Illud *alieni* in nullâ hactenus Editione comparuerat; quod tamen ſententia manifeſto poſtulat. Aliquando verba ſupervacanea relicta fuerant, quæ ſenſum turbabant: cujus rei exemplum luculentum videre poteris *Lib.* II. *Cap.* VII. §. 2. *pag.* 281. *Nota* (aa). Senſu etiam nonnunquam nocuerat prava interpunctio, conſtanter ſervata: adeo ut, propter tale vitium, *Lib.* III. *Cap.* XI. §. 6. *num.* I. *pag.* 799. *Phocenſes*, in *Græciâ*, *conſanguinei* ſtatuantur *Cæritum* in *Etruria*, ac propterea Auctor noſter à GRONOVIO carpatur, & hic ſe ipſum inanibus conjecturis, ad detegendum fontem erroris, torqueat; ut ex iis, quæ *Nota* illius 47. ſubjeci, cuivis intelligere licet. Sed hæc abundè ſufficiunt, ad oſtendendum quàm neceſſaria fuerit opera noſtra, in emaculandis & reſtituendis locis non paucis adhibita, ubi nullum erat



Digitized by Google

à prioribus & emendatiſſimis Editionibus ſubſidium.

Præterea rem prope immenſi laboris adgreſſus ſum, ad quam nulli horum Librorum Interpretes, & ne quidem Eruditiſſimus J. FRIDERICUS GRONOVIUS, umquam datâ operâ animum intenderant, ſed tantum prout memoria ſuggerebat, aut aliud agendo ſeſe offerebat occaſio: ut nimirum omnia loca Scriptorum, Veterum præſertim, quæ ab Auctore noſtro adferuntur aut indicantur, in ipſis fontibus, quantum fieri poſſet, quærerem, & plerumque adcuratè expenderem. Hoc autem, ut utiliſſimum, aliquando etiam valde neceſſarium erat ad mentem Auctoris intelligendam: ita ad infinitos errores animadvertendos, tum in numeris Librorum, Capitum, Verſuum, tum in deſignatione Scriptorum laudatorum, tum in verbis eorum referendis, tum in rebus ipſis, plurimum mihi profuit, & Lectoribus, ſpero, commodum erit. Qui Editionem noſtram cum quibuſvis aliis conferre voluerit, is ſtatim deprehendet innumera ejuſmodi paſſim emendata, & in ipſo contextu, & in margine, & in Notis, etiam ubi Auctori propoſitum erat quàm adcuratiſſimè loca in teſtimonium aut illuſtrationem adducta referre, & facillima inventu quærentibus reddere. Aliquando mendum erat in numero Libri, nonnumquam in numero Capitis aut Verſûs, haud raro in utroque. Interdum etiam unum Opus Auctoris cujuſdam pro alio laudabatur: exempli gratiâ, PLUTARCHI *Themiſtoclis* Vita, pro *Artaxerxis*; *Lib.* I. *Cap.* III. §. 16. *num.* 3. *pag.* 113. init. HERODOTI *Urania*, ſeu *Lib.* VIII. pro *Calliope*, ſeu *Lib.* IX. Ubi, quod obiter obſervo, error inde manaſſe videtur, quòd Editio Herodotea HENRICI STEPHANI, purè Græca, quâ Auctor noſter utebatur, ſic mendoſa ſit in titulo paginæ, unde locus laudatus depromtus fuit: quo modo potuit alibi nonnumquam Auctor deceptus in errorem Lectores conjicere: plerique tamen ex ipſius feſtinatione aut incogitantiâ nati videntur. Sic ab ipſius manu omnino eſt, quòd *Lib.* II.

*Cap.*

Digitized by Google

*Cap.* XXI. §. 13. *num.* 2. *Nota* (n) *pag.* 592. PHILONIS ſcriptum laudet *De Pietate*, quod nullum exſtat, pro libro *De Nobilitate*; ut ibidem obſervavi. Ejuſdem Libri *Cap.* præcedenti XX. §. 30. *pag.* 540. Nota (r) remittimur ad *verba* LUCÆ *apud Xiphilinum*; quæ verba ſunt *Marci Antonini* Imp. ut in ſubjectâ Notâ noſtrâ oſtendimus. Sed eſt etiam ubi Scriptor unus pro alio certiſſimè laudatur: ut ISOCRATES, pro DIONYSIO HALICARNASSENSI, *Lib.* II. *Cap.* IV. §. 2. *pag.* 225. ubi vide *Notam* (aa); alibi, pro ÆSCHINE, *Cap.* XXIII. §. 8. *num.* 1. ut patet ex *Nota* (ee) *pag.* 618. Viciſſim DEMOSTHENES pro ISOCRATE, *Lib.* II. *Cap.* XV. §. 6. *num.* 1. *pag.* 426. HIPPODAMUS, pro HIPPARCHO, *Lib.* II. *Cap.* V. §. 12. *num.* 3. *pag.* 250. LYSIAS, pro ANDOCIDE, *ibid.* §. 13. *num.* 2. *pag*, 252, SENECA, pro PLINIO, *Lib.* II. *Cap.* II. §. 2. *num.* 2. *Nota* (o) *pag.* 187. JUSTINUS, pro CURTIO, ejuſdem Libri *Cap.* VII. §. 9. *num.* 3. *pag.* 291. ubi vide, quæ ſubjecimus *Nota* 62. Immo EUTROPIUS, Auctor *Breviarii* Latini, pro DIONE CASSIO, Hiſtorico Græco, teſtis indicatur vocis Ἀντίψυχοι, de Vadibus uſurpatæ, *Lib.* II. *Cap.* XXI. §. 11. *Nota* (k) *pag.* 590. Aliquando duo loca diverſorum Scriptorum in unum compinguntur, ut SERVII & SENECÆ, *Lib.* II. *Cap.* II. §. 13. *Nota* (p) *pag.* 200.

Sæpiſſime autem Auctor, unde aliquid petitur, ſimpliciter nomine ſuo indicabatur, nullâ mentione factâ Operis, Libri, nedum Capitis aut Verſûs; adeo ut, ſi quis locum quærere voluerit, quem numquam legerat, aut cujus non meminerat, omnia Opera laudati Scriptoris ei pervolvenda fuerint: quod ita moleſtum eſt, præſertim ſi magnæ molis ſit collectio, quemadmodum haud raro accidit, ut plerique Lectores malint Auctori, forte perperam alios in teſtimonium vocanti, fidem habere, aut rem, de qua agitur, non ſatis intelligere, quàm tantum laborem quærendi in ſe ſuſcipere,

pæ, cum periculo etiam operæ fruſtra impenſæ. Aliquando equidem, vel ex Indicibus, vel ex memoriâ noſtrâ, vel ex re ipſâ, loca quædam haud ita difficulter potuimus invenire. Sed plerumque inde nihil nobis erat ſubſidii, ut ex propriâ experientiâ quivis, ſi velit, facilè poterit intelligere. Hoc tamen non obſtitit, quominus loca ferè omnia, quæ alicujus erant momenti, citiùs aut ſeriùs invenerimus: adeo ut quæ adhùc invenienda ſuperſunt, aut à nobis inveſtigari non potuerunt, quòd Libri, unde adducuntur, non eſſent ad manum, pauciſſima ſint, præ maximo numero repertorum, & accuratiſſimè à nobis vel in ipſo contextu, vel in *margine*, vel in Notis, deſignatorum. Nonnumquam *ipſum* nomen Scriptoris, ex quo verba quædam Auctor noſter exſcripſerat, incuriâ neſcio cujus, omiſſum fuerat, ut DIODORI SICULI, *Lib.* II. *Cap.* XX. §. 30. *Nota* (s) *pag.* 540. Sunt etiam loca, quæ diu fruſtra quæſita, quantumvis pertinaci labore numquam reperire potuiſſemus, niſi forte aliud agendo ſeſe nobis ex improviſo obtuliſſent. Et tamen talia interdum peſſimè adlata, aut aptata, deprehendimus: cujus rei ſpecimen ſuppeditabit fragmentum *Dionyſii Mileſii* apud PHILOSTRATUM, unde Auctor noſter tacitus illud retulerat, *Lib.* II. *Cap.* XXV. §. 9. *num.* I. *pag.* 644.

Sed & alibi, ſive facilè, ſive difficulter loca laudata inventa à nobis fuerint, errores benè multos obſervavimus, tum in locis Auctorum exſcribendis aut vertendis, tum in eorum ad rem ipſam, de quâ agitur, adcommodatione. Horum omnium exempla volumen aperienti ſtatim ſeſe offerent. Loci ſimul perperam deſcripti & verſi unum indicare ſuffecerit: is eſt JOSEPHI, cujus verba referuntur *Lib.* I. *Cap.* IV. §. 7. *Nota* (y) *pag.* 145. Auctor noſter, ut probet, ſecundum quoſdam, ſpem reſurrectionis cauſſam fuiſſe introducti moris ſepeliendorum corporum, *Lib.* II. *Cap.* XIX. §. 2. *num.* 3. locum adfert PLINII, qui tamen

 nil

Digitized by Google

nil habet, quod ad rem faciat. Eodem Capite, §. 3. *num.* 2. Sepulturam deberi mortuis, inter alia, probatur ex juramento *Græcorum* adverſus *Perſas* militantium; ubi tamen de ſociis ſolis agitur, ut patet ex loco DIODORI SICULI, quem Auctor noſter in animo habuit, & ego retuli in *Nota* (hh) *pag.* 491. Unde etiam exemplum petere potes curæ non pœnitendæ in toto iſto Opere paſſim adhibitæ, ut ſcilicet multa ex Hiſtoriis & Antiquitate, ſine teſte, ſine auctore, prolata, ubinam reperirentur, indicarem, quotieſcumque res alicujus erat momenti, nec omnibus obvia. Aliquando facta vel dicta diverſorum, aut diverſa, inter ſe confunduntur. Sic *Lib.* II. *Cap.* XXII. §. 1. *num.* 2. *pag.* 600. ex LIVIO dicitur, *Antiochum*, falſo aliquo prætextu, in *Romanos* bella ſuſcepiſſe; ubi tamen de *Bœotis* agitur, non de illo Rege. *Braſidæ* Lacedæmonio tribuitur cavillatio, quæ Præconis eſt, ab *Athenienſibus* miſſi, *Lib.* II. *Cap.* XVI. §. 6. *pag.* 444. Ubi de bello *C. Jul. Cæſaris* cum *Germanis* ſermo fit, *Lib.* I. *Cap.* III. §. 4. *pag.* 81. confunditur prœlium adverſus *Uſipetes* & *Tenchteros* commiſſum, antequam *Cæſar* primùm ponte *Rhenum* trajiceret, cum victoriâ, fere biennio poſt, de *Treviris* ab ipſo relata: ſimulque cauſſa, propter quam *Cæſarem* dedi *Germanis* cenſuerat *Cato*, pervertitur. Nonnumquam una eademque res bis, tamquam diverſa, narratur, ut judicium *Arriani* de vindictâ *Alexandri* in *Perſas*, *Lib.* II. *Cap.* XXI. §. 8. *num.* 2. *pag.* 587. ubi vide *Notam* (yy). Immo eſt ubi Auctor noſter contrarium planè adſerit ejus, quod dicitur in loco, unde palam vel tacitè hauſit id, quod ſtatuit. Exempli gratiâ, *Lib.* II. *Cap.* VII. §. 4. *num.* 3. vult, *Solonem* legibus ſuis caviſſe, ne Parentes tenerentur Liberis naturalibus aliquid relinquere; quum tamen Legiſlator ille tales Liberos contra ſolverit neceſſitate alendorum Parentum, ut patet ex PLUTARCHO, cujus locum adduxi in *Nota* (ee) *pag.* 285. nam & aliquid de facultatibus paternis Nothis relinqui debuiſſe,

kiſſe, conſtat ex iis quæ habet JOANNES MEURSIUS, *Tœmid. Attic. Lib.* II. *Cap.* XII. Talia παροράματα, aut ἁμαρτήματα μνημονικὰ, aliquando plura intra paucas lineas occurrunt, ut *Lib.* I. *Cap.* III. §. 8. *Nota* (x) *pag.* 89. Et illis ſcatent *Capp.* XVIII. & XIX. *Lib.* II. quemadmodum ex ſpeciminibus ibi adlatis adparet, & Notæ noſtræ Gallicæ copioſiùs oſtendent.

In iis omnibus aliquid humani paſſum eſſe Virum Summum, ſi quis miretur, ego viciſſim mirabor, in mentem ei non venire, hoc eſſe vitium commune omnium hominum, etiam Eruditiſſimorum, ut non ſemper ad omnia ſatis adtendant. Præterea id noſtro accidit, quod iis ſolenne eſt, qui magnâ memoriâ pollent, ut ſcilicet illi nimis ſecurè confidant. Adde quòd variis diſtractus negotiis & ſtudiis, eo tempore ſic ſatis brevi, quod in hoc opere elaborando conſumſit, forte etiam non paucis eorum Librorum, quos tanto numero laudavit, deſtitutus; non potuit ſemper adcuratè omnia expendere. Hinc licet infinita ejus eſſet lectio, & vix ullum, puto, Auctorem indicaverit, cujus ſcripta non perlegiſſet, aut ſaltem perluſtraſſet; aliquando loca quædam ex aliis, tunc minimè inſpecta, tacitus exſcripſit, & ſic in errorem delapſus eſt, ut ex certiſſimis indiciis deprehendi. Exemplum manifeſtum habes, *Lib.* II. *Cap.* XVIII. §. I. *Nota* (a) *pag.* 470. ubi verba CUJACII pro verbis VARRONIS adfert, errantem ſequutus DIONYSIUM GOTHOFREDUM in *L.* 17. *D. De Legationib.* ut alibi eodem feſtinanter lecto, etymologiam vocis *Territorium*, à *terrâ* petitam, FRONTINO tribuit, quæ CUJACII etiam eſt, *Lib.* III. Cap. VI. §. 4. *num.* 2. *pag.* 731. Sic *Lib.* II. *Cap.* XX. §. 36. *num.* 1. *pag.* 546. è FRIDERICO LINDENBROGIO hauſit locum quemdam, tamquam ISAEI, qui neque iſtius Oratoris eſſe videtur, ut obſervavimus in *Nota* (oo). *Lib.* I. *Cap.* II. §. 3. *num.* 2. *pag.* 33. *init.* verba, tamquam PLINII, refert, quorum pars tantum

apud illum ſcriptorem legitur, ut in *Nota* (ee) ibi monui. Poſt Notam illam autem typis mandatam, caſu reperi fontem erroris, in MARCI LYCKLAMA, Juriſconſulti Friſii, *Membranis*, quæ anno 1608. prodierant, *Lib.* VII. *Eclog.* XLII. pag. 394. ubi conjunctio illa duorum locorum perperam facta eodem planè modo legitur.

Neque talia, aut etiam graviora peccata, ad res ipſas ſpectantia, ſine exprobratione notari, Auctor ipſe, ſi in vivis eſſet, ægrè ferret. Quin potiùs, quo erat ingenio, monentibus gratias habiturum & acturum fuiſſe, mihi perſuaſum eſt. Nonnulla ipſe, poſtquam animadvertit, ſtatim emendavit, ut ex comparatione priorum Editionum aliquoties obſervavi. Exempli gratiâ, *Lib.* II. *Cap.* XXIV. §. 3. *num.* 1. in primâ Editione JOSEPHO verba tribuebat, quæ PHILONI poſtea reſtituit. *Lib.* II. *Cap.* XVIII. §. 7. in eadem Editione, ubi dictum quoddam *Scipionis* ex LIVIO narraverat, à VALERIO MAXIMO *hanc ei tributam vocem* addebat: *Iſto te metu, Hanno, fides civitatis noſtræ liberat.* Diſtinxit deinde, quæ malè confuderat: *Valerius Maximus Conſulibus Romanis in facto ſimili, ſed antiquiore, hanc tribuit vocem; Iſto te metu &c.* *Lib.* II. *Cap.* XV. §. 3. *num.* 1. *pag.* 423. *init.* de loco SENECÆ Patris ita habet prima Editio: *Non ad antiquos illos Imperatores pertinet, id eſt, belli duces, ſed ad Cæſares, qui jus omne Populi in ſe transferebant.* At nunc ibi contra legimus: *Ad antiquos eos pertinet, qui ſpeciale ejus rei mandatum acceperant.*

Liberè igitur, ſed modeſtè, ejuſmodi *maculas*, à nobis obſervatas, *quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura*, ad utilitatem Lectorum, indicare nos poſſe putavimus, ſalvo honore Viri Magni, cujus eruditionem, ingenium, judicium, virtutes, nemo eſt qui pluris faciat quam nos. Neque heic ſubſtitimus: ſed etiam, ſicubi nobis haud ſatis rectè ratiocinari viſus eſt, aut principia parum firma ponere (quod non potuit non aliquando evenire illi, qui in vaſtiſſimâ

de diſciplinâ, arte & viâ, tradendâ, glaciem frangebat,) id ſimpliciter & candidè monuimus in *Notulis* noſtris; de quibus jam aliquid dicendum, ut, quales illæ ſint, & quid in illis quæri debeat, quiſque ſcire poſſit.

Et primo quidem, ut ipſa adpellatio ſtatim innuit, in eis quàm breviſſimè, quæ dicenda erant, exprimere mihi propoſitum fuit, ne moles voluminis, jam ſatis ſpiſſi, nimis augeretur: quâ de cauſſâ etiam nonnulla, quæ, in contextu jam poſita, noſter immemor in Notis ſuis, totidem verbis, aut eodem planè ſenſu, repetierat, audacter expunximus.

Duplicis autem generis ſunt *Notulæ* noſtræ, in univerſum ſpectatæ. Aliæ enim, quas *criticas* vocare licet, in eo poſitæ ſunt, ut vel rationem emendationum aut ſupplementorum, ubi id conſultum viſum eſt, reddant; vel Auctoris **παροράματα** in malè referendis aut aptandis verbis Scriptorum laudatorum, quando etiam utile exiſtimavi, indicent; vel originem errorum ejus oſtendant; vel ſine teſte prolata idoneis auctoritatibus firment, aut alia ejuſmodi doceant. Interdum etiam, ſed raro & obiter, natas mihi conjecturas propoſui, de emendandis locis Veterum quibuſdam, quæ in ipſis fontibus vitioſa videbantur. Alterius vero generis Notulæ noſtræ *ad res ipſas pertinent*, & in eis modo Auctoris mentem, ubi obſcurior, etiam adtendentibus, eſſe poteſt, breviter expoſui; modo ejus errores, circa principia, aut ratiocinationes, indicavi, in præcipuis ſaltem argumentis. Neque enim ratio brevitatis, jam adlata, patiebatur ut omnia expenderem, aut quidquam fuſiùs deducerem. Hinc ſæpiſſimè ſatis facere me poſſe putavi, Lectorem tantum remittendo, vel ad Opus eximium PUFENDORFII *De Jure Nat. & Gent.* ac noſtras in eum Gallicè verſum *Notas*, jam plus ſemel editas; vel ad ejuſdem Libri Compendium, cui titulus, *De Officio Hominis & Civis*, noſtris etiam Notis Gallicè illuſtratum, & ſæpiùs recuſum; vel ad Notas noſtras in hos ipſos Li-

bros *De Jure Belli ac Pacis*, qui Gallicè verſi, haud ita poſt longum tempus, Deo dante, publici juris fient. Ex illis Verſionibus noſtris, ita adornatis, peti poterit, ut ſperamus, juſtus in utrumque Auctorem Commentarius, qui & ad intelligendos duos illos Juris Naturalis & Gentium Interpretes palmarios, & ad intima nobiliſſimæ utiliſſimæque diſciplinæ adyta penetranda, niſi fallor, ſatis erit; viam certè facilem ſternet. Commentatores autem, quos ſatis multos, nonnullos molis haud exiguæ, noſter hic habuit, quàm parum nobis adjumenti in toto iſto negotio adtulerint, ex collatione patebit; & de eo aliquid forte dicemus in Præfatione ad Verſionem jam memoratam. Neceſſaria tamen fuiſſe ea omnia quæ præſtitimus, præſtare ſaltem conati ſumus, vel ex eo intelligi poteſt, quòd ſtylus Auctoris breviſſimus per ſe ſatis negotii faceſſat Lectoribus, & adtentos quàm maximè poſtulet: ut minimus error ſive in rebus ipſis, ſive in verbis, difficultates inextricabiles nonnumquam parere queat.

Habes heic etiam, LECTOR, V. C. JOANNIS FRIDERICI GRONOVII Notas, quæ, ex quo lucem primò viderunt, Editionibus omnibus ſequentibus comites datæ ſunt, &, propter famam viri, ſequuturis adhuc, ut conjicere licet, porro dabuntur. In illis expendendis, & emendandis aut notandis erroribus, quibus ſcatent, ampliſſimus ſe nobis obtuliſſet campus, ſed & ingratiſſimus labor ſubeundus fuiſſet, & nec tempus, nec animus ſinebat. Abſit ut meritis Viri Celeberrimi quidquam detrahamus. Sua manet & manebit illi laus in perpetuum, eruditionis profundæ, lectionis diffuſæ, & acuminis miri in rebus Grammaticis & Criticis, quæ in ſcriptis ejus, cedro dignis, ubique micant. Sed, ſi verum dicere volumus, huic noſtræ diſciplinæ Juris Naturalis & Gentium, ne de aliis dicam, non eam operam dederat, ut in Auctore noſtro interpretando talem ſe præſtare poſſet, qualem, exempli

*li* gratiâ, in Livio recenſendo & explicando omnes mi- mantur. Perpauca heic ſunt bonæ frugis: plurima ſupervacanea, & quæ vel aliis tantum verbis ſenſum Auctoris ſatis clarum exhibent, vel uſui eſſe poſſunt ſolis tyronibus in Linguâ Latinâ, quales certè eſſe non debent, qui hoc Opus legere adgrediuntur. Sed & à mente Auctoris noſtri, cujus principia non ſatis intelligebat, Vir Doctiſſimus haud raro aberrat. Et ne putes nos id gratis adſerere, ſpecimina quædam Tibi dedimus, dum obiter Notas illius, inter recenſendum Opus iſtud, perluſtraremus. Vide, exempli gratiâ, *Lib.* I. *Cap.* II. §. 10. *num.* 11. *Not.* 77. *pag.* 70. & *Cap.* III. §. 8. *num.* 6. *Not.* 84. *pag.* 89. *Lib.* II. *Cap.* I. §. 3. *Not.* 34. *pag.* 167. & *Cap.* III. §. 4. *Not.* 12. *pag.* 209. *Cap.* IX. §. 11. *Not.* 67. *pag.* 339. *Cap.* XI. §. 7. *Not.* 60. *pag.* 361. *Cap.* XII. §. 18. *Not.* 89. *pag.* 382. &c. Immo in iis, quæ occurrunt ad Antiquitates & Artem Criticam ſpectantia, aliquando videtur plane alius, ac ubi in veteribus Græcis aut Latinis exponendis verſabatur: ut *Lib.* I. *Cap.* III. §. 15. *Not.* 65. *pag.* 111. *Lib.* II. *Cap.* XXII. §. 1. *Not.* 7. *pag.* 600. & §. 5. *Not.* 16. *pag.* 603. *Lib.* III. *Cap.* XX. §. 7. *Not.* 21. *pag.* 883. & alibi. Talia, ut jam dixi, aliud agendo tantum notavimus: ne quis putet, nos probare ea, de quibus ſiluimus. Tantum abeſt enim, ut de omnibus Notis Viri Eruditiſſimi excutiendis cogitaverimus, ut contra in oculos incurrentes falſas explicationes aliquando datâ operâ indicare noluerimus, quòd verba Auctoris ſatis clara nobis viderentur, ut nemini adtendenti fraudi eſſe poſſet error Interpretis. Neque etiam id negotii nobis datum putavimus, ut loca Veterum ab illo laudata in ipſis fontibus quæreremus, ſatis ſuperque habentes, ſi errores in numeris ſponte ſeſe offerentes tolleremus, ut & menda ſive typographica, ſive orta è vitioſo codice, unde Notæ Viri Doctiſſimi primum editæ ſunt; neque enim ad manum fuit

 pri-

Digitized by Google

prima illa Editio. Vel ſic tamen longè emendatiores nunc prodeunt, ut ex collatione præcedentium Editionum cum hac noſtra cuivis manifeſtum erit.

Supereſt ut doceamus, quomodo Lector dignoſcere queat ea, quæ noſtræ induſtriæ debentur, ubi ſcilicet illa aliter diſtingui poſſunt, quàm comparatione cum aliis Editionibus inſtitutâ. Nam, ut ex jam dictis intelligitur, plurima ſunt loca, vel ex veteribus Editionibus, vel ſine illarum ope, ex certiſſimis rationibus tacitè emendata: tum errores in deſignatione Librorum, Capitum Verſuum &c. ferè ſemper expunximus, nullâ mentione factâ, nullo indicio dato correctionis; quod molem voluminis inutiliter auxiſſet, & ſpeciem paginarum deformem aliquatenus reddidiſſet. Quâ de cauſsâ etiam in margine, ubi addidimus titulum, numerum Libri, Capitis, Verſûs, Paginæ, nullam diſtinctionis notam ullibi adpoſuimus. Sed in ipſo contextu, aut in Notis, tales additiones ſignavimus duobus uncis, ſæpius hoc modo ( ), rariùs iſto [ ]. *Notulæ* autem noſtræ vel ſeparatæ omnino ſunt, & tunc a Grotianis vel Gronovianis diſtinguuntur literis duplicibus ab initio poſitis, hac ratione *(aa)*: initialibus autem nominis noſtri in fine ſic ſubjectis *J. B.* Vel Grotianis aut Gronovianis permiſcentur, & tunc plerumque illis ſubjiciuntur, duobus uncis formæ poſterioris incluſæ, & nominis noſtri initialibus literis in fine additis: aliquando autem, ubi nimirum res ferebat, & illæ breviſſimæ erant, intra ipſam Notam Auctoris aut Interpretis, eodem adpoſito ſigno, collocantur; niſi quòd heic haud raro nomen noſtrum non adparet, ſive quòd res tanti non erat, ſeu quòd omiſſum fuerit à Typographis, qui etiam uncos, vel alterutrum, alibi nonnumquam omiſerunt, ubi tamen facile hoc à Lectore poterit animadverti.

Eſt & aliud, quo hanc noſtram Editionem ornare, & faciliorem ac utiliorem reddere lectionem Operis abſolutiſſimi,

ſtylo-

Digitized by Google

ſyloque breviſſimo conſcripti, plurimum voluiſſem; lubens etiam hunc in me laborem ſuſcepturus: ut ſcilicet numeros, in quos ſinguli paragraphi diſtincti ſunt, haud raro mutarem. Subdiviſio illa non eſt à manu Auctoris, neque primarum poſt mortem ejus Editionum, & neſcio à quo facta fuerit. Sed, quiſquis ille ſit, negligenter admodum in eo negotio ſe geſſit, & aut parum intellexit ſeriem ac varietatem rerum & argumentorum, aut ad eam parum adtendit. Sæpiſſimè ea diſtinguuntur numeris, quæ manifeſto conjungi debent, & viciſſim in unum numerum conjiciuntur, quæ diſtinguenda omnino erant. Hoc non poteſt non morari Lectorem nondum brevitati Auctoris noſtri adſuetum: cui ex ſolâ rectiori diſtinctione ſingulorum articulorum ſtatim lux orta fuiſſet. Sed tamen, quum jam ſubdiviſio illa, ut ut perperam concinnata, uſu recepta quaſi fuerit, & eam omnes in laudando Auctore noſtro paſſim ſequantur: dandum id mori putavi, ut ne illam immutarem. At vero in Verſione meâ Gallicâ, ubi plus juris, hac in parte & aliis, mihi ſumere potui, ſingula quæque, prout res ipſa & Lectorum commoda mihi poſtulare viſa ſunt, ubique diſtincta erunt.

Nil aliud eſt, quod in limine heic Te moneam, Lector Benevole, niſi ut ante omnia perlegere velis, & ſuis locis aptare, Emendanda & Addenda, quæ ſubjeci. Neque ideo putes, negligenter curatam eſſe hanc Editionem, nec talem eſſe, qualem titulus profitetur. Vix fieri poteſt, ut, in tam magno præſertim Opere, numquam remittatur diligentia aut Editoris, aut Typographorum, aut eorum qui ſpeciminibus emendandis præſunt. Quodcunque peccatum tantilli momenti mihi viſum eſt, dum folia transmiſſa perluſtro, in commodum tuum notare non piguit: &, ſi quæ ſuperſint errata, à me non animadverſa, ea facilè à Te deprehenſum iri confido. Quæ qualiacumque ſint, hoc poſſum Tibi liquido adſerere, nullam

Edi-

Digitized by Google

Editionem Grotiani Operis ita emendatam & utentium utilitati adcommodatam hactenus prodiiſſe. Vale. Scribebam *Groningæ*, ipſis Kalendis Novembr. Anni Æræ vulgaris M. DCC. XIX.



Digitized by Google

# CAPITA
# LIBRI PRIMI.


I. *Quid Bellum, quid Jus?* Pag. 1
II. *An bellare unquam juſtum ſit,* 26
III. *Belli partitio in publicum & privatum. Summi imperii explicatio.* 71
IV. *De bello ſubditorum in Superiores.* 130
V. *Qui bellum licite gerant,* 159


# LIBRI SECUNDI.


I. *De belli cauſis, & primum de defenſione ſui & rerum.* Pag. 162
II. *De his quæ hominibus communiter competunt.* 183
III. *De acquiſitione originaria rerum: ubi de mari & fluminibus.* 207
IV. *De derelictione præſumta & eam ſecuta occupatione: & quid ab uſucapione & præſcriptione differat.* 224
V. *De acquiſitione originaria juris in perſonas: ubi de jure parentum: de matrimoniis: de collegiis: de jure in ſubditos, & ſervos.* 237
VI. *De acquiſitione derivativa facto hominis: ubi de alienatione imperii, & rerum imperii.* 271
VII. *De acquiſitione derivativa quæ fit per legem: ubi de ſucceſſionibus ab inteſtato.* 279
VIII. *De acquiſitionibus quæ vulgo dicuntur juris Gentium.* 312
IX. *Quando imperia vel dominia deſinant.* 327
X. *De obligatione quæ ex dominio oritur.* 345
XI. *De promiſſis.* 353
XII. *De contractibus.* 369
XIII. *De jurejurando.* 390
XIV. *De eorum qui ſummum imperium habent promiſſis & tractibus & juramentis.* 411
XV. *De fœderibus ac ſponſionibus.* 421
XVI. *De interpretatione.* 440
XVII. *De damno per injuriam dato, & obligatione quæ inde oritur.* 462
XVIII. *De legationum jure.* 470
XIX. *De jure ſepulturæ.* 483
XX. *De pœnis.* 496
XXI. *De pœnarum communicatione.* 571
XXII. *De cauſis injuſtis.* 598


XXIII. *De*

XXIII. *De cauſis dubiis.* 612
XXIV. *Monita de non temere etiam ex juſtis cauſis ſuſcipiendo bello.* 623
XXV. *De cauſis belli pro aliis ſuſcipiendi.* 636
XXVI. *De cauſis juſtis ut bellum geratur ab his, qui ſub alieno imperio ſunt.* 646

# LIBRI TERTII.

I. *Quantum in bello liceat, regulæ generales ex jure naturæ: ubi & de dolis & mendacio.* Pag. 656
II. *Quomodo jure gentium bona ſubditorum pro debito imperantium obligentur: ubi de repreſſaliis.* 683
III. *De bello juſto ſive ſolenni jure gentium: ubi de indictione.* 691
IV. *De jure interficiendi hoſtes in bello ſolemni, & alia vi in corpus.* 703
V. *De rebus vaſtandis eripiendiſque.* 721
VI. *De jure acquirendi bello capta.* 726
VII. *De jure in captivos.* 754
VIII. *De imperio in victos.* 763
IX. *De poſtliminio.* 767
X. *Monita de his, quæ fiunt in bello injuſto.* 782
XI. *Temperamentum circa jus interficiendi in bello juſto.* 788
XII. *Temperamentum circa vaſtationem & ſimilia.* 815
XIII. *Temperamentum circa res captas.* 829
XIV. *Temperamentum circa captos.* 833
XV. *Temperamentum circa acquiſitionem imperii.* 845
XVI. *Temperamentum circa ea, quæ jure gentium poſtliminio carent.* 853
XVII. *De his qui in bello medii ſunt.* 857
XVIII. *De his quæ in bello publico privatim fiunt.* 863
XIX. *De fide inter hoſtes.* 867
XX. *De fide publica qua bellum finitur: ubi de pacis pactione, de ſorte, de certamine condicto, de arbitrio, deditione, obſidibus, pignoribus.* 878
XXI. *De fide, manente bello: ubi de induciis, commeatu, captivorum redemptione.* 906
XXII. *De fide minorum poteſtatum in bello.* 918
XXIII. *De fide privata in bello.* 924
XXIV. *De fide tacita.* 929
XXV. *Concluſio cum monitis ad fidem & pacem.* 931

IN

Digitized by Google

# IN TRES LIBROS DE JURE BELLI AC PACIS PROLEGOMENA.

1. JUs [1] civile, ſive Romanum, ſive [2] quod cuique patrium eſt, aut illuſtrare commentariis, aut [3] contractum ob oculos ponere aggreſſi ſunt multi; at jus illud [4] quod inter populos — I. JUS Gentium.

### Gronovii Notæ.

PRolegomena] Προλεγομένων partes ſunt duæ: generalis, quæ ſpectat omnem materiam: ſpecialis, quæ ſpectat hoc opus. Prior habet duo membra: alterum, quo probatur eſſe jus: alterum, quo probatur eſſe & jus in bello.

Prioris membri quatuor ſunt articuli: primus, propoſitio ſententiæ illorum, qui jus volunt eſſe rem imaginariam, umbraticam, appellationem ſine corpore & ſpecie, ut *Cæſar* de republica loquebatur. Secundus, refutatio ejuſdem ſententiæ. Tertius, confirmatio ſeptem conſtans argumentis. I. Eſt natura homini appetitus ſocietatis, ergo & jus II. Eſt judicium & quiſcunque delectus boni & mali, ergo & jus, quod bono alligat, & a malo deterret. III. Eſt diſcrimen etiam boni majoris & minoris, & intellectus bono majori deberi majorem honorem, ergo & jus, nempe juſtitiæ diſtribuentis. IV. Agnoſcimus omnes verum Deum præcepiſſe: ergo eſt jus, quod ille præcipit. V. Habemus parentes, quibus pro beneficio procreationis & educationis ſubjecti ſumus: ergo eſt jus, quod illi mandant. VI Intellexere homines utile eſſe civitates coli: ergo eſt jus civile. VII. Videtur quoque utile eſſe, ut quædam civitates cum civitatibus & populis externis conſentirent in commune utrorumque bonum: ergo eſt jus gentium. Quartus articulus prioris membri partis generalis, conſectaria quædam, vel ſecunda refutatio, I. adverſus Carneadem. II. Dicti Horatiani. III. eorum, qui jus inter privatos agnoſcunt, rectores rerum publicarum eo volunt ſolutos.

Alterum membrum partis generalis, quo probat eſſe etiam jus, & ſervandum eſſe in bello, conſtat argumentis quatuor. *ESSE JUS IN BELLO probat*, I. quia laudabile bellum non ſuſcipitur niſi juris obtinendi cauſa: indignum igitur, jus per injuriam peti. II teſtimonia ſcriptorum & Imperatorum. III. pro juſtitia cauſæ & armorum, proque injuſtitia, augentur & minuuntur animi militum. IV. Creſcit exiſtimatio ad alienigenas, ſi quem videant nonniſi juſtam ob cauſam, & ſalvo jure publico ac privato ad arma deſcendere.

PARS SPECIALIS eſt, quæ proprie ſpectat hoc ipſum opus, atque quintuplex eſt. Continet enim I. conſilium auctoris. II. partitionem operis. III. neceſſitatem operis. IV. ſubſidia. V. curam & cautionem auctoris per univerſum opus.

1 *Jus civile Romanum*] Quod ex LL. regiis & XII. tabb. Romæ ortum varie crevit; cumque diffunderetur nimis, a Juſtiniano circumciſum & correptum in Pandecte, Codice, Novellis, &c. ad nos pervenit, inque Academiis docetur. Quod olim fuit Quiritum, id nunc eſt jus commune omnium populorum in Europa.

2 *Quod cuique patrium*] Populi unius, ſive certæ gentis, regni, municipii.

3 *Contractum*] In compendium redactum.

4 *Quod inter populos plures*] Quod populos aut principes ſui juris, nullaque



Digitized by Google

pulos plures aut populorum rectores intercedit, 5 ſive ab ipſa natura profectum, 6 aut divinis conſtitutum legibus, ſive 7 moribus & pacto tacito introductum, attigerunt pauci, univerſim ac certo ordine tractavit hactenus nemo: cum tamen id fieri interſit humani generis.

2. Vere enim 8 Cicero 9 præſtabilem hanc dixit ſcientiam, (aa) in federibus, pactionibus, 10 conditionibus populorum, regum, exterarumque nationum, in omni denique belli jure & pacis. Et Euripides hanc ſcientiam rerum divinarum & humanarum 11 cognitioni præponit: (bb) ſic enim 12 Theonoen compellari facit:

*Belli & pacis.*

*Nam turpe id eſſet, cum ſcias hominum ac Deûm*
*Quod eſt eritque, juſta te haud cognoſcere.*

3. Atque eo magis neceſſaria eſt hæc opera, quod & noſtro ſæculo non deſunt & olim non defuerunt qui hanc juris partem ita contemnerent quaſi nihil ejus præter 13 inane nomen exiſteret:

que reipublicæ communione conjunctos alium aliis præſtare oportet.

5 *Sive ab ipſa natura profectum* ] Sive ſit *jus naturale.* Significat jus belli & pacis, ſive gentium jus, ſive publicum appellare velis (perinde ut *Juſtinianus* loquitur de jure privato Romanorum) tripartitum eſſe: quippe collectum ex naturalibus præceptis, ex divinis oraculis, ex cultiore vita populorum.

6 *Aut divinis* ] Sive divinum.

7 *Moribus* ] Sive ſit gentium jus.

8 *Cicero* ] In *orat. pro Balbo* c. 6.

9 *Præſtabilem* ] i. e. inſignem, excellentem, eximiam.

10 *Conditionibus*] Conventionibus aut placitis, pactionibus. Sic loquitur *Cicero* Topic. 21. *Jus a natura profectum ſit, an ab aliqua conditione hominum & pactione.* Et 1, off. 7. ait quædam eſſe *privata lege, conditione, pactione, ſorte.*

11 *Cognitioni* ] Otioſæ ſcil. & fructu propoſitoque animi emendatioris deſtitutæ. Hos Stoici ajebant noſſe præcepta ſine decretis, & Græci paſſim proverbio τὴν πολυμαθείαν νόον οὐ διδάσκειν. Vide *Gellium* initio (*Præfat.*) talem cognitionem in Scythis arguebat *Juſtinus* 2, 2.

12 *Theonoen* ] *Theoclymeni* ſororem, qui ambo erant *Protei* liberi; compellatur autem ſic ab *Helena. Eurip.* in ejus nominis tragœdia v. 929.

13 *Inane nomen* ] Ut Julius apud *Sueton.* 77. *nihil eſſe rempublicam, appellationem modo, ſine corpore & ſpecie.* Et Brutus moriens, *non in re ſed in verbo eſſe virtutem.* Flor. 4, 7.

(aa) Non dicit CICERO, *præſtabilem hanc eſſe ſcientiam*, ſed *Cn. Pompeji*, quem laudat, *præſtabilem eſſe ſcientiam*, ut in omni genere ac varietate artium, ita quoque, & quidem præcipuè, *in fœderibus* &c. *in omni denique Belli Jure ac Pacis.* Adeo ut eadem non ſit ſententia, & nonniſi per conſequentiam inde deduci poſſit, quod Auctor intendit. Mirum autem, id non obſervatum fuiſſe ab Eruditiſſimo *Gronovio*, qui Orationem, & caput, unde locus iſte petitus eſt, adcuratè indicavit: magno me onere levaturus, ſi quod heic, & in ſequenti ac pauciſſimis aliis locis fecit, ubique, ut poterat, experiri voluiſſet. *J. B.*

(bb) Non *præponit*, ſed conjungendam eſſe ſtatuit, ut ſtatim cuivis verſionem Auctoris noſtri, quæ fida eſt non minus quam elegans, inſpicienti patebit. Id autem quam maximè ab omni ævo neglectum fuiſſe, in noſtrâ ad PUFENDORFIUM *De Jure Nat. & Gent.* Præfatione Gallicâ, fuſè probavimus, *J. B.*

ret. In omnium ferme ore eſt Euphemi dictum a apud 14 Thucydidem, regi aut civitati imperium habenti 15 nihil injuſtum quod utile: cui ſimile illud, in ſumma fortuna 16 id æquius quod validius; & rempublicam 17 ſine injuria geri non poſſe. Accedit, quod quæ inter populos aut reges incidunt controverſiæ ferme 18 Martem habent arbitrum. Eſt autem non vulgi tantum hæc opinio, bellum ab omni jure abeſſe longiſſime, ſed & viris doctis ac prudentibus ſæpe dicta excidunt, quæ talem opinionem foveant. Nihil enim frequentius, quam oppoſita inter ſe, jus & arma. Nam & Ennius dixit: *Nullum quidquam, niſi utile.*

*Non 19 ex jure manu conſertum, ſed mage ferro*
*Rem repetunt.*

Et Horatius ferociam Achillis ſic deſcribit: *Art. Poët. vers. 122.*

*Jura negat ſibi nata, nihil non arrogat armis.*

20 & alius alium, cum bellum ordiretur, ſic loquentem inducit:

*Hic pacem temerataque jura relinquo.*

21 Antigonus ſenex irriſit hominem, qui ſibi urbes alienas oppugnanti commentarium de juſtitia adferebat. Et 22 Marius negi-

GROTII.

a *Apud Thucydidem*] Verba ſunt lib. VI. Ἀνδρὶ δὲ τυράννῳ ἢ πόλει ἀρχὴν ἐχούσῃ οὐδὲν ἄλογον, ὅ, τι ξυμφέρον. (Cap. 85. Edit. Oxon.) Idem ſenſus libro V. ubi Athenienſes præpotentes eo tempore ſic Melios alloquuntur: ὅτι δίκαια μὲν ἐν τῷ ἀνθρωπείῳ λόγῳ ἀπὸ τῆς ἴσης ἀνάγκης κρίνεται. δυνατὰ δὲ οἱ [illegible] πράσσουσι, καὶ οἱ ἀσθενεῖς ξυγχωροῦσι. *juſta humana rationi ea cenſeri, quæ par neceſſitas indicit: cæterum quæ fieri poſſunt, ea fieri a validioribus, ab infirmioribus tolerari.* (Cap. 89.)

GRONOVII.

14 *Thucydidem*] l. 6. *Euphemus* erat legatus Athenienſium ad Camarinos bello Siculo.

15 *Nihil injuſtum*] Traſymachus ad Socratem apud *Plat.* de rep. 1, 579. φημὶ γὰρ ἐγὼ εἶναι τὸ δίκαιον οὐκ ἄλλο ἢ τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον. Vide *Muretum* var. lect. 18, 11.

16 *Id æquius quod validius*] Vide *Tacit.* XV. annal. 1. *Id jus eſſe quod ei qui plus poteſt, utile eſt.* Cic. 3. de rep. *Patric.* pag. 37.

17 *Sine injuria*] Ex fragm. *Ciceronis* lib. 3. de republ. apud *Auguſt.* de civ. Dei 19, 21. ubi P. Furius Philus hoc diſputat. Verba ſunt: *Niſi per injuſtitiam rempublicam ſtare aut geri non poſſe.* Vide *Sigon.* ad frag. p. 67. & *Patrit.* 40. Eos qui ſunt cum imperio, neceſſario nonnunquam eſſe injuſtos.

18 *Martem habent arbitrum*] Bello deciduntur, c. 21. ὅς τινα οἶδε θέμιστα de Marte *Homer.* Il. ε. 761. Alexander ad Darii legatos: *Nuntiate veſtro regi & quæ amiſit, & quæ nunc habet, præmia eſſe belli. Hoc regente utriuſque terminos regni, id quemque habiturum, quod proxima lucis aſſignatura fortuna eſt.* *Curt.* 4, 10.

19 *Ex jure manu conſertum*] Rei vindicatione, actione civili. Extat hic *Ennii* locus apud *Gellium* 20, 10.

20 *Et alius alium*] *Lucanus* videlicet Julium Cæſarem, cum Rubiconem tranſiret. Vide *Lucan.* 1, 215.

21 *Antigonus*] *Plutarch.* de fortit. Alex. p. 330.

22 *Marius*] *Plutarch.* Apoph. p. 202. Mario 421. [Adde VALERIUM MAXIM. Lib. V. c. 2. num. 8. *J. B.*]

gabat præ armorum ſtrepitu leges b a ſe poſſe exaudiri. Ipſe ille 23 oris tam verecundi Pompejus auſus eſt dicere: c *Armatus* (cc) *leges ut cogitem?*

4. In Chriſtianis ſcriptoribus plurima ejus ſenſus occurrunt: pro multis unum (dd) Tertulliani ſufficiat: *dolus, aſperitas, injuſtitia*, 24 *propria negotia præliorum*. Qui ita ſentiunt, dubium non eſt, quin oppoſituri ſint nobis illud ex 25 comœdia:

*Incerta hæc ſi tu poſtules*
*Ratione certa facere, nihilo plus agas,*
*Quam ſi des operam, ut cum ratione inſanias.*

*Jus eſſe aſſertum, contra Carneadis objectiones.*

5. Cum vero fruſtra de jure ſuſcipiatur diſputatio, ſi ipſum jus nullum, & ad commendandum, & ad præmuniendum opus noſtrum pertinebit, hunc graviſſimum errorem breviter refelli. Cæterum 26 ne cum turba nobis res ſit, 27 demus ei advocatum. Et quem potius quam 28 Carneadem, qui ad id pervenerat, quod 29 aca-

GROTII.

b *A ſe poſſe exaudiri*] Apud *Plutarchum* Lyſander machæram oſtendens: ὁ ταύτης κρατῶν βέλτιστα περὶ γῆς ὅρων διαλέγεται· *Hanc qui habet, is optime de terrarum finibus diſputat. Apophtegm.* p. 190. E.) Apud eundem Cæſar: οὐ τὸν αὐτὸν ὅπλων καὶ νόμων καιρὸν εἶναι· *Non idem eſſe tempus armorum quod legum.* (Vit. Cæſ. p. 725. B.) Seneca quarto de beneficiis capite XXXVII, *Multa interim reges, in bello præſertim, opertis oculis donant. non ſufficit homo juſtus unus tot armatis cupiditatibus. non poteſt quiſquam eodem tempore & bonum virum & bonum ducem agere.*

c *Armatus leges ut cogitem?*] *Plutarchus* hanc ſententiam Pompeji ad Mamertinos ſic enuntiat: οὐ παύσεσθε ἡμῖν ὑπεζωσμένοις ξίφη νόμους ἀναγινώσκοντες; *Non deſinetis nobis hominibus gladiis accinctis leges recitare?* (Vit. Pomp. p. 623. D.) *Curtius* lib, IX: *Adeo etiam naturæ jura bellum in contrarium vertit.* (Cap. 4.)

GRONOVII.

23 *Oris tam verecundi*] Quod quoties in concionem veniret etiam magnis rebus geſtis, erubeſceret. *Seneca* epiſt. 11. quod ipſe cum aliis *probum* vocat. Unde *os probum ejus Plinio* 7, 12. & 37, 2. Unde *Salluſtius* eum dixit *oris probi, ſed animi inverecundi. Suet.* de illuſtr. Gramm. 15. *Probus* autem latinis auctoribus i. q. verecundus. Lyſander τὸ δίκαιον ἐν μέσῳ τῷ λυσιτελεῖ τιθέμενος καὶ τὸ καλὸν ἐν τῷ συμφέροντι.

24 *Propria negotia*] Non parerga aut obiter contingentia, ſed ipſum, opus, ipſum quod intenditur ibi & agitur: non quæ forte incidunt, ſed quæ proprie ibi aguntur.

25 *Comœdia*] *Terent.* Eun. 1, 1.

26 *Ne cum turba*] In qua ſcilicet omnes clamant, nemo audit. lib. 1, 4. 2.

27 *Demus ei*] Ponamus hominem certum, quicum nobis res ſit, qui pro falſa illa opinione pugnet, & pro ea ſolus dicat. Genus loquendi e veterum declamatorum ſchola petitum, quo de foro migrarat. Frequentatum *M. Seneca* & *Quinctiliano*. Vide notas meas ad *Senec.* controverſ. 7.

28 *Carneadem*] Carneades Cyrenæus, novæ academiæ tertiæ conditor poſt Platonem & Arceſilam. Vide *Diog. Laërt.* & *Jonſium* hiſt. philoſoph. lib. 3, cap. 10. pag. 264. *Cic.* de legib. 1, 13. *Lactant.* 5, 17. *Quinctil.* 12, 1. De ſententia Carneadis *Cic.* 3. de republ. fragmentum ſervatum *Lactantio* in epitome.

(cc) Verba ita concepta, quæ poſtea, ut refert *Plutarchus*, Auctor in Nota ſua poſuit, habuerat ille ex ALBERICO GENTILI, *De Armis Romanis*, Lib I. c. 10. pag. 62. Ed. Hanov. 1617. *J. B.*

(dd) Locus eſt lib. *Adverſus Judæos*, Cap. 9. *J. B.*

d Oi-

29 Academiæ ſuæ ſummum erat, ut pro falſo non minus quam pro vero vires eloquentiæ poſſet intendere? Is ergo 30 cum ſuſcepiſſet juſtitiæ, hujus præcipue de qua nunc agimus, oppugnationem *, nullum invenit argumentum validius iſto: jura ſibi homines pro utilitate ſanxiſſe, varia pro moribus, & apud eoſdem pro temporibus ſæpe mutata: jus autem naturale eſſe nullum: omnes enim & homines & alias animantes ad utilitates ſuas natura ducente ferri: proinde aut nullam eſſe juſtitiam, aut ſi ſit aliqua, ſummam eſſe ſtultitiam, quoniam ſibi noceat alienis commodis conſulens. * Apud Lactant. V. 16.

6. Verum quod hic dicit philoſophus, & ſequitur 31 poëta:

*Nec natura poteſt juſto ſecernere iniquum:* † Naturale.

admitti omnino non debet. 32 nam homo animans quidem eſt, ſed eximium animans, multoque longius diſtans a cæteris omnibus, quam cæterorum genera inter ſe diſtant: cui rei teſtimonium perhibent multæ actiones humani generis propriæ. Inter hæc autem, quæ homini ſunt propria, eſt appetitus ſocietatis, id eſt communitatis non qualiſcunque ſed tranquillæ, & 33 pro ſui intellectus modo ordinatæ, cum his qui 34 ſui ſunt generis: quam d 35 *οἰκείωσιν* Stoici (ee) appellabant. Quod ergo dicitur natura quod-

GROTII.

d *Οἰκείωσιν Stoici appellabant*] *Chryſoſtomus* ad Romanos Homilia XXXI. *ἔχομεν γὰρ φυσικήν τινα πρὸς ἀλλήλους οἰκείωσιν, ἣν καὶ θηρία πρὸς ἄλληλα κέκτηται. Habemus naturâ homines cum hominibus ſocietatem, quidni, cum tale quid inter ſe & feræ habeant?* Vide eundem capite primo ad Epheſios, ubi a natura nobis data docet ad virtutem ſemina. *Marcus Antoninus* Imperator ſumme philoſophus: *ὅτι γὰρ πρὸς κοινωνίαν γεγόναμεν, πάλαι δέδεικται. ἢ οὐκ ἦν ἐναργὲς, ὅτι τὰ χείρω τῶν κρειττόνων ἕνεκεν, τὰ δὲ κρείττω τῶν ἀλλήλων· Pridem patuit ad ſocietatem nos genitos. Nonne in aperto eſt deteriora eſſe meliorum cauſa, meliora vero alterum alterius cauſa?* Lib. V. §. 16. *Edit. Gatak.*)

GRONOVII.

29 *Academiæ*] Academicæ ſectæ, quæ ex inſtituto nihil definiebat, & aſſenſum quidem ſuſtinebat, de omnibus autem quæſtionibus probabiliter in utramque partem diſputabat.

30 *Cum ſuſcepiſſet*] Quod fecit Romæ legatus ab Athenienſibus miſſus, temporibus M. Porcii Catonis Cenſorii. *Plut.* p. 349. *Quintil.* 12, 1. 557. *Lactantius* divinar. inſtit. 5, 14. & 17. unde Gr hunc locum depromſit: ipſe autem e *Ciceronis* lib. 3. de republ. Adde *Lactant.* epitomen cap. 1.

31 *Poëta*] *Horat.* lib. 1, ſatyr. 3. vers. 113.

32 *Nam homo animans quidem eſt, ſed eximium animans*] *Cicero* 1. leg. 7. ab eodem orditur initio: *Homo etiam animal* &c.

33 *Pro ſui intellectus*] Quantum poteſt aſſequi humana imbecillitas. Sola enim cœleſtia ſunt ordinatiſſima, humana tam perfecte diſponi nequeunt, ut non maneat aliquid incommodi.

34 *Sui generis*] Cum aliis hominibus.

35 *Οἰκείωσιν*] Q. d. *domeſticationem*, familiaritatem domeſticam.

(ee) Auctor, in Notâ ſuâ, teſtem tantum adfert *Chryſoſtomum* vocis *οἰκείωσις* hoc ſenſu uſurpatæ. Sed reperitur illa, ut & verbum *οἰκειοῦσθαι*, apud PLUTARCHUM, *De Stoicorum repugnantiis*, pag. 1038. B. C. Tom.

 II.

quodque animal ad ſuas tantum utilitates ferri, ita univerſe ſumtum concedi non debet.

7. Nam & cæterarum animantium quædam utilitatum ſuarum ſtudium, partim 36 fœtum ſuorum, partim aliorum ſibi congenerum reſpectu e aliquatenus temperant. quod in illis quidem procedere credimus 37 ex principio aliquo intelligente 38 ex-

II. *Ed. Wech.* Adde Porphyrium, *De non eſu Animal.* Lib. I. pag. 13. *Ed. Lugd.* 1620. Lib. III. pag 294. 328. &c qui & voce οἰκειότης alibi eadem in re utitur, loco ab Auctore noſtro infra laudando, *Lib.* II. c. 20 §. 9. num. 3. in Not. Omnia autem illa videntur fluxiſſe ex eo quod Aristoteles ait, ὡς οἰκεῖον ἅπας ἄνθρωπος ἀνθρώπῳ καὶ φίλον. Ethic. Nicom. Lib. VIII. c. I. *J. B.*

Grotii.

e *Aliquatenus temperant*] Vetus eſt proverbium, *canis caninam non eſt.* Juvenalis: (Sat. xv, 161.)

*Indica tigris agit rabida cum tigride pacem:*
*Parcit*
*Cognatis maculis ſimilis fera.*

Eſt locus *Philonis* egregius ad decalogi præceptum quintum, quem græce qui volet legat. Ego eum, quia longior eſt, ſemel, id eſt, latine hic ponam: *Imitatores ſaltem mutorum animantium eſtote, homines. Beneficio vicem rependere illa edocta norunt. Canes domus defenſores ſunt: quin & pro heris moriuntur, ſi quod ſubito periculum eos contigerit. Dicuntur & canum illi qui greges comitantur præcedere pecora, depugnantes ad mortem uſque, ut paſtores illæſos præſtent. Nonne inter fœda fœdiſſimum eſt, in referenda gratia vinci hominem a cane, mitiſſimum animal a feroiſſimo? quod ſi a terreſtribus non ſatis edocemur, tranſeamus ad naturam volucrum, aëris viatricem, ut vel inde diſcamus, quod oportet. Ciconiarum ſenes in nidis manent, volare invalidæ. Harum ſoboles per omnes, prope ſic dixerim, terras mariaque volitant, victum undique parentibus quærentes: illæ pro ætatis merito fruuntur quiete, rerum copia, deliciis etiam: hæ vero itineris moleſtias ſolantur putatis conſcientia & exſpectatione paris olim, ubi ſenuerint, a ſua prole, atque ita legitimo tempore debitum perſolvunt neceſſarium, quod accepere reddentes. Neque enim ab aliis alimenta habere poſſunt, aut initio vitæ parvæ cum ſunt, aut natu grandes in vitæ exitu. quapropter non alio quam natura magiſtro didicerunt educare vetulas, educatæ & ipſæ cum teneræ eſſent. Nonne vero hæc ubi audiunt, habent cur ſe præ pudore abſcondant, qui parentum curam non habent, atque eos negligunt, quos aut ſolos aut præ cæteris ſublevare debuerant, præſertim cum id facientes non tam daturi ſint quippiam, quam id quod debent reddituri? Nihil enim eſt liberis proprium quod non parentum ſit prius, qui aut de ſuo dederunt, aut acquirendi præbuerunt cauſas.* (Pag. 760, 761. Ed. Paris.) De columbarum cura eximia circa fœtus ſuos vide *Porphyrium* de non eſu animalium tertio. (*Pag.* 315.) De ſcarorum & ſaurorum pro ſociis *Caſſiodorum* XI, 40.

Gronovii.

36 *Fetuum*] Ut galli gallinacei gallinas, & gallinæ pullos ante exſaturantes, quam ipſi granum ſumant: ut hæ & pleræque animantes, & feræ etiam, pro catulis ac fœtibus ſeſe in periculum conjicientes: ut canes venatici præda abſtinentes, & eam domino reſervantes. *Cic.* 3. de fin. 19. *formicæ, apes, ciconiæ aliorum etiam cauſa quædam faciunt. Quintil.* 5, 11. apes etiam formicaſque in commune laborare. Vide *Ælian.* de animal.

37 *Ex principio*] Non ex vi mentis, conſilio, voluntate, deliberatione ac decreto, denique parte intelligente ipſis inſita atque ingenita. [Vide quæ Auctor eadem de re dicit in eximio opuſculo *De Veritate Religionis Chriſtianæ*; & ibi notata à Clariſſ. Clerico, in nupera Editione. J. B.]

f *Cum*

*Extrinſeco*, quia circa actus alios, iſtis neutiquam difficiliores, par intelligentia in illis non apparet. Idemque de infantibus dicendum, in quibus ante omnem diſciplinam oſtendit ſe ad bene aliis faciendum propenſio quædam, prudenter a Plutarcho (tt) obſervata: ſicut & in ea ætate miſericordia ſponte prorumpit. Homini vero perfectæ ætatis, cum 39 circa ſimilia ſimiliter agere norit, f cum ſocietatis appetitu excellente, 40 cujus peculiare ſolus inter animantes inſtrumentum habet ſermonem, ineſſe etiam facultatem ſciendi agendique, ſecundum generalia præcepta, par eſt intelligi, 41 cui quæ conveniunt ea jam ſunt non omnium quidem animantium, ſed humanæ naturæ congruentia.

8. Hæc vero, quam rudi modo jam expreſſimus, g 42 ſocietatis

*Hominis proprium ſociale: proprie & ſtricte dictum.*

GROTII.

f *Cum ſocietatis appetitu excellente*] *M. Antoninus* libro IX. ὁ ἄνθρωπος εὐεργετικὸς πέφυκε· *Homo in id natus eſt, bene ut aliis faciat.* (§ 42.) Item: Θᾶσσον γοῦν εὕροι τις ἂν γεῶδές τι μηδενὸς γεώδους προσαπτόμενον, ἤπερ ἄνθρωπον ἀνθρώπου ἀπεσχισμένον· *Facilius reperiat quis terreſtre aliquod ad terram ſe non ferens, quam hominem ab humano genere abſciſſum.* (§. 9.) Libro X. ἴδιον τὸ λογικὸν εὐθὺς καὶ πολιτικόν· *quod ratione utitur, neceſſario & civium amicum.* (§. 2.) Nicetas Choniates: ἐνεσημήνατό πως ἡ φύσις ἡμῖν καὶ ἐνεθήκεν πρὸς τὰ οἰκεῖα συμπάθειαν· *Natura inſcripſit inſeruitque nobis animo conſenſionem cum iis, quæ cognata ſunt nobis.* Adde *Auguſtinum* de doctrina Chriſtiana lib. III, c. 14.

GRONOVII.

38 *Extrinſeco*] i. e. Deo vel miniſtra Dei natura, non ab inſita ipſis ratione certa & perpetua, ſed ex inſtinctu naturæ, in paucis & certis rebus ſic ſe habente.

39 *Circa ſimilia ſimiliter agere*] Quod negatum beſtiis, quæ tantum in uno, quo naturalis appetitio fert, aut a quo declinatio avertit, ſic agunt. *Cic.* 2. de fin 14. *ratio, qua & cauſas rerum & conſecutiones videat, & ſimilitudines transferat, & disjuncta conjungat, & cum præſentibus futura copulet, omnemque complectatur vitæ conſequentis ſtatum.* Idem I, de leg. 7.

40 *Cujus peculiare ſolus inter animantes inſtrumentum habet ſermonem*] Et ſocietatis colendæ ex *Cic.* I, de leg. 9. moderationem vocis, orationis vim, quæ conciliatrix eſt humanæ maxima ſocietatis.

41 *cui*] Facultati.

42 *Societatis cuſtodia fons eſt juris*] Homo appetit ſocietatem, quia ea juvatur & conſervatur: & ſi nihil juvaretur, ac ſibi ſufficeret, eam appeteret tamen, ne ſermo eſſet otioſus ſibi: deinde ut, quæ habet commoda, cum aliis communicaret: (bonum enim eſt communicativum ſui) aut ſaltem aliis demonſtraret; naturaliter enim gaudia teſtem requirunt. Jam qui ſocium admittit, qui vicinum, neceſſe eſt aliquid ei tribuat, aliquid in illo ferat, & ſibi minus indulgeat, ut eadem viciſſim conſequatur a ſocio. Qui contubernalem adſciſcit, neceſſe eſt partem cubiculi ei permittat, qui conjugem, lecti. Hæc primo humanitas & mutua patientia ſolitudinis vitandæ & auxilii mutui cauſa comparata, pactis conventis vel tacitis vel expreſſis firmata, tranſit in jus. *Cicero* ait I, de leg. 5. *ſi patefiat, cujus muneris colendi efficiendique cauſa nati & in lucem editi ſimus, quæ ſit conjunctio hominum, quæ naturalis ſocietas inter ipſos; his explicatis, fontem legum & juris inveniri.*

(tt) Videtur Auctor reſpicere heic, quod ait PLUTARCHUS in *Conſlat. ad Uxorem*, pag. 608. D. quod tamen potius contrarium innuit, quum ab ea propenſione ad benefaciendum, tamquam ſingulari, commendet filiolam ſuam in infantiâ mortuam. De re ipſâ dicemus, Deo dante, in Gallicis noſtris Notis uberioribus. *J. B.*

GROTII.

g *Societatis cuſtodia humano intellectui* con-

tis cuſtodia, (gg) humano intellectui conveniens, fons eſt ejus juris, 43 quod proprie tali nomine appellatur: h 44 quo pertinent alieni abſtinentia, & ſi quid alieni habeamus aut lucri inde fecerimus reſtitutio, promiſſorum implendorum obligatio, 45 damni culpa dati reparatio, & 46 pœnæ inter homines meritum.

9. Ab hac juris ſignificatione fluxit altera largior: quia enim homo ſupra cæteras animantes non tantum vim obtinet ſocialem de qua diximus, ſed & 47 judicium ad æſtimanda quæ delectant aut nocent, (hh) non præſentia tantum, ſed & futura, & quæ in utrum-

*conveniens*] *Seneca* IV. de beneficiis cap. XVIII. *Ut ſcias per ſe expetendam eſſe grati animi affectionem, per ſe fugienda res eſt, ingratum eſſe, quoniam nihil æque concordiam humani generis diſſociat ac diſtrahit, quam hoc vitium. Nam quo alio tuti ſumus, quam quod mutuis juvamur officiis? hoc uno inſtructior vita, contraque incurſiones ſubitas munitior eſt, beneficiorum commercio. Fac nos ſingulos, quid ſumus? præda animalium & victimæ ac viliſſimus & faciliimus ſanguis: quoniam cæteris animalibus in tutelam ſui ſatis virium eſt. Quæcumque vaga naſcuntur, & acturæ vitam ſegregem, armata ſunt: hominem imbecillitas cingit: non unguium vis, non dentium, terribilem cæteris facit. duas res dedit, quæ illum, obnoxium cæteris, validiſſimum facerent, rationem & ſocietatem. itaque qui par eſſe nulli poſſet ſi diduceretur, rerum potitur. Societas illi dominium omnium animalium dedit: Societas terris genitum in alienæ naturæ tranſmiſit imperium, & dominari etiam in mari juſſit. Hæc morborum impetus arcuit, ſenectuti adminicula proſpexit, ſolatia contra dolores dedit: hæc fortes nos facit, quod licet contra fortunam advocare. Hanc tolle, & unitatem generis humani, qua vita ſuſtinetur, ſcindes. Tolletur autem, ſi efficies ut ingratus animus non per ſe vitandus ſit.*

h *Quo pertinent alieni abſtinentia*] *Porphyrius* de non eſu animantium tertio: ἡ δὲ δικαιοσύνη ἐν τῷ ἀφεκτικῷ καὶ ἀβλαβεῖ κεῖται παντὸς ὁτουοῦν τοῦ μὴ βλάπτοντος· *Juſtitia in eo ſita eſt, ut abſtineatur alienis neque noceatur non nocentibus*, (Pag. 329.)

GRONOVII.

43 *Quod proprie*] 1, 1. 10. quod in contractibus verſatur.

44 *Quo pertinent*] Ad quod. *Juſtin.* 2, 2. de Scythis. *Nulli ſc. gravis, quia eum*, &c.

45 *Damni culpa*] Si quis quid damni noſtra culpa aut vitio in rebus ſuis fecerit, id ut compenſemus.

46 *Pœnæ meritum*] Utque puniatur qui peccarit in ſocietatem. ἀλόγως καὶ ἐφ' ὅσον μετέχουσι τῆς φύσεως, ἐπὶ τοσοῦτον. *Ariſtoteles* Oecon. 1, 3. [Locus iſte ARISTOTELIS, neſcio quo caſu heic malè collocatus eſt. Neque enim pertinet ad *pœnæ meritum*, ſed ad verba illa num. ſequ. *homo ſupra cæteras animantes vim obtinet ſocialem*. Nimirum Philoſophus agit de ſocietate conjugali, quam ait in ceteris Animantibus locum habere, ſed ſine ratione, & tantum quantum fert natura illorum. Ἐν μὲν οὖν τοῖς ἄλλοις ζώοις ἀλόγως τοῦτο ὑπάρχει, καὶ ἐφ' ὅσον &c. J. B.]

47 *Judicium ad æſtimanda*] Æſtimandi, i. e. delectum & diſcrimen rerum bonarum & malarum, juvantium & inutilium, non modo in præſens, ſed etiam in longam diem, & rationes viaſque tam quæ præcipitant in turpia & noxia quam quæ ad honeſta & profutura pertinent: adeoque providentiam ſecuturi ejus commodi aut incommodi.

(gg) Vide PUFENDORFIUM noſtrum *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. 3. ubi fuſè principium iſtud adſtruitur & exponitur. J. B.

(hh) Ita quidem habent omnes Editiones: ſed, quamquam ſenſus Auctoris ex ſerie orationis ſatis pateat, loquutio non ſatis eſt adcurata. Neque enim τὸ *nocent* rectè opponitur τῷ *delectant*: niſi dicas, quidquid delectat id prodeſſe; quod à mente Auctoris & rei veritate planè alienum eſt. Aut heic eſt ἀκυρολογία, aut poſſit quiſ-

utrovis poſſunt ducere; 48 pro humani intellectus modo etiam 49 in his judicium recte conformatum ſequi, neque metu, aut voluptatis præſentis 50 illecebra corrumpi, aut temerario rapi impetu, conveniens eſſe humanæ naturæ; & quod tali 51 judicio plane repugnat, etiam contra jus naturæ, humanæ ſcilicet, eſſe intelligitur.

10. Atque huc etiam pertinet in his quæ cuique homini aut cœtui propria ſunt elargiendis i prudens 52 diſpenſatio, ut quæ nunc ſapientiorem minus ſapienti, nunc propinquum extraneo, nunc pauperem diviti, prout 53 actus cujuſque & rei natura fert, præponit: quam 54 juris propriè 55 ſtricteque dicti partem jam olim multi faciunt, cum tamen 56 jus illud propriè nominatum diverſam longe naturam habeat, in eo poſitam, ut quæ jam 57 ſunt alterius alteri permittantur, aut 58 impleantur (ii). *Impropriè & laxius.*

11. Et

ſuſpicari Auctorem voluiſſe ſcribere: QUÆ *delectant* AUT DOLOREM CREANT, QUÆ JUVANT *aut nocent*: voces autem intermedias, ſive ex ipſius Auctoris lapſu calami, ſive ex incogitantiâ Exſcriptorum, excidiſſe, adeo ut neque poſtea Auctor, rebus magis quam verbis intentus, id animadverterit, quemadmodum alibi non ſemel excidiſſe nobis compertum eſt. Hoc pertinet ad officia Hominis erga ſe ipſum, de quibus fusè PUFENDORFIUS, *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. II. c. 4. *J. B.*

GROTII.

i *Prudens diſpenſatio, ut quæ nunc ſapientiorem minus ſapienti, nunc propinquum extraneo, nunc pauperem diviti, prout actus cujuſque & rei natura fert, præponit*] Agit hac de re *Ambroſius* libro primo de officiis. (Cap. 30.)

GRONOVII.

48 *Pro humani intellectus modo*] i. e quantum patitur imbecillitas & infirmitas humana.

49 *In his judicium*] Non facere quod quæ canit, *Video meliora proboque, Deteriora ſequor*; ſed diligenter & liquido inſpecta & pro melioribus agnita conſtanter, & confidenter ſectari, affectare, agere.

50 *Illecebra corrumpi*] Ut eligas aut repente facias, cujus poſtea pœniteat.

51 *Judicio*] Se debere averſari malum licet habeat illecebram boni.

52 *Diſpenſatio*] Juſtitia διανεμητικὴ ſive *attribuens* vel *diſtributiva*, in præmiis & muneribus ſive oneribus tribuendis, non autem in pœnis, in quibus verſatur *commutativa*, quæ ſpectat contractus & maleficia, quæ ſunt quaſi contractus.

53 *Actus*] Opera quam in commune commodum præſtat.

54 *Juris proprie*] Quod reddit prætor & unde actiones naſcuntur; quod pertinet ad *juſtitiam commutantem* vel *emendatricem*, συναλλακτικὴν ἢ διορθωτικὴν, verſantem in contractibus & pœnis. [Immo Auctor intelligit heic *Juſtitiam Particularem* ita ab ARISTOTELE dictam, cujus pars eſt *Juſtitia* συναλλακτικὴ, ἢ διορθωτική. Nimirum putabat, *Juſtitiam Particularem* eamdem eſſe ac *Expletricem*, de qua acturus eſt Lib. I. c. 1. §. 8. ubi vide quæ monebimus. *J. B.*]

55 *Stricte dicti*] Quale ſcil. traditur in juris corpore, unde actiones naſcuntur.

56 *Jus*] Juſtitiæ diſtributivæ propriè non eſt jus, quia nulla actione peti poteſt.

57 *Sunt alterius*] Reſpicit duo præcepta poſteriora juris. Hæc eſt juſtitia, quæ dicitur *commutativa* vulgo, vel *correctiva* in contractibus & pœnis.

58 *Impleam*] i. e. faciam quod debeo, unicuique ſuum tribuam.

(ii) Nihil heic volui mutare: ſed, quamquam ita in omnibus Editionibus legatur, vix dubito quin Auctor ſcripſerit: *aut* QUÆ ALTERI DEBENTUR *impleantur*: neque enim, ſecundum Auctorem noſtrum, ea quæ *implentur*, jam *erant alterius*, erga quem implentur, ſed tantum ei *debebantur*, tum de-



Digitized by Google

11. Et hæc quidem quæ jam diximus, locum aliquem haberent, etiamſi daremus, (kk) quod ſine ſummo ſcelere dari nequit, non 59 eſſe Deum, aut non curari ab eo negotia humana: cujus contrarium cum nobis partim ratio, partim 60 traditio perpetua inſeverint; confirment vero & argumenta multa & miracula ab omnibus ſæculis teſtata, ſequitur, jam ipſi Deo, ut 61 opifici & cui nos noſtraque omnia debeamus, 62 ſine exceptione parendum nobis eſſe, præcipue cum is ſe multis modis & optimum & potentiſſimum oſtenderit; ita ut ſibi obedientibus præmia reddere maxima, etiam æterna, quippe æternus ipſe, poſſit, & voluiſſe credi debeat, multoque magis ſi id diſertis verbis promiſerit: quod Chriſtiani indubitata teſtimoniorum fide convicti credimus.

*2. Voluntarium.* *1. Divinum.* 12. Et hæc jam alia juris origo eſt præter illam naturalem, veniens ſcilicet k 63 ex libera Dei voluntate, cui nos ſubjici debere intellectus ipſe noſter nobis irrefragabiliter dictat. Sed & illud ipſum de quo egimus naturale jus, 64 ſive illud ſociale, ſive quod laxius ita dicitur, quamquam ex 65 principiis homini internis profluit, l Deo tamen adſcribi merito poteſt, quia ut talia principia in nobis exiſterent ipſe voluit: quo ſenſu Chryſippus & Stoi-

domum illius futura, quando impleta fuerint. Vide infra *Lib.* II. c. 7. num. 2. & Lib. III. c. 19. n. 15. *J. B.*

GROTII.

k *Ex libera Dei voluntate*] Inde *M. Antonino* judice libro IX: *ὁ ἀδικῶν ἀσεβεῖ· qui injuſte agit, impius eſt.* [Locus eſt §. 1. Sed ubi agitur de jure Naturali, non de *Jure Divino voluntario*, qui ex *liberâ Dei voluntate* venit. Plura dicemus, Deo dante, in Gallicis Notis. *J. B.*]

l *Deo tamen adſcribi merito poteſt*] Chryſoſtomus I. ad Corinthios XI, 3: *ὅταν δὲ εἴπω τὴν φύσιν, Θεὸν λέγω. ὁ γὰρ τὴν φύσιν δημιουργήσας αὐτός ἐστιν· Cum naturam dico, Deum dico; ipſe enim eſt naturæ opifex.* Chryſippus III. de Diis: *οὐ γάρ ἐστιν εὑρεῖν τῆς δικαιοσύνης ἄλλην ἀρχὴν οὐδὲ ἄλλην γένεσιν, ἢ τὴν ἐκ τοῦ Διὸς καὶ τὴν ἐκ τῆς κοινῆς φύσεως. ἐντεῦθεν γὰρ δεῖ πᾶν τὸ τοιοῦτον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, εἰ μέλλομέν τι ἐρεῖν περὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν· Non poteſt inveniri principium aliud aut origo juſtitiæ, quam à Jove & communi natura. inde enim initium duci debet, ubi de bonis maliſque diſſerendum eſt.* [Apud PLUTARCH. *de Stoïc. rep.* pag. 1035.]

GRONOVII.

59 *Eſſe Deum*] IV. Argumentum.

60 *Traditio*] i. e. omne quod gentes inſtillarunt ſuis poſteris, ſive conſenſus & præcepta majorum noſtrorum omnis ævi.

61 *Opifici*] Qui nos creavit.

62 *Sine exceptione*] In omnibus & perpetuo.

63 *Ex libera Dei voluntate*] Propterea id vocat *Jus voluntarium divinum*, lib. I, cap. I. num. 13.

64 *Sive illud ſociale*] Sive quod continet ac dirigit ſocietates gentium & hominum, ſive quod ſanæ menti rectum & decorum probat ratio, eo nomine accipiamus, etſi excogitatum, comparatum, proditum eſt ab hominibus excellenter præditis & præclare utentibus vi humanis ingeniis inſita.

65 *Principiis*] Recta ratione inſita, quam negaverat in beſtiis eſſe.

(kk) Vide, quæ obſervavimus in PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. II. c. 3. §. 19. *Not.* 2. & quæ infra monemus, ad Lib. I. c. 1. §. 8. num. 2. Not. (*mm*). *J. B.*

m A

Digitized by Google

Stoici dicebant, juris originem non aliunde petendam quam [66] ab ipſo Jove, [m] a quo Jovis nomine jus Latinis dictum probabiliter dici poteſt.

13. Accedit, quod illa quoque ipſa principia Deus [67] datis legibus magis conſpicua fecit, etiam iis quibus imbecillior eſt ad ratiocinandum vis animi: & in diverſa trahentes [68] impetus, qui nobis ipſis, quique aliis male (ll) conſulunt, [69] vagari vetuit, illos quippe vehementiores [70] adductius regens & fine ac modo coërcens.

14. Sed & hiſtoria ſacra præter id, quod in præceptis conſiſtit, affectum illum ſocialem non parum etiam eo excitat, quod nos docet ab iiſdem primis parentibus ortos homines omnes, ita ut eo quoque ſenſu dici recte poſſit quod alio dixit [71] Florentinus, cognationem inter nos a natura conſtitutam; cui conſequens ſit, hominem homini inſidiari nefas eſſe. [72] Inter homines quaſi [n] *Dii* quidam ſunt parentes, quibus proinde non [73] infinitum ſed [74] ſui generis obſequium debetur. *L. ut vim. 3. D. de Juſt. & jur.*

15. Dein-

GROTII.

[m] *A quo Jovis nomine jus latinis dictum*] Niſi forte verius per abſciſſionem, ut ex eo quod fuit *oſſum* factum eſt *os*, ita ex eo quod fuerat *juſſum* factum *jus*, *juſis*, poſtea *juris*, ut ex *Papiſius Papirius*, de quo vide *Ciceronem* lib. IX, epiſt. 21.

[n] *Dii quidam ſunt parentes*] Θεοὶ ἐπίγειοι *Hieroch* ad aureum carmen, *Dii terreſtres: Philoni* ad decalogum ἐμφανεῖς Θεοὶ, μιμούμενοι τὸν ἀγέννητον ἐν τῷ ζωοπλαστεῖν· *conſpicui Dii, qui ingenitum Deum imitantur vitam dando.* (Pag. 751. D.) ſecunda poſt Deum fœderatio *Hieronymo* epiſt. XLVII. (Tom. I. pag. 124. D. Edit. Baſil.) Parentes Deorum ſimulacra *Platoni* de legibus XI. (Pag. 930, 931. Tom. II. *Ed. H. Steph.*) Honos parentibus ut Diis debetur, pronuntiante *Ariſtotele* Nicomachæorum IX, cap. II.

GRONOVII.

66 *A Jove*] Derivatio Stoïca, *Scipionis Gentilis* inventum. Orig. p. 270. immo potius præciſum & decurtatum a vocabulo *juſſus*, nam quod ſive Deus, ſive ratio, ſive ſuperior *jubet*, eſt *jus*.

67 *Datis legibus*] Decalogo.

68 *Impetus*] Ὁρμάς· πάθη· affectus, ſenſus, motus animi, commotiones, perturbationes, qui debent regi ab animo tanquam ſatellites. *Cic.* 3. Tuſc. II. & 4. Tuſc. 6. *Claudian.* 4. Conſ. Honor. 230.

69 *Vagari*] Cum ſc. dixit: *non concupiſces, non occides*: aliud contra iram, aliud contra deſideria.

70 *Adductius*] *Adductius*, quaſi attracto fræno. Phraſis *Taciti*, *regnum adductius*, 3. hiſt. 7 de mor. G. 3. [In Editione ann. 1632. eſt etiam *adductius*: unde ita repoſuimus, quod, neſcio quomodo, mutatum fuerat in ſequentibus. *J. B.*]

71 *Florentinus*] L. 3. D. *de Juſt. & Jure.*

72 *Inter homines*] V. Argumentum.

73 *Infinitum*] Non ſine exceptione, ut de Deo dixerat.

74 *Sui generis*] Quatenus non eſt contra illum, cui ſoli infinitum obſequium debetur, Deum.

(ll) Vocem illam *malè*, quæ excidit in omnibus Editionibus, fidenter addidi. Illam deeſſe, adeo ut aliter Auctoris ſententia non conſtet, res ipſa clamat. Si enim τὸ *conſulunt* in bonam partem ſumas, ut omnino ſumendum, quando nihil aliud additur: tunc utiles eſſe, & nobis, & aliis, impetus illos in alia trahentes, quàm quò ducit Ratio & Lex Naturæ, Auctor noſter dicet; quod quàm alienum ſit à mente ipſius, nemo non intelligit. Vix autem

Digitized by Google

*2. Humanum.*

*Civile cujusque civitatis.*

15. Deinde vero, cum juris naturæ ſit 75 ſtare pactis, (76 neceſſarius enim erat inter homines aliquis ſe obligandi modus, neque vero alius modus naturalis fingi poteſt,) ab hoc ipſo fonte jura civilia fluxerunt. 77 Nam qui ſe cœtui alicui aggregaverant, aut 78 homini hominibuſque ſubjecerant, hi aut expreſſe promiſerant, aut ex negotii natura tacite promiſiſſe debebant intelligi, ſecuturos ſe id quod aut cœtus pars major, aut hi, 79 quibus delata poteſtas erat, conſtituiſſent.

16. Quod ergo dicitur non Carneadi tantum, ſed & aliis,

o 80 *Utilitas juſti prope mater & æqui*,

ſi accurate loquamur, verum non eſt: nam naturalis juris mater eſt ipſa 81 humana natura, quæ nos, etiamſi re nulla indigeremus, ad ſocietatem mutuam appetendam ferret: civilis vero juris mater eſt ipſa ex conſenſu obligatio, quæ cum ex naturali jure vim ſuam habeat, poteſt natura hujus quoque juris quaſi 82 proavia dici. Sed naturali juri utilitas 83 accedit: voluit enim naturæ Auctor nos ſingulos & infirmos eſſe, & multarum rerum ad vitam recte ducendam egentes, quo magis ad colendam 84 ſocietatem raperemur: juri autem civili occaſionem dedit utilitas: nam illa quam diximus conſociatio, aut ſubjectio 85 utilitatis alicujus cauſa cœpit inſtitui. Deinde & qui jura præſcribunt aliis, in eo utilitatem aliquam ſpectare ſolent, aut debent.

17. Sed ſicut cujuſque civitatis jura utilitatem ſuæ civitatis reſpiciunt, ita inter civitates aut omnes, aut pleraſque 86 ex conſenſu jura quædam naſci potuerunt, & nata apparet, quæ utilita-

tem dubito, quin propter ſimilitudinem vocis *aliis* cum ſequenti *malè*, hæc omiſſa fuerit vel ab exſcriptore, vel à typographo: & ejus rei exempla alibi videbimus. *J. B.*

GROTII.

o *Utilitas juſti prope mater & æqui*] Ad quem locum *Acron*, aut quiſquis eſt vetus *Horatii* interpres: *repugnat præceptis Stoicorum. oſtendere vult juſtitiam non eſſe naturalem, ſed natam ex utilitate.* Contra hanc ſententiam vide quæ diſputat *Auguſtinus* de doctrina Chriſtiana libro III, c. XIV.

GRONOVII.

75 *Stare pactis*] i. e. fidem datam ſervare.

76 *Neceſſarius obligandi modus*] Nam ſi ſocietas jungi debebat, requirebatur aliquod vinculum, coagulum, ferrumen, ſacramentum, quo ea ſocietas contineretur: alioqui forent meræ arenæ.

77 *Nam qui ſe cœtui*] VI. Argumentum.

78 *Homini*] Uni regi, principi, aut magiſtratibus aliis.

79 *Quibus delata*] Aut pauci unuſve repræſentans ſocietatem, ut rex, magiſtratus.

80 *Utilitas*] *Horat.* I, ſat. 3. vers. 98.

81 *Humana*] Recta ratio.

82 *Proavia*] Cauſa remotior.

83 *Accedit*] Ultro ſe quaſi comitem præbet.

84 *Societatem raperemur*] *Lactant.* de opific Dei cap. 4.

85 *Utilitatis*] Ut ſingulorum artes & opes in unum collatæ omnibus quoque aliis prodeſſent.

86 *Ex conſenſu jura*] Vel tacito, vel expreſſo, VII. Argumentum.

p Si-

tum reſpicerent non cœtuum ſingulorum ſed [87] magnæ illius universitatis. Et hoc jus eſt quod gentium dicitur, quoties id [88] nomen a jure naturali diſtinguimus. quam partem juris omiſit Carneades, jus omne in naturale & civile ſingulorum populorum diſtribuens, cum tamen de eo jure quod inter populos verſatur acturus, (ſubjecit enim orationem de bellis & bello partis) hujus juris mentionem facere omnino debuiſſet. *Gentium: civitatum omnium aut plerarumque.*

18. Male [89] autem a Carneade [90] ſtultitiæ nomine juſtitia traducitur. Nam ſicut, ipſo fatente, ſtultus non eſt civis, qui in civitate jus civile ſequitur, etiamſi ob ejus juris reverentiam quædam ſibi utilia omittere debeat: ita nec ſtultus eſt populus, qui non tanti facit ſuas utilitates, ut propterea communia populorum jura negligat; par enim in utroque eſt ratio. Nam p ſicut civis qui jus civile perrumpit utilitatis præſentis cauſa, [91] id convellit quo ipſius poſteritatiſque ſuæ perpetuæ utilitates continentur: ſic & populus jura naturæ gentiumque violans, ſuæ quoque tranquillitatis in poſterum reſcindit munimenta. Tum vero etiamſi ex juris obſervatione nulla ſpectaretur utilitas, ſapientiæ non ſtultitiæ eſſet eo ferri, ad quod a natura noſtra nos duci ſentimus. II. *Objectionum refutatio.* *Juſtitia ſtultitia non eſt.*

19. Quare nec illud,

[92] *Jura inventa metu injuſti fateare neceſſe eſt:*

quod apud * Platonem quidam ita explicat, metu accipiendæ inju-

* *De Rep. Lib.* II. p. 359. B. Tom II. *Gorg.* pag. 483. T. I.

**G R O T I I.**

p *Sicut civis qui jus civile perrumpit* ] Hac ipſa ſimilitudine apposite utitur lib. IX. *M. Antoninus*: ἥτις ἐὰν οὖν πρᾶξίς σου μὴ ἔχῃ τὴν ἀναφορὰν, εἴτε προσεχῶς εἴτε πόῤῥωθεν, ἐπὶ τὸ κοινωνικὸν τέλος, αὕτη διασπᾷ τὸν βίον, καὶ οὐκ ἐᾷ ἕνα εἶναι, καὶ στασιώδης ἐστὶν, ὥσπερ ἐν δήμῳ ὁ τὸ καθ᾽ αὑτὸν μέρος διιστάμενος· *Quæcumque tua actio reſpectum non habebit ſive cominus ſive eminus ad propoſitum communitatis, ea vitam diducit, nec unam eſſe patitur, ſeditioſaque non minus eſt quam is qui in populo partem ſeorſim facit.* (§. 24.) Et libro XI: ἄνθρωπος ἑνὸς ἀνθρώπου ἀποσχισθεὶς, οὐ δύναται μὴ καὶ ὅλου φύλου ἀποκεκόφθαι· *Homo ab uno abſciſſus homine, non poteſt non & ab univerſo genere abſciſſus haberi.* (§. 8.) Nimirum, ut eidem *Antonino* dictum eſt, quod examini expedit, idem api. [Locus ultimus exſtat *Lib.* VI. §. 54. In præcedenti autem, pro verbis illis, οὐ δύναται μὴ καὶ ὅλου φύλου ἀποκεκόφθαι, legitur: ὅλης τῆς κοινωνίας ἀποπέπτωκε. Nimirum Auctor ſtatim antea legerat: Κλάδος τοῦ προσεχοῦς κλάδου ἀποκοπεὶς, οὐ δύναται μὴ καὶ τοῦ ὅλου φυτοῦ ἀποκεκόφθαι: οὕτω δὴ καὶ ἄνθρωπος &c. Hæc igitur, memoriæ lapſu, confudit, ſimulque τὸ φυτοῦ in φύλου mutavit. *J. B.*]

**G R O N O V I I.**

87 *Magnæ illius univerſitatis* ] Conjunctionis quæ inter omnes eſt homines.

88 *Nomen a jure naturali*] Nam interdum *natura jus* vocatur, quod eſt *gentium*, ut paulo inferius dictum eſt. Sic majorem natu in imperiis ſuccedere, *natura jus* vocat *Juſtinus* 21, 1. *quod natura ipſa gentibus dedit.* 2, 10. Idem *jus gentium* dicit lib. 34, 3.

89 *Male*] Conſectaria ſive IV. articulus prioris membri partis generalis.

90 *Stultitiæ*] Quia abſtineat alieno, quod poſſet ei utile eſſe.

91 *Id convellit*] Eripit ſibi fidem, exiſtimationem, aliorum voluntatem, cum ipſo contrahendi.

92 *Jura inventa*] *Horat.* 1, ſat. 3.

q *Vim*

juriæ repertas leges, ac vi quadam homines ad juſtitiam colendam adigi, univerſaliter verum eſt. Id enim 93 ad ea dumtaxat inſtituta ac leges pertinet, quæ ad faciliorem juris exſecutionem reperta ſunt; ſicut multi per ſe infirmi, ne a validioribus opprimerentur, conſpirarunt ad inſtituenda ac communibus viribus tuenda 94 judicia, ut quibus ſinguli pares non erant, his univerſi prævalerent. Et hoc demum ſenſu commode accipi poteſt quod dicitur jus eſſe id quod validiori placuit; ut intelligamus 95 fine ſuo externo carere jus, niſi vires miniſtras habeat: ſicut Solon res confecit maximas, ut ipſe † prædicabat:

*Vis ex metu injuſti, & validioris, cauſa ejus non eſt.*

Ὁμοῦ βίην τε καὶ δίκην συναρμόσας.

q 96 *Vim juſque parilis copulans vincli jugo.*

† *Apud Plutarch.* Vit. Solon. p. 86. C.

20. Neque tamen quamvis a vi deſtitutum jus omni caret effectu. nam juſtitia 97 ſecuritatem affert conſcientiæ, injuſtia tormenta ac laniatus, quales in tyrannorum pectoribus deſcribit 98 Plato. Juſtitiam probat, injuſtitiam damnat proborum conſenſus. 99 Quod vero maximum eſt, hæc Deum inimicum, illa faventem habet, qui judicia ſua ita poſt hanc vitam reſervat, ut ſæpe eorum vim etiam in hac vita repræſentet, quod multis exemplis hiſtoriæ docent.

JUSTITIA *ſecuritatem adfert conſcientia.*

21. Quod vero multi quam a civibus exigunt juſtitiam, eam 100 in populo aut populi rectore inſuper habeant, ejus erroris cauſa eſt, primum quod in jure nihil ſpectant 1 niſi utilitatem quæ

*Privatis, populo, & populi rectoribus æque convenit.*

GROTII.

q *Vim juſque parilis copulans vincli jugo*] Ovidius,

*Valet cauſa, cauſamque tuentibus armis.*

[Metam. Lib. VIII. vers. 59. ubi tamen melius Cl. *Burmanni* Editio verba hæc, *cauſſamque tuentibus armis*, conjungit cum ſequentibus: *Ut puto, vincemur.* *J. B.*]

GRONOVII.

93 *Ad ea dumtaxat*] Quæ firmant jus & auctoritatem magiſtratuum.

94 *Judicia*] Diſceptationes fori, cum didiciſſent homines legibus, non armis, vivere. *Juſt.* 43, 4.

95 *Fine ſuo externo*] Non poſſe ad effectum & exſecutionem pervenire, niſi magiſtratui committatur jus gladii.

96 *Vim*] Hinc Κράτος καὶ Βίαν inter miniſteria Jovis in Prometheo ponit *Æſchylus*. Et qui rempub. ordinat & reformat, eum ſine collega & armatum eſſe oportere diſputat *Machiavellus* ad Livium 1, 7, & hoc argumento excuſat cædem Remi a Romulo occupatam.

97 *Securitatem*] Diogenes apud *Stobæum* ſer. 31. p. 188. Ἡ τελείου δικαιοσύνη πολλὴν ἔχει ῥᾳστώνην τῇ ψυχῇ. τὸ γὰρ μηδένα μήτε φοβούμενον, μήτε αἰσχυνόμενον ζῆν, ἡδονή τίς ἐστιν καὶ ἱκανότης τοῦ βίου.

98 *Plato*] In Georgia p. 357. (pag. 524, 525. *Ed. H. Steph.* Tom. 1.) Alludunt *Tacitus* 6, ann. 6. *Cicero* 3. de offic. 21. *Quintil.* 12, inſt. 1. *Lucianus* Cataplo. *Claudianus* in Rufin. 2, 504. & apud *Stobæum* Diogenes pag. 188.

99 *Quod vero &*] III. Conſectarium.

100 *In populo*] Ut apud *Senecam* Thyeſte v. 215. Atreus: *Sanctitas, pietas, fides, privata bona ſunt: qua juvat, reges eant.*

1 *Niſi utilitatem*] Et jus ſive juſtitiam & ſtudia liberalia & pietatem & virtutem omnem ſequuntur utilitates, honores, opes, præmia: ſed ea omnia vitiantur, quoties in illis nihil ſpectatur, niſi utilitas: evenit enim, ut ea non

quæ ex jure oritur, quæ evidens eſt in civibus, qui ſinguli ad tutelam invalidi ſunt. At magnæ civitates, cum omnia in ſe complecti videantur quæ ad vitam recte tuendam ſunt neceſſaria, opus habere non videntur ea virtute, quæ 2 foras ſpectat & juſtitia appellatur.

12. Sed, ut ne repetam quod dixi, jus non ſolius utilitatis cauſa comparatum; nulla eſt 3 tam valida civitas quæ non aliquando aliorum extra ſe ope indigere poſſit, vel ad commercia, vel etiam ad arcendas multarum externarum gentium junctas in ſe vires; unde etiam a potentiſſimis populis & regibus federa appeti videmus, quorum vis omnis tollitur ab his qui jus 4 intra civitatis fines concludunt. Veriſſimum illud, 5 omnia (mm) incerta eſſe 6 ſimul a jure receſſum eſt.

13. Si nulla eſt communitas quæ ſine jure conſervari poſſit, 1 quod memorabili latronum exemplo probabat 7 Ariſtoteles

non ſerio, commode, diligenter exerceant, quotquot ad vota properant, & ex his, tanquam aliquid majus, utile petunt; & ſimul atque præſens non adparet utilitas, aut præſentior non apparet ex contrariis vel diverſis, iſta præclara negligant & contemnant.

GROTII.

1 *Quod memorabili latronum exemplo probabat Ariſtoteles*] Chryſoſtomus in caput IV. ad Epheſios: πῶς ἂν λῃσταὶ εἰρηνεύσειαν, φησί. πότε; εἰπέ μοι. πάντως ὅταν μὴ λῃστικῷ τρόπῳ χρήσωνται. ἂν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς ἂν διανέμωνται, μὴ τοὺς νόμους φυλάξωσι τοὺς τοῦ δικαίου, καὶ ἴσως ἀπονέμωσι τὸ δίκαιον, εὑρήσεις ἐκείνους ἐν πολέμοις καὶ μάχαις· *At quando fit ergo, dicet aliquis, ut in pace vivant latrones? Quando vero? dic quæſo. Nempe cum non ut latrones agunt. nam ſi in dividendis rebus præſcripta juſtitiæ non ſervent, neque partitionem ex æquo faciant, videbis & ipſos inter ſe bellis ac prœliis implicari. Plutarchus* (Vit. Pyrrh. pag. 388. A.) cum Pyrrhi recitaſſet dictum, regnum ſe ei liberûm ſuorum relinquere, cui acutiſſimus futurus eſſet gladius, dicit hoc nihil aliud eſſe quam quod in Phœniſſis poſuit *Euripides*: (vers. 68.)

Θηκτῷ σιδήρῳ δῶμα διαλαχεῖν τόδε.

*Ut ſanguinante dividant ferro domum.*

Additque acclamationem egregiam: οὕτως ἀμικτός ἐστι καὶ θηριώδης ἡ τῆς πλεονεξίας ὑπόθεσις· *Adeo inſociabile ſerinumque eſt propoſitum plus ſuo habendi.* Cicero epiſt. XI, 16. *omnia ſunt incerta, cum a jure diſceſſum eſt. Polybius* IV: καὶ γὰρ κατ' ἰδίαν τὸ τῶν ῥᾳδιουργῶν καὶ κλεπτῶν φῦλον τούτῳ μάλιστα τῷ τρόπῳ σφάλλεται, τῷ μὴ ποιεῖν ἀλλήλοις τὰ δίκαια, καὶ συλλήβδην διὰ τὰς εἰς αὑτοὺς ἀθεσίας· *Nam & privatæ coitiones facinoroſorum ac furum hoc maxime modo everti ſolent, ubi inter ſe jus non præſtant, & in ſumma, ubi fides inter ipſos periit.* (Cap. 29.)

GRONOVII.

2 *Foras ſpectat*] i. e. quæ præſtat hominem bonum magis alteri, quam ſibi. *Apulej.* de philoſ. mor. p. 16. Edit. Elmenhorſt. [Ante eum CICERO, *de Rep.* l. 2. apud NONIUM, voc. *Projectum*. Habent omnes ab ARISTOTELE, qui *Juſtitiam* dixit eſſe ἀλλότριον ἀγαθόν, Ethic. Nicom. Lib. V. c. 10. *J. B.*]

3 *Tam valida*] *Salluſtius* Jugurth. 109. in oratione regis Bocchi. *Curt.* 7, 8. *Senec.* epiſt. 4. *Neminem eo fortuna provexit*, &c.

4 *Intra civitatis*] Tantum civile ſtatuunt eſſe, non gentium.

5 *Omnia incerta*] In aleam mitti; nec homines, nec ſocietatis ſtatum fundatum eſſe, ni juſtitia muniatur. *Cicero* pro Cæcina cap. 25.

6 *Simul*] i. e. ſimul ac jure &c.

7 *Ariſtoteles*] Et *Cicero* 2, de offic. 11.

(mm) Verba ſunt CICERONIS, *ad Familiar.* Epiſt. XI. 16. quæ etiam ab Auctore noſtro ei tribuuntur in Nota ſequenti. Ibi tamen, ut & in loco ex

*Orat.*

les (nn): certe & illa quæ genus humanum aut populos complures inter ſe colligat, jure indiget: quod ille vidit qui (oo) dixit, 8 fœda ne patriæ quidem cauſa facienda eſſe. s Graviter eos accuſat * Ariſtoteles, qui cum inter ſe neminem velint imperare niſi qui 9 jus habeat, in exteros quid jus, quid injuſtum ſit nihil curant.

* *Polit.* VII. 2.

*Regis Pacem.*

24. Is ipſe quem nominavimus modo in partem alteram 10 Pompejus (pp), quod Spartanus quidam rex dixerat, beatiſſimam eſſe rempublicam, cujus fines 11 haſta & gladio terminarentur, correxit, dicens eam vere beatam eſſe, quæ 12 juſtitiam pro finibus haberet. Quam ad rem alterius itidem 13 Spartani regis uti potuit auctoritate, t qui militari fortitudini juſtitiam antepoſuit, hoc argumento, quod fortitudo juſtitia quadam regi deberet, at ſi juſti eſſent homines omnes, fortitudine illa non indigerent. Ipſam fortitudinem Stoici definiebant * virtutem propugnantem pro æquitate. Themiſtius oratione ad Valentem facunde diſſerit, reges,

* *Apud Ciceron. De Offic.* I. 19.

*Orat. pro Cæcin.* quem *Gronovius* indicat, agitur tantum de Legibus Civilibus. *J. B.*

GROTII.

s *Graviter eos accuſat Ariſtoteles*] Et *Plutarchus* Ageſilao: Λακεδαιμόνιοι τὴν πρώτην τοῦ καλοῦ μερίδα τῷ τῆς πατρίδος συμφέροντι διδόντες, οὔτε μανθάνουσιν, οὔτε ἐπίστανται δίκαιον ἄλλο, πλὴν ᾧ τὴν Σπάρτην αὔξειν νομίζουσι· *Lacedæmonii primam honeſti partem ponentes in patria ſua utilitate, jus aliud nec norunt nec diſcunt, quam unde Spartam putent poſſe augeri.* (Pag. 617. D.) De iiſdem Lacedæmoniis Athenienſes apud Thucydidem libro V. πρὸς σφᾶς μὲν αὐτοὺς καὶ τὰ ἐπιχώρια νόμιμα, πλεῖστα ἀρετῇ χρῶνται. πρὸς δὲ τοὺς ἄλλους πολλὰ ἄν τις ἔχων εἰπεῖν ὡς προσφέρονται, ξυνελὼν μάλιστ' ἂν δηλώσειεν, ὅτι τὰ μὲν ἡδέα καλὰ νομίζουσι, τὰ δὲ ξυμφέροντα δίκαια. *Quod ipſos inter ſe & civilia jura attinet, plurimum virtute utuntur. Quales vero ſint adverſus alios, multa adferri poſſint eo pertinentia, breviter autem rem expoſuerit, qui dixerit eis honeſta videri quæ ſuavia ſunt, juſta quæ utilia.* (Cap. 105.)

t *Qui militari fortitudini juſtitiam antepoſuit*] Ageſilaus cum Perſarum regem magnum audiret appellari, *quomodo*, inquit, *major me eſt, niſi ſit juſtior?* Et hoc apud *Plutarchum.* (Apophtegm. pag. 213. C.)

GRONOVII.

8 *Fœda*] i. e. natura turpia & deteſtanda; non tantum ignominioſa opinione hominum aut reſpectu prioris fortunæ. (*Machiavell.* ad Livium lib. 3, 41. diſcurſ.) nam illa interdum bono cui ſubeunda ſunt.

9 *Jus habeat*] Legitime creatum, χειροτονηθέντα.

10 *Pompejus*] Qui dixerat, *armatus ut leges cogitem?*

11 *Haſta & gladio*] Quæ quam latiſſime, quo liberet, arma victricia proferret.

12 *Juſtitiam*] Cujus nihil eſſet niſi jure poſſeſſum.

13 *Spartani regis*] *Ageſilai.* [Apud PLUTARCHUM, *Apophtegm.* pag. 213. B.]

(nn) Immo PLATO, ni fallor. Neque enim ullus, quod ſciam, talem ſententiam ex *Ariſtotele* protulit, quum tamen loca veterum in hanc rem congerere voluerint Interpretes in CICERON. *De Offic.* II. 11. Locus autem *Platonis* luculentus ab iis indicatus eſt, quem reperies *Lib.* I. *De Republ.* pag. 351. C. Tom. II. Ed. H. Steph. *J. B.*

(oo) Innuit Auctor, quod CICERO dixit: *Sunt enim quædam ita fœda, ut ea, ne conſervandæ quidem patriæ cauſſâ ſapiens facturus ſit.* De Offic. I. 45. *J. B.*

u *Sed*

Digitized by Google

ges, quales exigit ſapientiæ regula, non unius ſibi creditæ gentis habere rationem, ſed totius humani generis, & eſſe, ut ipſe loquar, non 14 φιλομακέδονας tantum, aut 15 φιλορωμαίους, u ſed 16 φιλανθρώπους. x Minois inviſum apud poſteros nomen non aliud fecit quam quod 17 æquitatem imperii ſui finibus terminaret.

25. Tantum 18 vero abeſt ut admittendum ſit quod quidam fingunt, in bello omnia jura ceſſare, ut nec ſuſcipi bellum debeat niſi ad juris conſecutionem, nec ſuſceptum geri niſi intra juris ac fidei modum. Bene (qq) Demoſthenes bellum eſſe in eos dixit, qui 19 judiciis coërceri nequeunt. Judicia enim vigent adverſus eos qui 20 invalidiores ſe ſentiunt: in eos, qui 21 pares ſe faciunt aut putant, 22 bella ſumuntur; ſed nimirum, ut recta ſint, non minori religione exercenda, quam judicia exerceri ſolent. *Bellumque: inde belli jura.*

26. Sileant ergo leges inter arma, 23 ſed civiles illæ & judicia-

GROTII.

u *Sed φιλανθρώπους*] Optime *M. Antoninus*: πόλις καὶ πατρὶς ὡς μὲν Ἀντωνίνῳ μοι ἡ Ῥώμη, ὡς δὲ ἀνθρώπῳ ὁ κόσμος· *civitas & patria mihi ut Antonino Roma, ut homini mundus.* (Lib. VI. §. 44.) Porphyrius de non eſu animantium III: ὁ λόγος ἀγόμενος καὶ πρὸς πολίτην τηρεῖ τὸ ἀβλαβὲς, καὶ ἔτι μᾶλλον πρὸς ξένους καὶ πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὁ τὴν ἀλογίαν ἔχων ὑπήκοον καὶ αὐτὸς παρ' ἐκείνους λογικώτερος, διὰ ταῦτα δὲ καὶ θειότερος· *Qui ratione ducitur, innocentiam in cives ſervat, imo & in peregrinos & homines quoſvis, quanto ratione præſtantior, tanto divinior.* [Vertendum erat, non *immo & in peregrinos* &c. ut habet Auctor; ſed, *magis adhuc in* &c. quod alium ſenſum efficit. Deinde reliqua non omnino accuratè expreſſa ſunt. Ceterum locus eſt *pag.* 333. Ed. Lugd. 1620. *J. B.*]

x *Minois*] De quo verſus eſt veteris Poetæ:

*Καὶ νήσων δείραισι βαρὺν ζυγὸν ἔμβαλε Μίνως*

*Inſula cuncta jugo Minois preſſa gemebat.*

Vide hac de re *Cyrillum* adverſus Julianum libro VI. [Pag. 191. *Ed. Spanhem.* ubi tamen verſus paullo aliter refertur. *J. B.*]

GRONOVII.

14 *Φιλομακέδονας*] Amantes Macedonum.

15 *Φιλορωμαίους*] Amantes Romanorum.

16 *Φιλανθρώπους*] Amantes omnium hominum.

17 *Æquitatem*] Juſtus tantum eſſet erga ſuos Cretenſes; in exteros bella parum juſta facile ſuſciperet, aut iniquas victis conditiones ferret, ut crudele tributum Athenienſibus impoſitum, de quo *Ovidius.*

18 *Tantum*] II. membrum I. partis: eſſe jus etiam belli probatur.

19 *Judiciis*] Non ſubmittunt ſe judici.

20 *Invalidiores*] Sc. eo ad quem in jus aditur, & propterea ſe patiuntur ad tribunal citari & judicari, quo & inviti cogi poſſunt.

21 *Pares ſe*] Qui non ſubmittunt ſe judici eidem.

22 *Bella ſumuntur in eos qui pares*] Hinc patet unde hoſtis dicatur, ſcil. quod par ſit, nam hoſtire eſt æquare.

23 *Sed civiles illæ*] Sic bello Marſico ſenatus decrevit, ne judicia, dum tumultus Italicus eſſet, exercerentur. *Aſconius Ped.* in Orat. Cic. pro Cornelio p. 145. Sic Juſtinus reprehendit Thebanos, qui poſt victoriam apud Mantineam Lacedæmonios & Phocenſes de rebus in bello actis apud Concilium Amphictyonum accuſaverunt, quaſi poſt arma & bellum locum legibus reliquiſſent, lib. 8, 1.

(qq) Locus eſt in Oratione *de Cherſoneſo*, pag. 38. C. *J. B.*



Digitized by Google

ciariæ & pacis propriæ, non aliæ perpetuæ & omnibus temporibus 24 accommodatæ. Optime enim dictum eſt a Dione Pruſæenſi, inter hoſtes ſcripta quidem jura, id eſt, civilia non valere, at y valere non ſcripta, id eſt, ea quæ natura dictat aut gentium conſenſus conſtituit. 25 Docet hoc vetus illa Romanorum formula: *eas res 26 puro pioque duello quærendas cenſeo.* Iidem veteres Romani, ut Varro * notabat, 27 bella tarde & nulla licentia ſuſcipiebant, quod bellum nullum niſi pium putabant geri oportere. 28 Camillus † juſte non minus quam fortiter bella gerenda dicebat: Africanus *a*, populum Romanum & ſuſcipere juſte bella & finire: 29 Apud alium legas, *Sunt & belli, ſicut & 30 pacis jura.* 31 Alius Fabricium miratur ingentem virum, & quod difficillimum eſt in bello innocentem, & qui aliquid eſſe crederet & 32 in hoſtem nefas.

* *De Vit. pop. Rom.* apud *Non.* p. 529. *Ed Merc.*
† *Liv.* V. 27.
*a Idem*, XXX, 16.

27. Quantam 33 vim habeat in bellis z juſtitiæ conſcientia paſ-

**GROTII.**

y *Valere non ſcripta*] Ideo Alfonſus rex interrogatus pluſne libris an armis deberet, dixit, ex libris ſe & arma & armorum jura didiciſſe. *Plutarchus*: εἰσὶ δὲ καὶ πολέμων ὅμως τινὲς νόμοι τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσι, καὶ τὸ νικᾶν οὐχ οὕτω διωκτέον, ὥστε μὴ φεύγειν τὰς ἐκ κακῶν καὶ ἀσεβῶν ἔργων χάριτας· *Sunt apud viros bonos quædam & belli jura, nec ita ſectanda victoria eſt, ut non fugiatur utilitas ex pravis impiiſque actionibus proveniens.* (Vit. Camill. p. 134.)

**GRONOVII.**

24 *Accommodatæ*] Sic ait *Juſtinus*, poſt arma & bellum legibus locum non relinqui, I. S. c. 1.

25 *Docet hoc*] Argumentum II, membri II. partis generalis.

26 *Puro pioque*] *Liv.* I, 32. Quod qui gerat, in cauſa belli capienda non ſcelere, non impietate maculetur. Vide ad *Sen.* Medeam v. 901.

27 *Bella tarde*] Quod oſtendit etiam proverbium illud, *Dum deliberant Romani, capitur Saguntum.*

28 *Camillus &c.*] Teſtimonia Impp.

29 *Apud alium*] *Liv.* 5, 27.

30 *Pacis jura*] Verba Camilli apud *Livium* d. l. Plutarch. *ſæva res bellum eſt, &c. ſunt tamen belli leges*, in Camillo.

31 *Alius*] *Seneca* ep. 120.

32 *In hoſtem*] Apud *Senecam* d. l. *in hoſte.*

33 *Quantam*] Argumentum III.

**GROTII.**

z *Juſtitiæ conſcientia*] Bene apud *Appianum* Pompejus: θαρρεῖν δὲ χρὴ τοῖς τε θεοῖς καὶ αὐτῷ τῷ λογισμῷ τοῦ πολέμου καλὴν καὶ δικαίαν ἔχοντι φιλοτιμίαν ὑπὲρ πατρίου πολιτείας· (Bell. Civ. Lib. II. p. 460.) *confidere oportet Diis & cauſæ belli honeſte juſtoque ſuſcepti ſtudio ad tuendum patriæ ſtatum.* Caſſius apud eundem: μεγίστη δ᾽ ἐλπὶς ἐν τοῖς πολέμοις ἐστὶ τὸ δίκαιον· *In bellis ſpes optima eſt, cauſæ jus.* (Ibid. L. IV. p. 645.) Joſephus XV. antiquæ hiſtoriæ: μεθ᾽ ὧν τὸ δίκαιον, μετ᾽ ἐκείνων ὁ Θεός· *Abs quo ſtat jus, ab eo Deus.* (Pag. 522. C.) Multa ſunt apud *Procopium* in hanc Sententiam: ut in oratione Belliſarii in itinere in Africam, ubi hoc inter cætera: τὸ ἀνδρεῖον οὐκ ἂν νικῴη μὴ μετὰ τοῦ δικαίου ταττόμενον· *Victoriam fortitudo datura non eſt, niſi juſtitiam habeat commilitem;* (Bell. Vand. L. I. c. 12.) & in altera oratione ante prælium non longe a Carthagine: (Ibid. c. 16.) & in Longobardorum ſermone ad Herulos, ubi hæc, ſed correcta a nobis: μαρτυράμενοι τὸν Θεὸν ὑπὲρ τῆς ῥοπῆς καὶ βραχεῖα τις τὸ παράπαν ἰσχὺς πάσῃ τῇ ἀνθρώπων δυνάμει ἀντίξους ἔσαι, αὐτόν τε εἰκὸς ταῖς πολέμου αἰτίαις ἡγμένον, ἀμφοτέροις πρυτανεῦσαι τῆς μάχης τὸ πέρας· *Teſtamur Deum, cujus potentiæ vel minima particula omnem humanam vim æquiparat; is, ut credibile eſt, belli cauſas intuens, dabit debitum utriſque prælii exitum.* (Bell. Gotth. Lib. II. c. 14.)

Digitized by Google

Ipſum oſtendunt 34 hiſtoriarum ſcriptores, qui victoriam ſæpe huic cauſæ præcipue aſſcribunt: Inde proverbia illa, frangi & emolli vires 35 in milite a cauſa: raro eum ſoſpitem redire (rr) qui injuſta arma ſumſerit: bonæ (ſſ) cauſæ ſpem adeſſe comitem; & alia in eum ſenſum. Nec movere quenquam debent proſperi ſucceſſus iniquarum molitionum: ſatis enim eſt quod cauſæ æquitas ſuam quandam eamque magnam habet vim ad agendum, quanquam ea vis, ut in rebus humanis accidit (tt), ſæpe aliarum 36 cauſarum oppoſitu ab effectu impeditur. 37 Etiam ad amicitias conciliandas, quibus ut ſinguli, ita & populi ad multas res opus habent, multum valet opinio de bello non temere nec injuſte ſuſcepto, pieque geſto. Nemo enim iis ſe facile adjungit quibus jus, fas, fidem vilia putat. *Juſta cauſa conſcientia, & qua vis ejus.*

28. Ego 38 cum ob eas quas jam dixi rationes compertiſſimum haberem, eſſe aliquod inter populos jus commune, quod & ad bella & in bellis valeret, cur de eo inſtituerem ſcriptionem cauſas habui multas ac graves. Videbam per Chriſtianum orbem vel bar- *III. Cauſæ ſuſcepti operis ſcribendi.*

c. 14.) Quod dictum eventus mox admirabilis comprobat. Sic & apud eundem ſcriptorem ad Gotthos Totilas: *οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι τοὺς ἀδικοῦντας καὶ βιαζομένους ἐν τοῖς ἀγῶσιν εὐδοκιμεῖν, ἀλλὰ πρὸς τὸν βίον ἑκάστου ἡ τοῦ πολέμου πρυτανεύεται τύχη· Fieri nequit, nequit, inquam, fieri, ut qui violentia & injuſtitia utuntur, decus pugnando pariant, ſed prout vita cuique eſt, ita ei obtingit belli fortuna.* Mox capta jam Roma alteram habet orationem Totilas, (Lib. III. c. 8.) pertinentem eodem. *Agathias* vero libro II. *ἀδικία γὰρ καὶ θεοῦ ἀθεραπευσία φευκτὰ μὲν ἀεὶ καὶ ἀσύμφορα. μάλιστα δὲ ἐν τῷ προσπολεμεῖν καὶ παρατάττεσθαι· Injuſtitia & Dei neglectus vitanda ſemper & noxia, tum vero maxime ubi res belli in acie cernitur.* (Lib. II. c. 1.) Probat id alibi Darii, Xerxis, & Athenienſium in Sicilia illuſtribus exemplis. (Ibid. c. 5.) Vide ſi libet & Criſpini orationem ad Aquilejenſes apud *Herodianum* VIII. c. 6. Apud *Thucydidem* libro VII. Lacedæmonii clades ad Pylum & alibi acceptas ſuæ culpæ acceptas ferunt, quod judicium provocati accipere recuſaſſent. Sed cum poſtea Athenienſes multis editis improbis facinoribus judicium defugiſſent, ſpes inde meliorum ſucceſſuum ad Lacedæmonios rediit. (Cap. 18.

GRONOVII.

34 *Hiſtoriarum*] *Juſtinus* de ſervis Scytharum 2, 5, 8, 2. 19, 1. 24, 4. 26, 2.

35 *In milite a cauſa*] *Ovidii* eſt. [Immo PROPERTII, Lib. IV. Eleg. VI, 51, 52. *Ed. Broekhuyſ.* Eundem tamen errorem etiam erravit *Aegidius Menagius*, ut obſervatum ab ultimo eodemque Eruditiſſimo *Propertii* Interprete. *J. B.*]

36 *Cauſarum oppoſitu*] Ut, cum bonum ſemen in terram conjectum fructum effert nullum: cum utile per ſe remedium in morbo non impedit mortem, aut ſanat morbum. Huc pertinet, non ab effectu facta notanda.

37 *Etiam*] Argumentum IV.

38 *Ego*] Pars altera & ſpecialis prolegomenon, quæ ſpectat ipſum opus. 1. conſilium auctoris.

(rr) Ita habet fragmentum ex EURIPIDIS *Erechteo*:

*Οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα, σῶς ἦλθεν πάλιν.*

Vers 44. Collect. Barnes.

(ſſ) Innuere videtur illud LUCANI:

*Cauſſa jubet melior Superos ſperare ſecundos.*

Pharſal. VII. 349. Adde MENANDRI fragmentum è *Vulcanalibus*, pag. 190. *Edit. Cleric.* & loca ab Auctore noſtro infra adferenda, Lib II. c. 1. §. 1. *J. B.*

(tt) *Nam ſæpe honeſtas rerum cauſſas, ni judicium adhibeas, perniciosi exitus conſequuntur.* Ita *Otho* apud TACITUM, Hiſt I 83. *J. B.*

*Bellandi licentiam moderandi.*

barbaris gentibus pudendam bellandi licentiam: levibus aut nullis de cauſis ad arma procurri, quibus ſemel ſumtis nullam jam divini, nullam humani juris reverentiam, plane quaſi uno [39] edicto ad omnia ſcelera emiſſo furore.

29. Cujus immanitatis conſpectu multi homines minime mali eo venerunt, ut Chriſtiano, cujus diſciplina in omnibus hominibus [40] diligendis præcipue conſiſtit, [a] omnia arma interdicerent: ad quos accedere interdum videntur & Joannes Ferus & Eraſmus (uu) noſtras, viri pacis & Eccleſiaſticæ & civilis amantiſſimi; ſed eo, ut arbitror, [41] conſilio, quo ſolemus, [42] quæ in unam partem exierunt, in alteram reflectere, ut in verum modum redeant. Verum hic ipſe nimium contranitendi conatus ſæpe adeo non proficit, ut obſit etiam, quia deprehenſum facile quod in his nimium eſt, etiam aliis [43] dictis intra verum ſtantibus auctoritatem detrahit. Medicina ergo utriſque adhibenda fuit, tum ne nihil, tum ne omnia crederentur licere.

*Jurisprudentiam juvandi ſtudium, exemplo methodi.*

30. Simul & jurisprudentiam, quam antehac in muneribus publicis quanta potui integritate exercui, nunc quod mihi indigne e patria tot meis laboribus ornata ejecto reſtabat, privatæ diligentiæ ſtudio adjuvare volui. Artis formam ei imponere multi antehac deſtinarunt: perfecit nemo: neque vero fieri poteſt, niſi, quod non ſatis curatum eſt hactenus, ea [44] quæ ex conſtituto veniunt a naturalibus recte ſeparentur. nam naturalia, [45] cum ſemper eadem ſint, facile poſſunt [46] in artem colligi: illa autem, quæ ex conſtituto veniunt, cum & mutentur ſæpe, & alibi alia ſint, extra artem poſita ſunt, ut aliæ rerum ſingularium perceptiones.

31. Quod ſi qui veræ juſtitiæ ſacerdotes naturalis & perpetuæ ju-

GROTII.

a *Omnia arma interdicerent*] *Tertullianus* de reſurrectione carnis: *Gladius bene de bello cruentus & melior homicida.* (Cap. 16)

GRONOVII.

39 *Uno edicto*] i. e. licentia, quaſi jus datum ſit ſceleri, ut *Lucanus* loquitur. (Lib. I. vers. 2.)

40 *Diligendis*] Quippe qui unumquemque hominem debet proximum ſuum ducere.

41 *Conſilio*] Non ut ſimpliciter omnia bella tollerent.

42 *Quæ in unam partem*] Scipionem incurvatum in contrarium recurvare, quo fiat rectus: ſic hi quod non omnia bella damnarent, ſed ne temere & tam facile ſuſciperentur. *Seneca* 7, *ben.* 22. *Quædam præcipimus ultra modum, ut ad verum & ſuum redeant.*

43 *Dictis intra verum*] Sic ſi qui ageret in foro, intentione ſua plus complexus fuiſſet, quam ad eum pertineret, cauſa cadebat. §. 33. Inſtit. *de act.*

44 *Quæ ex conſtituto*] i. e. quæ homines temporariis ſæpe cauſis impulſi conſtituerunt, & identidem mutat dies, ab illis, quæ recta ratio dictat, nec ſe patitur aliter habere. §. 10. Inſtit. *de jur. nat. gent. & civil.*

45 *Cum ſemper eadem*] §. 11. Inſtit. *de J. N. G. & C.*

46 *In artem colligi*] Certis regulis & præceptis includi ac deſcribi.

(uu) Vide Viri magni *Adagia*, ubi in hanc rem fuſe digreditur, dum exponit tritum illud: *Dulce bellum inexpertis.* J. B.

47 *Quæ*

jurisprudentiæ partes tractandas ſuſciperent, ſemotis iis quæ [47] ex voluntate libera ortum habent, alius quidem de legibus, alius de contractis, alius de judicum officio, alius [48] de voluntatum conjectura, alius [49] de factorum facienda fide, poſſet deinde ex omnibus partibus collectis corpus confici.

32. Nos [50] certe quam viam ineundam cenſeremus re ipſa potius quam verbis oſtendimus in hoc opere, quod partem juriſprudentiæ longe [51] nobiliſſimam continet. *IV. Operis contenta & ordo.*

33. Primo enim libro præfati de juris origine, generalem examinavimus quæſtionem, ſitne bellum aliquod juſtum: deinde ad noſcenda [52] publici [53] privatique belli diſcrimina explicandam habuimus [54] vim ipſam ſummi imperii. qui eam populi, qui reges ſolidam, qui ex parte, qui cum alienandi jure, qui aliter habeant: deinde & [55] de ſubditorum in ſuperiores officio dicendum fuit. *Lib. I.*

34. Liber ſecundus cum omnes cauſas, ex quibus bellum oriri poteſt, exponendas ſumſerit, quæ [56] res communes ſint, quæ propriæ, quod [57] jus perſonis in perſonas, quæ ex dominio naſcatur [58] obligatio, quæ [59] ſucceſſionum regiarum norma, quod jus veniat [60] ex pacto aut contractu, quæ federum, quæ jurisjurandi tum privati, tum publici vis atque interpretatio, quid ex [61] damno dato debeatur, quæ legatorum [62] ſanctimonia, quale jus humandi mortuos, quæ pœnarum natura, late exſequitur. *Lib. II.*

35. Tertius liber primum ſubjectam ſibi habens materiam, id quod in bello licet, cum id [63] quod impune fit aut etiam apud po- *Lib. III.*

GRONOVII.

47 *Quæ ex voluntate libera*] Quæ non ſtatim inculcat recta ratio, ſimul abhorrens a contrariis & ea rejiciens; ſed quæ ex uſu & placito poſt experientiam aliorum, aut poſt deliberationem & contentionem examenque in utramque partem vergentium, admiſit & recepit. Non coacti jure vel more gentium in quibus licet ſine ſcelere, aut peccato in utramvis partem ſtatuere.

48 *De voluntatum*] De teſtamentis & obligationibus.

49 *De factorum*] De probationibus & præſumtionibus.

50 *Nos &c.*] 2. Partitio operis, ſive partis ſecundæ membrum ſecundum.

51 *Nobiliſſimam*] Scil. de jure publico.

52 *Publici*] Quod gerit, qui cum imperio eſt.

53 *Privati*] Cum armis depugnant, qui non ſunt magiſtratus.

54 *Vim ipſam ſummi imperii*] Jus majeſtatis.

55 *De ſubditorum*] Parendi neceſſitatem an omnem & quatenus omnem debeant.

56 *Res communes*] Convenit cum tit. inſtit. *de rerum diviſione.*

57 *Jus perſonis*] *De jure perſonarum, de patria poteſtate, per quas perſonas.*

58 *Obligatio*] Adverſus bonæ malæve fidei poſſeſſores rerum alienarum. Inſt. §. 35. tit. 1. lib. 2. *Si quis a non dom.*

59 *Succeſſionum*] Convenit cum tit. de *teſtamentis, legatis, fideicommiſſis, hereditatibus ab inteſtato, bonorum poſſeſſionibus.*

60 *Ex pacto*] Cum materia *obligationum.*

61 *Damno dato*] *Lex Aquilia & oblig. ex delicto.*

62 *Sanctimonia*] Qui inviolabiles, & ſi id fiat, datur cauſa belli.

63 *Quod impune*] Quod non perſequitur humanus aut mortalis judex.



Digitized by Google

populos exteros pro jure defenditur ab eo 64 quod vitio caret diſtinxiſſet, deſcendit ad pacis genera, & omnes 65 bellicas conventiones.

*V. Scriptionis neceſſitas.*

36. Eo 66 autem majus viſum eſt pretium operæ, quod ut dixi totum hoc argumentum tractavit nemo, & qui tractarunt partes, ita tractarunt, ut multum reliquerint alienæ induſtriæ. Veterum philoſophorum nihil exſtat hujus generis, neque Græcorum, quos inter Ariſtoteles liberum fecerat cui nomen 67 δικαιώματα πολέμων, neque eorum qui Chriſtianiſmo 68 recenti nomen dederunt, quod valde optandum fuerat: etiam Romanorum veterum libri 69 de jure feciali nihil ad nos ſui præter nomen tranſmiſerunt. Hi qui ſummas fecerunt caſuum quos vocant conſcientiæ, ut de aliis rebus, ita & de bello, de promiſſis, de juramento, de 70 repreſſaliis capita fecerunt.

*Scriptorum veterum hac in re inopia.*

*Recentiorum defectus.*

37. Vidi & ſpeciales libros de belli jure partim a theologis ſcriptos, ut a Franciſco Victoria, Henrico Gorichemo, b Wilhelmo Matthæi; partim a doctoribus juris, ut Joanne Lupo, (xx) Franciſco Aria, Joanne de Lignano, Martino Laudenſi: ſed hi omnes de uberrimo argumento pauciſſima dixerunt, & ita plerique, ut ſine ordine quæ naturalis ſunt juris, quæ divini, quæ gentium, quæ civilis, quæ ex 71 canonibus veniunt, permiſcerent atque confunderent.

38. Quod

GROTII.

b *Wilhelmo Matthai*] Adde his *Johannem de Carthagena* editum Romæ anno cIↄ Iↄc IX.

GRONOVII.

64 *Vitio caret*] Quod ſalva conſcientia fit, & apud Deum excuſatum eſt.

65 *Bellicas conventiones*] Pactiones inter hoſtes, quæ pro occiſionibus fiunt.

66 *Eo autem*] Neceſſitas operis. III. Membrum ſecundæ partis.

67 *Δικαιώματα*] Jura bellorum. [At vero legendum, non Δικαιώματα πολέμων, ut mendosè exſtat apud AMMONIUM, *De ſimilib. & diſſer. vocabulis*, voce Νόμος: ſed Δικαιώματα πολέων, *Jura Civitatum*. Vide SELDEN. *De Jure Nat. & Gent. ſecund. Ebr.* Lib. I. c. I. MENAGIUM in *Diog. Laert.* V. 26. *J. B.*]

68 *Recenti*] Patrum eccleſiæ ſcil.

69 *De jure feciali*] Meminit *Cic.* I, de offic. II. *Belli quidem æquitas ſanctiſſime feciali jure pop. Rom. perſcripta eſt.* Meminit etiam lib. 3, offic. cap. 29. Erant autem *feciales*, ſacerdotes Deæ Fidei, qui fidem publicam in primis curabant. Itaque ad eos pertinebat conſultatio, bellum aliquod jure gereretur, nec ne. Iidem legati populi Rom. res repetebant, bella indicebant, fœdera feriebant. *Liv.* I, 24. & 2. lib. 30, 45. lib. 31, 8. [Vide infra, Lib. III. c. 3. § 7.]

70 *De repreſſaliis*] Cum permittitur privatis, jus ſuum apud alios populos non obtinentibus, illorum privatorum, qui de iſto populo inter nos aut alibi agunt, aut quid ſui habent, bona invadere, & iis manum injicere. De quibus auctor agit infr. 3. 2. 4.

71 *Canonibus*] Conciliorum eccleſiæ.

(xx) In omnibus Editionibus hactenus legebatur *Fr. Ario*: ſed Auctor ille Hiſpanus *Arias* vocabatur, & hoc nomine editus eſt ejus liber *De Bello & ejus juſtitia*, in TRACTATU-TRACTATUUM, Tom. XVI. *Ed. Venet.* 1584. Ibidem reperiuntur JOANNES LUPUS, *Segobienſis*, *De Bello & Bellatoribus*: JOANNES à LIGNANO, *Bononienſis*, *De Bello*: & MARTINUS GARATUS, *Laudenſis*, de eodem argumento. Poſtremus, ſimul cum AYALA, *De jure & officiis bellicis*, editus eſt etiam *Lovanii*, ann. 1648. J. B.

72 De-

Digitized by Google

38. Quod his omnibus maxime defuit, hiſtoriarum lucem ſuppeditare aggreſſi ſunt eruditiſſimus Faber in Semeſtrium capitibus nonnullis, ſed pro inſtituti ſui modo, & teſtimoniis tantum allatis; diffuſius, & ut ad 72 difinitiones aliquas exemplorum congeriem referrent, Balthazar Ayala, & plus eo Albericus Gentilis: cujus diligentia ſicut alios adjuvari poſſe ſcio & me adjutum profiteor, ita quid in dicendi (yy) genere, quid in ordine, quid in diſtinguendis quæſtionibus, juriſque diverſi generibus deſiderari in eo poſſit, lectoribus judicium relinquo. Illud tantum dicam, ſolere eum ſæpe in controverſiis definiendis ſequi aut exempla pauca non ſemper probanda, aut etiam auctoritatem novorum juriſconſultorum in 73 reſponſis, quorum non pauca 74 ad gratiam conſulentium, non ad æqui bonique naturam ſunt compoſita. Cauſas, unde bellum juſtum aut injuſtum dicitur, Ayala non attigit: Gentilis ſumma quædam genera quo ipſi viſum eſt modo delineavit; multos vero & nobilium & frequentium controverſiarum locos ne attigit quidem.

39. Nos ne quid tale indictum abiret, operam dedimus, indicatis etiam 75 dijudicationum fontibus, unde facile eſſet etiam ſi quid omiſſum a nobis eſſet definire. 76 Supereſt ut quibus ego auxiliis & qua cura hanc rem aggreſſus ſim breviter exponam. Primum mihi cura hæc fuit, ut eorum quæ ad jus naturæ pertinent probationes referrem ad 77 notiones quaſdam tam certas, ut eas nemo negare poſſit, niſi ſibi vim inferat (zz). Principia enim ejus juris, ſi modo animum recte advertas, per ſe patent atque evidentia ſunt, ferme ad modum eorum quæ ſenſibus externis percipimus; qui & ipſi bene conformatis 78 ſentiendi inſtrumentis,

VI.

*1. Cura Autoris,*
*1. Juris probandi: Naturale.*

GRONOVII.

72 *Definitiones*] Sententias, effata poſita, axiomata, obſervationes, regulas vel præcepta generalia, l. 202. D. *de reg. jur. Definitio omnis in jure periculoſa eſt.*

73 *Reſponſis*] i. e. Conſiliis ſcriptis ad incidentes caſus.

74 *Ad gratiam conſulentium*] Scripſit enim *de jure maris* in gratiam Britanniæ regis tum temporis in Britannia agens *Alb. Gentilis.*

75 *Dijudicationum fontibus*] Summis capitibus vel generalibus axiomatibus vel pronunciatis, ex quibus de ſingularibus, quæ identidem exiſtunt, facile poteſt ſtatui.

76 *Supereſt*] IV. Articulus poſterioris partis. Subſidia.

77 *Notiones tam certas*] Inchoatas intelligentias, quæ in animis imprimuntur ſimiliter omnibus. *Cic.* 1, de leg. 10.

(yy) Ita repoſuimus, pro eo quod erat in omnibus Edd. *docendi genere.* Nimirum non congruit ſtylo Auctoris noſtri, ad brevitatem maximam, ſi quis uſquam, compoſito, ut ita idem bis diceret, quum ſequentia ad modum docendi pertineant, & hoc primum caput ab aliis manifeſto diſtinguatur. Deinde non potuit non multa improbare in *genere dicendi*, quo uſus eſt *Albericus Gentilis*: & ipſe tacitè videtur ei opponere illud, quo uſum ſe profitetur, §. 59. *J. B.*

(zz) De illâ evidentiâ fuſè egimus in *Præfatione noſtrâ* ad PUFENDORFIUM *De Jure Nat. & Gent.* §. 1, & ſeqq. *J. B.*

78 *Sentiendi inſtrumentis*] Τοῖς αἰσθητηρίοις τοῖς τῆς φύσεως. Diog. apud *Stobæum* 378. Quibus externa percipiuntur, oculis, auribus, naribus, lingua,



Digitized by Google

tis, & ſi cætera neceſſaria adſint, non fallunt. Ideo in Phœniſſis * Euripides ſic loquentem facit Polynicen, cujus aperte juſtam vult fuiſſe cauſam:

* *Vers.* 497. & *ſeqq*

> *Hæc ſum profatus, mater, haud ambagibus*
> *Implicita, ſed quæ regulis æqui & boni*
> *Suffulta* [c] *rudibus pariter & doctis patent.*

Statim addit chori (conſtat is autem ex [79] feminis iiſque barbaris,) judicium, dicta approbantis.

10. Uſus ſum etiam ad juris hujus probationem [d] teſtimoniis philoſophorum, hiſtoricorum, poëtarum, poſtremo & oratorum: non quod illis indiſcrete credendum ſit; ſolent enim [80] ſectæ, [81] argumento, [82] cauſæ ſervire: ſed quod ubi multi diverſis temporibus ac locis idem pro certo affirmant, id [83] ad cauſam univerſalem referri debeat: quæ in noſtris quæſtionibus alia eſſe non poteſt, quam aut [84] recta illatio ex naturæ principiis procedens, aut [85] communis aliquis conſenſus. [86] Illa jus naturæ indi-

*Gentium.*

2. *Diſcriminandi utrumque.*

gua, & quod vivum in omni corpore eſt ad tactum toto corpore æquabiliter fuſum, ut *Cic.* 2. de nat. 56. ſentiendum vel percipiendum.

GROTII.

c *Rudibus pariter & doctis patent*] Idem *Euripides* Andromacham Hermionæ dicenti: (*vers.* 242.)

> Οὐ βαρβάρων νόμοισιν οἰκοῦμεν πόλιν.
> *Non barbarorum more in urbe hac vivitur.*

reſpondentem facit:

> Κἀκεῖ τάδ' αἰσχρὰ κἀνθάδ' αἰσχύνην ἔχει.
> *Quæ turpia illis, hic quoque haud culpa vacant.*

[In hanc ſententiam dixit quoque ISÆUS, vetus Orator Græcus: Ἁπλᾶ γὰρ τὰ δίκαια πάντα πᾶσιν ἐστὶ, καὶ γνώριμα μαθεῖν. Orat. X. pag. 580. *Ed. Wechel.* Sic apud CASSIODORUM reperio: *Laborioſum quidem, ſed non eſt impoſſibile, juſtitiam ſuadere mortalibus: quam ita cunctorum ſenſibus beneficium Divinitatis adtribuit, ut & qui neſciunt jura, rationem tamen veritatis adgnoſcant. Neceſſe eſt enim, ut quod à natura conceditur, ſubmonente iterum eâdem, ſuaviter audiatur.* Var. VI. 26. *J. B.*

d *Teſtimoniis philoſophorum*] Quidni, cum Alexander Severus *Ciceronis* de republica & officiis libros perpetuo lectitarit? [*Lamprid.* in ejus Vit. c. 30.]

GRONOVII.

79 *Feminis iiſque barbaris*] Tyriis, Phœniſſis, per eas ſpecies voluit innuere *Euripides*, etiam barbaros & feminas idem dictum approbare. Quod argumentum eſt etiam ſequiorem ſexum, & tum vita cultiore, tum liberali inſtitutione carentes ea facile aſſequi.

80 *Sectæ,*] Sectæ. ad philoſophos refer. i. e. Non vera ſemper, ſed ſæpe veriſimilia tantum dicere, dummodo profutura parti, cujus cauſam orant, eoque & contraria interdum iis, quæ alias dixerunt. Nobilis eſt locus in hanc rem *Cic.* pro Cluent. c. 50. *Aſcon. Ped.* pro Cornelio p. 141. eſſe *oratoriæ calliditatis, ut, cum opus ſit, eiſdem rebus ab utraque parte vel a contrariis utantur.* [Igitur hoc referendum erat, non ad Philoſophos, ſed ad Oratores. *J. B.*]

81 *Argumento*] Ad poëtas & hiſtoricos.

82 *Cauſæ*] Ad oratores.

83 *Ad cauſam univerſalem*] Quæ non ſingulos & in præſenti tantum negotio movent. ſed omnes & in quavis materia ſimiliter impelleret. Ad principium innatum, quod in omnibus eſt commune quaſi & inſitum.

84 *Recta illatio*] Collectio, argumentatio, ſyllogiſmus.

85 *Communis conſenſus*] Approbatio aliqua omnium quaſi ex tacito pacto.

86 *Illa*] Sc. illatio.

87 *Hæc*

&c, 87 hic jus gentium: quorum diſcrimen non quidem ex ipſis teſtimoniis, (paſſim enim ſcriptores voces juris naturæ & gentium permiſcent) ſed ex materiæ qualitate intelligendum eſt. 88 Quod enim ex certis principiis certa argumentatione 89 deduci non poteſt, & tamen ubique obſervatum apparet, ſequitur ut ex 90 voluntate libera ortum habeat.

41. Itaque hæc duo non minus inter ſe, quam a jure civili diſcernere ſemper unice laboravi: imo & in gentium jure diſcrevi id 91 quod vere & ex omni parte jus eſt, & id quod 92 duntaxat effectum quendam 93 externum ad inſtar illius primitivi juris parit: nempe ne vi reſiſtere liceat, aut etiam ut ubique vi publica, utilitatis alicujus cauſa vel ut incommoda gravia vitentur, defendi debeat: quæ obſervatio quam ſit neceſſaria ad res multas, in ipſo operis contextu apparebit. Non minus ſollicite ſeparavimus ea, 94 quæ juris ſunt ſtricte ac proprie dicti, unde reſtitutionis obligatio oritur, & ea quæ juris eſſe dicuntur, 95 quia aliter agere, cum alio aliquo rectæ rationis dictato pugnat: de qua juris diverſitate aliquid jam & ſupra diximus.

*Civile.*

*Species ejuſque.*

*II. Auxilia ſcripti.*

42. Inter philoſophos merito principem obtinet locum Ariſtoteles, ſive tractandi ordinem, ſive diſtinguendi acumen, ſive rationum pondera conſideres. Utinam tantum principatus ille ab aliquot hinc ſæculis non in tyrannidem abiiſſet, ita ut veritas, cui Ariſtoteles fidelem navavit operam, nulla jam re magis opprimatur quam Ariſtotelis nomine. Ego & hic & alibi veterum Chriſtianorum ſequor libertatem, qui in nullius philoſophorum ſectam juraverant, non quod eis aſſentirentur qui 96 nihil percipi poſſe dicebant, quo nihil eſt ſtultius; ſed quod nullam eſſe ſectam putarent, quæ omne verum vidiſſet, & nullam quæ non aliquid ex

*I. Philoſophi. Ariſtoteles, ejus laus.*

GRONOVII.

87 *Hic*] Conſenſus communis.

88 *Quod enim*] Definitio juris gentium & naturæ.

89 *Deduci non poteſt*] Ut jus naturæ.

90 *Voluntate libera*] Ex conſenſu gentium, etiamſi directo natura non dictet.

91 *Quod vere*] Quod neceſſario & ſemper obſervandum.

92 *Duntaxat effectum*] Quod æque obſervatur more, licet non tanta ratio cogat. Sic natura præcipit, ut adverſus vim injuſtam me & meos defendam. Sancit ergo bellum. Sed quemadmodum in bello me geram, tantumne armis & dolo bono utar, an etiam veneno, non definivit natura, ſed jus gentium. De bello captis, teneamne an relinquam, non præcipit quidem jus gentium; ſed ſi tenere velim, etiamſi pro mala cauſa militaverim, me tuetur ac defendit, & pro juſto poſſeſſore habet.

93 *Externum*] Ut ſcilicet æque obſervetur ac ipſum gentium jus.

94 *Quæ juris ſtricte*] Quæ ad juſtitiam συναλλακτικὴν pertinent.

95 *Quia aliter*] Quæ ad διανεμητικήν.

96 *Nihil percipi*] Pyrrhoniis & Scepticis, ut Herillo & ſimilibus, de quibus *Cicero* I. offic. 2. & *Diog. Laert.* qui dubitabant de omnibus. Vide vitam Pyrrhonis in *Diogene Laertio*.

ex vero. Itaque e 97 veritatem ſparſam per ſingulos, per ſectaſque diffuſam, in corpus colligere, 98 id vero exiſtimabant nihil eſſe aliud quam vere Chriſtianam tradere diſciplinam.

*Reprehenſio.* 43. Inter cætera, ut hoc obiter a noſtro inſtituto non alienum dicam, non ſine cauſa videntur mihi ab Ariſtotele diſcedere & (aa) Platonici nonnulli f & Chriſtiani veteres, in eo quod ille naturam ipſam virtutis in mediocritate affectuum actionumque poſuerit: quod ſemel poſitum eo ipſum abduxit, ut & virtutes diverſas, puta 99 liberalitatem & parſimoniam, in unam compinge-

### GROTII.

e *Veritatem ſparſam per ſingulos*] Verba ſunt *Lactantii* inſtitutionum VI, cap. 7. *Juſtinus* Apologetico priore: οὐχ ὅτι ἀλλότριά ἐστι τὰ Πλάτωνος διδάγματα τοῦ Χριστοῦ, ἀλλ᾽ ὅτι οὐκ ἔστι πάντη ὅμοια. ὥσπερ οὐδὲ τὰ τῶν ἄλλων Στωϊκῶν τε καὶ ποιητικῶν καὶ συγγραφέων. ἕκαστος γάρ τις ἀπὸ μέρους τοῦ σπερματικοῦ λόγου τὸ συγγενὲς ὁρῶν καλῶς ἐφθέγξατο· *Non quod plane aliena ſint Platonis dogmata a Chriſti dogmatibus, ſed quod nec plane conveniant, ut nec aliorum dogmata, puta Stoicorum, poëtarum, & hiſtoriæ ſcriptorum. Horum enim quiſque ab inſita ratione id, quod ei conſentaneum eſt, ex parte videns eatenus recte dixit.* *Tertulliano*, Seneca ſæpe noſter. ſed, ut idem nos monet, [adverſus Judæos Cap. 9.] nulli hominum univerſitas ſpiritualium documentorum competebat, niſi in Chriſtum. *Auguſtinus* epiſtola CCII: *Mores illi, quos Cicero philoſophique alii commendant, in eccleſiis toto orbe creſcentibus docentur atque diſcuntur.* Vide ſi vacat hac ſuper re eundem *Auguſtinum* de Platonicis, quos paucis mutatis ait Chriſtianos eſſe epiſtola LVI. & de vera religione capite III. & confeſſionum libro VII, c. 9. & libro VIII, cap. 11. [Poteſt etiam hac de re videri CLEMENS ALEXANDRINUS, præſertim *Strom.* L. 1. c. 7. ibique recentiſſimum Editorem, *J. Potterum*, Epiſcopum Oxonienſem, *pag.* 338. Adde OLEARII Diſſert. *De Philoſophia Eclectica*, ſubjectam Verſioni *Stanlejani* Operis de *Hiſtoria Philoſoph.* Cap. 4. pag. 1216. *J. B.*]

f *Et Chriſtiani veteres*] Late hoc perſequitur *Lactantius* libro VI. inſtitutionum, capitibus XV. XVI. XVII. Caſſiodorus: *non affectibus moveri, ſed ſecundum eos moveri utile vel noxium.*

### GRONOVII.

97 *Veritatem ſparſam*] Argumentum veterum erat Chriſtianorum, omnia moralia, quæ docuit Chriſtus, etiam veteres philoſophos præcepiſſe.

98 *Id vero exiſtimabant*] Vide *Petrum Nonneſium* de ſtudio philoſophico, cap. 2. num. 9.

99 *Liberalitatem & parſimoniam*] num. 1. *Liberalitatem* definit *Ariſtoteles, mediocritatem circa pecunias*; ejus præcipua cautio eſt, quam & *Cicero* 2. de offic. 15. ei adhibet: *dandum diligenter & moderate, ne largitio fontem benignitatis exhauriat.* & cap. 18. *Habendam rationem rei familiaris, quam dilabi ſinere flagitioſum eſt.* Hæc eſt quam veteres *parſimoniam* ſive *frugalitatem* dixere. Atque hinc patet *frugalitatem* non eſſe ſpeciem a *liberalitate* diverſam, ſed alteram ejus partem vel officium, quemadmodum altera pars eſt *benignitas*, ſive tempeſtivus ſumtus. *Liberalis* eſt, qui non plus dat, quam ſinit frugalitas; non minus, quam comitas præcipit ſive benignitas. *Liberalitas* eſt medium inter *prodigalitatem*, a qua revocat illam frugalitas ſive parſimonia, & *avaritiam*, a qua retrahit eam benignitas. [Vir Doctiſſimus, & heic, & in ſequentibus, præ nimio erga veterem Philoſophum adfectu, illum quaqua ratione defendere conatur, adverſus κρίσιν Auctoris noſtri. At vero ipſi haud feliciter ceſſiſſe conatum, oſtendemus fuſe in Notis noſtris Gallicis, ubi id ſpecimen dabimus, quàm larga ſeges ejuſmodi adnotationum nobis naſceretur, ſi hoc ageremus. *J. B.*]

(aa) PLUTARCHUS diſertè adfirmat, οὐκ ἀπαγαγεῖν ἀρετὴν μεσότητι γίνεσθαι. Lib. *De Virtute Morali*, pag. 444. C. Quod

gere & 100 veritati daret oppoſita minime ex æquo reſponden-tia, jactantiam & diſſimulationem; & quibuſdam rebus vitii nomen imponeret, quæ aut non exiſtunt, aut vitia per ſe non ſunt, ut 1 contemtum voluptatis & 2 honorum, & 3 iræ adverſus homines vacuitatem.

4. Non recte autem univerſaliter poſitum hoc fundamentum eſſe 4 ex juſtitia apparet, cui oppoſitum nimium & parum, cum in *Virtus non omnis vitium habet in exceſſu.*

quod quomodo intelligat & probet, videre poteris ibi, & ſeqq. pag. *J. B.*

100 *Veritati daret oppoſita* ] Num. 2. Veritas Ariſtoteli 4, ethic. 13. *virtus eſt, qua quis præfert verbis & factis id quod eſt & eſſe debet.* Qua qui utebantur, candide & ſimpliciter agere dicebantur. Exemplum eſt apud *Homerum* Achilles, apud *Sophoclem* filius ejus Neoptolemus. Ei in exceſſu objicit *arrogantiam*, qua quis amplius præfert, quam eſt: cujuſmodi ſunt glorioſi milites apud comicos. In defectu, *diſſimulationem*, qua quis minus præfert quam eſt: non per modeſtam propriæ laudis detrectationem, ſed per pravam conſuetudinem ac voluptatem illudendi ac fruſtrandi: cujus exemplum unicum eſt Tiberius, qui cum teterrimus eſſet dominorum, dicebat ſe S. P. Q. R. ſervire, & Domitianus, cum innoxios occideret, præfari ſolitus de clementia. Tales ſunt εἴρωνες, deſcripti *Theophraſto*. Tales de quibus *Terentius* in Heautont. *Nec tu illum ſatis noveras, nec te ille: hocque fit, ubi non vere vivitur. Tu illum nunquam oſtendiſti, quanti penderes. Nec tibi ille eſt credere auſus quod æquum eſt patri.* Huc pertinet hiſtrionia, quam *totum orbem exercere* dixit *Petronius*.

1 *Contemtum voluptatis* ] Num. 3. Invidioſa λιτότης· non enim contemtum voluptatum, ſed feram & barbaram averſationem muſicæ pulchritudinis, aliarumque rerum elegantium & jucundarum, quas modice ſumendas comparavit Deus in ſolatium vitæ. Ea in aliis eſt immanitas belluina, in aliis pecorinus ſtupor. Talis Timon ille fuit comœdiis *Ariſtophanis* traductus tanquam oſor generis humani. Et ejus imitatione M. Antonius poſt bellum Actiacum. Tales quoque iratis Diis genitos & malevolente genio natos dicebant veteres, qui nihil indulgere genio poſſent, etiamſi liceret, & copiam haberent.

2 *Contemtum honorum* ] Num. 4. Immo contemtum ſui potius & ἀτιμίαν, ut dicebant Græci, per quam quis honore ſe indignum præſtat. Non enim malum contemnere honores, ſed ita contemnere, ut inhoneſtus fias, pudorem & famam hominum nihili facias, in ſordidiſſimum vitæ genus deſcendas cum Dionyſio Syracuſano apud *Juſtin.* 21, 5. *non contentus in publico vagari, ſed potare, nec conſpici in popinis lupanaribuſque, ſed totis diebus deſidere, cum perditiſſimo quoque de minimis rebus diſceptare, pannoſus & ſqualidus incedere.*

3 *Vacuitatem iræ* ] Num. 5. Non quæ oritur ex manſuetudine ac lenitate animi, ſed ſtupore, lentitudine, oſtenditurque ſtupida quadam omnium indigniſſimorum, quæ nemo bonus tolerare debet, tolerantia: qualem in paraſitis & mimis, os contumeliæ præbere ſuetis, exhibent ſcenæ.

4 *Ex juſtitia, cui oppoſitum nimium & parum in rebus* ] Num. 6. *Medium* duplex eſt: *rei*, ſive *arithmeticum*, quod utrimque tantundem diſtat ab extremis, ſicut centrum æqualiter ex omnibus partibus disjunctum a circumferentia: & *rationis*, ſive *geometricum*, quod alteri extremorum interdum eſt vicinius, ab altero remotius, & tamen medium ratione ponderis, loci, temporis, perſonæ. Illud paribus numeris utrinque abeſt, ut quaternarius inter duo & ſex: novem inter ſex & duodecim: hoc non quidem numeris, ſed tamen paribus ponderibus parique ratione alterius extremi ad medium, & viciſſim medii ad alterum extremum utrimque diſtat, & medium habetur: ut quemadmodum ſe habent tres ad ſex, ita ſex ad duodecim: nam illa horum dimidium ſunt. Quatuor & a duobus & a ſex diſtant binario: at non ſex ut a tribus ternario, ita etiam a duodecim diſtant; hæc eſt diviſio non generis in ſpecies, ſed homonymi in ſigni-

Digitized by Google

in affectibus & ſequentibus eos actionibus invenire non poſſet, in rebus ipſis circa quas juſtitia verſatur utrumque quæſivit: quod ipſum primum eſt deſilire de genere in genus alterum, quod in aliis merito culpat: deinde 5 minus ſuo accipere, poteſt quidem adventitium habere vitium, ex eo quod quis pro rerum circumſtantiis ſibi ac ſuis debeat; at certe cum juſtitia pugnare non poteſt, quæ tota in alieni abſtinentia poſita eſt. Cui hallucinationi ſimilis illa eſt, quod 6 adulterium ex libidine, cædem ex ira proprie

gnificata. Quid igitur peccavit *Ariſtoteles*, ſi dixit virtutem omnem conſiſtere in medio: ſed in cæteris virtutibus eſſe *medium rationis* ſive geometricum: in juſtitia partim *medium geometricum*, ſive rationis, partim *arithmeticum*, ſive rei? Non hic video *μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος*, ſed tantum explicationem & diſtinctionem terminorum.

5 *Minus ſuo accipere*] Num. 7. cavillatur? neque enim *Ariſtoteles* & ejus ſectatores illud *minus ſuo* accipiunt de bonis, ſed de oneribus & malis. *Juſtitia* ex mente *Ariſtotelis* eſt virtus, quæ tam in præmiorum & onerum diſtributione, quam in commutatione rerum, & contractibus, & omnibus in quibus alicui injuria fieri poteſt, ita ſe gerere hominem decet, ut nec de externis bonis, puta pecuniis, honoribus, & id genus aliis plus ſibi vindicet, minus relinquat alteri; nec rurſus de malis, id eſt, oneribus & pœnis minus ſibi, at plus alteri, quam par eſt ac jure debetur, imponat. Vide *Hornejum* 3, ethic. cap. 11. n. 21.

6 *Adulterium ex libidine, cædem ex ira ad injuſtitiam*] Num. 8. Primum *Ariſtoteles* non negat, adulterium qualecunque, & cædem quamvis pertinere ad juſtitiam univerſalem. Nam eam omnes virtutes complecti, & leges velle, ut nulla non virtus obſervetur, nullum non vitium vitetur, diſerte ſcribit (hæret in hoc loco Ariſtoteles etiam *Bachovius* ad §. 1. Inſt. *de juſtit. & jure*) nec a particulari quidem juſtitia *πολιτικῶς* adulterium aut ullam cædis ſpeciem excipit: nam cum juſtitiæ particularis duas (ſpecies) partes edidiſſet, *τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς καὶ τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν*, alteram, quæ diſtribuenda præmia & onera, alteram, quæ contractus ordinat, inter *συναλλάγματα ἀκούσια* ſeu *contractus involuntarios* palam ponit *μοιχείαν καὶ δολοφονίαν*. Hæc lib. 5, ethic. cap. 4. At initio ejus capitis *ἠθικῶς* & ſubtiliter eſſe quandam juſtitiam, quæ non contineat omnem virtutem, ſed partis locum obtineat, demonſtrat exemplis injuſtitiæ: eſſe enim qui injuſte agant, qui tamen non cupiant, nec uſurpent alienum, ut qui in acie clypeum abjicit, dum ignavus eſt: maledicus, dum moleſtus: per avaritiam deſtituens amicum, dum illiberalis: nemo harum aut ſimiliter peccantium injuſte agit cupiditate alieni. Et tamen cupiditas alieni peccatum eſt, & improbatur, tanquam injuſtitia. Eſt ergo aliqua injuſtitia ab aliis vitiis diſtincta & ſeparata: & ſic in contrarium juſtitia. Inter hæc genera injuſtitiæ univerſalis (*μοχθηρίαν* vocat) mentionem facit adulterii, ponens duos adulteros: alter ob lucrum mœchatur, & accipit, aut eſuriret ni mœcharetur: alter ob libidinem & ultro donat; hic poſterior quod peccat, habet nomen inter vitia univerſali juſtitiæ oppoſita, eſt enim intemperans: at ille prior, quod facit, nullum nomen inter iſta vitia invenit, & tamen injuſtus eſt: ergo injuſtitia particulari: ergo & eſt aliqua injuſtitia particularis, quæ non poſſit referri ad illa vitia ethica, ſed ſui generis vitium eſt: *οὗτος μὲν ἀκόλαστος δόξειεν ἂν εἶναι μᾶλλον ἢ πλεονέκτης*. Non dicit *πλεονέκτην* omnino non eſſe, ſed magis *ἀκόλαστον* quam *πλεονέκτην*: dein non dicit puniri ex legibus non poſſe ut *πλεονέκτην*, ſed dicit *δόξειεν ἂν εἶναι*, *poſſit videri*, ſcilicet ſubtili judicio ethico, quod fit ex intentione agentis, non ex damno patientis. At qui lucri & pecuniæ accipiendæ cauſa adulterat, is *ἄδικος*, *ἀκόλαστος δ' οὔ*, quod comparate intelligen-

piræ injuſtitiam pertinere non vult; cum tamen injuſtitia non aliam naturam habeat, quam alieni 7 uſurpationem; 8 nec referat, ex avaritia illa, an ex libidine, an ex ira, an ex imprudente miſericordia proveniat, an ex cupiditate excellendi, unde maximæ injuriæ naſci ſolent. Nam qualiacunque incitamenta contemnere hac tantum de cauſa, ne ſocietas humana violetur, hoc vero juſtitiæ proprium eſt.

45. Ut redeam unde veneram, verum quidem eſt virtutibus nonnullis accidere, ut affectus moderentur, ſed hoc non ideo quod id ſit virtuti omni proprium atque perpetuum; ſed quia recta ratio, quam virtus ubique ſequitur, g in quibuſdam modum ſequendum dictat, in quibuſdam ad ſumma incitat. Nam 9 Deum nimium colere non poſſumus: ſuperſtitio enim non eo peccat, quod *In ſummis ſæpe conſiſtit.*

gendum ex ſuperioribus, quaſi eſſet ἄδικος μᾶλλον ἢ ἀκόλαστος, magis injuſtus quam intemperans. Nam ἀκολασία quidem præſtat ei miniſterium, ſed quæ potiſſimum agit, & iſta utitur, eſt πλεονεξία, ſive turpis egeſtas. Quomodo igitur is diceret adulterium ex libidine non eſſe injuſtitiam, qui hoc ipſum huc exemplum injuſtitiæ adhibet?

G R O T I I.

g *In quibuſdam modum ſequendum dictat, in quibuſdam ad ſumma incitat*] *Agathias* libro v. in oratione Beliſarii: τῶν γὰρ τῆς ψυχῆς κτημάτων, τὰ μὲν ὅσα πέφυκασι καθαρὸν ἔχειν καὶ ἀκραιφνὲς τὸ αἱρετὸν καὶ καθῆκον, τούτων ἐντελῶς καὶ δὴ ἀνθεκτέον. οἷς δὲ μέτεστι καὶ τῆς πρὸς τἀναντία ῥοπῆς καὶ ἐκπτώσεως, τούτοις οὐ διὰ πάντων χρηστέον, ἀλλ' ἐς ὅσον ἔχοι τὸ συμφέρον. τὸ μὲν οὖν φρονεῖν ἄμικτον ἀγαθὸν καὶ ἀνέθυντον ἅπαντες εἶναι φήσοντες ἄν. τῆς δὲ ὀργῆς τὸ μὲν δραστήριον εὐκλεές· τὸ δὲ ὑπέρμετρον φευκτὸν καὶ ἀσύμφορον. *Ex animi dotibus illis omnino ſimpliciterque amplectendi, in quibus id, quod officio convenit, eligique dignum eſt, purum reperitur atque ſincerum. At quibus accidit, ut & in malum vergant atque declinent, his non omnimodo utendum, ſed quatenus conducunt. Prudentia bonum eſt merum & incorruptum, quod nemo negaverit. In ira id, quod actuoſum, laudabile: quod modum excedit, vitandum, ut damnum adferens.* (Cap. 7.)

G R O N O V I I.

7 *Uſurpationem*] Confundit *Grotius* univerſalem & particularem juſtitiam.

8 *Nec referat*] Num. 9. Nihil refert quod ad pœnam, judicio civili; ſed refert judicio morali. Mneſter fuit Pantomimus, quem cum Meſſalina non poſſet ad libidinem pellicere, accuſavit eum apud Claudium maritum tanquam contumacem, effecitque ut Imperator juberet eum Auguſtæ parere. Itaque cum ea concubuit. *Tacit.* XI, ann, 36. Is egit quidem & ἀκολάστως & ἀδίκως, nec evaſit pœnam; judicio tamen morali nec ἄδικος nec ἀκόλαστος fuit. Sic & Gyges cum imperio Candaulis nudam vidit Lydiæ reginam. De cæde ex ira haud ſcio, niſi forte ex lib. v, ethic. cap. 10. quod ſi eſt, injuſte ſe carpſiſſe hoc demonſtrat lib. 3, *de jure bell. & pac.* cap. 11. n. 4. ubi late eum locum allegat & merito prædicat.

9 *Deum nimium colere non poſſumus &c.*] Num. 10. Primum *Ariſtoteli* ignoſcendum, ſi inter virtutes morales non poſuit religionem, quemadmodum & ſpem, caritatem, fidem, ſolis Chriſtianis ex revelatione cognitas. Nam illi, ut veteribus omnibus extra eccleſiam, cultus Deorum ſub magnificentia ponitur 4, ethic. 5. Cui ſubſcribit *Salluſtius* Catil. IX. *In ſuppliciis Deorum magnifici, domi parci, in amicos fideles erant. Juſtin.* de templo Delphico lib. 24, 6. *Multa igitur ibi & opulenta regum*

gum

quod Deum nimium colat, ſed quod perverſe: neque æterr bona nimium poſſumus appetere, neque æterna mala nimium fo

*Lib. 4, c. 9.* midare: neque peccata nimium odiſſe. Vere igitur a Gellio d ctum, eſſe quædam quorum amplitudines nullis finibus cohibear tur, & quæ quanto majora auctioraque ſint, etiam tanto lauda tiora ſint. Lactantius, cum multum de affectibus diſſeruiſſet, *No in his moderandis*, inquit, *ſapientiæ ratio verſatur, ſed in cauſis eo rum; quoniam extrinſecus commoventur: nec ipſis potiſſimum frenc imponi oportuit, quoniam & exigui poſſunt in maximo crimine, & maximi poſſunt eſſe ſine crimine.* Nobis propoſitum eſt Ariſtotelen magni facere, ſed cum ea libertate quam ipſe ſibi in ſuos magi ſtros veri ſtudio indulſit.

*Hiſtoria.* 46. Hiſtoriæ duplicem habent uſum, qui noſtri ſit argumenti nam & exempla ſuppeditant, 10 & judicia. Exempla quo 11 me liorum ſunt temporum ac populorum, eo plus habent auctorita tis: ideo Græca & Romana vetera cæteris prætulimus. Nec ſper- nen

*gum populorumque viſuntur munera, quæ magnificentia ſua reddentium vota gratam voluntatem & Deorum reſponſa manifeſtant. Livius* 21, 20. qua in re excedi modum poſſe monſtrat lex illa: *Pietatem adhibento: opes amovento. Cicer.* lib. 2, de leg. 8. Lycurgus interrogatus, cur μικρὰς καὶ εὐτελεῖς θυσίας, modica & vilia ſacrificia conſtituiſſet, reſpondit, ne unquam venerari Deum ceſſemus. *Plutarch.* Lacon. p. 228. Colere Deum nimium non poſſumus, cultu recto & quo ille ſe coli præcepit. Sed hic non eſt exceſſus: quantumcumque enim hoc extollas, & ſi facias toto corde, tota anima, totis viribus, tamen manet in medio. Sic nullam virtutem nimium exercere poſſumus: nam quamdiu virtus eſt, quo uſque extendas, medium tenebis. Sed actio illa humana per quam exercetur virtus, quamque virtus temperat, poteſt excedere extra medium, & tum degenerat in exceſſum. Sic & officia, per quæ exſerimus pietatem noſtram, & quibus nos colere Deum teſtamur, patiuntur vitium, & poſſunt in id excedere, ut dicat Dominus: *Quo mihi multitudinem victimarum veſtrarum? Ne offeratis ultra ſacrificium fruſtra. Incenſum abominatio eſt mihi.* Eſaiæ cap. 1. colere Deum nimium non poſſumus, nempe cultu animi, & propoſito vivendi ad juſſa ejus. Sic propoſito animi nemo neque fortis nimium, nequ temperans, neque juſtus eſſe poteſt. Sc homo de homine judicat ex actionibu externis. Vera virtute utrum quis ſ præditus, an imaginem tantum ejus & umbram habeat limites migrando i ſupervacuum, æſtimandum eſt ex oper cuivis virtuti proprio. Quomodo igitu religioſos nos demonſtramus? nemp templa adeundo, orando in genibus aperto capite, ſupinis manibus, ele emoſynis, & erogando in ſumtum ſa crorum, ferias eorundem ſacrorun cauſa habendo, legendo libros ſacro & in ſenſus eorum inquirendo, abſti nendo & pro opibus prohibendo, in quibus nefas aut piaculum verſari videtur. In his vero modum excedi poſſ & amplius fieri quam Deus præcipi & ratio recta poſcit, quis ignorat Itaque omnino quoque religio medium fuerit inter ſuperſtitionis exceſſum & defectum impietatis ſive atheiſmi.

10 *Et judicia*] Sententias & pronunciata illuſtrium & clarorum hominum, ea ſæpe vulgi non falſa ut & ſua. [Ultima ſunt valde mendoſa].

11 *Meliorum temporum*] Ut Romana ante 600. v. c. annum, ſeu bellum Punicum tertium: Græca bellum ante Peloponneſiacum. *Thucyd.* lib. 3 110.

b He-

nisi judicia, præſertim conſentientia: jus enim naturæ, ut diximus, aliquo modo inde probatur; jus vero gentium non eſt ut aliter probetur.

47. Poëtarum & oratorum ſententiæ non tantum habent ponderis: & nos ſæpe iis utimur non tam ut inde adſtruamus fidem, quam ut his quæ dicere voluimus ab ipſorum dictis aliquid ornamenti accedat. *Poëtæ. Oratores.*

48. Librorum, quos a Deo afflati homines aut ſcripſerunt, aut [12] probarunt, auctoritate ſæpe utor, cum diſcrimine [13] antiquæ & novæ legis. Antiquam legem ſunt qui urgent pro ipſo [14] jure naturæ: haud dubie [15] mendoſe; multa enim ejus veniunt ex Dei voluntate [16] libera, quæ tamen cum vero jure naturæ nunquam [17] pugnat: & eatenus argumentum inde recte ducitur, dummodo diſtinguamus accurate jus Dei, quod [18] Deus per homines interdum exſequitur, & jus hominum inter ſe. Vitavimus ergo, quantum potuimus, & hunc errorem, & alterum ei [19] contrarium, qui poſt novi federis tempora nullum antiqui federis uſum eſſe putat. Nos contra cenſemus, tum ob id quod jam diximus, tum quia novi federis ea eſt natura, ut quæ ad virtutes morum pertinentia præcipiuntur in veteri federe, eadem & ipſum aut [20] majora præcipiat: & hunc in modum uſos teſtimoniis antiqui federis videmus antiquos Chriſtianorum ſcriptores. [11] *Libri ſacri. [1] Teſtam. vetus.*

49. Ad percipiendam autem librorum & antiquum fedus pertinentium ſententiam, non parum conferre nobis poſſunt h [21] Hebræi *Hebræi ſcriptores.*

GROTII.

h *Hebræi ſcriptores*] Ita ſenſit *Caſſianus* inſtitutione divinarum ſcripturarum.

GRONOVII.

12 *Probarunt*] Quo effecerunt, ut alii haberentur canonici, alii apocryphi.

13 *Antiquæ & novæ legis*] Sic maluit, quam antiqui & novi fœderis vel teſtamenti: non enim ſequitur quod noſtri fere ſtatuunt omnes, idem fœdus gratiæ fuiſſe ſemper, eandemque legem, cujus non nova capita tulit, ſed veterem renovavit, declaravit magis & purgavit a Phariſæorum pravis interpretationibus & additamentis.

14 *Jure naturæ*] Judaizantes. *Bodinum* intelligit.

15 *Mendoſe*] *Horat.* 2, ſat. 4. *Aufidius forti miſcebat mella Falerno.* *Mendoſe.* i.e. male, perperam.

16 *Libera*] Ut cum jubet Deus abſtinere fructu certæ arboris, cum patrem jubet immolare filium, cum jubet non parci ſeptem populis in Cananæo devotis.

17 *Non pugnat*] Nam Deus omnium arbiter ſummus, & ob id non pugnat cum στοργῇ parentum, aut præcepto, *non occides*, cum filium immolare jubet patrem.

18 *Deus per homines exſequitur*] Ut mandatum Abrahamo de filio mactando: Hebræis & Ægyptiis auro & argento fraudandis, & ſeptem populis Syriæ Paleſtinæ delendis, Jehu de tollenda domo Achabi.

19 *Contrarium*] Quæ eſt ſententia quorundam Anabaptiſtarum.

20 *Majora*] Quin clariora potius & evidentiora, ut volunt Reformati.

21 *Hebræi ſcriptores*] Qualis in primis *Maimonides* in *Doctore dubitantium*, qui liber editus a *Buxtorfio*.

22 Ser-

Digitized by Google

bræi ſcriptores, ii maxime qui & [22] ſermones, & mores patrios habuerunt percognita.

*2. Teſtam. nov.* 50. Novo fœdere in hoc utor, ut doceam, quod non aliunde diſci poteſt, quid Chriſtianis liceat: quod ipſum tamen, contra quam plerique faciunt, a jure naturæ diſtinxi: pro certo habens in illa ſanctiſſima lege [23] majorem nobis ſanctimoniam præcipi, quam ſolum per ſe jus naturæ exigat. Neque tamen omiſi notare, ſi qua ſunt quæ nobis [24] commendantur magis quam præcipiuntur (bb), ut a præceptis declinare ſciamus nefas & pœnæ obnoxium, ad ſumma quæque contendere generoſi eſſe conſilii, & ſua non cariturі [25] mercede.

*3. Synodorum canones;* 51. Synodici [26] canones [27] qui recti ſunt, collectiones ſunt ex generalibus legis divinæ pronnntiatis, [28] ad ea, quæ occurrunt, aptatæ; hi quoque aut monſtrant, quod divina lex præcipit, aut ad id, quod Deus ſuadet, hortantur. Et hoc vere [29] eccleſiæ Chriſtianæ eſt officium, ea quæ ſibi a Deo tradita ſunt tradere & eo quo tradita ſunt modo. *4. Chriſtianorum primorum ſenſus, mores.* Sed & mores apud Chriſtianos illos veteres, & [30] qui tanti nominis menſuram implebant, recepti, aut laudati, merito pro canonibus valent. (cc) Secunda poſt hos auctoritas eſt eorum qui ſuis quique temporibus pietatis & doctrinæ fama inter Chriſtianos [31] floruerunt, *5. Patrum & ſcripta & conſenſus.* [32] neque gravis cujuſquam erroris notati ſunt. nam & hi quæ di-

GRONOVII.

22 *Sermones & mores patrios habuerunt percognita*] *percognitos* Latinius dicendum; nam non præcedit duplex genus, & ob id nullus locus neutro generi.

23 *Majorem*] Niſi juſtitia veſtra ſit ſupra juſtitiam Phariſæorum, dicit Dominus.

24 *Commendantur*] Quæ theologi dicunt eſſe magis conſilii quam præcepti, priori ad *Corinth.* cap. VII.

25 *Mercede*] Nempe ex Dei benignitate; non quaſi aliquid, nedum amplius, quam debent, mereantur.

26 *Canones*] Decreta conciliorum.

27 *Qui recti ſunt*] His monet concilia poſſe interdum errare.

28 *Ad ea quæ occurrunt*] Ad quotidianos caſus.

29 *Vera eccleſiæ officium*] Oſtendit.

30 *Qui tanti nominis menſuram implebant*] i. e. qui ſe præſtiterunt dignos Chriſtianorum magnifico titulo. Imitatur *Ovid.* 1, Pont. 2. *Maxime qui tanti menſuram nominis imples.*

31 *Floruere*] i. e. Patres & ſcriptores eccleſiaſtici: ut *Auguſtinus*, *Tertullianus*, &c.

32 *Neque gravis*] Non pro hereticis aut ſchiſmaticis habiti.

(bb) Vide, quæ monebimus infra, ad Lib. 1. c. 2. §. 9. num. 4. *J. B.*

(cc) Multum abeſſe, ut tantum ſubſidii, quantum putat Auctor noſter, ad hanc diſciplinam excolendam, inde peti queat, oſtendemus, Deo dante, in Notis Gallicis. De *Patribus Eccleſiæ* ex profeſſo egimus in *Præfatione* noſtrâ ad PUFENDORFIUM *De Jure Nat. & Gent.* §. 9, & 10. alterius Editionis: & forte aliquando Opere ſingulari, quæ ibi diximus, plenius exponemus, ac vindicabimus ab inſultibus Monachi cujuſdam, qui nuperrimè Veterum illorum Doctorum per fas & nefas ſe ὑπερασπιστὴν profeſſus eſt. *J. B.*

33 Do-

ſunt magna cum aſſeveratione, & quaſi comperta, momen-
tum non exiguum habere debent, ad interpretanda quæ obſcu-
ra videntur in ſacris literis, eoque majus; quo & plurium ap-
paret conſenſus, & propius acceditur ad primæ puritatis tem-
pora, cum nec 33 dominatus adhuc nec 34 coitio ulla primiti-
vam veritatem adulterare potuit.

52. Qui his 35 ſucceſſerunt Scholaſtici, quantum ingenio va- 6 *Scholaſtici DD.*
leant, ſæpe oſtendunt: ſed in infelici & artium bonarum ignara
ſæcula inciderunt: quo minus mirum ſi inter multa laudanda,
aliqua & 36 condonanda ſunt. Tamen ubi 37 in re morum con-
ſentiunt, vix eſt, ut errent: quippe perſpicaces admodum ad ea
videnda, quæ in aliorum dictis reprehendi poſſunt: in quo ipſo
tamen 38 diverſa tuendi ſtudio laudabile præbent 39 modeſtiæ
exemplum, rationibus inter ſe certantes, non, qui mos nuper
adeo literas inquinare cœpit, conviciis, turpi fœtu impotentis
animi.

53. *Juris* Romani ſcientiam profitentium tria ſunt genera. Pri- III. *Juriſconſulti.*
mum eorum eſt, quorum opera in 40 Pandecte, Codicibus Theo-
doſiano & Juſtinianeo, & in Novellis conſtitutionibus apparent.
Secundum eos habet; qui 41 Irnerio ſucceſſerunt, Accurſium,
Bartolum, & tot alia nomina, quos penes diu fori regnum fuit.
Tertium eos complectitur, qui humaniores literas cum legum 1. *Antiqui.*
ſtudio 42 conjunxerunt Primis 43 multum defero: nam & ra-
tiones ſæpe optimas ſuppeditant ad demonſtrandum id, quod ju-
ris eſt naturæ: & eidem juri neque minus gentium juri teſtimo-
nium ſæpe præbent, ſic tamen ut ipſi non minus quam alii no-
mina hæc ſæpe 44 miſceant, imo & jus gentium ſæpe vocent id,
quod quorundam duntaxat populorum eſt, nec tanquam 45 ex
condicto, ſed quod alii aliorum imitatione, aut fortuito recepe-
runt. Sed & quæ vere juris ſunt gentium, ſæpe tractant pro-
miſ-

GRONOVII.

33 *Dominatus*] Pontificum Romanorum. ſcil. Papalis monarchia, quam nolebat offendere ſcribens in Gallia.

34 *Coitio*] Concilium ex eorundem ſatellitibus compoſitum. Patres & ſcriptores eccleſiaſtici.

35 *Succeſſerunt Scholaſtici*] E ſchola Petri Lombardi magiſtri ſententiarum.

36 *Condonanda*] In quibus ſc. errarunt.

37 *In re morum*] In moralibus, quæ ſpectant mores, in ethicis.

38 *Diverſa tuendi*] In utramque partem diſputandi.

39 *Modeſtiæ*] Non conviciis certantes.

40 *Pandectæ*] Potius quam *pandectis*: vox enim Græca πανδέκτης.

41 *Irnerio*] Quem jus civile Romanum per barbara tempora abolitum in uſum revocaſſe ac docere cœpiſſe vulgo putatur ſub Phillippo Suevo Imp. circa an. C. 1200.

42 *Conjunxerunt*] *Alciato*, *Budæo*, *Cujacio*.

43 *Primis*] Veteribus.

44 *Miſceant*] Ut dicant eſſe juris naturæ, quod eſt juris gentium.

45 *Ex condicto*] Velut ex tacito conſenſu omnium aut plurimorum, moratiorumque populorum.

**** 46 Ex

Digitized by Google

miſcue & indiſcrete cum his, quæ juris ſunt Romani, ut 46 ex titulo de captivis & poſtliminio apparet. Hæc ergo ut diſcernerentur, laboravimus.

*2. Medii.* 54. Secunda claſſis juris divini & hiſtoriæ veteris incurioſa, omnes regum populorumque controverſias definire voluit ex legibus Romanis, aſſumtis interdum 47 canonibus. Sed his quoque temporum ſuorum infelicitas impedimento ſæpe fuit, quo minus recte leges illas intelligerent, ſatis ſollertes alioqui ad indagandam æqui bonique naturam: quo factum, ut 48 ſæpe optimi ſint condendi juris auctores, etiam tunc cum conditi juris mali ſunt interpretes. Audiendi vero tum maxime, cum 49 tali conſuetudini, quæ noſtrorum temporum jus gentium facit, teſtimonium perhibent.

*3. Recentiores.* 55. Tertii ordinis magiſtri, qui Romani juris finibus ſe includunt, & in jus illud commune aut nunquam, aut non niſi leviter exſpatiantur, vix ullum habent uſum qui noſtri ſit argumenti. Scholaſticam ſubtilitatem cum legum & canonum cognitione conjunxerunt, ita ut a controverſiis etiam populorum ac regum non *Hiſpani.* abſtinerent Hiſpani duo Covarruvias & Vaſquius: hic 50 magna libertate, modeſtius alter, nec ſine exacto quodam judicio. Hi- *Galli:* ſtorias magis eidem legum ſtudio inſerere aggreſſi ſunt Galli: quos inter magnum obtinent nomen Bodinus & Hotomanus, ille 51 perpetuo opere, hic ſparſis quæſtionibus, quorum & 52 pronuntiata & rationes ſæpe nobis inquirendi veri ſuppeditabunt materiam.

*VII. Inſtituti & ordinis in univerſum conſilium & ratio explicata.* 56. In 53 toto opere tria maxime mihi propoſui: ut definiendi rationes redderem quam maxime evidentes & ut quæ erant tractanda, ordine certo diſponerem, & ut quæ eadem inter ſe videri poterant nec erant, perſpicue diſtinguerem.

57. Temperavi me ab his, quæ alterius ſunt tractationis, ut quæ docent quid 54 ex uſu ſit facere: quia iſta ſuam habent artem ſpecialem politicam, quam recte ita ſolam tractat Ariſtoteles, ut alieni nihil admiſceat, contra quam fecit Bodinus, apud quem hæc ars cum juris noſtri arte confunditur. Nonnullis tamen

**GRONOVII.**

46 *Ex titulo de captivis & poſtliminio*] Infr. 3, 9. 1. alludit ad l. 19. pr. D. eo tit.

47 *Canonibus*] Jure canonico.

48 *Sæpe optimi ſint*] Rectiſſime tradant, quid ſit juris; etſi ad id male applicent, & obtorto collo trahant veterum JC. loca, unde id colligunt.

49 *Tali conſuetudini*] Quum quod nunc videmus paſſim uſurpari & valere pro jure gentium, jam tunc uſurpatum fuiſſe oſtendunt.

50 *Magna libertate*] Ut audeat etiam quædam regibus iniqua ſtatuere. Infr. 2, 1. 9.

51 *Perpetuo opere*] Libris *de republica*.

52 *Pronunciata*] Sententiæ.

53 *In toto opere*] Quintum & ultimum membrum partis ſpecialis. Cura per omne opus.

54 *Ex uſu ſit*] Politica.

55 *Fi-*

Digitized by Google

ne locis ejus quod utile eſt feci mentionem, ſed obiter, & ut ipſum a juſti quæſtione apertius diſtinguerem.

58. Injuriam mihi faciet, ſi quis me ad ullas noſtri ſeculi controverſias, aut natas, aut quæ naſcituræ prævideri poſſunt, reſpexiſſe arbitratur. Vere enim profiteor, ſicut mathematici 55 figuras a corporibus ſemotas conſiderant, ita me in jure tractando ab omni ſingulari facto abduxiſſe animum.

59 Dicendi genus quod attinet, nolui ad rerum tractandarum multitudinem adjungendo verborum copiam faſtidium parere lectori, cujus utilitatibus conſulebam. Itaque ſecutus ſum quantum potui conciſum & docenti conveniens loquendi genus: ut tanquam in uno conſpectu habeant, qui negotia publica tractant, & quæ incidere ſolent controverſiarum genera, & principia unde dijudicari poſſunt: quibus cognitis facile erit ad rem ſubjectam accommodare orationem & quantum lubet extendere. *Dicendi genus conciſum.*

60. Scriptorum veterum ipſa verba adduxi interdum, ubi talia erant, ut aut cum auctoritate, aut cum venuſtate ſingulari dicta viderentur: quod & in græcis feci nonnunquam, ſed maxime ubi aut brevis erat ſententia, aut cujus gratiam ſperare non audebam latino ſermone me poſſe aſſequi: quem tamen ubique adjunxi in eorum commodum qui græca non didicerunt. *Scriptorum verba ipſa.*

61. Quam vero ego in aliorum ſententiis ac ſcriptis dijudicandis mihi ſumſi libertatem, eandem ſibi in me ſumant, omnes eos oro atque obteſtor, quorum in manus iſta venient. Non illi promtius me monebunt errantem, quam ego monentes ſequar. Et jam nunc adeo, ſi quid hic pietati, ſi quid bonis moribus, ſi quid ſacris literis, ſi quid eccleſiæ Chriſtianæ conſenſui, ſi quid ulli veritati diſſentaneum a me dictum eſt, id nec dictum eſto. *Libertas judicii lectori relicta.*

GRONOVII.

55 *Figuras a corporibus ſemotas*] In idea & ſolo conceptu mentis, non ut pinguntur in abaco vel charta. Intr. 2, 23. 1.

# LOCI
# SCRIPTORUM
## in hoc opere ſpecialiter explicati, aut examinati, aut emendati.

Ex ſacris Literis:

Veteris Teſtamenti.


| | Caput | Verſ. | Pag. |
|---|---|---|---|
| *Geneſis.* | IV. | 14. | 35. |
| | | 24. | 37. |
| | IX. | 5, 6. | 34. |
| | XIV. | 16. *& ſeq.* | 856. |
| | | 20. | 30. |
| | XVIII. | 23. *& ſeq.* | 659. |
| | XX. | 12. | 665. |
| | XXV. | 6. | 433. |
| | XXXVIII. | | 363. |
| | XLVIII. | 22. | 727. |
| *Exodus.* | XVII. | | 31. |
| | XX. | 2. *& ſeq.* | 557. |
| | | 5. | 549. |
| | | 12. *& ſeq.* | 539. |
| | | 17. | 549. |
| | XXI. | 14. | 581. |
| | XXII. | 2. | 71, 176. |
| | | 1, 9. | 545. |
| | XXXIV. | 6. | 53. |
| | | 28. | 144. |
| *Leviti.c.* | XVIII. | | 251. |
| *Numer.* | XIV. | 30. | 395. |
| | XX. *&* XXI. | | 198. |

| | Caput | Verſ. | Pag. |
|---|---|---|---|
| *Deuter.* | XVII. | 12. | 133. |
| | XIX. | 19. | 544. |
| | XX. | 10, 15. | 31. |
| | | 11. | 697. |
| | | 19. | 818. |
| | XXII. | 1. | 429. |
| | XXIII. | 6. | 430. |
| *Joſue.* | IX. | | 395. |
| *Judic.* | III. | 15. | 158. |
| I *Samuelis qui Latinis* | | | |
| I *Reg.* | VIII. | 11. | 133. |
| | X. | 5, 10. | 806. |
| | XI. | | 678. |
| | XIX. | 18. | 806. |
| | XXV. | | 397. |
| II *Regum qui Latinis* | | | |
| IV *Reg.* | III. | 19. | 820. |
| | VI. | 18. *& ſeq.* | 678. |
| | XVIII. | | 474. |
| I *Paral.* | XIX. | 2. | 119. |
| | XXIII. | | 156. |
| | XXVI. | 32. | 119. |
| II *Par.* | XVI. | 2, 7. | 431. |
| | XIX. | 2. | ibid. |
| | XX. | 37. | ibid. |
| *Pſalmi.* | II. | | 42. |


*Eſaias.*

| | Caput | Verſ. | Pag. |
|---|---|---|---|
| E[illegible]as. | II. | 4. | 48. |
| Jerem. | XXXVIII. | 5. | 119. |
| | | 26. | 665. |
| Ezech. | XVIII. | | 540. |
| Eccleſ. | XII. | 7. | 486. |
| Prov. | XVI. | 4. | 504. |

Novi Teſtamenti.

| | Caput | Verſ. | Pag. |
|---|---|---|---|
| Matth. | V. | 17,27,30. | 49. |
| | | 21. & ſeq. | 39. |
| | | 23. | 400. |
| | | 38. & ſeq. | 49. |
| | | 39. | 73. |
| | | 44. & ſeq. | 46. |
| | XI. | 13. | 44. |
| | XXII. | 20. | 158. |
| | XXIII. | 21. | 400. |
| | XXIV. | 51. | 408. |
| | XXVI. | 25. | 671. |
| | | 52. | 76. |
| Marc. | VI. | 48. | 667. |
| | X. | 19. | 549. |
| Lucas. | II. | 1. | 606. |
| | XIV. | 23. | 565. |
| | XVII. | 3. | 523. |
| | XXII. | 30. | 671. |
| | XXIV. | 28. | 667. |
| Joh. | IV. | 7. | 430. |
| | VIII. | 7. | 503. |
| | XVIII. | 36. | 607. |
| Act. Ap. | VIII. | 27. | 22. |
| | X. | 2. | 20. |
| | XVI. | 3. | 667. |

| | Caput | Verſ. | Pag. |
|---|---|---|---|
| | XVII. | 4. | 21. |
| Ad Rom. | I. | 25. | 562. |
| | III. | 27. | 40. |
| | VII. | 14. | ibid. |
| | X. | 5. | 26. |
| | XII. | 17. | 55. |
| | XIII. | 1. | 43. |
| | | 2,4,5. | 134. |
| | | 3,4,6. | 47,55. |
| | XIV. | 23. | 613. |
| 1 ad Cor. | V. | 1. | 252. |
| | VII. | 21. | 269. |
| | | 36. | 247. |
| | XI. | 14. | 388. |
| II ad Cor. | X. | 3. | 57. |
| | XI. | 3. | 186. |
| | XII. | 14. | 287. |
| Ad Gal. | III. | 25. | 26. |
| | IV. | 1. | 210. |
| | VI. | 5. | 269. |
| Ad Eph. | II. | 3. | 388. |
| | | 5. | 269. |
| | VI. | 12. | 57. |
| Ad Col. | III. | 22. | 269. |
| 1 ad Tim. | II. | 1,2,3. | 41. |
| Ad Tit. | II. | 9. | 269. |
| Ad Heb. | VI. | 17. | 394. |
| | VII. | 14. | 41. |
| | | 19. | 26. |
| | VIII. | 7. | ibid. |
| | XI. | 6. | 560. |
| | | 32,33. | 43. |
| Jacob. | I. | 15. | 537. |
| | IV. | 1. | 57. |

| | Caput | Verſ. | Pag. |
|---|---|---|---|
| | V. | 12. | 407. |
| *1 Petri.* | II. | 17,18. | 137. |
| | | 16. | 269. |
| *1 Joh.* | II. | 16. | 559. |
| | III. | 16. | 39. |
| | V. | 16. | 509. |

## Ex Theologis.

*Synodus Nicaenſis can.* XII. 66

*Synodus Arelatenſis* I. *Can.* III. 69

*Concilium Toletanum* I. 258

*Leonis epiſtola.* 68

*Auguſtinus quaeſt.* X. *ſuper Joſue.* 664

*Auguſtinus de libero arbitrio.* 74, 180

*de mendacio.* 665, *& ſeq.*

*de civitate Dei.* 825

*C. ſi quis ſervum.* XVII, *quaeſt.* 4. 269, 760

*C. de Judaeis. diſt.* 45. 564

*C.* 2. *de Treuga & pace,* 807, 822

*Adrianus quodlibet.* 2. 652

*Dominic. Soto de juſt. & jure. l.* V. *c.* I. 636

*Franciſcus Victoria relectione de Indis : & de jure belli.* 79, 206, 592

## Ex Jure.

*Lex Solonis.* 73, 176

*Lex* XII. *Tabularum.* 52, 73, 176

## Ex Digeſtis.

*De juſtitia & jure, l.* 1. *§. hujus ſtudii.* 723

*l. ex hoc jure.* 33

*De diviſione rerum l. quaedam.* 211

*De pactis. l. conventionum.* 422

*De minoribus. l. in cauſa cognitione.* 388

*l.* 1. *Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.* 33. *Ad l. Aquil. l. quemadmodum. §. Item.* 192

*De religioſis & ſumptibus funerum. l. cum loca.* 722, 779

*De condictione indebiti. l. Julianus.* 688

*De lege Rhodia de jactu. l.* 2. *§. cum in eadem.* 192. *l. ἀξίωσις.* 606

*Depoſiti l. bona fides.* 347, 404

*De diſtractione pignorum. l. reſcriptum. §.* 1. 688

II. *De legatis & fideicommiſſis. l. cum ita legatum. §. in fideicommiſſo.* 304

*Ad legem Falcidiam. l. pretia.* 378

*Si tabulae teſtamenti nullae exſtabunt, unde liberi, l. ſcripto §.* 1. 289, 290

*De damno infecto. l. Fluminum §. ult.*


Digitized by Google

ii. & l. Proculus. 589
De acquirendo rerum Dominio l. quod in littore. 211, 212
l. in agris limitatis. 220
l. transfugam. 682, 737
De acquirenda vel amittenda poſſeſſione. l. 1. §. 1. 730
Ne quid in loco publico vel itinere fiat, l. littore. 212
De diverſis temporum praeſcripti. l. ſi quiſquam. 212
De furtis. l. 1. 12
De incendio, ruina, naufragio. l. quo naufragium §. quod ait. 192
De ſepulchro violato. l. ſepulchra. 726
Ad legem Corneliam de ſicariis. l. furtum. 178
De poenis. l. aut facta. 545
l. crimen. 595
De jure fiſci. l. Imperatores. 502
De captivis & de poſtlimin. l. navibus. & ſeqq. 777, 778, 779
l. poſtliminii §. in pace. 782
l. non dubito. ibid.
l. in bello. 737, 772
l. poſtliminium. §. poſtliminio. 750, 768
§. filius quoque. 774, 775
l. ſi captivus. 770
l. hoſtes. 691
l. ſi quid bello. 770
De verborum ſignificationibus. l. probrum. 12
De regulis juris, l. jus noſtrum. 389

## Ex Codice.

De Judaeis. l. nulli. 515
De legibus. l. non dubium. 259
Quando Imperator inter pupillos cognoſcat. 116
Quando liceat unicuique vindicare ſe, vel publicam devotionem. 529
De poſtliminio reverſis. l. ab hoſtibus. 780
Ad legem Juliam Majeſtatis. l. ult. 502
De emendatione propinquorum. 509

## Ex Inſtitutionibus.

De rerum diviſione §. 1. 211

## Ex Juriſconſultis.

Bartholus in l. conventionum. D. de pactis. 924
in l. hoſtes. D. de captivis. 605
Zaſius Apologia contra Eckium. 924
Didacus Covarruvias in Clem. ſi furioſus: de Homicidio parte III. §. 1. 170
in c. peccatum. p. II. §. 9, 10. 605, 554
Ferdinandus Vaſquius Menchacenſis controverſiarum illuſtrium.

Digitized by Google

*ſtrium.* I. *c.* 9. 787
*c.* 13. 638
*c.* 25. 552
*c.* 46. 536
II. *c.* 51. *n.* 34. 414
III. *c.* 3. 881
*Menochius arbitrariarum quæſtionum.* 814
*Joannes Bodinus de republ. l.* 1. *c.* 8. 412, 420
V. *c. ult.* 451
VI. *c. ult.* 544
*Guil. Barclajus adverſus Monarchomachos.* III. 8. 143
IV. 16. 153, 154
VI. 23, 24. 143
*Franciſcus Connanus commentariorum juris civilis*
*lib.* I. *c.* 6. *&* V. *c.* I. 354
*lib.* III. *c.* 6. 318, 325

## Ex Philoſophis.

*Plato, Gorgia.* 504
*de legibus* IX. 176, 503
XII. 783
*Xenophon* I. *Socraticorum* IV. 250
*Ariſtoteles Nicomachiorum* V. 10, 792
15. 493
*Politicorum* IV. 4. 83
*Topicorum* I. 614
*Problematum ſectione* XXIX. 515
*M. Tullius Cicero de officiis* I. 630
III. 374, 665
*Ad Atticum* IX, 12. 630
XIII, 27. ibid.
*L. Annæus Seneca de beneficiis* IV. 406, 459
*Plutarchus quæſtionum Romanarum.* CVII. 248

## Ex Hiſtoricis.

*Polybius.* 578, 803
*Livius* V. 204
XXXIV. 424
*Appianus civilibus.* 900
*Mithridatico.* 461
*Juſtinus ex Trogo.* 904
*Valerius Maximus.* 875
*Tacitus hiſtoriarum* III. 330
*Eucherius in hiſtoria martyrum Agaunenſium.* 151, & ſeq.

## Ex aliis.

*Demoſthenes.* V. 686
*Virgilius.* 472
*Scriptor ad Herennium* IV. 800
*Philo de legibus ſpecialibus.* 595
*Plinius* VIII. *epiſtola ad Ariſtonem.* 262
*Panegyricus dictus Conſtantino Conſtantii filio.* 800
*Feſtus Pompejus.* 408, 769
*Dantes.* 606

HUGO-

Digitized by Google

# HUGONIS GROTII DE JURE BELLI AC PACIS LIBER PRIMUS.

## CAPUT I.

## Quid Bellum, quid Jus?

I. *Ordo operis.*
II. *Belli definitio, & origo nominis.*
III. *Jus pro attributo actionis deſcribitur, & dividitur in rectorium & æquatorium.*
IV. *Jus pro qualitate dividitur in facultatem & aptitudinem.*
V. *Facultatis ſive juris ſtricte dicti diviſio in poteſtatem, dominium, creditum.*
VI. *Facultatis alia diviſio: in vulgarem & eminentem.*
VII. *Aptitudo quid?*
VIII. *De juſtitia expletrice & attributrice: eaſque proprie non diſtingui per proportionem Geometricam & Arithmeticam: nec quod hæc circa res communes, illa circa res ſingulorum verſetur.*
IX. *Jus pro regula definitur, & dividitur in naturale & voluntarium.*
X. *Juris naturalis definitio, diviſio, & diſtinctio ab his quæ non proprie ſic dicuntur.*
XI. *Inſtinctum cum aliis animantibus communem, aut proprium hominibus, non facere aliam juris ſpeciem.*
XII. *Quomodo probetur jus naturale.*
XIII. *Juris voluntarii diviſio in humanum & divinum.*
XIV. *Jus humanum dividitur in civile, civili arctius, & civili latius, quod eſt jus Gentium: ejus explicatio, & quomodo probetur.*
XV. *Jus divinum dividitur in univerſale & unius populi proprium.*
XVI. *Jure Hebræorum nunquam obligatos fuiſſe alienigenas.*
XVII. *Quæ argumenta Chriſtiani petere poſſint ex lege Hebræa, & quomodo.*

I. CONTROVERSIÆ eorum [1] quos nulla juris civilis tenet communio, quales ſunt & qui [2] in gentem nondum coierunt, & qui inter ſe diverſarum ſunt gentium, tum

GRONOVII NOTÆ.

[1] Q*Uos nulla juris*] i. e. qui non ſunt ejuſdem Reip. qui communi legum vel civitatis ſponſione, ut loquitur JCtus ſeu lex 2. D. *de legibus*, non tenentur, neque judicem eundem agnoſcunt.

[2] *In gentem nondum*] Ut Aborigines, genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio, ſolutum atque liberum, *Salluſt.* Catilin. 6. Apud eundem Gætuli & Libyes, aſperi incultique, neque moribus, neque lege aut imperio cujuſquam regebantur. Jugurth. 18. Et ex eadem Africa, qui in familias paſſim & ſine lege diſperſi nihil in commune conſultant. *Mela* 1, 8. adde *Ciceronem* de Invent. 1, 2.

A intra

Digitized by Google

tum (aa) privati, tum Reges ipſi, quique par Regibus jus obtinent, ſive illi [3] optimates ſunt, ſive populi liberi, aut ad belli, aut ad pacis tempora pertinent. Sed quia bellum pacis cauſa ſuſcipitur, & nulla eſt controverſia unde non bellum oriri poſſit, occaſione bellici juris, quæcunque tales incidere ſolent controverſiæ, recte tractabuntur: ipſum deinde nos bellum ad pacem, ut finem ſuum, deducet.

II. 1. De Belli ergo jure acturi, videndum habemus, quid bellum ſit, de quo quæritur: quid jus, quod quæritur. Cicero dixit Bellum [4] certationem per vim. Sed uſus obtinuit, ut [a] non actio, ſed ſtatus eo nomine indicetur, ita ut ſit [5] Bellum ſtatus per vim certantium, [6] qua tales ſunt: quæ generalitas omnia illa bellorum genera comprehendit, de quibus agendum deinceps erit: neque

infra 1, 2, 2. In ſacris literis Patriarchæ ſub tentoriis habitantes, & hoc tempore multi Arabum.

### Grotii Notæ.

a *Non actio, ſed ſtatus*] *Philo* II. de legibus ſpecialibus: [pag. 790. *Edit. Paris.*] ὥσπερ γὰρ οἶμαι πολεμίους οὐ μόνον τοὺς ἤδη ναυμαχοῦντας ἢ πεζομαχοῦντας νομιστέον, ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰς ἑκάτερον παρεσκευασμένους καὶ τὰς ἑλεπόλεις ἐφιστάντας τοῖς λιμέσι καὶ τείχεσι, κἂν μη συμπλέκονται, κρίνομεν. *Hoſtes non ſoli exiſtimantur, qui jam navali aut terreſtri prælio certant, ſed pro talibus habendi & qui machinas admovent portubus aut mœnibus, etiamſi nondum pugnam incipiunt.* *Servius* ad illud primæ Æneidos, [vers. 545.]

*nec bello major & armis.*

*Bellum & conſilium habet: arma tantum in actu ipſo ſunt.* Idem ad VIII. [vers. 547.] *Bellum eſt tempus omne, quo vel præparatur aliquid pugnæ neceſſarium, vel quo pugna geritur. Prælium autem dicitur conflictus ipſe bellorum.*

### Gronovii.

3 *Optimates*] Ariſtocratia, Democratia, ut *Venetiæ.*

4 *Certationem per vim*] Nam alias certatur res controverſa, & decernitur aliis quoque modis, veluti per ſententias & calculos, ut in foro apud judices; per ſuffragia, ut in comitiis populorum; denique & per ſortem, ut quis quam provinciam habere, quis judicare debeat. *Cic.* 1. de Offic. 11. *Cum ſint duo genera decertandi, alterum per diſceptationem, alterum per vim.* [Vide Pufendorf. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. XIII. ubi agit de aliis modis litigandi in ſtatu libertatis naturalis. *J. B.*]

5 *Bellum ſtatus*] i. e Conditio certa populorum. Explicatio hæc Tullianæ definitionis eſt, non alia definitio. Neque enim *Cicero* per certationem intellexit actionem vel actum unum, velut aciei, oppugnationis, vaſtationis; ſed durantem temporis tractum, quo diffidetur, & pro occaſionibus aut comparatur vis aut fit, aut caue tur atque eluditur. Bellum eſt tempus & conditio manibus atque armis, quod habent controverſiæ, decernentium, donec victoria aut colloquio tranſigatur.

6 *Qua tales ſunt*] Sc. certantes, vel quatenus certant; non quatenus aliquid agunt ad certamen non pertinens: quatenus exercent eum ſtatum aut gerunt aliquid rerum ei convenientium, vel quod ſit certantium officii aut moris, (nam per bellum alia aguntur quæ id non ſpectant.) [Reſpicit Auctor pacta, quæ inter hoſtes, durante ſtatu hoſtili, fiunt, nec minus tamen ſanctè obſervari debent, quàm extra bellum: de quo, ſuo loco, plenè acturus eſt. *J. B.*]

(aa) Scilicet ubi in loco, qui nullius eſt, aliquid negotii inter ſe habent. Vide infra, Lib. II. Cap. XI. §. 5. num. 3. *J. B.*

7 Pri-

Digitized by Google

quæ enim [7] privatum hic excludo, ut quod reipſa [8] prius ſit [9] publico, & haud dubie cum publico communem habeat naturam, quæ propterea uno eoque proprio nomine ſignanda eſt.

2. Neque hujus nominis origo repugnat; eſt enim bellum ex voce veteri duellum, ut duonus quod fuerat factum eſt bonus, & duis bis. [10] Duellum autem a duobus dictum ſimili ſenſu, quo pacem unitatem dicimus. Sic Græcis ex multitudinis ſignificatione [11] πόλεμος: veteribus etiam [12] λύη à diſſolutione, quomodo & corporis diſſolutio δύη (bb).

3. Neque uſus (cc) vocis laxiorem hanc notionem repudiat. Quod ſi quando belli nomen publico tantum tribuitur, nihil id nobis obſtat, cum certiſſimum ſit, [13] nomen generis ſæpe ſpeciei, præſertim excellentiori, peculiariter adhæreſcere. Juſtitiam in definitione non includo, quia hoc ipſum in hac diſputatione quærimus, ſitne aliquod bellum juſtum, & quod bellum juſtum ſit. Diſtingui autem debet id, quod quæritur, ab eo de quo quæritur.

III. 1. De jure belli cum inſcribimus hanc tractationem, primum hoc ipſum [14] intelligimus, quod dictum jam eſt, ſitne bellum aliquod juſtum, & deinde quid in bello juſtum ſit? Nam jus hic

GRONOVII.

7 *Privatum*] Quoties ſinguli paucive, nullo juſto imperio prædit, armis inter ſe depugnant, (ut viator contra latronem.)

8 *Prius ſit*] *Horat.* 1. Sat. 3. *Cum prorepſerunt primis animalia terris, Mutum & turpe pecus, glandem atque cubilia propter Unguibus & pugnis, dein fuſtibus, atque ita porro Pugnabant armis, quæ poſt fabricaverat uſus.* (Vers. 99, & ſeqq.

9 *Publico*] Prius enim certabant homines, quam in civitatem coierunt.

10 *Duellum*] Etymologia *Ciceronis* in Orat. c. 45. & *Varronis* in *perduelles* 6. de L. L. [pag. 74. *Ed H. Steph.* Adde *Quintil.* Inſt. Orat. Lib. 1. Cap. IV. *J. B.*]

11 Πόλεμος] q. à πολύς.

12 Λύη] *ϛάσις· μάχη, διαφορά·* à diſſolutione. Δύη autem, *δυσυχία. ἔνδεια· πόνος· ταλαιπωρία· δυσπάθεια·* quævis infelicitas.

13 *Nomen generis*] Ut quum JCtis *adoptionem* dividunt in *arrogationem* & *adoptionem*: *Ariſtoteles* πολιτείαν in μοναρχίαν, ἀριϛοκρατίαν, πολιτείαν, Vide *Voſſ.* de Conſtruct. c. 24. Sic & JCti *adoptionem* diſtinguunt in *arrogationem* & *adoptionem* ſpecialius dictam. Sic *cognatos* in *agnatos* & *cognatos*. [Vide Auctorem infra, II. 16. 9.]

14 *Intelligimus*] ſcil. nos quæſituros vel hoc diſputaturos.

(bb) Vid. e. g. *Horat.* Sat. 1. 3. 107. *Terent.* Eunuch. Act. 1. Scen. 1. vers. 16. *J. B.*

(cc) Ita habent omnes Edd. & nihil mutandum. In animo habuit etymologiam vocis λύπη à PLATONE traditam, ἀπὸ τῆς διαλύσεως τοῦ σώματος, ἣν ἐν τούτῳ τῷ πάθει ἴσχει τὸ σῶμα. In *Cratyl.* p. 419. T. I *Ed. H. Steph.* Ad hoc exemplum, τὸ Δύη, quod, inter alia, per λύπη exponitur, Auctor noſter, veteris Philoſophiæ placitis innutritus, ſecundum quam *Dolor eſt ſolutio continui*, ἀπὸ τοῦ δύω deduxit: *diſſolutionem* partium *corporis* ita opponens *diſſolutioni* ſeu diſſidio *animorum*, quod innuit vox Δύη, nullibi, quod quidem ſciam, alio ſenſu uſurpata. *J. B.*



Digitized by Google

hic nihil aliud quam [15] quod juſtum eſt ſignificat, idque negante magis ſenſu quam ajente, ut jus ſit [16] quod injuſtum non eſt. Eſt autem injuſtum, quod naturæ ſocietatis ratione [17] utentium [18] repugnat. Sic alteri detrahere ſui commodi cauſa, contra naturam eſſe dicit [19] Cicero, atque ita probat, quia ſi id fiat, ſocietas hominum & communitas evertatur neceſſe ſit. Hominem homini inſidiari nefas eſſe, evincit * Florentinus, quia cognationem quandam inter nos conſtituerit natura. † Seneca: *ut omnia inter ſe membra conſentiunt, quia ſingula ſervari totius intereſt; ita homines ſingulis parcent, quia ad cœtum* [20] *geniti ſumus.* b *Salva enim eſſe ſocietas niſi amore & cuſtodia partium non poteſt.*

De Officiis, Lib. III. c. 5.
* *L. ut vim* 3. *D. de Juſt. & Jur.*
† *De Ira l.* II. c. 31.

2. Sicut autem ſocietas c alia eſt ſine inæqualitate, ut inter fratres, cives, amicos, fœderatos: alia inæqualis, καθ' [21] ὑπεροχὴν Ariſtoteli, ut inter patrem & liberos, dominum & ſervum, regem & ſubditos, d Deum & homines: ita juſtum aliud eſt [22] ex æquo inter ſe viventium, aliud ejus [23] qui regit & qui geritur, qua tales ſunt: quorum hoc jus Rectorium, illud Æquatorium recte, ni fallor, vocabimus.

*Ethic. ad Nicom.* Lib. VIII. c. 8.

IV. Ab hac juris ſignificatione diverſa eſt altera, (dd) ſed ab hac ipſa veniens, quæ ad perſonam refertur: quo ſenſu [24] jus eſt

[25] Qua-

GROTII.

b *Salva enim eſſe ſocietas niſi amore & cuſtodia partium non poteſt*] *Seneca* idem epiſtola XLVIII: *Hac ſocietas diligenter & ſanctè colenda eſt, quæ nos omnes omnibus miſcet, & judicat aliquod eſſe commune jus generis humani.* Videri poteſt hac de re *Chryſoſtomus* I Cor. XI, I.

c *Alia eſt ſine inæqualitate*] Ut in Grammaticis alia *conſtructio convenientiæ*, alia *regiminis*.

d *Deum & homines*] De hac ſocietate vide *Philonem* in ἐξέτασει Νῶε. [pag. 281. 282. *Ed. Paris.*] Habet & *Plutarchus* quædam in Numa. [pag. 62. Tom. I *Ed. Wech.* Potuiſſet Auctor addere locum *Ciceronis*, longè luculentiorem, & aptiorem, quem reperies *De Legib.* Lib. I. Cap. 7. *J. B.*]

GRONOVII.

15 *Quod ipſum*] i. e. pro facto conceſſo & non improbato. *Plaut.* Ciſtel. I, I, 2. *jus faſque eſt.* Perſa I, 3, 26. *Jus eſt.* XII. Tabb. *Paterfamilias uti legaſſit ſuper pecunia tutelave rei ſuæ, ita jus eſto.* [Immo, *ſuper pecuniæ tutelave ſuæ*, ut habet L. 53. D. *De Verb. ſignif.* in Edit. Florent. *J. B.*]

16 *Quod injuſtum non eſt*] i. e. quod licet, quia lege nulla prohibetur: quod ſine culpa & injuria facere poſſis.

67 *Utentium*] Hominum.

18 *Repugnat*] Verba *Cic.* I. Off. 16.

19 *Cicero de Officiis III.*] 5.

20 *Geniti*] Quia homini naturalis appetitus ſocietatis.

21 Ὑπεροχὴν] Ubi altera pars contrahentium ſuperior, altera inferior.

22 *Ex æquo*] Ut omnibus inter ſe liceant eadem, eadem non liceant, vel, quo omnes ex æquo inter ſe vivere & agere naturæ aut ſocietati placuit.

23 *Qui regit*] Ut liceat majori in minorem, quod non licet minori in majorem aut in parem. Sic Cyrus *feciſſe ſe ut regem* reſpondebat. *Juſtin* I. 5.

(dd) Confer PUFENDORF. De Jur. Nat. & Gent. *Lib.* I, Cap. I. §. 19, 20. *J. B.*

24 *Jus eſt*] Pro auctoritate, ut in XII. Tabb. *rei furtivæ æterna auctoritas*, pro re incorporali, quæ poſſidetur vel acquiritur ab eo cujus eſt. Sic *jus obtinere*, *Plaut.* Caſin. I, 2, 22. *Cic.* pro Quinct.

Digitized by Google

[25] Qualitas moralis perſonæ competens ad aliquid juſte habendum vel agendum. Perſonæ competit hoc jus, etiamſi rem interdum ſequatur, ut ſervitutes [26] prædiorum, quæ jura realia dicuntur, comparatione facta ad alia mere perſonalia: non quia non ipſa quoque perſonæ [27] competant, ſed quia non alii competunt, quam qui rem certam [28] habeat. Qualitas autem moralis perfecta, [29] facultas nobis dicitur; minus perfecta, [30] aptitudo: quibus reſpondent in naturalibus, [31] illi quidem actus, huic autem potentia.

V. Facultatem Juriſconſulti [32] nomine ſui appellant, nos poſthac jus proprie aut ſtricte dictum appellabimus: ſub quo continentur poteſtas, tum [33] in ſe, [e] quæ libertas dicitur, tum in alios; ut patria, dominica: [f] [34] Dominium, (ee) plenum ſive minus pleno, ut [35] uſusfructus, jus [36] pignoris: & [37] creditum, (ff) cui ex adverſo reſpondet debitum.

VI. Sed hæc facultas rurſum duplex eſt: [38] vulgaris ſcilicet, quæ uſus particularis cauſa comparata eſt; & [39] eminens, quæ ſupe-

Quinct. 9. 1. Ver. 26. *jus uſurpare*, *Liv.* 3, 71. & 5, 12. *jus experiri*, pro Cæcinna 12. pro Sext. 42. *Tacit.* 3. ann. 36. *impertiri tralaticium jus.* *Sueton.* Oct. 10.

GROTII.

e *Quæ libertas dicitur*] Quam propterea facultatis nomine optime definiunt Romani Juriſconſulti.

f *Dominium*] *Jus pro Dominio*, Scholiaſtes ad *Horatium*. [Vid. II. Ep. 2. 174. & II. Sat. 3. 217. *J. B.*]

GRONOVII.

25 *Qualitas moralis*] i. e. moribus & legibus fundata vis, copia, licentia.

26 *Prædiorum*] Vide *Inſtit.* l. 1. tit. 2. de ſervit. prædiorum.

27 *Competant*] Jura realia.

28 *Habeat*] Domino ſcil. prædii.

29 *Facultas*] i. e. rei.

30 *Aptitudo*] i. e. meritum. *Meus à pecore receſſi.* Perſius. [Locus iſte, qui eſt è Sat. v. 88. non huc pertinet, ſed ad §. ſequ. ubi *Libertas* dicitur *poteſtas* quam quis *in ſe* habet. *J. B.*]

31 *Illi*] Facultati.

32 *Nomine ſui*] Sic *Suum*, *quod vindicari poteſt*. l. 27. §. 2. D. de aur. arg. Sic *Suum cuique tribuere. Suum recipere.* l. 7. §. 6. D. Quæ in fraud. cred. *Suum conſequi.* l. 15. §. 5. de re judic. *Sua tutela.* l. 50. pr. de leg. 3. *Suus hæres. Sui ſervi & ancillæ.* l. 73. de leg. 3.

33 *In ſe*] Ut quis ſit ſui juris l. 50. pr. de leg. 3. in ſuam tutelam & in ſuam poteſtatem. *Plaut.* Perſa 4. 3. *Ita ancilla mea quæ fuit hodie, ſua nunc eſt.* Curt. 5, 6. *Tandem ſuis rex corporibus & cultu fœminarum abſtineri juſſit.* [Vid. GRONOV. ad *Livium*, XXVII. 24.]

34 *Dominium*] Sic *ſuum cuique tribuere*, in juris præceptis.

35 *Uſusfructus*] Cum alienis rebus utimur fruimur, ſalva illarum ſubſtantia.

36 *Pignoris*] Quod datur in ſecuritatem crediti.

37 *Creditum*] Quod alicui mutuum datum. Sic *Suum recipere.* l. 7. §. 6. quæ in fraud. cred. *Suum conſequi.* l. 15. §. 7. de Re jud.

38 *Vulgaris*] Privatorum facultas in bonis ſuis.

39 *Eminens*] Publica & magiſtratuum, facultas reip. aut ſummæ poteſtatis in privatorum bonis.

(ee) Confer PUFENDORF. De Jure Nat. & Gent. *Lib.* IV. *Cap.* IV. §. 2. *J. B.*

(ff) Voces *Creditum* & *Debitum*, non tantum ſpectant, ex mente Auctoris, id quod ex qualibet cauſſâ, etiam ex delicto, debetur, *L.* 11. 12. *D. De verb. & rerum ſignif.* (vid. infr. *Lib.* II. *Cap.* I. §. 2. & *Cap.* XVII. §. 1.) Sed etiam *jus puniendi*, & *obligationem ad pœnam*, heic complectuntur.



Digitized by Google

ſuperior eſt jure vulgari, utpote [40] communitati competens in [41] partes & [42] res partium, boni communis cauſa. Sic regia poteſtas ſub ſe habet & [43] patriam & dominicam poteſtatem: ſic [g] in res ſingulorum majus eſt dominium Regis ad bonum commune, quam dominorum ſingularium: ſic [44] reipublicæ quiſque ad uſus publicos magis obligatur, quam creditori.

L. V. Nicom. c. 6. VII. Aptitudinem vero [h] [45] *ἀξίαν*, id eſt [46] dignitatem vocat Ariſtoteles. Michael Epheſius, id quod ſecundum eam æquale dicitur, interpretatur *τὸ προσαρμόζον* & *τὸ πρέπον*, *id quod convenit*.

VIII. 1. Fa-

Vid. Prolegom. §. 8. *in fin.* & *Lib.* III. *Cap.* XIII. §. 1, 2. *J. B.*

GROTII.

[g] *In res ſingulorum majus eſt dominium regis*] *Philo περὶ φυτουργίας.* [p. 222. Edit. Paris.] *καὶ μὲν ἄργυρός τε καὶ χρυσὸς καὶ ὅσα ἄλλα κειμήλια παρὰ τοῖς ἀρχομένοις θησαυροφυλακεῖται τῶν ἡγεμόνων μᾶλλον ἢ τῶν ἐχόντων ἐστίν. Certe argentum, aurum, & quæ pretioſa alia apud ſubditos cuſtodiuntur, eorum qui regnant magis ſunt quam poſſidentium.* Plinius Panegyrico: [cap. 27.] *cujus eſt quidquid eſt omnium, tantum ipſe, quantum omnes, habet.* Et mox: *Ecquid Cæſar non ſuum videat?* [cap. 50. qui locus tamen malè adfertur & aptatur. *J. B.*] Adde *Sariſberienſem* in Policratico lib. VI, c. 2. [pag. 335. Ed. Lugd. Bat. 1639.]

[h] *Ἀξίαν*] *Cicero* de Officiis I: (Cap. 17.) *Sed ſi contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum officii, principes ſint, patria, & parentes, quorum beneficiis maxime obligati ſumus; proximi liberi, totaque domus, quæ ſpectat in nos ſolos, neque aliud ullum poteſt habere perfugium, deinceps bene convenientes propinqui, quibuſcum etiam communis plerumque fortuna eſt: quamobrem neceſſaria præſidia vitæ debentur iis maxime, quos ante dixi. Vita autem victuſque communis, conſilia, ſermones, cohortationes, conſolationes, interdum etiam objurgationes in amicitiis vigent maxime.* Vide quæ infra dicentur libro II, capite VII. §. IX, & X. *Seneca* de Beneficiis libro IV. c. II. ubi de teſtamentis agit: *Quærimus digniſſimos, quibus noſtra tradamus*, ipſum locum vide. Adde *Auguſtinum* de Doctrina Chriſtiana lib. I, cap. XXVIII, & XXIX.

GRONOVII.

40 *Communitati*] Reipublicæ & rempublicam tenenti.

41 *Partes*] In ipſos ſubjectos.

42 *Res*] Patrimonia ſubjectorum.

43 *Patriam & dominicam*] & eas poteſt intendere, ut Romæ; vel remittere, ut Athenis.

44 *Reipubl. quiſque*] Hinc illud *Liv.* 23, 14. *Qui capitalem fraudem auſi quique pecunia judicati in vinculis eſſent, qui eorum milites apud ſe fierent, eos noxa pecuniaque ſe exſolvi juſſurum.* Idem lib. 26, 35. *ſervos agricultores rempublicam abduxiſſe, nunc ad militiam parvo ære emendo, nunc remiges imperando. ſi quod cui argenti æriſve fuerit, ſtipendio remigum & tributis annuis ablatum.*

45 *ἀξίαν*] i. e. meritum. *Aptitudinem* barbare vocat vulgus.

46 *Dignitatem*] Expreſſit vocem Gr. ſed melius reddidiſſet *meritum.* Voce autem *dignitatis* in ſimili re ſupra utitur. Sic & ipſe appellare debuit omiſſa voce *aptitudinis*, quam ſine dubio refugerunt Romani. *Victorinus* in Rhet. Cic. de inventione: *Juſtitia eſt habitus animi ita informatus, ut omnibus rebus tribuat dignitatem*, i. e. ſuum. *Sueton.* Jul. 41. *Commendo vobis illum & illum, ut veſtro ſuffragio ſuam dignitatem teneant. Salluſt.* Catil. 35. *fructu laboris induſtriæque meæ privatus ſtatum dignitatis non obtinebam.* Et quemadmodum Facultati *Suum*, ſic Dignitati ſubjicere poterat *Meritum.*

47 *Facultatem reſpicit Juſtitia expletrix*] Expletricem dicit Juſtitiam, quam vulgo commutativam vocant, opinor, inde, quod per eam expletur & ſatisfit cuique pro eo, quod ab illo accipimus: nam *explere* Latinis interdum eſt *ſatisfacere*, ut apud *Juſtinum:*

Digitized by Google

VIII. 1. Facultatem 47 reſpicit juſtitia 48 expletrix, quæ propriè ac ſtrictè juſtitiæ nomen obtinet, 49 συναλλακτικὴ Ariſtoteli, 50 nimis arcto vocabulo, nam ut poſſeſſor 51 meæ rei eam mihi reddat, 52 non eſt ἐκ συναλλάγματος, & tamen ad eandem hanc juſtitiam pertinet: itaque 53 ἐπανορθωτικὴν idem felicius dixit. Aptitudinem reſpicit 54 attributrix, quæ Ariſtoteli διανεμητικὴ, comes earum virtutum, quæ aliis hominibus utilitatem adferunt, ut liberalitatis, miſericordiæ, providentiæ rectricis.

2. Quod vero idem Ariſtoteles ab expletrice ait reſpici 55 proportio-

nem: [Lib. v. Cap. 4. n. 16.] *explent detrimenta muneribus, contumelias honoribus, execrationes precibus.* Hoc facile tolero: ſed quod idem ſtatuit nimis arctum vocabulum συναλλακτικῆς, id eſt, *contractoria*, ſive *commutatoria*, vel ut vulgo loquuntur, *commutativa*, id probare argumento non videtur. Nam, inquit, ut poſſeſſor meæ rei eam mihi reddat, non eſt ἐκ συναλλάγματος, & tamen ad hanc juſtitiam pertinet. At Ariſtotelici omnino dicunt hoc quoque eſſe ἐκ συναλλάγματος, ſive *ex contractu*. Nam ut Juriſconſulti contractus alios faciunt juſtos, alios quaſi contractus, ut negotiorum geſtionem, tutelam, rem communem ſine inita ſocietate &c. Sic *Ariſtoteles* lib. 5. Eth. cap. 5. contractus ait eſſe alios voluntarios, alios involuntarios: & illos quidem, emtionem, venditionem, mutationem, ſponſionem, fœnerationem, depoſitum, locationem, conductionem: hos autem, alios clandeſtinos, ut furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, ſervi corruptelam, cædem dolo factam, falſum teſtimonium: alios violentos, ut flagellationem, vincula, mortem, rapinam, convitium, contumeliam. Palam eſt caſum, quem objicit auctor, ad hoc genus ἀκούσιον ſive *involuntarium* pertinere. [Potuiſſet *addere Vir* Doctiſſimus, τὸ Συνάλλαγμα, apud *Ariſtotelem*, non ſignificare fundamentum obligationis ex hac Juſtitia oriundæ, ſed tantum rem ipſam, circa quam verſatur Juſtitia, quæ propterea dicitur Δικαιοσύνη vel Δίκαιον, τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν, Lib. v. Cap. 5. τὸ διορθωτικὸν, ὃ γίνεται ἐν τοῖς συναλλάγμασι, καὶ τοῖς ἑκουσίοις, καὶ τοῖς ἀκουσίοις. Cap. 7. Sed parum refert, quid ſenſerit Stagyrita, cujus diviſio non accurate reſpondet diviſioni Auctoris noſtri, & à pleriſque jam negligitur. Vide *Puſendorf.* 1. 7. 12. *J. B.*]

48 *Expletrix*] Quæ alias *commutativa* ſeu *correctiva*, & reſpicit illud *ſuum.*

49 Συναλλακτικὴ] Quaſi diceretur *contractoria.*

50 *Nimis arcto*] Quaſi non ſufficiat denominationes a potiore ſumi. 5, 3, 2.

51 *Mea rei*] Qui meam rem me inſcio, quacunque occaſione, poſſedit.

52 *Non eſt ἐκ συναλλάγματος*] Imo ex contractu ἀκουσίῳ, ut appellat *Ariſtoteles* 5. Eth. 5. non voluntario, fortuito, &, ut JC. loquitur, ex quaſi contractu. Dein eſt tacitum pactum omnium hominum poſt inventa dominia privata, ut cuique maneat & reſtituatur ſuum.

53 Ἐπανορθωτικὴν *correctivam.*

54 *Attributrix*] *Diſtributiva.* Alibi dicit *aſſignatricem* 2, 17, 2.

55 *Proportionem ſimplicem*] Dicit Arithmeticam, cum numeri diſtant paribus intervallis, ut duo, quatuor, ſex, octo; vel tres, ſex, novem, duodecim; nam illic ubique duo, hic tres numeri interſunt. *Comparatam* Geometricam, cum quoties primus numerus in ſecundo, toties tertius in quarto: ut tria, ſex, duodecim: nam quoties tria ſunt in ſex, toties ſex in duodecim. Contractum ſocietatis fieri proportione comparata Ariſtotelicorum filii non concedent ei, niſi ſit ſocietas, quam JCti vocant Leoninam ex *Æſopi* tabula. Princeps Arauſionenſis de mille aureis collatis in Indicas ſocietates, in diſtributione redituum, non teruncium accipit amplius quam privati. Quum vero in ſocietate alicui major pars lu-



Digitized by Google

portionem [56] ſimplicem, quam ἀριθμητικὴν vocat; ab attributrice autem [57] comparatam, quam γεωμετρικὴν appellat, quæ ſola apud Mathematicos [i] nomen habet proportionis; ex eorum genere eſt quæ ſæpe locum habent, non ſemper: neque verò per ſe juſtitia expletrix ab attributrice differt tali proportionum uſu, ſed materia circa quam verſatur, ut jam diximus. Itaque & contractus ſocietatis expletur proportione comparata, & [58] ſi unus tantum aptus inveniatur ad munus publicum, non alia quam ſimplici [59] commenſione attributio fiet.

3. Neque magis verum eſt quod à nonnullis dicitur, attributricem verſari circa res communes, expletricem circa [60] res ſingulorum. Contra enim ſi quis de re ſua legare velit, attributrice juſtitia uti ſolet: & civitas quæ de communi reddit, (gg) quod civium quidam [61] in publicum impenderunt, nonniſi expletricis juſtitiæ officio fungitur. Recte hoc diſcrimen notatum à [62] Cyri magiſtro: nam cum Cyrus puero minori minorem tunicam, ſed alienam, attribuiſſet, & majori contra majorem, docuit eum magiſter: *ὅτι ὁπότε μὲν καταςαθείη τῦ ἁρμόττοντος κριτὴς, ὕτω δέοι ποιεῖν, ὁπότε δὲ κρῖναι δέοι ὁποτέρυ ὁ χιτὼν εἴη, τῦτο σκεπτέον τίς κτῆσις δικαία ἐςί· πότερα τὸν βίᾳ ἀφελόμενον ἔχειν, ἢ τὸν ποιησάμενον ἢ πριάμενον κεκτῆσθαι; Tunc quidem ubi conſtitutus eſſet arbitrator ejus quod cuique conveniret, ita agendum eſſe; at ubi judicandum eſſet*

ori datur propter eximiam operam, aut artem, quam adfert ad lucrum quærendum, non tamen intervenit Geometrica proportio, quia non habetur reſpectus perſonæ, ſed rei quam in commune confert, idque accipit ex pacto. Itaque ibi quoque Arithmeticum par pro pari datur hoſtimentum, opera pro pecunia, ut loquitur *Plautus*. Vide *Hornejum* lib. 3. Ethic. cap. 12. num. 14. [At vero Auctori noſtro rationem ejus, quod dicit, conſtare, in Notis Gallicis, Deo dante, oſtendemus. *J. B.*]

56 *Simplicem*] Cum diſtant numeri paribus intervallis, ut 2, 4, 6, 8. vel 3, 6, 9, 12. Proportio Arithmetica.

57 *Comparatam*] Cum quoties primus numerus in ſecundo, toties tertius continetur in quarto: ut tres bis in ſex, ſex bis in duodecim, quæ proportio eſt Geometrica.

58 *Si tantum unus*] Ponit caſum impoſſibilem: nempe omnes civem præter unum eſſe æquales; quod tum eveniet, quum omnes eundem naſum, os, oculos & faciem habebunt. Vide & *Hornejum* 3, 12, 7.

59 *Commenſione*] Vide *Hornejum* 3. Ethicor. 12, num. 7. caſum ait poſſibilem, proportione Arithmetica.

60 *Res ſingulorum*] Vide *Hornejum* 3. Ethic. 11, 24.

61 *In publicum*] Exemplum eſt apud *Livium* 31, 13. eorum qui in publicum quid impenderunt.

62 *Cyri magiſtro*] Apud *Xenophontem* in Cyripædia, [Lib. I. Cap. III. §. 14. *Ed. Oxon.*]

(gg) Reſpicit heic Auctor ad locum *Ariſtotelis*, Ethic. Nicom. v. 7. pag. 62. E. *Edit. Paris.* de quo, in Notis Gallicis, agemus, & in eo Philoſophum non ſatis rectè ratiocinari, oſtendemus. *J. B.*

GROTII.

i *Nomen habet proportionis*] Habitudinis comparationem vocat *Caſſiodorus*. [Locus exſtat in Lib. *De Dialectic.* pag. 408. *Ed. Paris.* 1589. *In proportione*, inquit, *non eſt ſimilitudo rerum, ſed quædam* HABITUDINIS COMPARATIO. *J. B.*] Eſt hujus proportionis, qua

*ſe utrius eſſet tunica, id ſpectandum* [k] *utra poſſeſſio juſtior; eumne habere qui vi abſtuliſſet, an qui feciſſet aut emiſſet.*

IX. 1. Eſt & [l] tertia juris ſignificatio, quæ idem valet quod lex, quoties vox legis [63] largiſſime ſumitur, ut ſit regula actuum moralium obligans ad id [64] quod rectum eſt. [65] Obligationem requirimus: nam conſilia, (hh) & ſi qua ſunt alia præſcripta, honeſta quidem, ſed non obligantia, legis aut juris nomine non veniunt. [66] Permiſſio autem proprie non actio eſt legis, (ii) ſed actionis negatio, niſi quatenus alium ab eo cui permittitur obligat ne impedimentum ponat. Diximus autem, [67] ad rectum obligans, non ſimpliciter ad juſtum, quia [m] jus hac notione, non ad [68] ſolius juſtitiæ, qualem expoſuimus, ſed & aliarum virtutum materiam pertinet. Attamen ab hoc jure, [69] quod rectum eſt, laxius juſtum dicitur.

2. Juris ita accepti optima partitio eſt, quæ apud Ariſtotelem exſtat, (kk) ut ſit aliud jus naturale, aliud voluntarium, quod ille legi-

qua *Juſtitia* attributrix uti ſolet, non incommoda apud *Homerum* deſcriptio. [*Iliad.* XIV, 382.]

*Ἐσθλὰ μὲν ἐσθλὸν ἔδυνε, χέρεια δὲ χείρονι δόσκεν.*

*Præſtanti dabat hic præſtantia, vilia vili.*

k *Utra poſſeſſio juſtior*] Vide eundem *Xenophontem* παιδείας ſecundo. Huc ſpectat lex per Moſem data: *non miſereberis in judicio pauperis.* Exod. XXIII, 3. *Levitic.* XIX, 5. Oportet enim, ut *Philo* ait, τὰ πράγματα ἀφέλκειν τῆς τῶν δικαζομένων φαντασίας, *res abſtrahere à litigatorum reſpectu.* [Locus *Philonis* legitur in Lib. *De Judice*, pag. 720. *Ed. Par.* Apud *Xenophontem* vero, quod huc faciat, nil reperio, niſi quod videre poteris Cap. II. Libri indicati, §. 10, 11. *Ed. Oxon.* *J. B.*]

l *Tertia juris ſignificatio qua idem valet quod lex*] Hoc ſenſu dixit *Horatius* [I. Sat. III, II.]

*Jura inventa metu injuſti fateare neceſſe eſt.*

Et alibi: *Jura neget ſibi nata.* [Art. Poët. ✝. 122.] Ubi Scholiaſtes: *legum ſit contemtor.*

m *Jus hac notione, non ad ſolius juſtitiæ, qualem expoſuimus, ſed & aliarum virtutum materiam pertinet*] Exemplum ſit in Zaleuci lege, pœnam irrogante ei qui contra Medici præceptum vinum bibiſſet. [Habet ex Aeliano, *Var. Hiſt.* II. 37. Adde Notam *Perizonii* in Lib. III. c. 34. ejuſdem Auctoris. *J. B.*]

GRONOVII.

63 *Largiſſime*] Ne quis decipiatur, ut in tit. 2. Inſtit. [Vult dicere, ne quis putet, eodem ſenſu *Legis* vocem heic uſurpari, ac ſumebatur apud Romanos, ut patet ex §. 4. Tit. *Inſt.* laudati. *J. B.*]

64 *Quod rectum eſt*] Officiorum regula *Sen.* 2. de Ira 21. *Sen.* 4. ben. 12. legem juſti injuſtique regulam eſſe.

65 *Obligationem*] Reddit rationem quare *obligans* dixerit, & non *conſulens*.

66 *Permiſſio*] Reddit rationem quare *obligans* dixerit, & non *permittens*.

67 *Ad rectum*] Nam & *honeſte vivere* inter juris præcepta eſt.

68 *Solius juſtitiæ, qualem*] Particularis, quæ vel συναλλακτικὴ vel διανεμητικὴ: i. e. commutativa vel diſtributiva.

69 *Quod rectum eſt*] Laudabile ac probandum.

(hh) Vide Pufendorf. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. I. Cap. VI. §. I. *J. B.*

(ii) *Permiſſionem* non eſſe meram actionis negationem, à parte Legis, oſtendemus ad Pufendorf. Lib. I. Cap. VI. §. 15. *Not.* 2. & de ea re pleniùs agemus in Notis Gallicis ad hunc *Grotii* noſtri locum. *J. B.*

(kk) In *Ethic. ad Nicom.* Lib. V. Cap. X. Sed utrumque, ſecundum Philoſophum, partem facit *Juris Civilis*, quod vocat



Digitized by Google

legitimum vocat, legis vocabulo 70 ſtrictius poſito: interdum & 71 τὸ ἐν τάξει, conſtitutum. Idem diſcrimen apud Hebræos reperire eſt, (ll) qui cum diſtincte loquuntur, jus naturale vocant n 72 מצות, jus conſtitutum חקים, quorum illud δικαιώματα, hoc ἐντολὰς ſolent vertere 73 Helleniſtæ.

X. 1. o Jus naturale eſt 74 dictatum rectæ rationis, indicans actui alicui, 75 ex ejus convenientia aut diſconvenientia cum ipſa natura 76 rationali ac (mm) ſociali, ineſſe moralem 77 turpitudinem, aut 78 neceſſitatem moralem, ac conſequenter ab auctore naturæ Deo talem actum aut vetari, aut præcipi.

2. Actus

vocat Δίκαιον Πολιτικὸν, ut ea, de quibus agitur; Δίκαιον Φυσικὸν, & Δίκαιον Νομικόν. Adeoque paullo aliter diviſio Auctoris noſtri ſeſe habet. *J. B.*

GROTII.

n מצות] משפט. Sic *Maimonides* libro III. ductoris dubitantium cap. XXVI.

o *Jus naturale eſt dictatum recta rationis*] Philo libro, omnem virum bonum eſſe liberum: Νόμος δὲ ἀψευδὴς ὁ ὀρθὸς λόγος, οὐχ' ὑπὸ τοῦ δεῖνος, ἢ τοῦ δεῖνος θνητοῦ, φθαρτὸς, οὐκ ἐν χαρτιδίοις ἢ στήλαις ἄψυχος ἀψύχοις, ἀλλ' ὑπ' ἀθανάτου φύσεως, ἄφθαρτος, ἐν ἀθανάτῳ διανοίᾳ τυπωθείς. *Lex mentiri neſcia eſt recta ratio, qua lex, non ab hoc aut illo mortali mortalis, non in chartis aut columnis exanimis exanima, ſed corrumpi neſcia, quippe ab immortali natura inſculpta in immortali intellectu.* [Pag. 871. B. Ed. Par.] *Tertullianus* de corona militis: *Quares igitur Dei legem, habens communem iſtam in publico mundi, in naturalibus tabulis.* M. Antoninus lib. II. τέλος λογικῶν ζώων, τὸ ἕπεσθαι τῷ τῆς πόλεως καὶ πολιτείας τῆς πρεσβυτάτης λόγῳ καὶ θεσμῷ [§. 16.] *Finis animantium ratione utentium, ſequi legem ac normam civitatis ac reipublica omnium antiquiſſima.* Adde Ciceronis locum de Republica III, quem adducit *Lactantius* VI, 8. Præclara ſunt quæ in hanc rem habet *Chryſoſtomus* XII, & XIII. de ſtatuis. Nec ſpernenda quæ *Thomas* Secunda Secundæ LVII, 2. & *Scotus* III, diſt. 37.

GRONOVII.

70 *Strictius*] Non pro lege ſcripta, aut pro juſſu imperantis.

71 Ἐν τάξει] i. e. ordinatum, conſtitutum.

72 מצות, *jus conſtitutum* חקים] מִצְוֹת præcepta, חֻקִּים ſtatuta, leges, à חק jus. Ab altera ſpecie definitur δικαιοσύνη, ἀρετὴ διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν. περὶ ἀρετ. καὶ κακ. p. 373. Ab altera δικαιοσύνη ἐστὶ τὸ δίκαιον ἐν ἰσότητι συμβολαίων. Ἠθ. Μεγαλ. I, 34.

73 *Helleniſtæ*] Interpretes LXX. Bibliorum.

74 *Dictatum recta rationis*] Lex mentibus inſita bene natis. Admonitio inteſtina conſcientiæ. Inſtinctus, inſita notio.

75 *Ex ejus convenientia*] Propterea quod rectæ rationi, vel ingenitis homini veri & æqui principiis congruat aut repugnet. *Perſ.* Sat. 5, 96. *Stat contra ratio & ſecretam gannit in aurem, Ne liceat facere id, quod quis vitiabit agendo.*

76 *Rationali*] Humana.

77 *Turpitudinem*] Ad abſtinendum, vel cavendum.

78 *Neceſſitatem*] Ad faciendum, vel præſtandum.

(ll) Hoc diſcrimen non ſemper obſervari, ipſe Auctor fatetur, in Adnotat. ad *Luc.* 1. 6. Vide & Clar. *Clericum*, in Geneſ. XXVI, 5. *J. B.*

(mm) Voces illas, *ac ſociali*, quamquam in omnibus Edd. deſint, confidenter addidimus, Auctorem ipſum ducem ſequuti, qui infra §. 12. *num.* 1. eas habet, & heic à Typographis omiſſas facilè potuit non animadvertere; ut in aliis locis, ubi res majoris adhuc momenti erat, id ei accidiſſe, oſtendemus. *J. B.*

79 De-

2. Actus de quibus tale exſtat dictatum, 79 debiti ſunt aut 80 illici 81 per ſe, (nn) atque ideo à Deo neceſſario præcepti aut vetiti intelliguntur: qua nota diſtat hoc jus non ab humano tantum jure, ſed & à 82 divino voluntario, quod non ea præcipit aut vetat quæ per ſe ac ſuapte natura aut 83 debita ſunt, aut illicita, ſed vetando illicita, præcipiendo debita facit.

3. Ad juris autem naturalis intellectum, notandum eſt, quædam dici ejus juris non proprie, ſed ut 84 ſcholæ loqui amant, 85 reductive, quibus jus naturale non repugnat, ſicut juſta modo diximus appellari ea quæ 86 injuſtitia carent: interdum etiam per abuſionem ea, quæ ratio 87 honeſta, aut oppoſitis meliora eſſe indicat, etſi non debita, ſolent dici juris naturalis.

4. Sciendum præterea, jus naturale 88 non de iis tantum agere quæ citra voluntatem humanam exiſtunt, ſed de multis etiam quæ voluntatis humanæ actum 89 conſequuntur. Sic dominium, quale nunc in uſu eſt, voluntas humana 90 introduxit: at eo 91 introducto *nefas* mihi eſſe id arripere te invito quod tui eſt dominii, ipſum

GRONOVII.

79 *Debiti* ] Cum ineſt neceſſitas moralis.

80 *Illiciti* ] Cum ineſt turpitudo.

81 *Per ſe* ] Etiam non accedente juſſu Dei aut hominis.

82 *Divino voluntario* ] Infra, num. 15. ut cum Deus præcepit non tangi arborem ſcientiæ boni & mali; abſtineri porcis & aliis animalibus, quæ pro immundis præſcripſit Lex Moſaica.

83 *Debita* ] Ut tegere verenda, ut *Paulus* 1. ad Corinth. XI. 14. ſcribit: comam longam natura dedecere virum. i. e. honeſtate morum, quæ inter homines. Apoſtolus *φύσεως* vocabulum etiam adhibet.

84 *Scholæ* ] Scholaſtici.

85 *Reductive* ] Per applicationem aut interpretationem.

86 *Injuſtitia carent* ] Ut quæ nullius ſunt cedere occupanti: quod per ſe naturæ non eſt, ſed tamen eo refertur.

87 *Honeſta, aut oppoſitis* ] Ut velare notas ſexus, nec cum Cynicis in publico prurire. Sic *Paulus* 1 Corinth. XI. 14. ἢ οὐδὲ ἡ φύσις διδάσκει ὑμᾶς, ὅτι ἀνὴρ μὲν ἐὰν κομᾷ, ἀτιμία αὐτῷ ἐστιν; [Exempla aptiora, ex mente Auctoris noſtri, vide infra, circa *Concubinatum*, *Divortium*, *Polygamiam*, I. 2. 6. num. 2. Adde II. 12. 9. n. 2. III. 7. 6. n. 3. & III. 4. 2. num. 1. *J. B.*]

88 *Non de iis tantum agere* ] i. e. ſubjectam habere materiam non modo ea, quæ ipſa natura comparavit ſine diſputatione aut conſtitutione humana, ſed etiam res, ut ſeſe habent, poſtquam in eis id, quod natura erant, judicium humanum & conſuetudo, aliquam partem mutavit.

89 *Conſequuntur* ] Ubi homines fecere quod natura non erat.

90 *Introduxit* ] Intelligit dominium privatum quale nunc in uſu, quo unuſquiſque ſuæ rei eſt dominus, nam natura omnia fecit communia.

91 *Introducto* ] Poſtquam hoc placuit, ut omnia non eſſent amplius communia.

(nn) Verum quidem eſt, Deum non potuiſſe, ſalvâ ſapientiâ ſuâ, actus, qui heic vocantur *debiti*, vetare, aut contrarios præcipere. Attamen vinculum ipſum *Obligationis*, quâ quis tenetur illos exercere, ab his abſtinere, non ex ipſâ naturâ actuum oritur, ſed à *voluntate* Dei, quatenus eſt Auctor naturæ rerum, & ſummus Hominum Legiſlator. Adeoque, accuratè loquendo, tales actus non poſſunt dici *per ſe* debiti, aut illiciti. Quâ de re aliquid diximus in Præfatione Gallicâ ad PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.*

Digitized by Google

ipſum indicat jus naturale; quare p furtum naturali jure prohibitum dixit Paulus Juriſconſultus, natura turpe Ulpianus, Deo diſplicere 92 Euripides his in Helena verſibus: [909, *& ſeqq.*]

*L. 1. D. de Furtis. L. Probrum, 42. D. de verb. ſignificat.*

*Namque odit ipſe vim Deus: nec divites*
*Nos eſſe rapto, ſed probe partis cupit.*
*Spernenda, ſi non jure veniat, copia eſt.*
*Communis æther hominibus, tellus quoque,*
*In qua ampliare cuique ſic fas eſt domum,*
*Ut ab alienis rebus ac vi temperet.*

5. Eſt autem jus naturale adeo immutabile, (oo) ut ne à Deo quidem mutari queat. Quanquam enim immenſa eſt Dei potentia, dici tamen quædam poſſunt eſſe, ad quæ ſe illa 93 non extendit; quia quæ ita dicuntur, 94 dicuntur tantum, ſenſum autem qui rem exprimat nullum habent, ſed ſibi ipſis 95 repugnant. Sicut ergo ut bis duo non ſint quatuor 96 ne à Deo quidem poteſt effici, ita ne hoc quidem, ut quod 97 intrinſeca ratione malum eſt, malum non ſit. Et hoc eſt quod ſignificat Ariſtoteles, cum dicit: (pp) 98 ἔνια εὐθὺς ὠνόμασαι συνειλημμένα μετὰ τῆς φαυλότητος. Nam 99 ut eſſe rerum poſtquam ſunt & qua ſunt aliunde non pendet, ita & proprietates, quæ eſſe illud neceſſario conſequuntur; talis autem eſt malitia

*Gent.* 66. ſecundæ Edit. & nuperrimè egimus fusè ſatis in examine *Judicii* Illuſtris Leibnitzii, ſubjecto quartæ Editioni verſionis noſtræ Libelli *De Offic. Hom.* & *Civ. J. B.*

GROTII.

p *Furtum naturali jure prohibitum*] Julianus: ὁ δεύτερος νόμος (poſt illum de Deo agnoſcendo & colendo) ἱερὸς φύσει καὶ θεῖος, ὁ τῶν ἀλλοτρίων πάντη καὶ πάντως ἀπέχεσθαι κελεύων καὶ μήτε ἐν λόγῳ, μήτε ἐν ἔργῳ, μήτε ἐν αὐταῖς ταῖς λανθανούσαις τῆς ψυχῆς ἐνεργείαις ταῦτα ἐπιτρέπων συγχεῖν. [Orat. VII. pag. 209. C. D. *Ed. Spanhem.*] *Lex altera & ipſa ſuapte natura ſancta atque divina ea eſt, qua ſemper & ubique alienis abſtineri jubet, neque vero aut verbo, aut facto, aut arcanis animi cogitationibus contrairi ſinit.* *Cicero* de Officiis III. c. 10. ex *Chryſippo*: *In vita ſibi quemque petere quod pertineat ad uſum, non iniquum eſt: alteri ſurripere, jus non eſt.*

GRONOVII.

92 *Euripides*] Vide ſimilem locum in *Plauti* Prolog. Rudent. v. 10. *& ſeqq.*

93 *Non extendit*] Quæ, ſi ita licet loqui, Deus non poſſit.

94 *Dicuntur tantum*] Quaſi ſint aliquid, mente concipiuntur, & efferuntur tantummodo ac pronuntiantur; ut Centaurus, Chimæra, Gorgo: effectum autem habent nullum, & exiſtere nequeunt. Phil. Entia rationis.

95 *Repugnant*] Hoc eſt, ut ſcholæ dicunt, contradictoria ſunt.

96 *Ne à Deo quidem poteſt effici*] Quia Deus ſemel aliter ſtatuit.

97 *Intrinſeca*] Per ſe ac ſua natura.

98 Ἔνια] Quædam ſtatim nominantur conjuncta cum vitio (malitia,) vel, quædam ſtatim ut nominata ſunt, junctam pravitatem præferunt.

(oo) Vide Pufendorf. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. III. §. 5.

(pp) Locus eſt *Ethic. ad Nicom.* Lib. II. Cap. VI. Sed tu inſpice, & non ſatis aptè huc adferri animadvertes. *J. B.*

GRONOVII.

99 *Ut eſſe rerum, poſtquam ſunt, & qua ſunt*] Ut res, ex quo ſemel extiterunt, ſpeciemque & habitum acceperunt, non aliam ſumunt cauſam, & quod ſunt, non precario, ſed jam per

Digitized by Google

[m]alitia quorundam actuum, comparatorum ad naturam ſana ratione utentem. Itaque & Deus ipſe ſecundum hanc normam de ſe judicari patitur, ut videre eſt Gen. XVIII, 25. Eſai. V, 3. Ezech. XVIII, 25. Jerem. II, 9. Mich. VI, 2. Rom. II, 6. III, 6.

6. Fit tamen interdum ut in his actibus, de quibus jus naturæ aliquid conſtituit, 1 imago quædam mutationis fallat incautos, cum revera non jus naturæ mutetur, quod immutabile eſt, ſed res, de qua jus naturæ conſtituit, quæque mutationem recipit. Exempli gratia: ſi creditor quod ei debeo 2 acceptum ferat, jam ſolvere non teneor, non quia jus naturæ deſierit præcipere ſolvendum quod debeo, ſed quia quod debebam deberi deſiit: ut enim recte in Epicteto Arrianus: *οὐκ ἀρκεῖ τὸ δανείσασθαι πρὸς τὸ ὀφείλειν, ἀλλὰ δεῖ προσεῖναι καὶ τὸ ἐπιμένειν ἐπὶ τοῦ δανείου, καὶ μὴ ἀπολελύσθαι αὐτό· non ſufficit ut debeatur pecunia datam eſſe mutuam, ſed oportet ut & maneat adhuc indiſſoluta mutui obligatio.* Ita ſi quem Deus occidi præcipiat, ſi res alicujus auferri, non licitum fiet homicidium aut furtum, quæ voces vitium involvunt, ſed 3 non erit homicidium aut furtum, quod vitæ & rerum ſupremo domino auctore fit. Lib. I. Diſſ. C. 7. pag. 34. Ed. Colon. 1595.

7. Sunt & quædam juris naturalis non ſimpliciter, ſed pro certo rerum ſtatu: ſic communis rerum uſus naturalis fuit, quamdiu dominia introducta non erant; & jus ſuum per vim conſequendi 4 ante poſitas leges.

XI. 1. Diſcrimen autem quod in Juris Romani libris exſtat, (qq) ut jus immutabile aliud ſit quod animantibus cum homine ſit commune, quod arctiori ſignificatu vocant jus naturæ; aliud hominum proprium, quod ſæpe jus gentium nuncupant, 5 uſum vix ullum habet; nam juris proprie capax non eſt niſi natura præceptis 6 utens generalibus, quod recte vidit Heſiodus: Oper. & Dier. verſ. 276, & ſeqq.

*Τὸν δὲ γὰρ ἀνθρώποισι νόμον διέταξε Κρονίων·*
*Ἰχθύσι γὰρ, καὶ θηρσὶ, καὶ οἰωνοῖς πετεηνοῖς*

'Ἐσθί-

per ſe & ob ſuam materiam ſunt; neque ut ſint alienum beneficium exſpectare, aut aliunde pendere neceſſe habent: ita & affectiones, quæ illis naturis materiiſque neceſario adhærent.

1 *Imago*] i. e. videatur imprudentibus & minus intentis aliquid mutari, ubi tamen jus conſtat, & ejus mutatum nihil eſt.

2 *Acceptum ferat*] i. e. ſe accepiſſe ſcribat aut teſtatum faciat.

3 *Non erit homicidium*] Non magis quam ſi morbo hominem ſolvat; ſi naufragio aut alio caſu, vel mortalitatem ejus finiat, vel rem familiarem aut imminuat, aut ad alium transferat.

4 *Ante poſitas leges*] Quibus illud jus à privatis ad ſelectos judices tranſlatum eſt.

5 *Uſum vix ullum*] Neque enim brutorum inter ſe, neque hominum cum brutis ſocietas eſt: tantum turpiores facit homines id non ſervantes.

6 *Utens generalibus*] Quæ circa ſimilia ſimiliter agere novit, ut dixit in Prolegomenis, §. 7.

(qq) Vide PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. III. §. 2, 3. *J. B.*

q 'Αν-

Digitized by Google

'Εσθέμεν ἀλλήλους. ἐπεὶ οὐ δίκη ἐςὶ μετ' αὐτῶν.
[q] 'Ανθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην, ἣ πολλὸν ἀρίςη.

*Humano generi nam lex datur ab Jove ſummo:*
*Quippe feræ, piſces, avium genus altivolantum*
*Mutua ſe vertunt in pabula, juris egentes.*
*Juſtitia at nobis, quæ res eſt optima, ceſſit.*

Cap. 16. In equis, in leonibus juſtitiam non dicimus, inquit Cicero de Officiis primo. Tom. I. pag. 339. A. Plutarchus in vita Catonis majoris, *νόμῳ μὲν γὰρ καὶ δικαίῳ πρὸς ἀνθρώπους μόνον χρῆσθαι πεφύκαμεν· lege & juſtitia adverſus homines tantum natura utimur.* Cap. 17. Lactantius lib. V. *In omnibus enim videmus 7 animalibus, quæ ſapientia carent, conciliatricem ſui eſſe naturam. Nocent enim aliis ut ſibi proſint: neſciunt enim quia malum eſt nocere. Homo vero, quia ſcientiam boni & mali habet, abſtinet ſe à nocendo etiam cum incommodo ſuo.* Polybius, cum narraſſet quibus initiis primum conveniſſent homines, addit, [r] ſi quis in parentes aut beneficos injurius fuiſſet, fieri non potuiſſe quin id cæteri ægre ferrent, ratione addita: Lib. VI. cap. 4. *τοῦ γὰρ γένους τῶν ἀνθρώπων ταύτῃ διαφέροντος τῶν ἄλλων ζώων, ᾗ μόνοις αὐτοῖς μέτεςι νοῦ καὶ λογισμοῦ, φανερὸν ὡς οὐκ ἂν εἰκὸς παραδραμεῖν αὐτοὺς τὴν προειρημένην διαφορὰν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἀλλ' ἐπισημαίνεσθαι τὰ γινόμενα [s] καὶ δυσαρεςεῖσθαι τοῖς παροῦσι. Quoniam enim humanum genus hoc aliis animantibus diſtat, quod mente ac ratione utitur, omnino credibile non eſt tam alienum à natura ſua actum ab ipſis diſſimulatum iri, ut in aliis animantibus: ſed quod factum eſt, revocatum iri ad animum cum offenſa ſignificatione.*

2. Quod

GROTII.

[q] 'Ανθρώποισι δ' ἔδωκε δίκην] *Juvenalis* Satyra XV, [vers. 142, *& ſeqq.*]
——— *Venerabile ſoli*
*Sortiti ingenium divinorumque capaces,*
*Atque exercendis capiendiſque artibus apti,*
*Senſum è cœleſti demiſſum traximus arce,*
*Cujus egent prona & terram ſpectantia. Mundi*
*Principio indulſit communis Conditor illis*
*Tantum animas, nobis animum quoque, mutuus ut nos*
*Affectus petere auxilium & præſtare juberet,*
*Diſperſos trahere in populum,* &c.
*Chryſoſtomus* ad VII. Rom. τὸν τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου λόγον οὐδὲ κινεῖν δεῖ ἐπὶ τῶν ἀψύχων καὶ ἀναισθήτων. [Id eſt, juſti & injuſti regulas, neque adverſus inanimata & ſenſu carentia, movendas aut negligendas. Quod igitur innuere potius videtur, jus aliquod eſſe Brutis cum Homine commune. *J. B.*]

[r] *Si quis in parentes injurius fuiſſet*] Exemplum vide in Chamo, Gen. IX, 22. Ubi pœna ſequitur.

GRONOVII.

7 *Animalibus, quæ ſapientia carent*] Omnia animalia muta & ratione defecta quærere ſua commoda; quamvis damno aliorum.

GROTII.

[s] Καὶ δυσαρεςεῖσθαι τοῖς παροῦσι] Chryſoſtomus XIII. de ſtatuis: καὶ γὰρ τὸ συναγανακτεῖν τοῖς ὑβριζομένοις, φυσικὸν ἅπαντες ἔχομεν. εὐθέως οὖν τοῖς ἐπηρεάζουσιν ἐχθροὶ γινόμεθα κἂν μηδὲν ὦμεν αὐτοὶ πεπονθότες. *Natura id habemus, ut indignationem noſtram conjungamus cum iis qui male tractati ſunt. illico enim injurioſis hominibus infenſi ſumus, etiamſi ad nos nulla pars injuriæ pervenit.* Scholiaſtes ad *Horatium* Satyra III. lib. I. [vers 97.] *Senſus aliter indu-*

Digitized by Google

2. Quod t ſi quando brutis animantibus juſtitia tribuitur, id fit improprie u ex quadam in ipſis umbra rationis atque veſtigio. An verò actus ipſe, de quo jus naturæ conſtituit, ſit nobis communis cum aliis animantibus, ut prolis educatio; an nobis proprius, ut Dei cultus, ad juris ipſam naturam nihil refert.

XII. 1. Eſſe autem aliquid juris naturalis probari ſolet tum ab eo quod prius eſt, tum ab eo quod poſterius, quarum probandi rationum illa ſubtilior eſt, hæc popularior. A priori, ſi oſtendatur rei 8 alicujus convenientia aut diſconvenientia neceſſaria cum natura rationali ac ſociali: à poſteriori verò, ſi non certiſſima fide, (rr) certe probabiliter admodum, juris naturalis eſſe colligitur id, quod apud omnes gentes, aut moratiores omnes tale eſſe creditur. Nam 9 univerſalis effectus univerſalem requirit cauſam: talis autem exiſtimationis cauſa vix ulla videtur eſſe poſſe præter 10 ſenſum ipſum, communis qui dicitur.

2. Heſiodi eſt dictum à multis laudatum: (ſſ)

*Φήμη δ' ὔτις πάμπαν ἀπόλλυται, ἥντινα πολλοὶ*
*Λαοὶ φημίζουσι.*

*Non etenim penitus vana eſt ſententia, multi*
*Quam populi celebrant.*

τα

*indignatur & animus, cum audieris homicidium factum, aliter cum furtum.*

t *Si quando brutis animantibus juſtitia tribuitur*] Divinationem quandam juſtitiæ in elephantis notat *Plinius* lib. VIII. cap. v. Idem libro x. narrat aſpidem fuiſſe quæ ſuum ipſa catulum necaret, quod is catulus hoſpitis filium interemiſſet.

u *Ex quadam in ipſis umbra rationis atque veſtigio*] Seneca de Ira libro I, cap. III. feras ira carere dixit, ſed pro ira habere impetum. *Muta animalia*, ait, *humanis affectibus carent: habent autem ſimiles illis quoſdam impulſus.* Sic in beſtiis non eſſe *κακίαν* ſed *ὡσπερὶ κακίαν*, non vitia ſed vitiorum ſimulacra, dixit *Origenes* contra *Celſum*: *ὡς ἂν θυμοῦσθαι τὸν λέοντα*, *velut iraſci leonem*: Peripatetici apud *Porphyrium*, de non eſu animantium tertio. [Pag. 309. *Ed. Lugd.* 1620.]

GRONOVII.

8 *Alicujus convenientia*] Ut cum oſtenditur, innoxium hominem occidere, eſſe injuſtum, quia natura appetit conſervationem ſui & omnium, quæ ſunt ejuſdem ſocietatis.

9 *Univerſalis*] Effectus ad omnes plurimoſve pertinens cauſam juxta late patentem & inter multos plurimoſve communicatam.

10 *Senſum, communis*] *Cic.* de leg. 16. *Communis intelligentia.* *Horat.* I. Sat. 3. *Communi plane ſenſu caret.* *Gell.* 20, 22. *cum ſenſus intelligentiaque communis fide nobis notas res efficit.* Juvenal. 8. Sat. 73. *Rarus enim ferme ſenſus communis in illa Fortuna.* Arrian. *Epictet.* 3, 6. *ὁ κοινὸς νοῦς.* Marcus *κοινονοημοσύνην*, lib. I. ad ſe ipſum, ubi Caſ. *Lactant.* 3, 28. *in tantos errores inciderunt, ut etiam communem ſapientiam non tenerent.* *Phædrus* fab. 7. *quibus honorem & gloriam Fortuna tribuit, ſenſum communem abſtulit.* Seneca ep. 5. & 9.

(rr) Quouſque ratio illa valere queat, vide apud PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. III. §. 7, 8. & in Præfatione noſtra Gallica ad hoc Opus, §. 4. *J. B.*

(ſſ) Extat in *Operib. & Dieb.* verſ. penult. ſed ibi agitur tantum de rumoribus adverſus aliquem ſparſis, qui, falſi licet, famam ejus nonnihil lædunt. *J. B.*

x Τα

Digitized by Google

x *τὰ κοινῇ φαινόμενα πιστὰ*, (tt) *quæ communiter ita videntur fida ſunt*, ajebat Heraclitus ſtatuens 11 *λόγον τὸν ξυνὸν* optimum eſſe veritatis 12 *κριτήριον*. Ariſtoteles: *κράτιστον πάντας ἀνθρώπους φαίνεσθαι συνομολογοῦντας τοῖς ῥηθησομένοις· potentiſſima probatio eſt, ſi in id quod dicimus omnes conſentiant.* Et Cicero: *in re conſenſio omnium gentium jus naturæ putanda eſt.* Seneca: *Argumentum veritatis eſt aliquid omnibus videri.* Quintilianus: *Pro certis habemus ea in quæ communi opinione conſenſum eſt.* Non fruſtra autem dixi gentes moratiores: nam, ut recte notat Porphyrius, * y *τινὰ τῶν ἐθνῶν ἐξηγρίωται, καί ἐστι φύσει θηριώδη, ἐξ ὧν οὐ προσήκει τοὺς εὐγνώμονας τῆς ἀνθρωπίνης καταψεύδεσθαι φύσεως· quædam nationes efferatæ ſunt, & 13 facta inhumana, ex quibus non oportet ab æquis judicibus æſtimatione facta humanæ naturæ convitium fieri.* Andronicus Rhodius: † *παρ' ἀνθρώποις τοῖς τε ὀρθῶς καὶ ὑγιῶς ἔχουσιν, ἐστὶ δίκαιον ἀκίνητον, ὃ φυσικὸν λέγεται. εἰ δὲ τοῖς νοσοῦσι τὰς φρένας καὶ διεστραμμένοις οὐ δοκεῖ*

1 *Tuſc.* c. 13. *Ep.* 117.
Inſt. Orat. V. 10.
* *De non eſu Animantium*, Lib. IV. pag. 428. *Ed. Lugd.*
† *Paraphr. in Ariſt. Ethic. Nicom.* V. 10. pag. 303. *Ed. Heinſ.*

GROTII.

x Τὰ κοινῇ φαινόμενα πιστὰ,] *Ariſtoteles* Nicom. x, 11. ὃ γὰρ πᾶσι δοκεῖ τοῦτο εἶναι φαμέν, ὁ δ' ἀναιρῶν ταύτην τὴν πίστιν οὐ πάνυ πιστότερα ἐρεῖ. *Quod omnibus ita videtur, id ita eſſe dicimus, qui vero hanc fidem velit tollere, nihilo ipſe credibiliora dicet.* Seneca Epiſt. 81. *In tanta judiciorum diverſitate referendam bene merentibus gratiam omnes uno tibi, quod ajunt, ore affirmabunt.* Quintilianus: *Conſuetudinem ſermonis vocabo conſenſum eruditorum, ſicut vivendi, conſenſum bonorum.* [Inſtit. Orat. I. 6.] *Joſephus* antiquæ hiſtoriæ XVI: ἔθεσι μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι γένος ὃ τοῖς αὐτοῖς ἀεὶ χρῆται, κατὰ πόλεις ἐσθ' ὅπη πολλῆς γινομένης τῆς διαφορᾶς· τὸ δίκαιον δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμοίως ἐπιτηδεύει, λυσιτελέστατον ὂν Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, οὗ πλεῖστον οἱ παρ' ἡμῖν νόμοι λόγον ἔχοντες, ἅπασιν ἡμᾶς, εἰ καθαρῶς ἐμμένοιμεν αὐτοῖς, εὔνους καὶ φίλους ἀπεργάζονται. διὸ καὶ ταῦτα παρ' ἐκείνων ἡμῖν ἀπαιτητέον καὶ δέον οὐκ ἐν διαφορᾷ τῶν ἐπιτηδευμάτων οἴεσθαι τὸ ἀλλότριον, ἀλλ' ἐν τῷ πρὸς καλοκἀγαθίαν ἐπιτηδείως ἔχειν· τοῦτο γὰρ κοινὸν ἅπασι καὶ μόνον ἱκανὸν διασώζειν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον. *Moribus gens nulla eſt quæ iiſdem tota utatur, ſæpe oppidatim diſcrepatur plurimum. At jus ipſum omnibus æqualiter hominibus expedit, tam barbaris utile quam Græcis, cujus quidem rationem habentes maximam, quæ apud nos ſunt leges, faciunt nos, eas ſi pure modo obſervemus, cunctis hominibus benevolos & amicos. Talia ſunt quæ exigi à legibus par eſt. Neque illas averſari ut à ſe alienas arbitrari debent alii, in eo quod inſtitutis differunt, ſed id potius ſpectandum an ad virtutem ac probitatem ſint accommodata. Hoc enim ad omnes communiter pertinet, ſolumque per ſe ſufficit ad tutandam hominum vitam. Tertullianus* præſcriptione adverſus hæreticos: *Quod apud multos unum invenitur, non eſt erratum ſed traditum.* [Omnia iſta loca, ſi duo priora excipias, parum ad rem faciunt. Immo verba *Quintiliani* contrarium innuere potius videntur. *J. B.*

GRONOVII.

11 *Λόγον*] Omnes idem ſentire ac dicere.

12 Κριτήριον] Diſcrimen.

13 *Facta inhumana*] Ut ἀνθρωποφάγοι, & quales Thraces pingit *Florus* 3, 4. quales qui conjugiis matrum uſi, qui decrepitos parentes, ne alerent, occidere: qui cadaveribus ſuorum pro cibo uſi, aut canes pavere. *Plutar.* de Fort. Alex. 328. *Cic.* I. Tuſc. 45.

(tt) Refert id SEXTUS EMPIRICUS, Lib. *Adverſus Mathematic.* Ὅθεν *τὸ μὲν κοινῇ πᾶσι φαινόμενον, τοῦτ' εἶναι πιστόν.* Pag. 160. Vide ſequentia. *J. B.*

GROTII.

y Τινὰ τῶν ἐθνῶν ἐξηγρίωται] *Juſtinus* colloquia cum Tryphone: *πολλὴν ἔστω*

Digitized by Google

δίκαιον, οὐδὲν διαφέρει. οὐδὲ γὰρ ὁ λέγων τὸ μέλι γλυκὺ εἶναι ψεύδεται, διότι τοῖς νοσοῦσιν οὐ τοιοῦτον δοκεῖ· *Apud homines recta itaque mente præditos immutabile eſt jus illud naturæ quod dicitur. Quod ſi his, qui morbido diſtortoque ſunt animo, aliter videtur, nihil id ad rem pertinet. Nam nec mentitur qui mel dulce eſſe dicit, ideo quod ægrotis aliter videatur.* A quibus non abit Plutarchi illud in vita Pompeji: φύσει μὲν ἄνθρωπος οὔτε γέγονεν, οὔτ' ἔστιν ἀνήμερον ζῶον οὐδ' ἄμικτον, ἀλλ' ἐξίσταται τῇ κακίᾳ παρὰ φύσιν χρώμενος, ἔθεσι δὲ καὶ τόποις καὶ βίου μεταβολαῖς ἐξημεροῦται: *natura quidem nullus hominum aut eſt aut fuit ferum atque inſociabile animal, ſed efferatur ubi extra naturæ modum peccare aſſueſcit, rurſumque alia conſuetudine, vitaque & locorum mutatione redit ad manſuetudinem.* Ariſtoteles deſcriptionem hominis, ex eo quod Tob. V. 2.
ipſi proprium eſt, hanc facit: ἄνθρωπος, z ζῶον ἥμερον φύσει *homo animal eſt ſuapte natura manſuetum.* Idem alibi: δεῖ δὲ σκο- Pol. I. V.
πεῖν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι μᾶλλον τὸ φύσει, καὶ μὴ ἐν τοῖς διεφθαρμένοις· *quid naturale ſit ſpectandum in his quæ bene ſecundum naturam ſe habent, non in depravatis.*

XIII. Alteram juris ſpeciem eſſe diximus jus voluntarium, (uu) quod ex voluntate originem ducit: eſtque vel humanum vel divinum.

XIV. 1. Ab humano incipiemus, quia 14 id pluribus innotuit. Eſt ergo hoc vel civile, vel latius patens, vel arctius. Civile eſt quod à poteſtate civili proficiſcitur. 15 Poteſtas civilis eſt, quæ civitati

ἔτι ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος ἐμπεφορημένοι, καὶ ὑπὸ φαύλης ἀνατροφῆς, καὶ ἐθῶν φαύλων, καὶ νόμων πονηρῶν διαφθαρέντες, τὰς φυσικὰς ἐννοίας ἀπώλεσαν· *Exceptis illis qui ab impuris ſpiritibus abrepti, & per malam educationem, inſtituta prava & leges iniquas corrupti, naturales notiones perdiderunt.* *Philo* libro, Omnem bonum eſſe liberum: ὅθεν καὶ θαυμάσαι ἄν τις τῆς ἀμβλυωπίας τοὺς τρανὰς οὕτω πραγμάτων ἰδιότητας μὴ συνορῶντας· *merito igitur miretur quis, tantam illis offuſam caliginem, ut tam claras rerum proprietates non videant.* [Pag. 871. B. Ed. Par.] *Chryſoſtomus* oratione, Chriſtum Deum eſſe: μὴ τοίνυν ἀπὸ τῶν διεφθαρμένων τὰς γνώμας, τὰς κρίσεις ποιοῦ τῶν πραγμάτων· *Ne ergo rerum dijudicationem ab illis mutuare quibus corruptus eſt animus.*

GRONOVII.

14 *Id pluribus*] Divinum quippe tantum Hebræis & Chriſtianis.

15 *Poteſtas*] Hic pro perſona. *Liv.* 23, 11. *Magiſtrum equitum, quæ conſularis poteſtas ſit. Lucan.* 10, 136. *Diſcubuere toris reges majorque poteſtas Cæſar.*

(uu) Confer PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. I. Cap. VI. §. 18. *J. B.*

GROTII.

z Ζῶον ἥμερον φύσει] Idem dicit *Chryſoſtomus* XI. de Statuis. Latius id explicat *Philo* decalogo: ἀγελαστικὸν γὰρ καὶ σύννομον ζῶον τὸ ἡμερώτατον ἡ φύσις γεννήσασα, πρὸς ὁμόνοιαν καὶ κοινωνίαν ἐκάλεσε, λόγον δοῦσα συναγωγὸν εἰς ἁρμονίαν καὶ κρᾶσιν ἠθῶν [Pag. 763. A. Edit. Paris.] *Quod animantium eſſe deberet manſuetiſſimum, idem natura fecit gregale & cœtus appetens, & ad concordiam ſocietatemque vocavit, ſermonem etiam præbens qui ingenia attemperando & ad concentum perducendo conciliaret.* Idem de Mundi immortalitate: ἡμερώτατον γὰρ ζῶον ὁ ἄνθρωπος, λόγῳ δωρεᾷ-

civitati præeſt. Eſt autem civitas 16 cœtus perfectus liberorum hominum, juris fruendi & communis utilitatis cauſa ſociatus. Jus arctius patens & ab ipſa poteſtate civili 17 non veniens, quanquam ei ſubditum, varium eſt, præcepta patria, dominica, & ſi qua ſunt ſimilia in ſe continens. Latius autem patens eſt jus Gentium, id eſt quod Gentium omnium a aut multarum (xx) voluntate vim obligandi accepit. Multarum addidi, quia vix ullum jus repetitur extra jus naturale, quod ipſum quoque gentium dici ſolet, omnibus gentibus commune. Imo ſæpe in una parte orbis terrarum eſt jus gentium quod alibi non eſt, 18 ut de captivitate ac poſtliminio ſuo loco dicemus.

2. Probatur autem hoc jus gentium pari modo quo jus non ſcriptum civile, uſu continuo & teſtimonio peritorum. Eſt enim hoc jus, ut recte notat Dio Chryſoſtomus, *εὕρημα βίου καὶ χρόνου*, *repertum temporis & uſus*. Atque in eam rem maximum nobis uſum præbent illuſtres annalium conditores.

Orat. LXXVI.

XV. 1. Jus voluntarium divinum quod ſit, ſatis ex ipſo vocum ſono intelligimus: (yy) id nimirum, quod ex 19 voluntate divina ortum habet: quo diſcrimine à jure naturali, quod 20 item divinum dici poſſe diximus, internoſcitur. In hoc jure locum habere poteſt, quod nimium indiſtincte b dicebat Anaxarchus apud Plu-

*διωρησαμένης φύσεως αὐτῷ γέρας, ᾧ καὶ τὰ ἐξηγριωμένα πάθη κατεπάδεται καὶ τιθασσεύεται. Manſuetiſſimum animantium homo eſt, ut cui natura pro munere ſermonem dederit, quo affectus quantumvis efferati velut incantando cicurantur.* (Pag. 945. E.)

a *Aut multarum*] Vaſquius II. Controverſ. LIV. 4.

b *Dicebat Anaxarchus*] Eſt apud Plutarchum in Alexandro. [Pag. 595. A. Tom. I. Vide quæ de illo loco ſcripſimus, in PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. III. §. 4. Not. 1. *J. B.*

GRONOVII.

16 *Cœtus perfectus*] Αὐτάρκης *Ariſtot.* 3. Pol. 6. *Πόλις δὲ ἡ γενῶν καὶ κωμῶν κοινωνία ζωῆς τελείας καὶ αὐτάρκους χάριν. τοῦτο δ' ἐστιν, ὥς φαμεν, τὸ ζῆν εὐδαιμόνως καὶ καλῶς.* Et 7, 4. Hein. 495. Ἡ δὲ πόλις αὔταρκες. Et mox: *πλῆθος αὔταρκες πρὸς τὸ εὖ ζῆν κατὰ τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν. Cicero* 3. de rep. apud Auguſtin. *multitudo juris conſenſu & utilitatis communione ſociata.* Et iterum, cœtus j. c. & u. c. ſociatus. Perfectus, ſufficiens ad ea, quæ deſiderat natura ad bene commodeque vivendum. [Circa definitionem *Civitatis*, vide PUFENDORF. *de Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. II. §. 13. cum Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

17 *Non veniens*] Sed partim à natura, partim à jure gentium.

18 *Ut de captivitate ac poſtliminio ſuo loco dicemus*] 3, 7. 3, 9.

19 *Voluntate divina*] Cognita & patefacta per ſingularem & propriam declarationem, non per inſitum omnibus hominibus ſenſum.

20 *Ita divinum*] Quia naturæ rationali unus id inſevit Deus.

(xx) Tale Jus non datur. Quæ enim ad illud referuntur, vel ad *Jus Naturæ* immutabile pertinent, vel meri ſunt mores, inter plures aut pauciores Gentes recepti, qui per ſe nullam vim obligandi habent, ſed tunc demum illam accipiunt, quando quis heic & nunc ſe illis ſubjicit, pacto expreſſo vel tacito. Qua de re dicemus in Notis Gallicis ad hunc noſtrum Auctorem. Vide interim PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* II. 3. 23. *J. B.*

(yy) Vide Auctoris Epiſt. Part. II. Epiſt. 429. ubi refellit, quæ SALMASIUS adverſus eum dixerat. *J. B.*

(zz) De

Plutarchum in Alexandro: non ideo id Deum velle, quia juſtum eſt, ſed juſtum eſſe, id eſt jure debitum, quia Deus voluit.

2. Hoc autem jus aut datum eſt humano generi, aut populo uni. Humano generi ter jus datum à Deo reperimus: ſtatim (22) 21 poſt hominem conditum, iterum 22 in reparatione humani generis poſt diluvium, poſtremo in ſublimiori reparatione 23 per Chriſtum. Tria hæc jura haud dubie omnes homines obligant, ex quo, quantum ſatis eſt ad eorum notitiam pervenerunt.

XVI. 1. Ex omnibus populis unus eſt, cui peculiariter Deus jura dare dignatus eſt, populus ſcilicet Hebræus, quem ſic alloquitur Moſes Deut IV, 7. *Quæ gens tam magna, cui Dei propinqui, ſicut dominus Deus noſter, ad omnia vota quæ ei facimus? quæ gens tam magna, cui ſint conſtitutiones & jura æqua, qualis eſt lex hæc tota, quam ego hodie coram vobis propono?* Pſalmographus Pſalmo CXLVII; *Indicat Deus verba ſua Jacobo, conſtitutiones ac jura ſua Iſraeli. non ita fecit genti ulli: ideo jura iſta non noverunt.* Vers. 19. 20.

2. Nec dubitandum, quin fallantur 24 Judæorum illi (quos inter Tryphon in diſputatione cum Juſtino) qui exiſtimant etiam alienigenis, ſi ſalvi eſſe vellent, 25 ſubeundum fuiſſe legis Hebraicæ

braicæ

(22) De his omnibus fusè agemus in Notis noſtris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

GRONOVII.

21 *Poſt hominem*] Adamo.

22 *In reparatione*] Noacho.

23 *Per Chriſtum*] Quippe qui Eccleſiam antea Palæſtinæ incluſam reddiderit Catholicam.

24 *Judæorum illi*] Nam & Judæorum quorundam eadem ſententia quæ *Grotii. Munſterus* ad Geneſ. 9, 4. Item *Thomæ Aquinatis* & *Mar. Becani.*

25 *Subeundum fuiſſe legis Hebraicæ jugum*] De judiciali lege concedo: ſed de lege ſacrorum & cærimoniarum fidentius aſſentirem, ſi viderem quomodo gentibus tempore veteris fœderis potuerit innoteſcere Chriſtus, extra Judaiſmum. Nam ut in N. T. agnum immolatum pro peccatis mundi monſtrant Verbum & Sacramenta: ita Agnum immolandum in V. T. monſtrabant cærimoniæ & ſacrificia. Et ut nos vitam æternam ſperamus per fidem in Chriſtum, qui jam apparuit, & pro nobis Patri ſatisfecit: ita prior ætas per Chriſtum in fidem appariturum & ſatisfacturum: Extra Chriſtum autem non eſt ſalus, quantum quidem nobis revelatum eſt. Sunt ſane in Patribus, qui hac de re paullo crudius & liberius loquuntur. *Clemens Alexandrinus* affirmat Judæis legem, gentibus Philoſophiam ante adventum Chriſti & univerſalem vocationem ad ſalutem ſuffeciſſe. Et alibi, Philoſophiam quondam per ſe Græcos juſtificaſſe. *Chryſoſtomus* ſcribit, notitiam Chriſti illis, qui nativitatem ejus & ἐνσάρκωσιν ſive incarnationem præceſſerunt, neceſſariam non fuiſſe. At *Juſtinus Martyr* dixit, quia Chriſtus eſt λόγος, *Chriſtianos cenſeri debere, quicunque* μετὰ λόγου, hoc eſt, *cum ratione vitam inſtituerint:* quos inter nominat *Socratem* & *Heraclitum:* & alibi, *Socrati* ait *Chriſtum ex parte agnitum.* Vide *Caſaubonum* Exercitatione prima adverſus *Baronium:* hæc nemo facile Theologorum ſanorum hodie conceſſerit. Nec videtur pati *Paulus* ad Epheſios cap. 2. verſ. 12. *Mementote vos aliquando gentes in carne cum vocabamini præputium* (id eſt incircumciſi) *ab ea, quæ circumciſio dicta eſt, facta in carne manu, vos, inquam, illo tempore fuiſſe ſeparatos à Chriſto, alienos à civitate Iſraëlitarum, expertes fœderum, promiſſionis ſpem non habentes, & atheos*



Digitized by Google

braicæ jugum. (aa) Neque enim eos obligat lex, 26 quibus data non eſt. At quibus data ſit lex, ipſa loquitur: 27 *Audi Iſraël*. & paſſim fœdus cum ipſis ictum, ipſi in peculiarem Dei populum adſciti dicuntur: quod verum eſſe agnoſcit & ex loco Deuteron. XXXIII, 4. probat Maimonides.

3. Quin inter ipſos Hebræos vixerunt ſemper aliqui exteri homines εὐσεβεῖς καὶ σεβόμενοι τὸν Θεὸν, qualis Syrophœniſſa Matth. XV, 22. qualis 28 ille Cornelius Actor. X, 2. τῶν σεβομένων ἑλλήνων, Actor.

*in mundo*. Sic ille: nec credibile eſt in tanta Epheſiorum, maximi populi, turba neminem fuiſſe, qui legi naturæ obtemperaret, & ut inter homines innocentiam coleret. Cum illa tamen ſua innocentia Apoſtolus illos facit expertes pactorum, ſpe vitæ æternæ deſtitutos, extra Chriſtum, Atheos.

26 *Quibus data non eſt*] Judæis quidem, electo populo, lex primum data eſt, ſed ut conditio fœderis, quod cum illis pepigerat Deus, promittens cœleſtia gaudia, ſi quis illam ſervaret. Si quis ergo de alienis participare fœdus illud & commodis ejus frui vellet, huic conſequenter juſſum erat, ut ſibi quoque legem illam datam putaret. Quemadmodum XII. tabulæ non ſunt poſitæ niſi civibus Romanis: itaque externos non obligabant: at ſi quis peregrinus privilegia & honores civis Romani appeteret, is non poterat ſe excludere ab obligatione juris Quiritium.

27 *Audi Iſraël*] Similis eſt præfatio decalogi, ſive legis moralis: *qui eduxi te ex Ægypto*: quæ ſolis Judæis competit: & tamen nemo dubitat decalogum obligaſſe omnes homines. Deinde cum Deus dicit, *Audi Iſraël*: ſæpe non tantum intelligere debemus Iſraëlem ſecundum carnem; ſed etiam ſecundum ſpiritum, ut Iſraël ſint omnes fideles, ſeu qui *ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia*, ut loquitur Pſalmus 50. [Quod heic dicitur, *Decalogum obligaſſe omnes homines*, præterquàm quod de Sabbato verum non eſt, de reliquis etiam præceptis eo ſenſu tantum admitti poteſt, qui nihil facit ad rem. Neque enim Ethnici ad obſervanda Præcepta Moralia Decalogi tenebantur, tamquam Leges cœlitus in monte *Sinai* latas, verum tamquam *opus Legis mentibus eorum inſcriptum*, ut ait PAULUS, in loco infra adlato. Vir Doctiſſimus, dum heic & alibi, ſecurè & ἀνεξετάστως Theologos nonnullos exſcribit, planè alium ſe oſtendit, ac ubi in Auctoribus veteribus explanandis occupatur. Talia igitur plerumque diſſimulabimus; quum præſertim non hoc agamus, ut quæcumque in Notis ipſius reperiuntur, expendamus & notemus. *J. B.*]

(aa) Quæſtio de *ſalute Ethnicorum* heic omnino ſeponenda, utpote ad rem nihil faciens. Sive enim Ethnici, abſque cognitione & obſervatione Legis Hebraïcæ vitam æternam conſequi potuerint, ſive non potuerint: hoc certum, eos, qui illâ excludentur, non ideo damnatum iri, quòd Legem eam ignoraverint, adeoque non obſervaverint, cujus nullam notitiam habebant, nec habere poterant; ſed quòd adverſus Legem Naturalem, quam ex lumine Rationis haurire eis licebat, peccaverint. *J. B.*

GRONOVII.

28 *Ille Cornelius*] Si non præputio, animo certe judaïzabat. Quomodo enim poterat eſſe religioſus, & perpetuo in veneratione veri Dei, ſi verum Deum non norat? ut norat tum nemo gentilium, niſi à Judæis edoctus. A publica profeſſione videtur abſtinuiſſe, metu amittendæ militiæ: neque enim poterat manere civis Romanus & miles honoratus præſertim, ſi palam Judaiſmum profeſſus eſſet: ut hodie ſub dominatione & jugo Tridentino multi ſunt, qui ſtant animo nobiſcum: ſed tamen, metu amittendarum fortunarum, non id præ ſe ferunt, & manent ubi ſunt. Quales uti non condemnamus, ita propterea non definimus omnibus auctores eſſe, ut exeant quantum poſſint è Babylone. Hæc videtur

Digitized by Google

Act. XVII, 4. Hebraice 29 חסידי אומות pii ex gentibus: ut legitur c titulo Thalmudico de Rege. Talis qui eſt, in lege dicitur 30 בן־נכר Levit. XXII, 25. 31. גר ותושב Levit. XXV, 47. ubi Chaldæus dixit d incolam incircumciſum. Hi, ut narrant ipſi Hebræo-

...deretur & in *Cornelio* fuiſſe infirmitas: qui perſuaſum habebat penes Judæos eſſe fœdus, & verum Deum coli, & colebat religione privata: non tamen in legem illorum tranſibat. At id tum etiam non erat neceſſe, quia jam venerat Chriſtus, & legi ſatisfecerat. Huic igitur infirmitati & erranti conſcientiæ occurrens Deus miſit ei Petrum Apoſtolum. Religioſi Græci appellantur ab eo, quod fuerunt poſt auditum verbi Dei; non ex eo quod erant, antequam illud acciperent. Quod peregrinis inter Judæos viventibus conceſſa quædam, quæ non ipſis, non eos ſolvit omni lege: ſed argumentum eſt voluiſſe Deum, ne cogerentur illi pro imperio ad inſtituta Judæorum, ſed ut eſſet libertas conſcientiæ. Ipſo illo, qui allegatur, loco illis licere dicitur, Judæis non, quia, addunt, *gens eſtis ſacrata Domino Deo*. Ergo non illi ſacrati ſic, quibus licebat. Quod exteris licuit ſupplicare, & victimas offerre, in eo tantum illis conceſſum videtur, quantum Hiromo Tyrio, quum ei honor habitus, ut templo ædificando præberet materias: non quaſi hæc perinde placuiſſent Deo ac Judaicus ab ipſo præſcriptus cultus, ſed ut electo populo iterum vaſa aurea ad ſacrum præſtarent Ægyptii: ut gentes hæc templo quaſi tributa darent. Inde enim Judæorum opes. *Tacit.* 5. Hiſt. cap. 5. *Peſſimus quiſque ſpretis religionibus patrus tributa & ſtipes illuc congerebant: unde aucta Judæorum res*. debebat dicere: *Religioſiſſimus quiſque*. Sed hoc erat pravum de Judaiſmo Romanorum judicium. Quæ cum Syro Naamane, cum Ninivitis, Nabuchodonoſoro, Tyriis, Moabitis, Ægyptiis agenda habuere Prophetæ, temporariæ erant ac ſpeciales vel indulgentiæ, vel denunciationes: ex quibus non eſt colligendum, quod in univerſum fuerit faciendum adfectanti propria Hebræorum bona, *adoptionem, gloriam, fœdus, legiſlationem, cultum & promiſſiones*, ut loquitur *Paulus* Rom. 9. Quod autem Prophetæ abſtinuerunt vocandis ad Judaiſmum gentibus, ratio eſt evidens; non enim debebant involare officium Meſſiæ, cujus erat plenitudo gentium, cujus vocare omnes, cujus reddere Eccleſiam Catholicam. [Ut alia mittam, mirum eſt, à Viro doctiſſimo concoqui potuiſſe, quod adſerit audacter, *Cornelium* coluiſſe verum Deum, non apertè, ſed tantum *religione privatâ*. At, ait, *non poterat Cornelius manere Civis Romanus, & miles honoratus præſertim, ſi palam Judaiſmum profeſſus eſſet*. Quid audio? Non veniſſe in mentem Viro Eruditiſſimo vel exemplum *Pauli*, Judæi nati, & tamen Civis Romani, idque ſibi tam apertè tribuentis! Vide Illuſtris SPANHEMII *Orb. Roman.* Diſſ. I. Cap. 17. *J. B.*

29 חסידי אומות] Pii nationum de gentibus.

30 בן נכר] Filius peregrinitatis.

31 גר ותושב] Πάροικος καὶ παρεπίδημος.

GROTII.

c *Titulo Thalmudico de Rege*] Et titulo de Synedrio cap. XI.

d *Incolam incircumciſum*] De tali agitur & Exodi XII, 45. A quo diſtinguitur proſelytus, id eſt circumciſus advena, ut oſtendit collatio loci Num. IX, 14. De piis illis incircumciſis multa habet *Maimonides* libro de Idololatria c. X. §. 6. Idem in commentario ad *Miſnajoth*, & alibi ſæpe, pios illos ex gentibus participes ait futuros bonorum futuri ſæculi. *Chryſoſtomus* ad Romanos cap. II. ποῖον Ἰουδαῖον ἐνταῦθά φησιν, ἢ περὶ ποίων ἑλλήνων διαλέγεται; τῶν πρὸ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας. οὔπω γὰρ εἰς τοὺς τῆς χάριτος ἐξῆλθε χρόνους ὁ λόγος· *quem Judæum hic indicat, & de quibus Græcis differit? de iis qui ante Chriſti adventum fuere: nondum enim ad Gratiæ tempora perducta eſt oratio*. Deinde: ἕλληνας δὲ ἐνταῦθα φησιν, οὐ τοὺς εἰδωλολατροῦντας,



Digitized by Google

bræorum magiſtri, leges Adamo & Noæ datas ſervare tenebantur, abſtinere ab idolis & ſanguine, & aliis quæ infra ſuo loco memorabuntur, at non item leges proprias Iſraëlitarum. Itaque cum Iſraëlitis non liceret veſci carne beſtiæ quæ fato ſuo periiſſet, peregrinis tamen inter ipſos viventibus id licebat, Deuter. XIV, 21. Niſi quod quibuſdam legibus ſpecialiter expreſſum eſt, ut incolæ iis non minus quam indigenæ teneantur. (bb)

4. Extraneis etiam, qui aliunde advenirent, neque inſtitutis Hebraicis ſubjicerentur, in templo Hieroſolymitano licuit Deum adorare, & victimas offerre, e ſtantibus tamen in loco peculiari ac ſeparato à ſtatione Iſraëlitarum, I Reg. qui Latinis III Reg. VIII, 41. II Macc. III, 35. Johan. XII, 20. Actor. VIII, 27. f Neque Eliſæus Naamani Syro, neque Jonas Ninivitis, neque Daniel Nabuchodonoſoro, neque Prophetæ alii Tyriis, Moabitis, Ægyptiis, ad quos ſcribunt, unquam ſignificarunt opus ipſis eſſe ut Moſis legem ſuſciperent. (cc)

5. Quod de tota lege Moſis dixi, idem & de circumciſione, quæ legis quaſi introitus erat, dictum volo. Hoc tantum intereſt, quod lege Moſis Iſraëlitæ ſoli tenebantur, circumciſionis autem lege tota Abrahami poſteritas: unde Idumæos à Judæis coactos circumciſionem ſuſcipere in hiſtoriis Hebræorum & Græcorum legimus. Quare qui populi extra Iſraëlitas circumciſi ſunt (ſunt autem complures, quorum Herodotus, Strabo, Philo, Juſtinus, Origenes, Clemens Alexandrinus, Epiphanius, g Hieronymus, meminerunt)

τρῦντας, ἀλλὰ τὺς θεοσεβῦντας, τὺς τῷ φυσικῷ πειθομένυς λόγῳ, τὺς πλὴν τῶν Ἰυδαϊκῶν παρατηρήσεων πάντα τὰ πρὸς εὐσέβειαν συντελῦντα διατηρῦντας. Exemplaque dat in Melchiſedeco, Jobo, Ninivitis, Cornelio, mox: ἕλληνα δὲ πάλιν ὐ τὸν εἰδωλολάτρην, ἀλλὰ τὸν θεοσεβῆ καὶ ἐνάρετον καὶ τῶν νομικῶν παρατηρήσεων ἀπηλλαγμένον φησί· *Græcos hic dicit, non idolorum cultores, ſed in Deum pios, naturali rationi obſequentes, qui, præter Judaica inſtituta, cuncta quæ ad pietatem facerent ſervabant. Et Græcum rurſum vocat, non cultorem idolorum, ſed pium, virtute præditum, à legis vero ritibus liberum.* Eundem in ſenſum trahit illud, τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος, *lege ſolutis ut lege ſolutus.* & oratione XII. de Statuis: ἕλληνα ἐνταῦθα καλεῖ ὐ τὸν εἰδωλολάτρην, ἀλλὰ τὸν προσκυνῦντα μὲν τὸν Θεὸν μόνον, ὐκ ἐνδεδεμένον δὲ τῇ τῶν Ἰυδαϊκῶν παρατηρήσεων ἀνάγκῃ, σαββατισμοῖς λέγω καὶ περιτομῇ καὶ καθαρισμοῖς διαφόροις, ἀλλὰ φιλοσοφίαν ἅπασαν καὶ εὐσέβειαν ἐνδεικνύμενον. *Græcum hic appellat, non idolis deditum, ſed unius Dei invocatorem, talem tamen qui Judaicorum rituum neceſſitati alligatus non ſit, ſabbatorum puta obſervationibus, circumciſioni, variis ablutionibus, interim qui in omnibus ſapientiæ ſtudium pietatemque oſtendat.*

e *Stantibus in loco peculiari*] Vide *Joſephum* ubi Templi Salomonis hiſtoria tractatur. [Confer doctiſſimum SELDENUM, *de Jur. Nat. & Gent. ſecundum Hebr.* Lib. III, Cap. 6. *J. B.*

f *Neque Eliſæus Naamani Syro*] Idem ſentit *Hilarius* ad Matth. XI.

g *Hieronymus*] Addi poteſt *Theodoretus.*

(bb) Ut in prohibitione operis faciendi die Sabbathi, *Exod.* XX. 10. *J. B.*

(cc) Adde, quæ Auctor habet in alio Opere, *de Verit. Relig. Chriſt.* Lib. V. §. 7. *J. B.*

h En

manerunt) eos credibile eſt 32 ab Iſmaële, aut ab Eſavo, aut h ex Cethuræ poſteris veniſſe.

6. Cæterum in aliis omnibus locum habebat Pauli illud, Rom. II, 14. *Cum gentes quæ legem non habent, i natura ſuapte* (id eſt moribus ex primævo fonte manantibus: niſi quis malit illud *natura* referre ad præcedentia, ut opponantur Gentes Judæis quibus ſtatim natis lex inſtillabatur) *faciunt ea quæ legis ſunt: iſti legem non habentes ſibi ſunt lex: ut qui oſtendant ipſum opus legis mentibus ſuis inſcriptum, ſimul teſtimonium reddente ipſorum conſcientia, & cogitationibus ſeſe mutuo accuſantibus aut etiam excuſantibus.* Et illud ibidem 26. *Si præputium* (id eſt præputiatus homo) *obſervet mandatum legis, nonne præputium illius pro circumciſione reputabitur?* Bene ergo in Joſephi hiſtoria 33 Ananias Judæis Izaten Adiabenum (Ezaten hunc * Tacitus vocat) docebat k etiam circa circumci- *Antiq. lib. XX. c. 2.* * Ann. L. XII. C. 14.

GROTII.

h *Ex Cethuræ poſteris*] Ex his orti videntur Æthiopum illi, quos circumciſis annumerat *Herodotus*: Homeritas illos vocat *Epiphanius*. [*Homeritæ pars erant Idumæorum*, & Auctor ipſe id dixit, in libr. *De Verit. Rel. Chriſt. L.* 1. §. 16. pag. 63. Not. 75. nuperæ Edit. Amſt. 1718. Ceterum heic, ex ſententiâ ipſius ævo receptâ, ponit pro certo, circumciſionem ab *Hebræis* ad alias gentes manaſſe. Quem tamen probabile eſt aliud ſenſurum fuiſſe, ſi MARSHAMI & SPENCERI, Eruditiſſimorum Anglorum, opera videre potuiſſet. *J. B.*

i *Natura ſuapte*] Τοῖς τῆς φύσεως λογισμοῖς, *collectionibus naturalibus*, ait *Chryſoſtomus*. Idem mox: διὰ τοῦτο γάρ, φησιν, εἰσὶ θαυμαστοί, ὅτι νόμου οὐκ ἐδεήθησαν. *Ob hoc, inquit, admirandi ſunt quod lege opus non habuerint.* Item: ἀρκεῖ ἀντὶ τοῦ νόμου τὸ συνειδὸς καὶ λογισμός. *Sufficit pro lege conſcientia & rationis uſus. Tertullianus* adverſus Judæos: (Cap. 2.) *Ante legem Moyſis ſcriptam in tabulis lapideis, legem fuiſſe contendo non ſcriptam, quæ naturaliter intelligebatur, & à patribus cuſtodiebatur.* Non longe hinc abit *Iſocrateum* illud: [Pag. 148. A. *Ed. H. Steph.* in Orat. Areopag.] δεῖ τοὺς εὖ πολιτευομένους οὐ τὰς στοὰς ἐμπιπλάναι γραμμάτων, ἀλλ' ἐν ταῖς ψυχαῖς ἔχειν τὸ δίκαιον. *Qui bona republica frui velint, ii debent non literis implere porticus, ſed in animis quod juſtum eſt ferre.*

k *Etiam citra circumciſionem Deum recte coli & propitium haberi poſſe*] Ipſe *Tryphon*, de rigore remittens, *Juſtino* ſic ait: μένοντί σοι ἐν ἐκείνῳ τῷ φιλοσοφίας τρόπῳ ἐλπὶς ὑπελείπετο ἀμείνονος μοίρας· *ſi in illa philoſophandi ratione manſiſſes, erat tibi reliqua ſpes aliqua ſtatus melioris.*

GRONOVII.

32 *Ab Iſmaële aut Eſavo aut Cethuræ poſteris*] Mira conjectura. Atqui & Ægyptios, & Colchos, & Æthiopas circumciſione uſos, teſtis *Herodotus*. Hi autem non Cethuræ, non Eſavi, aut Iſmaëlis, nec omnino Heberi aut Semi progenies, ſed Ægyptii ac Æthiopes à Chami filiis deſcendunt, Meſreno, unde Ægyptus Hebræis terra Meſraim, & Chuſo, unde iiſdem Æthiopia terra Chuſi. Et credibile eſt Ægyptios accepiſſe circumciſionem ab Hebræis inquilinis, Æthiopas ab Ægyptiis. Colchi autem, origine Scythæ, Japetidæ fuerunt: & videntur circumciſionem etiam accepiſſe ab Ægyptiis, cum Seſoſtris expeditione in Aſiam facta coloniam Ægyptiorum ibi collocaviſſet, cujus meminit etiam *Valerius Flaccus* lib. V. Argonaut. 418. Seſoſtrin autem ſucceſſiſſe Pharaoni, in mari rubro ſubmerſo, ſentit *Jacobus Uſſerius* Archiepiſcopus in Hibernia, in Chronologicis.

33 *Ananias Izaten docebat*] At ibidem refert *Joſephus*, alium Judæum Eleazarum monuiſſe Regem, grandem ab eo injuriam Deo & legi fieri, &

cumciſionem Deum recte coli & propitium haberi poſſe. Nam quod extranei multi circumciſi ſunt, & per circumciſionem legi ſe obligarunt (ut explicat Paulus Gal. v, 3.) id fecerunt partim ut jus civitatis adipiſcerentur (nam proſelyti, qui Hebræis 34 גרי צדק hoſpites juſtitiæ, [l] pari jure erant cum Iſraëlitis, Num. xv.) [m] partim ut earum promiſſionum eſſent participes, quæ non communes humano generi, ſed Hebræo populo erant peculiares: quanquam non negem poſterioribus ſæculis acceſſiſſe etiam in nonnullis pravam opinionem, quaſi extra Judaïſmum ſalus non eſſet.

7. Hinc colligimus, nulla parte legis Hebrææ, qua lex eſt proprie, nos obligari, quia obligatio extra jus naturæ venit ex voluntate legem ferentis. Deum autem voluiſſe ut alii quam Iſraëlitæ iſta lege tenerentur, nullo indicio poteſt deprehendi. Non igitur, nos quod attinet, probanda eſt ulla legis abrogatio: nam nec abrogari potuit eorum reſpectu, quos nunquam obſtrinxit. Sed ab Iſraëlitis ablata eſt obligatio, quoad 35 ritualia quidem, ſtatim poſtquam lex Euangelii cœpit promulgari; quod Apoſtolorum principi clare fuit revelatum, Act. x, 15. quoad cætera vero, poſtquam populus ille, per excidium urbis & deſolationem, præciſa (dd) omni ſpe reſtitutionis, populus eſſe deſiit.

8. Nos vero alienigenæ non id Chriſti adventu conſecuti ſumus, ut Moſis lege non teneremur, ſed ut qui antea ſpem tantum ſatis obſcuram in Dei bonitate poſitam habere poteramus, nunc diſerto fœdere fulciamur, utque in unam Eccleſiam coaleſcere poſſimus cum Hebræis filiis Patriarcharum, ſublata ipſorum lege, quo velut interſepimento à nobis diſtinebantur. Epheſ. II, 14.

XVII. 1. Cum ergo directam obligationem lex per Moſem data in nos inducere non poſſit, ut jam oſtendimus, videamus ecquem alium uſum habere poſſit, tum in hac de jure belli, tum in ſimilibus aliis quæſtionibus. Id enim ſcire ad multa refert,

2. Pri-

magnam eſſe impietatem, quod agnita veritate non circumcideretur: & huic paruiſſe Izaten: atque inde in omni vita, Deo propitio ac vindice, felicem & magnum fuiſſe.

Hæc ſunt quæ reſponderi ad illa poſſint, quæ tradit Auctor. Nos tamen ex duriſſimis non ſumus, nec miſericordiam Dei circumſcribimus, & quid de bonis & honeſtis viris in Paganiſmo ſtatuerit, arcano illius & adorando judicio relinquimus.

GROTII.

l *Pari jure erant cum Iſraëlitis*] *Juſtinus* colloquio cum *Tryphone*: προσήλυτος περιτεμνόμενος, εἰ τῷ λαῷ προσκεχώρηκεν, ἐστιν ὡς αὐτόχθων. *Proſelytus qui circumciſus populo ſe aggregavit, par eſt indigenæ.*

m *Partim ut earum promiſſionum eſſent participes*] Et ob id ad *Paſchalis* ritus communionem admittebantur. [Vid. *Exod.* XII, 19. 47. 48.]

GRONOVII.

34 גרי צדק] Προσήλυτοι δικαιοσύνης.

35 *Ritualia*] Capita de cærimoniis.

(dd) Ita edidimus, quum antea in omnibus Editionibus fuerit, *deſolationem præciſam ſine ſpe reſtitutionis.* Nihili eſt illud *præciſam*, junctum τῷ *deſolationem.* Unde autem error typothetarum, ab Auctore ipſo, rebus potiùs quàm verbis intento, non animadverſus, manaverit; quivis facilè conjicere poteſt. *J. B.*

p De

Digitized by Google

2. Primum ergo oſtendit lex Hebræa, id quod ea lege præcipitur non eſſe contra jus naturæ. Nam cum jus naturæ, ut ante diximus, ſit perpetuum atque immutabile, non potuit à Deo, qui injuſtus nunquam eſt, quicquam adverſus id jus præcipi. Adde quod lex Moſis vocatur immaculata & recta, Pſalm. XIX. qui Latinis XVIII, 8. & Apoſtolo Paulo ſancta, juſta, bona, Rom. VII, 12. I.

De præceptis loquor. nam de permiſſis diſtinctius agendum eſt. permiſſio enim quæ lege fit (nam 36 quæ nudi eſt facti, & impedimenti remotionem ſignificat, huc non pertinet) aut plena eſt, quæ jus dat ad aliquid omnino licite agendum; aut minor plena, quæ tantum impunitatem dat apud homines & jus ne quis alius impedire licite poſſit. Ex prioris generis permiſſione non minus quam ex præcepto ſequitur id de quo lex agit contra jus naturæ non eſſe. n De poſteriori genere aliter ſe res habet. Sed raro locum habet 37 hæc collectio: quia cum permittentia verba ſint ambigua, magis ex jure naturæ interpretari nos convenit utrius generis ſit permiſſio, quam ex permiſſionis modo ad jus naturæ argumentando procedere.

3. Huic primæ obſervationi affinis eſt altera, licere nunc his qui imperium inter Chriſtianos obtinent, leges ferre ejus ſenſus cujus ſunt leges per Moſem datæ, niſi ſi quæ ſint leges, quarum tota ſubſtantia ad tempus Chriſti exſpectati & Euangelii nondum revelati pertineat, aut niſi Chriſtus ipſe contrarium, aut in genere aut in ſpecie, conſtituerit. Nam his tribus cauſis demptis nulla poteſt alia excogitari, cur quod olim Moſis lege fuit conſtitutum, nunc ſit extra ea quæ licent. II.

4. Tertia obſervatio hæc ſit: quicquid ad eas virtutes pertinens quas Chriſtus à ſuis diſcipulis exigit, lege Moſis præceptum eſt, o id nunc etiam, ſi non & amplius, à Chriſtianis præſtandum. Fundamentum hujus obſervationis eſt, quod quæ virtutes à Chriſtianis exiguntur, ut humilitas, patientia, dilectio, exiguntur p in majore gradu quam ſtatu legis Hebraicæ exigebantur: idque merito, III.

GROTII.

n *De poſteriori genere aliter ſe res habet*] Vide *Chryſoſtomum* ad finem VII. ad Romanos.

o *Id nunc etiam, ſi non & amplius à Chriſtianis præſtandum*] *Tertullianus* de Pudicitia: *Libertas in Chriſto non fecit innocentiæ injuriam; manet lex tota pietatis, veritatis, conſtantiæ, caſtitatis, juſtitiæ, miſericordiæ, benevolentiæ, pudicitiæ.* (Cap. 6.)

GRONOVII.

36 *Quæ nudi facti*] Nam & permiſſio extra legem eſt, permiſſumque habetur, quod nuſquam vetitum. ea non juris eſt, ſed facti, & tantum ſignificat nihil obſtare aut impedire, quo minus facias, ſi lubeat.

37 *Hæc collectio*] Hoc vel illud in lege Moſaica permiſſum eſt; ergo eſt juris naturæ.

GROTII.

p *In majore gradu*] *Chryſoſtomus* de Virginitate XCIV., μείζονα ἐπιδείκνυσθαι δεῖ τὴν ἀρετήν, ὅτι πολλὰ ἡ τοῦ πνεύματος χάρις ἐκκέχυται νῦν, καὶ μεγάλη



Digitized by Google

merito; quia etiam promiſſiones cœleſtes in Euangelio multo clarius proponuntur. Hinc lex vetus comparatione Euangelii dicitur fuiſſe nec perfecta, nec ἄμεμπτος, Heb. VII, 19. VIII, 7. & legis finis dicitur Chriſtus, Rom. X, 5. lex autem manuductrix ad Chriſtum, Gal. III, 25. Sic lex vetus de ſabbato, & q altera de decimis, monſtrant Chriſtianos obligari, ne minus ſeptima temporis parte ad cultum divinum, nec minus fructuum decima, in alimenta eorum, qui in ſacris rebus occupantur, aut ſimiles pios uſus ſeponant.

*μεγάλη τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἡ δωρεά. Major nunc virtus oſtendenda eſt, quia multa nunc ſpiritus effuſa eſt gratia, & ingens donum eſt Chriſti adventus.* Similia habet idem oratione, Eſſe ex neglectu vitia; & de jejuniis tertio; & ad Romanos VI, 14. & VII, 5. Adde *Irenæum* lib. IV, cap. XXVI. Scriptor Synopſeos Sacræ Scripturæ, quæ inter opera eſt Athanaſii, de capite quinto Matthæi agens, *ἐπιτείνει τὰς ἐν τῷ νόμῳ ἐντολάς, intenſiora facit hic Chriſtus legis præcepta.*

q *Et altera de decimis*] Sic lege hac apud *Chriſtianos* utitur *Irenæus* lib. IV, cap. XXXIV. & *Chryſoſtomus* ſub finem capitis ultimi prioris ad Corinthios, & ad Epheſios II, 10.

## CAPUT II.

### An bellare unquam juſtum ſit.

I. *Jus naturæ bello non repugnare, probatur rationibus:*
II. *Hiſtoria:*
III. *Conſenſu.*
IV. *Jus gentium non repugnare bello probatur.*
V. *Jus divinum voluntarium, ante Euangelii tempus, bello non repugnare probatur, cum ſolutione objectionum.*
VI. *Ad quæſtionem, an bellum cum jure Euangelico pugnet, præmonita.*
VII. *Argumenta pro negante ſententia ex ſacris literis.*
VIII. *Solutio argumentorum ex ſacris literis pro parte ajente.*
IX. *Examinatur veterum Chriſtianorum circa hanc rem conſenſio.*
*Negans privatim conſilio potius, quam præcepto nixa, reprobatur.*
X. *Affirmans, publica Eccleſiæ auctoritate, conſenſu, & temporum uſu confirmatur.*

Viſis Juris fontibus, ad primam ac generaliſſimam veniamus quæſtionem, quæ hæc eſt, an bellum aliquod juſtum ſit, ſive, an bellare unquam liceat.

I. 1. Hæc autem ipſa quæſtio, ut & aliæ quæ deinceps ſequentur, ad jus naturæ primum exigenda eſt. M. Tullius 1 Cicero tum tertio de Finibus, tum aliis in locis, ex Stoicorum libris erudite diſſerit, eſſe quædam 2 prima naturæ, Græcis τὰ πρῶτα

GRONOVII.

1 *Cicero tertio de Finibus*] c. 5.

2 *Prima naturæ*] Documenta, monita.

2 *Poſt*

*πρῶτα κατὰ φύσιν*, quædam conſequentia, ſed quæ illis primis præferenda ſint. Prima naturæ vocat, quod ſimulatque natum eſt animal, 3 ipſum ſibi conciliatur & commendatur ad ſe conſervandum, atque ad ſuum ſtatum, & ad ea quæ conſervantia ſunt ejus ſtatus, diligenda: alienatur autem ab interitu iiſque rebus, quæ interitum videantur afferre. Hinc etiam ait fieri, ut nemo ſit, quin cum utrumvis liceat, aptas malit & integras omnes partes corporis, quam eaſdem uſu imminutas aut detortas habere: primumque eſſe officium, ut ſe quis conſervet in naturæ ſtatu, deinceps ut ea teneat, quæ ſecundum naturam ſint, pellatque contraria. *Gell.* XII. c. V.

2. At a poſt hæc cognita ſequi 4 notionem convenientiæ rerum cum ipſa ratione quæ corpore eſt potior; atque eam 5 convenientiam, 6 in qua honeſtum ſit propoſitum, pluris faciendam, quam ad quæ ſola primum animi appetitio ferebatur; quia prima naturæ 7 commendent nos quidem rectæ rationi, b ſed ipſa recta ratio carior nobis eſſe debeat quam illa ſint à quibus ad hanc venerimus. Hæc cum vera ſint & ab omnibus, qui judicio ſano ſunt præditi, facile ſine alia demonſtratione aſſenſum impetrent; ſequitur in examinando jure naturæ primum videndum quid illis naturæ initiis congruat, deinde veniendum ad illud, quod quanquam poſt oritur, dignius tamen eſt; neque ſumendum tantum, ſi detur, ſed omni modo expetendum.

3. Hoc ipſum vero, quod honeſtum dicimus, pro materiæ diverſitate, modo (ut ita dicam) 8 in puncto conſiſtit, ut ſi vel mini-

GROTII.

a *Poſt hac cognita ſequi notionem convenientia rerum cum ipſa ratione*] Seneca epiſtola CXXIV: *quemadmodum omnis natura bonum ſuum niſi conſummata non profert, ita hominis bonum non eſt in homine, niſi cum in illo ratio perfecta eſt.*

b *Sed ipſa recta ratio carior nobis eſſe debeat, quam illa ſint à quibus ad hanc venerimus*] *Seneca* epiſtola LXXVI: *Id in quoque optimum eſt, cui naſcitur, quo cenſetur; in homine optimum quid eſt? Ratio.* vide & epiſtolam CXXI. & CXXIV. *Juvenalis* Satyra XV:

*melius nos*
*Zenonis præcepta movent: neque enim omnia, quædam*
*Pro vita facienda monent.*

(Vers. 106, *& ſeqq.*)

GRONOVII.

3 *Ipſum ſibi conciliatur*] Amor & ſtudium conſervandi ſui. Quod ipſum ſeſe amat, ſibi placet, curam ſumit ſuæ ſalutis: alienatur autem & refugit perniciem & quæ eo ducunt. *Seneca* ep. 121. *Primum ſibi ipſi conciliatur animal. Nullum animal ad vitam prodit ſine metu mortis. Simul enim conciliatur ſaluti ſua quidque, & quæ juvant, illa petit, læſura formidat.*

4 *Notionem convenientiæ*] Intelligentiam ordinis, concordiæ, decoris rerum agendarum. *Gellius* vocat utendi conſilii reputationem, & honeſtatis utilitatiſque veræ contemplationem; ſubtilioremque explorationem & commodorum delectum.

5 *Convenientiam, in qua*] Utpote in qua.

6 *In qua honeſtum*] *Cicero* c. 6. *In primis illis naturæ conciliationibus non ineſt honeſta actio: conſequens eſt, & poſt oritur.*

7 *Commendent*] Ab illis ad hanc proficiſcimur. *Cic.* cap. 7. eadem phraſi utitur.

8 *In puncto conſiſtit*] Stricte ac præciſe accipiendum eſt.

9 *Ad*

Digitized by Google

minimum inde abeas, 9 ad vitium deflectas; modo liberius habet ſpatium, ita ut & fieri laudabiliter, (aa) & ſine turpitudine omitti aut aliter fieri poſſit, ferme quomodo ab hoc eſſe ad hoc non eſſe ſtatim fit tranſitus; at inter aliter adverſa, ut album & nigrum, reperire eſt aliquid interpoſitum, ſive mixtum, ſive 10 reductum utrinque. Et in hoc poſteriori genere maxime occupari ſolent leges tum divinæ, tum humanæ, (bb) id agendo, ut, quod per ſe laudabile tantum erat, 11 etiam deberi incipiat. 12 Supra autem diximus, de jure naturæ cum quæritur, hoc quæri, an fieri aliquid poſſit non injuſte: injuſtum autem id demum intelligi 13 quod neceſſariam cum natura rationali ac ſociali habet repugnantiam.

4. 14 Inter prima naturæ nihil eſt quod bello repugnet, imo omnia potius ei favent. nam & finis belli, vitæ membrorumque conſervatio, & rerum ad vitam utilium aut 15 retentio aut acquiſitio, illis primis naturæ maxime convenit: & vi ad eam rem ſi opus ſit uti, nihil habet à primis naturæ diſſentaneum, cum animantibus ſingulis vires ideo ſint à natura attributæ, ut ſibi tuendis juvandiſque ſufficiant. Xenophon: *τὰ ζῶα ἐπίσταταί τινα μάχην ἕκαστα, οὐδὲ παρ' ἑνὸς ἄλλου μαθόντα ἢ παρὰ τῆς φύσεως. omnia animantium genera pugnam norunt aliquam, quam non aliunde quam à natura didicerunt.* In Halieuticon fragmento eſt: (vers, 7, & ſeqq.)

Cyrip. Lib. II. c. 3. §. 5. Ed. Oxon.

*Omnibus hoſtem*
*Præſidiumque datum ſentire & noſcere teli*
*Vimque modumque ſui.*

Ho-

GRONOVII.

9 *Ad vitium deflectas*] Ubi quicquid remittas, ſumma turpitudo ſequitur: ut deſerere amicum non licet, juvare aliter atque ille velit, nihil impedit quominus honeſtum ſit.

10 *Reductum utrinque*] *Horat.* 1. ep. 18. *Virtus eſt medium vitiorum & utrinque reductum.*

11 *Etiam deberi*] Ut niſi facias, pœnæ ſis obnoxius.

12 *Supra diximus*] 1, 3.

13 *Quod neceſſariam*] Quod formulæ ſocietatis ratione utentium adverſatur.

14 *Inter prima naturæ*] Bellum non repugnare primis naturæ.

15 *Retentio*] Melius dixiſſet *defenſio* vel *tutela.* nam *retentio* eſt quidem vox *Ciceronis*, ſed ſignificat vel ἐποχὴν *inhibitionem*, ut cum auriga adducit frenos & ſiſtit currum 13. Attic. 21. vel cum quis dubitans aſſenſum ſuſtinet 4. Acad. 18. & 25. vel non ſolvere ſolidum 13. Attic. 23, 25. I. 6c. D. de leg. 1.

(aa) Exempli gratiâ, ubi nullâ Lege Civili vetatur Polygamia, non *peccat* equidem, qui plures unâ uxores ducit; ſed tamen, ſi una contentus ſit, facit *laudabiliter*; idque *honeſtum eſt*, ſenſu illo latiori. Vide infra Lib. II. Cap. V. §. 9. *J. B.*

(bb) Sic JUSTINIANUS Imp. in ſuâ quadam Conſtitutione ſe tale quid egiſſe gloriatur: *Licet*, inquit, *ii* [veteres] *qui id permittebant* [ut ſcil. Heres, & qui in ipſius poteſtate erant, teſtes eſſent in Teſtamento] *hoc jure minimè abuti eos debere ſuadebant: tamen nos* .... QUOD AB ILLIS SUASUM EST, IN LEGIS NECESSITATEM TRANSFERENTES &c. Inſtit. Lib. II. Tit. X. *De Teſtam. ordin.* §. 10. Vide & COD. THEODOS. *De Secundis Nuptiis*, Lib. III. Tit. VIII. Leg. 2. ibique Doctiſſimum GOTHOFREDUM, Tom. 1. pag. 285. *J. B.*



Digitized by Google

Horatius dixerat: [II. Sat. I, 53.]

*Dente lupus, cornu taurus petit. unde, niſi intus*
*Monſtratum?*

Lucretius vero amplius: [vers. 1032, *&* *ſeqq.*]

*Sentit enim vim quidque ſuam, qua poſſit abuti.*
*Cornua nota prius vitulo quam frontibus exſtant:*
c *Illis iratus petit atque infenſus inurget.*

Quem ſenſum Galenus ſic exprimit: φαίνεται γοῦν ἕκαστον ἐκείνῳ τῷ μέρει τοῦ σώματος ἀμυνόμενον, ὃ τῶν ἄλλων ὑπερέχει. μόσχος μὲν κορύττων πρὶν φῦσαι τὰ κέρατα, πῶλος δ' ἵππου λακτίζων, οὐδέπω στερεαῖς ταῖς ὁπλαῖς, ὥσπερ γε τὸ μὲν σκυλάκιον δάκνειν ἐπιχειροῦν, κἂν μηδέπω κρατεροὺς ἔχει τοὺς ὀδόντας. *Videmus animantium quodque eo ad ſui tutelam uti quo maxime valet. Nam & vitulus nondum enatis cornibus ea parte minatur, & equuleus nondum firmatis ungulis calcitrat, & catellus dentibus nondum robuſtis morſitat.* Idem Galenus de uſu partium primo, hominem animal eſſe ait ad pacem bellumque natum, cui arma quidem agnata non ſint, d ſed apta armis parandis ac tractandis manus: qua etiam pro armis uti ſponte ſua nec aliunde id edoctos infantes videmus. Sic & Ariſtoteles de partibus animalium quarto, capite x. 16 manum homini ait eſſe pro haſta, pro enſe, & pro armis quibuſlibet, quia omnia poteſt ſumere ac tenere.

5. Recta

GROTII.

c *Illis iratus petit atque infenſus inurget*] *Martialis:* III. Epigr. 58.

*Vitulaſque inani fronte prurit ad pugnam.*

*Porphyrius* tertio de non eſu animalium: [Pag. 268. *Ed. Lugd.* 1620.] πρῶτον μὲν ἕκαστον οἶδεν ὅτε ἀσθενές ἐστιν ὅτε ἰσχυρόν. καὶ τὰ μὲν φυλάττεται, τοῖς δὲ χρῆται. ὡς πάρδαλις μὲν ὀδοῦσι, ὄνυξι δὲ λέων καὶ ὀδοῦσιν, ἵππος δὲ ὁπλῇ, καὶ βοῦς κέρασι· *novit quodque animantium qua pars ſui infirma ſit, quæ valida. illi cavet, hac utitur. ut dentibus pardalis, leo & unguibus & dentibus; equus ungula, bos cornibus.* *Chryſoſtomus* de Statuis undecimo: τὰ ἄλογα πάλιν ἐν τῷ σώματι τὰ ὅπλα ἔχει, οἷον ὁ βοῦς τὰ κέρατα, τοὺς ὀδόντας ὁ σῦς ὁ ἄγριος, τοὺς ὄνυχας ὁ λέων. ἐμοὶ δὲ οὐκ ἐν τῇ φύσει τοῦ σώματος τὰ ὅπλα κατέθετο ὁ Θεός, ἀλλ' ἔξω τοῦ σώματος, δεικνὺς ὅτι ἥμερον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι οὐκ ἀεί μοι τῶν ὅπλων τούτων καιρός. καὶ γὰρ πολλάκις μὲν αὐτὸ ἀποτίθημι, πολλάκις δὲ μεταχειρίζομαι. ἵν' οὖν ἐλεύθερος ὦ καὶ ἀπολελυμένος, καὶ μὴ διηνεκῶς ἀναγκάζομαι βαστάζειν τὰ ὅπλα, ἐποίησεν αὐτὰ κεχωρισμένα τῆς φύσεως εἶναι τῆς ἐμῆς· quæ poſtrema optime conveniunt cum iis, quæ ex Galeno in contextu ſequuntur. Hoc enim dicit: *Ratione quæ carent, arma in ipſo habent corpore, ut bos cornua, dentes aper, ungues leo. At mihi non in corporis natura Deus arma poſuit, ſed extra corpus; hoc ipſo oſtendens manſuetum animal eſſe hominem, neque ſemper talium armorum mihi eſſe tempus. Nam telum ſæpe depono, reſumo interdum. Ut igitur liberior ſolutiorque ſim, neque ſemper cogar portare arma, fecit ea ſejuncta eſſe à mea natura.*

d *Sed apta armis parandis ac tractandis manus, qua etiam pro armis uti ſponte ſua nec aliunde id edoctos infantes videmus*] *Caſſiodorus* de anima: *Et quoniam neque cornu, neque dente, neque fuga (ſicut alia animalia) corporis humani forma ſe prævalet vindicare, robuſtus illi thorax, brachiaque conceſſa ſunt: ut illatam injuriam manu defenderet, & objectu corporis quaſi quodam clypeo vindicaret.* [Pag. 296. *Edit. Paris.* 1589.]

GRONOVII.

16 *Manum pro haſta*] Lucret. 5. 1285. *Arma antiqua manus denteſque unguesque fuerunt.*

17 Quæ

Digitized by Google

5. Recta autem ratio ac natura ſocietatis, 17 quæ ſecundo ac potiore loco ad examen vocanda eſt, non omnem vim inhibet, ſed eam demum quæ ſocietati repugnat, id eſt, quæ jus alienum tollit. Nam ſocietas eo tendit ut ſuum cuique ſalvum ſit communi ope ac conſpiratione. Quod facile intelligi poteſt locum habiturum; etiamſi 18 dominium (quod nunc ita vocamus) introductum non eſſet. nam vita, membra, libertas, ſic quoque propria cuique eſſent, ac proinde non ſine injuria ab alio impeterentur. Sic & rebus in medio poſitis uti, & quantum natura deſiderat eas abſumere, 19 jus eſſet occupantis: quod jus qui ei eriperet, faceret injuriam. hoc ipſum autem nunc, poſtquam ex lege aut uſu dominium formam ſuam accepit, multò intelligitur facilius: quod exprimam Tullii verbis: *Ut* 20 *ſi unumquodque membrum ſenſum ſuum haberet, ut poſſe putaret ſe valere ſi proximi membri valetudinem ad ſe traduxiſſet, debilitari & interire totum corpus neceſſe eſt: ſic, ſi unuſquiſque noſtrum rapiat ad ſe commoda aliorum, detrahatque quod cuique poſſit, emolumenti ſui gratia, ſocietas hominum & communitas evertatur neceſſe eſt: nam ſibi ut quiſque malit quod ad uſum vitæ pertineat quam alteri acquiri, conceſſum eſt non repugnante natura. illud natura non patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates, copias, opes augeamus.*

*De Offic. III. c. 5.*

6. Non eſt ergo contra ſocietatis naturam ſibi proſpicere, atque conſulere, dum jus alienum non tollatur: ac proinde nec vis, quæ jus alterius non violat, injuſta eſt: quod idem Cicero ita extulit: *Cum ſint duo genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, cumque illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius ſi uti non licet ſuperiore.* Idem alibi: *Quid eſt quod contra vim fieri ſine vi poſſit?* Apud Ulpianum eſt: * *Vim vi repellere licere Caſſius ſcribit, idque jus natura comparatur. apparet autem, inquit, ex eo arma armis repellere licere.* Ovidius dixerat: (*De Art. Am.* III, 492.) *idque*

*Armaque in armatos ſumere jura ſinunt.*

*De Offic. I, 11.*

*Epiſt. Fam. XII, 3.*

* *L.* 1. §. 27. *vim vi. D. de vi & vi armata.*

II. 1. Id quod dicimus, non omne bellum juri naturæ adverſari, probatur amplius ex ſacra hiſtoria. Nam cum adverſus Reges quatuor, qui Sodoma diripuerant, Abrahamus cum 21 miniſtris ac federatis ſuis armatus victoriam reportaſſet, Deus per ſacerdotem ſuum Melchiſedecum factum ejus probavit. Ita enim illi Melchiſedecus: *Laus ſit Deo altiſſimo, qui tradidit hoſtes tuos in manum*

GRONOVII.

17 *Quæ ſecundo ac potiore loco*] Bellum non repugnare ſecundis & excellentioribus naturæ.

18 *Dominium*] Certarum rerum jus proprium.

19 *Jus eſſet occupantis*] Ut nunc quoque in iis quæ communia ſunt, quæ publica, quæ univerſitatis.

20 *Si unumquodque*] Hinc jure culpat *Themiſtocles* Lacedæmonios, quod imbecillitate ſociorum potentiam quærerent, *Juſtin.* 2. ult.

21 *Miniſtris*] Clientibus, libertis, ſervis.

22 *Ex-*

Digitized by Google

*manum tuam*, Gen XIV, 20. At ceperat arma Abrahamus, ut ex hiſtoria apparet, ſine ſpeciali Dei mandatu: fretus igitur jure naturæ vir non ſanctiſſimus tantum, ſed & ſapientiſſimus, etiam [22] extraneorum (cc) Beroſi atque (dd) Orphei teſtimonio. [23] Hiſtoria ſeptem populorum quos Iſraëlitis exſcindendos Deus tradidit, non utar: [24] fuit enim ibi mandatum ſpeciale ad exequendam rem à Deo judicatam in populos maximorum criminum reos: unde hæc bella in ſacris literis Dei bella proprie nominantur, quippe Dei juſſu non humano arbitrio ſuſcepta. Ad rem magis pertinet quod Amalecitas vim ſibi inferentes Hebræi, ducibus Moſe ac Joſua, armis repulerunt, Exod. XVII. Quod Deus ante factum non juſſerat, poſt factum probavit.

2. Sed & leges generales ac perpetuas de modo gerendi belli Deus populo ſuo præſcripſit Deut. XX, 10. 15. eo ipſo oſtendens juſtum bellum etiam ſine mandatu ſpeciali ſuo eſſe poſſe. nam aperte ibidem cauſam ſeptem populorum ab aliorum populorum cauſa diſtinguit: ac cum [25] de juſtis cauſis belli ſuſcipiendi nihil ibidem edicat, eo ipſo oſtendit eas [26] naturaliter ſatis eſſe manifeſtas: qualis cauſa tuendorum finium in bello Jephtæ adverſus Ammonitas, Jud. XI. violatorum legatorum in bello Davidis adverſus eoſdem, II Sam. X. Simul notandum quod dicit divinus ad Hebræos ſcriptor, Gedeonem, Baracum, Samſonem, Jephten, Davidem, Samuelem, atque alios [27] per fidem debellaſſe regna, invaluiſſe in bello, exercitus exterorum vertiſſe in fugam, XI, 33. 34. quo loco, ut iſtius diſſertationis ſeries docet, in fidei nomine includit perſuaſionem, qua id quod fit, Deo placere creditur. Sic & Davidem ſapiens femina ait præliari Dei prælia, I Sam. XXV, 28. id eſt pia ac juſta.

III. 1. Probatur idem quod dicimus omnium gentium ac præcipue ſapientum conſenſione. De vi qua vita defenditur notus Ciceronis

GRONOVII.

22 *Extraneorum*] Infidelium, paganorum, gentilium.

23 *Hiſtoria ſeptem*] Erant Cananitæ, Hethitæ, Hevitæ, Phereſitæ, Girgaſitæ, Amalecitæ, Jebuſitæ. *Joſua* 3, 10.

24 *Fuit enim*] Id bellum fuiſſet juſtum, etſi nullum aliud eſſet bellum juſtum, ex iis, quæ dicta ſunt cap. 1, 10. & 15.

25 *De juſtis nihil*] Certas & expreſſas, tanquam ſolas & vere juſtas non definiat.

26 *Naturaliter*] Plerumque, ut plurimum. [Immo, ex lumine naturali. *J. B.*]

27 *Per fidem*] Quaſi diceret, quod credebant ac certum habebant, Deum eſſe Deum ipſorum & vindicem juſtæ cauſæ, ac velle eos armorum remedio adverſus violentiam iniquorum uti. Fortaſſe tamen voluit Deum proſperaſſe illorum arma propter fidem, qua exſpectabant venturum Meſſiam.

(cc) Locus *Beroſi* refertur à JOSEPHO, *Antiq. Jud.* Lib. 1. Cap. 8. *J. B.*

(dd) Aut potius veteris Poëtæ, qui nomen *Orphei* adſumſit. Exſtat fragmentum apud CLEMENTEM ALEXANDRINUM, *Strom.* L. V. & apud EUSEBIUM, *Præpar. Evangel.* XIII. 12. unde Auctor noſter ipſe attulit, Not. in Tractatum *De Verit. Rel. Chriſt.* Lib. 1. §. 16. & in *Matth.* V, 31. ſub. fin. *J. B.*

e Omnis

Digitized by Google

*Pro Milone. c. 4.* — *Ibid. c. 11.* — *L. itaque. 4. princ. D. ad l. Aquil.* — * *L. 3. ut vim D. de Just. & jure.* — † *De bello Jud. l. III, c. 25.*

Ciceronis locus, ipſi naturæ teſtimonium perhibens: *Eſt hæc non ſcripta, ſed nata lex, quam non* 28 *didicimus, accepimus, legimus, verum ex natura ipſa arripuimus, hauſimus, expreſſimus, ad quam non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti ſumus: ut ſi vita noſtra in aliquas inſidias, ſi in vim, in tela aut latronum aut inimicorum incidiſſet,* e 29 *omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis.* Item: *Hoc & ratio doctis, & neceſſitas barbaris, & mos gentibus, & feris natura ipſa præſcripſit, ut omnem ſemper vim, quacumque ope poſſent, à corpore, à capite, à vita ſua propulſarent.* Cajus Juriſconſultus: *adverſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere.* *Florentinus Juriſconſultus: *Jure hoc evenit, ut quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, jure feciſſe exiſtimetur.* † Joſephus: φύσεως γὰρ νόμος ἰσχυρὸς ἐν ἅπασι, τὸ ζῆν ἐθέλειν· διὰ τοῦτο καὶ τοὺς φανερῶς ἀφαιρουμένους ἡμᾶς τούτου, πολεμίους ἡγούμεθα. *Eſt enim naturæ lex illa quæ in omnibus valet, ut velint vivere, idque ipſum eſt quapropter eos, qui vita manifeſte nos volunt ſpoliare, hoſtes cenſemus.*

*L. 1. D. ſi quadr. paup. f. §. Ait: 1. & §. Cum arietes: 11. Adde Ex. XXI, 28.*

2. Adeoque manifeſtam æquitatem hoc habet, ut in beſtiis etiam, quæ juris non rem ipſam ut diximus, ſed 30 umbram habent quandam, diſtinguamus inter vim, quæ injuriam infert, & quæ propulſat. Nam cum dixiſſet Ulpianus, animal f quod ſenſu, id eſt rationis uſu, caret, non poſſe injuriam feciſſe, mox tamen ſubjungit, cum arietes vel boves 31 commiſiſſent, & alter alterum occidiſſet, Q. Mutio auctore diſtinguendum, ut ſi quidem is periſſet qui aggreſſus erat, ceſſaret actio; ſi is qui non provocaverat, competeret actio. Cui explicando ſerviet illud Pli-

### GROTII.

e *Omnis honeſta ratio eſſet expediendæ ſalutis*] Seneca: *Tutela certiſſima ex proximo eſt, ſibi quiſque permiſſus eſt.* [Epiſt. CXXI.] *Quintilianus* VII. cap. II: *Primum in omni genere debet eſſe defenſio, quia natura potior eſt ſalus noſtra, quam adverſarii pernicies.* [Ubi tamen locus ſeſe ita habet: *Quo in genere ſemper prior eſſe debebit defenſio: Primum, quia* &c. Pag. 403. *Ed. Obrecht.*] Bene ergo in Trachiniis *Sophocles*: [vers. 281, 282.]

εἰ γὰρ ἐμφανῶς ἠμύνατο,
Ζεὺς τ' ἂν συνέγνω σὺν δίκῃ χειρουμένῳ.

*nam ſi ſe ipſe tutaſſet palam,*
*Veniam dediſſet jure pugnanti Deus.*

vide & *Wiſigotthorum* legem lib. VI, tit. 1, cap. 6.

f *Quod ſenſu, id eſt, rationis uſu, caret*] Similem in modum *Seneca* de feris loquitur: *Adeo etiam quæ extra intellectum atque æſtimationem beneficii ſunt poſita, aſſiduitas tamen meriti pertinacis evincit.* Vide totum locum de beneficiis libro I. cap. III. & compara quæ ad præfationem ex *Philone* poſuimus, §. 7.

### GRONOVII.

28 *Didicimus, accepimus, legimus*] Id eſt, didicimus vel traditam à magiſtris vel hauſtam ex libris: nam *accipere* diſcentium eſt. Sic à ſacerdotibus Ægyptiis numeros & cœleſtia Platonem accepiſſe ſcribit *Cicero* 2. Fin. 29. *Juſtin.* II, 3.

29 *Omnis honeſta*] Quidvis tentaremus, nihil non licere putaremus, vel ſi occidendi eſſent, ad nos liberandos.

30 *Umbram*] Simulacrum, imaginem, inſtar.

31 *Commiſiſſent*] Cornibus invicem ſe petiiſſent. Unde *arietare* frequens *Seneca* pro impellere.

g Jure

Plinii: (ee) *Leonum feritas inter ſe non dimicat, ſerpentum morſus non petunt ſerpentes; ſed ſi vis inferatur, nulla eſt cui non ſit ira, non ſit anima injuriæ impatiens, & prompta, ſi noceas, ad ſe defendendum alacritas.*

IV. 1. De jure naturali ergo, quod & gentium dici poteſt, ſatis conſtat eo bella non omnia improbari.

2. Jure autem gentium, voluntario itidem, non damnari bella ſatis nos docent hiſtoriæ, & omnium populorum leges ac mores. Imo g 32 jure gentium introducta eſſe bella dixit Hermogenianus: quod paulo aliter quam vulgo accipi ſolet interpretandum cenſeo: nempe ut certa bellorum forma à jure gentium ſit introducta, quam formam quæ habeant bella, ea peculiares ex jure gentium effectus conſequantur: (ff) unde diſtinctio naſcitur, qua utendum nobis erit infra, in bellum ſolenne juris gentium, quod & 33 juſtum, id eſt plenum, dicitur, & non ſolenne, quod tamen non ideo juſtum eſſe deſinit, id eſt juri congruens. Nam aliis bellis, modo æqua ſubſit cauſa, jus gentium non adſiſtit quidem, ſed nec reſiſtit, ut infra latius explicabitur. *Jure gentium* (inquit Livius 34) *ita comparatum eſt, ut arma armis propulſentur.* Et Florentinus * jus eſſe gentium ait, ut vim atque injuriam propulſemus, ut corpus noſtrum tutemur.

*L. Ex hoc jure. 5. D. de juſt. & jure.*

*Lib. III. cap. 3.*

*Lib. XLII. c. 41. num. 11.*

* *L. ut vim. 3. D. de juſt. & jure.*

V. 1. De jure divino voluntario major eſt difficultas. Neque hic objiciat quiſquam jus naturæ eſſe immutabile, ac proinde à Deo nihil in contrarium potuiſſe conſtitui: id enim verum eſt in iis, quæ 35 jus naturæ vetat 36 aut præcipit; non in iis, quæ jure

### GROTII.

g *Jure gentium introducta eſſe bella*] Scriptor vitarum illuſtrium in Themiſtocle: *Profeſſus eſt Athenienſes ſuo conſilio, quod communi jure gentium facere poſſent, Deos publicos ſuoſque patrios ac penates, quo facilius ab hoſte poſſent defendere, muris ſepſiſſe.* [CORN. NEPOS, Cap. VII. num. 4.]

### GRONOVII.

32 *Jure gentium*] Fortaſſis hoc vult, id quod in bellis juſtum eſt (nempe, non ut vim inferamus alios non lædendi, ſed ut vim prohibeamus, armis reſiſtendo ſi quis vim fecerit, & vitam, bona, libertatem noſtram & noſtrorum aggreſſus fuerit) id neceſſitate atque uſu edoctas comparaviſſe gentes.

33 *Juſtum, id eſt, plenum*] *Juſtum* aliquando eſt, in quo adhibetur certus ordo modusque rerum ac verborum: & diverſum eſt tumultuario, inapparato, incondito; aliquando, quod eſt juri conveniens, & contra eſt injuſtum, iniquum, illegitimum. Priori ſenſu bellum minus ſolenne non eſt juſtum; poſteriori eſſe poteſt.

34 *Inquit Livius*] Lib. XLII. cap. 42.

35 *Jus naturæ vetat*] Tanquam nunquam non turpia.

36 *Aut præcipit*] Tanquam ſemper honeſta.

(ee) Prima quidem verba iſtius loci leguntur apud PLINIUM, *Hiſt. Natur.* Lib. VII. *Præfat.* in fine. Verum reliqua, ab illis, *Sed ſi vis inferatur* &c. non ibi extant, nec alibi, quod ſciam, apud eumdem Auctorem. Adeo ut in unum compererit *Grotius* duo loca diverſorum Scriptorum, quod forte in collectaneis ſuis, aut alibi, ita juncta repererit, omiſſo ex incuria nomine unius. Simile exemplum videbimus infra, ad Lib. II. Cap. 2. §. 13. Notâ ult. Auctoris. *J. B.*

(ff) Non videtur de diſtinctione il-



Digitized by Google

jure naturæ 37 licent tantum. nam quæ ejus ſunt generis, cum proprie juris naturæ non ſint, ſed 38 extra jus naturæ, & vetari poſſunt & præcipi.

2. Solet ergo primum à nonnullis contra bellum adferri lex data Noæ ejuſque poſteris, ubi Deus ſic loquitur, Gen. IX, 5, 6. *Quin etiam ſanguinem veſtrum, id eſt animarum veſtrarum, repoſcam: ab omni beſtia repoſcam eum: atque etiam de manu hominis alterius, utpote fratris, repoſcam hominis animam. Quiſquis effuderit ſanguinem hominis 39 qui eſt in homine, ſanguis ejus effundetur: quia hominem ad effigiem ſuam fecit Deus.* Hic ergo quidam illud, quod de repoſcendo ſanguine dicitur, generaliſſime intelligunt, & alterum de effundendo viciſſim ſanguine, 40 comminationem eſſe volunt, non approbationem. quorum neutrum mihi ſe perſuadet. Nam 41 interdictum de ſanguine non effundendo 42 latius non patet quam quod in lege eſt, *Non occides*; quod neque capitalibus ſuppliciis, neque bellis obſtitiſſe manifeſtum eſt. Lex ergo tam hæc, quam illa, non tam novi aliquid conſtituit, quam jus naturæ prava conſuetudine obliteratum declarat atque repetit. unde 43 verba illa intelligenda in eo ſunt ſenſu, qui 44 vitium includit: ſicut homicidii nomine non quamvis hominis cædem intelligimus, ſed 45 deſtinatam, & 46 innocentis. Quod vero ſequitur de ſanguine viciſſim effundendo, videtur mihi 47 non factum nudum, 48 ſed jus continere.

3. Rem ita explico. Natura non iniquum eſt, ut quantum quiſque

lâ cogitaſſe Juriſconſultus: ſed hoc velle tantum, regulas, quæ in Bello obſervantur, ut juſtum habeatur, ex præceptis naturalis Rationis conſtitutas fuiſſe & inductas. Talibus enim naturalis Rationis dictatis cenſetur Jus Gentium, ex mente veterum. *J. B.*

GRONOVII.

37 *Licent tantum*] Quæ ſive omittantur, ſive fiant, nihil peccatur, niſi quibuſdam temporibus & occaſionibus, quale eſt bellum gerere in offendentes.

38 *Extra jus naturæ*] Non ſunt de imperatis naturæ, ſed de indulgentia; non leges, ſed legum beneficia, quæ ubi valeant, ubi non, tempus & res præſens docent.

39 *Qui eſt in homine*] Hebr. באדם *in homine*, & hoc referunt ad membrum ſequens, ut ſit per hominem, qui nempe juſte vindicet facinus, ſanguinem ejus effuſum iri. Quod non improbat auctor ad locum iſtum.

40 *Comminationem*] Tanquam denuntiet Deus, quid ipſe facturus ſit vel per malos & injuſtos; ſolet enim & peccatis peccata punire: non conſtituat & ordinet lectum genus hominum, qui vindices homicidii & ſimilium ſint rerum capitalium. Quemadmodum Davidi minatur 2 Sam. XII, 1. & 12.

41 *Interdictum*] Noacho datum.

42 *Latius non*] Nihil amplius vetat, quam Moyſi dictum.

43 *Verba illa*] Effundere ſanguinem & occidere.

44 *Vitium includit*] Ut injuria effundere, inſontem occidere.

45 *Deſtinatam*] Conſilio & propoſito factam, non fortuitam.

46 *Innocentis*] Qui nihil commeruerit, cur vita privaretur.

47 *Non factum nudum*] Quaſi minetur Deus, quid eventurum ſit per aliquem in eodem actu peccantem.

48 *Sed jus*] Immo præcipit quid legitima poteſtas facere debeat.

h *Rho-*

que fecit mali, tantundem patiatur, juxta illud quod h 49 Rhadamanthi jus dicitur:

*Εἴκε πάθοι τά κ' ἔρεξε δίκη κ' ἰθεῖα γένοιτο.*

*Quæ fecit ſi quiſque ferat, jus fiet & æquum.*

50 Seneca pater hanc ſententiam ſic retulit: *Juſtiſſima patiendi vice, quod quiſque alieno excogitavit ſupplicio,* 51 *excipit ſuo.* Ex hujus naturalis æquitatis ſenſu Cain parricidii ſibi conſcius dixerat, Gen. IV, 14. *qui inveniet me, interficiet me.* Sed Deus primis illis temporibus aut ob hominum raritatem, aut quia paucis adhuc graſſantibus minus opus erat exemplo, id quod naturaliter licitum videbatur edicto repreſſit, & contactum quidem ac commercium homicidæ deſugi voluit, at vitam ei non eripi; quomodo & Plato (gg) in legibus conſtituit, & olim in Græcia uſurpatum his verſibus docet Euripides: [Oreſt. vers. 511, *& ſeqq.*]

*Καλῶς ἔθεντο ταῦτα πατέρες οἱ πάλαι·*
*Εἰς ὀμμάτων μὲν ὄψιν οὐκ εἴων περᾶν,*
*Οὐδ' εἰς ἀπάντημ', ὅς τις αἷμ' ἔχων κυροῖ.*
*Φυγαῖσι δ' ὁσιοῦν, ἀνταποκτείνειν δὲ μή.*

*Quam bene parentum provida ætas ſtatuerat,*
*Ut cogeretur de via decedere*
*Hominumque viſu cæde patrata nocens,*
*Fugaque lueret triſte, non letho, ſcelus!*

Quo & illud pertinet Thucydidis: *εἰκὸς τὸ πάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων, μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτὰς (τὰς ζημίας) παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ ἐς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι. Credibile eſt antiquitus quamvis gravium delictorum* i *leves fuiſſe pœnas: ſed cum ea progreſſu temporis* *Lib. III. §. 45. Ed. Oxon.*

GROTII.

h *Rhadamanthi jus*] Apud *Apollodorum* lib. II. Νόμος Ῥαδαμάνθυς· ὃς ἂν ἀμύνηται τῶν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντι ἀθῷον εἶναι. *Lex Rhadamanthi: ſi quis ſe ultus ſit de eo, qui prior vim intulerit, impune id ferat.* (Cap. III. §. 9. *Ed. Gale.*)

GRONOVII.

49 *Rhadamanthi*] Pythagoræorum ἀντιπεπονθὸς, talio: Καί τοι βούλονταί γε τοῦτο λέγειν καὶ τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον, Εἴκε πάθοι &c. *Ariſtotel.* 5. Ethic. 8. *Seneca* ludo de morte Claudii: Illum tantum altera parte audita condemnat Æacus & ait: Εἴκε πάθοι· 1. Magnorum Mor. 34. Καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς οὐ μέντοιγε ὡς οἱ Πυθαγόρειοι ἔλεγον· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ ᾤοντο δίκαιον εἶναι, ἃ ἐποίησέ τις, ταῦτα ἀντιπαθεῖν. Ejuſdem op. 3, 4. Δοκεῖ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς ἁπλῶς εἶναι δίκαιον, ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ἔφασαν· ὡρίζοντο γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς ἄλλῳ· τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον, οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν· καί τοι βούλονταί γε τοῦτο λέγειν καὶ τὸ Ῥαδαμάνθυος δίκαιον· Εἴκε πάθοι.

50 *Seneca*] Præf. 5. Contr.

51 *Excipit*] Expiat.

(gg) Vide *De Legib.* Lib. IX. Tom. II. pag. 864, *& ſeqq.* Ed. H. Steph. *J. B.*

GROTII.

i. *Leves fuiſſe pœnas*] Servius ad primum librum Æneidos: (*vers.* 136.) *Luetis. perſolvetis. Et hic ſermo à pecunia deſcendit: antiquorum enim pœnæ omnes pecuniariæ fuerunt.* Et ad librum ſecundum: (*vers.* 229.) *Expendere. tractum eſt à pecunia. nam apud majores pecuniarias pœnas conſtat fuiſſe, cum adhuc rudi ætate pecunia ponderaretur,*



Digitized by Google

Lactant. Lib. II. *temporis contemnerentur, ventum ad mortem.* Lactantius: (hh) *Adhuc enim videbatur nefas, quamvis malos, tamen homines, ſupplicio capitis afficere.*

4. Ab uno facto illuſtri ſumta 52 conjectura divinæ voluntatis in legem ivit, ita ut Lamechus quoque k ſimili facinore perpetrato impunitatem ſibi ab hoc exemplo promiſerit, Gen. IV, 24.

5. At

*quod ad capitis pœnam deinde uſurpatum eſt.* Ad ſextum: (*vers.* 20.) *Pendere. tractum eſt à pecuniaria damnatione.* Memorat *Plinius* Hiſtoriæ Naturalis lib. VII. cap. LVI: primum capitis judicium in Areopago eſſe actum.

k *Simili facinore perpetrato*] Aut potius, ſi quid ſimile perpetraſſet. nam hunc ſenſum ferunt verba quæ apud Moſem.

(hh) Locus eſt *Inſt. Div.* Cap. 10. *num.* 23. *Ed. Cellar.* ubi agitur de Exſulibus, quibus, apud veteres *Romanos*, igni & aquâ interdicebatur. *J. B.*

GRONOVII.

52 *Conjectura divinæ voluntatis in legem ivit*] Ab inſigni exemplo, quod Deus in fratricidam ſtatuerat, homines ante diluvium argumentati, & colligentes nondum placere Deo cædem cæde lui, quamquam naturalis id ratio ſuaderet, capitali ſupplicio in homicidas abſtinuerunt, quaſi vetito ipſius Dei lege: Videtur ſpecioſius dici quam verius. Sane non extat præceptum Dei de homicida capite puniendo ante diluvium: ſed cum prior ille mundus per annos mille ſexcentos ſteterit, & haud dubie infinitis populis, nationibus, civitatibus frequentatus fuerit, vix videtur veriſimile, ut eos aut naturalis ratio, aut ſua ſecuritas, aut neceſſitas, quæ delictis creſcentibus augeri pœnas imperat, non docuerit tam juſto ſupplicio ſcelus refrænandum eſſe. Edictum de Caino ſimile eſt illis reſcriptis Principum, quibus alicui ſine exemplo ſubveniunt, quæ perſonam non transgrediuntur, ut loquitur Imperator §. 6. Inſtit. *de Jure naturæ, gentium & civili.* Ipſe Cainus oſtendit ſe metuere & exſpectare quod feciſſet. Cur? quia natura eum monebat: *Tibi quod non vis fieri, alteri ne feceris.* Quod autem pœnæ exemtus eſt, admitto facile rationem auctoris, ob hominum raritatem ei parci Deum juſſiſſe: at id tranſiiſſe in legem cur videatur, ceſſante ratione, & mundo tot ſeculis frequentato? Nec juvat exemplum Lamechi, quem accipere poſſumus hæc profatum, non ut gentium jus, ſed ſuæ ſalutis muniendæ gratia, atque ut vindices facinoris à ſuo corpore & capite abſterreret. Ut ille medicus regi Ludovico XI. apud *Cominæum* lib. X. *Non dubito quin me quoque ſis ejecturus, ſicuti reliquos omnes, verum ſanctiſſimo jurejurando tibi confirmo, poſt meum abs te diſceſſum, non te victurum ſupra octavum diem.* Minæ ſunt hæ, non jus, aut veritas. Illud facile conceſſerim, in paucitate hominum & ante diluvium, & poſt (etſi tum jam capitale ſupplicium edicto ſanxiſſet Deus) aliquamdiu exilio tantum aut mulcta diverſos apud populos luiſſe culpam homicidas. Id non confirmant tantummodo, quos advocat auctor, ſed & leges barbararum gentium, quæ Romanum imperium conculcarunt. Lex *Salica* tit. XLIII. *Si quis ingenuus Francum aut Barbarum hominem occiderit, qui lege Salica vivit, octo millibus denariûm, qui faciunt* CC. *ſolidos* (ſolidus intelligitur aureus, qui XL. denariis argenteis æſtimatur, de quo egimus in lib. III. de pec. vet.) *culpabilis judicetur. Si quis Romanum hominem, convivam Regis occiderit, duodecim millia denariûm, qui faciunt* CCC. *ſolidos, culpabilis judicetur.* Lex Alemannorum tit. XLIV. *Si quis hominem occiderit, ex weregeldis* (weregeldum genus mulctæ) *eum ſolvat. Si fœminam,* XVIII. *weregeldis.* Lex Bajavaricorum, tit. 3. num. XIII. *Si quis liberum hominem occiderit, ſolvat parentibus ſuis, ſi habet: ſi autem non habet, ſolvat duci, vel cui commendatus fuit* (i. e. qui patronus ejus, vel cujus ipſe cliens) *dum vixit, bis* LXXX. *ſolidos. De fœminis eorum, ſi aliquid de iſtis actis contigerit,*

Digitized by Google

5. At cum jam ante diluvium, gigantum ætate, promiſcua invaluiſſet cædium licentia, inſtaurato poſt diluvium humano genere, ne mos idem invaleſceret, 53 ſeverius occurrendum Deus cenſuit: & repreſſa prioris ſæculi lenitate, quod natura non iniquum eſſe dictabat, & ipſe permiſit, 1 54 ut inſons eſſet, qui homicidam occidiſſet. quod poſtea 55 inſtitutis judiciis 56 ſummas ob cauſas ad judices ſolos reſtrictum eſt; ita tamen ut moris priſtini veſtigium manſerit 57 in jure ejus, qui occiſum ſanguine proxime attingeret, etiam poſt Moſis legem, qua de re infra fuſius agetur.

6. Magnum habemus auctorem noſtræ interpretationis Abrahamum, qui cum legem Noæ datam non ignoraret, arma ſumſit in reges quatuor, ut quæ plane crederet cum ea lege non pugnare. Sic & Moſes Amalecitis populum oppugnantibus arma juſſit opponi, naturæ ſcilicet jure uſus: nam Deum de hac re ſpeciatim conſultum non apparet, Exod. XVII, 9. Adde jam quod capitalia ſupplicia nec in homicidas tantum, ſed & in alios facinoroſos uſurpata apparet, non modo apud 58 populos extraneos, ſed apud ipſos piæ doctrinæ alumnos, Gen. XXXVIII, 24.

7. Nimirum 59 conjectura divinæ voluntatis, ipſa naturali ratione adjuvante, à ſimilibus ad ſimilia proceſſerat, ut quod in homicidam conſtitutum erat, in alios quoque eximie nocentes non

rit, *omnia dupliciter componantur.* Lex Ripuariorum: *Si quis ingenuus hominem ingenuum Ripuarium occiderit,* CC. *ſolidis culpabilis judicetur.* Lex Saxonum: *Qui nobilem occiderit,* 1440. *ſolidis componat.* Lex Anglorum: *Si quis adelingum occiderit* (diſtinguebant homines in Adelingos, Frilingos, Ligios, i.e. nobiles, liberos & ſervos) DC. *ſolidis componat, qui liberum occiderit,* CC. *ſolidis componat, qui ſervum occiderit,* XXX. *ſolidis componat.* Lex Friſiorum. *Si nobilis nobilem occiderit,* LXX. *ſolidis componat: ſi nobilis liberum occiderit, ſolidis* LIV. *& unum denarium ſolvat; ſi liber nobilem,* LXXX. *ſolidis componat.* Lex Longobardorum lib. 1. tit. 9. *Si quis homicidium perpetraverit abſconſe in Barone, libero, vel ſervo, vel ancilla, & unus fuerit aut duo tantum, qui ipſum homicidium fecerit, componat* DCCCC. *ſolidis.*

GROTII.

1 *Ut inſons eſſet, qui homicidam occidiſſet*] *Joſephus:* ἀπαραινῶ μέν τοι σφαγῆς ἀνθρωπίνης ἀπέχεσθαι καὶ καθαρεύειν φόνου καὶ δράσαντάς τι τοιοῦτο κολάζεσθαι. *Edico ut à cæde humana puræ habeantur manus. quod ſi quis cædem commiſerit, pœnam ferat.* (Lib. I. Cap. IV. p. 10. G.)

GRONOVII.

53. *Severius occurrendum*] Verbis adductis ex Geneſ. IX, v. 5. & 6.

54 *Ut inſons*] Ut liceret cunctis bonis & innoxiis necem fraude interfecti hominis ulciſci & homicidam perimere; quique id feciſſet, ut nullam culpam contraheret.

55 *Inſtitutis judiciis*] Poſtquam placuit & lites dirimendas, & delicta punienda ſelectis judicibus & magiſtratibus committi.

56 *Summas ob cauſas*] Quia multi eo jure abutebantur.

57 *In jure ejus*] Numer. 35.

58 *Populos extraneos*] Exſortes fœderis divini.

59 *Conjectura*] Quod ſtatuerat jam Deus homicidam capitali ſupplicio puniri, id interpretati ſunt homines eum velle extendi ad eos, qui non levius peccarent homicidis in ſocietatem humanam, & hos par ſupplicium luere.

 60 *Im-*

Digitized by Google

non iniquum videretur. Sunt enim quædam quæ vitæ æquiparantur, ut exiſtimatio, pudor virginalis, fides matrimonii, aut ſine quibus vita tuta eſſe non poteſt, ut 60 imperii ſocietatem continentis reverentia: adverſum quæ qui faciunt, ii homicidis meliores non videntur.

8. Huc pertinet vetus, quæ apud Hebræos exſtat, traditio, leges plures Noæ filiis datas à Deo, quæ non omnes à Moſe narratæ ſint, quia ſatis erat ad ipſius inſtitutum eas poſtea in lege peculiari Hebræorum eſſe comprehenſas. Sic adverſus nuptias 61 inceſtas legem veterem, quanquam à Moſe ſuo loco non memoratam, exſtitiſſe apparet Levit. XVIII. Inter ea autem quæ Noæ liberis Deus edixit, hoc quoque ajunt fuiſſe, ut non homicidia tantum, ſed & adulteria, & concubitus inceſti, item violentæ rapinæ morte punirentur. 62 Quod ipſum confirmant Jobi verba XXXI, 11.

9. Jam vero data per Moſem lex ſanctionibus capitalibus rationes adjicit, quæ apud alios populos non minus quam apud Hebræum populum valent: ut Levit. XVIII, 24. 25. 27. 28. Pſal. CI, 5. Prov. XX, 8. Et peculiariter de homicidio dicitur terra 63 non poſſe expiari niſi ſanguine homicidæ fuſo, Num. XXXV, 31. 33. Præterea abſurdum cogitatu eſt, Hebræo populo indultum, diſciplinam & ſalutem publicam ac ſingulorum munire pœnis capitalibus, ac ſe bello tueri, cæteris autem regibus gentibuſque idem eodem tempore non licuiſſe: neque tamen reges eos aut gentes unquam à prophetis admonitos improbari à Deo uſum capitalium ſuppliciorum ac bella omnia, ſicut de aliis peccatis admoniti ſæpe ſunt.

10. Imo contra quis non credat, cum lex Moſis de judiciis expreſſam habuerit divinæ voluntatis imaginem, recte ac pie facturas fuiſſe nationes, quæ inde ſibi exemplum peterent? quod certe Græcos, Atticos præſertim, feciſſe credibile eſt: unde (ii) tanta in jure veteri Attico, & quod inde ſumtum eſt Romano XII. tabularum 64 cum legibus Hebræis ſimilitudo eſt. Sufficere hæc videntur, ut appareat legem Noæ datam non eum habere ſenſum quem volunt, qui bella omnia eo argumento impugnant.

VI. 1. Speciem majorem habent quæ ex Euangelio contra bellum adferuntur; in quibus examinandis non illud mihi ſumam quod

GRONOVII.

60 *Imperii ſocietatem*] Unde lex majeſtatis.

61 *Inceſtas*] Intra gradus conſanguinitatis vetitos jungi.

62 *Quod ipſum*] Adulterium eſſe crimen, quod plectat judex.

63 *Non poſſe expiari*] Piaculo obligari omnes regionis incolas, ubi homicidium factum eſt, quod tolli nequeat.

64 *Cum legibus*] Ut apparet ex Fragmentis JC. cum lege Moyſis collatis & editis à *P. Pithœo* Lutet. 1573. [nuperrimè autem in *Juriſprudentia Ante-Juſtinianea* Viri Eruditiſſimi ANT. SCHULTINGII.]

(ii) Vide Auctoris Tractatum *De Verit. Relig. Chriſt.* Lib. I. §. 15. *in fin.* pag. 28. Ed. nuper. Amſt. *J. B.*

m Ut

Digitized by Google

quod ſumunt multi, in Euangelio 65 extra præcepta credendi & ſacramentorum nihil eſſe quod non ſit juris naturalis. id enim, quo ſenſu à pleriſque ſumitur, verum non puto.

2. Illud libens agnoſco, nihil nobis in Euangelio præcipi quod non naturalem habeat honeſtatem: ſed non ulterius nos obligari legibus Chriſti, quam ad ea ad quæ jus naturæ per ſe obligat, cur concedam non video. Et qui aliter ſentiunt mirum quam ſudent, ut probent quædam (kk) quæ Euangelio vetantur ipſo jure naturæ eſſe illicita, m ut concubinatum, divortium, matrimonium cum pluribus fœminis. Sunt quidem hæc ejuſmodi, ut eis abſtinere honeſtius eſſe dictet ipſe ratio; at non talia ut abſque lege divina nefas in illis appareat. Ad illud vero quod Chriſtiana lex præcipit, ut alii pro aliis mortis periculo nos objiciamus, 1 Joh. III, 16. quis dicat ipſo (ll) naturæ jure nos obligari? Juſtini dictum eſt: τὸ κατὰ φύσιν βιοῦν, ἀπίστου ἐστίν· n *ſecundum naturam vivere, ejus eſt qui nondum credidit.*

3. Sed ne illos quidem ſequar, qui aliud ſibi ſumunt non exiguum, Chriſtum ſcilicet in tradendis præceptis quæ extant Matthæi v, & deinceps, 66 interpretem tantum agere legis per Moſem datæ.

GROTII.

m *Ut concubinatum, divortium*] Spectat huc illud *Hieronymi*: [*Ad Ocean.* Tom. I. p. 198. C. *Ed. Baſil.*] *Aliæ ſunt leges Cæſaris, aliæ Chriſti. aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit.*

n *Secundum naturam vivere ejus eſt qui nondum credidit*] Locus *Juſtini* eſt ad *Zenam*: idemque ſenſus apud *Origenem* in excerptis illis, quæ Philocalia dicuntur.

GRONOVII.

65 *Extra præcepta*] Præter myſteria & ſumma capita Chriſtianæ religionis.

(kk) Vocem illam *quædam* addidi, quæ excidit in omnibus Editionibus, & quam deeſſe nemo non videt. *J. B.*

(ll) Quidni? ſi rectè jus illud intelligamus. Vel exemplum Ethnicorum, qui pro patria ſe morti devoverunt, id refellit. Poſtulat omnino Societatis cuſtodia, de quâ Auctor noſter in Prolegomenis, ut in certis quibuſdam caſibus nonnulli plurimorum ſaluti vitam ſuam donent. Adeoque ipſa obligatio *Martyrii*, qualis ab Euangelio nobis imponitur, à Lege Naturæ ultimò deduci poteſt. *J. B.*

GRONOVII.

66 *Interpretem tantum agere legis per Moſem datæ*] *Coccejus* de Fœdere cap. 12. num. 357. *Alting*. Theol. Elenct. p. 411. Hæc tamen ſententia communis eſt omnium Proteſtantium: Chriſtum, nec univerſis, nec ſingulis decalogi præceptis quicquam addidiſſe, quod ad perfectiorem Dei cultum in N.T. pertineat, quia lex Dei perfecta eſt, cui nec addi quicquam poteſt nec detrahi. Deut. 4, v. 2. & 12, v. 32. Pſalm. 19, v. 8. & obedientiam omnem, non modo externam, in ſermone, geſtu, facto, ſed etiam internam mentis, voluntatis, affectuum complectitur: Matth. 22. vſ. 38. & 39. Deut. 27, vſ. 26. eoque & vitam æternam & pollicetur, & dare poteſt ſervantibus. Levit. 18, vſ. 5. Deuter. 30, vſ. 19. Luc. 10, vſ. 25. & 28. collatiſque inter ſe locis ad Rom. 10, vſ. 5. Gal. 3, 12.

Negant iidem legiſlatorem propriè dici Chriſtum, niſi quatenus cum Patre & S. Spiritu Deus Triunus legem dedit Moſi in monte Sina. At qua Θεάνθρωπος & medius atque interpres novi Teſtamenti eſt, non concedunt legiſlatorem eſſe, quia Moſi ejuſque

datæ. Aliud enim ſonant verba toties repetita; *Audiſtis dictum fuiſſe veteribus: Ego vero dico vobis:* quæ oppoſitio: ſed & Syriaca & aliæ verſiones oſtendunt, illud *veteribus* ſignificare, ad veteres, non à veteribus; ut *vobis* eſt, ad vos, non à vobis. Veteres autem illi non alii fuerunt, quam qui Moſis tempore vivebant. nam quæ ut veteribus dicta recitantur, non legis peritorum ſunt, ſed Moſis, aut verbo tenus, aut ſenſu. *Non occides*, Exod. XX, 13. *Quiſquis occiderit, tenebitur judicio*, Levit. XXIV, 21. Num. XXXV, 16. 17. 30. *Non mœchaberis*, Exod. XX, 14. *Quiſquis dimiſerit uxorem, det ei libellum divortii*. Deut. XXIV, 1. *Non pejerabis, ſed reddes Domino, quæ juraveris*, Exod. XX, 7. Num. XXX, 2. *Oculum pro oculo, dentem pro dente* (ſupple, repoſcere liceat in judicio) Levitic. XXIV, 20. Deuteron. XIX, 21. *Diliges proximum tuum* (id eſt Iſraëlitam) Levit. XIX, 18. *& odio habebis inimicum tuum*, o puta ſeptem populos, quibuſcum amicitiam colere quorumque miſereri vetantur, Exod. XXXIV, 11. Deut. VII, 1. His addendi Amalecitæ, in quos Hebræi jubentur bellum habere implacabile, Exod. XVII, 16. Deut. XXV, 19.

4. Sed ad intelligentiam verborum Chriſti omnino notandum, legem per Moſem datam dupliciter accipi: aut ſecundum id, quod commune habet cum aliis legibus, quæ ab hominibus condi ſolent, quatenus ſcilicet graviora delicta pœnarum 67 aſpectabilium formidine coërcet, Hebr. II, 2. & populum Hebræum hac ratione in ſtatu civilis ſocietatis continet, quo ſenſu dicitur νόμος ἐντολῆς σαρκικῆς, Hebr. VII, 16. & lex factorum, Rom. III, 27. aut ſecundum id, quod legis divinæ eſt proprium, quatenus ſcilicet etiam mentis requirit puritatem, & actus aliquos, qui ſine temporali pœna omitti poſſunt: quo ſenſu vocatur νόμος πνευματικός, Rom. VII, 14. exhilarans animum, Pſalm. XIX, qui Latinis XVIII, 9. Legisperiti & Phariſæi priore illa parte contenti, ſecundam,

legi opponitur tanquam gratiæ & virtutis auctor. Joan. 1, vſ. 17. officiumque habet proferre euangelium ex ſinu Patris, intercedere, & fieri victima pro nobis, & dato Spiritu S. nos Patri reconciliare. Joann. 1, vſ. 18. Matth. 20, vſ. 28. 2 Corinth. 5, vſ. 19. 20. 21. Ad munus ſane propheticum in erudiendo populo pertinuit inſtauratio & vindicatio legis, remotis Phariſæorum additamentis & pravis interpretationibus: cæterum nec alia legis præcepta tradidit, ſive per ſe, ſive per Apoſtolos, quam Moſes, nec aliam explicationem addidit, quam quæ à Prophetis tradita eſt, & ſemper tradi debuit. Sic quidem noſtri. At Pontificii ſtatuunt Chriſtum in Euangelio legem Moſis ex imperfecta perfectam, vel ex perfecta perfectiorem reddidiſſe. Sociniani quoque longum texunt catalogum eorum, quæ ſingulis capitibus decalogi addiderit: de quibus plura Theologi. Sic igitur contra Socinianos hic diſputat, ut multa illis concedat.

GROTII.

o *Puta ſeptem populos*] In hos odium lege permitti ait illuſtriſſimus *Abarbanel* ad Deut. XXIII, 21.

GRONOVII.

67 *Aſpectabilium*] Quæ in oculos incurrunt, quæ pro exemplis ſunt.

p *Non*

curam, quæ potior eſt, inſuper habebant, neque inculcabant populo: quod verum eſſe non ex noſtris duntaxat libris, ſed ex Joſepho quoque & magiſtris Hebræorum oſtendi poteſt.

5. Sed etiam ſecundam hanc partem quod attinet, ſciendum eſt, virtutes, quæ à Chriſtianis exiguntur, etiam Hebræis aut commendari, aut præcipi, ſed p non præcipi in eo gradu ac latitudine, quo Chriſtianis. Utroque autem hoc ſenſu Chriſtus ſua præcepta opponit veteribus, unde liquet, verba ejus non continere nudam interpretationem. Hæc autem ſciri non ad hoc tantum, quod nunc in manu eſt, refert, ſed & ad multa alia, ne legis Hebraicæ auctoritate ſupra quam æquum eſt utamur.

VII. 1. Omiſſis ergo argumentationibus quæ minus ſe nobis probant, primum ac præcipuum teſtimonium, quo belliandi jus à Chriſti lege non plane tolli probamus, eſto Pauli illud 1 ad Timotheum II, 1. 2. 3. *Hortor ergo ante omnia ut fiant deprecationes, preces, interpellationes, gratiarum actiones pro quibuſvis hominibus: pro regibus & quibuſvis in eminentia conſtitutis:* q *ut tranquillam ac quietam vitam degamus cum omni pietate ac ſanctitate. Nam id bonum gratumque eſt apud Deum ſervatorem noſtrum, qui omnes homines vult ſervari, & ad agnitionem veritatis venire.* Tria enim hinc docemur: Gratum eſſe Deo ut reges fiant Chriſtiani: ut Chriſtiani facti reges maneant: quod ita expreſſit Juſtinus Martyr: εὐχόμεθα τοὺς βασιλεῖς καὶ ἄρχοντας μετὰ τῆς βασιλικῆς δυνάμεως καὶ σώφρονα τὸν λογισμὸν ἔχοντας εὑρεθῆναι. *Hoc precamur, ut Reges & Principes ſimul cum regali poteſtate etiam ſanam mentem conſequantur:* I.

GROTII.

p *Non præcipi in eo gradu ac latitudine*] Quædam huc pertinentia vide in notatis ſupra ad finem capitis primi. Egregius imprimis *Chryſoſtomi* locus de Virginitate cap. XLIV: τὸ μὲν γὰρ παλαιοῖς οὐ τοσοῦτον ὑμῖν ἀρετῆς προὔκειτο μέτρον, ἀλλὰ καὶ ἀμύνασθαι τὸν ἀδικοῦντα, καὶ ἀντιλοιδορεῖσθαι τῷ λοιδορουμένῳ, καὶ χρημάτων ἐπιμελήσασθαι ἐξῆν, καὶ εὐορκοῦντα ὀμνύναι, καὶ ὀφθαλμὸν ἐξορύξαι ἀντὶ ὀφθαλμοῦ, καὶ μισῆσαι τὸν ἐχθρὸν, καὶ οὔτε τρυφᾶν, οὔτε ὀργίζεσθαι, οὔτε γυναῖκα τὴν μὲν ἐκβάλλειν, τὴν δὲ ἀντεισάγειν κεκώλυτο, καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ δύο κατὰ ταυτὸν ὁμοῦ γυναῖκας ἔχειν ὁ νόμος ἐπέτρεπε, καὶ πολλὴ καὶ ἐν τούτοις καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἡ συγκατάβασις ἦν· κατὰ δὲ τὴν τοῦ Χριστοῦ παρουσίαν πολλῷ στενοτέρα γέγονεν ἡ ὁδός. *Olim tanta nobis injuncta non erat virtutis menſura, ſed & vindictam ſumere de injuriam inferente, & convitianti reddere convitium, & pecuniis ſtudere licebat, ſed & citra falſimoniam jurare, & pro oculo excutere oculum, & odio habere inimicum. quin nec deliciis frui, nec iraſci, nec uxorem aliam ejicere, recipere aliam, vetitum erat. Parum dixi. etiam duas eodem tempore uxores habere lex ſinebat, multaque & in his, & in aliis rebus erat temporum illorum indulgentia. At poſt Chriſti adventum multo arctior facta eſt via.* Eodem libro cap. LXXXIII. οὐ τὸ αὐτὸ τῆς ἀρετῆς ἀπαιτούμεθα μέτρον ἡμεῖς τε κἀκεῖνοι. *non eadem virtutis menſura à nobis & ab illis exigitur.* Idem in oratione Filium Patri æqualem, quæ eſt tomo VI, ait in Euangelio eſſe ἐπίτασιν καὶ προσθήκην ἐντολῶν, *præceptorum & intenſionem & adjectionem.*

q *Ut tranquillam ac quietam vitam degamus cum omni pietate ac ſanctitate*] *Seneca* Epiſtola LXXIII. Philoſophiæ fideliter deditos falſo ait contemtores magiſtratuum ac regum exiſtimari. *E contrario*, ait, *nulli adverſus illos gratio-*

*tur:* & in libro cui nomen Conſtitutiones Clementis, precatur Eccleſia r Χριστιανὰ τὰ τέλη, id eſt, magiſtratus Chriſtianos: deinde & hoc Deo gratum eſſe, ut Chriſtiani reges Chriſtianis aliis vitam tranquillam præſtent.

2. Quomodo vero? Alibi id explicat Rom. XIII, 4. *Dei miniſter eſt tuo bono. quod ſi feceris quod malum eſt, metue; non enim fruſtra gladium gerit: nam Dei miniſter eſt, vindex ad iram ei, qui quod malum eſt fecerit.* (mm) Jure gladii per complexionem 68 omnis quidem coërcitio intelligitur, quomodo etiam apud Juriſconſultos interdum; ſed ita tamen ut pars ejus ſumma, id eſt verus gladii uſus, non excludatur. Huic loco illuſtrando non parum ſervit Pſalmus ſecundus, qui quanquam in Davide ſuam habuit veritatem, plenius tamen & perfectius ad Chriſtum pertinet: ut diſcere eſt Actor. IV, 25. XIII, 33. Hebr. V, 5. Is autem Pſalmus reges omnes hortatur, ut Dei filium venerabundi ſuſcipiant: hoc eſt, ut ſe miniſtros ei exhibeant, 69 qua reges ſunt ſcilicet, ut recte explicat Auguſtinus, cujus verba ad hanc rem pertinentia apponam: *In hoc reges, ſicut eis divinitus præcipitur, Deo ſerviunt, in quantum reges ſunt, ſi in regno ſuo bona jubeant, mala prohibeant, non ſolum quæ pertinent ad humanam ſocietatem, verum etiam quæ pertinent ad divinam religionem.* Et alibi: *Quomodo ergo reges Domino ſerviunt in timore, niſi ea quæ contra juſſa Domini fiunt, religioſa ſeveritate prohibendo atque plectendo? Aliter enim ſervit* 70 *quà homo eſt, aliter quà rex eſt.* mox: *In hoc ergo ſerviunt Domino reges in quantum ſunt reges, cum ea faciunt ad ſerviendum illi, quæ non poſſunt facere niſi reges.*

*Contra Creſ. Gram. lib.* III.

*Ad Bonif. Epiſt.* 50.

II. 3. Secundum argumentum præbet nobis is ipſe locus, cujus partem

*res ſunt: nec immerito. nullis enim plus præſtant, quam quibus frui tranquillo otio licet.* Digna eſt quæ legatur epiſtola. ubi & hoc: *Hujus pacis beneficium, ad omnes pertinentis, altius ad eos pervenit qui illa bene utuntur.*

r Χριστιανὰ τὰ τέλη, *id eſt magiſtratus Chriſtianos*] Niſi hic interpretari malis, *Chriſtianum* vitæ exitum.

GRONOVII.

68 *Omnis coërcitio*] Merum imperium eſt habere gladii poteſtatem l. 3. D. de juriſdictione. *Tacit.* 3. hiſt. 68. Vitellius aſſiſtenti conſuli exſolutum à latere pugionem, veluti jus vitæ neciſque civium reddebat. [Vide ſummi Juriſconſulti Clar. NOODTII. eruditiſſimum Scriptum *De Juriſdict. & Imperio*, Lib. I. Cap. 4. *J. B.*

69 *Quà Reges*] Potentia ſua utendo ad bonos mores introducendos, malos excludendos aut ſupprimendos.

70 *Quà homo*] Ut ſibi temperet abſtineatque injuria; ut ſe pium & moderatum præſtet.

(mm) Argumentum iſtud, ut & plura ex ſequentibus, per ſe equidem & directè eo tantum pertinet, ut capitalia ſupplicia ab Euangelio non tolli probetur: verum per conſequentiam hinc deduci poteſt, neque Bellum omne Chriſtianis vetitum eſſe. Huc facit non tantum ratio ab Auctore adlata *num.* 13. iſtius paragraphi, ſed etiam quòd uſus capitalium ſuppliciorum non minus videatur repugnare manſuetudini & clementiæ Chriſtianæ, quàm Bellum: unde, ſi priora tamen licent, poſterius illicitum non eſſe, efficitur. Vide quæ de capitalibus ſuppliciis ulteriùs dicentur infra, Lib. II. Cap. 20. §. 12. *J. B.*

ſ *Edeſſe-*

Digitized by Google

partem citavimus, ad Rom. XIII. ubi poteſtas ſumma, qualis eſt regia, à Deo eſſe dicitur, & Dei ordinatio vocatur; unde infertur, ei & parendum & honorem exhibendum; & quidem ex animo: & qui ei reſiſtit, eum Deo reſiſtere. Si ordinationis voce res intelligeretur, 71 quam Deus tantum non vult impedire, quomodo ſe Deus habet circa actus vitioſos, jam inde nulla honoris, nullà obedientiæ, 72 ad animum maxime pertinentis, obligatio ſequeretur; nec quicquam diceret Apoſtolus, ubi hanc poteſtatem tantopere prædicat atque commendat, quod non latrociniis & furtis conveniret. Sequitur ergo ut ordinata hæc poteſtas 73 voluntate Dei approbante intelligatur: unde porro infertur, cum Deus ſibi contraria non velit, hanc poteſtatem cum voluntate Dei per Euangelium revelata & 74 omnes homines obligante, non pugnare.

4. Neque eliditur hoc argumentum eo, quod qui in imperiis erant eo tempore cum hæc Paulus ſcriberet, dicuntur alieni fuiſſe à Chriſtiana pietate. nam primum id ita univerſim verum non eſt. Nam Sergius Paulus Cypri Proprætor Chriſto nomen pridem dederat, Actor. XIII, 12. ut jam taceam quod de f 75 Edeſſenorum rege vetus fama tradidit, nonnihil forte falſo inquinata, ſed ut videatur ex vero originem trahere. Deinde non de perſonis quæritur, an impiæ fuerint, ſed an illa functio in illis impia fuerit: quod dicimus ab Apoſtolo negari, quando illam functionem dicit à Deo inſtitutam etiam pro illo tempore, ac propterea honorandam etiam intra animi receſſus, quibus proprie ſolus Deus imperat. Potuit ergo & Nero, & rex ille Agrippa, quem ad Chriſti religionem amplectendam Paulus tam ſerio invitat, Act. XXVI, Chriſto ſe ſubjicere, & retinere hic regiam, ille imperatoriam poteſta-

GROTII.

f *Edeſſenorum*] Eſt Edeſſa in Oſroene. Nomen Abgari frequens illis locis. Apparet ex nummis, *Tacito*, *Appiano*, *Dione* tum in pridem editis, tum in novis excerptis, *Capitolino*.

GRONOVII.

71 *Quam Deus tantum*] Quales ſunt res, quas ſuſtinet Deus ac patitur tantum, & hactenus regit, ne ulterius evagentur, quam fert aut juſta ejus ira, dum malum punit per malum; aut indulgentia, dum ſpatium dat ad pœnitentiam; aut ſapiens conſilium, dum malum aliunde ortum facit initium & occaſionem boni, ut mancipationem *Joſephi* reddidit viam ad potentiam ejus & ad Patriarchas alendos in Ægypto; perfidiam Pilati & Judæorum erga Chriſtum, principium liberandi generis humani.

72 *Ad animum maxime*] Quæ non conſiſtat in externo tantum opere, quod coacti & inviti præſtamus ad voluntatem potentioris, ſed maxime in ſtudio & affectione atque propenſione animi, cum volentes lubenteſque paremus.

73 *Voluntate Dei approbante*] Non modo permittente.

74 *Omnes homines*] Tanquam quod in V. F. relevatum eſt, non obligaret omnes homines, ſed tantum Hebræos.

75 *Edeſſenorum rege*] Abgare, quaſi dederit ad Chriſtum & ab eo receperit Epiſtolam. *Euſeb.* 1, cap. 13. [Quam meram fabulam eſſe, inter Eruditos hodie ſic ſatis conſtat. *J. B.*]

t Pta

Digitized by Google

teſtatem: quæ ſine jure gladii & armorum intelligi nequit. Sicut ergo olim pia erant ſacrificia ſecundum legem, quamvis ab impiis ſacerdotibus celebrata; ſic t pia res eſt imperium, quamvis ab impio teneatur.

III. 5. Tertium argumentum petitur ex Joannis Baptiſtæ verbis, qui ſerio interrogatus à militibus Judæis (cujus gentis multa millia Romanis militaſſe ex Joſepho & aliis ſcriptoribus manifeſtiſſimum eſt) quid haberent faciendum, ut iram Dei effugerent; non eos 76 militia abire juſſit, quod facere debebat ſi ea erat Dei voluntas, ſed abſtinere 77 concuſſionibus & fallaciis, ſtipendiiſque eſſe contentos, Luc. III, 14. Ad hæc Baptiſtæ verba, cum apertam ſatis militiæ approbationem contineant, multi reſpondent, quæ Baptiſta præſcripſit ita diſcrepare à Chriſti præceptis, ut aliud docere potuerit Baptiſta, aliud Chriſtus: quod quo minus admittam, hæc obſtant. Joannes & Chriſtus eodem exordio doctrinæ, quam afferebant, ſummam indicarunt. *Reſipiſcite: appropinquavit enim regnum cælorum*, Matth. III, 2. IV, 17. Chriſtus ipſe regnum cœleſte (id eſt legem novam: nam legem regni nomine appellare Hebræis mos eſt) dicit cœpiſſe invadi à diebus Baptiſtæ, Matth. XI, 12. Joannes dicitur prædicaſſe baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, Marc. I, 4. Tantundem feciſſe dicuntur Apoſtoli Chriſti nomine, Actor. II, 38. Exigit Joannes fructus dignos pœnitentia, & iis, qui talem fructum non proferunt, excidium minatur, Matth. III, 8. & 10. Exigit opera dilectionis ſupra legem, Luc. III, 11. Lex dicitur duraſſe uſque ad Joannem, id eſt, ab illo incepiſſe doctrina 78 perfectior, Matth. XI, 13. Et principium Euangelii à Joanne ducitur, Marc. I, 1. Luc. I, 77. Ipſe Joannes hoc nomine major Prophetis, Matth. XI, 9. Luc. VII, 26. miſſus ſcilicet ad dandam cognitionem ſalutarem populo, Luc. I, 77. ad Euangelium annuntiandum, Luc. III, 18. Neque uſquam Joannes Jeſum à ſe diſtinguit præceptorum diſcrepantia (quanquam quæ generalius & confuſius, & rudimentorum more à Joanne ſunt indicata, eadem diſerte tradidit Chriſtus vera lux) ſed eo quod Jeſus eſſet promiſſus ille Meſſias, Actor. XIX, 4. Joan. I, 29. rex ſcilicet regni cœleſtis, qui daturus eſſet in ſe confidentibus vim Spiritus Sancti, Matth. III, 11. Marc. I, 8. Luc. III, 16.

IV. 6. Quartum hoc eſt argumentum, quod mihi ponderis non exigui videtur: Si tollatur jus capitalium ſuppliciorum, & armis cives

GROTII.

t *Pia res eſt imperium, quamvis ab impio teneatur*] Bene hoc exſequitur ad hunc locum epiſtolæ ad Romanos *Chryſoſtomus*.

GRONOVII.

76 *Militia abire*] Ut ſacerdotio abire *Gell.* 6, 7.

77 *Concuſſionibus*] Extorſionibus pecuniarum *l.* 1. *&* 2. *D. de concuſſ.*

78 *Perfectior*] Potius clarior & evidentior, quam fuerat ſub umbris ſacrificiorum & cæremoniarum. Πάντες γὰρ οἱ προφῆται καὶ ὁ νόμος ἕως Ἰωάννου ἐπροφήτευσαν.

u *Conc*

cives tuendi adverſus latrones ac prædones, maximam inde ſecuturam ſcelerum licentiam & quaſi diluvium malorum, [u] cum nunc quoque conſtitutis judiciis ægrè reprimatur improbitas. Quare ſi mens Chriſti fuiſſet, talem rerum ſtatum, qualis auditus nunquam fuerat, inducere, haud dubie verbis quam maxime diſertis ac ſpecialibus edicendum ei fuerat, ne quis de capite judicaret, ne quis arma ferret; quod feciſſe nuſquam legitur: nam quæ adferuntur, aut valde ſunt generalia, aut obſcura. Docet autem ipſa æquitas & communis ratio, non tantum verba [79] generalia contrahi, & ambigua commode explicari, ſed & à proprietate uſuque recepto verborum diſcedi nonnihil, ut is ſenſus evitetur, qui maxima ſecum incommoda ſit allaturus.

7. Quintum ſit, quod nullo argumento oſtendi poteſt lex Moſis, quæ ad judicia pertinebat, deſiiſſe priuſquam urbs Hieroſolyma exſcinderetur, & cum ea tum ſpecies tum ſpes reipublicæ concideret. nam neque in lege Moſis ullus terminus iſti legi præfinitur, neque Chriſtus aut Apoſtoli uſquam de iſtius legis ceſſatione loquuntur, niſi quatenus id comprehenſum videri poteſt in reipublicæ (ut diximus) deſtructione: imo contra Paulus ſummum pontificem ait conſtitutum, ut judicium ferret ſecundum legem Moſis, Act. XXIII, 3. Chriſtus ipſe in præfatione præceptorum ſuorum ait, non veniſſe ſe ad ſolvendam legem, ſed [80] ad implendam, Matth. V, 17. quod quem de ritualibus ſenſum habeat non obſcurum eſt; [81] implentur enim lineamenta adumbrantia cum perfecta rei ſpecies exhibetur: de legibus autem ad judicia pertinentibus quomodo verum eſſe poteſt, ſi Chriſtus, ut quidam exi- V.

GROTII.

u *Cum nunc quoque conſtitutis judiciis ægre reprimatur improbitas*] Διὰ τούτους δικαστήρια καὶ νόμοι καὶ τιμωρίαι καὶ διάφοροι κολάσεων τρόποι. *Propter hos ſunt judicia & leges & ſupplicia, totque pœnarum modi. Chryſoſtomus* in ſermone ad Patrem fidelem.

GRONOVII.

79 *Generalia contrahi*] Generalibus derogari per ſpecialia; generalia ſtrictius accipi oportere, quam ſonant.

80 *Ad implendam*] Οὐκ ἦλθον καταλῦσαι, ἀλλὰ πληρῶσαι· Non ut irritam faciam, ne ſit, ſed ut illi ſatisfaciam, hoc eſt, in moralibus: ut perfectam illam ſanctitatem, quam requirit lex, & humanus nemo poteſt aſſequi, præſtando pro fidelibus & piis, liberem eos diris, quibus fulminat lex peccantes, & ſupplicio merito. In ritibus & cærimoniis: ut ei ſatisfaciam exhibendo Meſſiam, qui omnibus ſacrificiis & victimis ſignificatus eſt. Πληρῶσαι, ut & implere, ſatisfacere. *Salmaſ.* ad jus Attic. p. 34. 35.

81 *Implentur lineamenta*] Ut in pingenda imagine primum ducuntur lineæ quædam, quibus ſignantur extremitates partium; dein vacuum illud, quod fuit inter extremitates, coloribus impletur; & tum exhibetur perfecta rei ſpecies, ceſſantque notari primi illi ductus: ſic Legem à Chriſto completam dici vult, quum qui rudibus & primis quaſi lineis adumbratur Chriſtus, in effigie & corpore apparuit, & ſacrificium, quod in Judaiſmo ſimulabatur, præſtitit. *Theophylact.* p. 28. ὅσα ἐκεῖνος (ὁ νόμος) ἐσκιαγράφησε, ταῦτα οὗτος τελείως ἐζωγράφησεν. *Iſidorus* lib. 19. *Orig.* c. 16. *Pictores prius umbras quaſdam & lineas futuræ imaginis ducunt, deinde coloribus implent, tenentes ordinem inventæ artis.*

82 *Quod*

exiſtimant, adventu ſuo ea ſuſtulit? Si autem manſit obligatio legis, quamdiu ſtetit Hebræorum reſpublica, ſequitur ut Judæi etiam ad Chriſtum converſi, ſi ad magiſtratum vocarentur, eum defugere non potuerint, & ut judicare non aliter debuerint quam Moſes præſcripſerat.

8. Ego ſane omnia expendens ne leviſſimam quidem conjecturam reperio, qua motus vir aliquis pius illa tunc Chriſti loquentis verba audiens, aliter exiſtimare potuerit. Illud agnoſco, ante Chriſti tempus quædam fuiſſe permiſſa, ſive 82 quoad impunitatem externam, ſive etiam quoad animi puritatem (nunc enim iſta diſtinctius exquirere, nec opus, nec otium eſt) quæ Chriſtus ſuam diſciplinam ſectantibus licere noluit, ut 83 ob qualemcumque offenſam uxorem dimittere, 84 ab eo qui læſerit in judicio exigere ultionem: ſed inter Chriſti præcepta & illas permiſſiones eſt diverſitas quædam, non eſt repugnantia. Nam qui uxorem retinet, qui ultionem ſibi privatim debitam remittit, 85 nihil facit contra legem; imo hoc facit quod lex maxime vult. Longe aliud eſt in judice, cui lex non permittit, ſed imperat ut homicidam morte puniat, reus ipſe futurus apud Deum ni fecerit. 86 Huic ſi Chriſtus interdicit, ne homicidam morte puniat, omnino contrarium legi præcipit, ſolvit legem.

VI. 9. Sextum ſit argumentum ab exemplo Cornelii Centurionis, qui & Spiritum ſanctum, ſignum indubitatum juſtificationis, à Chriſto accepit, & in nomen Chriſti à Petro Apoſtolo baptizatus eſt: militiam autem abdicaſſe aut ad eam abdicandam à Petro monitus non legitur. Sunt qui reſpondeant, cum de religione Chriſtiana à Petro ſit inſtitutus, ſimul cenſeri debere inſtitutum de militia deſerenda. Hi, ſi quidem certum eſſet atque indubitatum inter Chriſti præcepta contineri interdictum militiæ, aliquid dicerent. Sed cum id nuſquam alibi diſerte exſtet, certe de ea re aliquid hoc ſaltem loco, qui id maxime poſcebat, dicendum fuerat, ne poſt ventura ætas officii ſui regulas ignoraret. Neque vero ſolet Lucas, ubi perſonarum qualitas ſpecialem quandam vitæ mutationem deſiderabat, id ſilentio præterire, ut videre eſt tum alibi, tum 87 Actor. XIX. 19.

VII. 10. Septimum huic ſimile petitur ex eo, quod de Sergio Paulo

cœpimus

GRONOVII.

82 *Quoad impunitatem*] Sive ut puniri non poſſent à judice forenſi, etſi conſcientiam læderent; ſive ut ne conſcientiam quidem gravarent.

83 *Ob qualemcumque*] Non enim licere voluit id niſi ob mores graviores, ut loquebantur olim, *Ulp.* Tit. VI. §. 9, 12. hoc eſt, ob adulteria. Matth. 5, 31.

84 *Ab eo qui læſerit*] Solius vindictæ cauſa litigare, Matth. 5, 38. 39. &c.

85 *Nihil facit contra legem*] Dilectionem inimici etiam V. F. præcipit Exod. 23, v. 4. 5. Prov. 25, 22. & eſt in eam rem exemplum Eliſæi 2 Reg. 6, 22.

86 *Huic*] Judici.

87 *Actor.* 19.] Ubi de Demetrio.

x *Paulus*

Digitized by Google

cœpimus dicere. nam in ejus converſi hiſtoria nullum eſt indicium 88 ejurati magiſtratus aut admonitionis factæ ut ejuraretur. Quod autem non narratur, cum narrari, ut diximus, maxime attineat, id nec factum cenſendum eſt.

11. Octavum eſſe poteſt, quod x Paulus Apoſtolus, intellectis Judæorum in ſe inſidiis, Tribuno indicari eas voluit; & cum Tribunus milites ei addidiſſet, quorum præſidio in itinere adverſus vim omnem tutus eſſet, nihil contradixit, neque Tribunum aut milites monuit, Deo non placere ut vis vi repellatur. Atqui is erat Paulus, qui nullam occaſionem edocendi officii aut omitteret ipſe, aut omitti ab aliis vellet, 2 Timoth. IV, 2. VIII.

12. Nonum accedat, quod rei honeſtæ ac debitæ finis proprius non poteſt non eſſe honeſtus ac debitus. Tributa ut ſolvamus honeſtum eſt, atque etiam præceptum conſcientiam obligans, ut Paulus Apoſtolus explicat: tributorum autem finis eſt, ut poteſtates publicæ habeant unde ſumtum faciant ad bonos tuendos ac coërcendos malos, Rom. XIII, 3. 4. 6. Tacitus appoſite ad hanc rem: ***Neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt.*** Cui dicto ſimile eſt Auguſtini illud: * ***Ad hoc tributa præſtamus, ut propter neceſſaria militi ſtipendium præbeatur.*** IX. *Hiſt.* IV. c. 74. * *Lib.* XXII. *contra Fauſtum. cap.* 74.

13. Decimum argumentum præbet locus ille Actor. XXV, 11. ubi Paulus ita loquitur: ***Si injuria quemquam affeci, & dignum aliquid morte commiſi,*** y ***non recuſo mori.*** Unde colligo, ita cenſuiſſe Paulum, etiam poſt publicatam Euangelii legem quædam eſſe crimina, quæ morte plecti æquitas ferat, aut etiam exigat: quod & Petrus docet, 1 Epiſt. cap. II, 19. 20. Quod ſi ea tum fuiſſet Dei voluntas, ut capitalibus judiciis abſiſteretur, potuerat quidem purgare ſe Paulus, ſed non debuerat in hominum animis eam relinquere opinionem, quaſi capite plectere nocentes nunc X.

non

GROTII.

x *Paulus Apoſtolus intellectis Judæorum in ſe inſidiis*] Utitur hujus loci auctoritate Concilium Africanum: ***Quorum contra furorem poſſumus non inſolita nec à Scripturis aliena impetrare præſidia, quando Apoſtolus Paulus, ſicut in Apoſtolorum actibus fidelibus notum eſt, factioſorum conſpirationem militari etiam ſubmovit auxilio.*** Utitur & ſæpe *Auguſtinus*, ut Epiſt. 1, quæ eſt ad *Bonifacium*: epiſtola CLIV. ad Publicolam, ubi hæc: *Neque ſi in illa arma ſcelerati homines incidiſſent, Paulus in effuſione ſanguinis eorum ſuum crimen agnoſceret.* Idem epiſtola CLXIV. *Paulus egit, ut ſibi tuitio etiam armatorum daretur.*

y *Non recuſo mori*] Sic & Act. XXVIII, 18: *quia nulla in me erat mortis cauſa.* *Juſtinus* Apologetico II, κολάζεσθαι δὲ τοὺς οὐκ ἀκολούθως τοῖς διδάγμασιν αὐτοῦ βιοῦντας, λεγομένους δὲ μόνον Χριστιανοὺς, καὶ ὑφ' ὑμῶν, ἀξιοῦμεν. *Ut autem puniantur, qui non convenienter præceptis illis vivunt & nomine ſolo ſunt Chriſtiani, & quidem à vobis, & nos optamus.*

GRONOVII.

88 *Ejurati*] Depoſiti, vel abdicati. Sic autem Romæ loquebantur ideo, quod abeuntes conſulatu pro concione jurare ſolebant ſe nihil contra leges feciſſe.

89 Qui

Digitized by Google

non minus quam olim liceret. Probato autem capitales pœnas poſt Chriſti adventum recte exerceri, ſimul probatum arbitror, bellum aliquod licite geri, puta adverſus nocentes multos & armatos: [89] qui ut rei fiant, acie vincendi ſunt. Vires enim & reſiſtentia nocentum, ſicut in prudenti deliberatione [90] ſuum habere momentum poteſt, ita de jure ipſo nihil imminuit.

XI. 14. Undecimum ſit, quod in Apocalypſis prophetia prædicuntur bella quædam piorum cum manifeſta approbatione, xviii, 6. & alibi.

XII. 15. Duodecimum eſſe poteſt, quod Chriſti lex ſolam legem Moſis, [91] qua gentes ab Hebræis ſeparabat, ſuſtulit, Epheſ. ii, 14. Quæ autem natura, & bene moratarum gentium conſenſu honeſta cenſentur, adeo non ſuſtulit, ut ſub generali præcepto omnis honeſti ac virtutis comprehenderit, Phil. iv, 8. 1 Cor. xi, 13. 14. Jam vero criminum pœna & arma, quæ injuriam arcent, natura habentur laudabilia, & ad juſtitiæ, & ad beneficentiæ virtutem referuntur. Atque hic obiter notandus eorum eſt error, [92] qui Iſraëlitarum jus ad bellum deducunt ex eo ſolo quod terram Cananæam illis Deus dediſſet. Eſt enim hæc juſta quidem cauſa, ſed non unica. Nam & ante ea tempora pii rationis ductu bella geſſerunt: & ipſi Iſraëlitæ poſtea aliis de cauſis, ut David ob legatos violatos. Tum vero quæ [93] humano jure quiſque poſſidet, non minus ejus ſunt, quam ſi Deus donaſſet: id autem jus per Euangelium non tollitur.

VIII. Videamus nunc etiam quibus argumentis ſe fulciat adverſaria ſententia, quo facilius judicet pius æſtimator utra præponderent.

I. 1. Primum adferri ſolet z vaticinium Eſaiæ, qui futurum dicit, ut populi gladios contundant in ligones, & lanceas in falces; neque

GRONOVII.

89 *Qui ut rei fiant*] Ut compellantur facere quod jus & æquum eſt. *Taciti* verba imitatur 3. Ann. 13. *petitam armis rempublicam, utque reus agi poſſet, acie victum.*

90 *Suum habere momentum*] Poteſt facere ut intutum ſit illos aggredi.

91 *Qua gentes*] Ea parte qua nationes alias præter Iſraëlis poſteros excludebat à fœdere Dei.

92 *Qui Iſraëlitarum*] Non aliam ob cauſam jus belli gerendi Hebræis fuiſſe, quam ut acquirerent terras ſeptem populorum devotorum à Deo illis attributas.

93 *Humano jure*] *Juſto* titulo poſſidendi, quem vel naturæ vel gentium vel civile jus ſanxit.

GROTII.

z *Vaticinium Eſaiæ*] Id de pace, quæ orbi contigit beneficio Romani imperii, interpretatur *Chryſoſtomus* oratione Chriſtum eſſe Deum: καὶ ὅτι οὐ σαγία ἐςὶ μόνον καὶ ἀκίνητος καὶ ἄρραγής, ἀλλὰ καὶ πολλὴν πρυτανεύσει τῇ οἰκουμένῃ εἰρήνην, καὶ αἱ μὲν κατὰ πόλεις πολυαρχίαι καταλυθήσονται, καὶ αἱ μοναρχίαι, μία δέ τις ἔςαι βασιλεία εἰς πάντας ἀρθεῖσα, καὶ τὸ πλέον αὐτῆς ἐν εἰρήνῃ ἔςαι, οὐ καθάπερ ἔμπροσθεν. τὸ μὲν παλαιὸν χειροτέχναι πάντες καὶ ῥήτορες ὅπλα ἐτίθεντο καὶ ἐπὶ παρατάξεως ἑςήκασαν. τοῦ Χριςοῦ δὲ παραγενομένου πάντα ἐκεῖνα διελύθη καὶ εἰς μέρος διωρισμένον τὰ τῶν πολέμων περιέςη. *Neque vero prædictum tantum eſt, ſtabilem fore, immotam, atque inconcuſſam hanc religionem, ſed* cum

neque gladium ſumant alius in alium, neque bellum ultra addiſcant, II, 4. Sed hoc vaticinium aut ſub conditione quadam accipiendum eſt, quemadmodum multa alia; ut nimirum intelligamus talem fore rerum ſtatum, a ſi omnes populi Chriſti legem ſuſcipiant atque impleant; quam ad rem Deus nihil ſua ex parte deſuturus ſit deſiderari. certum autem eſt, ſi omnes ſint Chriſtiani, & Chriſtiane vivant, nulla fore bella: quod Arnobius ita enuntiat: *Si omnes omnino qui homines eſſe ſe non ſpecie corporum, ſed rationis intelligunt poteſtate, ſalutaribus ejus pacificiſque decretis aurem vellent commodare pauliſper, & non faſtu & ſupercilio tumidi ſuis potius ſenſibus quam illius commonitionibus crederent, univerſus jamdudum orbis mitiora in opera converſis uſibus ferri, tranquillitate in molliſſima degeret, & in concordiam ſalutarem incorruptis fœderum ſanctionibus conveniret.* Lactantius vero hoc modo: *Quid fiet, ſi omnes in concordiam conſenſerint? quod certe fieri poterit, ſi pernicioſo & impio furore projecto innocentes ac juſti eſſe velint?* Aut intelligendum eſt pure; quo modo ſi accipiatur, docet res ipſa impletum hoc nondum eſſe, ſed implementum ejus, ut & converſionis generalis Judæorum, adhuc exſpectandum. Utrovis autem modo ſumas, nihil hinc inferri poteſt adverſus bellorum juſtitiam, quamdiu ſunt qui pacis amantes pace frui non ſinunt, ſed vim eis intentant.

*Adv. Gentes, Lib. 1. pag. 6. Edit. Lugd. Bat. Salm.*

*Inſt. Div. Lib. 1. Cap. 18. n. 16.*

2. Ex quinto Matthæi capite plura argumenta depromi ſolent, ad quorum dijudicationem opus eſt animo repeti, quod paulo ante diximus: ſi Chriſto id fuiſſet propoſitum, omnia capitalia judicia, & jus bellorum tollere, facturum id fuiſſe verbis quam maxime expreſſis ac ſpecialibus, ob rei magnitudinem ac novitatem; eoque magis, quod nemo Judæus aliter cogitare poterat, quam leges Moſis ad judicia & rempublicam pertinentes vim ſuam in homines Judæos habere debere, quamdiu ſtaret illa reſpublica. Hac ergo de re præmoniti locorum ſingulorum vim ordine exploremus.

3. Adver-

*tum ea adventuram orbi pacem, deſituras illas in ſingulis civitatibus plurium poteſtates, regnaque ipſa, & unum fore ſuper omnes imperium, ac ejus pleraque pacem habitura, contra quam ante fiebat. olim enim & opifices, & oratores induebant arma, conſiſtebant in acie. Poſt Chriſti vero adventum ceſſavit mos iſte, & ad definitum hominum ordinem redacti ſunt actus bellici.* Habes ſenſum plane eundem apud *Euſebium* de præparatione l. 1. c. 10.

a *Si omnes populi Chriſti legem ſuſcipiant atque impleant*] Nam de Chriſtianis *Juſtinus*: οὐ πολεμοῦμεν τοὺς ἐχθροὺς, *non pugnamus in hoſtes.* Plane ut de *Eſſenis Philo* in oratione Omnem bonum eſſe liberum: (*Pag. 877. A. Edit. Paris.*) βελῶν, ἢ ἀκόντων, ἢ ξιφιδίων, κράνους, ἢ θώρακος, ἢ ἀσπίδος οὐδένα παρ' αὐτοῖς ἂν εὕροις δημιουργὸν ἢ ὁπλοποιὸν, ἢ μηχανοποιόν. *Nullum inter eos reperias, qui aut jacula aut ſagittas aut gladium aut galeam aut loricam aut ſcutum fabricet, nullum qui aut arma conficiat, aut machinas.* Simile eſt quod *Chryſoſtomus* ait 1 ad Corinth. XIII, 3: *Si eſſet inter homines qualis oportet dilectio, nullas fore pœnas capitales.*



b Quod

II. 3. Adverſariæ ergo ſententiæ munimentum ſecundum ex iſtis verbis petitur: *Audiſtis dictum fuiſſe, Oculum pro oculo & dentem pro dente. Ego vero dico vobis, ne obſiſtite injurioſo*, (לרשע b quod Græci vertunt 94 *τῷ ἀδικοῦντι*, Exod. II, 13.) *ſed cadenti te in dexteram maxillam, alteram quoque obverte.* Hinc enim inferunt quidam, nullam injuriam aut repellendam, aut vindicandam, ſive publice, ſive privatim. Atqui non hoc dicunt verba: neque enim magiſtratus hic alloquitur Chriſtus, ſed 95 eos qui impetuntur; nec de quavis agit injuria, ſed 96 de tali qualis eſt alapa. ſequentia enim verba reſtringunt præcedentium generalitatem.

4. Sic in præcepto ſequente: *Qui velit tecum litigare, ut tunicam accipiat,* c *dimitte illi etiam pallium:* non omnis provocatio ad judicem aut arbitrum prohibetur, Paulo interprete, qui lites non omnes prohibet, 1 Cor. VI, 4. ſed vetat Criſtianos 97 in prophanis auditoriis inter ſe litigare, idque ad Judæorum exemplum, apud quos recepta erat ſententia, *Qui adducit negotia Iſraelitica* 98 *ad extraneos, polluit nomen Dei:* ſed vult Chriſtus ad exercendam patientiam noſtram, de rebus quæ facile ſunt recuperabiles, ut tunica, aut cum tunica, ſi opus ſit, pallium, non contendi judicio, ſed quamvis optimo jure nitamur, omitti juris perſecutionem. Apollonius Tyanæus negabat philoſophi eſſe *περὶ χρυσίου διαφέρεσθαι*, de pecuniola litigare. * *Non improbat prætor* (inquit Ulpianus) *factum ejus qui* 99 *tanti habuit re carere, ne propter eam ſæpius litigaret. Hæc enim verecunda cogitatio ejus, qui* 100 *lites exſecratur, non eſt vituperanda.* Quod hic 101 probari à probis ait Ulpia-

*Philoſtr.* II, 5. (c. 39. *Ed. Olear.*)

* *L. Item ſi:* 4. §. 1. *D. de alien. jud. mut. cauſa facta.*

GROTII.

b *Quod Græci vertunt τῷ ἀδικοῦντι*] Ut & *Lucas* in Stephani oratione: ὁ ἀδικῶν τὸν πλησίον.

c *Dimitte illi etiam pallium*] Id ita exponit *Cyprianus* de Patientia: *Ut tua ablata non repetas. Irenæus* lib. IV, cap. XXVII: *Tollenti tibi tunicam, remitte ei & pallium: ſed non quaſi nolentes fraudari contriſtemur, ſed quaſi volentes donaverimus, gaudeamus. Et ſi quis te,* inquit, *angariaverit mille paſſus, vade cum eo alia duo, ut non quaſi ſervus ſequaris, ſed quaſi liber præcedas.* Etiam *Libanius*, qui Euangelia legerat, laudat non litigantes de chlamyde & tunica, in oratione de cuſtodia reorum. *Hieronymus* dialogo I. adverſus *Pelagium: Docet Euangelium ei qui nobiſcum velit judicio contendere, & per lites & jurgia auferre tunicam, etiam pallium eſſe concedendum.* (Tom. II. pag. 274. C. *Edit. Baſil.*)

GRONOVII.

94 *Τῷ ἀδικοῦντι*] *τῷ ἀσεβεῖ.*

95 *Eos qui impetuntur*] Privatos, quibus fit injuria.

96 *Tali, qualis*] Levi, quæ plus habeat contumeliæ quam detrimenti.

97 *In profanis auditoriis*] Ad paganorum judicum tribunalia. Sic auditorium principis. *l.* 18. §. 1. *D. de Minorib.* præfecti prætorio *l.* 40. *de reb. cred.* Alibi auditoria judicum & magiſtratuum.

98 *Ad extraneos*] Ἀλλοφύλους, ἀπεριτμήτους.

99 *Tanti habuit*] Cui tanti fuit non litigare, ut maluerit fraudari quam lites ſequi.

100 *Lites exſecratur*] A litibus abhorret. *Juſtin.* 13, 1. 38, 10. 39, 1. *lites gravatur.*

101 *Probari à probis*] Optimo cuique potius videri, id omnes ſuum nomen profeſſos curare & obſervare jubet.

d Ut

Digitized by Google

Ulpianus, hoc Chriſtus imperat, ex rebus honeſtiſſimis & probatiſſimis deligens præceptorum ſuorum materiam. At non hinc recte colligas etiam parenti, etiam tutori nefas fore, id ſine quo liberi, ſine quo pupilli ſuſtentari nequeant, ſi cogatur, apud judicem defendere. Aliud enim eſt tunica & pallium, aliud totum illud unde vivitur. In Clementis conſtitutionibus de homine Chriſtiano dicitur, ſi litem habeat, ***σπουδαζέτω διαλύεσθαι, κἂν δέῃ ζημιωθῆναί τι, det operam*** [1] ***ut tranſigat, etiamſi quid damni accipiendum ſit.*** Quod ergo de moralibus dici ſolet, hic quoque locum habet, [2] non conſiſtere hæc in puncto, ſed habere ſuam quandam latitudinem. *L. 1, c. XLV.*

5. Sic in eo quod deinceps ſequitur, ***Qui*** [3] ***angariabit te ad milliare unum, abi cum eo duo*** non dixit Dominus de centum milliaribus, quod iter hominem à ſuis negotiis longius abduceret, ſed de uno, &, ſi ita uſu veniat, de duobus; quæ deambulatio quaſi pro nihilo ducitur. Senſus ergo eſt, in his quæ nobis non multum ſunt incommodatura, non urgendum nobis eſſe jus noſtrum, ſed cedendum plus etiam quam alter poſtulet, [d] ut & patientia & benignitas noſtra omnibus innoteſcat.

6. Sequitur porro: [e] ***Petenti abs te dato, & volentem à te mutuo ſumere, ne rejice.*** Si [4] in infinitum hoc producas, nihil durius. Qui domeſticorum curam non agit, infideli eſt deterior, inquit Paulus, 1 Tim. v, 8. Sequamur ergo eundem Paulum optimum legis herilis interpretem, qui Corinthios excitans ad beneficentiam in Hieroſolymitanos exercendam, ***Non***, inquit, ***ut*** [5] ***aliis ſit laxamentum, vobis res anguſta, ſed ut æquabiliter*** [f] ***veſtra copia ſuccurrat***

GROTII.

d *Ut & patientia & benignitas omnibus innoteſcat*] *Juſtinus* Apologetico II: αὐτοὺς δὲ τοὺς ἀνεξικάκους εἶναι καὶ ὑπηρετικοὺς πᾶσι καὶ ἀοργήτους, ἃ ἔφη ταῦτά ἐστι. *Quæ dixit, huc pertinent, ut adverſus omnes ſimus patientes, officioſi, minime iracundi.*

e *Petenti abs te dato*] *Juſtinus* Apologetico eodem: εἰς δὲ τὸ κοινωνεῖν τοῖς δεομένοις καὶ μηδὲν πρὸς δόξαν ποιεῖν, ταῦτα ἔφη· παντὶ τῷ αἰτοῦντι δίδοτε, &c. *De communicandis vero facultatibus noſtris cum egentibus, & ne quid ad gloriam aucupandam faciamus, hæc dixit: omni petenti date*, &c. Alibi: παντὶ δεομένῳ κοινωνοῦντες, *communicantes noſtra omni egenti. Cyprianus* Teſtimoniorum lib. III, 1. *Nemini negandam eleemoſynam.* item illic: *omni poſcenti te dato, & ab eo qui voluerit mutuari, ne averſatus fueris.*

GRONOVII.

1 *Ut tranſigat*] Citra judicem controverſiam dirimat & rem componat.

2 *Non conſiſtere*] Non ſtrictiſſime ac præciſe accipienda. Vid. ſupr. §. 1. num. 3.

3 *Angariabit*] Omiſſis rebus tuis viæ ducem eſſe, onus portare, jumentum aut vehiculum præbere coget. *Angari* dicebantur nuntii regum Perſicorum. Illis jus erat per vias obvio cuique auferre recentiorem equum, aut adigere homines ad illa, quæ diximus, & ſimilia præſtanda.

4 *In infinitum*] Sine limitatione de omnibus omnino rebus, & quantacumque ſumma accipias.

5 *Aliis ſit laxamentum*] Ut alii facilius vivant, vos ſpoliari à vobiſmetipſis & in arctum redigi.

GROTII.

f *Veſtra copia ſuccurrat illorum inopiæ*]

* Lib. VI. c. *currat illorum inopia*, 2 Cor. VIII, 13. Id eſt (Livii * verba in re
15. num. 9. non diſſimili uſurpabo) ut ex eo quod adfluit opibus veſtris ſuſti-
† Cyrip. neatis neceſſitates aliorum: qui ſenſus eſt & in Cyro † Xeno-
Lib. VIII. phontis: 6 *ἃ ἂν ἴδω περιττὰ ὄντα τῶν ἐμοὶ ἀρκούντων, τούτοις τὰς*
c. 2. §. 11. *ἐνδείας τῶν φίλων ἐξακοῦμαι.* Similem æquitatem adhibeamus in-
Ed. Oxon. terpretando præcepto, quod jam à nobis recitatum eſt.

7. Lex Hebræa 7 ſicut divortii libertatem indulgebat, ut ſævitiæ maritorum in uxores occurreret: ita etiam privatæ ultioni, ad quam gens illa valde prona erat, coërcendæ, jus læſo fecerat ab eo qui læſerat, non manu ſua, ſed apud judicem exigere talionem: quod lex etiam XII. tabularum ſecuta eſt; *Si membrum rupit*, 8 *talio eſto.* Chriſtus vero majoris patientiæ magiſter tantum abeſt, ut illam in jam læſo probet vindictæ flagitationem, injurias quaſdam ne arceri quidem vult, aut vi, aut judicio. At quales injurias? tolerabiles ſcilicet, ff non quod non in atrocioribus quoque laudabile hoc ſit, ſed quod 9 reſtrictiore quadam patientia contentus ſit. Ideo exemplum poſuit in alapa, quæ non vitam impetit, non corpus mutilat, ſed tantum contemtum
Cap. 4. quendam noſtri ſignificat, qui nos nihilo deteriores facit. Seneca, libro de conſtantia ſapientis, injuriam à contumelia dividit: *Prior illa*, inquit, *natura gravior eſt: hæc levior & tantum* 10 *delicatis gravis, qua non læduntur, ſed offenduntur. Tanta eſt animorum diſſolutio & vanitas, ut quidam nihil acerbius putent. Sic invenias ſer-*
Ibid. c. 10. *vum, qui flagellis quam colaphis cædi malit.* Idem alio loco: *Contumelia eſt minor injuria, quam queri magis* 11 *quam exſequi poſſumus,*
Periboea, *quam leges quoque nulla dignam vindicta putaverunt.* Sic apud Pa-
apud Non. cuvium quidam: *Patior facile injuriam, ſi eſt vacua à contumelia.*
Marcell. p. Et apud Cæcilium 12 alius: *
430. Ed.
Merc.

*Facile ærumnam ferre poſſim, ſi inde abeſt injuria;*
* Fallacia, ibid. *Etiamque injuriam, niſi contra* 13 *conſtat contumelia;*

De-

*Seneca* de beneficiis ſecundo: *Dabo egenti, ſed ut ipſe non egeam.* (Cap. 15.) *Chryſoſtomus* in locum ad Corinthios hic productum: ὁ Θεὸς τὰ κατὰ δύναμιν ἀπαιτεῖ, καὶ καθ' ὃ ἔχει τις, οὐ καθ' ὃ οὐκ ἔχει. *Deus pro facultate poſcit, quatenus habet quis, non quatenus non habet.* Quod ut recte intelligatur, accedant ſequentia, ἐπαινεῖ μὲν τὸ ὑπὲρ δύναμιν, οὐκ ἀναγκάζει δὲ τούτους ποιῆσαι ταὐτό. *Laudat quidem quod facultates exſuperat*, (nempe in Theſſalonicenſibus,) *ſed hos* (Achæos ſcilicet) *non cogit idem facere.*

ff *Non quod non in atrocioribus quoque laudabile hoc ſit*] Vide *Chryſoſtomum* dicto jam loco.

GRONOVII.

6 *Ἃ ἂν ἴδω*] Quod de meis opibus mihi ſuperſit, eo indigentiam amicorum ſuſtento.

7 *Sicut divortii*] Quemadmodum maritos voluit uxoribus, quarum tæderet, ne perpetuo eas male tractarent, libellum repudii dare, & eas à ſe dimittere. Formula in not. ad Matth. 5, 31.

8 *Talio eſto*] Ejuſdem membri in auctore injuriæ rumpendi petitio eſto.

9 *Reſtrictiore*] Non tam late patente.

10 *Delicatis*] Faſtidientibus, impatientibus.

11 *Quam exſequi*] Ulciſci. §. 2. Inſtit. *de his qui ſui vel alieni.*

12 *Alius*] Nonius p. 430.

13 *Conſtat contumelia*] MSS. editique,

Digitized by Google

Demoſthenes: (nn) *οὐδὲ γὰρ τὸ τύπτεσθαι τοῖς ἐλευθέροις δεινὸν, καίπερ ὂν δεινὸν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ὕβρει. Nec enim tam grave hominibus ingenuis verberari, quamquam & hoc grave, quam per contumeliam verberari.* Is quem dixi Seneca paulo inferius ex contumelia dolorem, affectum eſſe ait, quem 14 humilitas animi moveat 15 contrahentis ſe ob factum dictumve inhonorificum. Cap. 10.

8. In tali ergo circumſtantia patientiam Chriſtus præcipit: & ne quis tritum illud objiciat, (oo) *Veterem ferendo injuriam 16 invitas novam:* addit, g potius etiam ferendam eſſe alteram injuriam, quam propulſandam priorem: quia ſcilicet h nihil inde ad nos mali pervenit, niſi quod in ſtulta perſuaſione poſitum eſt. Maxillam obvertere in Hebraiſmo eſt patienter ferre, ut apparet Eſai. L, 6. Jerem. III, 3. i præbere os contumeliis, dixit Tacitus hiſtoriarum tertio. (pp)

9. Tertium argumentum peti ſolet ex eo, quod apud Matthæum III. ſequitur: *Audiſtis dictum fuiſſe, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum: Ego vero dico vobis, Diligite inimicos veſtros, benedicite eis qui vos exſecrantur, precamini pro eis qui infeſti vobis ſunt & vos perſequuntur.* Sunt enim qui exiſtimant cum tali dilectione & beneficentia adverſum inimicos & infeſtos pugnare tum judicia capitalia, tum bella. Sed facile id refellitur, ſi ipſum illud legis Hebraicæ dictum conſideremus. Præcipiebatur Hebræis ut proximum diligerent, ii Hebræum ſcilicet: ita enim vocem proximi

que, *conſtant contumeliam. ſ. circum adſtant contumelia.*

GROTII.

g *Potius ferendam eſſe alteram injuriam*] *Chryſoſtomus* VII. ad Romanos: *τοῦτο γὰρ ἡ λαμπρὰ νίκη, τὸ πλεῖον αὐτῷ παρασχεῖν ὧν βούλεται, καὶ τοὺς ὅρους τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας αὐτοῦ τῷ δαψιλεῖ τῆς οἰκείας ὑπερβῆναι μακροθυμίας. Hæc egregia victoria plus illi largiri quam velit, & fines improbæ in illo libidinis liberalitate propria patientia transſcendere.*

h *Nihil inde ad nos mali pervenit, niſi quod in ſtulta perſuaſione poſitum eſt*] *Chryſoſtomus* de Statuis prima: *ὕβρις οὐκ ἀπὸ γνώμης τῶν ὑβριζόντων, ἀλλ' ἀπὸ τῆς διαθέσεως τῶν πασχόντων ἢ συνίσταται, ἢ ἀπόλλυται. Contumelia non ab inferentiu animo; ſed ex judicio eorum qui patiuntur aut fit aut perit.*

i *Præbere os contumeliis*] Præbere os, eo ſenſu & apud *Terentium* eſt Adelphis. (*Act.* II. *Scen.* II. vers. 7.)

ii *Hebræum ſcilicet*] Cui par proſelytus. leges autem de non nocendo etiam ad incolas illos incircumciſos, de quibus actum cap. I, §. XVI. porrigebantur. Ita Thalmudici.

GRONOVII.

14 *Humilitas animi*] Μικροψυχία.

15 *Contrahentis*] In angorem prolapſi.

16 *Invitas novam*] Das audaciam lædenti ad iterum te offendendum.

(nn) Locus eſt in Oratione *Adverſus Midiam*, pag. 395. B. *Ed. Baſil.* 1572. refertur, & fuſius, à *Saturnino*, *L.* 16. §. 6. *D. De Pœnis. J. B.*

(oo) *E publio Syro*, referente AULO GELLIO, Noct. Attic. XVII. 14. *J. B.*

(pp) Apud Auctorem illum eſt: Mox ut *præberi ora contumeliis.* C. 31. Et *os offerre contumeliis.* Cap. 85. *num.* 6. Lib. III. Hiſt. indicati. Sic & LIVIUS dixit: *Deſiiſſe poſtremo præbere ad contumeliam os.* Lib. IV. cap. 35. *num.* 10. quæ jam animadverto partim obſervata à Clar. *Clerico*, in Matth. V. 39. Adde CICERON. I. *Ep. ad Attic.* 18. pag. 145. *Ed. Grav.* Orat. *pro S. Roſc. Amer.* cap. 49. pag. 205. & *in Verr.* III, 16. pag. 32. *J. B.*



Digitized by Google

mi ibi ſumi oſtendit. Levit. XIX, [17] comma 17, collatum cum commate 18. At non eo minus imperatum erat magiſtratibus occidere homicidas, & alios graviter ſontes: non eo minus tribus undecim ob delictum atrox juſto bello perſecutæ ſunt tribum Benjamiticam, Jud. XX. non eo minus recte David, qui [18] prælia Domini præliabatur, regnum ſibi promiſſum ab Isboſeto armis repetit.

10. Sit ergo nunc porrecta [19] latius proximi ſignificatio ad homines quoſvis: omnes enim in communem gratiam ſunt recepti: nulli populi à Deo [20] devoti: licebit tamen in omnes quod tunc in Iſraëlitas licuit, qui diligi æque tunc jubebantur, ut nunc quivis homines. Quod ſi etiam velis in Euangelica lege majorem dilectionis gradum imperari, concedatur & hoc, dum illud quoque conſtet, [k] non omnes æqualiter diligendos, ſed magis patrem, quam extraneum. Sic etiam [21] bonum innocentis [22] bono nocentis, [23] bonum commune [24] privato antehabendum ordinatæ dilectionis lege. Ex [25] dilectione autem innocentium nata ſunt & judicia capitalia & pia bella. Vide ſententiam moralem quæ extat Prov. XXIV, 11. Debent ergo Chriſti præcepta de ſingulis diligendis atque adjuvandis ita impleri, niſi major ac juſtior dilectio impediat. Notum eſt dictum vetus: [l] *Tam omnibus parcere crudelitas eſt, quam nulli.*

11. Adde

GROTII.

k *Non omnes æqualiter diligendos*] *Tertullianus* adverſus Marcionem IV: (*Cap.* 16.) *Secundus gradus bonitatis eſt in extraneos: in proximos primus. Hieronymus* adverſus *Pelagium* dialogo I: *Præceptum eſt mihi, ut diligam inimicos, & orem pro perſecutoribus. Numquid juſtum eſt ut ita diligam, quaſi proximos & conſanguineos, ut inter amulum & neceſſarium nulla diſtinctio ſit?* (Tom. II. pag. 274. C. *Ed. Baſ.*)

l *Tam omnibus parcere crudelitas eſt, quam nulli*] Verba ſunt *Senecæ* I. de *Clementia*, cap. II. *Chryſoſtomus* I ad Cor. III, 12. & ſequentibus, de pœnis humanis agens: οὐδὲ ἄνθρωποι ὠμότητι ταῦτα πράττουσιν ἀλλὰ φιλανθρωπίᾳ· *non ex ſævitia ſed ex bonitate talia faciunt homines. Auguſtinus:* (Ep. LIV. ad *Macedonium.*) *Sicut eſt aliquando miſericordia puniens, ita & crudelitas parcens.* Imperatores, *Valentinianus*, *Theodoſius*, & *Arcadius*, in lege tertia, Codice *Theodoſiano*, de defenſoribus civitatum: *Removeantur patrocinia quæ favorem reis & auxilium ſceleroſis impertiendo maturari ſcelera fecerunt. Totilas* apud Procopium Gotthicorum II: τό τε ἐξαμαρτάνειν καὶ τὸ διακωλύειν τὴν εἰς τὺς ἡμαρτηκότας τιμωρίαν, οἶμαι, ἐν ἴσῳ ἐςί. *Peccare & prohibere pœnas peccantium in pari pono.* vide quæ dicuntur lib. II, cap. XXI. §. 2.

GRONOVII.

17 *Comma* 17. *collatum*] Priori proximus & frater appellantur, poſteriori cives. Non memineris injuriæ civium tuorum.

18 *Prælia Domini*] Non niſi juſta bella gerebat.

19 *Latius proximi*] Quia in N. T. Chriſtus demonſtravit, proximum eſſe nobis non modo civem, ſed & quemvis hominem.

20 *Devoti*] Ut ſeptem Cananæi.

21 *Bonum innocentis*] Quod eſt ut puniatur noxius, ne impunitas augeat in iſtum & ſimiles improbitatem.

22 *Bono nocentis*] Quod ille bonum ſibi putat, ut ei parcatur & nihil luat.

23 *Bonum commune*] Ut refrenentur delicta ſuppliciis.

24 *Privato*] Singulorum alios injuria afficientium, ne quid mali viciſſim patiantur.

25 *Dilectione innocentium*] Ne hi periclitarentur, ſi malis impunita eſſent facinora.



Digitized by Google

11. Adde quod inimicos diligere jubemur Dei exemplo, qui malis ſolem ſuum oriri facit. At idem Deus de quibuſdam malis & in hac vita pœnas ſumit, & olim ſumet graviſſimas. Quo argumento ſimul ſolvuntur ea quæ de lenitate Chriſtianis præcepta ad hanc rem adferri ſolent. Nam Deus lenis, miſericors, longanimis appellatur Jonæ IV, 2. Exod. XXXIV, 6. At [l] ejuſdem in contumaces iram, hoc eſt, puniendi voluntatem paſſim deſcribunt ſacræ literæ, Num. XIV, 18. Rom. II, 8. Et hujus iræ miniſter conſtitutus eſt Magiſtratus, Rom. XIII, 4. Moſes ab eximia lenitate prædicatur: at idem pœnas de ſontibus exegit, etiam capitales. Chriſti lenitatem & patientiam imitari paſſim jubemur. At [m] Chriſtus eſt qui & Judæos inobedientes ſuppliciis affecit graviſſimis, Matth. XXII, 7. & impios in die judicii pro meritis eſt damnaturus. Magiſtri lenitatem imitati ſunt Apoſtoli, qui tamen [n] poteſtate ſibi divinitus data uſi ſunt ad pœnam facinoroſorum, 1 Cor. IV, 21. V, 5. 1 Tim. 1, 20.

12. Quartus locus qui objicitur eſt Rom. XII, 17. *Nemini malum pro malo reddite: 26 procurate honeſta in omnium conſpectu: ſi fieri poteſt, quantum in vobis eſt, cum omnibus hominibus in pace viventes, non voſmetipſos [o] ulciſcentes, dilecti, ſed 27 date locum iræ: ſcriptum* IV.

GROTII.

l Ejuſdem in contumaces iram] Vide hac de re *Cyrillum* libro V. contra Julianum. (Pag. 173. *& ſeqq.* Edit. Spanhem.)

m *Chriſtus eſt qui Judæos inobedientes ſuppliciis affecit graviſſimis*] Adde loca Matth. XXI, 41. Lucæ XIX, 12. 14. 27. *Chryſoſtomus* ad Rom. XIV. narratis malis Hieroſolymorum: ὅτι δὲ ὁ Χριστὸς αὐτοὺς ταῦτα εἰργάσατο, ἄκουσον αὐτοῦ τοῦτο προλέγοντος καὶ διὰ παραβολῶν, καὶ σαφῶς, καὶ διαῤῥήδην. *Chriſtum eſſe qui hæc fecerit, audi ipſum prædicentem, tum per parabolas, tum aperte & exerte.* Similia habet oratione ſecunda adverſus Judæos.

n *Poteſtate ſibi divinitus data uſi ſunt*] *Chryſoſtomus* 1 Cor. IV, 21. ἀπειλῶ, τιμωρῶ; ἔστι γὰρ πνεῦμα πραότητος καὶ πνεῦμα αὐστηρότητος. *Interficiam, mutilabo? eſt enim ut lenitatis ita & ſeveritatis ſpiritus.* vide & *Auguſtinum* de ſermonibus Domini in monte lib. 1. & alios quos citat *Gratianus* Cauſ. XXIII. quæſt. VIII.

GRONOVII.

26 *Procurate honeſta*] Hæc *Bezæ* verſio προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων. Vulg. *providentes bona non tantum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus.* Caſtalio: *date operam, ut vos apud omnes homines honeſte geratis.* Nec male ſit, honeſta ſectantes in exemplum & confeſſione omnium hominum. Vel ut, quantum fieri poteſt, apud omnes homines bene audiatis. Matth. 5, 17.

27 *Date locum iræ*] Spatium, advocationem, ut loquitur *Seneca* ad Marc. cap. 10.

GROTII.

o *Ulciſcentes*] Vulgata interpretatio in hoc loco habet *defendentes.* Sed ea vox ſæpe à Chriſtianis in ulciſcendi ſenſu poſita invenitur. *Tertullianus* de Patientia: (Cap. X.) *Jam ſi levius defendaris, inſanies: ſi uberius, onerabéris. Quid mihi cum ultione, cujus modum regere non poſſum per impatientiam doloris?* Adverſus *Marcionem* II. *non enim injuria mutuo exercendæ licentiam ſapit, ſed in totum cohibendæ violentiæ proſpicit, ut quia duriſſimo & infideli in Deum populo longum vel etiam incredibile videretur à Deo exſpectare defenſam, edicendam poſtea per Prophetam, Mihi defenſam, & ego defendam, dicit Dominus: interim commiſſio injuriæ metu vicis ſtatim occurſuræ repaſtinaretur: & licentia retributionis prohibitio eſſet provocatio-*



Digitized by Google

*ſcriptum eſt enim; Meum eſt ulciſci: ego rependam, dicit Dominus. Itaque ſi eſurit inimicus tuus, ciba eum; ſi ſitit, da ei potum. hoc enim ſi feceris, carbones ignis coacervabis in caput ejus. Ne vincitor à malo, ſed vince bono malum.* Sed hic quoque eadem quæ ad locum ſuperiorem patet reſponſio. Nam quo tempore dictum fuerat à Deo, Meum eſt ulciſci, ego rependam; eo ipſo tempore & judicia capitalia exercebantur, & de bellis ſcriptæ erant leges. Quin & beneficia inimicis (28 popularibus ſcilicet) exhiberi jubentur, Exod. XXIII, 4. 5. Hæc tamen, ut diximus, neque pœnis capitalibus, neque bellis juſtis in ipſos etiam Iſraëlitas obſtabant. Quare ne nunc quidem verba eadem, aut præcepta ſimilia, quamvis 29 latius patentia, in talem ſenſum rapienda ſunt: eoque minus quia 30 capitum ſectiones non ab Apoſtolis ſunt, aut eorum ætate, ſed multo ſerius factæ ad dividendam lectionem & faciliorem locorum allegationem. Quare quod nunc XIII. caput inchoat, *Omnis anima poteſtatibus ſupereminentibus ſubjecta eſto*, & quæ ſequuntur, cum illis de ultione non expetenda præceptis 31 cohæſit.

13. In hac autem diſſertatione dicit Paulus, poteſtates publicas Dei miniſtras eſſe, & vindices ad iram (id eſt ad pœnam) in maleficos: eo ipſo apertiſſime diſtinguens inter ultionem publici boni cauſa, quæ Dei vice 32 exigitur, & ad ultionem Deo reſervatam referenda eſt; & illam 33 explendi doloris, quam paulo ante interdixerat. Nam ſi ultionem etiam illam quæ boni publici cauſa exigitur, in illo interdicto comprehenſam velis, quid erat abſurdius, quam cum dixiſſet abſtinendum à pœnis capitalibus, deinde ſubjicere, in hoc poteſtates publicas à Deo conſtitutas, ut pœnas vice Dei exigant?

14. Quintus

*nis; ut ſic improbitas aſtuta ceſſaret, dum ſecunda permiſſa, prima terretur; & prima deterrita, nec ſecunda committitur, qua & alias facilior timor talionis per eundem ſaporem paſſionis. Nihil amarius quam idipſum pati, quod feceris aliis,* (Cap. 18.) De monogamia: *Alia diluvium iniquitates provocaverunt, ſemel defenſa qualeſcumque fuerunt, non tamen ſeptuagies ſepties, quod duo matrimonia meruerunt,* (Cap. 4.) Locum Pauli de quo hic ſermo non male explicat *Auguſtinus* epiſtola CLIV: *Hinc autem dictum eſt non reſiſtamus malo, ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum paſcit.* vide quæ infra lib. II, cap. XX. §. V. & X.

GRONOVII.

28 *Popularibus*] Civibus, quibuſcum eſt ſimultas, mitius tractandis quam in hoſtes externos conſulimus.

29 *Latius patentia*] Etſi ad plures pertineant ob vocis Proximi ſignificationem productam.

30 *Capitum ſectiones*] Et habuit longe alias vetus Eccleſia, de quibus videndus *Caſaubonus* initio Notarum ad N. T. [Vide imprimis Prolegomena Doctiſſimi MILLII, *num.* 905, *& ſeqq. Ed. Kuſter.* Secundum veterem illam diviſionem, Capita XII. XIII. & XIV. Editionum noſtrarum, in unum compingebantur, ut videre eſt in Editione laudatâ. *J. B.*]

31 *Cohæſit*] Olim conjunctum & continuatum fuit.

32 *Exigitur*] Per magiſtratus quæque pars eſt illius hoſtimenti & viciſſitudinis quam minatur & ab ſeſe jubet exſpectari Deus.

33 *Explendi*] Quam privata libido ſumit, ægri & crudelis animi ſolatium.

p *Non*

Digitized by Google

14. Quintus quo nonnulli utuntur locus eſt 2 Cor. x, 3. *Quanquam in carne ambulantes, nequaquam carnis bella gerimus. Nam arma militiæ noſtra* p *non ſunt carnalia, ſed divinitus valida ad deſtructionem munitionum*; & quæ ſequuntur. Sed hic locus nihil ad rem facit. Oſtendunt enim tum præcedentia, tum quæ ſequuntur, carnis nomine à Paulo ibi intelligi imbecillam corporis conditionem, qualis in aſpectum veniebat, & cujus nomine contemnebatur. Huic opponit Paulus arma ſua, poteſtatem ſcilicet ſibi ut Apoſtolo datam ad coërcendos refractarios, quali uſus fuerat in Elyman, Corinthium inceſti reum, Hymenæum & Alexandrum. Hanc ergo poteſtatem negat eſſe carnalem, id eſt, infirmam, imo contra, validiſſimam eam eſſe aſſerit. Quid hoc ad jus capitalium ſuppliciorum, aut belli? Imo contra, quia Eccleſia eo tempore publicarum poteſtatum auxilio deſtituebatur, ideo ad ejus tutelam 34 prodigioſam illam poteſtatem Deus excitaverat, quæ deficere ferme cœpit, ex quo Imperatores Chriſtiani Eccleſiæ contigerunt, ſicut Manna defecit ubi in terras frugiferas populus Hebræorum pervenerat. V.

15. Qui ſexto affertur locus Eph. VI, 12. *Induite univerſam illam armaturam Dei, ut poſſitis ſtare adverſus artes diaboli; quia non eſt vobis lucta adverſus ſanguinem & carnem* (ſupple, *tantum*, more Hebræo) *ſed adverſus imperia*, & quæ ſequuntur: agit de pugna quæ Chriſtianorum eſt qua ſunt Chriſtiani, non quam communem habere cum aliis hominibus certis eventibus poſſunt. VI.

16. Jacobi locus, qui ſeptimo affertur, IV, 1. *Unde bella & pugnæ inter vos? nonne ex voluptatibus veſtris quæ militant in membris veſtris? Concupiſcitis & non habetis: invidetis & affectatis, nec poteſtis nanciſci: pugnatis & bella geritis, nec obtinetis, eo quod non petitis: Petitis & non accipitis, eo quod male petitis, ut in voluptates veſtras abſumatis:* nihil continet univerſale: tantum dicit bella & pugnas quibus tum Hebræi diſperſi inter ſe miſere collidebantur (cujus hiſtoriæ partem aliquam apud Joſephum videre eſt) ortum habuiſſe ex cauſis non probis: quod nunc etiam contingere ſcimus & dolemus. Senſum ab hoc Jacobi loco non alienum habet Tibulli illud: (I. Eleg. XI, 7. 8.) VII. *Antiq. lib. XVIII. cap. 12. & lib. ſeq.*

*Divitis hoc vitium eſt auri, nec bella fuere,*
35 *Faginus adſtabat cum ſcyphus ante dapes.*

Et

GROTII.

p *Non ſunt carnalia*] *Chryſoſtomus* hoc loco: ὅπλα σαρκικὰ intelligit πλοῦτον, δόξαν, δυναστείαν, εὐγλωττίαν, δεινότητα, περιδρομὰς, κολακείας, ὑποκρίσεις, *Opes, gloriam, potentatum, eloquentiam, ſolertiam, prenſationes, aſſentationes, fallacias.*

GRONOVII.

34 *Prodigioſam illam*] Qua vexandos Satanæ tradebant diſcipulos non audientes.

35 *Faginus adſtabat*] Quum ligneo poculo contenti eſſent. *Ovid.* Metam. 8, 670. *fabricataque fago Pocula, quæ cava ſunt flaventibus illita ceris.*

Et apud Strabonem non (qq) uno loco notatum videas, q innocentiſſime agere eas gentes quarum victus eſt ſimpliciſſimus. Non abeunt hinc iſta Lucani: (Phars. III. 373. & ſeqq.)

*O prodiga rerum*
*Luxuries, nunquam parvo contenta paratu,*
*Et quæſitorum terra pelagoque ciborum*
36 *Ambitioſa fames, & lauta gloria menſæ!*
*Diſcite quam parvo liceat producere vitam,*
*Et quantum natura petat. Non erigit agros*
*Nobilis ignoto* 37 *diffuſus Conſule Bacchus,*
*Non auro* 38 *myrrhaque bibunt; ſed gurgite puro*
*Vita redit. ſatis eſt populis fluviuſque Cereſque.*
*Heu miſeri, qui bella gerunt.*

Pag. 1049. D. Tom. II. *Ed. Wech.* Cui adjungi poteſt Plutarchi illud in Stoicorum 39 contradictionibus: οὐδεὶς γὰρ φύεται ἀνθρώποις πόλεμος ἄνευ κακίας. ἀλλὰ τὸν μὲν

GROTII.

q *Innocentiſſime agere eas gentes quarum victus eſt ſimpliciſſimus*] Dicit idem *Philo* de vita contemplatrice, (pag. 892. A. B.) citans *Homeri* illud: (Iliad. XIII. 6.)

Γλακτοφάγων ἀβίωντε δικαιοτάτων ἀνθρώπων.

*Lactemedorum inopumque hominum juſtiſſima quæ gens.*

*Juſtinus* de Scythis: (Lib. II. c. 2.) *Aurum & argentum non perinde ut reliqui mortales appetunt.* Mox: *Hæc continentia morum quoque illis juſtitiam indidit nihil alienum concupiſcentibus: quippe ibidem divitiarum cupido eſt, ubi & uſus.* Et de Scythis in eandem ſententiam locus lectu dignus apud *Gregoram* lib. II. Taxiles Alexandro: τί δεῖ πολέμων καὶ μάχης ἡμῖν, Ἀλέξανδρε, πρὸς ἀλλήλους, εἰ μήτε ὕδωρ ἀφαιρησόμενος ἡμῶν ἀφῖξαι, μήτε τροφὴν ἀναγκαίαν, ὑπὲρ ὧν μόνων ἀνάγκη διαμάχεσθαι τοῖς νοῦν ἔχουσιν ἀνθρώποις; [Apud *Plutarchum*, in Alex. p. 698. A. Tom. I.] *Quid inter nos, Alexander, bellis & prœliis opus, quando neque ut aquam, neque ut victum neceſſarium à nobis auferas huc veniſti, pro quibus ſolis pugnare eſt hominum ratione utentium? Diogenis* dictum huc pertinet: οὐ γὰρ ἐκ τῶν μαζοφάγων οἱ κλέπται καὶ οἱ πολέμιοι, *non enim ex his qui polentam edunt, aut fures exſiſtunt, aut bellorum auctores. Porphyrius* lib. II. de non edendis animalibus: τὸ εὐδάπανον καὶ εὔπορον πρὸς συνεχῆ εὐσέβειαν συντελεῖ καὶ τῶν ἁπάντων, *quicquid paratu facile eſt & levis ſumptus, ad pietatem perpetuam & quidem omnium confert.* [Locus extat pag. 144. *Ed. Lugd.* 1620. ubi in fine legitur, καὶ πρὸς τὴν ἁπάντων. Ex eodem autem Auctore petitum eſt dictum præcedens *Diogenis*, Lib. I. p. 94. idque eo lubentiùs obſervo, quòd locus ille, ut quidam alii, effugerit diligentiam, non tantum STANLEJI, in *Hiſt. Philoſophica* Anglicè editâ, ſed etiam Eruditiſſimi illius Interpretis Latini, GODEFRIDI OLEARII, cujus immaturus obitus haud exiguum damnum Reip. literariæ adtulit. In loco *Homeri*, (ut hoc etiam addam) τὸ Ἀβίων, nomen eſt Populi, è veteribus Scythis; quod prima obſervavit Eruditiſſima matrona, *Anna T. Fabri* filia, in Notis ad verſionem ſuam Gallicam. *J. B.*]

GRONOVII.

36 *Ambitioſa fames*] Oſtentatrix ſui.

37 *Diffuſus Bacchus*] *Saccatum vinum Martial.* 2, 40. 8, 54. ubi *Scriver.* *Saccos vinarios* appellat *Plinius* 24, 1. *Ignoto conſule, ante multos annos, ut, qui tum fuerint coſſ. ignoretur.*

38 *Myrrhaque*] Murrino vel murreo calice. *Sueton.* Octav. 71.

39 *Contradictionibus*] Ἐναντιώμασιν.

(qq) Exempli gratia, Lib. VII. *pag.* 300. *Ed. Paris. Caſaub.* Lib. XIV. *pag.* 656. Lib. XV. *pag.* 713. & alibi. *J. B.*

r *Aliud*

μὲν φιληδονία, τὸν δὲ πλεονεξία, τὸν δὲ φιλοδοξία τις ἢ φιλαρχία συῤῥήγνυσι. *Nullum inter homines bellum non ex vitio naſcitur.* [1] *aliud ex voluptatum cupiditate, aliud ex avaritia, aliud ex honorum aut imperii nimio ſtudio conflatur.* Juſtinus cum Scytharum inſtituta laudaſſet; *Lib. II. c. 2.* *Atque utinam reliquis mortalibus ſimilis moderatio, & abſtinentia alieni foret: profecto non tantum bellorum per omnia ſecula terris omnibus continuaretur, neque plus hominum ferrum & arma, quam naturalis fatorum conditio raperet.* Apud Ciceronem eſt de Finibus *Cap. 13.* primo: *Ex cupiditatibus odia, diſſidia, diſcordiæ, ſeditiones, bella naſcuntur.* Maximus Tyrius: νῦν μεστὰ πάντα πολέμων. αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι πλανῶνται πανταχοῦ, περὶ πᾶσαν γῆν τὰς πλεονεξίας ἐπεγείρουσαι. *Diſſ. XIII. pag. 142. Ed. Paris.* *Nunc omnia bellis plena: Ubique enim oberrant cupiditates, & per omnes terras excitant appetitum rerum alienarum.* Jamblichus: καὶ γὰρ πολέμους καὶ στάσεις καὶ μάχας οὐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τούτου ἐπιθυμίαι. διὰ γὰρ τὴν τῶν χρησίμων κτῆσιν οἱ πόλεμοι γίγνονται. *Bella, pugnas, ſeditiones corpus præbet & corporis cupiditates. Nam rerum utibilium cauſſa bella oriuntur.*

17. Quod

### GROTII.

[1] *Aliud ex voluptatum cupiditate, aliud ex avaritia, aliud ex honorum aut imperii nimio ſtudio conflatur*] Veriſſimam, ſed parum meditatam hominibus ſententiam, multis egregiis veterum expreſſam verbis, quid nocebit & aliorum dictis non minus efficacibus confirmare? *Athenæus* Philoſophus apud *Diogenem* Laërtium: (Lib. x. §. 12. *Edit. Amſt.*)

Ἄνθρωποι μοχθεῖτε τὰ χείρονα καὶ διὰ κέρδος
Ἄπληστον νεικέων ἄρχεσθε καὶ πολέμων·

*In mala ſudatis miſeri: ſine fine cupido*
*Vos agit in rixas belloque præcipites.*

*Fabianus Papirius* in controverſiis *Senecæ* patris: (*Lib. II. Contr. IX.*) *Ecce inſtructi exercitus, ſæpe civium cognatorumque conſerturi manus, conſtiterunt, & colles equis utrinque complentur, & ſubinde omnis regio trucidatorum corporibus conſternitur, illatorum multitudine cadaverum, vel ſpoliantium. Si quæſierit aliquis, quæ cauſa hominem adverſus hominem in facinus coëgit? nam neque feris inter ſe bella ſunt: nec, ſi forent, eadem hominem deceant, placidum proximumque divino genus. Quæ tanta vos fert ira, cum una ſtirps idemque ſanguis ſitis? vel quæ furia in mutuum ſanguinem egere? quod tantum malum humano generi vel forte vel fato invectum? an ut convivia poculis exſtruantur, & tecta auro fulgeant, parricidium tanti fuit? Magna enimvero & laudanda ſunt, propter quæ menſam & lacunaria ſua potius quam lucem innocentes intueri maluerint. An, ne quid ventri negetur libidinique, orbis ſervitium expetendum eſt? quid tandem ſic peſtifera iſta divitia expetuntur, ſi ne in hoc quidem ut liberis relinquantur?* *Philo* ad Decalogum: (*Pag. 765. Edit. Paris.*) χρημάτων ἔρως, ἢ γυναικὸς, ἢ δόξης, ἢ τινος ἄλλου τῶν ἡδονὴν ἀπεργαζομένων, ἆρά γε μικρῶν καὶ τῶν τυχόντων αἴτιος γίνεται κακῶν; οὐ διὰ τοῦτο συγγένειαι μὲν ἀλλοτριοῦνται, τὴν φυσικὴν εὔνοιαν μεθαρμοζόμεναι πρὸς ἀνήκεστον ἔχθραν. χῶραι δὲ μεγάλαι καὶ πολυάνθρωποι στάσεσιν ἐμφυλίοις ἐρημοῦνται. γῆ δὲ καὶ θάλαττα πληροῦνται τῶν κεκαινουργημένων ἀεὶ συμφορῶν, ναυμαχίαις καὶ πεζαῖς στρατιαῖς; οἱ γὰρ Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων πρός τε ἑαυτοὺς καὶ πρὸς ἀλλήλους τραγῳδηθέντες πόλεμοι πάντες ἀπὸ μιᾶς πηγῆς ἐῤῥύησαν, ἐπιθυμίας ἢ χρημάτων ἢ δόξης ἢ ἡδονῆς· *Pecuniarum amor, aut feminæ, aut gloriæ, aut alicujus demum rei quæ voluptatem pariat, an parvorum duntaxat & vulgarium malorum cauſſa eſt? Ob hoc alienantur à cognatis cognati naturali benevolentia in odium inſanabile mutata. regiones autem magnæ & fecundæ populorum civilibus vaſtantur diſſidiis. tum vero & terra, &*

mare

VIII. 17. Quod vero Petro dictum eſt, *Qui gladio ferit, gladio peribit*, cum non ad bellum communiter ſpectatum, ſed 40 ad bellum privatum proprie pertineat (nam & Chriſtus ipſe inhibitæ aut neglectæ defenſionis hanc reddit cauſam, quod regnum ſuum de hoc mundo non eſſet, Joan. XVIII, 36.) ſuo loco rectius pertractabitur.

IX. 1. Quoties 41 de ſcripti ſenſu quæritur, magnam vim habere ſolet tum uſus ſequens, tum prudentum auctoritas: quod etiam in divinis ſcriptis ſequendum eſt. Neque enim probabile eſt, Eccleſias quæ ab Apoſtolis conſtitutæ ſunt, aut ſubito, aut omnes defeciſſe ab iis quæ Apoſtoli breviter perſcripta ore liberalius explicaverant, aut etiam in uſum introduxerant. Solent autem ab iis qui bella impugnant adferri dicta quædam veterum Chriſtianorum: ad quæ tria dicenda habeo.

I. 2. Primum eſt, ex iis dictis nihil amplius colligi quam privatam quorundam ſententiam, non publicam Eccleſiarum: adde quod ferme quorum ea dicta ſunt, amant ab aliis ſeorſim ire & docere quiddam

*mare implentur calamitatibus nove ſemper repertis per pedeſtres navaleſque acies. Nam bella illa Græcorum Barbarorumque aut inter ſe, aut horum in illos, etiam tragœdiis decantata, ab uno fluxere fonte cupiditatis, ſive illa divitiarum, ſive gloriæ, ſive voluptatum fuit.* *Plinius* Hiſt. Nat. lib. II. cap. 63. *Placatiore tamen ea* (Terra) *ob hoc utimur, quod omnes hi opulentiæ exitus ad ſcelera, cædes & bella tendunt, quamque ſanguine noſtro irrigamus, inſepultis oſſibus tegimus.* *Hieronymus* adverſus *Jovinianum* II. Diogenes *tyrannos & ſubverſores urbium, bellaque vel hoſtilia vel civilia, non pro ſimplici victu olerum pomorumque, ſed pro carnium & epularum deliciis aſſerit excitari.* *Chryſoſtomus* I Cor. XIII, 3. εἰ γὰρ ἅπαντες ἠγάπων καὶ ἠγαπῶντο, οὐδὲν ἂν ἠδίκησεν οὐδείς, ἀλλὰ καὶ φόνοι καὶ μάχαι καὶ πόλεμοι καὶ στάσεις καὶ ἁρπαγαὶ καὶ πλεονεξίαι καὶ πάντα ἂν ἐκποδὼν ἐγεγόνει τὰ πονηρά· *Nam ſi mutuo ſe diligerent homines, nemo alterum afficeret injuria, procul eſſent cædes, & pugnæ, & bella, & ſeditiones, & rapinæ & defraudationes, & quicquid eſt malorum.* Idem *Orat.* ad patrem fidelem de opulentis loquens: οὐ δι᾽ ἐκείνους στάσεις καὶ πόλεμοι καὶ μάχαι καὶ πόλεων κατασκαφαὶ καὶ ἀνδραποδισμοὶ καὶ δουλεῖαι καὶ αἰχμαλωσίαι καὶ φόνοι καὶ τὰ μυρία ἐν τῷ βίῳ κακά; *Nonne per hos adveniunt ſeditiones, & bella, & pugnæ, & urbium excidia, & plagiæ, & ſervitutes, & captivitates, & cædes, & innumera vitæ mala?* Claudianus: [*In Rufin.* Lib. I. vers. 218. & *ſeqq.*]

*Hæc ſi nota forent, frueremur ſimplice cultu,*
*Claſſica non fremerent, non ſtridula fraxinus iret,*
*Non ventus quateret puppes, non machina muros.*

*Agathias* hiſtoriarum primo: ἐς δὲ πλεονεξίαν καὶ ἀδικίαν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ αὐθαίρετα κατολισθαίνουσαι, πολέμων καὶ ταραχῶν ἅπαντα ἐμφοροῦσιν· *Hominum animi ſponte ad nimias cupiditates injuſtitiamque delapſi, implent omnia bellis ac tumultibus.* Concludam multa bene dicta uno *Polybii*: αὐτάρκεια τοῦ βίου, φιλοσοφία αὐτοδίδακτος. *Animus neceſſariis contentus alio ad ſapiendum magiſtro non eget.* [Apud SUIDAM, in voce Αὐτάρκεια.]

GRONOVII.

40 *Ad bellum privatum*] Armatam defenſionem ſui.

41 *De ſcripti ſenſu*] In Statu juridiciali qualitatis ante judicium, qui dicitur Legalis vel legitimus, utrum Scripto præciſe adhæreri debeat, an ſententia & voluntas ſcriptoris ſpectanda ſit. ad *Herenn.* 2, 9. & 10.

[*Bonum*

quiddam 42 magnificentius; quales ſunt * Origenes & † Tertullianus, qui nec ſibi ſatis conſtant. Nam idem Origenes apes ait à Deo documentum datas πρὸς τὸ δικαίως καὶ τεταγμένως πολέμους, εἴποτε δέοι, γίγνεσθαι ἐν ἀνθρώποις: *Ut bella juſta atque ordinata inter homines gerantur, ſi quando id jubeat neceſſitas.* & idem ille Tertullianus, qui alibi ſupplicia capitalia minus probare videtur, dixit, ſ *Bonum* (rr) *eſſe cum puniuntur nocentes nemo negat:* Et de militia hæſitat. nam libro de * Idololatria, *Quæritur*, inquit, *an fideles ad militiam converti poſſint, & an militia ad fidem admitti:* Et videtur eo loco propendere in eam ſententiam, quæ militiæ adverſatur. At libro de Corona Militis, cum quædam adverſus militiam diſputaſſet, mox diſtinguit, qui ante baptiſmum militabant, ab iis, qui poſt baptiſmum nomen dant militiæ. † *Plane*, inquit, 43 *ſi quos militia præventos fides poſterior invenit, alia conditio eſt, ut illorum quos Joannes admittebat ad lavacrum; ut centurionum fideliſſimorum*, 44 *quem Chriſtus probat*, & 45 *quem Petrus catechizat:* t *dum tamen ſuſcepta fide atque* 46 *ſignata, aut deſerendum ſtatim ſit, ut multis actum, aut omnibus modis* 47 *cavillandum*, (id eſt cavendum) *ne quid adverſus Deum committatur.* Senſit ergo illos poſt baptiſmum in militia permanſiſſe; quod ſane minime facturi fuerant, ſi intellexiſſent militiam à Chriſto interdictam; non magis quam aruſpices, magi, u & alii vetitarum artium profeſſores in

* *Contra Celſ.* Lib. III. pag. 115. & Lib. VII. p. 349. Lib. 8. p. 427. Ed. Cantabrig.
† *De Coron. Mil.* c. 11. & 12. *De Idololatr.* c. 19.
* *Cap.* 19.
† *Cap.* 11.

GROTII.

ſ *Bonum eſſe cum puniuntur nocentes nemo negat*] Idem *Tertullianus* de anima: *Quis non præferat ſeculi juſtitiam, quam & Apoſtolus non fruſtra gladio accinctam conteſtatur, quæ pro homine ſæviendo religioſa eſt?* (Cap. 33.) Et ad Proconſulem Scapulam: *Non te terremus, qui nec timemus. Sed velim, ut omnes ſalvos facere poſſimus, monendo μὴ θεομαχεῖν. Potes & officio juriſdictionis tuæ fungi, & humanitatis meminiſſe, vel quia & vos ſub gladio eſtis.* (Cap. 4.)

t *Dum tamen ſuſcepta fide atque ſignata*] Diſtinctionem quam hic de militia affert, alibi ad nuptias applicat, tum libro de *Monogamia*, tum exhortatione caſtitatis.

GRONOVII.

42 *Magnificentius*] Propoſitum vitæ ſublimioris, quæ non poteſt ab omnibus exigi.

43 *Si quos militiâ præventos*] Si qui ſacramento jam tenebantur & militabant, antequam fierent Chriſtiani.

44 *Quem Chriſtus*] Matth. 8, 10. [In verb. præced. legendum, *Centurionum fideliſſimum*, non *fideliſſimorum*, obſervavit V. Cl. *Joannes Clericus*, Hiſt. Eccleſ. pag. 751. *J. B.*]

45 *Quem Petrus*] Act. 10.

46 *Signata*] Per baptiſmi ſignaculum. *Tertull.* de ſpectac. 24.

47 *Cavillandum*] Videtur legi oportere, *cavitandum*: nam *Cavillari* eſt quidem frequens *Tertulliano*, ſed pro *decipere, fallere, fruſtrari.*

(rr) Locus eſt in Lib. *De Spectaculis*, Cap. XIX. & ita legitur (nam Auctor ex memoriâ illum adferebat:) *Bonum eſt, quum puniuntur nocentes. Quis hoc, niſi nocens negabit?* Sic ſententia ἐνέργειαν majorem habet. *J. B.*

GROTII.

u *Et alii vetitarum artium profeſſores*] *Tertullianus* de idololatria: (Cap. 5.) *ad Eccleſiam non admittuntur qui artes exercent, quas Dei diſciplina non recipit.* *Auguſtinus* de fide & operibus: *Meretrices & hiſtriones, & quilibet alii publicæ turpitudinis profeſſores, niſi ſolutis aut diruptis talibus vinculis, ad Chriſti ſacramenta non permittuntur accedere.* de hiſtrione exemplum vide apud *Cyprianum*

Digitized by Google

Cap. 1. in ſua arte poſt baptiſmum manere permiſſi ſunt. Eodem libro militem quendam & quidem Chriſtianum laudans, *O militem*, inquit, *in Deo glorioſum*.

II. 3. Secunda obſervatio eſt, quod militiam Chriſtiani ſæpe aut improbarunt, aut evitarunt ob temporum circumſtantias, quæ vix ferebant militiam exerceri ſine actibus quibuſdam cum Chriſtiana lege pugnantibus. In literis Dolabellæ ad Epheſios, quæ apud Joſephum exſtant, videmus Judæos ab expeditionibus militaribus immunitatem poſtulaſſe, quod externis permixti non ſatis ritus legis ſuæ obſervare poſſent, & quia ſabbatis ferre arma & magna itinera facere cogerentur. (Antiq. Jud. Lib. XIV. cap. 17.) Atque eaſdem ob cauſas à L. Lentulo miſſionem Judæos impetraſſe docet idem * Joſephus: alibique narrat, † 48 cum Judæi Roma urbe juſſi eſſent excedere, quoſdam militiæ adſcriptos, alios punitos quod militare nollent patriarum legum reverentia; ob eas ſcilicet quas diximus cauſas: quibus accedebat interdum tertia, quod adverſus populares ſuos pugnandum haberent: at κατὰ τῶν ὁμοφύλων ὅπλα λαβεῖν ἀθέμιτον, *nefas in populares ſuos arma ſumere*; tunc ſcilicet cum populares ob patriæ legis obſervationem periclitabantur. Quoties vero hæc incommoda cavere poterant Judæi, militabant etiam ſub externis regibus, ſed ἐμμένοντες τοῖς πατρίοις ἔθεσι καὶ κατὰ ταῦτα ζῶντες, x *perſtantes in patriis inſtitutis & ex eorum præſcripto viventes:* quod paciſci prius ſolebant, eodem Joſepho auctore. His periculis ſimillima ſunt quæ Tertullianus militiæ ſuorum temporum objicit, ut libro de Idololatria: (Cap. 19.) *Non convenit* 49 *ſacramento divino & humano, ſigno Chriſti & ſigno diaboli:* quia ſcilicet per Deos Gentium, Jovem, Martem, atque alios, jurare milites jubebantur. Libro autem de Corona Militis: (Cap. 12.) *Excubabit pro templis quibus renuntiavit, & cœnabit illic ubi Apoſtolo non placet: & quos interdiu exorciſmis fugavit, noctibus defenſabit?* mox: *Quanta alia* 50 *in delictis circumſpici poſſunt caſtrenſium munium, tranſgreſſioni interpretanda?*

* Ibid.

† Lib. XVIII. Cap. 5.

4. Tertium

*num* epiſtola LXV. de laniſtis, lenonibus, victimarum redemtoribus, apud *Tertullianum:* de auriga Circenſi, apud *Auguſtinum*.

x *Perſtantes in patriis inſtitutis*] Verba *Joſephi* XI. hiſtoriæ antiquæ. (*Cap. ult.* pag. 386. B.)

GRONOVII.

48 *Cum Judæi Roma urbe*] *Tacit.* 2, annal. 85. *Suetonius Tiber.* 36.

49 *Sacramento divino & humano*] Quod promittitur Deo in veræ religionis profeſſione, & quod juratur imperatori gentili in militia ſuſcipienda. De corona II. *Credimuſne humanum ſacramentum divino ſuperduci licere?*

50 *In delictis*] Scribendum cenſeo, *in debitis*. Caſtrenſium munium debita ſunt, quæ *Livius* vocat *militaria juſta* lib. 24, 48. Sic *Seneca*, quæ in Med. v. 997. vocavit *juſta functis*, Troad. 602. *debita exanimis* appellat. Quot vel quam multa alia ſunt ex officiis & operibus militiæ legitimis, quæ Chriſtianus debet tranſgreſſiones vel peccata interpretari?

y Id

4. Tertium quod notamus hoc eſt, Chriſtianos primorum temporum tanto ardore ſuccenſos fuiſſe 51 ad præclariſſima quæque capeſſenda, ut ſæpe 52 conſilia divina pro præceptis amplecterentur. (ſſ) Chriſtiani, inquit Athenagoras, *οὐ δικάζονται τοῖς ἁρπάζουσι, adverſus ſua rapientes judicio non contendunt.* Salvianus juſtum à Chriſto ait, ut ea ipſa de quibus lis eſt relinquamus, dummodo litibus exuamur. Atqui y id ita generaliter ſumtum conſilii forte eſt & vitæ ſublimioris, at non in præcepto poſitum. Simile eſt quod plurimi veterum omne juramentum improbant, nulla exceptione addita, cum tamen Paulus in re gravi juraverit. Chriſtianus apud Tatianum, *στρατηγίαν παρῄτημαι, præturam recuſo:* apud Tertullianum, * *Chriſtianus* 53 *nec ædilitatem affectat.* Sic † Lactantius juſtum (qualem vult eſſe Chriſtianum) negat belligeraturum; ſed ita ut ſimul 54 navigaturum neget. A ſecundis nuptiis quam multi veterum Chriſtianos dehortantur? Quæ omnia ſicut laudabilia, eximia, Deo apprime grata ſunt, ita nullius legis neceſſitate à nobis exiguntur. Atque hæc ſolvendis quæ objiciuntur ſufficient. III.

*De Gubernat. Dei, Lib. III. pag. 73. Ed. Paris. 1645.*

* *Apologet. c. 46.*

† *Inſt. Div. Lib. V. c. 17. num. 12.*

X. 1. Nunc ut noſtra firmemus, primum non deſunt nobis ſcriptores & quidem antiquiores, qui & capitalia ſupplicia, & quæ inde pendent bella, ſentiant à Chriſtianis licite poſſe uſurpari.

GROTII.

y *Id ita generaliter ſumtum conſilii forte eſt & vitæ ſublimioris*] Concilium Carthaginenſe IV: *Epiſcopus nec provocatus de rebus tranſitoriis litiget.* Adde *Ambroſium* lib. II. Offic. cap. XXI. & *Gregorium Magnum* libro II. Ind. XI. Epiſt. LVIII.

GRONOVII.

51 *Ad præclariſſima*] Ad ſeparandos ſe à vulgo & à turbis ſecularibus, & ad ſummum gradum vitæ innocentis atque à rebus remotæ conſequendum, inſtar Henochi, Eliæ, Johannis Baptiſtæ.

52 *Conſilia divina*] Ea quæ erant propoſita pro eximiis & ſingularibus, nec niſi illis qui extraordinariis dotibus & donis divinæ indulgentiæ inſtructi eſſent, aggredienda acciperent quaſi communia & neceſſaria, & nemini non affectanda. *Gregor. Nazianz.* 3. in *Julian.* cap. 94. Ἔπειτα πῶς ἐκεῖν' οὐ λογίζῃ, ὦ σοφώτατε πάντων καὶ συνετώτατε, ὁ πρὸς τὸ τῆς ἀρετῆς ἄκρον συγκλείων χριστιανοὺς, ὅτι τῆς ἡμετέρας νομοθεσίας τὰ μὲν ἀνάγκην ἔχει τοῖς ἐπιταττομένοις, ἃ καὶ μὴ φυλάττουσι κίνδυνος· τὰ δὲ οὐκ ἀνάγκην, αἵρεσιν δὲ, ἃ φυλάττουσι μὲν τιμὴν καὶ ἀντίδοσιν, μὴ φυλάττουσι δὲ οὐδ' ὁντινοῦν κίνδυνον; &c. (Pag. 95. D. *Ed. Colon.* 1690.)

53 *Nec ædilitatem*] Opinor quia ædilium erat dare ludos. *Cicero* 1. Verrin. 54. *Sueton.* Jul. 10. Ludi autem erant honos Deorum, quos deſpuebant Chriſtiani. Sed & prætorum. *Tac.*

54 *Navigaturum*] Quia aut lucri fere, aut voluptatis, aut bellandi cauſa navigatur, quorum omnium ergo nihil ſuſcipiebat primævus ille rigor.

(ſſ) Quæ ad *Conſilia Evangelica* ab Auctore noſtro, aut aliis referuntur, vel per ſe nec bona ſunt, nec mala, vel habent neceſſitatem quamdam *præcepti*, reſpectu hujus vel illius hominis, in certis caſibus & circumſtantiis. Quâ de re fusè, Deo dante, agemus in noſtris ad hunc locum Gallicis Notis: ubi ſimul, unde ortus ſit error eorum, qui hanc diſtinctionem inter *Præcepta* & *Conſilia Evangelica* excogitarunt, oſtendemus; ſtudiumque ejuſmodi *Conſiliis* utendi, facile homines à vera Virtutis via avertere, tantum abeſt ut ad illam ſit incitamentum. *J. B.*

z In

Digitized by Google

ti. Nam Clemens Alexandrinus Chriſtianum ait, ſi ad imperium vocetur, ut Moſes, futurum vivam ſubditis legem, & præmio affecturum bonos, pœnis malos. Et alibi habitum Chriſtiani deſcribens, decere eum ait intectis eſſe pedibus, [55] niſi forte militet. [z] In conſtitutionibus quæ Clementis Romani nomen præferunt, libro VII, c. III. legimus: οὐχ ὡς παντὸς φόνου φαύλου τυγχάνοντος, ἀλλὰ μόνου τοῦ ἀθώου, τοῦ δ' ἐνδίκου ἄρχουσι μόνοις ἀφωρισμένου· *non quaſi omnis cædes illicita ſit, ſed ea quæ eſt innocentis: ita tamen, ut quæ juſta eſt, magiſtratibus ſolis ſit reſervata.*

2. Sed, autoritatibus privatis ſepoſitis, ad publicam Eccleſiæ veniamus, quæ maximi debet eſſe ponderis. Dico igitur, nunquam à baptiſmo rejectos aut ab Eccleſia excommunicatos eos qui militabant; quod tamen & factum oportuit, & factum fuiſſet, ſi militia cum novi fœderis conditionibus pugnaſſet. In dictis modo conſtitutionibus, lib. VIII, c. XXXII. agit ſcriptor ille de iis qui antiquitus ad baptiſmum admitti, aut ab eo rejici ſolerent. στρατιώτης προσιὼν διδασκέσθω μὴ ἀδικεῖν, μὴ συκοφαντεῖν. ἀρκεῖσθαι δὲ τοῖς διδομένοις ὀψωνίοις. πειθόμενος προσδεχέσθω. *Miles baptiſmum poſtulans doceatur ab injuriis & vexationibus abſtinere: contentus*
Cap. XLII. *eſſe ſuis ſtipendiis. Si his pareat, admittitor.* Tertullianus in Apologetico ex perſona loquens Chriſtianorum; *Navigamus*, inquit,
c. XXXVII. *& nos vobiſcum, & militamus.* Paulo ante dixerat: *Externi ſumus & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia,*
Cap. V. [56] *conciliabula, caſtra ipſa.* Eodem libro narraverat [a] M. Aurelio Imperatori Chriſtianorum [57] militum precationibus imbrem im-
Cap. I. petratum. [58] In Corona, militem illum qui coronam abjecerat, conſtantiorem ait fuiſſe cæteris fratribus, & multos ei oſtendit fuiſſe Chriſtianos commilitones.

3. Accedat, quod & milites nonnulli, pro Chriſto tormenta mortemque perpeſſi, eundem cum cæteris martyribus honorem ab Eccleſia acceperunt, quos inter memorantur [b] tres Pauli comites; ſub Decio Cerialis, ſub Valeriano Marinus, quinquaginta ſub Aureliano, Victor, Maurus, & Valentinus magiſter militum ſub Maximiano, circa idem tempus Marcellus Centurio, Severianus ſub Licinio. Cyprianus de Laurentino & Ignatio Afris: *In caſtris & ipſi quondam ſæcularibus militantes, ſed veri & ſpirituales*

GROTII.

[z] *In conſtitutionibus*] Videtur ſcriptus is liber finiente ſæculo ſecundo.

[a] *M. Aurelio Imperatori*] Vide & *Xiphilinum* de hac hiſtoria.

[b] *Tres Pauli comites*] Adde militem quendam à *Cornelio* baptizatum, cujus apud *Adonem* mentio.

GRONOVII.

[55] *Niſi forte militet*] Nam militantes caligati.

[56] *Conciliabula*] Conciliabulum, vicus vel pagus qui haberet jus nundinarum. *Sigon.* de jure Italiæ 2, 15. *Liv.* 24, 56.

[57] *Militum precationibus*] *Claudianus* 6. Conſ. Honorii 340.

[58] *In corona*] In libro *de Corona*.

c *Silamani*

*rituales Dei milites, dum diabolum Chriſti confeſſione proſternunt, palmas Domini & coronas illuſtres paſſione meruerunt.* Et hinc apparet quid de militia ſenſerit communitas Chriſtianorum, etiam priuſquam Imperatores Chriſtiani eſſent.

4. Capitalibus judiciis (tt) ſi non libenter interfuerunt Chriſtiani illis temporibus, haud mirum videri id debet, cum plerumque de Chriſtianis ipſis eſſet judicandum: adde quod & in cæteris rebus leges Romanæ duriores erant, quàm lenitas Chriſtiana patiatur: quod vel ſolo c 59 Silaniani Senatuſconſulti exemplo ſatis patet. Poſtquam vero Conſtantinus Chriſtianam religionem & probare, & promovere cœpit, non ideo deſierunt capitalia ſupplicia. Imo ipſe Conſtantinus inter alias leges de parricidis 60 culeo inſuendis legem tulit, quæ exſtat Codice, Titulo de iis qui parentes vel liberos occiderunt. *Leg. unic.* quanquam alioqui in ſuppliciis exigendis mitiſſimus fuerit, ita ut ab hiſtoricis non paucis reprehendatur d nimiæ lenitatis nomine. Tum vero in exercitu ſuo plurimos habuit Chriſtianos, ut nos hiſtoriæ docent, & 61 labaro Chriſti nomen inſcripſit. Ex eo etiam mutatum eſt ſacramentum militare in eam formam, quæ exſtat apud Vegetium: *Per Deum & Chriſtum, & Spiritum ſanctum, & per majeſtatem Imperatoris quæ ſecundum Deum generi humano diligenda eſt & colenda.* *De Re Milit. Lib. II. C. 5.*

5. Neque eo tempore ex tot Epiſcopis, inter quos multi erant duriſſima

GROTII.

c *Silaniani Senatuſconſulti*] Cujus aſperitatem mitigavit *Adrianus* Imperator, ut apud *Spartianum* eſt. Aſperis Romanorum legibus addi poſſunt, quæ ſervum niſi tortum teſtimonium dicere vetant. [Vid. COD. *De Serv. fugitivis* &c. L. 4. & Clar. NOODTII *Prob. Juris*, Lib. I. Cap. ult. in fine. *J. B.*]

d *Nimiæ lenitatis nomine*] *Zonaras:* τοῖς μεταβαλλομένοις ἐκ πονηρίας φιλανθρώπως διατιθέμενος, ἔλεγεν ὅτι τὸ νοσοῦν μέλος ἀποκοπτέον καὶ σηπτὸς, ἵνα μὴ καὶ τοῖς ὑγιαίνουσι λυμαίνηται, οὐ μέντοι τὸ ὑγιείας ἤδη τυχὸν ἢ καὶ ὑγιαζόμενον. *Clementem ſe oſtendebat iis qui pravam vitam deſeruerant, quod diceret abſcindendum membrum ægrotans ac putridum, ne ſana contagio corrumpat, non id quod aut ſanatum jam ſit aut ſaneſcat.* vide & *Euſebium.* ſicut de nimia *Conſtantini* lenitate Chriſtianos, ita de *Haraldi* Regis queſtos Danos apud Saxonem hiſtoricum invenias.

GRONOVII.

59 *Silaniani*] Ut ſi quis domui ſuæ occiſus eſſet, de ſervis, quotquot ſub eodem tecto fuiſſent, quæſtio haberetur, omneſque ſupplicio afficerentur. factum autem illud Scruma A. V. C. 762. P. Cornelio Dolabella, C. Junio Silano Coſſ. Auguſto imperante Exemplum apud *Tacitum* 14, annal. 42.

60 *Culeo*] Sacco coriaceo cum cane, gallo gallinaceo, vipera & ſimia, inque mare abjiciendis. §. 6. *Inſtit.* de publ. jud. *Cic.* pro Sex. Roſcio cap. 25. & 26. *Juvenal.* 8, 214. & 13, 155.

61 *Labaro*] Vexillo. *Prudent.* 1. adverſus Symm. 488. *Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro Signabat labarum.* *Euſeb.* de vita Conſtant. 1, 31.

(tt) In omnibus Editionibus heic erat *ſuppliciis:* ſed vel Auctorem, vel Typographos, vocem illam ex incogitantiâ poſuiſſe. pro *judiciis*, ex ſequentibus manifeſtiſſimum eſt; quum heic non agatur de ſpectando ſupplicio reorum, ſed de *judicando* in cauſſâ capitis. Verbum non amplius addam. *J. B.*



Digitized by Google

duriſſima quæque paſſi pro religione, vel unus fuiſſe legitur, qui aut Conſtantinum ab omnibus omnino capitalibus ſuppliciis & bello, aut Chriſtianos à militia injecto divinæ iræ metu abſterruerit, cum tamen plurimi eſſent acerrimi cuſtodes diſciplinæ, & minime diſſimulantes eorum quæ ad officium tum Imperatorum, tum aliorum pertinerent: qualis & Theodoſii tempore fuit Ambroſius, qui ſermone VII. ita ait, *Non militare delictum eſt, ſed*
L. 1. c. 27. *propter prædam militare peccatum eſt.* & de Officiis. *Fortitudo quæ vel bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus ſocios, plena juſtitia eſt.* Hoc argumentum tanti mihi videtur, ut nihil ultra requiram.

6. Neque tamen ignoro, e ſæpe Epiſcopos, & plebem Chriſtianam, interpoſitis precibus ſuis avertiſſe pœnas, præſertim capitales: morem quoque introductum, f ut qui ad Eccleſiam confugiſſent, non niſi vitæ ſervandæ fide data redderentur; & g ut circa Paſcha carcere emitterentur, quos ſua crimina attinebant: ſed, qui cum cura hæc omnia, & ſi qua his ſunt ſimilia, expendet, inveniet, ſigna hæc eſſe Chriſtianæ bonitatis omnem rapientis clementiæ occaſionem, non omnia judicia capitalia damnantis animi: unde & locorum, & temporum illa beneficia, & preces ipſæ h exceptionibus quibuſdam temperabantur.

7 Objiciunt hic nobis nonnulli XII. 62 canonem Synodi Nicænſis, qui Latine ſic habet: i *Quicunque vocati per gratiam, primum*

GROTII.

e *Sæpe Epiſcopos*] *Auguſtinus: Officium Sacerdotis eſt intervenire pro reis.* In ejus epiſtolis multa ſunt hujus bonitatis ſpecimina.

f *Ut qui ad Eccleſiam confugiſſent*] Vide *Chryſoſtomum* XVI. de Statuis. Concilium Aurelianenſe cap. 3. legem *Wiſigothorum* libro VI. tit. V, 16. IX. tit. II. c. 3.

g *Ut circa Paſcha*] L. Nemo. 3. C. de Epiſc. audientia.

h *Exceptionibus quibuſdam*] Quas vide apud *Caſſiodorum* XI, 40. & Cap. inter alia, 6. de immunitate eccleſiaſtica, in Decretalibus.

i *Quicunque vocati*] *Simeon Magiſter* in ejus canonis epitome: *οἱ βιαζόμενοι καὶ δόξαντες ἀντιστῆναι, εἶτα καταθέμενοι τῆς ἀσεβείας καὶ ἀναστρατευσάμενοι, δεκαετίαν ἀφοριζέσθωσαν. Qui vi adhibita viſi ſunt reſtitiſſe, ſed ab impietate victi ſunt & militiam reſumſere, decem per annos abſtineantur.* Eundem hujus canonis ſenſum exprimunt *Balſamo* & *Zonaras*, & *Ruffinus* libro X, cap. VI.

GRONOVII.

62 *Canonem Synodi Nicænſis*] Quatuor gradus erant pœnitentiæ in veteri Eccleſia. I. *πρόσκλαυσις deploratio*, illorum qui admiſſo peccato extra Eccleſiam ſtantes cum luctu & lacrimis ingredientes orabant, ut pro ſe Dei miſericordiam elicerent: & hi dicebantur *προσκλαίοντες*, quaſi *adflentes*. II. Ἀκρόασις, eorum qui in prodromo vel porticu aut veſtibulo Eccleſiæ ſtantes divinas ſcripturas audiebant uſque ad lectionem Evangelii, & dicebantur Ἀκροώμενοι, *Audientes*. III. Ὑπόπτωσις, *Submiſſio*, eorum qui jam intra Eccleſiæ ſepta, poſt ſuggeſtum tamen, ut videtur, inclinati & genu ſubmittentes ſtabant, & cum catechumenis egrediebantur, & vocabantur Ὑποπίπτοντες, *Succidentes vel Succumbentes*. IV. Σύστασις, *Conſtitutio*, eorum qui jam cum fidelibus conſiſtebant orantes, nondum tamen ad ſacramenta admittebantur, his nomen Συνεστῶτες, *Conſiſtentes*. Videndus *Chriſtoph. Juſtellus* ad Codicem Canonum Eccleſiæ univerſæ.

k De

*primum quidem ardorem fidemve ſuam oſtenderunt, & 63 cingulum militiæ depoſuerunt, poſtea vero ut canes ad ſuum vomitum reverſi ſunt; ita ut aliqui & 64 pecuniam darent, & beneficiis militiam repeterent, hi decem annis 65 jaceant, poſt triennii auditionis tempus. In his autem omnibus obſervari oportet propoſitum & modum pœnitentiæ. Quicunque enim, & timore, & lacrymis, & patientia, & bonis operibus converſionem abſque ſimulatione demonſtrant, hi definitum tempus auditionis implentes, tum demum 66 orationibus communicabunt, & poſtea licebit Epiſcopo de his aliquid 67 humanius cogitare. Quicunque vero 68 indifferenter tulerunt, & 69 habitum Eccleſiam introeundi ſibi arbitrati ſunt ad converſionem ſufficere, hi definitum tempus omnino impleant.* Vel ipſum tredecim annorum tempus ſatis indicat, non de levi aut ambiguo, ſed gravi aliquo atque indubitato crimine hic agi.

8. Agitur autem haud dubie k de idololatria. nam quæ canone XI. præceſſerat mentio temporum 70 Licinii, in hoc canone repetita tacite haberi debet. ut ſæpe Canonum ſequentium ſenſus à prioribus pendet. Vide in exemplum Canonem XI. Concilii Eliberini. Licinius autem, verba ſunt Euſebii, **στρατιώτας ἐκέλευεν ἀποβάλλεσθαι**

GROTII.

k *De idololatria*] Quod principale crimen, *ſummus ſæculi reatus* dicitur *Tertulliano* de Idololatria: (*Cap.* I.) *graviſſimum & extremum delictum Cypriano* epiſt. XII.

GRONOVII.

63 *Cingulum*] Ἀποθέμενοι τὰς ζώνας. Milites altius cincti & procincti, quo expeditiores forent. Et militum balthea zonæque. *Tacit.* 2. hiſtor. 88. *Horat.* 2. epiſt. 2, 40. *Cinctus*, qui militat, præſertim honorata militia. l. 25. & l. 38. §. 1. D. de Teſtam. mil. *Ammianus* l. 22. p. . . . Et *cingulum* nunc pro militia, nunc pro duratu aliquo & gradu altiore vel honore militiæ. l. 5. Cod. Qui mil. poſſ. *binis merere cingulis*. l. 9. C. de metatis: *illuſtris dignitas vel ſub cingulo vel citra cingulum.* l. 2. C. ut dignitatum ordo ſerv. l. 5. C. de apparit. mag. mil.

64 *Pecuniam darent & beneficiis*] Ὡς τινὰς καὶ ἀργύρια προέσθαι καὶ βενεφικίοις κατορθῶσαι τὸ ἀναστρατεύσασθαι. Militiæ enim vendi poterant & obligari. *Novell.* 53. cap. 5. l. 22. *Dig.* de leg. 2. & teſtamento relinqui. l. 11. §. 16. D. de leg. 3. Beneficiis autem recepiſſe militiam dicuntur, quibus ea contigit gratia, ſuffragatione, commendatione alicujus. *Suet.* Jul. 75. *Quibus ex commendatione Pompeji ordines dederat.* Tib. 12. *Venit etiam in ſuſpicionem per quoſdam beneficii ſui centuriones.*

65 *Jaceant*] Ὑποπιπτέτωσαν μετὰ τὸν τῆς τριετοῦς ἀκροάσεως χρόνον. Reſpiciunt hæc verba duos ex quatuor gradibus pœnitentiæ in veteri Eccleſia, qui erant Πρόσκλαυσις, Ἀκρόασις, Ὑπόπτωσις, Σύστασις. *Caſaub.* Exercit. in bar. 16. num. 43. p. 552. *Salmaſ.* in Epiſt. Simplicii Verini nomine p. 113.

66 *Orationibus communicabunt*] precibus publicis intereſſe poterunt.

67 *Humanius cogitare*] de admittendis illis ad κοινωνίαν ἢ σύναξιν, ad participandam Euchariſtiam.

68 *Indifferenter tulerunt*] Ἀδιαφόρως ἤνεγκαν. *Sueton.* Domit. 23. *Occiſum eum populus indifferenter, miles graviſſime tulit.*

69 *Habitum*] σχῆμα τοῦ εἰσιέναι εἰς τὴν ἐκκλησίαν. Speciem, mimum, imaginem.

70 *Licinii*] Qui Conſtantini M. affinis fuit & cum eo aliquamdiu imperavit, acerrimus Chriſtianorum perſecutor, donec ex hac ipſa cauſa bello inter eos orto victus & occiſus eſt.



Digitized by Google

λεσθαι τῦ ἀξιώματος, εἰ μὴ τοῖς δαίμοσι θύειν αἱροῖντο, *milites militia exuebat*, [l] *niſi Diis ſacrificare vellent.* quod & Julianus poſtea imitatus eſt, quam ob cauſam Victricius atque alii 71 cingulum pro Chriſto abjeciſſe leguntur. Idem olim ſub Diocletiano fecerant in Armenia mille centum quatuor, quorum in martyrologiis mentio: & in Ægypto Menna, & Heſychius. Sic ergo & Licinii temporibus multi abjecere cingulum, quorum fuit Arſacius inter 72 Confeſſores nominatus, & Auxentius factus poſtea Mopſueſtiæ Epiſcopus. Quare his qui ſemel conſcientia puncti 73 cingulum abjecerant, reditus ad militiam ſub Licinio non patebat niſi per fidei Chriſtianæ abnegationem: quæ quia eo erat gravior, quo prior ille actus majorem in illis legis divinæ cognitionem teſtabatur, ideo hi defectores gravius etiam puniuntur quam illi, de quibus egerat præcedens canon, qui ſine periculo vitæ aut facultatum amittendarum Chriſtianiſmum abjecerant. Generaliter autem de omni militia interpretari canonem quem produximus, ab omni ratione alienum eſt. Aperte enim teſtatur hiſtoria, his qui ſub Licinio militiam abjecerant, neque Licinio imperante ad eam redierant, ne fidem Chriſtianam violarent, à Conſtantino datam optionem, immuneſne eſſe à militia vellent, an ad militiam redire: quod haud dubie multi fecerunt.

II. 9. Sunt & qui Leonis * epiſtolam objiciant, quæ dicit, *Contrarium eſſe Eccleſiaſticis regulis poſt pœnitentiæ actionem redire ad militiam ſæcularem.* Sed ſciendum, in pœnitentibus non minus quam in clericis 74 & aſcetis exactam fuiſſe vitam non quovis modo Chriſtianam, ſed eximiæ cujuſdam puritatis, [m] ut tanto exemplo

* *Epiſt.* XC. *Ad Ruſtic. Epiſcop.*

GROTII.

l *Niſi Diis ſarcificare vellent*] *Sulpitius Severus:* (Hiſt. Sacr. Lib. II. cap. 33.) *Sane tum Licinius, quia adverſum Conſtantinum de imperio certavit, milites ſuos litare præceperat: abnuentes militia rejiciebat.* Ob hanc cauſam Valentinianus, qui imperator poſtea factus eſt, ſub Juliano abjecit cingulum. Non diſſimile eſt quod *Victor Uticenſis* narrat, multo ſub Hunericho Rege militiam temporalem abjeciſſe, quia cum Arianiſmo erat connexa.

m *Ut tanto exemplo eſſent ad correctionem, quanto ad peccandum fuerant*] *Leo* epiſtola XC. ad *Ruſticum: illicitorum veniam poſtulantem oportet etiam multis licitis abſtinere.* In epiſtola Epiſcoporum ad Ludovicum Regem legimus: *Quilibet tanto à ſe licita debet abſcindere, quanto ſe meminit & illicita perpetraſſe.* In Capitulis *Calvi*: *Tanto quiſque majora quærat bonorum operum lucra, quanto graviora ſibi intulit damna per culpam.*

GRONOVII.

71 *Abjeciſſe cingulum*] Renuntiaviſſe militiæ.

72 *Confeſſores*] Qui in periculum adducti & tormentis ſubjecti fidem ſervaverant, non etiam occiſi erant ut Martyres.

73 *Cingulum abjecerant*] Qui quod Chriſtianam religionem ſuſcepiſſent militantes, & viderent, ſe ſalva conſcientia manere in militia non poſſe, per quam idolis ſervire cogebantur, miſſionem impetraverant.

74 *Et aſcetis*] Aſcetæ, qui ſtudio precum & meditationum ſacrarum omiſſis rebus excedebant ſæculo & corpus domabant & exercebant: ut Monachi, Stylitæ, incluſi, Heſychaſtæ. Vide *Gretſeri* Variar. I, 3.




Digitized by Google

plo eſſent ad correctionem, quanto ad peccandum fuerant. Similiter in conſuetudinibus antiquiſſimis Eccleſiæ, quæ, quo auguſtiori nomine commendabiliores eſſent, Canones Apoſtolici vulgo appellabantur: Canone LXXXII. edicitur: *Ne quis Epiſcopus, presbyter aut diaconus, militia vacet, & utrumque retineat, 75 officium Romanum & functionem ſacerdotalem. Quæ enim Cæſaris ſunt Cæſari, quæ Dei Deo.* Quo ipſo oſtenditur, his qui 76 cleri honorem non ſperarent Chriſtianis militiam non fuiſſe interdictam.

10. Hoc amplius, etiam n ad clerum admitti vetabantur, qui poſt baptiſmum aut magiſtratus attigiſſent, aut munera bellica, ut in epiſtolis Syricii & Innocentii, & in Concilio Toletano videre eſt. Legebantur ſcilicet Clerici non ex quovis modo Chriſtianis, ſed ex iis qui vitæ exactiſſimæ ſpecimen dediſſent. Adde quod militiæ & quorundam magiſtratuum perpetua non erat obligatio. at ſacro miniſterio addicti o nulla alia cura ac labore quotidiano inde abſtrahi debebant. qua de cauſa & ſextus Canon conſtituit, ne Epiſcopus, presbyter, aut diaconus ſæculares curas adminiſtret, octuageſimus ne publicis ſe adminiſtrationibus immittat: & inter Africanos Canones ſextus, p ne procurationem rerum alienarum ſuſcipiat, aut cauſarum patrocinium. ſic eoſdem q tutores conſtitui nefas judicat Cyprianus.

11. At pro noſtra ſententia expreſſum Eccleſiæ judicium habemus in Concilio primo Arelatenſi, quod habitum eſt ſub Conſtantino. Ejus enim Concilii Canon III. ſic habet: *De his qui arma projiciunt in pace, placuit abſtinere eos a communione:* Id eſt, qui militiam deſerunt extra tempora perſecutionis. r Id enim pacis nomine

**GROTII.**

n *Ad clerum admitti vetabantur*] *Euſebius* Demonſtrationum lib. I. duplicem deſcribit Chriſtianorum vitam, aliam ἐντελῆ, aliam inferiorem. qui in hac ſunt, eos inter alia τοῖς κατὰ τὸ δίκαιον ςρατευομένοις τὰ πρακτικὰ ὑποτίθεσθαι, *iis qui juſte militant agenda indicere.* (Cap. 8.)

o *Nulla alia cura ac labore*] Vide Canonem Concilii Moguntini apud Gratianum, titulo, Ne Clerici vel Monachi. [Immo in *Decretalibus*, Lib. III. Tit. L. Cap. I.]

p *Ne procurationem rerum alienarum ſuſcipiat*] Vide Epiſtolam *Hieronymi* ad Nepotianum.

q *Tutores conſtitui nefas judicat Cyprianus*] In epiſtola ad presbyteros, diaconos & plebem Furnis conſiſtentem. (Lib. I. Ep. 9.) Adde l. Generaliter, 52. C. de epiſcopis & clericis.

**GRONOVII.**

75 *Officium Romanum*] Ῥωμαϊκὴν ἀρχήν. In *Zonara* vertitur, *Romanam præfecturam:* in *Balſamone*, *Romanum magiſtratum.* An *Romanum*, ut *Tertull.* infra. C. 4. §. 5. n. I.

76 *Cleri honorem*] Eccleſiaſticæ functionis. *Suidas:* κλῆρος, σύστημα τῶν διακόνων καὶ πρεσβυτέρων. Hæc erat ſimplicitas primævæ Eccleſiæ. Poſtea tanta ordinum varietas & copia acceſſit.

**GROTII.**

r *Id enim pacis nomine intelligi volebant*] *Tertullianus* de idololatria: (Cap. 19.) *Imo quomodo etiam in pace militabit?* idem de Fuga perſecutionum: *Noſtræ paci quod eſt bellum quam perſecutio?* (Cap. 3.) *Cyprianus* epiſtola X. *Quando ipſa ante mater noſtra Eccleſia pacem de miſericordia Domini prior ſumſerit.* E-

 piſtola

nomine intelligi volebant Chriſtiani, ut ex Cypriano & aliis apparet. Accedat exemplum militum ſub Juliano, 77 non modico profectu Chriſtianorum, ut qui morte ſua Chriſto reddere teſtimonium parati eſſent: de quibus ſic Ambroſius. (uu) *Julianus Imperator, quamvis eſſet Apoſtata, habuit tamen ſub ſe Chriſtianos milites: quibus cum dicebat; producite aciem pro defenſione reipublicæ, obediebant ei: cum autem diceret eis; Producite arma in Chriſtianos, 78 tunc agnoſcebant Imperatorem cœli.* Talis & multo ante fuerat Thebæa legio, quæ Diocletiano imperante à Zabda triceſimo Hieroſolymorum Epiſcopo Chriſtianam religionem acceperat, & deinde in omne ævum memorabile edidit Chriſtianæ conſtantiæ & patientiæ exemplum, quod (xx) infra à nobis memorabitur.

12. Hoc loco ſatis ſit illam eorum adferre vocem, quæ Chriſtiani militis officium ſolida brevitate exprimit; *Offerimus noſtras in quemlibet hoſtem manus, quas ſanguine innocentium cruentare nefas ducimus. Dextera ipſa pugnare adverſus impios & inimicos ſciunt, laniare pios & cives neſciunt. Meminimus nos pro civibus potius quàm adverſus cives arma ſumſiſſe. Pugnavimus ſemper pro juſtitia, pro pietate, pro innocentium ſalute: 79 hæc fuerunt hactenus pretia periculorum. Pugnavimus pro fide, quam quo pacto conſervemus tibi* (ad Imperatorem ſermo eſt) *ſi hanc Deo noſtro non exhibemus?* Baſilius de antiquioribus Chriſtianis ſic loquitur: τοὺς ἐν πολέμοις φόνους οἱ πατέρες ἡμῶν ἐν τοῖς φόνοις οὐκ ἐλογίσαντο, ἐμοὶ δοκεῖ, συγγνώμην δόντες ὑπὲρ σωφροσύνης καὶ εὐσεβείας ἀμυνομένοις: *Eas quæ in bello perpetrantur cædes, majores noſtri pro cædibus non habuere, excuſatos habentes eos, qui pro pudicitia ac pietate decertant.*

piſtola XXII. *Cum Dominus cœperit ipſi Eccleſiæ pacem dare.* Epiſtola XXXI. *Eccleſiæ pacem ſuſtinendam*, id eſt expectandam. de Lapſis: *diſciplinam pax longa corruperat.* *Sulpitius Severus:* (Lib. I. Cap. 32.) *Antonino Pio imperante pax Eccleſiis fuit.* mox: *Interjectis deinde annis* XXXVIII. *pax Chriſtianis fuit.* & in Conſtantini ætate: (Ibid Cap. 33.) *Exinde tranquillis rebus pace perfruimur.* Et initio hiſtoriæ: *Vexationeſque populi Chriſtiani, & mox pacis tempora.* (Lib. I. C. I.)

### GRONOVII.

77 *Non modico profectu*] Quod exemplum non parum profuit ad eos, qui jam erant Chriſtiani, confirmandos, & ad complures, qui nondum erant, faciendos. [Immo, *non modico profectu Chriſtianorum*, heic omnino ſignificat, talium qui multum profecerant in ſtudio veritatis & pietatis Chriſtianæ; ut patet ex ratione adjectâ, *ut qui morte ſuâ &c.* Vir Doctiſſimus heic certè dormitabat, dum legeret Auctorem, verba interpretaturus. *J. B.*]

78 *Tunc agnoſcebant*] Negabant Cæſari obſequium quo eſſent in Deum peccaturi.

79 *Hæc fuerunt hactenus*] Hæ ſunt cauſæ, propter quas in hunc diem uſque non dubitavimus & operæ pretium putavimus vitam in diſcrimen mittere, quas tanti putavimus, ut pro eis pericula non recuſaremus.

(uu) *Ambroſio* equidem verba hæc tribuuntur à *Gratiano*, Cauſ. XI. Quæſt. III. *Can.* 94. ſed non indicato loco. Similis eſt locus *Auguſtini*, ibi etiam relatus, *Can.* 98. ex Epiſt. 166. Unde priorem fortè natum eſſe, in Rubricâ conjiciunt. *J. B.*

(xx) Cap. IV. hujus Libri, §. 7. *num.* 10. & *ſeqq.* ubi vide quæ monebimus, *J. B.*



Digitized by Google

# CAPUT III.

## Belli partitio in publicum & privatum. Summi imperii explicatio.

I. *Belli diviſio in publicum & privatum.*
II. *Non omne bellum privatum, poſt judicia conſtituta, illicitum eſſe jure naturali, defenditur; additis exemplis.*
III. *Ac ne jure quidem Euangelico, cum ſolutione objectionum.*
IV. *Belli publici diviſio in ſolenne & minus ſolenne.*
V. *An bellum ſit publicum, quod geritur auctoritate magiſtratus ſummam poteſtatem non habentis. & quando.*
VI. *In quibus rebus conſiſtat poteſtas civilis.*
VII. *Quæ poteſtas ſit ſumma.*
VIII. *Refellitur ſententia, quæ ſtatuit ſummam poteſtatem ſemper eſſe penes populum: & ſolvuntur argumenta.*
IX. *Refellitur ſententia, quæ ſtatuit ſemper mutuam ſubjectionem regis & populi.*
X. *Ad veram ſententiam recte intelligendam adhibentur cautiones: prima eſt de diſtinguenda vocum ſimilitudine in re diſpari.*
XI. *Secunda de diſtinguendo jure & modo habendi jus.*
XII. *Oſtenditur quædam imperia ſumma haberi plene, id eſt alienabiliter.*
XIII. *Quædam non plene:*
XIV. *Quædam non ſumma plene, id eſt alienabiliter haberi.*
XV. *Adſtruitur dicta diſtinctio ex diſcrimine dandi tutoris in regnis.*
XVI. *Summam poteſtatem non tolli promiſſione etiam ejus, quod nec naturalis nec divini ſit juris.*
XVII. *Summum imperium dividi interdum per partes ſubjectivas aut potentiales.*
XVIII. *Male tamen hoc colligi ex eo, quod reges acta quædam ſua niſi à cœtu aliquo probentur, rata eſſe nolunt.*
XIX. *Alia quoque exempla quædam male huc trahi.*
XX. *Vera exempla.*
XXI. *Summam poteſtatem habere poſſe qui inæquali fœdere teneatur: cum ſolutione objectionum:*
XXII. *Et qui tributum pendat:*
XXIII. *Et qui feudi lege teneatur.*
XXIV. *Diſtinctio juris & exercitii cum exemplis.*

I. 1. BElli prima maximeque neceſſaria partitio hæc eſt, quod bellum aliud eſt privatum, aliud publicum, aliud mixtum. Publicum bellum eſt, quod auctore eo geritur, 1 qui juriſdictionem habet: privatum, quod aliter: mixtum, quod una ex *Syl. verbo bellum 1. n. 1.*

GRONOVII.

1 QUi *juriſdictionem*] Abutitur vocabulo, & id ita accipit generaliter, ut & imperium comprehendat. *Sen.* de clem. 1, 1. *quas nationes funditus excidi, quas tranſportari, quibus libertatem dari, quibus eripi,* &c. *quæ ruant urbes, quæ oriantur, mea juriſdictio eſt.* Cic. 2. agr. 36. *ut ſub veſtrum jus, juriſdictionem, poteſtatem, urbes*



Digitized by Google

ex parte eſt publicum, ex altera privatum. Sed de privato, quod 2 antiquius, primum videamus.

2. Bellum aliquod privatum licite geri, quantum jus naturæ attinet, ſatis apparere arbitror ex iis quæ ſupra diximus, cum oſtenſum eſt, ut quis injuriam etiam vi à ſe arceat, juri naturali non repugnare. Sed forte putet aliquis id ſaltem poſt conſtituta 3 judicia publica non licere: quanquam enim judicia publica non à natura, ſed à facto ſunt humano, cum tamen multo ſit honeſtius & ad quietem hominum conducibilius, 4 ab eo cujus nihil interſit rem cognoſci, quam homines ſingulos, 5 nimium ſæpe amantes ſui, 6 quod jus putant id manu exſequi, tam laudabili inſtituto obſequendum ipſa dictat æquitas & ratio naturalis. Paulus JC, *Non eſt ſingulis concedendum quod per magiſtratum publice poſſit fieri, ne occaſio ſit majoris tumultus faciendi. Hinc eſt*, inquit a Rex Theodoricus, * *quod legum reperta eſt ſacra reverentia, ut* 7 *nihil manu, nihil proprio ageretur impulſu. quid enim à bellica confuſione pax tranquilla diſtat, ſi per vim litigia terminantur?* † Et *vim* vocant leges, *quoties quis id, quod deberi ſibi putat, non per judicem repoſcit.*

*L. Non eſt. de R. J.* 176.
* *Caſſ. l.* IV. *Var. epiſt.* 10.
† *L. Exſt.* 13. *D. quod metus.*

II. 1. Certe quin reſtricta multum ſit ea quæ ante judicia conſtituta fuerat licentia, dubitari non poteſt. Eſt tamen ubi locum nunc quoque habeat, nimirum 8 ubi ceſſat judicium: nam lex vetans ſine judicio ſuum conſequi, intelligi commode debet ubi copia eſt judicii. Ceſſat autem judicium 9 momentanee, aut continue. b Momentanee ceſſat, ubi exſpectari judex non poteſt ſine certo periculo aut damno. Continue vero, aut jure, aut facto. Jure, ſi quis verſetur in 10 locis non occupatis, ut mari, ſolitudine, inſulis

*urbes, nationes, provincias, terrarum denique orbem ſubjugaretis.* Alioqui & Juriſdictio aliquando ſine poteſtate gladii eſt.

GROTII.

a *Rex Theodoricus*] Eundem vide in Edicto cap. X. & CXXIV.

b *Momentanee*] *Servius* ad X. *Æneidos:* (vers. 419.) *Injecere manum Parcæ. Traxerunt debitum ſibi. Et ſermone uſus eſt juris: nam manus injectio dicitur, quoties nulla judicis auctoritate, rem nobis debitam vindicamus.*

GRONOVII.

2 *Antiquius*] Quippe quod jam geſtum ſit ante reſpublicas conſtitutas. cap. I. n. 2.

3 *Judicia publica*] Ex quo perſonæ publicæ lectæ ſunt, quibus ſolis datum ut jus adminiſtrarent, & rerum capitalium vindices eſſent. Eſt autem inter judicia publica inſigne de vi & vi armata. §. 8. *Inſt. de publ. jud.*

4 *Ab eo cujus nihil*] Cujus ipſius res non agitur, ut poſſit bona fide medius & neutrarum partium eſſe, nec propriæ cauſæ reſpectu corrumpatur.

5 *Nimium ſæpe amantes*] *Pindarus* apud *Gregor. Nazianz.* 3. in Julian. p. 96. τὸ οἰκεῖον πιέζει. *Salluſt.* Cat. 51. neque enim cuiquam mortalium injuriæ ſuæ parvæ videntur.

6 *Quod jus putant*] In qua opinione ſæpius decipiuntur.

7 *Nihil manu*] Vi privata.

8 *Ubi ceſſat judicium*] Sic excuſabant ſcelerata Octaviani initia adulatores aulæ: neceſſitudine reipubl. in qua nullus tunc legibus locus, ad arma civilia actum. *Tac.* I. ann. 9.

9 *Momentanee*] Ad tempus, aut perpetuo.

10 *Locis non occupatis*] Quæ nemo in ditionem ſuam vindicavit.

c En

ſulis vacuis, & ſi qua alia ſunt loca in quibus nulla eſt civitas: facto, ſi ſubditi 11 judicem non audiant, aut 12 judex aperte cognitionem rejecerit. *Molin. Diſp. 100. §. Dubium vero.*

2. Quod diximus etiam poſt judicia conſtituta naturali juri non repugnare omne bellum privatum, etiam ex lege Judæis data intelligi poteſt, ubi ſic per Moſen Deus loquitur, Exod. XXII, 2. *Si in effoſſione deprebenſus fur ita percutiatur, ut moriatur, ne reus cædis eſto percuſſor, ni jam dies illuxerit, tunc enim reus cædis erit.* Omnino enim videtur hæc lex, tam accurate diſtinguens, non ſolum 13 impunitatem inducere, ſed jus etiam naturale explicare; neque fundari in peculiari aliquo 14 mandato divino, ſed in communi æquitate: unde alias etiam gentes id ſequutas videmus. Notum eſt illud XII. Tabularum, haud dubie c ex veteri jure Attico profectum: *Si nox furtum faxit, ſi im aliquis occiſit, jure caſus eſto.* *Macrob. Saturnal. I, 4.* Sic inſons omnium, quos novimus, populorum legibus judicatur, qui adverſus aggreſſorem armis vitam periclitantem defenderit. qui tam manifeſtus conſenſus teſtimonium præbet, nihil in eo eſſe, quod naturali juri adverſetur.

III. 1. De jure divino voluntario perfectiore, Euangelico ſcilicet, plus eſt difficultatis. Quin Deus, cui plus juris eſt in vitam noſtram, quam nobis ipſis, potuerit à nobis patientiam eo uſque exigere, ut etiam privatim in periculum adducti, occidi deberemus potius quam occidere, ego non dubito. An autem voluerit nos eo uſque obſtringere, id eſt quod inquirimus. Solent pro affirmante ſententia adferri duo loca, quæ ſupra adduximus, ad quæſtionem generalem: ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μὴ ἀντιστῆναι τῷ πονηρῷ. *Ego autem dico vobis; Ne reſiſtite injuriam facienti.* Matth. V, 39. & Rom. XII, 19. μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοὶ, ubi Latina verſio habet, *non vos defendentes, chariſſimi.* Tertius autem locus eſt in illis Chriſti verbis ad Petrum: *Repone gladium tuum in vaginam; nam quicumque acceperint gladium, gladio peribunt.* *Matth. XXVI, 52.* Addunt his nonnulli Chriſti exemplum, qui pro inimicis ſit mortuus, Rom. V, 8. 10.

2. Neque deſunt inter Chriſtianos veteres, qui bella quidem publica

GROTII.

c *Ex veteri jure Attico*] *Solonis* verba: [apud *Demoſthen.* Orat. Adverſus *Timocrat.* pag. 476. *Ed. Baſil.* 1572.] εἰ μέν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα εἶναι. εἰ δέ τις νυκτὸς ὅ, τι ἂν κλέπτῃ, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι. *Si quis de die quod plus quinquaginta drachmis valeat, furetur, eum jus ſit ad undecim viros deduci: quod ſi quis noctu vel minimum quid furetur, eum liceat vel occidere.* Adde quæ II. libro infra dicentur. cap. I. §. 12.

GRONOVII.

11 *Judicem non audiant*] Si per rebellionem, ſeditionem, diſſidium inteſtinum ſit juſtitium.

12 *Judex aperte*] Quo prætextu Cæſar invaſit piratas. *Vellej.* 2, 42.

13 *Immunitatem inducere*] Excuſare & connivere, ſi quis tale fecerit quippiam, ſed prorſus jus dare faciendi.

14 *Mandato divino*] De qualibus ſupra 2, 2.

publica non improbaverint, ſed defenſionem privatam putarint vetitam. Ambroſii loca pro bello ſupra * attulimus. Auguſtini multo etiam plura ſunt & clariora, omnibus nota. At idem Ambroſius dixit: † *Et ideo fortaſſe Petro duos gladios offerenti, Satis, dicit,* 15 *quaſi licuerit uſque ad Euangelium, ut ſit in lege* 16 *æquitatis eruditio, in Euangelio* 17 *veritatis.* Idem alibi: *Chriſtianus, etiamſi in latronem armatum incidat, ferientem referire non poteſt; ne, dum ſalutem defendit, pietatem contaminet.* b Auguſtinus vero: *Legem quidem non reprehendo, qua tales* (latrones & alios invaſores violentos) *permittit interfici, ſed quomodo iſtos qui interficiunt defendam, non invenio.* Et alibi: *De occidendis hominibus ne ab eis quiſquam occidatur, non mihi placet conſilium, niſi forte ſit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro ſe hoc faciat, ſed pro aliis, accepta legitima poteſtate.* Atque idem ſenſiſſe Baſilium ex ſecunda ipſius ad Amphilochium epiſtola d ſatis apparet.

* *Cap. præced.* §. 10. num. 5.
† *Lib.* x. *in Lucam. c.* 22.
a *De Off.* III, c. 3.
b *Lib.* I, *de lib. arb. c.* 5.
*Epiſt.* 54. *ad Publicolam.*
*Cap.* 43. & 55.

3. Sed oppoſita ſententia ſicut receptior eſt, ita verior nobis videtur, 18 ut talis patientia non ſit in obligatione: jubemur enim in Euangelio proximum amare juxta nos ipſos, non præ nobis ipſis: imo ubi par malum imminet, non vetamur e nobis potius quam aliis conſulere, ut ſupra oſtendimus auctoritate Pauli beneficentiæ regulam explicantis. Inſtet forte aliquis, & dicat; etiamſi meum bonum præferre poſſim bono proximi, hoc tamen locum non habere in 19 bonis inæqualibus; quare vitam meam mihi potius deferendam, quam invaſor permittatur incidere in perpetuam damnationem. Sed reſponderi poteſt, ſæpe etiam eum, qui impetitur, 20 opus habere tempore ad pœnitentiam, aut probabiliter ita exiſtimare; & ipſi quoque aggreſſori ante mortem poſſe ad pœnitentiam ſpatium ſupereſſe. Deinde 21 morali judicio non videri

GROTII.

d *Satis apparet*] Adde Conſilii Aurelianenſis canonem citatum à *Gratiano* c. ult. cauſa XIII. qu. II.

e *Nobis potius quam aliis conſulere*] *Caſſiodorus* de Amicitia: [vel potius *Petrus Bleſenſis*, cui liber ille à Viris Doctis vindicatur.] *Sane nullus aliquo præcepto vel aliqua ratione tenetur ſalutem animæ proximi perditioni animæ ſuæ, aut corporis ejus liberationem, citra ſpem perpetuæ ſalutis, proprii corporis interitu procurare.*

GRONOVII.

15 *Quaſi licuerit*] Interpretatur antehac & ad iſtum diem, dum ſtant Moyſis cærimoniæ, licuiſſe; nunc autem poſtquam Euangelium annuntiari cœpit, ſiſti uſum gladii. Cavillatur in vocabulo *Satis*, quod & ſignificat, *Non plus*, &, *Non ultra*.

16 *Æquitatis*] Quid liceat communi jure.

17 *Veritatis*] Quid verum & juſtum ſit Chriſtianis.

18 *Ut talis patientia*] Ut nemo teneatur aut neceſſe habeat pati, ſe indefenſum occidi.

19 *Bonis inæqualibus*] Ut patientis bonum eſt ſervare vitam fragilem & mortalem; aggreſſi non perire inter peccandum, & ſic cum præſenti vita etiam ſpem futuræ atque æternæ perdere.

20 *Opus habere*] Non ſic ſe affectum ſentire, ut repente vitam dimittere poſſit, cum ſpe ſalutis æternæ.

21 *Morali judicio*] Quod diverſum à naturali rem æſtimante ex ſeſe; non ex

Digitized by Google

videri æſtimandum illud periculum in quod ipſum ſe quis conjiciat & unde ſe poteſt eximere.

4. Certe Apoſtolorum aliqui ad ultimum uſque tempus, Chriſto vidente & ſciente, videntur iter feciſſe armati gladio, quod & alios Galilæos è patria urbem verſus properantes ob infeſtas latronibus vias factitaſſe ex Joſepho diſcimus. qui & de 22 Eſſenis innocentiſſimis hominibus idem prodidit. Hinc enim factum eſt, ut cum diceret Chriſtus tale tempus imminere, ut gladii comparandi cauſa vel veſtis vendenda eſſet, Lucæ XXII, 36. ſtatim Apoſtoli reſponderint in ſuo comitatu duos eſſe gladios. erant autem in eo comitatu nulli præter Apoſtolos. Tum vero illud ipſum quod dixit Chriſtus, quanquam præceptum revera non continet, ſed 23 proverbium eſt, ſignificans graviſſima pericula imminere, ut clare oſtendit oppoſitio primi temporis, quod tutum ac proſperum fuerat, commate 35. eſt tamen tale, ut ſumptum appareat ex eo, quod fieri ſolebat, quodque Apoſtoli licitum cenſebant. *Bell. Jud. Lib. II. Cap. 12.*

5. Recte autem à Cicerone dictum eſt: *Gladios habere certe non liceret, ſi uti illis nullo pacto liceret.* Illud vero, *Ne reſiſtite injuriam facienti*, 24 non magis univerſale eſt quam quod ſequitur, *Date omni petenti;* quod tamen exceptionem admittit, dum ne nimium nos prægravemur: imo iſti præcepto de dando nihil adjicitur quod vim habeat reſtringentem, ſed ex ſolo ſenſu æquitatis adſtringitur; cum præceptum de non reſiſtendo ſuam habeat adjunctam explicationem per exemplum alapæ; ut intelligatur tum demum præciſe nos obligare, cum ea impetimur injuria, quæ aut alapa ſit, aut 25 alapæ par: nam alioqui rectius fuerat dicere, *Ne reſiſtite injuriam facienti, ſed vitam profundite potius quam armis utamini.* *Orat. pro Milon. c. 4.*

6. In verbis ad Romanos, μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, omnino ἐκδικεῖν 26 non tuendi, ſed ulciſcendi habet ſignificationem. ut & Judith. I, 12. & II, 1. Luc. XVIII, 7. 8. XXI, 22. 2 Theſſ. I, 8. 1 Petr.

ex adjuncta cauſa, quæ vitioſam eam aut probabilem reddit. Judicium morale interpretatur rem non eſſe rem eam, cujus nomine vocatur, ſi vitium habet adjunctum. Hoc igitur judicio periculum in quod quis ultro ſe conjecit, & ex eo ſe eximere poteſt, periculum non putatur hactenus ut alter illi potius quam ſibi parcere debeat. Judicio morali res non eſſe æſtimatur id, quod eſt, propter adjunctum vitium. Tale ſignificat *Cicero* lib. IV. famil. IV. *Quando effugi ejus offenſionem, qui fortaſſe arbitraretur, me hanc remp. non putare*, hoc eſt, me judicio morali hanc remp. quæ ſub Cæſare eſt, putare non eſſe rempublicam, ſed tyrannidem.

22 *Eſſenis*] Secta Judæorum, ut & Phariſæi erant & Sadducæi: ſed iſti omnium ſeveriſſimi & continentiſſimæ diſciplinæ. *Joſeph.* Antiq. 18, 2.

23 *Proverbium*] Sermo ὑπερβολικὸς & figuratus.

24 *Non magis univerſale*] Sine exceptione accipiendum.

25 *Alapæ par*] In qua plus ſit contumeliæ quam noxæ aut periculi.

26 *Non tuendi, ſed ulciſcendi*] Nam ἐκδικεῖν utrumque ſignificat, & tueri & ulciſci. Unde Ecdici defenſores civitatum. *Plin.* 10. epiſt. III. Hoc ſecutus eſt vetus interpres, cum illud debuiſſet.

27 'Εμοὶ

1 Petr. II, 14. Rom. XIII, 4. 1 Theſſ. IV, 6. Idque ipſa verborum connexio manifeſte oſtendit: præceſſerat enim, *Ne rependatis ulli malum pro malo:* hæc autem eſt ultionis, non defenſionis deſcriptio. Et monitum ſuum fulcit Paulus Deuteronomii loco, 27 ἐμοὶ ἐκδίκησις. ἐγὼ ἀνταποδώσω. ubi in Hebræo eſt לי נקם, quo ultionem ſignificari tum vocis proprietas indicat, tum ipſa loci ſententia, quæ defenſionem intelligi non patitur.

7. Quod vero Petro dictum eſt, continet quidem prohibitionem utendi gladio, ſed non in defenſionis cauſſa, neque enim ſe opus habebat defendere: jam enim dixerat Chriſtus de diſcipulis: *Sinite hos abire: idque ut impleretur ſermo quem dixerat: Ex iis quos dediſti mihi, non perdidi quemquam*, Joan. XVIII, 8. 9. neque Chriſtum, nam defendi nolebat. Ideo apud Joannem hanc cauſam interdictioni ſubjicit, *An non bibam poculum quod dedit mihi Pater?* com. 11. & apud Matthæum ait, *Quomodo ergo implerentur ſcripturæ, quæ dicunt ita oportere fieri?* Ulciſcendi ergo animo Petrus, ut erat fervidus, non defendendi ferebatur. adde quod arma ſumebat in eos qui nomine publicarum poteſtatum adventabant, quibus an ullo caſu reſiſtere liceat, peculiaris eſt quæſtio, infra à nobis peculiariter tractanda. Quod autem adjicit Dominus, *Omnes qui gladium acceperint, gladio peribunt*, aut proverbium eſt, ex vulgi uſu deſumtum, quo ſignificatur ſanguinem ſanguine elici, ideoque 28 armorum uſum periculo nunquam vacare: aut, quæ Origenis, Theophylacti, Titi, & Euthymii ſententia eſt, indicat, non eſſe quod nos Deo præripiamus ultionem, quam ipſe ſuo tempore ſatis ſit exacturus: plane quo ſenſu in Apocalypſi dicitur XIII, 10. *Qui gladio occidit, eum gladio occidi oportet: in hoc ſita eſt ſpes & patientia ſanctorum.* quicum convenit Tertulliani illud:
* De Patient. c. 15. * *Adeo ſatis idoneus* 29 *patientiæ ſequeſter Deus: ſi injuriam depoſueris penes eum, ultor eſt; ſi damnum, reſtitutor eſt; ſi dolorem, medicus eſt; ſi mortem, reſuſcitator eſt: quantum patientiæ licet, ut Deum habeat debitorem?* Simulque his Chriſti verbis vaticinium videtur ineſſe de pœnis, quas à ſanguinariis Judæis erat exacturus gladius Romanorum.

8. Ad Chriſti exemplum, qui pro inimicis mortuus dicitur, reſponderi poteſt, Chriſti facta omnia quidem virtutis eſſe plena, & quæ, quoad ejus fieri poteſt, imitari laudabile ſit, & ſuo præmio

GRONOVII.

27 Ἐμοὶ ἐκδίκησις] *Mihi vindicta; ego rependam.*

28 *Armorum uſum*] Quale *Homeri* Odyſſ. π. 294. αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος. Quod ſic reddit *Valerius Flaccus* lib. 5. Argonaut. 40. *Namque virum trahit ipſe chalybs.*

29 *Patientiæ ſequeſter*] Sequeſter eſt, apud quem res controverſæ poſſeſſionis deponitur & cuſtodiæ mandatur. Vide ad *Taciti* ann. 3. 71. Sic facit Deum patientiæ ſequeſtrum & injuriam ſuam penes eum ſeponit, qui, ob divinum præceptum accepta injuria, abſtinet vindicta, & eam arbitrio cœleſti remittit & committit.

Ob

mio non cariturum; non tamen omnia ejuſmodi eſſe, ut aut ex lege veniant, aut legem faciant. Nam quod Chriſtus pro inimicis atque impiis eſt mortuus, id non fecit ex lege aliqua, ſed ex ſpeciali quaſi pacto & fœdere inito cum Patre; qui ſi id faceret, non modo ſummam ei gloriam, ſed & gentem in æternum duraturam promiſit, Eſaiæ LIII, 10. Alioqui eſſe hoc factum quaſi ſingulare, & cui vix quicquam reperiatur ſimile, oſtendit Paulus Rom. V, 7. Et Chriſtus nos animam noſtram periculis objicere jubet, non pro quibuſvis, ſed pro ejuſdem diſciplinæ conſortibus, 1 Joan. III, 16.

9. Quæ vero ex Chriſtianis ſcriptoribus allatæ ſunt ſententiæ, partim videntur conſilium magis, & ſublimis propoſiti commendationem, quàm deſtrictum præceptum continere; partim privatæ ſunt ipſorum, non communes totius Eccleſiæ. Nam in canonibus antiquiſſimis, qui Apoſtolici dicuntur, communione is demum privatur, qui in rixa primo ictu adverſarium occiderit, * *διὰ τὴν προπέτειαν αὐτοῦ*, f *ob nimium calorem*. Et hanc ſententiam ipſe etiam Auguſtinus, † quem in contrariam partem adduximus, probare videtur Quæſt. LXXXIV. in Exodum.

* *Can.* XLV.

† Vid. etiam *c. ſi vero. de ſent. excom. & c. ſignificaſti. de homicidio.*

IV. 1. Publicum bellum aliud eſt ſolenne ex jure gentium, aliud minus ſolenne. Solenne quod hic voco, plerumque juſtum dici ſolet eo ſenſu quo juſtum teſtamentum codicillis, juſtæ nuptiæ 30 ſervili contubernio opponuntur: non quod non liceat & codicillos facere ei qui velit, & ſervo ſecum mulierem ff habere in contubernio; ſed quod teſtamentum & nuptiæ ſolennes 31 peculiares

### GROTII.

f *Ob nimium calorem*] *Ambroſius* libro X. in Lucam: *O Domine, cur me emere jubes gladium, qui ferire me prohibes? cur haberi præcipis quem vetas promi? niſi forte ut ſit parata defenſio, non ultio neceſſaria.* (Cap. 22.)

ff *Habere in contubernio*] Imo inter cives erant quædam matrimonia non juſta, non juſti liberi. *Paul.* Sent. lib. II. tit. XIX. L. Si uxor. 13. D. ad L. Juliam de Adulteriis. ſic & libertas quædam non juſta. *Seneca* de vita beata, c. XXIV. *Suetonius* Octavio. c. XL. [Locus *Pauli* Icti malè heic adducitur, quaſi in eo eſſet exemplum *matrimonii non juſti*, eo ſenſu, quo intelligit Auctor: & ipſe infra, in Not. ad Lib. II. Cap. IV. §. 1c. *num.* 1. ſuſpicatur, latere additamentum *Aniani*. Sed vide ibi Eximium Editorem *Juriſprudentiæ Antejuſtinianeæ*, Clar. SCHULTINGIUM. Circa *Uxorem injuſtam*, de quâ in *L.* 13. *D. Ad Leg. Jul. de Adult.* ſatisfaciet CUJACIUS *Obſ.* VI. 16. Quod ſpectat *Libertatem non juſtam*, conſulè TORRENTIUM, in locum *Suetonii* laudatum: INST. LIPSIUM in *Tacit.* Annal. XIII, 27. & nuper editum Eruditiſſimi NOODTII, Comment. in primam partem *Digeſtorum*, pag. 33. 34. *J. B.*]

### GRONOVII.

30 *Servili contubernio*] Servorum proprie non ſunt *nuptiæ*, ſed *contubernium*; & nupta ſervo non *uxor*, ſed *contubernalis*. *M. Seneca* contr. 21. in contubernium deducta ſervi domina eſt. l. 14. §. 3. D. de ritu nup. l. 12. §. 33. D. de inſtruct. vel inſtrum. leg. Contubernales quoque ſervorum, id eſt uxores. *Petronius* cap. 56. *Contubernalis mea mihi faſtum facit.*

31 *Effectus peculiares*] Teſtimento datur & adimitur hæreditas, non codicillis. l. 2. & pen. Cod. de *codicil.* Nuptias ſequitur patria poteſtas, non contubernium.

g *Illa*

Digitized by Google

liares quoſdam ex jure civili effectus habeant. quod notari utile eſt; multi enim, voce juſti male intellecta, damnari putant ut iniqua aut illicita bella omnia, quibus illa juſti appellatio non convenit. Ut bellum ſolenne ſit ex jure gentium, duo requiruntur; primum ut geratur utrimque auctore eo, qui ſummam poteſtatem habeat in civitate; deinde, ut 32 ritus quidam adſint, de quibus agemus ſuo loco. Hæc quia conjunctim requiruntur, ideo alterum ſine altero non ſufficit.

2. Bellum autem publicum minus ſolenne poteſt & ritibus illis carere, & geri in privatos, & auctorem habere 33 magiſtratum quemvis. Et ſane ſi citra leges civiles res ſpectetur, videtur omnis magiſtratus, ſicut ad tuendam plebem ſibi creditam, ita ad exercendam jurisdictionem, ſi vis occurrat, jus habere belli gerendi. Sed quia ex bello tota civitas in periculum venit, ideo ferme omnium populorum legibus cautum eſt, ne bellum geri poſſit niſi auctore eo, qui ſummam in civitate poteſtatem habeat. Exſtat lex talis Platonis *a* ultimo de legibus. Et in Romano jure majeſtatis teneri dicitur, *b* qui injuſſu Principis bellum geſſerit delectumve habuerit, exercitum comparaverit. 34 Injuſſu populi dixerat lex Cornelia lata à L. Cornelio Sylla. In Juſtinianeo Codice exſtat *c* conſtitutio Valentiniani, & Valentis; *Nulli prorſus nobis inſciis atque inconſultis quorumlibet armorum movendorum copia tribuatur.* Huc pertinet g illud Auguſtini: *Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc poſcit, ut ſuſcipiendi belli auctoritas atque conſilium penes principes ſit.*

3. Sicut autem omnia dicta, quantumvis univerſalia, 35 æquitatem recipiunt interpretem, ita & hæc lex. *d* Nam primum quin 36 ei qui juriſdictioni præeſt liceat per apparitores ſuos vi cogere paucos imparentes, (aa) quoties ad eam rem copiis majoribus opus non eſt, nec periculum imminet civitati, dubitari nequit. Rurſum,

a *Pag.* 955. B.C. Tom. II. *Ed. H. Steph.*
b *L.* 3. *D. ad l. Jul. majeſt.*
c *Ut armor. uſus inſcio Principe, interdictus ſit*, Leg. unic.
d *Vict. de jure belli, n.* 9. *Molin. diſp.* 100. §. *Idem Vict. Bart. in l. ex hoc jure D. de Juſt. & jur. Bart. de Repræſ.* 3. *principali ad ſecundam. n.* 6. *Mart. Laud. de bello. q.* 2.

GROTII.

g *Illud Auguſtini*] Lib. XXII. c. LXXIV. contra *Fauſtum.* citat *Gratianus* c. quid culpatur, 4. cauſa XXIII. quæſt. 1. Apud Hebræos bellum omne, quod non ſpeciali Dei juſſu ſuſcipitur, vocanur מלחמת הרשות bellum poteſtatum.

GRONOVII.

32 *Ritus quidam*] Ut fiat rerum repetitio, & illis negatis indicatur. 2, 3.

33 *Magiſtratum quemvis*] Non maximum vel ſummum neceſſario exigit.

34 *Injuſſu populi*] Quia Sulla ſpeciem libertatis & ſummi juris penes populum reliquerat. At Marciani, multoque magis Triboniani ævo omnia penes unum principem; populus nullo numero. Hinc inexpiabilis ira Tiberii in Piſonem, ob bellum provinciæ illatum, quamvis ipſe illum in Germanicum ſubornaſſet, *Tacit.* 3. ann. 14.

35 *Æquitatem recipiunt*] Hactenus pro veris admittuntur, quatenus æquum bonumque patitur.

36 *Ei qui juriſdictioni*] *Paulus* l. 5. §. 1. D. *de officio ejus, cui jur. m.* Mandata juriſdictione privatis etiam imperium, quod non eſt merum, videtur mandari, quia juriſdictio ſine modica coërcitione nulla eſt. Tribuni plebis qui veteri jure vocationem non habebant, prenſionem tamen habebant. *Gell.* 13, 12.

(aa) Hinc *L.* 68. *D. De rei vindicat.* dicitur, eum, qui reſtituere juſſus, Judici non paret, *manu militari, officio* Judi-

Digitized by Google

ſum, ſi ita præſens ſit periculum, ut tempus non ferat eum conſilii qui ſupremum in civitate jus habeat; hic etiam neceſſitas exceptionem porriget. Hoc jure uſus L. Pinarius præſidio Ennæ in Sicilia præfectus, *a* cum certo ſciret oppidanos ad Carthaginenſes defectionem moliri, cæde in eos facta, Ennam retinuit. Extra talem neceſſitatem ad vindicandas injurias, quas Rex perſequi negligit, jus bellandi 37 oppidanis in civitatibus dare auſus eſt Franciſcus Victoria: ſed ejus ſententia merito ab aliis repudiatur.

V. 1. At quibus eventibus jus armorum movendorum eſſe magiſtratibus minoribus conſtat, an bellum tale publicum ſit dicendum, diſſentiunt juris interpretes. Sunt qui ajunt *b*. Sunt qui negant *c*. Sane ſi publicum non aliud dicimus quam quod fit 38 jure magiſtratus, dubium non eſt quin talia bella publica ſint, ac proinde 39 qui in tali facti ſpecie 40 magiſtratibus ſe opponunt, in pœnas incidant contumacium adverſus ſupra ſe poſitos. Si vero publicum ſumitur in excellentiore ſignificatu pro eo quod ſolenne eſt, ut ſæpe ſumi extra controverſiam eſt; non ſunt bella iſta publica, quia ad iſtius juris plenitudinem, tum 41 judicium ſummæ poteſtatis, tum alia requiruntur. Neque me movet, quod etiam in tali contentione ſoleant h 42 res auferri obſiſtentibus, ac militibus etiam concedi *d*. Nam id belli ſolennis non ita proprium eſt, ut non alibi etiam locum habere poſſit *e*.

2. Sed & illud accidere poteſt, ut in imperio late patente i inferiores poteſtates belli inchoandi conceſſam habeant poteſtatem: quod ſi fit, jam ſane cenſendum erit bellum geri ex vi ſummæ pote-

a *Livius lib.* XXIV. c. 39.
b *Ayala de jure belli L.* I. c. 2. n. 7. *Sil. verbo bellum. n.* 2. *ibi, ſufficit etiam.*
c *In oc. c. olim de reſt. ſpol. n.* 8. *&c. ſicut de jurejur. n.* 5. *Panor. ibid. Bart. ad l. hoſtes. D. de captivis.*
d *Livius L. loco.*
e *Vict. n.* 29. *Cajet. ſec. ſec. qu.* 40. *art.* 1. *Silv. verbo bellum. p.* 1. *n.* 3. *Lorca diſp.* 50. *n.* 12.

*Judicis*, cogendum. Qua de re vide Viros Eruditiſſimos & Juris peritiſſimos, JAC. GOTHOFREDUM in Cod. Theodoſ. *L. unic. de Offic. Jud. milit.* & Ampliſſ. BYNCKERSHOEK, *Obſervat.* III. 14. *J. B.*

GROTII.

h *Res auferri obſiſtentibus*] Juriſconſultis in hanc rem productis poſſunt addi *Franc. Aret.* conſ. XIV, n. 7. *Gail.* I. de Pac. publica, c. II. numer. 20. Cardinalis *Tuſchus* pract. quæſt. LV. litera B. verbo Bellum. numer. 10. *Gaddæus* conſ. Marp. XXVIII. numer. 202. & ſequentibus.

i *Inferiores poteſtates belli gerendi habeant poteſtatem*] Vide legem Frederici Imperatoris apud *Conradum* Abbatem Uſpergenſem. [De hac Lege vide quæ habet *J. Hertius*, in Diſſert. *De ſuperioritate teritoriali*, §. 31. *Comment. & Opuſcul.* Tom. II. pag. 266. *& ſeqq. J. B.*]

GRONOVII.

37 *Oppidanis*] Videndum an acceperint imperii ſummi partem, aut à principe acceperint privilegium ſe muniendi ac tuendi, & ſuis viribus aliquid copiolarum ad defenſionem alendi, quemadmodum civitates liberæ imperii Germanici. Dein adverſus externos facilius feras, ſi ſint in limite poſiti, quam adverſus ejuſdem regni membra.

38 *Jure magiſtratus*] A perſona publica officium ſuum curante pro populo.

39 *Qui*] Subjectorum.

40 *Magiſtratibus*] Velut delectum habentibus, pecunias exigentibus & cætera parantibus.

41 *Judicium ſumma*] Decretum Principis, Ordinum, Populi.

42 *Res auferri*] Pignora capi, mulctæ, coërcitiones, damna inhiberi.

43 An

Digitized by Google

poteſtatis. nam quod faciendi quis alii jus dat, ejus ipſe auctor cenſetur.

3. Illud magis controverſum, 43 an ubi tale mandatum non eſt, 44 ſufficiat

GRONOVII.

43 *An ubi tale mandatum non eſt, ſufficiat quoque conjectura voluntatis*] Auctor abſolute negat: non videtur autem omnino negandum, ſed diſtinguendum inter bellum propulſandum & inferendum: nam quin præfectus provinciæ, præſertim ſi ei ſubſit aliqua manus militaris, ut ſolet in provinciis limitaneis, jus habeat, ſi à finitimis præfectura ejus vi invadatur, ſine ſpeciali mandato, reſiſtendi & vi armata vim armatam repellendi, dubitari nequit. Sed ſi finitimi citra bellum hoſtilia parent, puta legatos, aut negotiatores, aut alia de cauſa apud ſe commorantes innoxios vinciant, injuriave afficiant, aut cum hoſtibus fœdus feriant, bellumque minentur, præfecto Provinciæ occupare illos & ultro bellum inferre non videtur conceſſum, priuſquam de his rebus principem aut populum ſuum docuerit, & ab eo quid faciendum ſit, mandatum acceperit. Ratio eſt evidens: nam in priore caſu periculum præſens moram non patitur: & generale mandatum cuſtodiendæ partis ſibi commiſſæ videtur etiam includere jus omnis honeſtæ rationis, ſine qua cuſtodia præſtari nequit. Sic L. Pinarius, quum Ennenſes, ubi in præſidio locatus erat, pacti cum Himilcone Pœno de proditione præſidii, claves portarum ab eo poſcerent, & quum negarentur, vim facturi eſſent, cæſis turbulentis, *aut malo*, inquit *Livius*, *aut neceſſario facinore oppidum retinuit*: additque Claudium Marcellum Imperatorem nec factum improbaſſe & prædam Ennenſium militi conceſſiſſe lib. 24, 29. Sic Ancius Gallus prætor. Illyrici bellum non decretum geſſit adverſus Gentium Regem. Hoc unum bellum prius perpetratum, quam cœptum Romæ auditum eſt, inquit *Livius* 44, 32. & tamen nemine contradicente victor triumphavit. In altero caſu valet illud *Terentii*: *Omnia prius conſilio quam armis experiri ſapientem decet*: nam nec in uno alterove privato caſu ſummum periculum adit Reſpublica: & poteſt fieri, ut qui offenderunt, meliora docti à vi abſtineant, & rebus repetitis factum purgent, priuſquam ad bellum veniatur. Et in hac cauſa eſſe judicabant Cæſarem Cato & alii, quum eum dedendum Germanis cenſerent: bella enim ex bellis ſerendo ſine auctoritate populi Romani, non provinciæ ſecuritatem, ſed ſuam gloriam quærere videbatur.

Nec vero jure videtur auctor reprehendere judicium Ciceronis laudantis Octavium & Brutum, quod privato conſilio arma in Antonium ceperant. Dicit ille quidem Senatus populique judicium exſpectari debuiſſe, diſſimulare factum, an ulciſci vellet, deinde permittendam Senatui populoque deliberationem fuiſſe, per quos potiſſimum id bellum geri vellent. Hæc recte, ſi ſenatus erat liber, ſi res ferebat moram, ſi Senatus populique judicium interponi patiebatur Antonius. Sed, ut vere ait *Vellejus*, *torpebat oppreſſa dominatione Antonii civitas*. lib. 2, 11. Et hic inconſulto Senatu populoque moverat arma in Brutum, Galliamque invadendo eandem viam, qua Julius erat uſus, ſibi muniebat ad tyrannidem. Indigniſſima vero conditio eſt bonorum, ſi hi adſtringantur ſolennibus, nec poſſint agere quidquam, niſi rite & ordine, interea dum omnia divina & humana perturbant mali. Si ſenatus & populi judicium exſpectaſſet Brutus, perierat ipſe & Gallia, antequam Romam quidquam renunciaretur. Erat id tempus quo vere monebat Brutum *Cicero* lib. 2. epiſt. 7. *Caput autem eſt hoc, quod te diligentiſſime percipere & meminiſſe velim, ut ne in libertate & ſalute Populi R. conſervanda auctoritatem ſenatus exſpectes nondum liberi*. Et mox: *voluntas ſenatus pro auctoritate haberi debet cum auctoritas impeditur metu*. Pertinet huc admonitio Catonis ad Cn. Pompejum filium relata ab auctore belli Africani cap. 22. *Tuus Pater iſtuc ætatis cum eſſet, & animadvertiſſet remp. ab audacibus & ſceleratis civibus oppreſſam, bonoſque*

Digitized by Google

[44] ſufficiat conjectura voluntatis. Mihi id admittendum non videtur. Neque enim hoc ſufficit videre, quid [45] hoc rerum ſtatu ſummam poteſtatem habenti, ſi conſulatur, placiturum ſit; ſed hoc magis videndum, quid ille, ubi res moram fert, aut dubiam habet deliberationem, ſe inconſulto cupiat fieri, [46] ſi ea de re lex ferenda ſit. Nam [47] ut maxime in aliquo facto particulari ceſſet inſpecta particulariter ratio, quæ voluntatem ſummi imperantis movet, non tamen ceſſat ratio ſumta univerſaliter quæ periculis occurri vult: quod fieri non poteſt, ſi ejus rei ad ſe magiſtratus quiſque judicium trahat.

4. Non ergo injuria à legatis ſuis accuſatus fuit [48] Cn. Manlius, quod Pop. Rom. injuſſu bellum Gallo-Græcis intuliſſet: nam quanquam in Antiochi exercitu Gallorum legiones fuerant, tamen pace facta cum Antiocho, an ea injuria in Gallo-Græcos exſequenda eſſet, non in Cn. Manlii, ſed in Pop. Rom. arbitrio eſſe debuit: C. Cæſarem, quod bellum Germanis intuliſſet, (bb) dedi Germanis Cato voluit; credo non tam jus reſpiciens, quam quod [49] imminentis domini metu vellet urbem liberari. Nam Germani Gallos *Liv. lib. xxxviii. c. 45. & ſeqq.*

*noſque aut interfectos, aut exilio mulctatos, patria civitateque carere, gloria & animi magnitudine elatus privatus atque adoleſcentulus, paterni exercitus reliquiis collectis, pene oppreſſam funditus & deletam Italiam urbemque Romanam in libertatem vindicavit* &c. Quam bene quæſo conſuluiſſent reip. qui vetuiſſent Pompeium eo tempore capere arma, qui juſſiſſent exſpectare judicium populi & ſenatus, qui monuiſſent per mittendam Senatui & Populo deliberationem, per quem potiſſimum vellet id bellum geri? [Non poſſum ſatis mirari, qui in mentem venire potuerit Doctiſſimo *Gronovio*, Auctorem noſtrum *abſolutè negare* (ut ait, initio Notæ illius) *ſufficere* unquam *conjecturam voluntatis*, ut Poteſtas inferior bellum inchoet: quaſi Auctor non disertè excepiſſet in fine paragraphi præcedentis, caſum, quo *tempus non fert conſuli* Summam Poteſtatem; quod & in ſequentibus non minus clarè innuit. Id dudum obſervavimus, ad PUFENDORF. noſtrum, *Lib.* VIII. *Cap.* VI. §. 15. *J. B.*]

44 *Sufficiat conjectura*] Excuſatus ſit præfectus, ſi rem ſtatim gerat, quam probabiliter conjecerit ratam & gratam principi futuram.

45 *Hoc rerum ſtatu*] In uno tali caſu.

46 *Si ea de*] Si ſtatuendum ſit quid in perpetuum omnibus ille ſuis velit licere.

47 *Ut maxime in*] Etſi forte, ut nunc eſt, diſſimulaturum principem & minus moraturum putare poſſimus, quod in perpetuum valere debeat, ob præſentem fructum. [Immo ſenſus eſt: quamvis in hoc vel illo caſu nullum forte incommodum aut periculum re verâ deprehendatur, ſufficit, quòd ut plurimum & in univerſum maximum futurum ſit incommodum & periculum, ſi liceat Poteſtati inferiori, ubicumque illa conſultum judicaverit, inchoare bellum, inconſultâ Summâ Poteſtate. Vide infra, *Lib.* II. *Cap.* XVI. §. 25. n. 1. *J. B.*]

48 *Liv. l.* 48.] 38, 45. Flor. 2, 11.

49 *Imminentis domini*] Cæſaris, qui ei jam tum viam ſibi ad tyrannidem moliri videbatur.

(bb) Non ideo *Cæſarem* dedi *Germanis*, voluit *Cato*: ſed quòd, adverſus fidem datam, *Germanos* prælio laceſſiviſſet, eorumque legatos retineri juſſiſſet; ut refert PLUTARCHUS, ex Hiſtorico vetere Latino *Tanuſio Gemino*, Vit. Cæſar. *Tom.* II. p. 718. E. & alibi pag. 567. B. quamquam *Cæſar* ipſe, in *Commentariis* ſuis, colorem huic perfidiæ quærit, *Bell. Gall.* Lib. IV. Cap. XI. & ſeqq. Deinde Auctor noſter heic confundit prælium commiſſum adverſus *Uſipetes* & *Tenchteros*, antequam *Cæſar* primùm ponte *Rhenum* trajiceret,

los populi Romani hoſtes adjuverant, ac proinde non erat quod injuriam ſibi factam quererentur, ſi modo juſta fuit populi Romani cauſa in Gallos bellandi. At Cæſar contentus eſſe debuit Germanos Gallia mandata ſibi provincia pepuliſſe, nec Germanos, præſertim cum nullum inde periculum immineret, intra ſuos fines bello perſequi, 50 niſi conſulto prius populo Romano. Non ergo Germani jus habebant deditionem poſtulandi, ſed populo Romano punire Cæſarem jus erat, plane 51 ut Carthaginenſes Romanis reſponderunt. *Ego non, privato publicone conſilio Saguntum oppugnatum ſit, quærendum cenſeo; ſed utrum jure an injuria: noſtra enim hæc quæſtio atque animadverſio in civem noſtrum eſt, noſtro an ſuo fecerit arbitrio. vobiſcum una diſputatio eſt, licueritne per fœdus fieri.*

*Livius lib.* xxxi.c.18.

5. Defendit M. Tullius Cicero factum & Octavii & Decimi Bruti, qui privato conſilio in Antonium arma ceperant. Atqui, etiam ſi conſtaret meritum hoſtilia Antonium, Senatus populique Romani judicium exſpectari debuit, 52 an è republica eſſet diſſimulare factum, an ulciſci, ad pacis venire conditiones, an ad arma procurrere. Nam jure ſuo, quod ſæpe cum damni periculo conjunctum eſt, uti nemo cogitur. Tum vero etiam, hoſte judicato Antonio, permittenda Senatui & populo Romano deliberatio fuit, per quos potiſſimum bellum id geri vellet. Sic Caſſio auxilia ex fœdere petenti reſpondere Rhodii, miſſuros ſe, ſi Senatus juberet.

*Appian. Bell. Civ.* L.iv. pag. 627. *Ed. Steph.*

6. Moniti hoc exemplo, & plura occurrent, meminerimus non omnia probare, quæ a quamvis præclaræ famæ auctoribus dicuntur: ſæpe enim tempori, ſæpe affectibus ſerviunt, & aptant 53 τῷ πέτρῳ ςάθμην. Quare danda eſt opera uti in his rebus defecato utamur judicio, nec quæ excuſari magis quam laudari poſſunt, temere in exemplum rapiamus, in quo pernicioſe errari ſolet.

7. Cum

ret, cum victoriâ, ferè biennio, poſt de *Treviris* relatà, & de quâ ipſe agit, *Bell. Gall.* VI, 9. Plura in Notis Gallicis dicemus. *J. B.*

GRONOVII.

50 *Niſi conſulto prius populo Romano*] Ut A. Cornelius Coſſus Dictator inventis inter hoſtes *Circejenſibus* & *Veliternis*. *Liv.* 6, 13. extremo & 14. & *M. Furius Camillus* trib. mil. c. p. *Tuſculanis* deprehenſis. ibid. cap, 25.

51 *Ut Carthaginenſes*] Simile eſt re, non cauſa. Potuiſſent hoc Romani reſpondere Germanis, ſi Cæſarem dedi poſtulaſſent, non Pœni Romanis: nam Romani non laceſſierant Hannibalem, ut Germani Cæſarem: ſed Hannibal privata libidine violaverat fœdus oppugnando Saguntum. Jure igitur poſcebatur. Reſponſio autem Pœnorum erat mera cavillatio. [Oppugnatione *Sagunti* violatum equidem fuerat fœdus idque, contra ſententiam Auctoris noſtri, monebimus infra, ad *Lib.* II *Cap.* XVI. §. 13. Verum, quum id negarent *Pœni*, quamdiu id quærebatur merito dicebant, ſuam eſſe quæſtionem & animadverſionem, ſponte, an ipſorum juſſu, feciſſet. *J. B.*]

52 *An è republica*] Utrum è republica.

53 *Τῷ πέτρῳ ςάθμην*] Lapidi lineam vel amuſſim, ut mali menſores, quum lapidem lineæ deberent aptare.

k 2 La

7. Cum vero dictum ſit, bellum publicum geri non debere, niſi eo auctore qui ſummam poteſtatem habeat, & ad hujus rei, & ad quæſtionis illius quæ eſt de bello ſolenni intellectum, atque adeo ad alia multa, neceſſarium erit, quæ ſit ſumma illa poteſtas, quique eam habeant, intelligere: eoque magis, quia noſtro ſæculo viri eruditi; quiſque 54 ex uſu magis rerum præſentium, quam ex vero illud argumentum exſequuti, rem per ſe haud expeditam multo impeditiorem reddiderunt.

VI. 1. Facultas ergo moralis civitatem gubernandi; quæ poteſtatis civilis vocabulo nuncupari ſolet, à Thucydide tribus rebus Lib. v. Cap. 18.
deſcribitur, cum civitatem, quæ vere civitas ſit, vocat *αὐτόνομον, αὐτόδικον, αὐτοτελῆ*, 55 *ſuis utentem legibus, judiciis*, k *magiſtratibus*. Ariſtoteles tres facit partes in adminiſtranda republica, *Lib.* IV. *Pol.* c. 14.
conſultationem de rebus communibus, curam legendorum magiſtratuum, & judicia: ad primam autem partem refert deliberationem de bello, pace, fœderibus faciendis ac diſſolvendis, de legibus; addit de morte, exilio, publicatione, & repetundis, 56 *hoc eſt*, ut ego interpretor, judicia publica; cum prius judiciorum nomine privata intellexiſſet. Dionyſius Halicarnaſſenſis *Lib.* IV. c. 20.
tria maxime notat, jus magiſtratuum creandorum, l jus legum condendarum & tollendarum, jus decernendi de bello ac pace. * Alibi addit quartum, judicia: Rurſum, † alibi adjicit curationem ſacrorum & convocationem comitiorum. * *Lib.* VII. c. 56. † *Lib.* III. c. 14.

2. At ſi quis recte partiri velit, facile quæ huc ſpectant reperiet omnia; ita ut nihil aut deſit, aut redundet. Nam qui civitatem regit, eam partim per ſe, partim per alios regit. Per ſe autem verſatur aut 57 circa univerſalia, aut circa ſingularia. Circa univerſalia verſatur condendo leges, 58 eaſque tollendo, tam circa ſacra (59 quatenus eorum cura ad civitatem pertinet) quam circa profana. Ars circa hæc Ariſtoteli *ἀρχιτεκτονική*, architectalis. Singularia *Ethic. Nicom.* VI. 8.

GROTII.

k *Magiſtratibus* ] Poſſet etiam verti *Vectigalibus*. quomodo accepit Thucydidis Scholiaſtes. Eſt enim vox anceps.

l *Jus legum condendarum & tollendarum, jus decernendi de bello ac pace* ] *Servius* ad 1 Æneid. (vers. 236.) *Omni ditione. Rectius omni quam omnis: ut ſignificet omni poteſtate, pace, legibus, bello.*

GRONOVII.

54 *Ex uſu magis* ] Ut commodum erat illis principibus, quibus favebant.

55 *Suis legibus* ] Legibus, quas ipſi juſſerant, non quas victor rex aut tyrannus aut alius populus impoſuit. Judicibus litium forenſium, quos ipſa civitas legit aut ſortita eſt. Præſidibus Senatus & Judicum quos ipſi creaſſent.

56 *Hoc eſt* ] Per Synecdochen ſpeciei pro genere, criminalibus vel capitalibus.

57 *Circa univerſalia* ] Univerſum corpus reipublicæ, ſummam rempublicam.

58 *Eaſque tollendo* ] Abrogando, ſi commodum reipublicæ impediant, & præſens uſus neceſſitaſque aliud requirat.

59 *Quatenus eorum cura ad civitatem* ] Non ſcilicet ad ſacerdotes & ipſos curatores & miniſtros ſacrorum.

gularia circa quæ verſatur, ſunt aut directe publica, aut privata quidem, ſed quatenus ad publicum ordinantur. Directe publica ſunt actiones, ut pacis, belli, fœderum faciendorum; aut res, ut [60] vectigalia, & ſi quæ his ſunt ſimilia: in quibus comprehenditur & [61] dominium eminens, quod civitas habet in cives, &
*Ibid.* res civium ad uſum publicum. Ars circa hæc Ariſtoteli nomine generis πολιτική, id eſt civilis, & βουλευτική, conſultatrix. Privata ſunt res controverſæ inter ſingulos, quas publica auctoritate
*Ibid.* dirimi publicæ quietis intereſt. Ars circa hæc eidem Ariſtoteli δικαστική, judicialis. Quæ per alterum expediuntur, ea expediuntur [62] aut per magiſtratus, aut per alios curatores, in quibus ſunt & legati. His ergo in rebus conſiſtit poteſtas civilis.

VII. 1. (cc) Summa autem illa dicitur [63] cujus actus alterius juri non ſubſunt, ita ut alterius voluntatis humanæ arbitrio irriti poſſint reddi. Alterius cum dico, ipſum excludo, qui ſumma poteſtate utitur; cui voluntatem mutare licet, [m] ut & ſucceſſorem, qui eodem jure utitur, ac proinde eandem habet poteſtatem, non aliam. Hæc ergo ſumma poteſtas [64] quod ſubjectum habeat, videamus. Subjectum aliud eſt commune, aliud proprium: ut viſus ſubjectum commune eſt corpus, proprium oculus. ita ſummæ poteſtatis ſubjectum commune eſt civitas, quam perfectum cœtum eſſe ſupra diximus.

2. Excludimus ergo populos, qui in alterius populi ditionem conceſſerunt, quales erant provinciæ Romanorum: hi enim populi non per ſe civitas ſunt, ut nunc quidem eam vocem ſumimus, ſed [65] membra minus digna magnæ civitatis, quomodo ſervi membra ſunt familiæ. Rurſum accidit, ut plurium populorum idem ſit caput, qui tamen populi ſinguli perfectum cœtum conſtituunt: neque enim, ut in naturali corpore non poteſt caput unum eſſe plurium corporum, ita in morali quoque corpore; nam ibi eadem [66] perſona diverſa ratione conſiderata caput poteſt
*Vid. de Jure Belli n. 7.* eſſe plurium ac diſtinctorum corporum. (dd) Cujus rei certum indicium

GROTII.

m *Ut & ſucceſſorem*] Cacheranus Deciſ. Pedem. CXXXIX. num. 6.

GRONOVII.

60 *Vectigalia*] Commercia, annonæ, opera.

61 *Dominium eminens*] Sic dictum, ut diſtinguatur à dominio privato cujuſque civis in res ſuas, 1, 6.

62 *Aut per magiſtratus*] Ἀρχαιρεσία. Comitia, ordinatio officiorum.

63 *Cujus actus*] Illa ſuperius dicta ſic in manibus habere, atque adminiſtrare, ut quod in illis agas, jubeas, conſtituas, à nemine poſſit infirmari & reſcindi. *Schelius* de jure imp. p. 132.

64 *Quod ſubjectum*] Penes quem ſit, in quo reſideat ac conſiſtat, quod vocant ſubjectum ὑπάρξεως, ſive inhæſionis.

65 *Membra minus digna*] Viliora.

66 *Perſona diverſa ratione conſiderata*] Ut Imperator Romano-Germanicus, alibi Rex, alibi Archidux, alibi Dux, alibi Comes.

(cc) Confer PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VI. *J. B.*

(dd) Vide infra, *Lib.* II. *Cap.* IX. §. 8. *J. B.*

67 *Plures*

Digitized by Google

indicium eſſe poteſt, quod extincta domo regnatrice imperium ad quemque populum ſeorſim revertitur. Sic etiam accidere poteſt, ut 67 plures civitates arctiſſimo inter ſe fœdere colligentur, (ee) & faciant σύστημα quoddam, ut Strabo (ff) non uno loco loquitur, neque tamen ſingulæ deſinant ſtatum perfectæ civitatis retinere: quod tum ab aliis, tum ab Ariſtotele etiam notatum eſt non uno loco. *Lib.* II. *Pol.* c. 20, l. III. c. 9.

3. Subjectum ergo commune ſummæ poteſtatis eſto civitas, ita ut jam diximus intellecta. Subjectum proprium eſt perſona una pluresve, pro cujuſque gentis legibus ac moribus. ἡ πρώτη ἀρχὴ apud Galenum libro ſexto de placitis Hippocratis & Platonis.

VIII. 1. Atque hoc loco primum rejicienda eſt eorum opinio, 68 qui ubique & ſine exceptione ſummam poteſtatem eſſe volunt populi, ita ut ei reges, quoties imperio ſuo male utuntur, & coërcere & punire liceat: quæ ſententia 69 quot malis cauſam dederit, & dare etiamnum poſſit, penitus animis recepta, nemo ſapiens non videt. (gg) Nos his argumentis eam refutamus. 70 Licet

GRONOVII.

67 *Plures civitates*] Ut olim XII. Achæorum populi, *Juſtin.* 34, 1. ut hodie VII Belgii conſociati civitates.

68 *Qui ubique & ſine exceptione ſummam poteſtatem eſſe volunt populi*] Status controverſiæ prorſus invidioſe proponitur, adeo ut auctor non effugiat reprehenſionem, qua ipſe culpat alios num. 5. eos magis ex uſu præſentium rerum, quam ex vero hoc argumentum exequi: neque enim quiſquam, opinor, dixit, ubique & ſine exceptione ſummam poteſtatem eſſe populi, ut ei reges, quoties imperio ſuo male utuntur, & coërcere & punire liceat. Et ſi quis dixit, nequaquam ei ſubſcribimus. Sed hæc eſt quæſtio. An populus habens imperium legitimum (puta Regem vel Senatum vel Remp. per conventus ordinum ſive comitia regi ſolitam) ſi major & melior pars cenſeat eam formam regiminis eſſe pernicioſam (puta Regem palam degeneraviſſe in tyrannum, ſenatum in paucos dominos, comitia in confuſam turbam ſeditioſorum hominum) poſſit illam mutare, & auctores mali (puta Reges, aut paucos e ſenatu, aut comitiorum turbatores) jure punire? ut Romani fecerunt expulſo Tarquinio: ut Athenienſes imperio populi ad Quadringentos translato: & iiſdem poſtea Quadringentis, ut & Trigintaviris, cum tyrannica impotentia uterentur, exilio aut morte punitis, *Juſt.* 5, 3. ut Vejentes Rege creato apud *Livium* 5, 1. ut denique Hebræi abrogato judicum magiſtratu & creato rege.

69 *Quot malis*] Seditionibus, conjurationibus, tumultibus, bellis inteſtinis. Quaſi vero opinio hominum non debere ſe indigna pati ab eo, qui juris fruendi cauſa conſtitutus eſt, & non ipſa iniquitas principum & magiſtratuum iſtis malis cauſam dederit. Vide 1 Reg. 18, 17. & 18.

(ee) Confer PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. V. §. 16. *& ſeqq.* ubi fusè de his ſyſtematibus civitatum agit. *J. B.*

(ff) Vide, exempli gratiâ, de *Amphictyonibus*, Lib. IX. pag. 420. *Ed. Pariſ. Caſaub.* De *Lyciis*, Lib. XIV. pag. 664.

(gg) De vero ſtatu hujus quæſtionis, & quid circa eam ſtatuendum ſit, ut extrema, in quæ plerique Auctores incidunt, vitentur, dicemus in Notis Gallicis. Interim vide, quæ dudum ſcripſimus ad PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VI. §. 5. Not. 2. *J. B.*

*Reſponſio ad argumenta Grotii.*

GRONOVII.

70 *Licet homini cuique*] Licet privato ſe in ſervitutem addicere. Ergo & populo

* Ex. xxi, 6. † Inſtit. de jure perſ. §. Servi autem. 4. Gell. lib. 2. c. 18.

cet homini cuique ſe in privatam ſervitutem cui velit addicere, (hh) ut & ex lege * Hebræa & 71 Romana † apparet. quidni ergo populo ſui juris liceat ſe unicuipiam, aut pluribus ita addicere, ut regendi ſui jus in eum plane tranſcribat, nulla ejus juris parte retenta? Neque dixeris 72 minime id præſumi: non enim jam quærimus, quid in dubio præſumendum ſit: n ſed quid jure fieri poſſit. Fruſtra quoque afferuntur incommoda quæ hinc ſequantur, aut ſequi poſſint. nam 73 qualemcumque formam gubernationis animo finxeris, nunquam incommodis aut periculis carebis. *Aut hæc cum illis ſunt habenda, o aut illa cum his amittenda ſunt*, ait comœdia.

Terent. Heaut. II, 3. 84.

2. Sicut autem multa ſunt vivendi genera, alterum altero præſtantius, & cuique liberum eſt ex tot generibus id eligere quod ipſi placet: ita & populus eligere poteſt qualem vult gubernationis formam: neque ex præſtantia hujus aut illius formæ, qua de re diverſa diverſorum ſunt judicia, p ſed ex voluntate jus metiendum eſt.

3. Neque

pulo. Reſp. 1. Conceditur totum. Ergo, qui hoc fecerunt, ſerviant.

Ubi autem illi? Non Germani: nam eligunt hodie Cæſarem. Non qui ſub Principibus aut liberis Germaniæ civitatibus: nam hæc feuda regalia Principes habent a Cæſare, non ut domino mancipiorum, ſed ut repræſentante populum Germanicum in univerſum ſumtum, cujus caput eſt conſtitutus. Non Galli: conſtituerunt enim ipſi Reges, Merovæi, Caroli, Hugonis Capeti poſteros comitiis & libera electione. Non Hiſpani: nam connubiis & pactis ipſi quoque receperunt Auſtriacam domum. Non ulli alii Europæ populi, niſi Moſcorum, Turcarum, Tartarorum tyrannide preſſi. Ergo fruſtra hoc diſputatur in Europa.

Sed argumentatur porro: Si poteſt populus ſe addicere in ſervitutem, amiſit omne jus ſe in libertatem aut ſecuritatem vindicandi: Atqui &c. Ergo Reſp. Negatur major: nam ne ſervi quidem id amiſerunt. Athenis ſervus crudeliter habitus ſine culpa ſua poterat dominum in jus vocare & per judicem cogere, ut ſe venderet. Romæ quid reſcripſerit *Antoninus Pius*, notum eſt ex §. 2. Inſtit. *de his, qui ſui, vel alieni juris ſunt*. Ubi tale remedium juris civilis ceſſat, remedium naturale appetere non prohibetur, quod eſt aut fuga, aut vis contra vim.

71 *Romana*] Si quis major xx. annis ad pretium participandum ſe venundari paſſus eſſet.

72 *Minime id*] Non eſſe credibile quemquam populum huc deſcenſurum.

73 *Qualemcumque*] Sive monarchiam, ſive ariſtocratiam, ſive democratiam, ſive ex omnibus aut duabus mixtam.

GROTII.

n *Sed quid jure fieri poſſit*] *Gail.* de Arreſtis cap. VI. n. 22. & ſeqq.

o *Aut illa cum his amittenda ſunt*] *Cicero* lib. III. de legibus: *Eſt iniqua, in omni re accuſanda, prætermiſſis bonis malorum enumeratio, vitiorumque ſelectio.* (Cap. 10.) mox: *Sed bonum quod eſt quæſitum in ea, ſine iſto malo non haberemus.*

p *Sed ex voluntate jus metiendum eſt*] A Carolo quinto Imperatore eodem tempore Auguſta civitas petiit, ne ſenatus urbis ſuæ placita valerent, niſi aſſenſiſſent curiarum magiſtri: Norimberga plane contrarium. [Pro *Carolo Quinto* Auctor debebat dicere *Sigiſmundum* Imperatorem: ab illo enim hæc petita fuiſſe, Hiſtorici tradiderunt; ut, poſt WAGENSELIUM, obſervavit *J. Nicol. Hertius*, Tom. II. *Comm. & Opuſc.* ſeu Diſſ. *De ſpecialibus Rom. Germ. Imperii Rebuſpubl.* §. 23. *J. B.*]

(hh) Locum *Auli Gellii*, in margine poſitum, quo Auctor noſter tacite innuere

Digitized by Google

3. Neque vero non multæ exſtare poſſunt cauſæ, cur populus jus totum imperandi à ſe abdicet, aliique tradat, puta quia 74 in periculum vitæ adductus, alia lege, qui ſe defendat, reperire non poteſt: aut quia 75 inopia preſſus aliter habere non poteſt copiam, unde ſe ſuſtentet. Nam ſi Campani olim neceſſitate ſubacti q populo Romano ſe ſubjecerunt in hunc modum: 76 *Populum Campanum, urbemque Capuam, agros, delubra Deum, divina humanaque omnia, in veſtram P. C. ditionem dedimus:* & quidam populi, cum r Romanorum ditioni ſubjicere ſe vellent, 77 ne recepti quidem ſunt; quod narrat Appianus: quid obſtat quominus & uni homini præpotenti populus aliquis eundem ad modum dedere ſe poſſit? 78 Apud Virgilium legimus:

*Livius* VII, 31.

*Præfat.* p. 3. *Ed. Steph.*

*Nec cum ſe ſub leges pacis iniquæ*
79 *Tradiderit regno.*

Accidere etiam poteſt, ut paterfamilias latifundia poſſidens neminem alia lege in ſuas terras habitantem recipere velit: aut ut quis magnam ſervorum copiam habens eos manumittat, ſub imperii ferendi & cenſus pendendi legibus: quæ ſuis exemplis non carent. De ſervis Germanorum apud Tacitum eſt: *Suam quiſque ſedem, ſuos penates regit. Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis, ut colono, injungit, & ſervus hactenus paret.*

*Germ.* c. 25.

4. Adde quod ſicut Ariſtoteles dixit quoſdam homines natura eſſe ſervos, id eſt, ad ſervitutem aptos; ita & populi quidam eo ſunt ingenio, ut regi quam regere norint rectius; quod de ſe ſenſiſſe Cappadoces videntur, qui oblatæ à Romanis libertati vitam ſub rege prætulerunt, negantes vivere ſe ſine rege poſſe. Sic Philoſtratus, * vita Apollonii, ſtultum eſſe ait Thraces, Myſos, Getas in libertatem vindicare, qua non gaudeant.

*Polit.* I. 2.

*Strabo* XII. *Juſtin.* lib. XXXVIII.

* *Lib.* VII. c. 3. *Ed. Olear.*

5. Neque

nuere voluit, apud *Græcos* olim licuiſſe quoque ſingulis ſe ipſos vendere, emendavimus quoad numerum capitis, ex *Fiarum ſparſione ad Jus Juſtinian.* p. 14. *Ed. Amſt.* Sed & ille malè huc aptatur, ut ad *Gellium* obſervavit *Gronovius*, qui heic ſilet. Auctor noſter adfert ipſe alium locum haud dubium, *Lib.* II. *Cap.* V. §. 27. n. 1. *J. B.*

**GROTII.**

q *Populo Romano ſe ſubjecerunt*] Ut Faliſci apud *Liv.* lib. V. c. 27. Samnites lib. IX. c. 42. Sic Epidamnii à Corcyræis deſerti Corinthiis ſe dediderunt, ut protegerentur adverſus Taulantios & exſules. *Thucyd.* lib. I. c. 25.

r *Romanorum ditioni*] Et Venetorum. *Bembus* lib. VI.

**GRONOVII.**

74 *In periculum vitæ*] Salutis. Ut Phrygum diſcordiis rege opus fuit. *Juſtin.* II, 7. ut Vejentes tædio annuæ ambitionis & diſcordiarum regem creavere. *Liv.* 5, 1. Ut Athenis bello Peloponneſiaco reſpublica à Populo tranſlata ad Senatum CCCC. *Juſtin.* 5, 2.

75 *Inopia*] Ut Ægyptii fame coacti ſeque & omnia ſua regi vendiderunt Joſephi artibus. *Geneſ.* 47, 13.

76 *Populum Campanum*] 8, 1.

77 *Ne recepti*] Ut Sardi poſt bellum Punicum primum circa ann. V. C. 513.

78 *Apud Virgilium*] 4. *Æn.* 619.

79 *Tradiderit regno*] Hic male juncta & nexa, quæ *Virgilius* ſepararat, hoc modo: *Tradiderit, regno aut optata pace fruatur.*

5. Neque vero non aliquos movere poterunt exempla gentium, quæ per ſæcula plurima ſ ſub imperio plane regio ſatis feliciter vixerunt. t Urbes ſub Eumene, ait Livius, nullius liberæ civitatis fortunam cum ſua mutatam voluiſſe. Eſt & interdum is civitatis ſtatus, u ut videatur niſi ſub libero unius imperio ſalvus eſſe non poſſe; quod de Romana, qualis erat Cæſaris Auguſti ætate, 80 multis prudentibus viſum eſt. His ergo ſimilibuſque de cauſis accidere non poteſt tantum, ſed & ſolet, ut ſe homines ſubjiciant imperio alterius ac poteſtati, quod & Cicero notat Officiorum ſecundo.

Liv. l. XLII. c. 5.

Cap. 6.

6. 81 Jam verò bello juſto, ut ante diximus, ſicut acquiri poteſt

GROTII.

ſ *Sub imperio plane regio ſatis feliciter vixerunt*] *Seneca* de Beneficiis libro II. c. XX. de Bruto locutus: *Mihi, cum vir magnus fuerit in aliis, in hac re videtur vehementer erraſſe, nec ex inſtitutione Stoica ſe geſſiſſe: qui aut regis nomen extinguit, cum optimus civitatis ſtatus ſub rege juſto ſit, aut ibi ſperavit libertatem futuram, ubi tam magnum præmium erat, & imperandi & ſerviendi: aut exiſtimavit civitatem in priorem formam poſſe revocari, amiſſis priſtinis moribus: futuramque ibi æqualitatem civilis juris, & ſtatutas ſuo loco leges, ubi viderat tot millia hominum pugnantia, non an ſervirent, ſed utri.* vide & *Bizarrum* hiſtoria Genuenſi lib. XIV. p. 329.

t *Urbes ſub Eumene*] Sic multos ex liberis Græciæ civitatibus in Salamina Cypri, quod Euagoræ regnum erat, veniſſe narrat *Iſocrates*. (Pag. 199. B. *Edit. H. Steph.*)

u *Ut videatur niſi ſub libero unius imperio ſalvus eſſe non poſſe*] Dion apud *Philoſtratum* v. cap. XI. δέδια δὲ μὴ χειρωθεῖς ἤδη Ῥωμαίους αὗται αἱ τυραννίδες πεποιηκυῖαι, χαλεπὴν ἐργάσωνται τὴν μεταβολήν. *Metuo ne Romani longis dominatibus edomiti nullam jam ferre poſſint mutationem.* (Cap. 34. *Ed. Olear.*)

GRONOVII.

80 *Multis prudentibus*] *Tacit.* 1, 9. *Non aliud diſcordantis patriæ remedium fuiſſe, quam ut ab uno regeretur.* Idem hiſtor. 1, 1. *atque omnem poteſtatem ad unum conferri pacis interfuit.* Florus 4, 3. *Dio* 53. p. 509.

81 *Jam vero bello juſto*] 2. Argum. Si bello juſto acquiritur dominium privatum, etiam dominium civile non aliunde pendens. Atqui. Ergo.

Reſp. Conceditur iterum totum, & certe plus licet in populos bello ſubactos, quam qui creaverunt regem.

Si bello juſto acquiritur dominium aliunde non pendens, populus nullum jus habet bello victorem, utcunque tyrannus ſit, puniendi. Atqui. Ergo.

Reſp. Negatur major: nam & in privato dominio, etſi id à nulla pendeat, tamen quia expedit, nequis re ſua male utatur, coërcetur dominus, ut dictum eſt de ſervis, ut prodigo interdicitur adminiſtratione bonorum: ut furioſi in tutela ſunt agnatorum & gentilium.

Sed, inquit, magiſtratus in rebus privatorum habet dominium eminens, non populus in bonis regum.

Reſp. 1. Omnes boni principes confeſſi ſunt, idem illud dominium eminens eſſe populo in bona principum, Trajanus, Hadrianus, Antonini.

Reſp. 2. Ambiguitas eſt in voce *dominium*, quaſi dominium ſit jus utendi, abutendi, ſine cujuſquam interceſſione. Id falſum eſt in hominibus ſub dominium venientibus, etiam jure gentium, non civili tantum. Nam & dominorum ac ſervorum eſt ſocietas, & ſervi facti ſunt, ut ſervarentur, non occiderentur, in bello capti. Sic igitur populi qui bello acquiſiti ſine alia pactione ſe dederunt, hoc tamen ſpectarunt, & tacite ſunt pacti, ut duriore quidem conditione & libertate amiſſa ſalvi tamen eſſent & viverent. Si ne hoc quidem licet per victorem Tyrannum, ſupereſt illis ut vitam ſuam quoquo modo defendant.

82 Non

Digitized by Google

teſt dominium privatum, ita & dominium civile, ſive jus regendi [82] non aliunde pendens. Neque vero hæc tantum pro unius imperio, ubi id receptum eſt, conſervando dicta cenſeri debent: nam idem jus eademque ratio eſt [83] procerum, qui plebe excluſa civitatem regunt. [84] Quid, quod nulla reſpublica adeo reperta eſt popularis, in qua non aliqui aut valde inopes aut externi, tum vero & fœminæ, & adoleſcentes à deliberationibus publicis arceantur?

7. [85] Jam

### GRONOVII.

82 *Non aliunde*] Superiorem neminem, adeoque nec populum agnoſcens.

83 *Procerum qui*] In Ariſtocratia mera, ut hodie Venetiis.

84 *Quid quod nulla Reſp.*] Si in rebus publicis aliqui aut inopes, aut externi, tum fœminæ & adoleſcentes a deliberationibus publicis arcentur, non eſt ullum jus populo in acta Principis.

*Reſp.* Argumentum non video quid concludat. Prava enim eſt collectio. Nam non eſt eadem ratio iſtorum, quæ populi. Iſtis diffiditur, egenis & externis tanquam appetentibus rerum novarum: mulieribus & adoleſcentibus, tanquam imperitis rei gerendæ. Hoc de populo dici non poteſt. Deinde quod ponitur, ordinarium eſt, quod colligitur extra ordinem, & in magnis caſibus fit: quibus ne quidem egeni, externi, mulieres, ſi quid opis adferre poſſent, excluderentur. Sententia igitur argumenti hæc eſt. Si inopes, externi, mulieres, adoleſcentes ordinarie arcentur à tractanda Rep. populus omnis aut major meliorque pars conſentiens, etiam in ultima neceſſitate, & manifeſta tyrannide arcetur à coërcendo Tyranno. Atqui &c. Ergo. Sic apparet argumenti hujus vanitas. [Immo carpentis ἀβλεψία & præcipitantia. Non agitur heic de jure coërcendi Tyranni, quod etiam Auctor non omnino Populo denegat, ut patet ex Cap. ſeq. §. II. Verum, ut probet, non repugnare naturæ & ſcopo Societatis Civilis talem ὑποταγὴν, quâ populus ſui regendi jus in Summam Poteſtatem planè tranſcripſerit; poſtquam de *Regibus* & de *Proceribus Reipublicæ Ariſtocraticæ* id adſeruit, addit jam, in ipſis *Rebuspublicis Democraticis* non paucos eſſe, qui ſpeciem quamdam exhibeant Populi, non minus ſubjecti Cœtui è Patribusfamilias & Civibus compoſito, quam univerſi & ſinguli Cives in Regno, Monarchæ; in Republica Ariſtocratica, Senatui. Sic evaneſcit fatua illa ratiocinatio, quam Eruditiſſimus Criticus non veritus eſt adfingere Viro Summo, in quo judicium cum omnigenâ eruditione certabat. Piget cetera expendere, in quibus perpetua ferè eſt *ignoratio elenchi*, & quaſi σκιαμαχία. *J. B.*]

### GROTII.

I *Populi quidam alios ſub ſe populos habent*] Sic Salamis inſula Athenienſium juris jam inde à Philæo & Euryſace Ajacis filiis, ut *Plutarchus* (pag. 83.) Solone nos docet. Hanc Salaminem Athenienſibus ademit Auguſtus, ut poſtea Cephaleniam Adrianus, teſte *Xiphilino* (pag. 264. D. *Ed. Steph.*) Atarneus ab antiquo Chiorum, teſte *Herodoto* lib. I. (Cap. 160.) & Samii multa in continente oppida tenuere, ut *Strabo* docet lib. XIV. (pag. 639. *Ed. Par. Caſ.*) Anactorium partim ad Corinthios, partim ad Corcyrenſes pertinebat, ut *Thucydides* ſcribit libro I. (§. 55. *Ed. Oxon.*) In pace cum Ætolis apud Livium: *Oeneadæ cum urbe agroque, Acarnanum ſunto.* (Lib. XXXVIII. c. II.) Sex oppida Halicarnaſſo attributa per Alexandrum Magnum, memorat *Plinius* Hiſtoriæ Naturalis lib. V. c. 29. Idem libro XXXIII. c. IV. Lindum inſulam eſſe ait Rhodiorum: tantundem de *Cauno* habes libro XXXV. c. 10. Teſtatur idem *Cicero* (Lib. I. Epiſt. I. c. II.) epiſtola ad fratrem. Rhodiis iiſdem, quod Romanos contra Antiochum juviſſent, complures urbes dono datas ait *Eutropius* libro IV. (Cap. 2.) nempe Carum & Lyciorum, quæ rurſus eis ablatæ à Se-



Digitized by Google

*a Liv. lib. I. c. 38.*
*b Liv. lib. VII. c. 31.*
*c Lib. XXVI. c. 24.*
*d Lib. XXXVIII. c. 3.*
*e Id. Lib. XXXII. c. 33.*
*f Strab. Lib. XIV. p. 963.*
*g Diod. Sic. Lib. XVI. pag. 514. Ed. Steph.*

7. 85 Jam vero & x populi quidam alios ſub ſe populos habent, non minus addictos ſibi quam ſi regibus parerent: unde illa interrogatio, *a Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate?* & Campani cum ſe Romanis dedidiſſent, *b* facti dicuntur alienæ poteſtatis: *c* Acarnania ut & *d* Amphilochia dicuntur fuiſſe 86 juris Ætolorum: *e* Peræa & *f* Caunus ditionis Rhodiorum: Pydna a *g* Philippo Olynthiis

natu. Utrumque eſt in Excerptis *Polybii.* [Cap. 36. Non unum eſt in hac Notâ, ceteroquin ſupervacanea ſatis, *ἁμάρτημα μνημονικόν*. I. *Salaminem Auguſtus* non ademit *Athenienſibus*. Sub horum enim imperio illam fuiſſe ætate ſuâ teſtatur STRABO, pag. 394. *Ed. Par. Caſ.* Confudit Auctor *Salaminem* cum *Aegina*; de quâ XIPHILINUS ait: Τὺς δὲ Ἀθηναίυς ἐκάκωσεν, Αἴγιναν ἀφελόμενος. Pag. 75. B. II. *Hadrianus* non ademit *Cephaleniam* iiſdem *Athenienſibus*: quin potius dedit, ut patet ex *Xiphilino*, quem Auctor laudat: Τήν τε Κεφαλληνίαν ὅλην τοῖς Ἀθηναίοις ἐχαρίσατο. III. Nulla eſt Inſula *Lindus*: ſed hæc eſt urbs Inſulæ *Rhodi*, ut omnes ſciunt. Quum in loco *Plinii*, XXXIII, 4. hæc verba legantur: *Minerva templum habet* Lindos, INSULÆ Rhodiorum, *in quo* Helena *ſacravit* &c. Auctor noſter videtur, dum feſtinaret, legiſſe, INSULA *Rhodiorum* *J. B.*]

GRONOVII.

85 *Jam vero & populi*] Si populi habuerunt non minus ſibi addictos populos quam Regibus, & ab illis ſunt dono dati aliis Regibus, non eſt jus ulli populo Regem poteſtate male utentem coërcere.

Reſp. Nulla prorſus hæc eſt collectio: Populi iſti imperantes ſive bene ſive male uſi ſunt ſuo jure, nihil juvant Tyrannum. Si bene, ipſi ſtatuerunt hoc ſuum officium eſſe, &, ni facerent, populos eos id aliquando non toleraturos, ut Romani. *Liv.* 8, 21. & ſic damnarunt tyrannidem. Si male, idem jus fuit ſubjectis populis contra populum Tyrannum, quod contra Tyrannum regem, & ſi jure iſto non ſunt uſi, defuerunt vires.

Sententiæ Scripturæ ſacræ & auctorum Græcorum, Latinorumque aut explicant jus regum, aut mores. Neutra res tollit jus populi. Si jus & conceſſa legibus, primo populus regi non amplius poteſt dare, quam ipſe habet. Non autem populus habet jus ſe ipſum exſtinguendi, aut in corpus ſuum injuſte ſæviendi. Ergo neque Regibus dare hoc potuit. Deinde poteſtas major Regibus data eſt ad conſervationem ipſius & populi, non ad perniciem. Quæ igitur ad perniciem vergit, non eſt jus regum. Si mores, ſignificant reges ſuo jure abuti, quo abuſu nullum majus jus acquiritur, ſed quod habuerunt, perdunt. Significant & illud: propter eximium illud jus, multa regibus etiam injuſta concedi, multa ferre, multa condonare populos, quia aut abhorrent ipſi à ſeditionibus, aut rationem ſe vindicandi non vident. Non dicunt, nunquam, nullo caſu, ne poſt ultima quidem tyrannicæ crudelitatis exempla jus eſſe populo ſe liberandi. Ubi dicitur: *ſupra populum eſſe regem & populum ſubjici*, mera ludificatio eſt. Nam & Conſules ſupra populum Romanum, & Athenienſes erant ſub Archontibus: neutris tamen omnia in populos illos licuerunt. Cum Chriſtus dicit: *Reges gentium dominantur eis*; nihil aliud dicit, quam eſſe eos ſuperiore gradu & dignitate. Hoc apparet ex contextu: Pronuntiabat enim hæc verba in contentione diſcipulorum, quis eorum maximus eſſet, non ut aliis imperaret, ſed ut priore loco ſederet: dextram enim & lævam Domini in regno ejus vindicabant Zebedæi filii. Deinde demonſtrat hoc oppoſitum: *Vos autem non ſic: quin veſtram maximus perinde ſit ac minimus*, quod nihil aliud eſt, quam primus & poſtremus.

86 *Juris Ætolorum*] Ut *Juſtin.* 9, 1. *Hac urbs variante victoria, nunc Athenienſium, nunc Ætolorum juris habita eſt*, Eod. lib. cap. 5. *in Aſiam Perſarum juris.* Lib. 31, 1. Syriæ quidem ſod *juris Ægypti civitate.*

87 *Excuſa*

thiis data. Et quæ ſub Spartanis fuerant oppida, poſtquam eorum ditioni 87 exemta ſunt, *a* Eleutherolaconum nomen acceperunt. Cotyora urbs dicitur fuiſſe Sinopenſium apud *b* Xenophontem. Nicea Italiæ adjudicata Maſſilienſibus apud *c* Strabonem, & Inſula *d* Pithecuſæ Neapolitanis. Sic 88 Calatiam oppidum coloniæ Capuenſi, Caudium coloniæ Beneventanæ adjudicata cum territoriis ſuis apud *e* Frontinum legimus. Otho provinciæ Bæticæ Maurorum civitates dono dedit: quod apud *f* Tacitum eſt. Quæ omnia convelli neceſſe eſt, ſi id recipimus, jus regendi ſemper ſubditum eſſe eorum judicio ac voluntati, qui reguntur.

8. At vero eſſe reges, qui populi etiam univerſim ſumti arbitrio non ſubſint, tum ſacra, tum profana hiſtoria teſtantur. *Si g dixeris*, inquit Deus populum Iſraëliticum alloquens, *Statuam ſupra me regem:* & ad Samuelem: *h Indica eis jus regis, qui regnaturus eſt ſuper eos.* Hinc rex *i* unctus dicitur ſuper populum, ſuper hereditatem Domini, ſuper Iſraëlem: Salomo *k* rex ſuper totum Iſraëlem. Sic David Deo gratias agit, *l* quod populum ſuum ipſi ſubjecerit. Et Chriſtus: *m Reges*, inquit, *gentium dominantur eis.* 89 Notum illud Horatii: (*Lib.* III. Od. I.)

*Regum timendorum in proprios greges,*
*Reges in ipſos imperium eſt Jovis.*

9. Tres gubernandi formas ita deſcribit 90 Seneca: *n Interdum populus eſt quem timere debeamus: interdum, ſi ea civitatis diſciplina eſt, ut plurima per ſenatum tranſigantur, 91 gratioſi in ea timentur viri: interdum ſinguli quibus poteſtas populi & in populum data eſt.* Tales ſunt quos 92 Plutarchus ait, ο ἐυ κατὰ τοὺς νόμους μόνον, ἀλλὰ

a *Pauſan. Lacon.* ſeu Lib. III. Cap. 21.
b *Exp. Cyri.* lib. V. c. 5.
c *Lib.* IV. p. 184.
d *Idem*, lib. V. p. 248.
e *De Coloniis*, pag. 323. *Ed. Keuchen.*
f *Hiſt.* I. 78.
g *Deut.* XVII, 14.
h 1 *Sam.* VIII, 9.
i 1 *Sam.* IX, 16. X, 1. XV, 1. 2 *Sam.* V, 2.
k 1 *Reg.* IV, 1.
l *Pſalm.* CXLIV, 2.
m *Luc.* XXII, 25.
n *Epiſt.* XIV.
o *Flamin. vit.* pag. 382.

**GRONOVII.**

87 *Exemta ſunt*] Per Auguſtum oppida maritima XVIII.

88 *Calatim*] Calatiam.

89 *Notum illud Horatii*] *Reges in ipſos imperium eſſe Jovis* nemo diffitetur. Nec quiſquam dixit in reges imperium eſſe populi. Sed hoc dicitur: ſi reges imperio illo in proprios greges tantummodo ad mactandum utantur, greges illos non eſſe oves, ut ſemper impune ſe præbeant, ſed homines qui ſciant ſibi nihil eſſe carius ſua ſalute, & paſtorem, qui pro lupo ſe gerat, non eſſe tolerandum.

90 *Seneca* ——— 10. *Ariſtoteles*] poteſtas populi & in populum data eſt regibus: ſed populi, quam ipſe populus habuit. Sic etiam Imperator definit §. 6. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. *Populus ei & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem conceſſit.* Non igitur Tyrannicum. Sed dicit, *data eſt*. Ergo populus eam non retinuit. Certe juſtam dedit, & ordinarie repetere non poteſt. Sed etſi homini libero, in quem poteſtas mihi nulla eſt, gladium donavero, ſic ut & gladius ille exierit e mea poteſtate, ſi is eo gladio ad ſe aut me perdendum utatur, extorquere illum ei jure poſſum ac debeo.

91 *Gratioſi*] Potentes, quorum nemo facile gratiam negligit.

92 *Plutarchus*] Imperium reges habent in leges, hactenus ut eas utiles ferre, & latas, ſi proceſſu temporis inutiles appareant, abrogare poſſint, ut Ageſilaus rex, qualem inferius negat *Grotius* hic deſcribi, & improprie regem appellari, quod tamen non credidit Ageſilaus, qui regem Perſarum, etſi juſtitiæ ſtudioſus eſſet, ſe negavit majorem eſſe: ille igitur Ageſilaus, cum in Leuctrica pugna multi abjeciſſent ſcuta, quos legibus oporte-

bat

*ἀλλὰ καὶ τῶν νόμων ἄρχειν*, *imperium habere non ex legibus modo,*
Lib. III. c. 80. *ſed & in leges.* & apud Herodotum 93 94 Otanes ſingulare imperium ſic deſcribit: *ἀνευθύνως ποιέειν τὰ βούλεται facere quod quis velit, ita ut alii rationem non reddat.* 94 Dioni quoque Pruſæenſi regnum definitur: *ἐπιτάττειν ἀνυπεύθυνον ὄντα, ita imperare ut alii*
Cap. 5. *ratio non reddatur:* 94 Pauſanias Meſſenicis opponit *βασιλείαν ἀρχῇ ὑπευθύνῳ, regnum poteſtati tali quæ rationem actuum reddere debeat.*

III. Pol. XIV. 10. Ariſtoteles reges quoſdam eſſe ait cum eo jure quod alibi habet ipſa gens in ſe ac ſua. Sic poſtquam Romani principes im-
Inſt. de jur. nat. §. ſed & quod. 6. perium vere regium uſurpare cœperunt, dicitur populus in eos omne ſuum imperium & poteſtatem contuliſſe, etiam in ſe, ut interpretatur (ii) Theophilus. Hinc illud dictum 95 M. Antonini Philo-

bat eſſe infames, non autem is ſtatus eſſet reip. ut tanto numero civium careret, operam dedit ut deſignaretur *νομοθέτης* ſive legiſlator. Creatus legiſlator nullas novas leges tulit, ſed veteres valere juſſit poſt Leuctricam cladem, ut nihil quod in ea factum eſſet contra leges, puniri poſſet. Non autem hæc poteſtas in leges dat & jus omnes leges conculcandi. Eandem poteſtatem in leges habet populus liber: unde in XII. tabb. *Quod poſtremum populus juſſit, jus eſto.* Et ut rogabatur lex, ita & abrogabatur, antiquabaturque, interdum ei obrogabatur, derogabaturque. Et tamen in libera rep. legum eſt imperium longe ſupra populum. *Livius* lib. 2. *Liberi jam hinc populi Rom. res pace belloque geſtas, annuos magiſtratus, imperiaque legum potentiora quam hominum peragam.* Vide diatriben ad *Senecam.*

93 *Otanes*] Otanis dictum quod ille protulit ad invidiam faciendam armatæ tyrannidi apud *Herodot.* lib. 3. mirum eſt adferri ad explicandum jus regium.

94 *Otanis, Dion. Pauſania*] Rationem non reddunt actorum reges, quia non eſt magiſtratus ordinarius, coram quo eo nomine poſſint conveniri. Datum hoc ipſis, ut eſſent ſoluti impedimentis recte & juſte faciendi: quod neceſſarium incommodum liberæ civitates habent & tolerare coguntur majorum commodorum gratia. *Livius* 9, 18. *Tacitus* 7. Ann. 73. non ut omnia ſubvertendi habeant licentiam. Deinde non ſequitur: qui rationibus reddendis obnoxius non eſt, cum ſi palam illicita & quidem in ſummo gradu faciat, non poſſe puniri. Nam & Carthaginienſium in libera rep. imperatores à reddendis rationibus immunes erant ante conſtitutum ſenatum centum ſenatorum, de quo *Juſtinus* 19, 2. Qui tamen ſi rempublicam invadere voluiſſent, detecti & capti agebantur in crucem. In ipſa Hollandia ſunt collegia quædam, quæ rationem nemini reddunt, & tamen nec reges ſunt, nec, ſi deprehendantur in maleficio, judicum ſeveritatem effugiunt.

(ii) Non ſatis recta interpretatio. Vide omnino Clar. Noodtii *Obſerv.* Lib. I. Cap. III. ejuſdemque egregiam Orationem *De Jure Summi Imperii, & Lege Regia,* quam & nos Gallicè verſam, Notuliſque illuſtratam, alterâ vice edidimus, ſimul cum Oratione Gronovii *De Lege Regia*, ann. 1714. *J. B.*

GRONOVII.

95 *Antonini*] M. Antoninum ſanctiſſimum virum & tantum tyrannorum hoſtem, ut palam diceret de deceſſoribus ſuis, omnes principes qui occiſi eſſent, habuiſſe cauſas quibus mererentur occidi, neque quemquam facile bonum vel victum à Tyranno, vel occiſum; ut ſcriberet: *Plane liberi mei pereant, ſi magis amari merebitur Avidius quam illi, & ſi reip. expediet Caſſium vivere quam liberos Marci:* eum quicquam dixiſſe in favorem Tyrannorum, nimis mirum foret. Si dixit, ſano ſenſu accipienda ſunt, non ut ſcelerum jus ſit Tyrannis, ſed ut principes & reges intelligantur eſſe ſupra ſuos judices, quos ipſi conſtituunt: aut

Philoſophi: * *Nemo niſi ſolus Deus judex principis eſſe poteſt.* 96 † Dion. * *Xiph. vita M. Ant.* pag. 271. D.
l. LIII. de tali principe: αὐτοτελὴς ὄντως καὶ αὐτοκράτωρ, καὶ ἑαυτοῦ, καὶ τῶν νόμων, πάντα τε οἷα βούλοιτο ποιῇ, καὶ πάντ' ἄττα ἂν μὴ βούλοιτο μὴ πράττῃ: *Liber eſt, ſuique ac legum potens, ut & quod vult, faciat, & quod non vult, non faciat.* Tale regnum † *Pag.* 591. A. *Ed. H. Steph.*
jam antiquitus erat in Græcia regnum y Inachidarum Argis: nam in Argiva Tragœdia Supplicibus, 97 ſic populus regem affatur apud 98 Æſchylum:

Σύ τοι πόλις, σὺ δὲ τὸ δήμιον,
Πρύτανις ἄκριτος ὢν,
Κρατύνεις βωμὸν ἑστίαν χθονὸς,
Μονοψήφοισι νεύμασι σέθεν.

*Tu res populi, tuque urbs tota es;*
*Non judiciis ſubditus ullis,*
*Regni ſolio fultus ut ara,*
*Unoque regens cuncta arbitrio.*

11. Lon-

aut dixit eo ſenſu quo *Tacitus*: *Principatum fato dari.* Loquitur enim ad milites injuſta petentes, quos deterrere vult, ne illi putarent, quia non daretur, quod injuria poſcerent, ſibi jus eſſe alium principem faciendi. Alioquin cum Caſſius rebellaret, ipſe Marcus judicem de ſe fecit ſenatum, & conditionem Caſſio tulit, ut uterque depoſitis armis ſenatui arbitrium relinqueret, utrum Patres mallent imperare.

GROTII.

y *Inachidarum*] Hi ſunt ענקים. Deut. 11, 10. ex qua origine & ענקה *Onca* dea, cui templum Thebis Cadmus dicavit. Græci eam Pallada dixere. Dicuntur Æſchylo Inachidæ fuiſſe Pelaſgi, id eſt, extorres à Syro פלג. Etiam qui Lacedæmonem primi tenuere, Pelaſgi erant, unde *Abrahamo* ſe cognatos dicebant Lacedæmonii in hiſtoria Maccabaica. (*Lib.* 1. *Cap.* 15. vers. 21.) Sicut autem Argivi reges pleniſſima uſi poteſtate exemplo Orientis, unde venerant, ſic & reges Thebani è Phœnicibus. Apparet id ex Creontis verbis apud Sophoclem, (*Antigon.* vers. 516. & *ſeqq.* 681, 682.) & fecialis Thebani Supplicibus *Euripidis*: [*Vers.* 410, 411. Vide etiam *Pauſan.* in *Bœotic.* c. 5. Verum Reges Argivi non ita plenâ utebantur Poteſtate; ut patet vel ex loco *Pauſaniæ*, quem Auctor ipſe adfert paulo poſt, *num. Seq.* Vid & Notam *Gronovii* ad *Æſchyli* verba. *J. B.*]

GRONOVII.

96 *Dion*] Dio refert quid Auguſtus per varias & miras artes à Patribus elicuerit, nimirum omnibus ut legibus eum ſolverent, & permitterent omnia ſuo pro arbitrio agere. Si Auguſtus putaſſet jure imperii hoc ſibi competere, non exſpectaſſet decretum ſenatus, cum eandem poteſtatem jamdudum haberet in manibus & ſatis uſurparet. Præterea idem ſenatus, qui Principibus tantam poteſtatem dederat, Neronem male ea utentem condemnavit, ut more majorum, id eſt, diriſſimo ſupplicio puniretur. *Sueton.* cap. 49. idque multo pluribus feciſſet, ſi potuiſſet.

97 *Sic populus*] Non populus, ſed peregrinæ & ſupplices, negantem recipere illas ſine conſenſu populi. v. 402. Εἶπον δὲ καὶ πρίν. οὐκ ἄνευ δήμου τάδε πράξαιμ' ἄν.

98 *Æſchylum*] Ad locum *Æſchyli* reſpondit egregie *Miltonus* cap. 5. ſui operis: verba illa ponuntur in perſonis fœminarum peregrinarum & ſupplicum, quæ rogabant in tutelam ſuſcipi & defendi contra Ægyptios claſſe perſequentes. At ipſe rex Danaus cui dicebantur iſta: *Ego*, ait, *non perfecerim hoc etiam promiſſum, antequam de*

Digitized by Google

*de his cum populo communicavero.* Et rurſus: *Dixi antea vobis, non ſine populo hoc faciam, nec ſi poſſem quidem.* Fatetur igitur ſe non poſſe. Et erant iſtæ filiæ ejuſdem regis, qui tamen negat ſibi licere eas ſine populi conſenſu ſuſcipere. Itaque magnus error eſt ſummorum virorum (*Grotii* & *Salmaſii*) ex ſententia fœminarum peregrinarum & ſuppliciter humillimeque blandientium colligere jus regni, & quidem apud populos Græcos, qui nunquam reges poteſtate abutentes tolerarunt.

Reſponſio ad primum argumentum τὸ ἐν ἀρχῇ ſive principium petit. Hoc enim ipſum quæritur, an conſtitutio imperantis perpetuo à voluntate conſtituentis pendeat, hactenus, ut ſi pactis ille non ſtet, revocare conſtitutionem poſſit. Regimen commiſit principi populus, maxima cum poteſtate, fidemque dedit, quamdiu boni principis officio fungatur, tamdiu ſe parituros, & ſingulos pro ejus ſalute vitam oppoſituros. Hoc ſemel promiſſum non pendet à voluntate promittentium: ſemel ſe obligarunt, & eo nexu tenentur, & qui non parent, à principe poſſunt puniri. Sed nec deſiderare debent, ut princeps auræ populari ſerviat, & in omni re deſideriis populi, quandoque erroneis, obſequatur. Hinc eſt quod Antigonus apud *Juſtinum* 28, 3. *Ipſi regem quærant, cui imperent.* Quod Æmilius Paulus apud *Livium* 44, 22. *E terra ne gubernaverint.* Et ſalubris principis eſt non nimis indulgere populo exemplo Auguſti, *Sueton.* c. 42. Et Marci, qui militi extraordinariam pecuniam petenti negavit, ne quod illis præter morem daretur, & ſanguine & viſceribus aliorum civium & illis cognatorum exigeretur: & hac occaſione protulit illam ſententiam: περὶ γὰρ τῆς μοναρχίας ὁ θεὸς μόνος κρίνειν δύναται. *De imperio ſolus Deus judicare poteſt.* Quod nihil aliud volebat, quam ſe non metuere ſeditiones, rebelliones, conſpirationes. Deum enim eſſe ſolum, qui conſtituat & mutet imperia. Quod non excludit factum humanum: perinde ut cum ſcriptura dicit: *Non eſt volentis neque currentis, ſed Dei miſerentis.* Item: *Non qui plantat, non qui rigat, ſed qui incrementum dat.* Talis eſt etiam ſententia Valentiniani: ut multa ſint dicta conſtantium principum ac ducum, qui imperitæ multitudinis deceptis voluntatibus non ceſſerunt. Alia eſt ratio in Tyranno manifeſto, in quo intelligendo nemo fallitur. Is quicquid inter ſe & populum in conſtitutione factum eſt, ipſe irritum reddidit, & ſic alterno parendi pacto populum jam dudum ſolvit. Scit auctor jus Rhadamanthi, de quo monuit cap. 1. num. 5. *Quæ fecit, ſic quiſque ferat, jus fiet & æquum:* Rhadamanthus autem & Minos, & Æacus perſonas non diſtinguunt, & purpureos reges eodem loco habent, quo privatos, ſi fabulis fides.

Utitur exemplo mulieris, quæ ſibi virum conſtituit, cui parere ſemper neceſſe habeat. Sed numquid ita, ut patiatur ſe flagellari, torqueri, occidi? Cur igitur inventa divortia? Ne adulterium quidem, nec maritalis debiti penuriam mulier cogitur pati, ſi non vult, quibus tantummodo ſubtrahitur ei de eo, quod promiſſum eſt; quid ſi non hæc modo ſubtrahantur, ſed etiam vis vitæ adferatur? Luſus eſt perpetuus in vocabulo *ſuperior.* Eſt omnino princeps & magiſtratus quivis ſuperior populo, ſi latine loquimur: ſed ut caput ſuperius eſt membris, non ut injuſtum atque affligens onus incumbit preſſo ac deficienti: & quidem ut caput morale vel artificiale, quod ſi prægravet, ſalvo corporis ſtatu, poteſt demi: non ut naturale, quod auferri nequit, quin corpus pereat. Syllogiſmus ita formandus erat: Qui conſtituit aliquem ſupra ſe & omnem ei dat in ſe poteſtatem, cum pacto regendi juxta leges ac defendendæ conſervandæque omnium & ſingulorum ſalutis, is eum hoſtem & perſecutorem ſuum factum jus habet tollendi & puniendi: Atqui populus &c. Ergo.

Adverſus minorem excipitur rurſum, quoſdam Principes non conſtitui à populis, exemplo acceptantium advenas ſub obediendi lege, & eorum qui bello ſibi alios ſubjecerunt.

Reſpondeo. Immo & hi conſtituuntur. Juriſconſulti norunt contractus & quaſi contractus: Philoſophi volunta-



Digitized by Google

11. Longe aliter quam de Athenienſium republica rex ipſe Theſeus apud Euripidem loquitur, [*Supplic.* vers. 404. *& ſeqq.*]

rios & invitos: & ex utriſque perinde tradunt homines obligari: & in contractibus principes privatorum loco haberi. Eſt conſenſus advenarum iſtorum & gentium, non quidem valde ſpontaneus, conſenſus tamen: poterant enim & non accipere legem, & victi non ſervire fortiter moriendo, ut ille Lacon apud *Senecam* ep. 77. Sed dum mori durius omnes putant, quamvis duriores vivendi leges paciſcuntur. Et his facile concedimus plura toleranda; ſed cum ne hic quidem relinquitur, quod promiſſum eſt, tuto vivere, in duris licet & tenuibus rebus, jus naturæ illis integrum eſt.

Argumentum ſecundum ita formandum fuerat. Si regimen omne civitatum natura magis populi quam regentis cauſa comparatum eſt, ſequitur etiam naturæ convenientius eſſe, ubi Regentis & eorum, qui reguntur, ſalus ſimul conſiſtere nequit, & quidem regentis deteſtabili culpa, ibi à populo ſubmoveri Tyrannum, quam à Tyranno concidi & comedi populum, æquius eſſe. Atqui. Ergo.

Adverſus hoc argumentum nihil valent exceptiones, quæ proferuntur. Falſum regimen dominicum ſolius regentis cauſa comparatum. Jus gentium introduxit ſervitutes per miſericordiam ſervandi, qui occidi poſſent. §. 3. Inſtit. *de jure perſonarum.* Jus naturæ in hac re explicat *Ariſtoteles* 1. Polit. *Quod imperat & paret natura, ſalutis cauſa conjungitur. nam quod mente providere poteſt natura, imperat & dominatur natura, quod autem iſta poteſt corpore facere, paret & natura eſt ſervum. Quare domino & ſervo idem conducit.* Forte dominus, qui emit ſervum ſuum, tantummodo utilitatem reſpicit. Sed hæc noſtra pravitas eſt, non intentio naturæ, non gentium, quæ ſervitutes conſtituerunt. *Juſtinus* de Parthis 41,2. *Hos* (ſervos) *pari ac liberos ſuos cura habent,* & *equitare & ſagittare magna induſtria docent. Tacitus* de Germanis 20, *dominum ac ſervum nullis educationis deliciis dignoſcas:* & 25, *Frumenti modum dominus, aut pecoris, aut veſtis, ut colono injungit: & ſervus hactenus paret. Verberare ſervum ac vinculis & opere coercere rarum.* Falſum quoque imperia, quæ bello & victoria parta ſunt, ad ſolam vincentium utilitatem pertinere. Non enim inſpicienda hic ſola externa ſpecies, aut quid cogitet victor, ſed quid agat Deus & natura. Nam ſi juſto pioque bello certatum eſt adverſus populum injurioſum & vicinis gravem, utile eſt ipſis victis privari libertate, qua in bonorum offenſam & commodum abutuntur. Ut furioſo utile extorqueri gladium. Idque ipſe victor animo ſibi proponit, ſi vir bonus eſt, quales priſci Romani, cum *victis nihil quicquam præter injuriæ licentiam eripiebant,* ut eſt apud *Saluſtium.* De talibus *Seneca* in Troadibus: *Profuit illo victore capi,* & *Rutilius Numatianus:* (vers. 64.)

*Profuit injuſtis te dominante capi.*

Si injuſto, & ut eſt apud *Lucanum*; *Victrix cauſa deis placuit, ſed victa Catoni,* ne tum quidem ſolam eſſe vincentium utilitatem in illo imperio, evincam vel uno exemplo Iſraelitarum. Bella enim & victorias, quibus illos ſubegerunt Moabitæ, Ammonitæ, Palæſtini, Aſſyrii, quis dicet ad ſolam illarum gentium utilitatem comparata? quibus ut paterna caſtigatione laſcivientes Hebræos admonebat Deus, & ubi ad ſanam mentem rediſſent, eadem flagella in ignem abjiciebat. Ne in victoria quidem Iſraelitarum, de ſeptem devotis gentibus, ſola utilitas vincentium fuit: nam bonum & utile eſt noxio puniri, ne peccata augeat, præſertim, ſi eo uſque proceſſerit, ut *aliter ejus ſceleribus non poſſit ſubveniri,* quod ad Neronem dicebat ille apud *Tacitum* 15. Annal. 68. Quod etiam *Suetonius* ſignificat, cum ait, quoſdam conjurationis convictos, eam ipſam conjurationem ipſi pro beneficio imputaſſe, *tamquam aliter illi non poſſent niſi morte ſuccurrere,* cap. 36. Et ſic Parthus, quaſi conſilium daret, monebat Tiberium, *ut voluntaria morte maximo juſtiſſimoque civium odio quamprimum ſatisfaceret.*

2 *Cætera*

—— οὐ γὰρ ἄρχεται
Ἑνὸς πρὸς ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐλευθέρα πόλις.
Δῆμος δ' ἀνάσσει διαδοχαῖσιν ἐν μέρει
Ἐνιαυσίαισιν.

—— *hæc juris ſui*
*Parere domino civitas uni negat:*
*Rex ipſe populus annuas mandat vices*
*Honores huic, illive.*

a *Vit. Theſ. pag. 11. A.* Nam *a* Theſeus, ut Plutarchus explicat, belli tantum ducem & legum cuſtodem agebat, z cætera par civibus. Hinc factum, ut reges qui populo ſubſunt, non niſi improprie reges appellari dicantur: Sic poſt Lycurgum, magiſque poſt Ephoros conſtitutos, reges Lacedæmoniorum reges nomine, non re fuiſſe dicuntur
b *Lib.* VI. c. 8. c *Vit. Cleom. pag.* 805. d *Vit. Ageſil.* Cap. 1. e Cap. 19. *b* Polybio, 99 Plutarcho, *c* zz Cornelio *d* Nepoti. Quod exemplum ſecuti & alii in Græcia. Pauſanias Corinthiacis: *e* Ἀργεῖοι δὲ ἅτε ἰσηγορίαν καὶ τὸ αὐτόνομον ἀγαπῶντες ἐκ παλαιοτάτου, τὰ τῆς ἐξουσίας τῶν βασιλέων εἰς ἐλάχιστον προσήγαγον, ὡς μηδὲν τῶν Κείσου καὶ τοῖς ἀπογόνοις ἢ τὸ ὄνομα λειφθῆναι τῆς βασιλείας μόνον. *Argivi jam olim æqualitatis & libertatis amantes regiam poteſtatem in minimum redegerunt, ita ut Ciſi filiis ac poſteris præter nomen regni nihil relinquerent.* Sic & 100 apud Cumæos de regibus judicaſſe ſenatum
* *Quæſt. Gr.* p. 291. † III. *Pol.* 16. notat * Plutarchus. Talia regna negat † Ariſtoteles conſtituere propriam ſpeciem gubernationis, quia ſcilicet partem tantum faciunt in republica optimatium aut populi.

12. Quin & in populis qui perpetuo regibus non ſubſunt exempla videmus a quaſi temporarii regni, quod populo non ſubſit. Talis

GROTII.

z *Cætera par civibus*] *Theſei* filius Demophon in Heraclidis Euripidis: (*vers.* 424. 425.)

Οὐ γὰρ τυραννίδ' ὥστε βαρβάρων ἔχω,
Ἀλλ' ἢν δίκαια δρῶ, δίκαια πείσομαι.
*Nec enim poteſtas barbarum in morem mihi,*
*Sed juſta refero obſequia, dum juſte impero.*

zz *Cornelio Nepoti*] Verba ipſius, aut quiſquis is eſt, qui vitas illuſtres ſcripſit, in *Ageſilao:* (cap. 1.) *Ut duos haberent reges nomine magis quam imperio.* Alibi: *Lacedæmoniorum autem Ageſilaus nomine, non poteſtate fuit rex, ſicut cæteri Spartani.* (cap. 21. *De Regib.*)

a *Quaſi temporarii regni*] *Livius* Salinator in Cenſura omnes tribus, excepta una, ærarias fecit, ac ſic oſtendit jus ſibi eſſe in populum omnem. [*Lib.* XXIX. *Cap.* 37.]

GRONOVII.

99 *Plutarcho*] *Plutarchus* non loquitur in univerſum de regibus Lacedæmoniorum, ſed de Cleomene ſolo & vitio illorum temporum p. 805. αὐτοῦ δὲ τὸ ὄνομα βασιλεύοντος ἦν μόνον, ἡ δὲ ἀρχὴ πᾶσα τῶν Ἐφόρων, ſcil. poſt eorum latrocinio ſublatum Agin.

100 *Apud Cumæos*] Ἦν δὲ καὶ φυλάκτου τις ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς· ὁ δὲ ταύτην ἔχων, τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἐτήρει τὸ δεσμωτήριον. εἰς δὲ τὴν βουλὴν ἐν τῷ νυκτερινῷ συλλόγῳ παριὼν, ἐξῆγε τοὺς βασιλεῖς τῆς χειρὸς, καὶ κατεῖχε μέχρι περὶ αὐτῶν ἡ βουλὴ διαγνοίη, πότερον ἀδικοῦσιν ἢ οὐ κρύβδην φέρουσα τὴν ψῆφον, p. 291. 292.

b *Valen-*

Talis erat poteſtas 101 Amymonum (kk) apud Cnidios, & apud Romanos Dictatorum primis temporibus, * cum ad populum 1 provocatio non eſſet; unde Dictatoris edictum pro numine obſervatum ait † Livius, neque uſquam ullum niſi in cura parendi auxilium: Dictatura obſeſſam vim regiæ poteſtatis 2 Cicero.

* *Plutarch, in Marcel.* pag. 312. & *Dion. Halic.* l. v. c. 70.
† *Lib.* II. c. 18.

13. Quæ pro contraria ſententia adferuntur argumenta, ea ſolvere difficile non eſt. Nam primum, quod aſſeverant eum à quo aliquis conſtituitur eſſe ſuperiorem conſtituto, verum dumtaxat eſt in ea conſtitutione, 3 cujus effectus perpetuo pendet à voluntate conſtituentis; I. non etiam in ea, quæ ab initio eſt voluntatis, poſtea vero effectum habet neceſſitatis: quomodo mulier virum ſibi conſtituit cui parère ſemper neceſſe habet. b Valentinianus Imperator militibus qui ſe Imperatorem fecerant, poſtulantibus quod ipſi non probabatur reſpondit: 4 *Ut me ad imperandum vobis eligeretis, in veſtra ſitum erat poteſtate, ô milites: at poſtquam me elegiſtis, 5 quod petitis, in meo eſt arbitrio, non veſtro. Vobis tanquam ſubditis competit parere, mihi, quæ facienda ſunt, cogitare.* Sed nec verum eſt quod aſſumitur, omnes reges à populo conſtitui: quod exemplis patrisfamilias advenas ſub obediendi lege acceptantis, & gentium bello devictarum, quæ ſupra attulimus, ſatis intelligi poteſt.

*Sozom. hiſt. Eccl.* l. 6. c. 6.

14. Alterum argumentum ſumunt ex dicto Philoſophorum, regimen omne eorum qui reguntur, non qui regunt, cauſſa eſſe paratum: unde ſequi exiſtimant, ex finis nobilitate, eos qui reguntur, ſuperiores eſſe eo, qui regit. Sed nec illud univerſaliter verum II.

GROTII.

b *Valentinianus*] Verba ejus ſic refert *Theodoretus* IV. c. V: *ὑμέτερον ἦν ὦ στρατιῶται, βασιλέως μὴ ὄντος, ἐμοὶ δοῦναι τῆς βασιλείας τὰς ἡνίας· ἐπεὶ δὲ ταύτην ἐδεξάμην ἐγὼ, ἐμὸν λοιπὸν οὐχ᾽ ὑμέτερον, τὸ περὶ τῶν κοινῶν διασκοπεῖσθαι πραγμάτων· Veſtrum fuit milites, cum imperator nullus eſſet, mihi tradere Imperii hujus habenas. Eas ex quo adeptus ſum, de cætero non veſtrum ſed meum diſpicere quid reipublicæ expediat.*

GRONOVII.

101 *Amymonum*] Sic video & appellari eos à *Bodino* lib. I. cap. 8. At *Plutarchus*: Τίνες ἐν Κνίδῳ οἱ Ἀμνήμονες. καὶ τίς ὁ Ἀφεστήρ; ἑξήκοντα προκρίνοντες ἄνδρας ἐκ τῶν ἀρίστων οἷον ἐπισκόποις ἐχρῶντο διὰ βίου καὶ προβούλοις τῶν μεγίστων. ἐκαλοῦντο δὲ ἀμνήμονες, ὡς ἄν τις εἰκάσειε, διὰ τὸ ἀνυπεύθυνον, εἰ μὴ νὴ Δία πολυμνήμονές τινες ὄντες. ὁ δὲ τὰς γνώμας ἐρωτῶν. Ἀφεστήρ. Græc. Quæſt. 292.

1 *Provocatio non eſſet*] Ante Decemviros. illis enim remotis lege cautum, ne quis magiſtratum ſine provocatione crearet. *Livius* 3, 55.

2 *Cicero*] Philipp. I, I. [Sed verba aliter, & paullum alio ſenſu, ab Auctore referuntur. En illa genuina: *Dictaturam, quæ jam vim regiæ poteſtatis obſederat, funditus ex Rep. ſuſtulit* [M. Antonius] . . . *propter perpetuæ Dictaturæ recentem memoriam. J. B.*]

3 *Cujus effectus*] Quæ ſemper poteſt ab conſtituente reſcindi.

4 *Sozom. hiſt. Eccl. L.* VI.] Cap. VI.

5 *Quod petitis*] Petebant, ut collegam imperii ſumeret.

(kk) Exemplum malè aptatum: patet enim ex verbis *Plutarchi*, à *Gronovio* exſcriptis, *Amnemonas* illos non habuiſſe imperium ſolummodo temporarium, ſed perpetuum, *διὰ βίου*. Hunc quoque errorem à *Bodino* hauſit, qui vel memoriâ lapſus, vel feſtinans, apud *Plutarchum* legerat, δι' ἔτους. *J. B.*



Digitized by Google

verum eſt, omne regimen ejus qui regitur cauſa eſſe comparatum; nam quædam regimina per ſe ſunt regentis cauſa, ut dominicum: nam ſervi utilitas ibi extrinſeca eſt & adventitia: ſicut medici lucrum ad ipſam medicinam non pertinet. Sunt alia regimina mutuæ utilitatis cauſa, ut maritale. Sic imperia quædam eſſe poſſunt comparata ad regum utilitatem, ut quæ victoria parta ſunt, & non ideo tyrannica dicenda ſunt, cum tyrannis, ut quidem 6 ea vox nunc intelligitur, injuſtitiam includat. Poſſunt & quædam utilitatem reſpicere tam ejus qui regit, quam ejus qui regitur, ut cum populus impotens ſibi tuendo regem potentem imponit. Cæterum non nego in pleriſque imperiis reſpici per ſe utilitatem eorum qui reguntur: & verum eſſe quod *a* Cicero poſt Herodotum, *b* Herodotus poſt Heſiodum *c* dixit, fruendæ juſtitiæ cauſa reges conſtitutos. 7 Sed non ideo conſequens eſt, quod illi inferunt, populos rege eſſe ſuperiores: nam & tutela pupilli cauſa reperta eſt, & tamen tutela jus eſt ac poteſtas in pupillum. Nec eſt quod inſtet aliquis, tutorem, ſi male rem pupillarum adminiſtret, amoveri poſſe; quare & in rege idem jus eſſe debere. Nam 8 in tutore hoc procedit, qui ſuperiorem habet; at in imperiis, 9 quia progreſſus in infinitum non datur, omnino in aliqua aut

a *De Offic.* II. 12.
b *Lib.* I. c. 96. 97.
c *Theogon.* ỳ. 83. *&* *ſeqq.*

GRONOVII.

6 *Ea vox nunc*] Olim enim & legitimi juſtique principes interdum ſic appellabantur. *Virg.* Æneid. 7, 268. *Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.*

7 *Sed quod illi inferunt*] Non inferimus, nec negamus reges & magiſtratus eſſe populo ſuperiores: ſed dicimus inferiori jus eſſe contra intolerabiles ſuperioris injurias ſe defendere: ut ajebat Veſpaſianus, non oportere maledici ſenatoribus, remaledici civile faſque eſſe. *Sueton.* cap. 9.

8 *In tutore hoc procedit, quia habet ſuperiorem*] Ergo poteſt per ordinarium magiſtratum coërceri vel amoveri: quod quia non poteſt Tyrannus, extraordinaria via opus eſt, nempe, ut ipſe populus ſe circumſpiciat. Etenim a naturæ jure quos inter judicio lis terminari non poteſt, inter hos bellum decernit.

9 *Quia progreſſus in infinitum non datur*] An datur progreſſus vindictæ in infinitum, quia ſtatuitur Tyrannum profeſſum à populo poſſe coërceri? Immo ne progreſſus in infinitum detur Tyrannidi, ideo propugnamus jus populi. Quod ſi progreſſus in infinitum datur, ubi non eſt perſona, quæ à ſolo Deo judicetur, quid factum eſt in regnis, quæ non negat auctor fuiſſe, [*reddendæ rationi obnoxia.* Hoc, aut ſimile quid heic excidit. *J. B.*] & rebuſpublicis, in quibus nulla talis perſona fuit? quid Romæ, poſtquam non licuit magiſtratum ſine provocatione creari? Sed opponit perſonæ cœtum. Is ergo cœtus eſt populus; etiam ubi principem non expreſſe ſubjecit legibus. Neque enim videri poteſt ſocietatem cum principe iniiſſe talem, quæ omnem ſocietatem deſtruit.

Deo peculiari curæ eſſe peccata principum non inficiamur; ſed ita, ut excludat poteſtatem populi, cui eas vires, id conſilium dedit, ut poſſit ab ultima tyrannide ſe liberare, id non dicit Jeremias. Minatur ibi Deus, ubi impleti fuerint LXX. anni, tum ſe viſitaturum regem Babylonis, nempe per Cyrum. Eſt enim ejus arbitrium, velitne tyrannos per ſuos, aut per alienigenas punire. Quando dicit ſe hunc Tyrannum plectere decreſſe per externum regem, non tollit jus aliarum gentium, nec ſibi præripit liber-

aut perſona, aut cœtu conſiſtendum eſt, quorum peccata, quia ſuperiorem ſe judicem non habent, Deus ſibi curæ peculiari eſſe teſtatur; qui ea aut vindicat, ſi ita opus judicet, aut tolerat in pœnam aut explorationem populi. *Jer. xxv. 12.*

15. Optime Tacitus: *Quomodo ſterilitatem aut nimios imbres, & cætera naturæ mala, ita luxum vel avaritiam dominantium tolerate. Vitia erunt donec homines, ſed neque hæc continua, & meliorum interventu penſantur.* Et M. Aurelius 10 magiſtratus dixit de privatis, principes de magiſtratibus, c Deum de principibus judicare. Inſignis eſt apud 11 Gregorium Turonenſem locus, ubi is ipſe Epiſcopus Regem Francorum ſic affatur: *Si quis de nobis, ô Rex, juſtitiæ tramites tranſcendere voluerit, à te corripi poteſt: ſi vero tu exceſſeris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, ſed ſi volueris, audis: ſi autem nolueris, quis te damnabit, niſi is, qui ſe pronunciavit eſſe juſtitiam?* Inter 12 Eſſenorum placita Porphyrius memorat οὐ δίχα Θεοῦ περιγίνεσθαί τινι τὸ ἄρχειν, *non obtingere cuiquam imperium* d *ſine Dei* *Hiſt. IV. 74.* *Hiſt. Lib. V.* *De Abſtin. Lib. IV. Pag. 389.*

libertatem quoſdam per eos, qui a Tyrannis premuntur, puniendi.

*Taciti* conſilium eſt, non præceptum ad eos, qui luxum & avaritiam dominantium non tolerando majora incommoda ſibi arceſſerent. Deinde ſterilitatem aut nimios imbres & cætera naturæ mala ita ferimus, ut tamen, quodcunque in promptu eſt, adverſus ea remedium comparemus. Ubi illud omne deficit, neceſſario toleranda ſunt. Sed hoc non vetat, quominus, quibus licet, ſibi adverſus ea proſpiciant.

GROTII.

c *Deum de principibus judicare*] Xiphilinus: (in *Marc. Anton.* p. 271. D. *Ed. H. Steph.*) περὶ γάρ τοι τῆς αὐταρχίας ὁ Θεὸς μόνος κρίνειν δύναται. *De ſummo principatu Deus ſolus poteſt judicare.* Vitigis rex apud Caſſiodorum: *Cauſa regiæ poteſtatis ſupernis eſt applicanda judiciis, quand quidem illa e cælo petita eſt, & ſoli cælo debet innocentiam.* Apud eundem *Caſſiodorum* rex: *Alteri ſubdi non poſſumus, quia judices non habemus.* [ Primus locus CASSIODORI exſtat *Var.* X, 31. ſed ibi leguntur tantum priora verba, non autem illa, *quandoquidem* &c. Alter eſt in *Formula præfecturæ Urbanæ* VI, 4. *J. B.*]

GRONOVII.

10 *Magiſtratus de privatis*] *Ayala* ſic refert 1, 2, 26. p. 29. Itaque recte M. Aurelius Imperator populo magiſtratum, magiſtratui regem, regi vero Deum judicem conſtitutum dixit.

11 *Gregorium Turonenſem*] Hic Gregorii Turonenſis locus potentiam imperantium indicat, non excludit jus populi. *Quis te corripiet?* inquit. nempe quis ordinarius magiſtratus, ut privati corripiuntur. Addit: *Niſi is, qui ſe pronunciavit eſſe juſtitiam.* Recte, non tamen ut de cœlo deſcendat, aut ſemper fulmen mittat: ſed interdum per externos hoſtes, interdum per populum: utriuſque exemplum eſt 1 Reg. 2, v. 2. & ſeqq.

12 *Eſſenorum placita, non obtingere cuiquam imperium ſine ſpeciali Dei cura*] Quis dubitat? ſed an ideo omnia licere debent imperantibus? Ne morbi quidem, peſtilentiæ, diluvia, incendia, naufragia ſine ſpeciali Dei cura contingunt. Numquid ideo cavenda non ſunt?

GROTII.

d *Sine Dei cura ſpeciali*] *Homerus*: [Iliad. Lib. I. vers. 197.]

Τιμὴ δ' ἐκ Διός ἐστι.
*Ab Jove ſummus honos.*

*Diodorus Siculus* lib. I. de Ægyptiis: (pag. 57. *Ed. Steph.*) ἅμα μὲν οὐκ ἄνευ δαιμονίου τινὸς προνοίας νομίζοντες αὐτοὺς τετευχέναι τῆς τῶν ὅλων ἐξουσίας: *Exiſtimant enim non ſine divina quadam providentia perveniſſe reges ad ſummam de omnibus poteſtatem.* *Auguſtinus* lib. V.



Digitized by Google

Lib. v. c. 24. *Dei cura ſpeciali.* Irenæus optime: 13 *Cujus juſſu homines naſcuntur, hujus juſſu & reges conſtituuntur apti iis, qui in illis temporibus ab ipſis regnantur.* Senſus idem in conſtitutionibus quæ dicuntur
Lib. vii. c. xvii. Clementis: τὸν βασιλέα φοβηθήσῃ, εἰδὼς ὅτι τοῦ κυρίου ἐστὶν ἡ χειροτονία, 14 *regem timebis, gnarus a Domino electum.*

1 Reg. xiv, 16. 2 Reg. xvii, 7. 16. Nec obſtat his quæ diximus, quod populi interdum puniti leguntur ob regum peccata: non enim id eo evenit, quod populus regem aut non puniret, aut non reprimeret, ſed quod vitiis ejus tacite ſaltem conſentiret. Quanquam etiam ſine eo Deus ſummo dominio, quod in vitam necemque ſingulorum habet, uti potuit in pœnam regis, cujus ſupplicium eſt ſubditis orbari.

IX. 1. Sunt alii qui mutuam quandam ſubjectionem ſibi fingunt, ut populus univerſus regi recte imperanti parere debeat, rex

de Civitate Dei: (*Cap.* 21.) *Qui Veſpaſiano vel patri vel filio, ſuaviſſimis imperatoribus, ipſe & Domitiano crudeliſſimo, & ne per ſingulos ire neceſſe ſit, qui Conſtantino, ipſe apoſtatæ Juliano,* nempe majeſtatem dedit, quod præceſſerat. Vitigis, apud *Caſſiodorum*: (*Var.* x, 31.) *Omnis provectus, maxime regius, ad divinitatis munera referendus eſt.* Titi Imperatoris erat dictum: *poteſtates fato dari.* [Aur. Victor. *Epitom.* C. 10.]

### Gronovii.

13 *Cujus juſſu homines naſcuntur, hujus juſſu & reges conſtituuntur apti iis, qui temporibus illis per eos regnantur*] Verum eſt: etiam Tyranni: ſed ubi exactum eſt tempus, quod pœnæ populorum præfixit, idem Deus mittit illis Moſen, qui educat eos à ſervitute, aut Ehudum, qui Eglonem è medio tollat.

14 *Regem timebis, gnarus à Domino electum*] Regem timendum omnes boni fatentur & ſuadent: à Deo quoque electum libenter largiuntur. Etiam malum & qui degeneraverit in manifeſtum tyrannum atque hoſtem generis humani, diu tolerandum, nec facile tentanda ultima remedia, vel ideo quia dum malus pellitur, ſæpe pejor ſuccedit, & titulum libertatis in ſervitutem vertit. *Juſtinus* lib. 15. cap. 4. *Sæpe libertas & ſpecioſa nomina prætexuntur, nec quiſquam alienum ſervitium & dominationem concupivit, ut non eadem iſta vocabula uſurparet.* *Tacitus.* 4. hiſt. 74. Hæc utiliter monentur, ſed non convellunt jus populi.

Ludunt fere in vocibus tyranni & populi: *Tyrannum* intelligimus non principem, jure regnantem, qui vel ipſe vel per miniſtros humanitus peccet; qui ſit in aliqua parte imperii ſeverior, durior, moroſior, aut cujus ſint aliqua notabilia vitia, cum ſumma ſalus reipublicæ conſtet: non qui in factis diverſum ſentiat; ſed vel eum, qui remp. factione, armis, malis artibus, ſine lege & auctoritate illorum, penes quos poteſtatem deferendi jus eſt, excluſis illis, ad quos jure imperium pertinet, occuparit, &, ut plerumque fit, per vim & ſcelera adminiſtret: aut qui, cum jure aliquo imperium obtineat, in omnia diſſolventia remp. tollentia ſecuritatem populi, jura procerum, leges regni, in quæ juravit, vitia proruperit: qui denique confeſſione ac conſenſu omnium intelligatur ut aliquis Phalaris, Tiberius, Caligula, Nero. *Populum*, non colluviem ac fæcem plebis, aut factionem conſpiratione turbulentorum validam & ſibi quærentem, quod in alio accuſat: non homines obæratos, egentes, ſcurras, operas, Bagaudas, quorum noverca eſt patria, rapientes remp. ut diripiant: ſed bonos in populo, multo majorem & ſinceriorem partem omnium ordinum, principes optimatum & plebis, integro ſtatu, fortunæ & moribus probatos, quorum intereſt remp. ſalvam eſſe: qui ultima ſervitutis & ſævitiæ exempla perpeſſi, nullam aliam vident reliquam viam expediendæ ſalutis.

15 Non

Digitized by Google

rex autem male imperans populo ſubjiciatur. qui ſi hoc dicerent, [15] non facienda ob regis imperium ea quæ manifeſte iniqua ſunt, verum dicerent, & quod apud omnes bonos confeſſum eſt: ſed id [16] nullam includit coactionem, aut jus aliquod imperii. Quod ſi etiam populo alicui propoſitum fuiſſet [17] partiri cum rege imperium (qua de re infra dicendum erit aliquid) fines certe poteſtati utriuſque aſſignari debuiſſent tales, qui cognoſci facile poſſent ex locorum, perſonarum, aut negotiorum diſcrimine.

2. [18] Bonitas autem aut malitia actus, præſertim in civilibus, quæ ſæpe [91] obſcuram habent diſceptationem, apta non ſunt ad partes diſtinguendas: unde ſummam confuſionem ſequi neceſſe eſt, cognitionem de re eadem pro jure poteſtatis, obtentu actus boni malive, hinc ad ſe rege trahente, inde populo: qualem rerum perturbationem introducere nulli, quod ſciam, populo in mentem venit.

X. 1. Sublatis opinionibus falſis, reſtat cautiones adhibeamus aliquas, quæ viam nobis monſtrare poſſint ad recte dijudicandum, cui jus ſummæ poteſtatis in gente quaque competat. Prima cautio hæc ſit, ne decipiamur ambiguo nominis ſono, aut rerum externarum ſpecie. Exempli cauſa, quanquam apud Latinos opponi ſolent principatus & regnum, ut cum Vercingetorigis patrem dicit Cæſar [20] principatum obtinuiſſe Galliæ, ſed quod regnum affectaret, interfectum: & cum Piſo apud Tacitum, Germanicum dicit principis Romanorum, non Parthorum regis eſſe filium: & cum Suetonius parum abfuiſſe ait * Caligulam, quin ſpeciem principatus in regnum converteret: & cum † Vellejo Maroboduus dicitur non principatum parentium voluntate conſtantem, ſed vim regiam complexus animo.

*De Bell. Gall. VII, 4.* — *Ann. II. 57.* — * *Calig. c. 22.* — † *Lib II. c. 108.*

2. Videmus tamen confundi hæc ſæpe: nam & Lacedæmonii duces ex Herculis poſteritate, poſtquam [21] Ephoris ſubjecti fuere, reges

GRONOVII.

15 *Non facienda*] Regi non parendum in illis, quæ palam impia & injuſta ſunt.

16 *Nullam includit*] Non cujus imperium licet detrectare, in eum licet etiam imperio uti.

17 *Partiri cum rege*] Ita regem conſtituere, ut aliquando ille ipſis, aliquando ipſi regi imperarent.

18 *Bonitas*] Recte agere vel perperam, non eſt idonea menſura poteſtatis, neque ejus dividendæ aut transferendæ modus; præſertim in adminiſtratione rerum civitatis aut populi, ubi ſæpe optime conſulta pro peſſimis accipiuntur, & viciſſim prava pro ſalubribus illudunt.

19 *Obſcuram diſceptationem*] Interpretationem ambiguam. Huc pertinet illud *Taciti* 2. ann. 2. *Ignota Parthis virtutes, nova vitia; & quia ipſorum moribus aliena, perinde odium pravis & honeſtis.*

20 *Principatum obtinuiſſe*] *Principatus* eſt primus dignitate & auctoritate locus inter jure liberos: *regnum* eſt potentia juſta in ſubjectos. In illo pollent gratia & factione; in hoc, vi & imperio.

21 *Ephoris ſubjecti*] Non ſubjecti fuere reges Ephoris, ſed Ephori regiæ poteſtati oppoſiti, quemadmodum Romæ imperio conſulari objecti tribuni. *Valerius Maximus* 4, 1. 8. ne regum heredi-



Digitized by Google

*Germ* c. 11. reges dicebantur nihilominus, ut modo vidimus: & veteri Germaniæ reges erant, quos Tacitus præfuiſſe ait auctoritate ſuadendi, non poteſtate jubendi: *Lib.* 1. c. 7. Et de Euandro rege Livius, rexiſſe eum auctoritate magis quam imperio: & Suffetem Carthaginenſium *a* Ariſtoteles & *b* Polybius 22 *βασιλέα* appellant: ut & *c* Diodorus, quomodo & Hannonem e Carthaginenſium regem dixit *d* Solinus. Et de Sce[p]ſi in Troade narrat *e* Strabo, cum, adjunctis in civitatem Mileſiis, populari republica uti cœpiſſet, veterum regum poſteris nomen manſiſſe regium, & honoris nonnihil.

a *Politic.* II, 9.
b *Hiſt.* VI, 49.
c *Biblioth.* Lib. XV. p. 465. *Ed. Steph.*
d Cap. 56.
e *Geogr.* L. XIII. p. 607.

3. Contra Romani Imperatores, poſtquam palam & ſine ulla diſſimulatione regnum liberrimum tenuerunt, principes tamen vocabantur. Sed & 23 inſignia regiæ majeſtatis in liberis quibuſdam civitatibus tribui principibus ſolent.

4. Jam vero comitia ordinum, (ll) id eſt, conventus eorum, qui populum in claſſes diſtributum referunt, nimirum, ut Guntherus loquitur,

*Prælati, proceres, miſſiſque potentibus urbes:*

alibi quidem in hoc ſerviunt duntaxat, 24 ut ſint majus regis conſilium, per quod querelæ populi, quæ ſæpe 25 in conſiſtorio reticentur, ad regis aures perveniant; cui deinde liberum ſit ſtatuere, quod ex uſu ipſi videatur. alibi etiam jus habent de actis principis cognoſcendi, atque etiam leges præſcribendi, quibus princeps teneatur.

5. Sunt multi qui exiſtimant diſcrimen ſummi imperii, aut ſummo minoris, petendum ex delatione imperii per electionem aut ſucceſſionem. Nam quæ hoc modo deferuntur imperia, ea ſumma eſſe contendunt, non item quæ illo. At hæc univerſim vera non eſſe pro certo haberi debet. Nam ſucceſſio 26 non eſt titulus

hereditaria potentia in tyrannidem degeneraret, idque auctore rege Theopompo.

GROTII.

e *Carthaginenſium regem dixit Solinus*] Sic qui vitam ſcripſit Annibalis: *Ut enim Romæ conſules, ſic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur.* (*Corn. Nepos*, c. 7.) His improprie dictis regibus accenſeri poſſunt & filii, quibus regium nomen datum à patribus regiam vim retinentibus. Talis is Darius fuit, quem pater Artaxerxes judicatum interfici juſſit. *Plutarchus* in Artaxerxe. (pag. 1026. *Ed. Wech.*)

GRONOVII.

22 Βασιλέα] *Juſtino* quoque *Bomilcar* rex Pœnorum, qui tamen apud centum delectos rationem rerum geſtarum reddebat, ut hoc metu ita in bello imperia cogitaret, ut domi judicia legeſque reſpiceret. *Juſt.* 19, 2.

23 *Inſignia*] Ut *Venetiarum duci* corona & titulus *Serenitatis*.

24 *Ut ſint majus*] Quos audiat cum poteſtate libera ſequendi ſententias illorum & improbandi.

25 *In conſiſtorio*] In interiore aut proximorum miniſtrorum conſilio.

26 *Non eſt titulus*] Vocabulum ſignificans jus minus majuſve imperantis, ſed idem jus quod deceſſores habuerunt.

(ll) Vide PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VI. §. 12. *J. B.*

f *Plu-*

titulus imperii, qui imperio formam aſſignet, ſed veteris continuatio. Jus enim 27 ab electione familiæ cœptum ſuccedendo continuatur; quare quantum prima electio tribuit, tantum defert ſucceſſio. Apud Lacones regnum ad heredes tranſibat, etiam poſt Ephoros conſtitutos. Et de tali regno, id eſt, principatu eſt apud Ariſtotelem: τούτων τῶν βασιλειῶν αἱ μὲν κατὰ γένος εἰσὶν, αἱ δὲ αἱρεταί, *quædam ſanguinis jure, quædam electione deferuntur*: & Heroicis temporibus f pleraque in Græcia regna talia fuiſſe & ipſe notat, & Thucydides. Contra, Rômanum imperium, etiam ſublata omni ſenatus & populi poteſtate, 28 per electionem conferebatur. *Pol. III, XIV.* *Lib. I. §. 13. Ed. Oxon.*

XI. 1. Altera cautio hæc eſto. g Aliud eſſe de re quærere, aliud de modo habendi, quod non in corporalibus tantum, ſed & in incorporalibus procedit. Ut enim res eſt ager, ita & iter, actus, via. Sed hæc alii habent jure pleno proprietatis, alii jure uſufructuario, alii jure temporario: ita ſummum imperium dictator Romanus habebat h 29 jure temporario: reges (mm) plerique tam qui primi eliguntur, quam qui electis legitimo ordine ſuccedunt, 30 jure uſufructuario: at quidam reges 31 pleno jure proprietatis, ut qui juſto bello imperium quæſiverunt, (nn) aut in quorum ditionem populus aliquis, majoris mali vitandi cauſa, ita ſe dedidit, ut nihil exciperetur.

2. Neque

GROTII.

f *Pleraque in Græcia regna talia fuiſſe*] Notatum id & *Dionyſio Halicarnaſſenſi* libro II. (Cap. 12.) & Lib. V. (Cap. 74.)

g *Aliud de re quærere, aliud de modo habendi*] Videat cui vacat *Carolum Molinæum* ad conſuetudines Pariſienſes Tit. 1. §. 2. gl. 4. num. 16. & 17.

h *Jure temporario*] Imperatoris ad tempus facti exemplum habes apud *Gregoram* libri IV. initio.

GRONOVII.

27 *Ab electione familiæ*] In primo, qui ejuſdem familiæ ad regnum evectus eſt.

28 *Per electionem*] Factum a militibus: nec aliter quam ſi ſucceſſor defeciſſet: nam ſi filios rerum utcumque gerendarum & militis demerendi capaces reliquiſſet Imperator mortuus ſive naturales ſive adoptivos, ſine dubio ſuccedebant.

29 *Jure temporario*] Locationis, emphyteuſeos, ſi cui in diem fundus addictus ſit. l. 4. §. 4. D. de in diem addict.

30 *Jure uſufructuario*] 1, 1. 5.

31 *Jure pleno proprietatis*] Mallem ditionis, imperii. Vide Veſtibulum.

(mm) Poſui *plerique*, pro *denique*, quod in omnibus eſt Edd. Res ipſa poſtulat hanc emendationem; & oppoſitio τοῦ *quidam reges*, in ſequenti membro. Sic Auctor infra, §. 14. PLERAQUE *imperia ſumma non plenè habeantur*. Et alibi: *Reges, quales nunc ſunt* PLERIQUE, *regnum habentes non in patrimonio, ſed tamquam in uſufructu* &c. Lib. III. C. 20. §. 5. Mirum, ab Auctore tale mendum typothetarum, vel fortè exſcriptoris, non fuiſſe animadverſum. *J. B.*

(nn) Gratis ſtatuitur heic, neceſſitatem illam per ſe efficere ut regnum ſit in patrimonio Victoris, aut ſe dedentes accipientis. Re verâ nullum omnino Regnum eſt in patrimonio, niſi ex conſenſu, expreſſo vel tacito, Populi. Quâ de re dicemus in Notis noſtris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

2. Neque enim 32 illis aſſentio, qui dictatori negant fuiſſe ſummum imperium, quia perpetuum non erat. Nam 33 rerum moralium natura ex operationibus cognoſcitur: quare quæ facultates eoſdem effectus habent, eodem nomine nuncupandæ ſunt. At Dictator intra tempus ſuum i omnes actus eodem jure exercet, quo rex 34 qui eſt optimo jure; neque ejus actus ab alio reddi irritus poteſt. 35 Duratio autem naturam rei non immutat. quanquam ſi de dignitate quæritur, 36 quæ majeſtas dici ſolet, dubium non eſt, quin ea major ſit in eo, cui jus perpetuum datum eſt, quam cui temporarium; quia ad dignitatem facit habendi modus. Atque idem dictum volo de his, qui antequam reges 37 ad ſuam tutelam pervenerint, aut dum furore, aut captivitate impediuntur, curatores regni ita conſtituuntur, ut populo non ſubſint, neque ante legitimum tempus poteſtas eorum ſit revocabilis.

3. Aliud cenſendum de his qui jus acceperunt quovis tempore revocabile, id eſt 38 precarium, quale olim Vandalorum regnum fuit in Africa, & k Gothorum in Hiſpania, l cum ipſos 39 deponerent populi quoties diſplicerent. horum enim ſinguli actus irriti poſſunt reddi ab his, qui poteſtatem revocabiliter dederunt; ac proinde non idem eſt effectus, nec jus idem.

*Procopius Vand. 1. Aimoi. 11. c. 20. l. IV. c. 35.*

XII. 1. Quod autem dixi, quædam imperia eſſe in pleno jure proprietatis, id eſt, 40 in patrimonio imperantis, quidam * viri eruditi

* *Hotom. ſent. ill. q. 1.*

GROTII.

i *Omnes actus eodem jure exercet*] Adeo quidem ut populus, cum Fabium Rullianum ſervare vellet, apud dictatorem precibus egerit. [Narrat *Livius*, Lib. VIII. Cap. 29-35.]

k *Gothorum regnum in Hiſpania*] Moris antiqui veſtigium in Behetriis. vide *Marianam* lib. XVI.

l *Cum ipſos deponerent populi quoties diſplicerent*] Hoc de *Herulis* etiam prodidit *Procopius* Gothicorum II. de Longobardis *Paulus Warnafredi* libro IV. & VI. de Burgundis *Ammianus* libro XXVIII. (Cap. 5. *Ed. Valeſ. Gron.*) de Moldavis *Laonicus Chalcocondylas*. de rege Agadis apud Afros *Johannes Leo* libro VII. de Norwagis ait *Guilielmus Neubrigenſis* regem ibi factum, quiſquis regem occidiſſet. de *Quadis* & *Jazygibus* ſimilia habes in excerptis *Dionis*.

GRONOVII.

32 *Illis aſſentio*] *Bodinus* lib. 1. c. 8.

33 *Rerum moralium*] Res in Ethicis & Politicis id ſunt & vocantur, quod eas eſſe monſtrant effecta, nullo diſcrimine temporis.

34 *Qui eſt optimo jure*] Vide ad *Liv.* 9, 34.

35 *Duratio*] Modus temporis.

36 *Quæ majeſtas*] Non ut accipitur pro ipſo jure aut poteſtate, ſed pro veneratione, quam vulgus præſtat principibus. *Sueton.* Veſpaſ. 7. Alioqui majeſtas principi facto aut nato ſtatim adeſt. *Ovidius* 5. Faſtor. 26.

37 *Ad ſuam tutelam*] Deſierunt eſſe pupilli. *Cicero* Bruto cap. 25. *Corn. Nepos* Eumen. 2.

38 *Precarium*] Nam precarium eſt quod datur utendum, quamdiu danti libet. l. 1. D. *de precario.* *Juſtinus* 45, 4. *Tac.* 1. hiſt. 52.

39 *Deponerent*] Deſtituerent. *Sueton.* Neron. 40. Cal. 10. & 11. *regno exuerent vel privarent.*

40 *In patrimonio imperantis*] Ne hoc quidem admiſerim. Certe aliter veteres. *Seneca* 7. de beneficiis cap. 6. *Caſar*

Digitized by Google

eruditi hoc argumento oppugnant, quod liberi homines in commercio non ſint. At ſicut alia eſt poteſtas dominica, alia regia; ita & alia eſt libertas 41 perſonalis, alia 42 civilis, alia 43 ſingulorum, 44 alia univerſorum. Nam & Stoici quandam *a* ſervitutem conſtare dicebant ὑποτάξει, in ſubjectione: & in ſacris literis *b* ſubjecti regis ſervi vocantur. Sicut ergo libertas perſonalis dominium excludit, ita libertas civilis regnum atque aliam quamvis proprie dictam ditionem. 45 Livius *c* iſta opponit: 46 *Regem vocabant, libertatis dulcedine nondum experta.* 47 Idem: *d Indignum videbatur, populum Romanum ſervientem, cum ſub regibus eſſet, nullo bello* 48 *nec ab hoſtibus ullis obſeſſum eſſe; liberum eundem populum ab Hetruſcis obſideri.* Et alibi: *e Non in regno populum Romanum, ſed in libertate eſſe.* Rurſum alio *f* loco m opponit gentes, quæ in libertate eſſent, iis quæ ſub regibus viverent. Cicero dixerat: *g Aut exigendi reges non fuerant, aut plebi re, non verbis danda libertas.* Poſt hos Tacitus: *h Urbem Romam ab initio reges habuere: libertatem & conſulatum L. Brutus inſtituit.* Et alibi: *i Acrior Arſacis regno Germanorum libertas.* Arrianus Indicis: *k* βασιλεῦσι καὶ τῇσι πόλεσιν ὅσαι αὐτόνομαι. *Regibus & civitatibus liberis.* Cæcina apud Senecam: *l Regalia fulmina ſunt quorum vi tangitur vel comitium, vel principalia urbis libera loca:* n *quorum ſignificatio regnum civitati minatur.* Sic Cilicum illi, qui regibus non parebant, *m* Eleutherocilices nuncupati. De Amiſo Strabo, *n* modo liberam fuiſſe,

a *Diog. Laërt.*
b 1 *Samuel.* XXII. 17. 2 *Samuel.* X, 2. 1 *Reg.* IX, 22.
c *Liv. lib.* I. c. 17.
d *Lib.* II. c. 12.
e *Lib.* II. c. 15.
f *Lib.* XLV. c. 18.
g *Lib.* III. *de legibus:* c. 10.
h *Ann.* I. c. 1.
i *De moribus Germ.*
k *Cap.* XI.
l *Nat. Quæſt.* II, 49.
m *Cic. Ep. ad Famil.* XV. 4. *ad Attic.* V, 20.
n *Lib.* XII. pag. 547.

*ſar omnia habet, filius ejus privata tantum ac ſua: & univerſa in imperio ejus ſunt, in patrimonio propria. Plinius* Paneg. 50. *Eſt, quod Cæſar non ſuum videat: tandemque imperium principis quam patrimonium majus eſt. Florus* quoque ſeparat imperium populi à patrimonio 4, 1. *Ærarium quoque juſſit effringi, cenſumque & patrimonium Po. Ro. ante rapuit quam imperium.*

GROTII.

m *Opponit gentes quæ in libertate eſſent iis quæ ſub regibus viverent*] *Thucydides:* [Lib. II. §. 29. *Ed. Oxon.*] ὁ δὲ Τήρης οὗτος ὁ τοῦ Σιτάλκου πατὴρ πρῶτος Ὀδρύσαις τὴν μεγάλην βασιλείαν ἐπὶ πλέον τῆς ἄλλης Θρᾴκης ἐποίησε. πολὺ γὰρ μέρος καὶ αὐτόνομόν ἐστι Θρᾳκῶν. *Hic Teres Sitalcis pater primus Odryſarum regnum ita auxit, ut cæteros Thraciæ reges ſuperaret: eſt enim pars etiam Thracum libera. Seneca* pater ſuaſoria prima: *Non eodem modo in libera civitate dicendam eſſe ſententiam, quo apud reges. Joſephus* antiquæ hiſtoriæ libro XIII. πρὸς βασιλεῖς καὶ δήμους ἐλευθέρους. (Cap. XVII. pag. 451. A.) *Ad reges populoſque liberos. Cicero* Epiſtolarum XV, 4. Populorum liberorum, regumque ſociorum auxilia. *Plinius* libro VI, cap. XX. de Indis: *Jam hi montium, qui perpetuo tractu Oceani oram tenent, liberi & regum expertes.*

n *Quorum ſignificatio regnum civitati minatur*] Vide exemplum talis oſtenti apud *Bizarum* libro XIX. hiſtoriæ Genuenſis.

GRONOVII.

41 *Perſonalis*] Ingenuorum & manumiſſorum.

42 *Civilis*] Jus regendæ reipublicæ pro cive 2, 24, 6.

43 *Singulorum*] Domum & patrimonium ſuo arbitrio regentium.

44 *Univerſorum*] Rempublicam ſuis legibus adminiſtrantium.

45 *Livius lib.* 1.] Cap. 17.

46 *Regem vocabant*] Regnari volebant.

47 *Idem lib.* 2.] Cap. 12.

48 *At*] Nec.



Digitized by Google

fuiſſe, modo ſub regibus. Et paſſim in legibus Romanis [49] de bello, & de judiciis recuperatoriis, externi diſtinguuntur in reges & populos liberos. Hic ergo non de hominum ſingulorum, ſed de populi libertate quæritur. Quin & ſicut ob privatam, ita ob hanc publicam ſubjectionem, aliqui dicuntur eſſe non ſui juris, non ſuæ poteſtatis. Hinc illa: * *Quæ urbes, qui agri, qui homines Ætolorum juris aliquando fuerunt*: Et, † *Eſtne populus Collatinus in ſua poteſtate?*

* Liv. lib. XXXVIII. c. 11.
† Idem Lib. I. c. 38.

2. Proprie tamen cum [50] populus alienatur, non ipſi homines alienantur, ſed jus perpetuum eos regendi, qua populus ſunt. Sic cum uni liberorum patroni [51] libertus aſſignatur, non hominis liberi fit alienatio, ſed jus quod in hominem competit transſcribitur.

3. Neque illud magis firmum eſt, quod ajunt; ſi quos populos rex bello quæſierit, cum eos non ſine civium ſanguine ac ſudore quæſierit, civibus quæſitos potius credi debere quam regi. (oo) Nam & fieri potuit, ut rex o ex ſua privata ſubſtantia exercitum aluerit, aut etiam p ex fructibus ejus patrimonii quod principatum ſequitur. Nam ut in ipſum illud patrimonium rex aliquis non niſi uſumfructum habeat, perinde ut in ipſum jus imperandi populo, qui ſe elegit, fructus tamen ipſius ſunt proprii. ſicut in jure civili eſt proditum, hereditatis [52] quæ reſtitui juſſa eſt [53] fructus non reſtitui, quia non hereditati accepto feruntur, ſed rei. Evenire ergo poteſt, ut rex q in quoſdam populos imperium habeat proprio jure; ita ut alienare etiam poſſit. Strabo * Cytheram inſulam

*L. 18. in fideicommiſſaria. §. Quotiens 2. D. ad SC. Trebellian.*
* *Lib.* VIII. pag. 363.

GROTII.

o *Ex ſua privata ſubſtantia*] M. Antonius ad bellum Marcomannicum cum ærario exhauſto indicere populo nihil vellet, facta in foro Trajani auctione, diſtraxit vaſa aurea, pocula cryſtallina ac murrina, uxoris & ſuam ſericam & auream veſtem, multa ornamenta gemmarum. [Vide CAPITOLIN. *Vit. Anton. Philoſ.* Cap. 17. EUTROPIUM, Lib. VIII. Cap. 6. AUR. VICTOR. *Epit.* Cap. 16. *J. B.*]

p *Ex fructibus ejus patrimonii*] Ideo Ferdinandus Granatenſis regni partem alteram, ut ſtante matrimonio ex Caſtellæ proventibus quæſitam, ſibi vindicavit. Docet *Mariana* libro XXVIII. hiſtoriæ Hiſpanicæ.

q *In quoſdam populos imperium habeat proprio jure*] Balduino conceſſere, qui cum ipſo in orientem belli cauſa venerant, ut urbium, provinciarum, vectigalium, rerum bello captarum dimidium ipſi cederet.

GRONOVII.

49 *De bello & judiciis*] L. 19. D. *de Capt. & poſtlim.* infra num. 21.

50 *Populus alienatur*] Per teſtamentum, donationem, pactum alteri traditur.

51 *Libertus aſſignatur*] Vide tit. Inſt. *de aſſignatione libertorum.*

52 *Quæ reſtitui juſſa eſt*] Fidei commiſſario.

53 *Fructus non reſtitui*] Niſi heres fuerit in mora, aut diſerte rogatus, ut hos quoque reſtitueret, quia proveniunt non ex hereditate, ſed ex rebus, quas bono jure poſſidet.

(oo) Neque objectio, neque reſponſio Auctoris, ſatisfaciunt ad probandum, quod uterque intendit. Inde enim tantum ſequitur, regnum, de quo agitur, Civibus potiùs quàm Regi, aut Regi potiùs quàm Civibus, quæſitum fuiſſe: quo autem jure, uſusfructus an patrimonii, alia eſt quæſtio, de quâ monuimus ſupra, ad §. 11. *num.* 1. *J. B.*

r Her-

Iam Tænaro objacentem fuiſſe ait Euryclis Lacedæmoniorum principis *ἐν μέρει κτήσεως ἰδίας*, *privato ipſius jure*. Sic rex Solomo regi Phœnicum Hieromo (ita enim eum Græce vocat Philo Byblius, qui Sanchuniatonis hiſtoriam vertit) dedit urbes viginti: non ex urbibus populi Hebræi: nam Cabul (quod nomen illis urbibus datum eſt) ponitur extra fines Hebræorum, Joſ. XIX, 27. ſed ex iis urbibus, quas populi devicti hoſtes Hebræorum ad eum diem retinuerant, quaſque partim rex Ægypti Solomonis ſocer viceraт, & Solomoni dotales dederat, partim ſubegerat ipſe Solomo. Nam eo tempore ab Iraëlitis non habitatas argumento eſt, quod poſtquam Hiromus eas reddidit, tum demum Solomo eo deduxit Hebræorum colonias.

1 Reg. IX. 11. 12.

2 Par. VIII, 2.

4. Sic r Hercules legitur Spartæ bello captæ imperium Tyndareo dediſſe hac lege, ut ſi quos ipſe Hercules liberos relinqueret, iis reſtitueretur. Amphipolis in dotem data Acamanti (pp) Theſei filio. Et apud Homerum Agamemnon ſeptem urbes ſe Achilli daturum pollicetur. ſ Melampodi partes regni duas dono dedit rex ſſ Anaxagoras. De Dario ſic Juſtinus: *Regnum Artaxerxi, Cyro civitates, quarum præfectus erat, teſtamento legavit.* Sic t Alexandri ſucceſſores in jus illud plenum ac proprietatem imperandi

*Diod. l.* IV. *pag.* 166. *Ed. H. Steph.*

*Iliad.* IX, 149. & *ſeqq.*

*Lib.* x. c. 11.

GROTII.

r *Hercules*] Idem Hercules Dryopes, qui juxta Parnaſſum habitabant, a ſe victos donavit Apollini. *Servius* ad IV. *Æneidos* (verſ. 146.) Herculem adverſus Lapithas belli ſocium ſibi ſumſit Ægimius Dorienſium rex, parte regni in mercedem ſocietatis data. (*Apollod.* II, 7. 7.) Cychreus Salaminis rex prole carens regnum teſtamento reliquit Teucro. [Immo *Telamoni*. Idem, III, 12. 7.] Peleus ab Eurytione Phthiæ rege tertiam regni partem accepit in dotem (III, 12. 1.) quæ habet *Apollodorus*. apud *Livium* eſt lib. I. *Proca Numitori regnum legat.* (Cap. 3.)

ſ *Melampodi*] Vide *Servium* ad ſextam *Eclogam*: [verſ. 48. & *Pauſan.* Corinth. c. 18.] ſic apud *Homerum* Iobates Bellerophonti dat filiam:

Δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης.

Quod *Servius* ſic interpretatur (*Iliad.* VI, 193.) ad *Virgilium* (*Aen.* V, 118.) *filiam ſuam ei cum parte regni in matrimonium dedit. Phœnix de Peleo* (*Iliad.* IX, 479.)

πολὺν δέ μοι ὤπασε λαόν,
Ναῖον δ' ἐσχατιὴν Φθίης, Δολόπεσσιν ἀνάσσων.

*Populos dedit hic mihi multos,*
*Ut fines Phthiæ, Dolopum quæ regna, tenerem.*

Lanaſſa nubens Pyrrho Epirotarum regi in dotem ei attulit Corcyram urbem ab Agathocle patre ſuo bello captam. *Plutarchus* Pyrrho. (Pag. 387.)

t *Alexandri ſucceſſores*] *Ammianus* de Perſide, non exacte tamen ad hiſtoriæ fidem: *Ex teſtamento nationem omnem in ſucceſſoris unius jura tranſlatam.* libro XXIII. (Cap. 6. pag. 398, *Ed. Valeſ. Gronov.*)

GRONOVII.

ſſ *Anaxagoras*] Argei F. Megapenthis N. Prœti pronepos. Megapenthi Argos Perſeus patrueli tradidit; ipſe tranſtulit regnum Mycenas. Cum Melampode & ejus fratre Biante partitus id regnum Anaxagoras, quod Melampus bacchantes vaganteſque fœminas luſtraſſet ac ſanaſſet. *Pauſan.* 2. p. 116, (Cap. 16. 17.)

(pp) Habet hoc Auctor ex DEMOSTHENE, in Oratione *De malè obitâ Legatione*: Ὧν [Θησέως παίδων] Ἀκάμας λέγεται φερνὴν ἐπὶ τῇ γυναικὶ λαβεῖν

Digitized by Google

di populis, qui ſub Perſis fuerant, pro ſua quiſque parte ſucceſſiſſe, aut etiam ipſi victoriæ jure id imperium ſibi quæſiviſſe cenſendi ſunt. quare non eſt mirandum, ſi alienandi jus ſibi arrogarunt.

5. Sic cum u Attalus rex Eumenis filius populum Romanum teſtamento bonorum ſuorum heredem feciſſet, populus Romanus ſub bonorum nomine etiam regnum complexus eſt. Florus de ca re: *Adita igitur hereditate provinciam populus Romanus, non quidem bello nec armis, ſed, quod eſt æquius, teſtamenti jure retinebat.* Et poſtea cum x Nicomedes Bithyniæ rex moriens populum Romanum feciſſet heredem, regnum in provinciæ formam redactum eſt. 56 Cicero ſecunda in Rullum: *Hereditatem crevimus, regnum Bithyniæ.* Sic Libyæ pars y Cyrenaica eidem populo ab Appione rege teſtamento relicta.

*Florus* lib. II. c. 20. *Epit. Liv.* 58. *Cap.* 15.

6. Tacitus, Annalium XIV. agrorum meminit, qui regis z Apionis quondam habiti, & populo Romano cum regno relicti. Cicero

*Cap.* 18. vide & *Epit. Liv.* 43.

λαβεῖν τὴν χώραν ταύτην ['Αμφιπόλεως] Pag. 251. A. *Ed. Baſ. J. B.*

GRONOVII.

56 *Cicero ſecunda in Rullum: Hereditatem crevimus*] Cap. 15. *Quid quam hereditatem jam crevimus:* adiimus, agnovimus. *Cic.* 6. ad *Attic.* 1, 11. 2. Vide ad lib. 2. cap. 7. num. 8.

GROTII.

u *Attalus rex*] Valerius Maximus: *Attalus teſtamenti æquitate gratus Aſiam populo Romano legavit.* (Lib. V. Cap. 11. Extern. 3.) *Sertorius* ea de re apud *Plutarchum*: τῷ δικαιοτάτῳ τρόπῳ Ῥωμαίων κεκτημένων ἐπαρχίαν· *Cum populus Romanus optimo jure eam terram teneret.* (Pag. 580. E. Tom. I. *Ed. Wech.*)

x *Nicomedes*] Vide Appianum Mithridatico & civili primo. (*Pag.* 218. & 420. *Ed. H. Steph.*)

y *Cyrenaica*] In qua urbes Berenice, Ptolemais, Cyrene. *Eutropius* VI. (Cap. 9.)

z *Apionis*] *Appianus* Mithridatico: (*in fin.*) Κυρήνην αὐτὴν Ἀπίων βασιλεὺς τοῦ Λαγιδῶν γένους νόθος ἐν διαθήκαις ἀπέλιπεν. *Cyrenen teſtamento reliquit Apion nothus è Lagidarum genere. Ammianus* lib. XXII. (Cap. 16.) *Aridiorem Libyam ſupremo Apionis regis conſecuti ſumus arbitrio; Cyrenas cum reſiduis civitatibus Libyæ Pentapoleos Ptolomæi liberalitate ſuſcepimus.* Rex enim Cyrenarum & Apio, & Ptolemæus dicebatur. vide breviarium *Livii* lib. LXX. Ipſe hic Apio Cyrenarum hoc regnum patris teſtamento acceperat, auctore *Juſtino* lib. XXXIX. (c. 5.) Alterius Apionis, cujus *Ammianus* meminit, qui aridam Libyam populo Romano reliquerit, mentio in chronico *Euſebiano* ad annum CIↃ IↃ CCCCLII. Adde quod in ædificiis narrat *Procopius*, Arſacis regis teſtamento ita diviſam Armeniam, ut major pars Arſaci, minor Tigrani cederet. Ex *Joſepho* diſcimus, Herodem, Auguſto ei concedente ut regnum cui è liberis vellet relinqueret, teſtamentum aliquoties mutaſſe, Antiquæ hiſtoriæ lib. XV. & XVI. Mos hic etiam Gothis & Vandalis in iis quæ armorum jure tenebant. Gizerichus Vandalus de Hiſpania teſtamentum fecit. *Procopius* Vandalicorum I. Theudericus Lilybæum in Sicilia dotem dat ſorori Amalafridæ. *Procopius* ibidem. Sed & aliis gentibus. Aquitaniam bello quæſitam Pipinus inter liberos diviſit: *Fredegarius* fine Chronici. De Burgundia teſtamento relicta vide *Aymoinum* III, 68. & 75. Feſſæ rex Feſſam ſecundo filio legat. *Leo Afer* libro III. quem & de Bugia vide libro quinto. Sultanus Aladinus Oſmani plurimas legavit civitates. *Leunclavius* Turcicæ hiſtoriis

cero de lege Agraria: *Quis ignorat, regnum Ægypti, teſtamento regis Alexandrini, populi Romani eſſe factum?* Mithridates in oratione apud Juſtinum de Paphlagonia loquens: *Quæ non vi, non armis, ſed adoptione teſtamenti patri ſuo obveniſſet.* Narrat idem ab Orode Parthorum rege diu dubitatum, quem filiorum ſuorum poſt ſe regem deſtinaret. Et * Polemo Tibarenorum adſitæque regionis dynaſta uxorem reliquit imperii heredem: quod & in Caria olim † fecerat Mauſolus fratres habens ſuperſtites.

XIII. 1. At in regnis quæ populi voluntate delata ſunt, concedo a non eſſe præſumendum eam fuiſſe populi voluntatem, ut alienatio imperii ſui Regi permitteretur. Quare quod 57 Crantzius ut rem novam notat in Unguino, quod is Norvagiam teſtamento reliquiſſet, non eſt quod improbemus, ſi Germanorum mores reſpicit, apud quos regna eo jure minime habebantur. Nam quod (qq) Carolus Magnus, & Ludovicus Pius, & alii poſtea etiam apud Vandalos & Hungaros de regnis teſtati leguntur, b 58 id

*Orat.* II. c. 16.
*Juſtin. lib.* XXXVIII. c. 5.
*Lib.* XLII. c. 4.
* *Strab. lib.* XII. *pag.* 556.
† *Idem,* Lib. XIV. pag. 656.
*Lib.* II. *Dan.* c. 4.

riæ *libro* II. Germeani filius rex cum filia ſua, Bajazeti nuptura, dedit Phrygiæ urbes. Idem *Leunclavius* libro V. Regnum Turcorum in Cappadocia Muſal in liberos diſtribuit. *Nicetas* libro III. Urbes ad Pontum Euxinum à Chuſcino Bega Murati traditæ. *Leunclavius* libro I. Bajazetes Stephano urbes dedit Serviæ in honorem uxoris ſuæ quæ Stephani ſoror. Idem lib VI. Mahumetes Sultanus Murati teſtamento regnum reliquit. Idem libro XII. Jacupes Begus Germeanoglius ditionis ſuæ heredem fecit Muratem Sultanum. Idem libro XIV. Mahumetes Turca filiis duobus, Amurati Europæ, Muſtafæ Aſiæ imperium relinquere cogitarat: eſt id apud *Chalcocondylam* lib. IV. Baſilius Porphyrogennetus Imperator a Davide Curopalate heres inſtitutus ejus regionis quam David ille in Iberia tenuerat. Narrat *Zonaras*. Venio ad Chriſtianos in Oriente victores. Theſſaliam Michael Deſpota inter liberos diviſit. Habet id *Gregoras* lib. IV. Ætoliæ Princeps Venetis Athenas reliquit, Bœotiam Antonio vendidit. *Chalcocondylas* libro IV. Meſſena, Ithomæ, & Arcadiæ maritima ab Arcadiæ principe filiæ data in dotem, cum ea Thomæ Imperatoris Græci filio nuberet. Idem libro V. Acarnania inter nothos Caroli principis teſtamento ipſius diviſa. partes de Ætolia cognatis datæ: narrante eo quem dixi *Chalcocondyla*. Sic & regna Hieroſolymorum & Cypri partim teſtamentis legata, partim tranſcripta contractibus. vide de Cypro *Bembum* Italicorum VII. & *Parutam* libro primo. Genuatibus in Sardinia Caſtrum oppidum donatum, alia Calaritanæ ditionis, donata. *Bizarus* de bello Piſano libro II. Robertus filio minori Baimundo dedit Dyrrachium & Aulonem. *Anna Comnena* lib. V. Alfonſus Arragonius Neapoleos regnum, ut armis partum, Ferdinando notho ſuo reliquit. In eodem regno urbes quaſdam Ferdinandus legavit nepoti. *Mariana* libro XXX.

a *Non eſſe præſumendum eam fuiſſe populi voluntatem, ut alienatio imperii ſui regi permitteretur*] Imperium non debere relinqui ut agros & ſervos dicit *Vopiſcus* Tacito. (Cap. 6.) Salvianus: *Non poterat populos, quos regebat, per teſtamentum egenis tradere.* [Locus extat *Ad Eccleſ. Catholic.* Lib. I. pag. 356. *Ed. Paris.* 1645. ſed qui fortè non admodum adpoſitus eſt. *J. B.*]

GRONOVII.

57 *Crantzius*] Contra *Hotoman.* quæſt. ill. 1, 1.

(qq) Vide Vitam *Caroli Magni* ab EGINHARTO ſcriptam, Cap. 30. ibique Notas nuperæ Editionis. *J. B.*

GROTII.

b *Id commendationis magis vim apud populum habebat*] Vide Capitulum XII. con-

Digitized by Google

58 id commendationis magis vim apud populum habebat, quam veræ alienationis. Atque id de Carolo ſpeciatim Ado memorat, voluiſſe eum teſtamentum ſuum à Francorum optimatibus confirmari. Simile eſt quod apud Livium legimus, Regem Macedonum Philippum, cum Perſea à regno arcere, & ejus loco regem facere vellet Antigonum fratris ſui filium, obiiſſe Macedoniæ urbes, c ut principibus Antigonum commendaret.

*Lib.* XL. c. 56.

2. Nec quod idem ille Ludovicus urbem Romam 59 Paſchali Pontifici 60 reddidiſſe (rr) legitur, ad rem facit, cum Franci imperium in urbem Romam à populo Romano acceptum, reddere (ſſ) eidem populo recte potuerint: cujus populi quaſi perſonam ſuſtinebat is, qui 61 primi ordinis princeps erat.

XIV. 1. Quod

converſus ad Cariſiacum ſub Carolo Calvo. Huc refer teſtamentum Pelagii, quo Hiſpaniam reliquit Alfonſo & Oſmiſindæ, & de Dania quædam apud Saxonem. Neque mirum igitur, quædam teſtamenta improbante populo fuiſſe irrita, ut Alfonſi Arragonii. Vide *Marianam* libro X. Et Alfonſi Legionenſis, cum is filias filio prætuliſſet. Idem *Mariana* libro XII.

c *Ut principibus Antigonum commendaret*] Vide rem ſimilem apud *Caſſiodorum* lib. VIII. epiſt. III. & ſequentibus. Ita pacta ſucceſſionis mutuæ inter Sanctium & Jacobum Arragonenſes à proceribus firmata. *Mariana* libro XII. & Henrici Navarræ regis, qua Johannem inſtituit heredem. idem *Mariana* libro XIII. & Iſabellæ reginæ Caſtellæ. idem libro XXVIII.

## GRONOVII.

58 *Id commendationis*] Non tam impoſuerunt populis ſucceſſorem jure ſuæ voluntatis, quam oſtenderunt & commendarunt dignos, quos populi eligerent.

59 *Paſchali Pontifici*] De Paſchali habet, a quo multa hoc cap. ex *Hotomani* Quæſt. ill. 1. t. 2. p. 846. qui veriſſimam hanc hiſtoriam appellat; & hujus donationis inſtrumentum ait exſtare apud *Raph. Volater.* Geograph. 3. Circumferuntur duo diverſa inſtrumenta, quorum alterum exſtat apud *Gratianum* in cap. *Ego Ludovicus.* diſtinct. 63. alterum ex Vaticana bibliotheca ſe prompſiſſe narrat *Raph. Volater.* lib. 3. Geograph. quod multo plura, quam alterum complectitur, Ravennam, Ferrariam, Siciliam, Sardiniam, Corſicam &c. atque hoc niti mavult Curia Pontificalis; & ejus auctoritate regem Siciliæ vocat Eccleſiæ ſubditum, vaſallum & dominum Ligium, Clement. paſtoral. *de ſentent. & re judic.* Ferrarienſem quoque ducatum hoc ſibi titulo adjudicavit. *Arniſæus* de Subject. & Exemt. Cleric. cap. 6. n. 10. p. 131. & de jure Majeſt. lib. 1. cap. 5. num. 6. & 7.

60 *Reddidiſſe legitur*] Non apud *Aimoinum*, non in *Eginharti* annalibus, neque *Anaſtaſio* neque *Thegano* de geſtis Ludovici Pii, neque in incerto auctore de vita & actibus ejuſdem. Cogitavit opinor Capit. *Ego Ludovicus* 30. diſtinct. 63. in Decreto Gratiani. At hujus Ludovici F. Lothario præter Galliam Belgicam, quæ exinde Lotharingia dicta eſt, ceſſiſſe in diviſione regni paterni Romanum imperium, hoc eſt, Romam & Italiam, ſcribit ipſe *Petavius* Rat. temp. par. 1. lib. 8. cap. 10.

61 *Primi ordinis*] Prælatorum.

(rr) Præter ea, quæ benè obſervavit *Gronovius*; non poteſt dici *Ludovicus Pius* reddidiſſe, quod numquam Pontifices Romani habuerant, jure ſcilicet imperii ſummi, de quo agitur. Dicemus in Notis Gallicis. Interim vide HERMANNI CONRINGII Librum *De Germanorum Imperio Romano*, Cap. VI. *& ſeqq.* *J. B.*

(ſſ) Sed poſito, quod falſiſſimum, veram eſſe illam, ſive donationem, ſive reſtitutionem, nil refert à quo *Franci* imperium acceperint in urbem *Romam*, aut cui poſtea ceſſerint: hoc tantum

XIV. Quod autem huc uſque monuimus, diſtinguendam eſſe 62 ſummitatem imperii ab habendi plenitudine, adeo verum eſt, ut non modo pleraque imperia ſumma non plene habeantur, ſed & multa non ſumma habeantur plene: quo fit ut d 63 marchionatus & comitatus facilius quam regna vendi, & teſtamento relinqui ſoleant.

XV. 1. Eſt & alterum hujus diſcriminis indicium e in regni tutela, dum rex ætate aut morbo fungi poteſtate ſua impeditur. Nam in regnis, 64 quæ non ſunt patrimonialia, tutela eorum eſt, quibus lex publica, aut ea deficiente f conſenſus populi eam mandat. (tt) In regnis patrimonialibus eorum, g quos pater aut propinqui elegerint. Sic videmus in Epirotarum regno, quod conſenſu populi ortum fuerat, * Atribæ regi pupillo publice tutores conſtitutos: & à proceribus Macedonum Alexandri Magni † poſthumo. At in Aſia minore 65 bello parta rex a Eumenes Attalo filio fratrem ſuum tutorem dedit. Sic 66 filio Hieronymo b pater Hiero in Sicilia regnans quos voluit teſtamento tutores aſſignavit.

2. Sive vero rex ſimul ſit privato jure fundorum dominus, ut rex Ægypti poſt Joſephi tempus, & Indorum reges, memorante c Diodoro, ac d Strabone, ſeu non ſit, hoc imperio extrinſecum eſt, nec ad ejus naturam pertinet. Quare nec imperii ſpeciem aliam, neque alium habendi imperii modum hoc quidem conſtituit.

XVI. 1. Tertia

* *Juſt.* L. XVII. c. 3.
† *Juſt. lib.* XIII. c. 2.
a *Plut. de amore frat.* Tom. II. pag. 489. 490.
b *Livius*, XXIV. 4.
c *Lib.* II. c. 40.
d *Lib.* XV. pag. 704.

tantum quæritur, an *Ludovicus* arbitrio ſuo, aut non ſine conſenſu Populi, id fecerit. *J. B.*

GROTII.

d *Marchionatus & comitatus facilius quam regna vendi*] Vide de Urgelii principatu *Marianam* lib. XII. cap. 16.

e *In regni tutela*] Vide *Cothmannum* tomo I. conſ. XLI. num. II.

f *Conſenſus populi*] Vide *Marianam* in Alfonſo V. Legionis rege. At teſtamentum regis Johannis de tutela & adminiſtratione regni a proceribus improbatum. *Mariana* libro XVIII.

g *Quos pater aut propinqui elegerint*] Ptolomæus rex Ægypti tutorem filio ſuo reliquit populum Romanum. *Valerius Maximus* libro VI. cap. VI, I.

GRONOVII.

62 *Summitatem*] Summum jus ipſum, a conditione & lege, qua id teneas.

63 *Marchionatus*] Ut ducatus & comitatus Germaniæ: princeps enim quivis comeſque in ſuo territorio tantum juris habent, quantum rex in ſuo: ſed ſuperiorem agnoſcunt Cæſarem.

64 *Quæ non ſunt patrimonialia*] Quæ non poſſidentur omni potentiæ jure.

65 *Bello parta Eumenes*] Hic non bello pepererat Aſiam, ſed acceperat hereditariam a patre Attalo, auxeratque beneficio Romanorum, quorum adverſus Antiochum M. ſocius fuerat. [At non dicit Auctor noſter, *Aſiam* ab *Eumene* ipſo fuiſſe bello partam: hoc tantum verba præ ſe ferunt, regionem illam ab initio *bello partam* fuiſſe, nimirum victoriis *Alexandri Magni*, à quo imperium ad ſucceſſores ejus eodem jure tranſiverat. Potuiſſet *Gronovius* aliud heic recte notare: quod ſcilicet *Eumenes* non tantum filii Tutorem deſignaverit fratrem *Attalum* (id enim ei erat nomen, ut filio *Eumenis*) Sed etiam regnum ei proprium reliquerit, ſimul cum uxore viduâ futurâ. Hoc ait *Plutarchus*, libro qui in margine laudatur. Conſentit *Strabo*, Lib. XIII. pag. 624. etſi paullo aliter rem narret. *J. B.*

66 *Filio Hieronymo*] Immo Nepoti, Gelonis qui ante patrem obierat, filio. Nec id regnum erat bello quæſitum, ſed a populo delatum. *Juſt.* 23, 4.

(tt) Diſcrimen iſtud non ſatis firmo in univerſum fundamento nititur, ut

XVI. 1. Tertia obſervatio ſit, non deſinere ſummum eſſe imperium, etiam ſi is qui imperaturus eſt h promittit aliqua ſubditis aut Deo, etiam talia quæ ad imperii rationem pertineant. (uu) Nec jam de obſervatione juris naturalis & divini, adde gentium, loquor, ad quam reges omnes tenentur, etiamſi nihil promiſerint, ſed de regulis quibuſdam ad quas ſine promiſſo non tenerentur. Verum eſſe quod dico ex ſimilitudine patrisfamilias apparet, qui ſi quid familiæ facturum ſe promiſerit, quod ad familiæ gubernationem pertineat, non eo deſinet in ſua familia jus ſummum, quantum fert familia, habere. Nec maritus maritali poteſtate privatur, eo quod aliquid uxori promiſerit.

2. Fatendum tamen, id ubi fit, 67 arctius quodammodo reddi imperium, ſive obligatio duntaxat cadat in exercitium actus, (xx) ſive etiam directe in ipſam facultatem. Priore ſpecie actus contra promiſſum factus erit 68 injuſtus, quia, ut alibi oſtendemus, vera promiſſio jus dat ei cui promittitur: (yy) altera autem ſpecie erit etiam 69 nullus defectu facultatis. Neque inde tamen ſequitur, ita promittente ſuperiorem dari aliquem; nullus enim is actus non redditur hoc caſu ex vi ſuperiore, ſed ipſo jure.

3. Apud Perſas rex ſummo cum imperio erat, **αὐτοκράτης καὶ ἀνυπεύθυνος**, ut de eo *a* Plutarchus loquitur, & ut imago *b* Dei adorabatur: & ut apud *c* Juſtinum eſt, non mutabatur niſi morte. Rex erat qui dicebat proceribus Perſarum: *d Ne viderer meo tantummodo uſus conſilio, vos contraxi. cæterum mementote, parendum vobis magis eſſe quam ſuadendum.* Tamen & jurabat cum regnum adiret,

a *De trib. gen. rerump.* p. 826. E.
b *Idem*, in *Themiſtocl.* p. 125.
c *Lib.* x. c. 1.
d *Val. Max. lib.* ix. c. 5. *ext.* n. 2.

ut oſtendemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

GROTII.

h *Promittit aliqua ſubditis aut Deo*] Trajanus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter fefelliſſet, deorum iræ conſecrabat. *Plinius* Panegyrico, (Cap. 64.) Adrianus Imperator juravit, nunquàm ſe ſenatorem, niſi ex Senatus ſententia, puniturum. [*Spartian.* Vit. ejus, c. 7.] Anaſtaſius Imperator juravit, ſervaturum ſe decreta Chalcedonenſis Concilii. Meminere *Zonaras*, *Cedrenus*, alii. Seriores Imperatores Græci Eccleſiæ jurabant. Vide eundem *Zonaram* Michaele Rangabe & alibi. Vide & in Gothis regibus exemplum apud *Caſſiodorum* x, 16. 17.

GRONOVII.

67 *Arctius quodammodo*] Imperii fines introrſus agi & coarctari, ſive adminiſtrandi modum temperet, ſive partem aliquam adminiſtrationis omnino adimat, quod promittitur.

68 *Injuſtus*] Quia non eſt factus ut debetur.

69 *Nullus*] Quia fieri non debebat, ut JCti alia faciunt nulla, quæ ab initio non valent: alia irrita, quæ ab initio valebant, ſed ob additum vitium reſcinduntur.

(uu) Vide Pufendorf. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. vii. Cap. vi. §. 10. & ſeqq. *J. B.*

(xx) Obligatio cadit *in exercitium actus*, quando, e. g. Rex jus habet tributa aut vectigalia exigendi, ſed ad certum quemdam modum tantum, aut in certo genere rerum. Ipſa autem *facultas* directè minuitur, quando Rex pro imperio nullum poteſt tributum aut vectigal exigere, ſine conſenſu Populi. *J. B.*

(yy) Immo utroque caſu, facultas agendi æquè deficit, ac proinde actus per ſe æquè nullus eſt. Non video, quo fundamento nitatur diſtinctio Auctoris. *J. B.*

i *Mu-*

Digitized by Google

adiret, quod a Xenophonti & Diodoro Siculo (zz) notatum, & leges certa quadam forma latas i mutare illi nefas erat, ut & Danielis b hiſtoria & Plutarchus in c Themiſtocle nos docent, Diodorus quoque Siculus libro XVII. & multo poſt tempore Procopius Perſici belli libro primo, ubi inſignis ad hanc rem k hiſtoria extat. Idem de Æthiopum regibus tradit Diodorus d Siculus. Eodem tradente, e Ægyptiorum reges, quos tamen, ut alios reges Orientis, ſummo imperio uſos non eſt dubium, ad multarum rerum obſervationem obligabantur: verum ſi contra feciſſent, accuſari vivi non poterant, ſed l mortuorum accuſabatur memoria, & damnatis abjudicabatur ſolennis ſepultura: ſicut & m Hebræorum regum, qui male regnaſſent, cadavera extra proprium regibus locum ſepulta, 2 Par. XXIV, 25. XXVIII, 27. egregio temperamento, quo & ſanctimonia ſummæ poteſtatis maneret, & tamen futuri judicii metu reges à fide mutanda retraherentur. Epiri quoque reges jurare ſolitos, regnaturos ſe juxta leges, ex n Plutarcho in Pyrrhi vita diſcimus.

4. Quid ſi addatur, ſi rex fidem fallat, o ut tum regno cadat? ne ſic quidem imperium deſinet eſſe ſummum, ſed erit habendi modus imminutus per conditionem, & imperium temporario non abſimile. De Sabæorum rege narrabat * Agatharchides fuiſſe ἀνυπεύθυνον liberrima poteſtate præditum, ſed ſi regia exiret potuiſſe lapidari: quod & Artemidoro auctore † Strabo annotavit.

5. Sic 70 fundus, qui fideicommiſſo tenetur, eſt quidem fundus

a *Cyrip.* Lib. VIII. c. 5.
b VI, 9. 13. 16.
c *Immo in Artax.* p.
d *Lib.* III. p. 102.
e *Lib.* I. p. 44. *Ed. Steph.*
* *Apud Photium.* Vid. pag. 63. 64. in 1. vol. *Geograph. Minor. Huds.*
† *Lib.* XVI. p. 778.

GROTII.

i *Mutare illi nefas erat*] *Joſephus* in hiſtoria Vaſthæ, *διαλλαγῆναι τῇ Οὐάστῃ διὰ τὸν νόμον οὐκ ἠδύνατο.* (Antiq. Jud. *Lib.* XI. c. 6. *pag.* 374. A.) *Cum Vaſtha conciliari lege intercedente non poterat.* Tales leges vocabantur leges regni, ut notat *Jacchiades* ad Danielem II. 13. De legibus regnorum in Hiſpania vide *Marianam* libro XX.

k *Hiſtoria exſtat*] Tamen idem de Lethe caſtello legem à rege mutatam refert, ſed non probat.

l *Mortuorum accuſabatur memoria*] *ἄταφα γὰρ οἱ νόμοι τὰ σώματα τῶν τυράννων ὑπερορίζουσι* leges tyrannorum corpora inſepulta extra fines projici jubent. *Appianus* civilium tertio. (Pag. 537. *Ed. H. Steph.*) Andronicus Imperator patrem ſuum Michaëlem, quod fidem Latinam ſequi cœpiſſet, mortuum ſepultura privavit. *Gregoras* lib. VI.

m *Hebræorum regum*] Vide *Joſephum* de Joramis duobus, altero Hieroſolymorum, altero Iſraëlis rege, lib. IX. cap. III. & V. item de Joaſo Hieroſolymorum rege. (*Ib.* cap. 8. *in fin.*)

n *Plutarcho*] Verba ſunt: *εἰώθεισαν οἱ βασιλεῖς ἐν Κασσαραίων χώρᾳ τῆς Μολοττίδος ἀρείῳ Διῒ θύσαντες ὁρκωμοτεῖν τοῖς Ἠπειρώταις, καὶ ὁρκίζειν αὐτοὶ μὲν ἄρξειν κατὰ νόμους, ἐκείνους δὲ τὴν βασιλείαν διαφυλάξειν κατὰ τοὺς νόμους.* *Solebant reges in Caſſarorum terra, quæ Molottidos pars eſt, Jovi Areo ſacrificare ac juramentum præſtare Epirotis. Jurabant autem reges ſe imperaturos ſecundum leges. Epirotæ autem ſe imperium ejuſdem conſervaturos ſecundum eaſdem leges.* [Locus exſtat pag. 385. C. Tom. I. *Ed. Wech.* Sed ibi rectè legitur, ἐν Πασσαρῶνι χωρίῳ &c. non Κασσαρῶν χώρᾳ, ut ſcripſit Auctor.

o *Ut tum regno cadat*] Vide exemplum apud *Crantzium* libro IX. Suedicorum.

GRONOVII.

70 *Fundus, qui fideicommiſſo*] Qui datur fruendus, ita, ut aliquando alii reſtituatur.

(zz) Neſcio, ubinam juramenti illius



Digitized by Google

dus (aa) noſter non minus quam ſi pleno dominio poſſideretur, ſed habetur 71 amiſſibiliter. Talis autem 72 lex commiſſoria non tantum in regni delatione adjici poteſt, ſed & in aliis contractibus. Nam & fœdera quædam cum vicinis videmus cum p tali ſanctione inita.

XVII. 1. Quarto notandum, quanquam ſummum imperium unum quiddam ſit ac per ſe indiviſum, conſtans ex illis partibus, quas ſupra enumeravimus, addita 73 ſummitate, id eſt, τῷ 74 ἀνυπευθύνῳ. q fieri tamen interdum ut dividatur, ſive per 75 partes quas vocant potentiales, ſive per partes 76 ſubjectivas. (bb) Sic cum unum eſſet Romanum imperium, factum tamen ſæpe eſt, ut alius orientem, alius occidentem teneret, aut ut tres etiam tripartito orbem regerent. Sic etiam fieri poteſt, ut populus regem eligens quoſdam actus ſibi ſervet, alios autem regi deferat pleno jure. Neque tamen id fit, ut jam oſtendimus, quotieſcumque rex promiſſis quibuſdam obligatur; ſed tunc id fieri intelligendum

lius meminerit *Diodorus*. Neque ad inveniendum juvat heic BRISSONIUS, *De Regio Perſarum Principatu*: nam de re ipſâ nihil omnino habet, ut nec de eo quod ſequitur. *J. B.*

GROTII.

p *Tali ſanctione*] Aut etiam ne ſubditi regem pacta violantem juvent: aut ne ei pareant. vide *Crommerum* Polonicis XIX. & XXI. Eſt & exemplum apud Schafnaburgenſem in rebus Henrici anno CIƆLXXIV.

q *Fieri tamen interdum ut dividatur*] Vide *Zazium* ſingularium reſponſorum lib. II. cap. XXXI.

GRONOVII.

71 *Amiſſibiliter*] Poſſeſſione non perpetua.

72 *Lex commiſſoria*] Cautio vel pactio adjecta emtioni venditioni, ut ſi intra certam diem emtor pretium non ſolverit, & pœnituerit venditorem, res nec vendita neque alienata ſit: conditio, ut dicta re non præſtita contractus ſit irritus. Lex commiſſoria adjecta in deferendo regno, ut Rex perdat regnum, niſi ex præſcripto aliquid fecerit.

73 *Summitate*] Libera & nulli obnoxia earum adminiſtratione.

74 *Ἀνυπευθύνῳ*] Ariſtot. 4. Pol. 10.

75 *Partes potentiales*] i. Ita ut penes alium ſint judicia, penes alium bella, penes alium comitia; nam Totum Potentiale, quod alias Logicum & Univerſale appellant, eſt genus reſpectu ſpecierum, & ſpecies reſpectu individuorum. Genus autem imperium ſummum eſt: ſpecies imperium ſummum in jure reddendo, imperium ſummum in bello, imperium ſummum in comitiis ſive ordinatione magiſtratuum.

76 *Subjectivas*] i. Subjecta plura vel perſonas, in quibus ſingulis reſpectu quodam eſt, ut fuit imperium Romanum ſub triumviris Octavio, Antonio, Lepido; ſub Divis Fratribus; ſub Diocletiano & Maximiano; ſub Conſtantini filiis; ſub Valentiniano & Valente.

(aa) Addidi vocem *noſter*, quæ in omnibus Edd. excidit, propter ſimilitudinem ſequentis *non*, à Typographis prætermiſſa. Res ipſa illam poſtulat: quid enim hoc eſt, *Fundus, qui fideicommiſſo tenetur, eſt fundus?* Eſt quoque Fundus, ubi Colono traditus eſt. Agitur omnino heic de re, quæ *noſtra* eſt, quamquam non poſſideatur *pleno dominio* & irrevocabili. Fallor, an Auctor in mente habuit quod ait *Paulus*, L. 66. D. *De rei vindicat. Non ideo minus recte quid* NOSTRUM *eſſe vindicabimus, quòd* ABIRE A NOBIS DOMINIUM *ſperatur, ſi conditio legati aut libertatis extiterit.* Hæc planè gemina. *J. B.*

(bb) Vide PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. IV. §. 1. & Cap. V. §. 15. *J. B.*



Digitized by Google

dum eſt, [r] ſi aut expreſſe inſtituatur partitio, qua de re ſupra jam diximus, aut ſi quid populus adhuc liber futuro regi imperet per modum [77] manentis præcepti; aut ſi quid ſit additum, quo intelligatur regem cogi aut puniri poſſe. Nam præceptum eſt ſuperioris, [78] ſaltem in eo quod præcipitur: Et cogere non eſt quidem ſemper ſuperioris: nam & naturaliter quiſque jus habet cogendi debitorem, ſed [79] cum inferioris natura pugnat. Itaque ex coactione ſaltem [80] paritas ſequitur, ac proinde ſummitatis diviſio.

2. Multi adverſus talem ſtatum quaſi bicipitem incommoda multa adferunt; ſed, ut ſupra quoque diximus, in civilibus nihil eſt quod omni ex parte incommodis careat; & jus non ex eo quod optimum huic aut illi videtur, ſed ex voluntate ejus unde jus oritur metiendum eſt. Exemplum vetus refertur a Platone de legibus tertio. Cum enim [81] Heraclidæ Argos, Meſſenam, & Lacedæmonem condidiſſent, adſtricti reges intra præſcriptarum legum modum imperare, idque dum facerent obligati populi ipſis ipſorumque poſteris regnum relinquere, nec ut quiſquam adimeret pati. Inque id non ſuis tantum regibus populi ac populis ſuis reges, ſed & [ſ] ipſi inter ſe reges, populique inter ſe, & reges vicinis populis, & populi vicinis regibus fidem dederunt, auxilioque ſe futuros alii aliis polliciti ſunt.

*Pag. 683. 684. Tom. II. Ed. H. Steph.*

XVIII. 1. Multum tamen falluntur qui exiſtimant, cum [82] reges acta quædam ſua nolunt rata eſſe, niſi a Senatu aut alio cœtu aliquo probentur, partitionem fieri poteſtatis: nam quæ acta eum in modum reſcinduntur, intelligi debent reſcindi regis ipſius imperio, qui eo modo ſibi cavere voluit, ne quid fallaciter impetratum pro vera ipſius voluntate haberetur. quale erat * Antiochi tertii

*Boecl. ad c. 1. de Conſt. in Decret.*

* *Plutarch. Apophth. Tom. II. pag. 183.*

GROTII.

r *Si aut expreſſe inſtituatur partitio*] Ita Probi tempore ſenatus firmabat principum leges; de appellationibus cognoſcebat; Proconſules creabat; legatos conſulibus dabat. [Habet hoc Auctor è *Vopiſco*, in Prob. *Cap.* 13. ubi legendum *Legatos* EX *Conſulibus*, oſtendit *Salmaſius*.] Vide & *Gail.* lib. II. Obſerv. LVII. num. 7. & Cardinalem *Manticam* de tacitis & ambiguis conventionibus, lib. XXVII. tit. V. num. 4.

ſ *Ipſi inter ſe reges populique inter ſe*] Exempla ſunt complura in hiſtoria populorum Septentrionalium. vide *Johannem Magnum* hiſtoria Suedica lib. XV. & XXIX. *Crantzium* Suedicorum V. *Pontanum* Danicorum VIII.

GRONOVII.

77 *Manentis præcepti*] Quod non ſemel tantum valuerit in aditu imperii, ſic ut poſtea rex, ei ut obtemperet, cogi nequeat, ſed cujus vigor & obligatio ſemper ſit integra.

78 *Saltem in eo*] Negotio, in quo præcipiendi jus habet, etſi alio reſpectu ſuperior non ſit.

79 *Cum inferioris natura repugnat*] Pugnat. vel, ſed inferioris naturæ.

80 *Paritas ſequitur*] Qui cogere poteſt, par ſit dumtaxat neceſſe eſt, ſi non ſuperior.

81 *Heraclidæ condidiſſent*] Recuperaſſent a Pelopidis duce Temeno Argos Creſphonte Meſſenen, Ariſtodemo Spartam. *Pauſan.* 4.

82 *Reges acta quædam*] Ut rex Galliarum diplomata ſua, niſi a Curia, quæ vocatur *Parlamenti*, confirmentur, &, ut ipſi loquuntur, *verificentur*.



Digitized by Google

tertii regis reſcriptum ad magiſtratus, ne ſibi parerent, ſi quid legibus adverſum 83 juſſiſſet; & Conſtantini, * ne pupilli aut viduæ cogantur venire judicii cauſa ad 84 comitatum Imperatoris, t etiamſi Imperatoris reſcriptum proferatur.

* *L. unica C. quando imperator.*

2. Quare hæc res ſimilis eſt teſtamentis, quibus adjectum eſt, ne poſterius teſtamentum valeat: nam hæc quoque clauſula efficit, (cc) ut poſterius teſtamentum non ex vera voluntate profectum præſumatur. Sed ſicut hæc clauſula, ita & illa regis juſſu expreſſo ac ſpeciali poſterioris voluntatis ſignificatione tolli poteſt.

XIX. Sed neque 85 Polybii hic utor auctoritate, qui ad mixtum genus reipublicæ refert Romanam rempublicam, quæ illo tempore, ſi non actiones ipſas, ſed jus agendi reſpicimus, 86 mere fuit popularis: Nam & Senatus auctoritas, quam ad optimatum regimen refert, & conſulum, quos quaſi reges fuiſſe vult, ſubdita erat populo. Idem de aliorum politica ſcribentium ſententiis dictum volo, qui magis externam ſpeciem & quotidianam adminiſtrationem, quam jus ipſum ſummi imperii ſpectare congruens ducunt ſuo inſtituto.

*Lib. VI. Cap. 9. & ſeqq.*

XX. 1. Magis ad rem pertinet quod *a* Ariſtoteles ſcripſit, inter regnum plenum, quod παμβασιλείαν vocat, (eadem eſt u παντελὴς μοναρχία, Sophocli *b* Antigone, Plutarcho x αὐτοκρατὴς *c* βασιλεία καὶ ἀνυπεύθυνος, Straboni *d* ἐξουσία αὐτοτελὴς) & regnum Laconicum, qui merus eſt principatus, aliquot regni ſpecies eſſe interjectas. Ego exemplum hujus rei dari arbitror poſſe in regibus Hebræis: nam hi quin in rebus pleriſque ſummo jure imperaverint, dubitari nefas arbitror. Voluerat enim populus regem, y 87 quales

a *Polit.* L. III. c. 15.
b *Vers.* 1281.
c *De trib. gen. Reip.* p. 826. E.
d *Geogr.* L. VI. *in fin.* p. 288.

**GROTII.**

t *Etiamſi Imperatoris reſcriptum proferatur*] Adde l. 1. C. de Petitionibus bonorum ſublatis.

u Παντελὴς μοναρχία] Faciunt enim, ut ad §. VIII. notavimus, Tragici regnum Thebanum ſimile regnis Phœnicum, unde orti erant.

x Αὐτοκρατὴς βασιλεία] Sic *Dionyſius Halicarnaſſenſis* de Laconicis regibus: οὐδὲ γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι αὐτοκράτορες ἦσαν. *neque enim Lacedæmonii pleno jure reges erant.* (Ant. *Rom.* L. II. C. 14.)

y *Quales habebant vicini*] Putabat populus, ut *Joſephi* verbis utar, οὐδὲν ἄτοπον εἶναι τῶν πλησιοχώρων βασιλευομένων τὴν αὐτὴν ἔχειν αὐτοὺς πολιτείαν· *nihil eſſe abſurdi, ſi, cum vicini regnarentur, ipſi eandem imperii formam acciperent.* (Ant. *Jud.* VI, 4.)

**GRONOVII.**

83 *Juſſiſſet*] Et Trajani, ne parerent, ſi quæ juſſiſſet poſt largiores epulas. *Aurel. Victor* (De Cæſarib. c. 13. n. 10.

84 *Comitatum*] Aulam. *Juretus* ad *Symm.* 2. epiſt. 83. & lib. 3. epiſt.

85 *Polybii*] Lib. 6.

86 *Mere fuit popularis*] Falſum. præclare Polybius. *Quibuſdam in rebus & temporibus populus parebat ſenatui, & conſulibus: in quibuſdam imperabant conſules ſine ſenatu: in quibuſdam ſine ſenatu nihil poterant.* *Cicero* 3. de legibus 11. Libertas plebi ſic data eſt, ut multis præclariſſimis addiceretur, ut auctoritati principum cederet.

(cc) Hoc equidem Juri Romano non congruit, quamquam in Foro obtineat. Vide CUJACIUM, *Obſerv.* XIV, 7. & VINNIUM in *Inſtit.* Tit. *Quibus modis Teſt.*

Digitized by Google

87 quales habebant vicini: at orientis populi (dd) addicte admodum regnabantur. Æſchylus Perſis de rege Perſarum ſic loquentem facit Atoſſam:

——— οὐχ ὑπεύθυνος πόλει.
——— *non eſt civitati obnoxius.*

Notum illud Maronis: [*Georg.* IV, 210. *& ſeqq.*]

*Regem non ſic Ægyptus & ingens*
*Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaſpes*
*Obſervant.*

Apud Livium: *Syri & Aſiatici genera hominum ſervituti nata.* a Lib.
quo non diſcrepat illud Apollonii apud Philoſtratum: * Ἀσσύριοι XXXVI.
καὶ Μῆδοι τὰς τυραννίδας προσκυνοῦσι· *Aſſyrii & Medi dominationem* c. 17.
*etiam adorant.* Ariſtotelis III. Politicorum XIV. οἱ περὶ τὴν Ἀσίαν * Vit. Apoll. L. VII.
ὑπομένουσι τὴν δεσποτικὴν ἀρχὴν, οὐδὲν δυσχεραίνοντες. *Aſiatici domi-* c. 14. Ed.
*natum æquo animo ferunt.* Et apud Tacitum Civilis Batavi illud ad Olear.
Gallos: z *Servirent Syria Aſiaque & ſuetus regibus oriens:* nam & in Hiſt. IV.
Germania, & in Gallia tum reges erant, ſed, ut idem Tacitus c. 17.
notat, precario jure regnandi & auctoritate ſuadendi, non juben- Germ. c.
di poteſtate. 11.

2. Supra

*Teſt. infirmantur*, §. 2. Sed recepta illa ſententia, quam Auctor noſter heic probat, verior eſt, ſecundum Jus Naturale; ut in Notis Gallicis, Deo favente, oſtendemus. *J. B.*

GRONOVII.

87 *Quales habebant vicini*] Vox *Qualis* reſpicit nomen & ſplendorem imperii, non poteſtatem imperantis. Alioquin eodem argumento colligas licet, regem eos voluiſſe idolorum cultorem. Quin etſi maxime voluiſſent, non permittebat Deus, qui jam olim regem futurum legibus ſubjecerat.

(dd) Imitatur loquutionem *Taciti*, ubi tamen optimæ Editiones habent *adductius*, non *addictius*: *Trans* Lygios Gothones *regnantur*, *paullo jam adductius quàm cetera* Germanorum *gentes.* Germ. *Cap.* 43. ubi vid. Int. *J. B.*

GROTII.

z *Servirent Syria Aſiaque & ſuetus regibus oriens*] *Cicero* de Provinciis conſularibus: (*Cap.* 5.) *Judæis & Syris nationibus natis ſervituti. Euripides* Helena: (*vers.* 283.)

Τὰ βαρβάρων γὰρ δοῦλα πάντα πλὴν ἑνός.

*Sunt præter unum ſerva cuncta in barbaris.*

Quod ex *Æſchylo* adumbratum, apud quem eſt:

Ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.
*Nam nemo liber vivit, extra unum Jovem.*

Cui ſimile *Lucani* dictum: (II, 280.)

——— *toto jam liber in orbe*
*Solus Caſar erit.*

*Salluſtius* de gentibus orientis: *Adeo illis ingenita eſt ſanctitas regii nominis.* Citant *Servius* & *Philargyrus* ad illum in *Georgicis* (IV, 210.) locum. *Apollonius* de Damide apud *Philoſtratum* libro VII. Ἀσσύριος γὰρ ὢν καὶ Μήδοις προσοικίζων οὐδὲν ὑπὲρ ἐλευθερίας ἐνθυμεῖται μέγα. (Cap. 14. *Ed. Olear.*) *Aſſyrius cum ſit & Medorum accola, nihil pro libertate præclarum cogitat. Julianus* contra Chriſtianos: τί με χρὴ καθ' ἕκαστον ἐπιέναι τὸ φιλελεύθερόν τε καὶ ἀνυπότακτον Γερμανῶν ἐπεξιόντα, τὸ χειροηθὲς καὶ τιθασσὸν Σύρων καὶ Περσῶν καὶ Πάρθων καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν πρὸς ἕω καὶ πρὸς μεσημβρίαν βαρβάρων, καὶ ὅσα τὰς βασιλείας ἀγαπᾷ κεκτημένα δεσποτικωτέρας· *Quid tibi jam ſingulatim exſequar aut Germanorum libertatis amantia & impatientia jugi ingenia, aut contra dociles herilem manum*

 *ferre*

Digitized by Google

2. Supra quoque notavimus, totum populum Hebræum fuiſſe ſub rege: & Samuel 88 jus regum deſcribens ſatis oſtendit adverſus regis injurias nullam in populo relictam poteſtatem. quod 89 recte colligunt veteres ex illo Pſalmi: *Tibi ſoli peccavi.* ad quem locum Hieronymus: (ee) *Quod rex erat, & a alium non timebat.* Et Ambroſius: *Rex erat, nullis ipſe legibus tenebatur, quia liberi ſunt reges a vinculis delictorum. Neque enim ullis ad pœnam vocantur legibus, b tuti imperii poteſtate. homini ergo non peccavit, cui non tenebatur obnoxius.* Idem legere eſt apud Iſidorum Peluſiotam epiſtola poſtremo edita CCCLXXXIII. Video conſentire Hebræos, (ff) regi in eas leges quæ de officio regis ſcriptæ exſtabant peccanti 90 inflicta verbera: ſed ea apud illos infamia carebant, & a rege in ſignum pœnitentiæ ſponte ſuſcipiebantur, ideoque non a lictore, ſed ab eo quem legiſſet ipſe, cædebatur, & ſuo arbitrio verberibus ſtatuebat modum. A pœnis autem coactivis adeo liberi erant reges, ut etiam 91 excalceationis lex, quippe cum ignominia conjuncta, in ipſis ceſſaret. Hebræi Barnachmoni ſententia exſtat in dictis Rabbinorum, titulo de Judicibus: *Nulla creatura judicat regem, ſed Deus benedictus.*

*Apolog. David. c. 10.*

3. Hæc cum ita ſint, tamen aliqua judicia arbitror regibus ademta, manſiſſe penes Synedrium LXX. virùm, quod divino imperio

*ferre Syros, Perſas & Parthos, & omnes qui aut ad orientem aut ad meridiem ſunt, barbaros multaſque gentes alias contentas ſub regibus vivere dominos imitantibus?* (Apud *Cyrill*, pag. 138. *Ed. Spanhem.*) Claudianus: (*De IV. Conſ. Hon.* ✝. 306.)

*Non tibi tradidimus dociles ſervire Sabaos:*
*Armenia dominum nec te præfecimus ora.*

a *Alium non timebat*] Idem *Hieronymus* epiſtola ad *Ruſticum* de Pœnitentia: *Rex enim erat: alium non timebat: alium non habebat ſuper ſe.* (Tom. I. pag. 221. B. *Ed. Baſ.*)

b *Tuti imperii poteſtate*] Paria habet ad eundem Pſalmum *Arnobius* minor. *Vitiges* apud *Caſſiodorum*: *Cauſa regia poteſtatis ſupernis eſt applicanda judiciis, quandoquidem illa a cælo petita eſt, ita ſoli cælo debet innocentiam.* [Locus jam adlatus ſupra ad §. VIII. *num.* 15. ubi vide quæ diximus. *J. B.*]

GRONOVII.

88 *Jus regium deſcribens*] Vide cap. ſequenti n. 3.

89 *Recte colligunt*] Imo male, non enim negat David ſe & in civem peccaſſe, ſed confitetur adverſus Deum in primis & graviſſime ſe peccaſſe. *Soli* eſt in primis, vel maxime. Virgil. 1. Georg. 30. *An Deus immenſi venias maris & tua nautæ Numina ſola colant.* 4. Georg. 55. de apibus: *Solæ communes natos, commnunia tecta Urbis habent magniſque agitant ſub legibus ævum, Et patriam ſola & certos novere penates.* 4. Æneid. 473. *Sola viri molles aditus & tempora norat.* Senec. Hippol. 874.

90 *Inflicta verbera*] Vereor ne ſit ſomnium Thalmudicum.

91 *Excalceationis*] Deut. 25, 9. Ruth 4, 7.

(ee) Nil tale habet *Hieronymus*, in hunc quidem Pſalm. LI. locum. Circa rem ipſam vide MILTONUM, *Defenſ. pro Pop. Anglic.* Cap. 2. *pag.* m. 32. & RABOD. HERMAN. SCHELIUM, *De Jure Imperii*, p. 255. 256. *J. B.*

(ff) Mera fabula, quam pleniſſime confutavit SELDENUS, *De Synedriis*, Lib. III. Cap. 9. & poſt illum SALMASIUS, *Defenſ. Reg.* Cap. II. alii. *J. B.*

*c De*

imperio a Moſe inſtitutum ad Herodis tempora 92 perpetua
(*gg*) cooptatione duravit. Itaque & *a* Moſes & *b* David judices a *Exod.*
Deos vocant, & judicia vocantur *c* judicia Dei: & judices dicun- XXII, 28.
tur non humana, ſed divina vice judicare. Imo aperte diſtinguun- b *Pſalm.*
tur *d* res Dei a rebus regis, ubi res Dei, monentibus doctiſſimis LXXXII, 1.
Hebræorum, judicia ex lege Dei exercenda intelligi debent. Non c *Deuter.* I,
nego regem Judæorum capitalia quædam judicia per ſe exercuiſſe: 17. &
qua in re ipſum regi decem tribuum Iſraeliticarum præfert Mai- 2 *Chron.*
monides: quod & exempla non pauca, tum in ſacris literis, tum XIX, 6. 8.
in ſcriptis Hebræorum evincunt: ſed quædam cognitionum ge- d 1 *Chron.*
nera regi videntur non permiſſa, ut de tribu, de pontifice, *c* de XXVI, 32.
propheta. Ejuſque rei argumentum eſt in Jeremiæ prophetæ hi- & 2 *Chron.*
ſtoria, quem cum proceres ad mortem depoſcerent, reſpondit XIX, 11.
Rex: *Ecce in poteſtate veſtra eſt, nam contra vos rex nihil poteſt*: in *Jerem.*
hoc negotiorum genere ſcilicet. Imo & qui alia quavis de cauſa XXXVIII, 5.
apud Synedrium reus factus eſſet, eum rex judicio eximere non
poterat. Ideo Hyrcanus judicium de Herode (cum impedire non *Joſ. Ant.*
poſſet) 93 arte eluſit. XIV, 17.

4. In Macedonia a Carano orti, ut apud Arrianum Calliſthenes *De Exped.*
ait, *οὐ βίᾳ ἀλλὰ νόμῳ Μακεδόνων ἄρχοντες διετέλεσαν non vi, ſed* *Alex.* IV, 11.
*lege in Macedona imperium obtinebant.* Curtius libro IV. *Macedones*
*aſſueti regio imperio, ſed in majore libertatis umbra quam cætera gen-* *Cap.* VII. *num.* 31.
*tes.* Nam & judicia de civium capite non erant penes regem. I-
dem Curtius lib. VI. *De capitalibus rebus vetuſto Macedonum modo* *Cap.* VIII. n. 24.
*inquirebat exercitus: in pace erat vulgi: nihil poteſtas regum valebat,*
94 *niſi prius valuiſſet auctoritas.* Eſt & alterum mixturæ hujus indi-
cium alio Curtii loco: *Macedones ſcivere gentis ſuæ more, ne rex* *Lib.* VIII. c. 1. n. 18.
*pedes venaretur, aut ſine electis principum amicorumve.* Tacitus de
Gothonibus: *Regnantur paulo jam 95 addictius quam cætera Germano-* *Germ.* c. 43.
*rum gentes, nondum tamen ſupra libertatem.* Nam principatum ante
deſcripſerat auctoritate ſuadendi, non jubendi poteſtate: regnum *Cap.* 11.
autem plenum poſtea his verbis: *Unus imperitat, nullis jam 96 ex-* *Cap.* 44.
*ceptionibus, non 97 precario regnandi jure.* Euſtathius ad ſextum O-
dyſſeæ,

GROTII.

c *De propheta*] *Non capit prophetam perire extra Jeruſalem.* Luc. XIII, 33.

GRONOVII.

92 *Perpetua cooptatione*] Dum in locum demortuorum alii atque alii ſufficiuntur.

93 *Arte eluſit*] Suaſit reo fugam.

94 *Niſi prius valuiſſet auctoritas*] *Niſi conſilio viciſſet*, ut *Juſtinus* loquitur 2, 13. niſi ſententiam ſuam proceribus probaſſet.

95 *Addictius*] Melior lectio: *adductius*, minus laxis magiſque attractis frenis.

96 *Exceptionibus*] Ita ut nihil reſervarint aut caverint ſibi a poteſtate regis ſubjecti. *Florus* 2, 18. *veram & ſine exceptione victoriam.* Adde *Senecæ* ep. 30.

97 *Precario regnandi*] Quod eſt in aliena poteſtate & poteſt eripi, quoties iſti libet. *Sen.* Thyeſte 2, 5. *Ubicumque tantum honeſta dominanti licent, precario regnatur*: vox tyranni. Vid. num. 11. [Eſt apud TACITUM, *precario parendi jure*, non *regnandi*.]

(gg) Perpetuitatem illam, in dubium à quibuſdam jam revocatam, funditus



Digitized by Google

dyſſeæ, ubi Phœacum reſpublica deſcribitur, ait eſſe *συνέλευσιν βασιλείας καὶ ἀριστοκρατίας*, d *mixtum aliquid ex regis & procerum poteſtate.*

5. Simile quid in Romanorum regum temporibus obſervo: nam tum omnia ferme negotia manu regia expediebantur. *Romulus nobis, ut libitum, imperaverat*, inquit Tacitus. *Conſtat initio civitatis reges omnem poteſtatem habuiſſe*, inquit Pomponius: tamen quædam populo excepta, etiam illo tempore, vult * Halicarnaſſenſis. Quod ſi Romanis magis credimus, in cauſis quibuſdam provocationem ad populum a regibus fuiſſe ex Ciceronis de republica libris, ex pontificalibus quoque libris & Feneſtella annotavit † Seneca. Mox Servius Tullius, non tam jure quam auris popularibus ad regnum pervectus, plus etiam vim regni imminuit: quippe, ut loquitur Tacitus, *Sanctor legum queis etiam reges obtemperarent.* Quominus mirandum quod * Livius dicit, primorum conſulum poteſtatem a regia hoc ferme uno diſtitiſſe, quod annua eſſet.

*Ann.* III, 26. *L*, 2. §, 14. *D. De orig. Jur.* * *Antiq. Rom.* L. IV. c. 20. † *Epiſt.* 108. III. *Annal.* c. 26. * *Lib.* II. c. I.

6. Similis etiam mixtura ex populari & optimatum potentia Romæ fuit tempore interregni, & primis conſulum temporibus: nam 98 in rebus quibuſdam, iiſque majoribus, ita demum ratum erat quod populus juſſiſſet, e ſi 99 Patres auctores fierent: quod poſtea, vi populi aucta, ſpeciem tantum veterem retinuit, cum

100 in

funditus evertit Clar. CLERICUS, in *Judicio de Hiſt. Critic. Simonii*. Gallicè edito, Epiſt. X. & poſtea Diſſ. ſingulari ſubjectâ Commentario in Libros Hiſtoricos V. T. *J. B.*

GROTII.

d *Mixtum aliquid ex regis & procerum poteſtate*] *Laonicus Chalcocondylas* talia ait eſſe regna Pannonum & Anglorum, libro II. Arragonum lib. V. & Navarræ eodem libro, ubi ait nec magiſtratus a rege creatos, nec præſidia impoſita niſi volentibus, nec quicquam populo imperatum contra mores. Reges alios eſſe pleno cum jure, alios ſub legibus etiam *Judæus Levi Gerſonides* notavit ad I Sam. VIII, 4. Mira quæ de Taprobane ſcribit *Plinius* lib. VI, cap. XXII. *Eligi regem a populo ſenecta clementiaque, liberos non habentem, &, ſi poſtea gignat, abdicari, ne fiat hereditarium regnum. Rectores ei a populo* XXX, *dari, nec niſi plurium ſententia quenquam capite damnari. Sic quoque appellationem eſſe ad populum:* LXX. *judices dari. Si liberent ii reum non amplius* XXX, (ita enim legi locus hic debet) *iis nullam eſſe dignitatem, graviſſimo probro. Regi cultum Liberi patris, cæteris, Arabum. Regem, ſi quid delinquat, morte mulctari, nullo interimente, ſed averſantibus cunctis & commercia etiam ſermonis negantibus*, *Servius* ad illud IV. Æneidos: *Populumque patreſque. Quidam hoc loco volunt tres partes politiæ comprehenſas, populi, optimatium, regiæ poteſtatis. Cato enim ait de tribus iſtis partibus ordinatam fuiſſe Carthaginem.* (In vers. 682.)

e *Si Patres auctores fierent*] *Plutarchus* Cariolano: (*pag.* 227. E. *Ed. Wech.*) ὁ δῆμος ἄκυρος ἦν τοῦ ψήφου καὶ νόμον τι ποιεῖν ἄνευ προβουλεύματος· *Populus jus non habebat aut legem condendi, aut aliud quid jubendi, niſi Senatus præceſſiſſet auctoritas.* Similem mixturam in Genuatium republica ſuis temporibus obſervat *Chalcocondylas* libro V.

GRONOVII.

98 *In rebus quibuſdam iiſque*] Immo nulla non in re. *Liv.* I, 17.

99 *Patres auctores fierent*] SC. confirmaſſent, quod ſciviſſet populus.

100 *In*

[100] in incertum comitiorum eventum Patres auctores fieri cœperunt, ut *a* Livius & *b* Dionyſius notant.. Quin & ſerius aliquanto mixturæ manſit aliquid, quamdiu, ut idem loquitur *c* Livius, imperium penes Patricios, (id eſt, [1] Senatum,) penes tribunos (id eſt, [2] plebem) auxilium erat, jus nempe vetandi, ſive intercedendi.

*a* L. I. c. 17.
*b* *Ant. Rom.* II, 14.
*c* *Lib.* VI, c. 37. num. 4.

7. Sic & Iſocrates *d* Athenienſium rempublicam Solonis temporibus vult fuiſſe δημοκρατίαν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην, poteſtatem optimatium populari mixtam. His poſitis, quæſtiones quaſdam, quæ frequentem in hoc argumento uſum habent, examinemus.

*d* *Orat. Panathen.* p. 265. A. *Ed. H. Steph.*

XXI. 1. Prima eſt, an ſummum imperium habere poſſit is qui inæquali fœdere tenetur? Inæquale fœdus hic intelligo, non quod inter viribus diſpares initur, quomodo *e* Thebana civitas Pelopidæ tempore fœdus cum Perſarum rege habuit, & Romani olim cum *f* Maſſilienſibus, deinde cum *g* rege Maſaniſſa: nec quod [3] actum habet tranſeuntem, ut cum hoſtis qui ſit ad amicitiam recipitur, dum impenſas belli ſolvat, aut [4] aliud quid præſtet: ſed quod [5] ex ipſa vi pactionis manentem prælationem quandam alteri donat: hoc eſt, ubi quis tenetur alterius imperium ac majeſtatem [6] conſervare, ut in fœdere Ætolorum cum Romanis erat, id eſt, tum operam dare, ut ejus imperium in tuto ſit, tum ut dignitas, quæ majeſtatis nomine ſignificatur, ei conſtet. Imperii reverentiam dixit Tacitus: & ſic explicat: *Sede finibuſque in ſua ripa, mente animoque nobiſcum agunt.* Florus: *illi quoque reliqui, qui immunes imperii erant, ſentiebant tamen magnitudinem, & victorem gentium populum Romanum reverebantur.* ad quod genus referenda ſunt jura quædam eorum, quæ nunc vocantur protectionis, [7] advocatiæ, [8] mundi-

*e* *Plutarch. Vit. Pelop.* p. 294. D.
*f* *Juſtin.* lib. XLIII. c. 5.
*g* *Val. Max. Lib.* V. c. 2. *ext.* num. 4.
*Germ.* c. 29.
*Lib.* IV. c. 12. num. 61.

GRONOVII.

100 *In incertum comitiorum eventum*] Vide I. Obſervat. c. 25.

1 *Senatum*] Magiſtratus ſenatorios.

2 *Plebem*] Magiſtratus plebejos.

3 *Actum habet tranſeuntem*] In quo ſemel aliquis duriores conditiones accipit, aut imperata facit.

4 *Aliud quid præſtet*] Captivos, transfugas, naves tradat.

5 *Ex ipſa vi pactionis*] In qua certis clariſque verbis cavetur, ut alter alteri concedat, & aliquid morigerationis aut obſervantiæ exhibeat.

6 *Conſervare ut in fœdere*] *Livius* 38, 11. *Cicero* pro Corn. Balbo 16. *id habet hanc vim, ut ille ſit in fœdere inferior.*

7 *Advocatiæ*] Jus erat defendendi monaſterii vel eccleſiæ conceſſum a principe homini potenti militari vel togato, qui fiebat illius conventus patronus, & viciſſim ex eo commodis quibuſdam fruebatur. *Trithem.* Chron. Hirſaug. monaſt. p. 9. & 87. *Bignon.* ad Marcul. lib. I. cap. 21. pag. 497. *Barthius* adv. 47, 4. JCC. genus feudi faciunt. *Obrecht.* diſput. 2. theſ. 259. *Schoner.* diſp. feud. I. th. 75.

8 *Mundiburdii*] *Mundiburdis* vel *mundiburdium*, defenſio vel tutela, quam princeps epiſcopo aut abbati impertit, ne a quoquam infeſtentur, neve cauſæ eorum, niſi in palatio, cognoſcantur. Sic *tradere in mundiburdem, teneri in mundiburdio, recipere ſub ſuo mundiburde dicebant.* *Bignon.* ad Marc. lib. I. cap. 24. p. 504. & 506. *Voſſ.* de vitiis ſermonis p. 248.



Digitized by Google

mundiburdii: item jus urbium 9 matricum in colonias apud Græcos. Nam, ut Thucydides ait, coloniæ cum urbibus matricibus 10 pari erant jure libertatis, ſed debebant τιμᾶν τὴν μητρόπολιν, & exhibere τὰ γέρα τὰ νομιζόμενα, reverentiam ſcilicet & honoris ſigna quædam.

*Lib. 1. §. 34. & 25. Ed. Oxon.*

2. Livius de veteri fœdere inter Romanos, qui Albæ jus omne acceperant, & Latinos Alba oriundos: *In eo fœdere ſuperior Romana res erat.* Recte * Andronicus Rhodius, poſt Ariſtotelem, amicitiæ inter diſpares hoc ait proprium, ut potentiori plus honoris, infirmiori plus auxilii deferatur. Scimus quid ad hanc quæſtionem † Proculus reſponderit, ſcilicet liberum eſſe populum, qui nullius alterius poteſtati ſubjectus ſit, etiamſi in fœdere comprehenſum ſit, ut is populus comiter alterius populi majeſtatem conſervaret. Si ergo populus tali fœdere obligatus liber manet, ſi alterius poteſtati ſubjectus non eſt, ſequitur, ut ſummum imperium retineat. Atque idem de rege pronunciandum eſt. Eſt enim populi liberi & regis, qui vere rex ſit, eadem ratio. Addit Proculus, illud adjici in fœdere, ut intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe, non ut intelligatur alterum non eſſe liberum. Superiorem hic intelligere debemus non poteſtate (jam enim dixerat talem populum alterius poteſtati ſubjectum non eſſe) ſed auctoritate, & dignitate: quod verba ſequentia apta admodum ſimilitudine explicant. *Quemadmodum*, inquit, *clientes noſtros intelligimus liberos eſſe, etiamſi neque auctoritate, neque dignitate, neque jure* (hh) *omni nobis pares ſunt: ſic & eos qui majeſtatem noſtram comiter conſervare debent, liberos eſſe intelligendum eſt.*

*Lib. 1. c. 52. n. 4.*
** Nic. Paraphr. VIII, 18. p. 567. Ed. Heinſ.*
*† L. non dubito. D. de capt. & poſt. 7. §. 1.*

3. Clientes in fide ſunt patronorum; f ſic populi fœdere inferiores in fide populi, qui dignitate eſt ſuperior. Sunt ἐπὶ προςάταις, οὐχ' ὑποτελεῖς, *ſub patrocinio, non ſub ditione*, ut Sylla apud *a* Appianum loquitur; in parte, non in ditione, ut *b* Livius: & *c* Cicero officiorum ſecundo ſanctiora illa Romanorum tempora deſcribens,

*a Mithr. p. 212.*
*b Lib. XXI.*
*c Cap. 8.*

### GROTII.

f *Sic populi fœdere inferiores*] Vide Cardinalem *Tuſchum* PP. conclud. Iↄ CCCC XXXV. Exemplum habes in Dilimnitis, [Immo *Dolimitis*. Vid. Illuſtr. SPANHEMII *Orb. Rom.* II, 17. pag. 452.] qui αὐτόνομοι ſuique juris Perſis militabant, apud *Agathiam* libro III. Sic Irenes conſilium fuit, inter mariti liberos ita partiri imperium, ut poſt natos faceret δευτέρους μὲν κατὰ τὸ τῆς τιμῆς ἀξίωμα, αὐτονόμους δὲ καὶ αὐτοκράτορας ἑκάστους, *dignitate quidem minores, cæterum ſui juris plenæque poteſtatis.* Vide *Crantzium* Saxonicorum X. de urbibus quæ ſe in Auſtriacorum protectionem dedere. *Herodianus*: Ὀσροηνῶν τε καὶ Ἀρμενίων, ὧν ἦσαν οἱ μὲν ὑπήκοοι, οἱ δὲ φίλοι καὶ σύμμαχοι, *Oſroenorum & Armeniorum, quorum hi ſubditi erant, illi amici ac ſocii.* Lib. VII. (c. 2.)

### GRONOVII.

9 *Matricum*] *Matrices urbes*, Μητροπόλεις, ex quibus aliæ civitates propagatæ: *Coloniæ*, quæ ex aliis civitatibus propagatæ. De jure μητροπόλεων videndus *Valeſius* ad Excerpta Conſtantini Porphyrog. p. 7.

10 *Pari jure*] I, 2. 9. 10.

(hh) Legendum cum HALOANDRO: *Neque viribus nobis pares ſunt* &c. *J. B.*

11 *Syllæ*

deſcribens, patrocinium ſociorum ait penes eos fuiſſe, non imperium. quicum ſatis convenit dictum illud Scipionis Africani Majoris: *a Populum Romanum beneficio quam metu obligare homines malle, exteraſque gentes fide ac ſocietate junctas habere, quam triſti ſubjectas ſervitio:* & quæ Strabo commemorat de Lacedæmoniis poſt Romanorum in Græciam adventum: *b* ἔμειναν ἐλεύθεροι, πλὴν τῶν φιλικῶν λειτουργιῶν ἄλλο συντελοῦντες οὐδὲν: *manſerunt*, inquit, *liberi. nihil conferentes præter operas ſociales.* Sicut patrocinium privatum non tollit libertatem perſonalem, ita patrocinium publicum non tollit libertatem civilem, quæ ſine ſummo imperio intelligi nequit. Ideo apud Livium opponi videas, (ii) in fide eſſe & in ditione. Et 11 Syllæo Arabum regi minatus eſt Auguſtus, teſte Joſepho, ni injuriis in vicinos abſtineret, curaturum ſe, ut ex amico ſubditus fieret; cujus conditionis erant 12 reges Armeniæ, quos in ditione Romana fuiſſe ad Vologeſen 13 ſcribebat Pætus, & proinde ſono magis nominis quam re ipſa reges: quales Cypri aliique reges olim ſub regibus Perſis, ὑποταγέντες, ſubditi, ut Diodorus loquitur.

a Liv. lib. xxvi. c. 49. n. 8.

b Geogr. L. viii. pag. 365.

Lib. xvi. p. 534. Ed. Steph.

4. Obſtare his quæ diximus videtur, quod addit Proculus: *At fiunt apud nos rei ex 14 civitatibus fœderatis, & in eos damnatos animadvertimus.* (kk) Sed ut hæc res intelligatur, ſciendum eſt quatuor incidere poſſe controverſiarum genera. Primum, ſi 15 ſubditi

GRONOVII.

11 *Syllæo Arabum*] Immo Herodi Judæorum regi, quem Syllæus, non rex Arabum, ſed Obodæ regis Arabum comes & legatus apud Auguſtum criminatus erat: ὅτι πάλαι χρώμενος αὐτῷ φίλῳ, νῦν ὑπηκόῳ χρήσεται. *Joſeph.* 16, 15. Erat autem regnum Judæorum tum temporis ejuſdem conditionis, cujus regnum Armeniæ, nempe beneficiarium populi Romani: & quod Auguſtus ait adhuc eo ſe ut amico uſum, referendum ad indulgentiam Cæſaris, non jus Herodis. De Syllæo *Strabo* lib. 16. p. 781. 783.

12 *Reges Armeniæ*] Florus 4, 12. *Armenios victo rege Tigrane in hoc unum ſervitutis genus Pompejus adſueſecerat, ut rectores a nobis acciperent.*

13 *Scribebat Pætus*] Apud *Tacitum* 15. Annal. 13.

14 *Civitatibus fœderatis*] Loquitur de civitatibus liberis, quæ in mediis erant provinciis Romanis: ſed quia aut ante bellum, aut durante bello hi populi, non vi coacti, ſed ſponte ſe applicuerant Romanis, & eorum amicitiam petiverant, conſervabant illis Romani libertatem, ut non eſſent ſub faſcibus, etſi omnes populi circa in formam provinciæ redacti eſſent. *Cic.* 3. Verr. 6. *Sueton.* Jul. 25. Octav. 47. Calig. 3. Veſpaſ. 8.

15 *Subditi populi*] Ut Leptines & Iſocrates Demetrii Soteris ſubjecti, qui Cnejum Octavium legatum populi Romani interfecerant. *Polybius* in exc. legat. 122.

(ii) Vide, exempli gratiâ, *Lib.* VIII. *Cap.* 1. in fine; & *Lib.* XXXVI. Cap. 28. *num.* 4. *J. B.*

(kk) Solvitur omnino difficultas, ex illis verbis petita, adeoque hactenus ſupervacanea fiunt, quæcumque Auctor ſubjicit, ſi animadvertatur, quod veriſſimum eſt, Populos, & Reges, qui tunc temporis à Romanis dicebantur *Fœderati* & *Liberi*, precariam tantum αὐτονομίαν & libertatem habuiſſe, ac re verâ ſubjectos & obnoxios fuiſſe. Id luculenter demonſtravit Vir Illuſtriſſimus, EZECHIEL SPANHEMIUS, *Orb. Rom.* Exercit. II. Cap. X. *J. B.*

g Con-

Digitized by Google

diti populi aut regis, qui in fide eſt alterius, dicantur feciſſe contra fœdus: deinde, ſi ipſi [16] populi aut reges accuſentur: tertio, ſi [17] ſocii qui in ejuſdem populi aut regis fide ſunt, inter ſe litigent: quarto, [18] ſi ſubditi conquerantur de injuriis eorum, quorum ſunt in ditione. Prima ſpecie ſi peccatum appareat, tenetur rex aut populus eum, qui nocuit, aut punire, aut ei cui nocitum eſt dedere: quod non tantum inter inæquales, ſed & inter æqualiter fœderatos locum habet, imo etiam inter eos, qui nullo fœdere tenentur, [19] ut oſtendemus alibi. Tenetur etiam dare operam ut damna reſarciantur; quod officium Romæ erat [20] recuperatorum. Gallus Ælius apud Feſtum: *Reciperatio eſt cum inter populum & reges nationeſque ac civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatorem reddantur res, reciperenturque, reſque privatas inter ſe perſequantur.* At ſociorum alter in ſocii ſubditum jus prehenſionis aut punitionis directe non habet. Itaque Decius Magius Campanus ab Annibale vinctus & Cyrenas delatus, atque inde deportatus Alexandriam, docuit contra jus fœderis vinctum ſe ab Annibale eſſe: atque ita vinculis liberatus eſt.

*Livius lib.* XXIII. c. 7.

5. Secunda ſpecie jus habet ſocius cogendi ſocium, ut ſtet fœderis legibus, atque etiam puniendi, ni ſteterit. Sed hoc quoque inæquali fœderi proprium non eſt. Idem enim locum habet in fœdere æquali. Nam ut quis ultionem ſumat ab eo qui peccavit, ſatis eſt, ut ipſe ei qui peccavit ſubditus non ſit; quod [21] alibi a nobis tractabitur. Quare etiam inter reges aut populos non fœderatos idem uſu venit.

6. Tertia ſpecie ſicut in fœdere æquali ſolent controverſiæ deferri ad [g] conventum ſociorum, quod ſcilicet res non tangit, ut [22] Græcos, Latinos veteres, & Germanos olim feciſſe legimus; aut alioqui ad arbitros, aut etiam ad principem fœderis tanquam communem arbitrum: ita in fœdere inæquali plerumque convenire ſolet, ut controverſiæ diſceptentur apud eum, qui ſuperior eſt in fœdere. Quare ne hoc quidem oſtendit imperii poteſtatem. Nam

GROTII.

g *Conventum ſociorum*] Talis conventus vocatur κοινοδίκιον in vetere columna ἰσοπολιτείας ſive communicatæ civitatis Prianſiorum & Hieropotamiorum. [Immo *Hierapytniorum*, ut habet Inſcriptio, primum edita à *J. Pricæo*, Not. in *Apuleji Apolog.* pag. 59. *& ſeqq.* Vide & *Orbem Roman.* Ill. SPANHEMII, 1, 4. & 11, 16. p. 426. *J. B.*]

GRONOVII.

16 *Populi aut reges*] Ut Philippus a Græcis. *Juſtinus* 32, 2. *Polyb.* excerp. legat. cap. 46.

17 *Socii inter ſe*] Ut Achæi & Spartani. *Juſtinus* 34, 1. Eumenes & Pruſias. *Juſtinus* 32, 4.

18 *Si ſubditi conquerantur*] Ut Lycii de Rhodiis *Liv.* 41, 6. Judæi de Archelao Herodis M. F. *Joſeph.* de Bello Judaico 2. cap. 4. & 6.

19 *Ut oſtendemus alibi*] 2, 21. 4.

20 *Recuperatorum*] *Torrent.* ad Sueton. Ner. 17.

21 *Alibi*] 2, 20. 3.

22 *Græcos*] Apud concilium Amphictyonum. *Juſtinus* 8, 1.

h *Et*

Nam & reges apud judices 23 a ſe conſtitutos judicio contendere ſolent.

7. In poſtrema ſpecie 24 jus cognoſcendi nullum eſt ſociis. Ideo cum Herodes quædam adverſus liberos ad Auguſtum 25 ſua ſponte deferret, dixerunt illi: *Poteras de nobis ſupplicium ſumere tuo jure, tum qua pater, tum qua rex.* h Et Scipio, * cum Romæ a Carthaginienſium quibuſdam Annibal accuſaretur, dixit non oportere ſe Patres Conſcriptos reipublicæ 26 Carthaginienſium interponere. Et hoc eſt, in quo Ariſtoteles ait ſocietatem a civitate differre, quod ſociis curæ ſit, ne injuria in ipſos committatur, non vero ne ſociæ civitatis cives inter ſe injurias committant.

Joſ. l. XVI. c. 7. 8.
* Val. Max. lib. IV. c. 1. n. 6.
Pol. III. 9.

8. Solet & illud objici, quod in hiſtoriis ei qui fœdere ſuperior eſt imperandi, & ei qui inferior eſt parendi vox interdum tribuitur. Sed nec hoc movere nos debet: aut enim agitur de rebus ad commune bonum ſocietatis pertinentibus, aut de utilitate privata ejus, qui ſuperior eſt in fœdere. In rebus communibus, 27 extra tempus conventus, etiam ubi fœdus æquale eſt, ſolet is, qui lectus eſt princeps fœderis (נגיר הברית Daniel. XI, 22.) ſociis imperare, ut 28 Agamemnon regibus Græcis, 29 Lacedæmonii Græcis poſtea, deinde Athenienſes. In oratione Corinthiorum apud Thucydidem legimus: χρὴ τοὺς ἡγεμόνας τὰ ἴδια ἐξ ἴσου νέμοντας, τὰ κοινὰ προσκοπεῖν, *Decet eos, qui fœderis principes ſunt, circa ſuas quidem utilitates nihil præcipuum ſumere, at in communibus rebus curandis eminere ſupra cæteros.* Iſocrates veteres Athenienſes ductum exercuiſſe ait, ὅλων ἐπιστατοῦντας, ἰδίᾳ δ' ἑκάστους ἐλευθέρους ἐῶντας εἶναι: *curam gerentes* (ll) *pro ſociis omnibus, ſed ita ut iis libertatem integram relinquerent.* * Et alibi: στρατηγεῖν οἰομένους δεῖν, ἀλλὰ μὴ τυραννεῖν, *ita ut imperium habere belli, non dominari ſe debere cenſerent.* † Item: συμμαχικῶς, ἀλλ' οὐ δεσποτικῶς βουλευομένους περὶ αὐτῶν, *ſocialiter, non heriliter res eorum curantes.* Hoc ipſum Latini imperare, Græci modeſtius τάσσειν dicunt. Athenienſes delato ſibi ductu belli in Perſas, ἔταξαν, inquit Thucydides, 95.

Cap. 120. Ed. Oxon.
Panegyr. pag. 62. C. Ed. H. Steph.
* Ibid. p. 56. E.
† Ibid. p. 62. C.
Lib. I. §. 95.

GROTII.

h *Et Scipio*] Vide *Polybium* in legationum excerpto CV.

GRONOVII.

23 *A ſe*] *Plinius* Paneg. 36.

24 *Jus nullum*] Hoc in fœdere tantum æquali verum eſſe puto, non etiam de inæquali, vel propter exempla Rhodiorum & Archelai juſtiſſime accuſatorum apud Romanos.

25 *Sua ſponte*] Quaſi non ex metu, ne tanta crudelitate Cæſarem offenderet.

26 *Carthaginienſium interponere*] *Livius* 33. 47.

27 *Extra tempus conventus*] Si quid jubendum vel curandum ex uſu ſociorum, quo tempore diſceſſus eſt, quo concilium ſolutum, de cujus ſententia agi omnia convenit.

28 *Argamemnon regibus Græcis*] Bello Trojano.

29 *Lacedæmonii Græcis poſtea*] Bello Perſico uſque ad proditionem Pauſaniæ & ſuperbiam; ab eo enim ſocii ſe contulerunt ad Ariſtidem Athenienſem.

(ll) Immo *rerum omnium*: eſt enim in Græco πραγμάτων, ab Auctore omiſſum, qui ne quidem Orationem, ubi hæc omnia leguntur, indicabat. *J. B.*

i Ad

des, *ἅς τε ἤδη παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τὸν βάρβαρον καὶ ἃς ναῦς*: 30 *ordinarunt* (ſic qui Roma in Græciam mittebantur, dicebantur mitti i ad ordinandum ſtatum liberarum civitatum) *quæ urbes pecunias in barbarum, quæ naves conferrent*. Hoc enim ſi facit, qui princeps tantum eſt in fœdere, non mirum eſt ſi in fœdere inæquali idem faciat is, qui ſuperior eſt fœdere. Imperium ergo hoc ſenſu, id eſt, *ἡγεμονία*, libertatem aliorum non tollit. Rhodii in oratione apud Senatum Romanum, quæ apud Livium exſtat: *Græci domeſticis quondam viribus etiam imperium amplectebantur: nunc imperium ubi eſt, ibi ut ſit perpetuum optant: libertatem veſtris tueri armis ſatis habent, quoniam ſuis non poſſunt*. Sic poſt Cadmeam a Thebanis receptam narrat Diodorus multas civitates Græcas conveniſſe *πάσας ὑπάρχειν αὐτονόμους, ἡγεμόσι χρωμένας ἀθηναίοις*, *omnes ut liberæ eſſent, ſed Athenienſium ductu uterentur*. De ipſis Athenienſibus Philippi Macedonis tempore Dion Pruſæenſis: *ὅτι τῆς ἡγεμονίας παρακεχωρήκασι, τῆς δ᾽ ἐλευθερίας μόνης λοιπὸν ἀντείχοντο*: *quo tempore ductu belli omiſſo libertatem ſolam retinebant*. Sic Cæſar quos 31 ſub imperio Suevorum fuiſſe dicit, eoſdem mox ſocios nominat.

*Lib. XXXVII. c. 54.*

*Lib. XV. p. 471. Ed. Steph.*

*De Bell. Gall. V, 39.*

9. In iis vero rebus, quæ ad propriam utilitatem ſpectant, ſuperioris poſtulata ſolent imperia dici, non ex jure, ſed ex effectus ſimilitudine, ſicut regum preces imperia ſæpe eſſe dicuntur, & ægroti 32 imperare medicis. Livius lib. XLII. *Ante hunc conſulem* (L. Poſthumium) *nemo unquam ſociis in ulla re oneri aut ſumptui fuit: ideo magiſtratus mulis, tabernaculis, & omni alio inſtrumento militari ornabantur, ne quid tale imperarent ſociis*.

*Cap. 1.*

10. Interim verum eſt accidere plerumque, ut qui ſuperior eſt in fœdere, ſi is potentia multum antecellat, paulatim imperium proprie

GROTII.

i *Ad ordinandum ſtatum liberarum civitatum*] *Plinius* epiſtolarum VIII, 24.

GRONOVII.

30 *Ordinarunt*] Male ſic vertit *τὸ ἔταξαν*· nam *ordinare* hoc ſenſu per idiotiſmum Gallicum aut Belgicum, haudquaquam Latine dicitur. *Τάττειν* eſt ſane & ordinare, collocare ordine: ſed quod apud *Thucydidem* ſignificat, id Latinis eſt jubere, ſtatuere, deſcribere, definire, imperare. At ordinare ſtatum liberarum civitatum (quod tamen ad Græciæ non magis quam ad quaſvis liberas civitates in quacumque provincia vel parte imp. Rom. ſitas pertinet, etſi *Plinius* in Græcis eo verbo utatur) longe aliud eſt, nempe corrigere & emendare atque in melius reformare ac reſtituere. Sic poſt victoriam belli civilis converſus ad ordinandum reipublicæ ſtatum Cæſar. *Sueton.* c. 40. Antonius poſt aciem Philippenſem Orientem ordinandum recepit. *Octav.* 13. Sic Galba extra ſortem electus ad ordinandam provinciam Africam & inteſtina diſſenſione & barbarorum tumultu inquietam. *Suet.* c. 7.

31 *Sub imperio Suevorum*] *Nerviorum* in Gallia Belgica 5. Gal. 39. Sed ibi non vocabulum imperii accipitur improprie, verum ſociorum, quo nomine dignari ſolebant & provinciales.

32 *Imperare Medicis*] L. 26. D. *de operis libertorum*. multo plures imperantes ſe habiturum.

k Sub

proprie dictum uſurpet : præſertim ſi fœdus perpetuum ſit, & cum jure præſidia inducendi in oppida, ſicut Athenienſes fecerunt, 33 cum a ſociis ad ſe provocari paſſi ſunt, quod nunquam fecerant Lacedæmonii. quibus temporibus *a* Iſocrates Athenienſium imperium in ſocios regno comparat. Sic 34 Latini *b* 35 querebantur, k ſub umbra fœderis Romani ſervitutem ſe pati. Sic 36 Ætoli *c* vanam ſpeciem & inane nomen libertatis: Achæi poſtea, *fœdus ſpecie jam eſſe* 37 *precariam ſervitutem*. Sic apud *d* Tacitum Civilis Batavus de iiſdem Romanis conqueritur; *neque enim ſocietatem, ut olim, ſed tanquam mancipia haberi* : & alibi : *e Miſeram ſervitutem falſo pacem vocari*. 38 Eumenes quoque apud Livium *f* Rhodiorum ſocios ait, verbo eſſe ſocios, revera ſubjectos imperio & obnoxios: Magnetes * quoque in ſpeciem liberam Demetriadem, l revera omnia ad nutum Romanorum fieri. Sic Theſſalos in ſpeciem fuiſſe liberos, ſed revera ſub imperio Macedonum notat † Polybius.

11. Hæc cum fiunt, & ita fiunt ut potentia in jus tranſeat, qua de re alibi erit diſputandi locus, tunc aut qui ſocii fuerant fiunt ſubditi, aut certe partitio fit ſummi imperii, qualem accidere poſſe ſupra diximus.

*a* *Orat. de Pace*, p. 182.
*b* *Hal. lib.* VI.
*c* *Livius* lib. XXXIV. c. 23.
*d* *Hiſt.* IV. c. 14.
*e* *Ibid.* c. 17.
*f* *Lib.* XXXVII. c. 53.
* *Liv.* XXXV, 31.
† *Hiſt. L.* IV. c. 76.

XXII.

GROTII.

k *Sub umbra fœderis* ] Hoc ipſum eſt quod Arato *Plutarchus* dicit, (pag. 1045. A.) *συμμαχίαν ὑποχορίζεσθαι*. *molle ſervitium*, Vocula apud *Tacitum* hiſtoriarum IV. (c. 57.) *Feſtus Rufus* de Rhodiis: *Primum libere agebant, poſtea in conſuetudinem parendi, Romanis clementer provocantibus, pervenerunt*. (Cap. 10. *Ed. Cell.*) Cæſar, quos in Æduorum amicitia fuiſſe prius dixerat & clientes vocarat, poſt ſub imperio fuiſſe memorat. [*Bell. Gall.* VII, 75.] Adde, ſi libet, *Fredericum Mindanum* de proceſſibus lib. II, cap. XIV. n. 3. *Zieglerum* (*ad auream praxim Calvoli*) §. *Landſaſſii*. num. 86. *Gailium* libro II. obſervatione LIV. num. 6. Vide *Agathiam* libro I. ubi monentur Gothi, quid a Francis cum tempore expectandum habeant.

l *Revera omnia ad nutum Romanorum fieri* ] Tales & Lazi *Juſtiniani* temporibus. Vide *Procopium* Perſicorum II. [Adi Illuſtr. *Ezech. Spanhemii* Orbem Roman. *Exerc.* II. C. 17. p. 447. 448. *J. B.*]

GRONOVII.

33 *Cum a ſociis ad ſe* ] Vereor ne fefellerit auctorem memoria, tribuens Athenienſibus, quod de Romanis ſcribit *Pauſanias*, ab iis poſt bellum cum Perſeo Romam evocatos Achæos ad cauſam dicendam: quale nihil imperarent Macedones, quum Græciæ principatum tenerent, lib. 7. (c. 10.) p. 417. *Liv.* 45, 31.

34 *Latini* ] *Liv.* 8, 4. [Ibi ferè verba eadem: adeo ut confuderit Auctor Livium cum *Dion. Halic.* quem in margine laudat. *J. B.*]

35 *Latini querebantur* ] Res quam tradit vera eſt: ſed in exempla ſi quis diligentius inquiret, reperiet maximam partem nihil ex vero habere, ſed querelas & criminationes ſeditioſorum eſſe hominum, qui ſat libertatis cum haberent, male commoda patiendo juſtam ſervitutem ultro arceſſiverunt.

36 *Ætoli* ] *Liv.* 34, 23. 35. 39.

37 *Precariam ſervitutem* ] Hæc vero optanda eſt iis, quibus non licet eſſe omnino liberis. Voluit, opinor, auctor fœdus ſpecie jam eſſe; re precariam libertatem. Sic enim *Livius* 39, 37. unde ſumſit: *Specie*, inquit, *æquum fœdus eſt apud Achæos, re precaria libertas*.

38 *Eumenes apud Livium* ] Lib. 37, 53.

m Qui

XXII. m Qui vero certum quid penſitant aut ad redimendas injurias, aut ad tutelam comparandam, σύμμαχοι φόρυ ὑποτελεῖς, ut eſt apud Thucydidem: quales n 39 Hebræorum reges, & vicinarum gentium poſt Antonii tempora, ἐπὶ φόροις τεταγμένοις, ut Appianus loquitur: quo minus ſummum imperium habere poſſint, nullam dubitandi cauſam video, quanquam infirmitatis confeſſio de dignitate aliquid delibat.

*Lib. 1. §. 19.* *Bel. Civ. L. v. p. 715. Ed. Steph.*

XXIII. 1. Difficilior multis videtur quæſtio 40 de nexu feudali, ſed quæ ex antedictis facile ſolvi poteſt. Nam in hoc contractu, qui proprius eſt Germanicarum Gentium, neque uſquam invenitur, niſi ubi Germani ſedes poſuerunt, 41 duo ſunt conſideranda, obligatio perſonalis, & jus in rem.

2. Obligatio perſonalis eadem eſt, ſive quis ipſum jus imperandi, ſive aliud quidvis etiam alibi ſitum feudi jure poſſideat. Talis autem obligatio ſicut privato non erat demtura jus libertatis perſonalis, ita nec regi aut populo jus demit ſummi imperii, quæ libertas

GROTII.

m *Qui vero certum quid penſitant*] Perſæ pecuniam annuam ab *Juſtiniano* accipiebant, qua de re vide *Procopium* Perſicorum II. & Gothicorum IV. id molli vocabulo vocabatur ſtipendium ad tutandas portas Caſpias. Turcæ Arabas montanos pecunia placant.

n *Hebræorum reges*] *Joſephus* lib. XV. οὐ γὰρ ἔφη καλῶς ἔχειν Ἀντώνιος βασιλέα περὶ τῶν κατὰ τὴν ἀρχὴν γεγενημένων εὐθύνας ἀπαιτεῖν. οὕτως γὰρ ἂν οὐδὲ βασιλεὺς εἴη· δόντας δὲ τὴν τιμὴν καὶ τῆς ἐξουσίας αὐτεξουσιάσαντας ἐᾷν αὐτῇ χρῆσθαι [Locus eſt *Cap.* IV. p. 516. F. ubi pro αὐτεξουσιάσαντας, ut heic ſcribitur, eſt καταξιώσαντας. *J. B.*] *Negabat Antonius rectum eſſe, regem vocari ad rationes reddendas de iis, quæ ut rex feciſſet: ita enim ne regem quidem eum fore. Par eſſe, ut qui honorem ei dederint, etiam poteſtate quam liberrime uti eum ſinant. Chryſoſtomus* II. de Eleëmoſyna: ἐπειδὴ τὰ τῶν Ἰουδαίων μετέπεσε πράγματα καὶ λοιπὸν ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἐτέθησαν ἀρχὴν, οὔτε αὐτόνομοι ἦσαν, καθάπερ καὶ πρότερον, οὔτε καθόλου δοῦλοι, καθάπερ καὶ νῦν. ἀλλ' ἐν τάξει συμμάχων ὄντες διετέλουν, φόρους μὲν τελοῦντες τοῖς βασιλεῦσιν ἑαυτῶν· καὶ τοὺς παρ' ἐκείνων ἄρχοντας δεχόμενοι. τ'ἀλλαχοῦ δὲ τοῖς ἰδίοις κεχρημένοι νόμοις, καὶ τοὺς παρ' αὐτοῖς ἁμαρτάνοντας κατὰ τὰ πάτρια κολάζοντες νόμιμα· *Judæi, ex quo retro ferri res eorum cœpere, Romano attributi imperio, neque in plena, ut ante, erant libertate: neque tamen ita, ut nunc, omnino ſervi, ſed ſociorum vocabulo honorabantur, regibus ſuis tributa pendentes, & ab iis accipientes præfectos. Cæterum in plerisque ſuis utebantur legibus, ita ut & popularium delinquentes ipſi punirent ſecundum mores patrios.*

GRONOVII.

39 *Hebræorum reges*] At ſine dubio reges illi erant beneficiarii & ſtipendiarii populi Romani, &, ut *Tacitus* loquitur, *inſervientes.* Commodiora in hanc rem exempla ſunt apud *Fr. Lindenbrogium* ad Ammian. lib. 25, p. 154. (*Cap.* 6. *Ed. Valeſ. Gron.*)

40 *De nexu feudali*] De iis, qui ſunt vaſalli, & propter feudum, quod tenent, directo domino obligati.

41 *Duo ſunt conſideranda*] Eſt enim feudum jus utendi fruendi aliena re immobili vel incorporali, quæ immobili comparatur, ex benevolentia domini ſub conditione fidei & obſequii conceſſum. Itaque cliens vel vaſallus accepto beneficio, vel feudo, jurat domino fidelitatem, & officia præſtat operaſque, quæ ſervitia vocant: quod ſi committat feloniam, aut exiſtat aliqua ex revocandi cauſis, a vaſallo ad dominum revertitur.

o *Quod*

Digitized by Google

libertas eſt civilis. quod apertiſſime conſpici datur in 42 feudis liberis, quæ Franca vocant, (mm) quæ nullo jure in rem, in ſola perſonali obligatione conſiſtunt. Hæc enim nihil ſunt aliud quam ſpecies fœderis inæqualis, de quo egimus, quo alter alteri operam pollicetur, alter alteri præſidium & tutelam. Pone etiam 43 adverſus omnes promiſſam operam, o quod nunc 44 feudum ligium vocant, (nam olim ea vox latius patebat) nihil id de jure ſummi imperii in ſubditos detrahit: ut jam taceam ſemper ineſſe conditionem tacitam, dum juſtum ſit bellum, de qua agendum erit alibi.

3. Jus vero in rem quod attinet, id quidem tale eſt, ut ipſum 45 imperandi jus, ſi feudi jure teneatur, aut familia extincta, aut etiam ob certa crimina amitti poſſit. Sed interim ſummum eſſe non deſinit: aliud enim eſt res, ut ſæpe diximus, aliud rem habendi modus. Et tali jure multos video reges à Romanis conſtitutos, ita ſcilicet, ut deficiente regia familia imperium ad ipſos rediret, quod de Paphlagonia aliiſque nonnullis Straboni notatum. *Lib.* XII. p. 562. & *Lib.* VI. p. 282.

*XXIV.* Diſtinguendum quoque non minus in imperio quam in dominio jus ab uſu juris, ſive actus primus ab actu ſecundo. Nam ſicut rex infans jus habet, ſed imperium exercere non poteſt: ſic & furioſus, & captivus, & qui in alieno territorio ita vivit, ut actiones circa imperium alibi ſitum liberæ ei non permittantur; omnibus enim his caſibus curatores ſive 46 prodici dandi ſunt. Itaque p Demetrius, cum in poteſtate Seleuci non ſatis libere viveret,

GROTII.

o *Quod nunc feudum ligium vocant*] Vide *Baldum* procemio Digeſtorum, *Nattam* conſilio CCCCLXXXV.

p *Demetrius*] Vide *Plutarchum* Demetrio. (Pag. 914. D. *Ed. Wech.*)

GRONOVII.

42 *Feudis liberis*] Quæ habent immunitatem ab operis vel ſervitils.

43 *Adverſus omnes*] Nemine antepoſito, vel excepto. Itaque nec dans agnoſcit ſuperiorem, neque accipiens homo ligius eſſe poteſt duorum. In non ligio, non modo rex, ſed etiam alii, velut antiquior dominus, cognati, patria vaſalli, excipiuntur in juranda fide.

44 *Feudum ligium*] Quod datur a non agnoſcente ſuperiorem, ſub pactione obſequii & fidei conferenti præſtandæ uni & contra omnes. Itaque vaſallus vel homo ligius, qui & homologus vocatur, non ſolum ratione feudi accepti, ſed cum omnibus bonis ſuis juriſdictioni ſubjicitur, neque invito domino feudum poteſt exuere: ſed & unus nemo duorum eſſe ligius poteſt. *Schon.* Diſp. 1, 1. 52. & 2, 8. & ſeq. *Obrecht.* Diſp. 2. th. 136. & ſeqq.

45 *Imperandi jus*] Ut in *feudo*, quod vocant *regale*, quo inveſtiti ſummam & quaſi regiam poteſtatem habent in locis, quæ ad hoc feudum pertinent, ut ſunt regna ſtipendiariorum regum, Electoratus, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronatus.

46 *Prodici*] Qui vice ejus res adminiſtrent, & per hos ſuum ille jus tuetur. Πρόδικος Lacedæmone *κατ' ἐξοχὴν* tutor regis, *Plutarchus* Lycurgo. *Heſychius*: Πρόδικος, *συνήγορος*. Προ*δικεῖν*. *ἐπιτροπεύειν*. Vide *Crag.* de rep. Lacedæmon. p 88.

(mm) Confundit Auctor *Feuda libera* cum certis quibuſdam pactis, quæ impropriè *Feudorum* nomine adpellata ſunt, ob ſimilitudinem quamdam in exhibitione honoris. Oſtendemus id, Deo dante, in Gallicis noſtris ad hunc locum Notis. *J. B.*

veret, vetuit aut ſigillo aut literis ſuis credi, ſed omnia quaſi ſe mortuo adminiſtrari voluit.

## Caput IV.

### De bello ſubditorum in ſuperiores.

I. *Status quæſtionis.*
II. *Bellum in ſuperiores, qua tales, ordinarie licitum non eſſe jure naturæ.*
III. *Nec conceſſum lege Hebræa.*
IV. *Minus etiam lege Euangelica: quod probatur ex ſacris literis.*
V. *Et factis Chriſtianorum veterum.*
VI. *Refellitur ſententia ſtatuens inferioribus magiſtratibus licitum eſſe bellum adverſus ſummam poteſtatem: idque rationibus & ſacris literis.*
VII. *Quid ſentiendum, ſi ſumma & alioqui inevitabilis ſit neceſſitas?*
VIII. *Jus belli dari poſſe in principem populi liberi.*
IX. *In regem, qui imperium abdicaverit.*
X. *In regem, qui regnum alienet, ad impediendam traditionem tantum.*
XI. *In regem, qui manifeſte totius populi hoſtem ſe ferat.*
XII. *In regem poſt amiſſum regnum ex lege commiſſoria.*
XIII. *In regem, qui partem duntaxat imperii habeat, pro ea parte quæ ipſius non ſit.*
XIV. *Si reſiſtendi libertas certis caſibus reſervata ſit.*
XV. *Invaſori alieni imperii quatenus parendum.*
XVI. *Invaſori alieni imperii vi reſiſti poſſe ex jure belli manentis.*
XVII. *Ex lege antecedente.*
XVIII. *Ex mandato jus imperandi habentis.*
XIX. *Cur extra hos caſus id non liceat.*
XX. *In controverſo jure privatos ſibi judicium ſumere non debere.*

I. 1. Bellum gerere poſſunt & privati in privatos, ut viator in latronem; & ſummum imperium habentes in eos, qui itidem id habent, ut David in regem Ammonitarum; & privati in eos, qui 1 imperio ſummo, at non in ſe, utuntur, ut Abrahamus in regem 2 Babyloniæ & vicinos; & qui ſummum imperium habent in privatos aut ſibi ſubditos, ut David 3 in partem Isboſethi, aut non ſubditos, ut Romani in piratas.

2. Tantum

GRONOVII.

1 *Imperio ſummo, at non*] In populos ſuæ ditionis; non iſtos privatos, quibuſcum nunc fingimus eos bellare.

2 *Babyloniæ*] *Gen.* 14, 1. שנער Σεννaὰρ, quo vocibulo dicta eſt regio, quæ poſt Babylonia. *Geneſ.* 10, 10. LXX. *Daniel.* 1, 2.

3 *In partem*] Adverſus eos, qui auctoritatem Isboſeth ſecuti regnum volebant retinere in domo & poſteris Sauli. 2 *Sam.* 3, 7.

4 *Sive*

Digitized by Google

2. Tantum illud quæritur, an aut privatis aut publicis perſonis bellum gerere liceat in eos, quorum imperio 4 ſive ſummo ſive 5 minori ſubſunt? Ac primum id minime controverſum eſt, arma ſumi poſſe 6 in inferiores ab iis, qui ſummæ poteſtatis auctoritate armantur: qualis fuit Nehemias armatus edicto Artaxerxis adverſus vicinos regulos. Sic 7 metatores expellendi domino prædii licentiam Imperatores Romani concedunt. Verum adverſus ſummam poteſtatem aut 8 inferiores, ſed agentes quod agunt ſummæ poteſtatis auctoritate, quid liceat quæritur. *L. devotum. C. de Metatoribus lib. XII. leg. 5.*

3. Illud quidem apud omnes bonos extra controverſiam eſt, ſi quid imperent naturali juri aut divinis præceptis contrarium, non eſſe faciendum, quod jubent. Nam Apoſtoli cum dixerunt Deo magis quam hominibus obediendum, ad certiſſimam 9 provocarunt regulam, omnium inſcriptam mentibus, quam totidem ferme verbis expreſſam apud Platonem reperias: at 10 ſi qua ex tali cauſa, aut alioqui quia ſummum imperium habenti ita libet, injuria nobis inferatur, ea toleranda eſt potius, quam vi reſiſtendum. *Apol. Socratis, p. 29. D. Tom. I. Ed. Steph.*

II. 1. Et naturaliter quidem omnes ad arcendam a ſe injuriam jus habent reſiſtendi, ut ſupra diximus. Sed civili ſocietate ad tuendam tranquillitatem inſtituta, ſtatim civitati 11 jus quoddam majus in nos & noſtra naſcitur, quatenus ad finem illum id neceſſarium eſt. Poteſt igitur civitas jus illud reſiſtendi promiſcuum 12 publicæ pacis & 13 ordinis cauſa prohibere: Et quin voluerit, dubitandum non eſt, cum aliter non poſſet 14 finem ſuum conſequi. (aa) nam ſi maneat promiſcuum illud reſiſtendi jus, non jam civitas erit, ſed 15 diſſociata multitudo, qualis illa Cyclopum: *Hom. Odyſſ. L. IX.*

—— Θεμιστεύει *vers.* 114.

GRONOVII.

4 *Sive ſummo*] Ut in regem.

5 *Minori*] Ut in præfectum regium.

6 *In inferiores*] Subjectos eidem imperio ab illis, quibus provincia vel curatio cum jure armorum adverſus obſiſtentes mandata eſt.

7 *Metatores*] Qui militibus transeuntibus caſtra deſignant.

8 *Inferiores*] Præfectos aut miniſtros.

9 *Provocarunt*] Contra civile jus, quod præcipit obediendum præpoſitis, velut ſuperius tribunal appellarunt juris naturæ.

10 *Si qua ex tali*] Quod recuſaveris facere juſſa, quia ſine offenſione Dei facere nequeas.

11 *Jus quoddam majus in nos*] Communis utilitatis ergo privatum cujuſque jus reſtringens & coërcens.

12 *Publicæ pacis*] Ne in medii pace perpetui, aut alii ex aliis, orirentur tumultus imperium inhibentium & detrectantium.

13 *Ordinis*] Qui poſtulabat, ut eſſent, qui ducerent, quique ſequerentur; qui præciperent, quique facerent; imperantes alii, alii parentes, & in hoc ſtatu quiſque, nemine turbante alios, officio fungerentur.

14 *Finem ſuum*] Tranquillitatem & ſecuritatem publicam.

15 *Diſſociata*] Male cohærens & ſeſe interturbans.

(aa) Diſtinguendum heic inter *injurias dubias ac tolerabiles*, & *manifeſtas ac intolerandas*. Quæ prioris generis ſunt, eas pati quiſque debet, non propter Principem, qui ne quidem minimam injuriam inferendi jus habet, ſed ne ſocietas civilis turbetur.

——— Θεμιστεύει δ' ἕκαστος
Παίδων ἠδ' ἀλόχων ———
——— *Dant conjugibus jus*
*Quiſque ſuis ſobolique.* ———
Νομάδες· ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδενός.
a *Confuſa turba, nemo ubi audit neminem.*

*Eurip. Cyclope*, vers. 120.

Et Aboriginum, qui Saluſtio *a* tradente, genus hominum agreſte, ſine legibus, ſine imperio, liberum atque ſolutum: & apud eundem alio loco *b* Getuli, qui neque moribus, neque lege aut imperio cujuſquam regebantur.

a *Bell. Catil.* c. 6.
b *Jugurth.* c. 21. *Ed. Waſſ.*

2. Ita, ut dixi, habent mores omnium civitatum: *Generale pactum eſt ſocietatis humanæ*, inquit *c* Auguſtinus, *regibus obedire.* Æſchylus:

c *Confeſſ.* L. III. c. 8.

Τραχὺς μόναρχος κ' οὐχ ὑπεύθυνος κρατεῖ.
*Rex eſt ſuo utens jure, nulli obnoxius.*

Sophocles: [ *In Ajac.* vers. 677.]

Ἄρχοντές εἰσιν, ὥσθ' ὑπεικτέον. τί μή;
*Nam principes ſunt: obſequendum. quippe ni?*

Euripides: [ *Phœniſſ.* vers. 396.]

Τὰς τῶν κρατούντων ἀμαθίας χρεὼν φέρειν.
*Imperia habentum perferenda inſcitia eſt.*

Adde quod ſupra ex Tacito in hanc rem adduximus: cujus & hoc eſt; 16 *Principi ſummum rerum arbitrium Dii dederunt, ſubditis obſequii gloria relicta eſt.* Hîc quoque: (bb)

*Ann.* VI. 8.

*Indigna digna habenda ſunt, rex quæ facit.*

Seneca: *Æquum atque iniquum regis imperium feras:* Quod ex Sophocle ſumtum, qui dixerat: [ *Antigon.* vers. 681.]

*Medea*, vers. 195.

Ἀλλ' ὃν πόλις στήσειε, τοῦδε χρὴ κλύειν
Καὶ σμικρὰ καὶ δίκαια καὶ τἀναντία.

Et quod apud Salluſtium eſt: b *Impune quidvis facere, id eſt regem eſſe.* (cc)

3. Hinc

Poſterioris autem generis nemo pati tenetur, eaſque repelli finis ipſe civitatum conſtitutarum poſtulat, tantum abeſt ut vetet. Quâ de re plenius dicemus in noſtris ad hoc Caput Notis Gallicis. Heic monuiſſe ſufficiat. *J. B.*

GROTII.

a *Confuſa turba, nemo ubi audit neminem*] De Bebryciis ſimilia prodidit *Valerius*: ( *Argon.* IV, 102.)

——— *non fœdera legum*
*Ulla colunt, placidas aut jura tenentia mentes.*

b *Impune quidvis facere, id eſt, regem eſſe*] Pertinent huc M. Antonii verba, quæ ex *Joſepho* modo adduximus. ( *Cap.* præced. §. 22.)

GRONOVII.

16 *Principi ſummum*] 6. ann. 8. *Tibi ſummum rerum judicium Dii dederunt, nobis obſequii gloria relicta eſt:* quaſi ad Cæſarem præſentem ſic loquitur in ſenatu M. Terentius. Neque enim *Tacitus* diceret ſubditis.

(bb) Parodia verſûs *Plautini*: *Indigna digna habenda ſunt, herus quæ facit.* Captiv. II, I. 6. *J. B.*

(cc) Verba ſunt *Memmii*, Tribuni Plebis, qui loquitur tantum de more Regum, & impunitate facti, non juris: quam ipſis nequaquam largiturus erat libertatis vindex acerrimus. Inſpice

Digitized by Google

3. Hinc ubique majeſtas, id eſt, dignitas, ſive populi, ſive unius qui ſummo fungitur imperio, tot legibus, tot pœnis defenditur: quæ conſtare non poteſt, ſi maneat reſiſtendi licentia. Miles *a* qui caſtigare volenti ſe centurioni reſtiterit, 17 ſi vitem tenuit, 18 militiam mutat: ſi ex induſtria fregit, vel manum centurioni intulit, capite punitur: Et apud Ariſtotelem eſt, *b* *εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐπάταξεν οὐ δεῖ ἀντιπληγῆναι*, *ſi magiſtratum gerens aliquem verberavit, reverberandus non eſt.*

III. In lege Hebræa *c* mortis ſupplicio damnatur, qui inobediens fuerit aut ſummo pontifici, aut ei qui extra ordinem rector populi a Deo eſſet conſtitutus. Quod vero apud Samuelem *d* eſt de jure regis, omnino recte inſpicienti apparet, nec de jure vero intelligendum, id eſt, de facultate honeſte & juſte aliquid agendi, (longe enim alia vivendi ratio præſcribitur regi in ea parte legis, *e* quæ eſt de officio regis) neque nudum (dd) factum indicari: nihil enim eſſet in eo eximium, cum injurias facere 19 etiam privati privatis ſoleant: ſed factum 20 quod effectum aliquem juris habeat, id eſt, c non reſiſtendi obligationem. Ideo additur, populum preſſum iſtis injuriis Dei opem imploraturum, quia ſcilicet humana remedia nulla exſtarent. Sic ergo 21 hoc jus vocatur, quomodo *f* prætor jus reddere dicitur, etiam cum inique decernit.

IV. 1. In novo fœdere Chriſtus præcipiens dari Cæſari, quæ Cæſaris ſunt, intelligi voluit a ſuæ diſciplinæ ſectatoribus non mino-

a *L. Milites. 13. §. Irreverens. 4. D. de re mil. Rufus de legibus militaribus c. XV.*
b *Ethic. Nic.* V, 8.
c *Deuteron.* XVII, 12. *Joſ.* I, 18.
d 1 *Samuel.* VIII, 11.
e *Deuteron.* XVII, 14.
f *L. Jus pluribus D. de Juſt. & jure. L.* 11.

ſpice totum locum, *Bell. Jugurth.* c. 36. Si alia loca congeſta expendantur, nil aliud in pleriſque reperietur, immo aliquando contrarium ejus, quod inde Auctor colligit. *J. B.*

GROTII.

c *Non reſiſtendi obligationem*] *Philo in Flaccum*: (Pag. 978. D. *Ed. Paris.*) πότε γὰρ εἰς ἀπόστασιν ὑπωπτεύθημεν; πότε δ' οὐκ εἰρηνικοὶ πᾶσιν ἐνομίσθημεν; τὰ δ' ἐπιτηδεύματα, οἷς καθ' ἑκάστην ἡμέραν χρώμεθα, οὐκ ἀνεπίληπτα, οὐ συντείνοντα πρὸς εὔνοιαν πόλεως καὶ εὐστάθειαν; *Quando enim defectionis ſuſpecti fuimus? quando non pacis amantes ab omnibus judicati ſumus? inſtituta vero, quibus utimur quotidie, nonne extra reprehenſionem ſunt, nonne ad concordiam bonumque ſtatum civitatis conducunt?*

GRONOVII.

17 *Si vitem tenuit*] Apprehendit ſcipionem, quo verberabatur a centurione. *Tacit.* I. ann. 23. *Juvenal.* 8, 297. *frangebat vertice vitem.* Sat. 14, 193. *perlege rubras Majorum leges, aut vitem poſce libello.*

18 *Militiam mutat*] Ex honeſtiore ac lucroſiore ad minus honeſtam minuſque lucroſam transfertur.

19 *Etiam privati privatis*] Non tamen tantas neque tam late patentes: itaque eſt ſane in eo quoque aliquid eximium, & auctoris argumentum lubricum.

20 *Quod effectum*] Non tantum, quod facturi ſint, ſed etiam ita facturi, ut, quin faciant, impediendi nemini ſit poteſtas, nec de illo queri habeat apud quemquam niſi apud Deum.

21 *Hoc jus vocatur*] Ut ſignificet exercitium poteſtatis, injuſtum quidem, velatum tamen ſpecie juris.

(dd) Immo *jus Regis* apud SAMUELEM ſignificare tantum *conſuetudinem* Regum, probarunt Interpretes exemplis & rationibus omni exceptione majoribus. Dicemus in Gallicis noſtris Notis. *J. B.*

minorem, ſi non majorem, obedientiam cum patientia (ſi opus ſit) conjunctam ſummis poteſtatibus deberi, quam ab Hebræis regibus Hebræis debebatur. quod latius exſequens optimus ejus in-
Rom. XIII. terpres Paulus Apoſtolus, officia ſubditorum late deſcribens, in-
vers. 2. & ter alia, *Qui obſiſtit*, inquit, *poteſtati, Dei ordinationi obſiſtit: tum*
ſeqq. *vero qui obſiſtunt, ſibi ipſis condemnationem accipient.* Addit mox, *Dei enim miniſter eſt, qui poteſtate fungitur tuo bono.* Deinde, *Quapropter neceſſe eſt ſubjici, non ſolum propter iram, ſed & propter conſcientiam.* In ſubjectione includit non reſiſtendi neceſſitatem, neque eam ſolum quæ ex formidine [22] majoris mali oritur, ſed quæ [23] ex ipſo ſenſu officii noſtri manat, neque hominibus tantum, ſed & Deo nos obligat. Rationes addit duas: primam, quod Deus ordinem illum imperandi, & parendi approbaverit, & olim in lege Hebræa, & nunc in Euangelio. quare poteſtates publicæ eo loco nobis habendæ ſunt, quaſi ab ipſo Deo eſſent conſtitutæ. Noſtra enim facimus, [24] quibus auctoritatem noſtram impartimur. Alteram, quod hic ordo noſtro bono inſerviat.

2. Atqui, dicat aliquis, injurias pati utile non eſt. Hic quidam, vere magis quam ad ſenſum Apoſtoli, ut arbitror, appoſite, dicunt, has quoque injurias utiles nobis eſſe, quia iſta patientia ſua non ſit caritura mercede. Mihi videtur Apoſtolus conſideraſſe finem univerſalem iſti ordini propoſitum, qui eſt [d] tranquillitas publica, in qua & ſingulorum comprehenditur. Et ſane quin plerumque hoc bonum per poteſtates publicas conſequamur, dubitandum non eſt: nemo enim ſibi male vult: at imperantis felicitas in ſubditorum felicitate conſiſtit. [e] *Sint quibus imperes*, [25] ajebat ille. Proverbium eſt apud Hebræos: (ee) *Niſi poteſtas publica eſſet, alter alterum vivum deglutiret:* qui ſenſus & apud Chryſoſtomum, *τῶν πόλεων τοὺς ἄρχοντας ἂν ἀνέλῃς, θηρίων ἀλόγων ἀλογώτερον βιωσόμεθα βίον, δάκνοντες ἀλλήλους καὶ κατεσθίοντες, niſi rectores civitatum eſſent, feriorem feris viveremus vitam, non mordentes tantum,* [f] *ſed & vorantes alios alii.*

3. Quod

GROTII.

d *Tranquillitas publica*] Bene *Chryſoſtomus: σύνεργός ἐστί σοι, συμπράττει σοι.* Princeps nimirum euangelium prædicanti. Dedolat ille quod tu deſcobinas.

e *Sint quibus imperes*] Dictum hoc Sullæ ajunt *Plutarchus*, (In *Vit. Syll.* p. 172.) *Florus*, & alii, unde ſumſit *Auguſtinus* lib. III. cap. 28. de civitate Dei.

GRONOVII.

22 *Majoris mali*] Supplicii præſentis aut pœnæ.

23 *Ex ipſo ſenſu*] Ex animo ſic imbuto atque inſtituto, ut ſciat hoc omnino ſe oportere facere, atque ideo libenter velit.

24 *Quibus auctoritatem*] Quorum auctores nos fatemur, quæ rata habemus.

25 *Ajebat ille*] Furfidius ad Sullam. *Florus* 3, 21.

(ee) Legitur in *Pirke Aboth*, Cap. III. pag. 42. *Ed. Fagii* 1541. *J. B.*

GROTII.

f *Sed & vorantes alios alii*] Eſt hoc de ſtatuis ſexto: ſed & hoc: *ἐὰν γὰρ*

τῇ

Digitized by Google

3. Quod ſi quando 26 nimia formidine aut 27 iracundia aliiſve affectibus tranſverſi agantur rectores, quo minus rectam ineant viam, quæ ad tranquillitatem ducit, id 28 inter minus frequentia habendum eſt; & quæ, ut ait Tacitus, *a* interventu meliorum penſantur. Leges autem ſatis habent id 29 quod plerumque accidit reſpicere, ut ajebat *b* Theophraſtus, quo & illud Catonis pertinet: *c Nulla lex ſatis 30 commoda eſt: id modo quæritur, ſi majori parti & in ſummam prodeſt.* Quæ autem rarius contingunt, 31 communibus tamen regulis conſtringenda ſunt, quia 32 etſi 33 ratio legis 34 in iſto ſpeciali facto ſpecialiter locum non habeat, manet tamen 35 ratio in ſua generalitate, cui ſpecialia ſubjici fas eſt. Id enim ſatius quam ſine norma vivere, aut normam cujuſque arbitrio permitti. Seneca *d* apposite ad hanc rem: *Satius erat a paucis etiam juſtam excuſationem non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari.*

4. Locum & hic habere debet illa nunquam ſatis memorata Periclis *g* apud *e* Thucydidem ſententia: *Sic exiſtimo, etiam ſingulis hominibus plus eam prodeſſe civitatem, quæ tota recte ſe habeat, quam ſi*

*a Hiſt.* IV, 74.
b *L.* τῷ γὰρ, 6. D. *de legibus*, *L.* III. *in fine. D. ſi pars. hered.*
c *Livius lib.* XXXIV. c. 3.
d *Lib.* VII. *de benef.* c. 16.
e *Lib.* II. §. 60.

τὰ δικαςήρια ἀνέλῃς, πᾶσαν τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀνεῖλες τὴν εὐταξίαν. *Tolle tribunalia, & omnem de vita tranquillitatem abſtuleris.* Deinde: μὴ γάρ μοι τοῦτο εἴπῃς, εἴ τις κακῶς τῷ πράγματι κέχρηκεν, ἀλλ' αὐτῆς βλέπε τῆς διατάξεως τὴν εὐκοσμίαν, καὶ τὴν πολλὴν σοφίαν τοῦ ταῦτα ἐξ ἀρχῆς νομοθετήσαντος σοφίαν· *Nec mihi illos refer, qui male uſi ſunt honoribus, ſed ipſius inſtituti vide pulchritudinem, & ſapientiam ejus admiraberis qui primus ejus auctor fuit.* Idem ad Romanos: κἂν ἀνέλῃς αὐτὰς (τὰς ἀρχὰς) πάντα οἰχήσεται· καὶ οὐ πόλεις, καὶ οὐ χωρία, οὐκ οἰκία, οὐκ ἀγορὰ, οὐκ ἄλλο οὐδὲν ςήσεται, ἀλλὰ πάντα ἀνατραπήσεται τῶν δυνατῶν τοὺς ἀσθενεςέρους καταπινόντων. *Magiſtratus ſi abſtuleris, peribunt omnia, non urbes ſtabunt, non agri, non forum, nec quicquam aliud: evertentur omnia & fortioris eſca fiet quilibet infirmior.* idem ſenſus apud eundem ad Epheſ. v.

g *Apud Thucydidem ſententia*] Lib. II. quicum bene convenit illud *Ambroſii* libro III. de officiis: (*Cap.* 4.) *Eadem ſingulorum eſt utilitas, quæ univerſorum.* Et illud in jure: *Semper non quod privatim intereſt unius ex ſociis ſervari ſolet, ſed quod ſocietati expedit.* L. actiones. §. Labeo. 65. §. 5. D. Pro Socio. Adde L. unicam. §. penul. C. de Caducis tollendis.

GRONOVII.

26 *Nimia formidine*] Ut qui ob leves ſuſpiciones corripiunt, reoſque majeſtatis faciunt, exemplo Claudii. *Suet.* 37.

27 *Iracundia*] Ut Alexander, qui ubi exarſiſſet, nec dilatio ultionis nec modus erat. *Juſtin.* 9, 8.

28 *Inter minus frequentia*] Ex rarius contingentibus.

29 *Quod plerumque*] *Ariſtot.* 3. Pol. II. Δοκοῦσι τὸ καθόλου μόνον οἱ νόμοι λέγειν, ἀλλ' οὐ πρὸς τὰ προσπίπτοντα ἐπιτάττειν.

30 *Commoda eſt*] Omnibus.

31 *Communibus tamen*] Iis neglectis quæ rarius contingunt, de eo, quod ut plurimum accidit, aliquid conſtituendum.

32 *Etſi legis*] Quæ voluit civem magiſtratui parere.

33 *Ratio*] Ut cuique jus reddatur, ut juſtitia quiſque fruatur.

34 *In iſto ſpeciali*] Quoties contra jus faſque magiſtratus aut rex lædit inferiorem.

35 *Ratio in ſua generalitate*] Tranquillitas ſecuritaſque totius corporis, quæ tanti eſt, ut unus potius doleat & id ferat, quam reſiſtat imperanti & ordinem publicum turbet, ne patiatur injuriam.

*ſi qua privatis floreat utilitatibus, ipſa autem univerſim laboret. qui enim domeſticas fortunas bene collocatas habet, patria tamen everſa, pereat & ipſe neceſſe eſt: Contra vero, etiam ſi quis in beata republica parum felix eſt, multo tamen facilius per illam incolumis ſervatur. Quare cum civitas quidem ſingulorum poſſit ſuſtentare calamitates, ſinguli autem publicas non item, quid eſt, cur non univerſim ipſi conſulere, ipſamque tueri oporteat, nec id facere, quod vos facitis, dum quaſi attoniti jactura rei familiaris, ſalutem proditis reipublicæ?* Quem

*Lib.* XXVI. *c.* 36. ſenſum breviter ita explicat Livius: *Reſpublica incolumis & privatas res ſalvas facile præſtat:* [36] *publica prodendo, tua nequicquam ſerves* Plato dixerat legum IV. τὸ μὲν γὰρ κοινὸν συνδεῖ, τὸ δὲ ἴδιον διασπᾷ τὰς πόλεις. καὶ συμφέρει τῷ κοινῷ τε καὶ ἰδίῳ τοῖν ἀμφοῖν, ἢν τὸ κοινὸν τιθῆται καλῶς μᾶλλον ἢ τὸ ἴδιον· *quod commune eſt, connectit civitates, quod ſingulorum, diſſipat; quare & publice, & privatim utilius eſt, ut publica magis quam privata curentur.* Xenophon vero: ὅςις ἐν πολέμῳ ὢν ςασιάζει πρὸς τὸν ἄρχοντα, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σωτηρίαν ςασιάζει· *qui in bello contra ducem ſeditioſe ſe gerit, facit hoc cum ſuæ ſalutis periculo.* Eodem & illa Jamblichi pertinent: *Non disjuncta eſt privata utilitas a publica, imo in bono communi ſingulare etiam continetur: & ut in animalibus cæteraque natura, ita in civitatibus in totius ſalute ſalus eſt partium.*

*De Legg. L.* IX. *p.* 875. *A. Ed. Steph.*

*De Exped. Cyr. L.* VI. *c.* 1. §. 19. *Ed. Oxon.*

5. In publicis autem præcipuum haud dubie eſt ordo ille, quem dixi, imperandi parendique; is vero cum privata reſiſtendi licentia conſiſtere nequit. Explicare libet hoc ipſum [37] nobili Dionis Caſſii loco: οὐ μέν τοι καὶ ἐγὼ οὔτ' ἄλλως καλὸν εἶναι νομίζω ἄρχοντά τινα [38] τῶν ἀρχομένων ἡττᾶσθαι, οὔτ' ἂν σωτήριόν τι γενέσθαι ποτὲ, εἰ [39] τὸ ταχθὲν ὑπηρετεῖν τινὶ, κρατεῖν αὐτοῦ ἐπιχειρήσειε. σκέψασθε δὲ ποῖος μὲν κόσμος οἰκίας γένοιτο, ἂν οἱ ἐν τῇ ἡλικίᾳ ὄντες τῶν πρεσβυτέρων καταφρονήσωσι. ποῖος δὲ τῶν διδασκαλείων, ἂν οἱ φοιτῶντες τῶν παιδευτῶν ἀμελήσωσι. τίς ὑγίεια νοσοῦσιν, ἂν μὴ πάντα τοῖς ἰατροῖς οἱ κάμνοντες πειθαρχῶσι. τίς δ' ἀσφάλεια ναυτιλλομένοις, ἂν οἱ ναῦται τῶν κυβερνητῶν ἀνηκουςῶσι. φύσει τε γὰρ ἀναγκαῖά τινα καὶ σωτήρια τῷ μὲν ἄρχειν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, τῷ δὲ ἄρχεσθαι τέτακται. *Ego vero neque decorum exiſtimo, ut rector civitatis cedat, neque ſpem eſſe ad ſalutem, ſi quod parere poſitum eſt velit imperare. Cogitate enim quis futurus ſit ordo in familia, ſi a junioribus ſenes ſpernantur: quis item in ſcholis, ſi a diſcipulis ſuſque deque habeantur præceptores: unde ſanitas ægrotantibus, ſi non per omnia medicis pareant: quid tuti navigantibus, ſi plebs nautica gubernantium juſſa contemnat. Natura quippe id neceſſarium & hominibus ſalutare, ut alii quidem imperent, alii vero pareant.* 6. Paulo

*Lib.* XLI. *p.* 189. *Ed. H. Steph.*

GRONOVII.

36 *Publica prodendo*] Deſerendo, deſtituendo, non adjuvando.

37 *Nobili Dionis Caſſii loco*] Lib. 41. p. 168.

38 Τῶν ἀρχομένων ἡττᾶσθαι] Subjectis cedat, puta laſcivientibus & improba atque inutilia flagitantibus.

39 Τὸ ταχθὲν ὑπηρετεῖν] Cujus ſors & officium eſt parere.



Digitized by Google

6. Paulo comitem addamus Petrum, cujus hæc ſunt verba: *Regem honorate. Servi ſubditi eſtote cum omni timore dominis, non ſolum bonis & æquis, ſed etiam duris. Hoc enim cedit gratiæ, ſi quis* 40 *propter conſcientiam Dei ſuffert moleſtiam injuſte afflictus. qua enim gloria eſt, ſi peccantes & colaphis cæſi ſubſiſtitis? ſed ſi bene agentes, & tamen male habiti ſubſiſtitis,* h *hoc cedit vobis gratiæ apud Deum.* Confirmat mox hoc a Chriſti exemplo. Idemque ſenſus in Clementis conſtitutionibus his verbis exprimitur: ὁ δοῦλος εὔνοιαν φερέτω πρὸς τὸν δεσπότην μετὰ φόβου Θεοῦ, κἂν ἀσεβὴς, κἂν πονηρὸς ὑπάρχῃ. *Servus Deum timens ſimul bene hero ſuo velit, quamvis impio, quamvis injuſto.* Notanda hic duo: quod dicitur ſubjectionem dominis deberi, etiam duris, (ff) idem ad reges quoque referendum: Nam quod ſequitur ei fundamento ſuperſtructum, non minus ſubditorum quam ſervorum officium reſpicit. Ac deinde talem a nobis requiri ſubjectionem, quæ injuriarum patientiam ſecum ferat: ſicut de parentibus dici ſolet: 1 *Epiſt.* II. 17. 18.

i *Ames parentem, ſi æquus eſt: ſi non, feras.* *Publ. Syr.* vers. 23.

Et Eretrienſis quidam adoleſcens, (gg) qui Zenonis ſcholam diu frequentaverat, quid ibi didiciſſet, rogatus reſpondit, ὀργὴν πατρὸς φέρειν, *iram patris ferre.* De Lyſimacho *a* Juſtinus: *Magno animo regis, velut parentis, contumeliam tulit.* Et apud *b* Livium eſt: *Ut parentum ſævitiam, ſic patriæ, patiendo ac ferendo leniendam eſſe.* Apud Tacitum: *c Ferenda regum ingenia:* & alibi: *d bonos Imperatores voto expetendos, qualeſcumque tolerandos.* Apud Perſas, laudante Claudiano: [*In Eutrop.* L. II. vers. 479.]

a *Lib.* XV. c. 3. b *Lib.* XXVII. c. 34. c *Annal. Lib.* XII. c. 11. d *Hiſt.* IV. 8.

——— *Quamvis crudelibus æque*
*Paretur dominis.* ———

V. 1. Nec ab hac lege Domini diſcedit k conſuetudo veterum Chriſtia-

GROTII.

h *Hoc cedit vobis gratia apud Deum*] *Tertullianus* de pœnitentia: *Timor hominis, Dei honor eſt.* [Cap. 7. Sed ibi de aliâ planè re agitur.]

i *Ames parentem, ſi æquus eſt, ſi non, feras*] *Terentius* Hecyra: (*Scen.* III. *Act.* I. vers. 21.)

*Nam matris ferre injurias me, Parmeno, pietas jubet.*

*Cicero* pro Cluentio: *Non modo reticere homines parentum injurias, ſed etiam æquo animo ferre oportet.* (Cap. 6.) Habet ad hoc præceptum pulchra *Chryſoſtomus* tum II. ad *Timotheum*, tum libro V. adverſus Judæos. Pertinent huc & quæ *Epictetus* (*Cap.* 65.) & poſt eum *Simplicius* habent de duabus anſis.

k *Conſuetudo veterum Chriſtianorum*] Ad quam pertinet canon XVIII. concilii Calcedonenſis, repetitus canone IV. concilii in Trullo: concilium Toletanum quartum: capitulum II. Caroli Calvi in villa Colonia. Synodus Sueſſionenſis canone V.

GRONOVII.

40 *Propter conſcientiam Dei*] Διὰ συνείδησιν Θεοῦ. quia ſcil. & agnoſcit eſſe Deum juſtum & juſtitiæ exactorem, qui neminem inſontem lædi ſinat impune, dixeritque: *Mihi vindictam, ego rependam.*

(ff) Præcepta illa generalia ſuas tamen habent exceptiones, ex naturâ ipſius rei petitas. Fatetur id Auctor ipſe de Servis, Lib. II. Cap. V. §. 22. *J. B.*

(gg) Refert id *Ælianus*, Var. Hiſt. IX, 33. *J. B.*

I 5 l Sige-

Digitized by Google

Chriſtianorum, optima legis interpres. Nam quanquam peſſimi ſæpe homines imperium Romanum tenuerunt, nec defuerunt, qui obtentu adjuvandæ reipublicæ iis ſe opponerent, nunquam tamen eorum conatibus ſe adjunxerunt Chriſtiani. In Clementis conſtitutionibus eſt, *βασιλείᾳ οὐ θεμιτὸν ἐπανίστασθαι*, *regia poteſtati reſiſtere nefas*. 41 Tertullianus Apologetico: Cap. 35. 42 *Unde Caſſii, & Nigri & Albini? unde qui* 43 *inter duas lauros obſident Cæſarem? unde* 44 *qui faucibus ejus exprimendis palæſtricam exercent? unde qui armati palatium irrumpunt*, 45 *omnibus tot* [1] *Sigeriis* (ſic diſerte habet manuſcriptus, qui eſt apud omni laude ornatiſſimos juvenes Puteanos) *ac Partheniis audaciores? De Romanis, ni fallor, id eſt, de non Chriſtianis.* De palæſtrica, quod ait, ad Commodi mortem pertinet, peractam imperio præfecti prætorio Ælii Læti, manu palæſtritæ; quo tamen Imperatore vix quiſquam fuit ſceleratior. Parthenius, cujus factum itidem deteſtatur Tertullianus, erat ille, qui peſſimum Imperatorem Domitianum oppreſſerat. His comparat Plautianum præfectum prætorio, qui Septimium Severum valde ſanguinarium Imperatorem occidere in palatio voluerat. 46 In eundem Septimium Severum arma, quaſi pro reipublicæ caritate,

### GROTII.

1 *Sigeriis*] *Xiphilinus* Domitiano: *Pag.* 227. B. *Ed. Steph.* ἐπέθεντο δὲ αὐτῷ καὶ συνεσκευάσαντο τὴν πρᾶξιν Παρθένιος ὁ πρόκοιτος αὐτοῦ καὶ Σιγήριος (male Σίγηρος) ἐν τῇ προκοιτίᾳ καὶ αὐτὸς ὤν. *inſidias autem ei communicato inter ſe conſilio ſtruxere Parthenius præpoſitus cubiculariorum & Sigerius & ipſe è cubiculariis.* Martialis libro IV: (*Epig.* 79.)

*Sigerioſque meros, Partheníoſque ſonas.*

Corruptum id nomen non hic modo in *Tertulliano* fuerat, ſed adhuc eſt in *Suetonio*, (*Domit.* c. 17.) ubi *Saturius*, & in victore vulgari, ubi *Caſperius* legitur: (*Epitom.* C. 12. *num.* 8.)

### GRONOVII.

41 *Tertullianus Apologetico*] c. 35.

42 *Unde Caſſii*] i. Utrum ex veſtris, ô multorum Deorum cultores, an ex Chriſtianorum ſecta?

43 *Inter duas lauros*] Peſtilentiæ cauſa Commodus in loco lauris veſtito apud Laurentum oppidum agebat, cum eum ob Cleandri necem expoſcendam plebs circumſedit. *Herod.* 1, 35. Sed quid inter duas lauros? Sane *Aurelius Victor* in reg. XIII. meminit vicum laureti minoris, & vicum laureti majoris. Sed hæ partes urbis ſunt in Aventino: Commodus autem obſeſſus Laurenti, minimum XVI. millibus paſſuum ab urbe. Forte *inter ſuas.* Lauri enim Impp. quaſi propriæ & illis dicatæ, quia Julius laureæ perpetuo geſtandæ jus accepit, *Sueton.* Jul. 45. quod in ſucceſſores prorogatum, ut ex ſtatuis & nummis conſtat. Quin & laurus ἀλεξίκακόν τι credebatur. Proverbium: Δαφνίνην φορεῖ βακτηρίαν, quum tutum ab inſidiis & periculis ſignificabant. *Plin.* 15, 30. *Suet.* Tib. 69. [Vir doctiſſimus, lapſu calami, heic *Aurelium Victorem* dixit, pro *Publio Victore*, qui libellum *de Regionibus Urbis Romæ* ſcripſit. *J. B.*]

44 *Qui faucibus*] Sic periit Commodus in exercitatione luctæ, validiſſimo palæſtrita, ſpecie exercendi guttur ejus comprimente eo uſque, donec exſpiraret.

45 *Omnibus tot Sigeriis*] Forte: *omnibus & Sigeriis, & Partheniis.* De Parthenio *Sueton.* Domit. 16. & 17. Item *Aurelius Victor* Schotti, cui ſocius conjurationis videtur fuiſſe Sigerius: nam ſimul cum Parthenio illum nominat & *Martialis* 4, 79.

46 *In eundem Septimium*] Immo Severus in ilios, eodem tempore a ſuis militibus Impp. appellatos: ſed quia Severus

caritate, ſumſerant in Syria Peſcennius Niger, in Gallia & Britannia Clodius Albinus. Sed horum quoque factum Chriſtianis diſplicuit, quod & ad Scapulam jactat Tertullianus: *Circa majeſtatem imperatoris infamamur: tamen nunquam Albiniani, vel Nigriani, vel Caſſiani inveniri potuerunt Chriſtiani* Caſſiani illi erant, qui ſecuti erant Avidium Caſſium 47 virum egregium, qui in Syria ſumtis armis cauſabatur Rempublicam ſe ire reſtitutum, quam 48 M. Antonini negligentia perderet.

2. Ambroſius, cum injuriam non ſibi tantum, ſed & gregi ſuo, & Chriſto fieri crederet a Valentiniano Valentiniani filio; populi ſatis concitati motu ad reſiſtendum uti non voluit. m *Coactus*, inquit, *repugnare non novi: dolere potero, potero flere, potero gemere: adverſus arma, milites, Gothos quoque, lacrymæ meæ arma ſunt. talia enim ſunt munimenta ſacerdotum: aliter nec debeo, nec poſſum reſiſtere.* Mox: * *Exigebatur a me, ut compeſcerem populum: referebam, in meo jure eſſe, ut non excitarem, in Dei manu, ut mitigaret.* Idem Ambroſius 49 Maximi copiis adverſus 50 Imperatorem, & Arianum & Eccleſiæ gravem, uti noluit. Sic Julianum defectorem cum peſſima conſilia agitaret, lacrymis Chriſtianorum repreſſum, ait Nazianzenus, † addens, τοῦτο μόνον ἐχόντων κατὰ διώκτου φάρμακον, *quia ſolum hoc contra perſequutorem erat remedium.* Atqui exercitus ejus ferme omnis ex Chriſtianis conſtabat. Adde quod, ut obſervat idem Nazianzenus, a ſævitia illa Juliani non tantum in Chriſtianos erat injuria, ſed & rempublicam in ſummum adduxerat periculum. Accedat his illud Auguſtini, ubi illa Apoſtoli ad Romanos dicta explicat: *Neceſſe eſt propter hanc vitam nos ſubditos eſſe oportere, non reſiſtentes ſi quid illi* (rectores) *auferre voluerint.* VI. 1. Inventi

*Epiſt. lib. v. orat. in Auxent. Ep. 32.*

* *Epiſt. 33.*

*Theodoret. hiſt. eccleſ. lib. v. c. 4.*

† *Orat. 1. in Julianum: pag. 94. A.*

a *Ibid. pag. 80.*

Severus vicit, illi pro rebellibus habentur ac tyrannis: nam civilis acies victum facit nocentem. Quod ſi Clodius viciſſet, pro Albinianis; ſi Peſcennius, pro Nigerianis poſuiſſet Septimianos.

GROTII.

m *Coactus repugnare non novi*] Inſeruit *Gratianus* cauſa XXIII. quæſtione VIII. (*Can.* 21.) Idem *Ambroſius* epiſtola XXXIII. *Vultis in vincula rapere? voluntas eſt mihi: non ego me vallabo circumfuſione populorum.* Imitatus eſt magnus *Gregorius* libro VI. epiſtola 1. *Si in morte Longobardorum me miſcere voluiſſem, hodie Longobardorum gens nec regem, nec duces, nec comites haberet, atque in ſumma confuſione eſſet diviſa.*

GRONOVII.

47 *Virum egregium*] Militiæ, ſed in hac cauſa palam ſceleratum.

48 *M. Antonini negligentia*] Sic ille mentiebatur, ut colorem adderet rebellioni: cæterum nunquam imperium aut reſpublica Romana fuit in meliore ſtatu ſub principe, quam ſub hoc: neque aut pace quiſquam aut bello diligentior.

49 *Maximi copiis*] Clementis Maximi, qui ſumſit in Britannia imperium contra Gratianum Valentiniani alterum filium, occupatiſque Galliis, occiſo Gratiano, Hiſpaniis quoque & Africa potitus, per quinquennium regnavit, donec a Theodoſio victus interficeretur.

50 *Imperatorem & Arianum*] Valentinianum juniorem, Gratiani fratrem.

n *Non*

VI. 1. Inventi ſunt noſtro ſæculo viri eruditi quidem illi, ſed temporibus & locis nimium ſervientes, qui ſibi primum (ita enim credo) deinde aliis perſuaderent, ea quæ jam dicta ſunt, locum habere in privatis, n non etiam in magiſtratibus, inferioribus, quibus jus eſſe putant reſiſtendi injuriis ejus, cujus ſummum eſt imperium; imo & peccare eos, ni id faciant. quæ opinio admittenda non eſt. Nam ſicut in dialecticis o 51 ſpecies intermedia, ſi genus reſpicias, eſt ſpecies; ſi ſpeciem infra poſitam, genus: ita magiſtratus illi, inferiorum quidem ratione habita, ſunt publicæ perſonæ; at ſuperiores ſi conſiderentur, 52 privati ſunt. Nam omnis facultas gubernandi, quæ eſt in magiſtratibus, ſummæ poteſtati ita ſubjicitur, ut quicquid contra voluntatem ſummi imperantis faciant, id defectum ſit ea facultate, ac proinde pro actu privato habendum. Locum enim hic quoque habet, quod dicunt Philoſophi, 53 ordinem non dari, niſi cum relatione ad aliquid primum.

*Aver. v. Metaph. com. 6.*

2. Ac mihi videntur, qui contra ſentiunt, talem ſtatum rerum inducere, qualem antiqui fabulabantur in cœlo fuiſſe, antequam majeſtas oriretur, quo tempore ajunt minores Deos Jovi non conceſſiſſe. At is quem dixi p ordo, & ὑπαλληλισμὸς, non tantum ſenſu communi cognoſcitur: unde illud: [*Senec.* Thyeſt. *verſ.* 612.]

*Omne ſub regno graviore regnum eſt.*

Et Papinii illud: [III. *Sylv.* 3. *verſ.* 49. 50.]

—— *vice cuncta reguntur:*
*Alterniſque regunt.* ——

Et q Auguſtini dictum celebre: *Ipſos humanarum rerum gradus adverte: ſi aliquid juſſerit curator, faciendum: non tamen, ſi contra proconſul jubeat: aut ſi conſul aliquid jubeat, & aliud Imperator. non utique contemnis poteſtatem, ſed eligis majori ſervire: nec hinc debet minor iraſci, ſi major prælatus eſt.* Et hoc ejuſdem de Pilato: *Talem quippe Deus dederat illi poteſtatem, ut eſſet etiam ipſe ſub Cæſaris poteſtate.*

*c. qui reſiſtit. 97. Cauſ. XI. qu. 3.*

*Ad Johan.*

3. Sed

GROTII.

n *Non etiam in magiſtratibus inferioribus*] *Petrus Martyr* ad Judicum III. *Paræus* ad XIII. caput ad Romanos, *Junius Brutus*, *Danæus* libro VI. politicorum, & alii.

o *Species intermedia*] Genus ſpeciale *Seneca* epiſtola LVIII.

p *Ordo & ὑπαλληλισμὸς*] Sic in familia paterfamilias primus, inde materfamilias, inde filii, mox ordinarii ſervi, poſtremo ſervi vicarii. Vide *Chryſoſtomum* 1 ad Corinth. XIII, 3.

q *Auguſtini*] Habet probe eadem *Auguſtinus* ſermone VI. in verba Domini.

GRONOVII.

51 *Species intermedia*] Quæ differt a ſpecie infima, ut genus ſubalternum a genere generaliſſimo.

52 *Privati ſunt*] Sic Veſpaſiani privatas res *Tacitus*, quamvis exercitum & provinciam regentis vivo Nerone, dicit 3. hiſtor. 65. & 5, 1.

53 *Ordinem non dari*] i. e. Quod in ſerie aliqua eſt, tamdiu locum tueri, quamdiu dependet a primo: ita magiſtratus tamdiu eſſe magiſtratus, quamdiu agant ex auctoritate principis.

r *Verum*

Digitized by Google

3. Sed & divina probatur auctoritate. Nam Apoſtolorum princeps ſubjectos nos eſſe vult aliter regi, aliter magiſtratibus: regi, 54 ut ſupereminenti, id eſt, ſine ulla exceptione, præter ea quæ Deus directe imperat, qui injuriæ patientiam probat, non interdicit: magiſtratibus, tanquam 55 miſſis a rege, id eſt poteſtatem ſuam a rege ducentibus. Et cum Paulus omnem animam ſupremis poteſtatibus eſſe ſubjectam vult, etiam magiſtratus inferiores incluſit. Neque in populo Hebræo, ubi tot fuere reges divini humanique juris contemtores, unquam inferiores magiſtratus, in quibus plurimi fuere viri pii & fortes, id ſibi juris ſumſerunt, ut regibus vim ullam opponerent, niſi ſi qui à Deo, cujus in reges ſummum jus eſt, mandatum ſpeciale acceperant. quin contra, quod procerum officium ſit, oſtendit Samuel, cum, proceribus & populo inſpectante, Saulem jam perverſe regnantem ſolita veneratione eſt proſequutus.

*1 Ep. Petr. II, 13.* *Rom. XIII, 1.* *1 Samuelis XV, 30.*

4. Atque adeo religionis quoque publicæ ſtatus nunquam non a regis ac Synedrii arbitrio pependit. Quod enim poſt regem magiſtratus ſimul cum populo Deo ſe fideles fore promiſerunt, id intelligi debet, quatenus in cujuſque id futurum erat poteſtate. Ne ſimulacra quidem falſorum Deorum, quæ publice exſtabant, dejecta unquam legimus, niſi juſſu aut populi in libera republica, aut regum cum regnabantur. Quod ſi quid aliquando factum eſt vi contra reges, narratur in teſtimonium divinæ providentiæ id permittentis, non in facti humani approbationem.

5. Solet a contrariæ ſententiæ auctoribus proferri dictum Trajani, cum pugionem præfecto prætorio traderet: (hh) *Hoc pro me utere, ſi recte impero; ſi male, contra me.* Sed ſciendum eſt, Trajanum, ut ex Plinii Panegyrico apparet, id unice curaſſe ne quid regium oſtentaret, ſed r verum principem gereret, qui proinde ſubeſſet ſenatus populique judicio; quorum ſententias exſequi præfectus deberet etiam in ipſum principem. Simile eſt, quod de M. Antonino legimus, qui publicam pecuniam attingere noluit, niſi conſulto ſenatu.

*Xiphilin. in ejus Vit. pag. 281.*

VII. 1. Gravior illa eſt quæſtio, an lex de non reſiſtendo nos obliget in graviſſimo & certiſſimo diſcrimine. Nam leges etiam Dei quædam, quanquam generaliter prolatæ, tacitam habent exceptionem

GROTII.

r *Verum principem gerere*] Quod poſtea imitati *Pertinax* & *Macrinus*: quorum orationes egregias apud Herodianum vide.

GRONOVII.

54 *Ut ſupereminenti*] Ὡς ὑπερέχοντι. Quæ verba non video, qui ſignificent ſine exceptione, quamvis res vera ſit. In notis ad N. T. explicat, Tanquam ſupra omnes poſito. Ergo, tanquam ſummæ poteſtati.

55 *Miſſis a rege*] Δι αὐτοῦ πεμπομένοις præfectis ejus, vel legatis.

(hh) Refertur à *Xiphilino*, pag. 248. D. *Ed. Steph.* Vide & *Plinii Junioris* Panegyric. c. 67. & *Caſſiodor.* Var. VIII, 13. *J. B.*

ſ Xa-

Digitized by Google

ceptionem ſummæ neceſſitatis: quod de lege ſabbati (ii) 56 Haſamonæorum temporibus a ſapientibus definitum fuit: unde dictum celebre; 57 *periculum animæ impellit ſabbatum*: & Judæus apud Syneſium cauſam neglectæ legis de ſabbato hanc reddit: ſ σαφῶς ὑπὲρ ψυχῆς θέομεν· *in certiſſimum vitæ periculum adducti ſumus*. Quæ exceptio probata eſt ipſi 58 Chriſto: ut 59 & in lege altera de non edendis panibus propoſitionis. Et Hebræorum magiſtri legibus de cibis vetitis, aliiſque nonnullis, ex veteri traditione eandem addunt exceptionem, recte quidem: non quod Deo jus non ſit ad certam mortem ſubeundam nos obſtringere, ſed quod leges quædam ejus ſint argumenti, ut non credibile ſit datas ex tam rigida voluntate. quod in legibus humanis magis etiam procedit.

2. Non nego a lege etiam humana quoſdam virtutis actus poſſe præcipi, ſub certo mortis periculo, ut t 60 de ſtatione non deſerenda; ſed nec temere ea voluntas legem condentis fuiſſe intelligitur, neque 61 videntur homines in ſe & alios tantum 62 jus accepiſſe, niſi quatenus ſumma neceſſitas id exigat. Ferri enim leges ab hominibus ſolent & debent 63 cum ſenſu humanæ imbecillitatis. Hæc autem lex, de qua agimus, pendere videtur a voluntate eorum, qui ſe primum in ſocietatem civilem conſociant, a quibus jus porro ad imperantes manat. Hi vero ſi interrogarentur, an velint omnibus hoc onus imponere, ut mori præoptent quam ullo caſu vim ſuperiorum armis arcere, neſcio an velle ſe ſint

GROTII.

ſ Σαφῶς ὑπὲρ ψυχῆς θέομεν] Maccabæorum lib. 1. c. 9. 10. 43. & 44. καὶ ἤκουσε Βακχίδης καὶ ἦλθε τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἕως τῶν κρηπίδων τοῦ Ἰορδάνου ἐν δυνάμει πολλῇ. καὶ εἶπεν Ἰωναθὰν τοῖς παρ᾽ αὐτοῦ· ἀναστῶμεν νῦν πολεμήσωμεν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν· οὐ γάρ ἐστι σήμερον ὡς ἐχθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν. *Id cum audiſſet Bacchides, venit multo cum exercitu ad Jordanis ripas ipſo die ſabbati. Jonathan autem ſuis dixit: ſurgamus nunc, & pro vita pugnemus; neque enim noſtræ res ſe habent ut heri & nudius tertius.*

t *De ſtatione non deſerenda*] Vide *Joſephum* ubi de cuſtodibus Saulis agit. (*Ant. Jud.* VI. 14. p. 202.) *Polybius*: παρὰ Ῥωμαίοις θάνατος ἦν πρόστιμον τῆς ἐφεδρείας λιπόντι τὴν τάξιν. [Habet è *Suida*, voce πρόστιμα: nam verba paullo aliter leguntur apud ipſum Hiſtoricum, *Lib.* 1. Cap. 17. *J. B.*]

GRONOVII.

56 *Haſamonæorum*] Ab Aſſamonæo Matthiæ proavo dicti, qui a Juda Maccabæo Matthiæ F. Maccabæi. *Joſeph.* 12, 8.

57 *Periculum animæ impellit*] Solvit neceſſitate ſervandi Sabbathi. *Caſaub.* Exercit. 1. ad Baron. 12, 17. p. 66. *Buxtorf.* Synag. cap. 16. p. 365. [Vide & Auctorem in *Matth.* XII, 11.]

58 *Chriſto*] Matth. 12, 4.

59 *Et in lege altera*] 1 Sam. 21, 6.

60 *De ſtatione*] Loco, ubi quis aut in præſidio aut in acie locatus eſt ab Imperatore. *Liv.* 24, 37.

61 *Videntur homines*] Nam Dei paullo ante jus liberum agnovit, qui vitam, quam precario dedit, repoſcere poteſt, quandoque placet ejus ſanctæ providentiæ.

62 *Jus accepiſſe*] Ut poſſint eis injungere, quod requirat, ut deſerant omnem tutelam ſui, & certæ morti occurrant.

63 *Cum ſenſu*] Ut conſiderent, quid hæc fragilitas ferat, nec mandent quod homo natus præſtare nequeat.

(ii) Vide JOSEPH. *Antiq. Jud.* Lib. XIV. Cap. 8. pag. 474. B. & Clariſſ. CLERICUM, in *Matt.* III, 4. *J. B.*

64 *Caritas*

Digitized by Google

ſint reſponſuri, niſi forte cum hoc additamento, ſi reſiſti nequeat, niſi cum maxima reipublicæ perturbatione, aut exitio plurimorum innocentium. Quod enim tali circumſtantia 64 caritas commendaret, id in legem quoque humanam deduci poſſe non dubito.

3. Dicat aliquis, rigidam illam obligationem, mortem potius ferendi, quam ullam unquam ſuperiorum injuriam repellendi, non ex lege humana, ſed divina proficiſci. Sed notandum eſt, primo homines non DEI præcepto, ſed ſponte adductos 65 experimento infirmitatis familiarum ſegregum adverſus violentiam, in ſocietatem civilem coiiſſe, unde ortum habet poteſtas civilis, quam ideo humanam ordinationem Petrus vocat: quanquam alibi & divina ordinatio vocatur, quia hominum ſalubre inſtitutum Deus probavit. Deus autem humanam legem probans cenſetur probare 66 ut humanam & humano modo. *1 Pet. II, 13.*

4. Barclajus regii imperii aſſertor fortiſſimus huc tamen deſcendit, ut populo & inſigni ejus parti jus concedat ſe tuendi adverſus immanem ſævitiam; cum tamen ipſe fateatur totum populum regi ſubditum eſſe. Ego facile intelligo, quo pluris eſt 67 id quod conſervatur, eo majorem eſſe 68 æquitatem, quæ adverſus legis verba exceptionem porrigat: attamen indiſcriminatim damnare aut ſingulos aut partem populi minorem, quæ ultimo neceſſitatis præſidio ſic utatur, ut interim 69 & communis boni reſpectum non deſerat, vix auſim. Nam David, qui 70 extra pauca facta teſtimonium habet vitæ ſecundum leges exactæ, armatos circum ſe primum quadringentos, deinde plures aliquanto habuit; quo niſi ad vim arcendam ſi inferretur? Sed ſimul illud notandum eſt, non factum id a Davide, niſi poſtquam & Jonathanis indicio, & pluribus aliis certiſſimis argumentis comperĕrat Saulem vitæ ſuæ imminere. Deinde vero nec urbes invadit, nec pugnandi captat occaſiones, ſed latebras quærit, modo in locis deviis, modo apud populos externos, & 71 hac religione ut popularibus ſuis nunquam noceat. *Lib. III. adv. Monarch. c. 8. Lib. VI. c. 23. & 24.* *1 Samuel. XXII, 2. & XXIII, 13.*

5. Simile videri poteſt factum Maccabæorum: nam quod quidam

GRONOVII.

64 *Caritas commendaret*] Ex officio fieret atque humanitate, ita tamen, ut intermittere liceat, idem poſſe præcipi, ut intermittere non liceat.

65 *Experimento infirmitatis*] Quod viderent, diſperſos per familias & nihil commune habentes facile a violentis opprimi.

66 *Ut humanam & humano*] Quatenus exigit, quantum homini poſtulare licet ab homine, quantumque homo (cui difficile eſt ejurare inſitum amorem ſui) potuit exſequi.

67 *Id quod conſervatur*] Quod ſcil. conſervari non poſſet in ſtricta legis obſervatione.

68 *Æquitatem, quæ*] Per quam licet eam legem aliquando non obſervare.

69 *Et communis boni*] Ut non turbet ultro tranquillitatem publicam, & tantummodo ſeſe tueatur; non infeſtet, neque ad ſimul turbandum trahat alios.

70 *Extra pauca*] Quibus lapſus eſt & graviter peccavit.

71 *Hac religione*] Perpetua & vigili cura.

*n Totum*

dam hæc arma eo titulo defendunt, quaſi Antiochus non rex ſed invaſor fuerit, vanum puto: cum nuſquam in omni hiſtoria Maccabæi, & qui eorum partes ſequebantur, Antiochum alio quam regis nomine compellent; & merito ſane, cum jampridem Macedonum imperia agnoviſſent Hebræi, in quorum jus Antiochus ſucceſſerat. Nam quod lex vetat alienigenam populo præfici, de voluntaria electione intelligendum eſt, non de eo, quod temporum neceſſitate adductus populus facere cogebatur. Quod vero ajunt alii, uſos Maccabæos jure populi, 72 cui αὐτονομία deberetur, ne id quidem firmum. Nam Judæi primum a Nabuchodonoſore devicti jure belli ex eodem jure ſucceſſoribus Chaldæorum 73 Medis & Perſis paruerant: quorum u totum imperium ad Macedonas devenit. Hinc Judæi Tacito vocantur, *Dum Aſſyrios penes Medoſque & Perſas oriens fuit, viliſſima pars ſervientium.* Nec quicquam ab Alexandro ejuſque ſucceſſoribus 74 ſtipulati ſunt, ſed ſine ulla conditione in eorum ditionem venerunt, ſicut ante ſub ditione Darii fuerant. Quod ſi & Judæi interdum ritus ſuos & leges palam exercere permiſſi ſunt, id fuit ex regum beneficio jus precarium, non ex lege aliqua imperio addita. Nihil ergo eſt quod Maccabæos tueatur præter ſummum certiſſimumque periculum: quamdiu ſcilicet intra ſui defendendi terminos ita ſe continuerunt, ut in loca devia exemplo Davidis ſecederent, quærendæ ſecuritati; nec arma expedirent, niſi ultro oppugnati.

*Hiſt.* l. v. c. 8.

6. Illa interim cautio tenenda eſt, etiam in tali periculo perſonæ regis parcendum: quod qui factum a Davide putant 75 non ex officii neceſſitate, ſed ex ſublimiore propoſito, (kk) falluntur. Ipſe enim David aperte dixit, inſontem neminem eſſe poſſe, qui manus regi inferret. Nimirum ſciebat ſcriptum in lege: * *Diis*, id eſt,

1 *Samuel.* xxvi, 9.
* *Exod.* xxii, 28.

GROTII.

u *Totum imperium ad Macedonas devenit*] *Juſtinus* libro xxxvi. *Primus Xerxes rex Perſarum Judæos domuit. poſtea cum ipſis Perſis in ditionem Alexandri magni venere, diuque in poteſtate Macedonici imperii ſubjecti Syriæ regno fuere. A Demetrio cum deſciviſſent, amicitia Romanorum petita, primi omnium ex orientalibus libertatem receperunt, facile tunc Romanis de alieno largientibus.* (Cap. 3.)

GRONOVII.

72 *Cui αὐτονομία*] Quem Deus liberum & ſui juris eſſe voluiſſet.

73 *Medis & Perſis*] Non poteſt excuſari, quod *Tacitus* & auctor ajunt Judæos Medis ſerviſſe, niſi de uno Dario Medo, cujus mentio apud Danielem intelligatur. Nam Aſſyriis a Nino ad Sardanapalum, Medis ab Arbace ad Aſtyagen non paruerunt Judæi: ſed deſtructo primo Aſſyriorum imperio & contracto Medico aliud Aſſyriorum vel Chaldæorum imperium natum eſt per Nabuchodonoſorem eodem tempore, quo in alia parte orientis regnabant Medi. Huic poſteriori Aſſyriorum regno armis victi acceſſere Judæi, inde ad Perſas ſub Cyro tranſiere.

74 *Nec quicquam ſtipulati*] Nihil exceperunt, quum ei ſe dederent.

75 *Non ex officii neceſſitate*] Eximiæ alicujus innocentiæ ſtudio, ut abſtineret etiam illa vi, qua jure uti poterat, ut non modo ad legem juſtus eſſet, ſed & intra legem, ut *Seneca* loquitur 2. de ira 27.

(kk) Non ita falluntur. Dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

x *Principi*

Digitized by Google

eſt, judicibus ſummis, *non maledices*, *&* x*principi in populo tuo non maledices*. in qua lege mentio facta ſpecialis eminentium poteſtatum, oſtendit aliquid præcipi ſpeciale. Quare Optatus Milevitanus de hoc Davidis facto loquens, y *Obſtabat*, ait, *plena divinorum memoria mandatorum*. Et verba Davidi hæc tribuit: *Volebam hoſtem vincere, ſed prius eſt divina præcepta ſervare*. Lib. II.

7. At falſa maledicta ne in privatum quidem licet jacere; in regem ergo veris quoque abſtinendum. quia, ut ait ſcriptor problematum, quæ Ariſtotelis nomen præferunt: *ὁ κακηγορῶν τὸν ἄρχοντα, εἰς τὴν πόλιν ὑβρίζει· Qui rectori maledicit*, z *in civitatem eſt injurius*. Quod ſi voce lædendus non eſt, manu certe multo minus: unde & pœnitentia tactum Davidem legimus, quod veſtem ejus violaſſet: tantam intelligebat perſonæ iſtius eſſe ſanctitudinem! nec immerito. nam cum ſummum imperium a non poſſit non multorum odiis patere, ſecuritas fungentis peculiariter fuit munienda. Quod Romani etiam in Tribunis plebis conſtituerunt, ut *ἄσυλοι*, id eſt, inviolabiles eſſent. Inter Eſſenorum dicta erat, reges ſanctos eſſe habendos: & inſigne illud apud Homerum: Sect. XXIX. num. 14. 1 Samuel. XXIV. 6. Iliad. V. 506.

—— *Περὶ γὰρ δίε ποιμένι λαῶν,*

———— *μή τι πάθοι*

b *Nam*

GROTII.

x *Principi in populo tuo non maledices*] Joabus Semeiæ apud *Joſephum*: *οὐ τεθνήξῃ βλασφημήσας τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καταςαθέντα βασιλεύειν; An non morereris, qui ei maledicere auſus es, quem Deus in regni ſede conſtituit?* [Ant. Jud. *Lib.* VII. *Cap.* 10. pag. 236. F. Verum ibi qui loquitur, non eſt *Joabus*, ſed frater ejus *Abiſaïs*, *Tſerujæ* filius. *J. B.*]

y *Obſtabat plena divinorum memoria mandatorum*] *Joſephus* de Davide: *μετανοήσας δ' εὐθὺς ὡς δίκαιον εἶπε φονεύειν τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην· Sed ſtatim pœnitudine ductus, injuſtum facinus eſſe dixit, dominum ſuum occidere.* (Lib. VI. c. 14.) Et poſt: Τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κεχειροτονημένον βασιλέα δεινὸν ἀποκτεῖναι κἂν ᾖ πονηρός· ἥξειν γὰρ αὐτῷ παρὰ τοῦ διδόντος τὴν δίκην. *Horrendum, regem quamvis malum interficere: pœnam enim id facienti imminere ab eo qui regem dedit.* [Ibid. *pag.* 202. D. In loco priore non omittere debuit Auctor hæc verba, οὐδὲ τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ βασιλείας ἀξιωθέντα *eumque qui à Deo Rex conſtitutus eſt*. In loco altero verſio ejus etiam malè omittit hæc, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κεχειροτονημένον, quæ idem ſignificant, obſtantque adeo, quominus de omnibus in univerſum Regibus locus intelligi queat. Sed pejus eſt, quòd in fine, omiſſis quibuſdam, ſenſus planè corruptus ab Auctore noſtro, præ nimio fortè ſtudio cauſſæ ſuæ ſerviendi. Ita habent Græca: Ἥξειν γὰρ αὐτῷ παρὰ τοῦ δόντος τὴν ἀρχὴν σὺν χρόνῳ τὴν δίκην, *Venturam enim aliquando ipſi* (Regi ſcilicet) *pœnam, ab eo qui dedit illi imperium. J. B.*]

z *In civitatem eſt injurius*] Julianus Miſopogone: *καὶ γὰρ οἱ νόμοι φοβεροὶ διὰ τοὺς ἄρχοντας, ὥστε ὅστις ἄρχοντα ὑβρίζει, ἐκ περιουσίας τοὺς νόμους κατεπάτησεν· Sunt enim leges ſeveræ pro principibus, ita ut qui in principem injurioſus fuerit, is ex animi libidine conculcaverit leges.* (Pag. 342. B. *Edit. Spanh.*)

a *Non poſſit non multorum odiis patere*] *Quintilianus* Declamatione CCCXLVIII. *Hanc eſſe conditionem omnium, qui adminiſtrationem reipublicæ aggrediuntur, ut ea, quæ maxime pertinent ad ſalutem communem, cum quadam ſui invidia efficere cogantur.* Vide ea de re Liviæ verba ad Auguſtum apud Xiphilinum ex *Dione*. (*Pag.* 85. 86. *Ed. H. Steph.*)



Digitized by Google

—— b *Nam pro populi paſtore timebat,*
——————— *Nequid ei accideret.*

Lib. x. c. 3. Nec immerito, ut apud Curtium eſt, *regium nomen gentes, quæ ſub regibus ſunt, pro Deo colunt.* c Artabanus Perſa: ἡμῖν δὲ πολλῶν νόμων καὶ καλῶν ὄντων κάλλιστος οὗτός ἐστι, τὸ τιμᾶν βασιλέα καὶ προσκυνεῖν, εἰκόνα Θεοῦ τοῦ τὰ πάντα σώζοντος. *Nobis inter leges multas eaſque bonas hæc optima eſt, regem colendum & adorandum, ut Dei* Pag. 804. *cuncta ſoſpitantis effigiem.* Plutarchus agide: οὐ θεμιτὸν οὐδὲ νενομισμένον βασιλέως σώματι τὰς χεῖρας προσφέρειν, *nec fas nec licitum regis corpori manus inferre.*

8. 76 Illa quæſtio gravior, an quantum Davidi, an quantum Maccabæis licuit, liceat & Chriſtianis, quorum magiſter crucem ſubire toties jubens, exactiorem patientiam videtur requirere. Certe ubi ſuperiores ob religionem mortem intentant Chriſtianis, Matth. x, 23. Chriſtus fugam concedit, his ſcilicet quos officii neceſſitudo nulli loco alligat: (II) ultra fugam nihil. * Petrus vero Chriſtum ait cum * 1 Petr. II, 21. IV, 12. 13. 14. 15. 16. pateretur, nobis reliquiſſe exemplum quod ſequamur, qui cum peccato vacaret, & doli omnis immunis eſſet, convitia convitiis non repoſuit, neque inter patiendum minatus eſt, ſed rem permiſit juſte judicanti. Idem gratias agendas Deo ait, & gaudendum Chriſtianis, ſi tanquam Chriſtiani pœnis ſubdantur. Et hac maxime patientia invaluiſſe Chriſtianam religionem legimus.

9. Quare

### GROTII.

b *Nam pro populi paſtore timebat*] Bene *Chryſoſtomus*, 1 ad Tim. 1. *Si quis ovem jugulet, ab eo gregem imminui: at ſi quis paſtorem de medio ſuſtulerit, ab eo totum gregem diſſipari.* *Seneca* libro priore de clementia cap. III. *Somnum ejus nocturnis excubiis muniunt: latera objecti circumfuſique defendunt: incurrentibus periculis ſe opponunt. Non hic eſt ſine ratione populis urbibuſque conſenſus ſic protegendi amandique reges, & ſe ſuaque jactandi, quocumque deſideraverit imperantis ſalus. Nec hæc vilitas ſui eſt aut dementia, pro uno capite tot millia excipere ferrum, ac multis mortibus unam animam redimere, nonnunquam ſenis & invalidi. Quemadmodum totum corpus animo deſervit* (quod ipſum late ibi exſequitur) *ſic hæc immenſa multitudo unius animæ circumdata illius ſpiritu regitur, illius ratione flectitur, preſſura ſe ac fractura viribus ſuis, niſi conſilio ſuſtineretur. Suam itaque incolumitatem amant, &c.* Adde quæ infra, lib. II. cap. 1. §. IX.

c *Artabanus Perſa*] Apud *Plutarchum* Themiſtocle. (*Pag.* 125. C.)

(II) Dictum *Chriſti* unicè pertinet ad Apoſtolos, ut patet ex ſequentibus. Auctor ipſe ſe refellit, quando in Adnotationibus ad hunc locum *Matth.* x, 23. verba illa ſolis Apoſtolis adcommodat, & inde fatetur non poſſe argumentum duci, ad definiendam quæſtionem, An ſponte fugere liceat, periculi tantum vitandi cauſſâ? *J. B.*

### GRONOVII.

76 *Illa quæſtio &c.*] Auctor quæſtionem, an liceat Chriſtianis pro religione adverſus ſuperiores in ultimo diſcrimine bellare, ita tractat ut negantem partem probare, atque ita tot heroum, quorum armis a Deo proſperatis libertatem conſcientiæ in Belgio, Germania, Gallia debemus, cauſam damnare videatur.

Cui ſententiæ ſubſcribere non poſſumus, nec quæ pro ea proferuntur, tanti putamus, ut iis nos induci patiamur.

Crucem

Digitized by Google

Crucem ſubire ſuos bis juſſit Chriſtus, prius Matth. 10, 38. Quod tempus *Marcus* quoque 8, 24. & *Lucas* 9, 23. reſpiciunt. Iterum Matth. 16, 24. quod *Lucas* 14, 24. id nihil aliud eſt, quam divinas caſtigationes patienter & ſine murmure cumque confeſſione peccatorum & horrore juſtiſſimæ Dei adverſus peccata iræ excipere. Et tam dictum eſt ſuperiorum ſupremis regibusque regum, quam humillimo & deſpicatiſſimo mortalium. Quemadmodum igitur hoc non impedit, quominus reges & magiſtratus reſiſtant malitiæ privatorum & hoſtium, atque illos ſupplicio afficiant, hos bello proſequantur: ita neque impedit privatos, quominus illi ultimæ ſævitiæ malorum principum & magiſtratuum repugnent.

Ob religionem autem ſi omnino in ſuperiores arma ſumere non licet, neque licebit ipſis ſuperioribus arma ſumere adverſus alios pariter ſuperiores ob religionis diverſitatem bellum moventes. Præbeamus igitur, ſi Diis placet, nos impune lacerandos & ſubjugandos Turcis Mahometiſmum imperantibus. Et condemnemus Conſtantinum, quod defendendi a perſecutione Chriſtianiſmi gratia arma ſumſit in affinem ſuum & collegam Imperatorem Licinium: quo nomine tota Eccleſia eum ſemper laudavit & obnoxiam ſe illi profeſſa eſt. Nec poteſt hic dari ratio, quare magis liceat ſuperioribus in ſubjectos per religionis cauſam ſævire, quam per aliam quamcumque impotentiam. Immo per illam minus licet, quia ſolus Deus καρδιογνώστης eſt & imperium in conſcientias habet. Porro qui religionem petit ſævitia, idem petit bona, petit vitam, petit conjugem & liberos. Si ergo licet in graviſſimo & certiſſimo diſcrimine reſiſtere ſuperioribus ob bona, conjugem, liberos, vitam defendendam, (uti conceſſit auctor) quoniam eædem cauſæ cum cauſa religionis ſunt perpetuo conjunctæ, etiam in ultimo & certiſſimo diſcrimine ob religionem, ſi non per religionem, certe per illas alteras cauſas reſiſtere licet ſuperiori intolerabili ſævitia prætextu religionis bona & vitam involanti.

Chriſti & Apoſtolorum & primorum Chriſtianorum exempla nihil juvant, quia illa verſantur in eccleſia conſtituenda, nos in eccleſia conſtituta. Illam quum ſinguli & humillimi homines (ita Deo placitum) in eam colligerentur, non oportet infamem fuiſſe rebellionibus: nunc poſtquam illud crimen eccleſia effugit diu patiendo, non oportet eam beneficium Dei incomparabile, præſertim ſi vires ad illud tutandum dedit, per ignaviam amittere.

Quod Chriſtus per humilitatem, per patientiam ſe ac ſuos ad tempus præbendo tanquam oves ad lanienam, vicit poteſtates mundi ac tenebrarum, miraculum eſt non minus quam linguarum donum, quam ſanandi infirmos, excitandi mortuos, liberandi energumenos, & alia ſupra humanum modum. Ut ergo nunc in docenda diſcendaque religione Chriſtiana non exſpectandum, donec eadem miracula Deus nobis repræſentet, ſed ordinariis ſtudiorum viis & conſueta diſciplina utendum eſt: ita nec in defendenda veritate agnita & libertate conſcientiæ manibus inſinuatis ſedendum illis, quibus Deus non modo pro focis, ſed etiam pro aris vires & opes dedit, nec operienda miracula quæ Deus ſic quoque dat, ſed illis, qui viis & inſtrumentis & labore curaque cuivis rei propria utuntur. Hebræos ſub Pharaone cædes & contumelias & injuſta opera cum ſervilibus verberibus tolerare voluit Deus uſque in adventum Moſis. Noluit eoſdem pugna Ægyptium vincere: Rubrum mare mandata ſua peragere & ultionem exſequi juſſit: ad idem eductis in terram promiſſam per arma adverſus religionis oppreſſores adfuit. Neque hoc infirmat martyria. Immo genus eſt martyrii in ſancto & ſolo propoſito defendendi lucem euangelii conceſſam occumbere quamvis armatum. Quod ſi quando ab inermibus & mera patientia martyrium excipi vult, id non magis moratur alios, quin ſe, ut poſſunt, a vi tueantur, quam quod quoſdam naufragio, peſtilentia, alios morbo evocat, id non prohibet alios, quominus medicinis & omni probata via ad ſalutem graſſentur: quod quoſdam ſub iniquo judice probos & innocentes ſinit opprimi, id nihil vetat, ne alii ſuam in-



Digitized by Google

nocentiam judicio defendant. Neque vero non intereſt privatus paucive an populus ob religionem infeſtetur: nam illi ſuo fato occidunt, populus etiam poſteritatis.

Præterea ſi Chriſti exemplum & injuriarum patientia non tollit jus belli gerendi omne in univerſum adverſus quoſvis aggreſſores, ne quidem tollit jus belli gerendi adverſus ſuperiores in ultimo diſcrimine ob religionem. Ratio eſt, quia Chriſtus non tantum injurias a ſuperioribus pertulit, ſed etiam a viliſſima fæce Judæorum, neque tantum ob religionem, ſed etiam ob illorum invidiam & malitiam. Deinde non dicit: *Si ſuperior ob religionem tibi alapam in altera maxilla duxerit:* non dicit: *Qui tollet gladium adverſus ſuperiores religionis cauſa*, ſed ſimpliciter & ſine exceptione: *Si quis duxerit: Qui tollet*. Quæ ergo reſponſio eſt ad hæc loca, pro ſarto tecto ſervando jure belli cujuſcumque, eadem eſt & pro ſervando jure belli in ſuperiores, & intolerandam ſævitiam religionis ergo.

Chriſtus fugam concedit, inquit: agnoſco: ultra fugam nihil: hoc hic lego; apud Euangeliſtam neminem. II. Si præciſe nihil extra fugam, ne quidem ut pecunia redimant libertatem religionis & conſcientiæ, itaque rem illicitam fecere tot ſæculis faciuntque hodie miſeri Græci & aliæ nationes Chriſtianæ ſub Turcico imperio, qui tributo perſecutionem evadunt. Quod ſi hoc durum eſt adfirmare, fatendum eſt, illud temere pronuntiatum eſſe. III. Quin imo, quia fugam concedit, non requirit meram & ſolam patientiam: ſed per ſynecdochen ſpeciei concedit honeſtas rationes ſubterfugiendi & hoc genus tyrannidis, quamdiu non planum ac liquidum eſt, placuiſſe Deo, ut morte noſtra teſtimonium veritati demus. IV. Quia fugam conceſſit, oſtendit certe ſuum exemplum non vocare nos ad omnes omnino eventus patientiæ, quam ipſe præſtitit: noluit enim fugere. V. Fugam conceſſit illis, quibus nihil patebat præter fugam: quales erant primi ejus diſcipuli virium inopes. His igitur fugam concedendo non vetuit alios ſuo bono uti.

Quanto melius facerent tyrannidis patroni, ſi Chriſti exemplum proponerent perſecutoribus & imperantibus religionem! noluit ille vi in formanda & propaganda eccleſia uti, noluit ignes & gladios adhibere, cum facile potuiſſet. Itaque exemplum Chriſti magis obligat principes ad non ſæviendum ob religionem, quam ſubjectos ad imitandum ejus patientiam omnem, quæ magna parte miraculoſa eſt.

Locus Petri tot verſibus ſolatia continet illis, quorum conſtantia & martyrio Deum velle amplificare gloriam ſuam certo conſtat, quia illis ſubducit omnem externam opem defendendæ vitæ, & eoſdem ad hanc ipſam patientiam præſenti numine & S. Spiritus extraordinaria ope confirmat. Sunt autem viæ, quibus utitur Deus ad amplificandam gloriam ſuam, multæ. Nec ſcriptura, cum unam earum laudat, alias tollit. Idem Deus, qui modo monſtrat, quid poſſit in infirmis, magnum illis animum adverſus calamitates & ſupplicia præſtando, modo monſtrat, quid poſſit in fortibus victoriam illis per arma juſta largiendo.

Ad exemplum illud primorum Chriſtianorum tam ſpecioſe propoſitum reſpondet *Miltonus*, eos non potuiſſe, quicquid imputent: ubi potuerint, feciſſe: denique qui non fecerint, non obligare nos ad imitandum. Et certe non potuerunt: Homines humiles, tenues, viles, ignobile vulgus, pauci etiam, cum multa millia eſſent, ſi cum cæteris comparentur, diſperſi & disjecti, ſine corpore & concilio, clandeſtinis eoque non numeroſis cœtibus coëuntes, imbelles & inermes, nullo capite præter ſacerdotes ex eadem vilitate lectos: ad hæc nihil aliud cogitantes, quam pœnitentiam priſtinæ vitæ, ſpem metumque futuræ, exſpectantes quiſque ſe viſurum noviſſimum diem, eaque de cauſa deſerentes negotia, abhorrentes a conjugiis, a gerenda republica, a militia, abjicientes pecuniam, & rem familiarem, denique nihili facientes, quorum cauſa tyrannos odimus, & defenſionem noſtri paramus: interdum improvide ac ſimpliciter, quæ Chriſtus non ſimpliciter contemni juſſerat, ſed comparate, ſi haberi non poſſent ſalva conſcientia, & ſi ea Deus repoſceret.

Itaque

9. Quare Chriſtianis veteribus, qui recentes ab apoſtolorum & apoſtolicorum virorum diſciplina eorum præſcripta & intelligebant melius & perfectius implebant, ſummam injuriam fieri puto ab iis, qui quo minus ipſi ſe defenderent in certiſſimo mortis periculo, vires putant illis, non animum defuiſſe. Imprudens certe & impudens fuiſſet Tertullianus, ſi apud Imperatores, qui ejus rei ignari eſſe non poterant, ita confidenter auſus eſſet mentiri: *Si enim hoſtes & apertos, non tantum vindices occultos agere vellemus, deeſſet nobis* 77 *vis numerorum & copiarum? Plures nimirum Mauri & Marcomanni, ipſique Parthi, vel quantacunque unius tamen loci & ſuorum finium gentes, quam totius orbis? Externi ſumus, & veſtra omnia implevimus, urbes, inſulas, caſtella, municipia,* 78 *conciliabula, caſtra ipſa, tribus,* 79 *decurias,* 80 *palatium, ſenatum, forum: ſola vobis reliquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuiſſemus,* 81 *etiam copiis impares, qui tam libenter trucidamur, ſi non* 82 *apud iſtam diſciplinam magis occidi liceret quam occidere?* Sequitur hic quoque 83 magiſtrum ſuum Cyprianus, & aperte prædicat: *Inde eſt, quod nemo noſtrum, quando apprehenditur, reluctatur: nec ſe adverſus injuſtam violentiam veſtram,* 84 *quamvis nimius & copioſus noſter ſit populus, ulciſcitur. Patientes facit* 85 *de ſecutura ultione ſecuritas.* d *Innocentes nocentibus cedunt.* Et Lactantius: *Confidimus enim majeſtati ejus, qui tam contemtum ſui poſſit ulciſci quam ſervorum ſuorum* 86 *labores & injurias. Et ideo cum tam nefanda perpetimur, ne verbo quidem reluctamur: ſed Deo remittimus ultionem.* Nec aliud ſpectavit Auguſtinus, cum dicit: *Nihil juſtius præcipue cogitet*

*Apologet. c. 37.*

*Ad Demetrianum.*

*Inſt. Div. Lib. V. c. 20.*

*Lib. 6. Qu. 10. in Joſ.*

Itaque non modo vires illis, ſed & animum reſiſtendi defuiſſe, facile concedo. Nec poterant, nec ſi potuiſſent, volebant, non tam quia illicitum putabant, quam ob nimiam martyrii ambitionem. Sed aliter egerunt, poſtquam Imperatores facti ſunt Chriſtiani, & ipſi quoque publica munera adminiſtrando potentiam nacti ſunt.

GROTII.

d *Innocentes nocentibus cedunt*] Hæc ſunt in ſcripto ad Demetrianum. Ejuſdem hæc libri primi epiſtola 1. *Intellexit* (adverſarius) *Chriſti milites vigilare, jam ſobrios & armatos ad prælium ſtare, vinci non poſſe, mori poſſe; & hoc ipſo invictos eſſe, quia nec mori timent, nec repugnare contra impugnantes, cum occidere innocentibus nec nocentem liceat, ſed prompte & animas, & ſanguinem tradere.*

GRONOVII.

77 *Vis numerorum*] Cohortium *Tacitus* 1. hiſtor. 6. Agric. 18. & 32.

78 *Conciliabula*] Supra cap. 2. num. 10.

79 *Decurias*] Judicum & equeſtrem ordinem.

80 *Palatium*] Domum auguſtam.

81 *Etiam copiis*] Apparatu & inſtrumento belli.

82 *Apud iſtam diſciplinam*] Hanc ſectam Chriſtianorum. *Terent.* Eun. 2, 2. 32.

83 *Magiſtrum ſuum*] *Hieronymus* refert notarium B. Cypriani dicere ſolitum, nunquam Cyprianum abſque Tertulliani lectione unum diem peregiſſe, ac ſibi crebro dixiſſe: *Da magiſtrum.*

84 *Quamvis nimius*] Numeroſus, multus admodum.

85 *De ſecutura*] Quia exploratum habemus injuriarum, quæ nobis fiunt, Deum vindicem fore.

86 *Labores*] Ærumnas, agonas, ut Herculis XII. labores dicuntur.

*cogitet in his rebus, niſi ut bellum ſuſcipiat, cui bellare fas eſt: non enim fas eſt omnibus.* Ejuſdem eſt illud: *Quoties Imperatores* 87 *in errore ſunt, leges ad tuendum errorem contra veritatem condunt, per quas juſti examinantur & coronantur.* Idem alibi: *Ita a plebibus principes & a ſervis domini ferendi ſunt, ut ſub exercitatione tolerantiæ ſuſtineantur temporalia, & ſperentur æterna.* Quod veterum Chriſtianorum exemplo alibi ſic explicat: *Neque tunc civitas Chriſti, quamvis adhuc peregrinaretur in terris, & haberet tam magnorum agmina populorum adverſus impios perſecutores, pro temporali ſalute pugnavit, ſed potius, ut obtineret æternam, non repugnavit. Ligabantur, includebantur, cædebantur, torquebantur, urebantur, laniabantur, trucidabantur, & multiplicabantur.* 88 *Non erat eis pro ſalute pugnare,* 89 *niſi* 90 *ſalutem* 91 *pro ſalute contemnere.*

*Epiſt. CLXVI.*

*De civit. Dei lib. XXII. c. 6.*

10. Nec minus egregia ſunt, quæ in eandem ſententiam habet Cyrillus in locum Johannis de gladio Petri. Thebæa legio, (mm) ut acta nos docent, militibus conſtabat ſexies mille ſexcentis ſexaginta ſex Chriſtianis omnibus: Qui, cum Maximianus Cæſar apud 92 Octodurum exercitum compelleret ſacra Diis falſis facere, primum 93 Agaunum iter arripuerunt: & cum eò miſiſſet Imperator, qui eos ad ſacrificandum venire juberet, ipſique ſe id facturos negaſſent, 94 Maximianus decimum quemque juſſit interfici per apparitores, qui nemine repugnante facile imperium ſunt executi.

11. e Mauritius ejus legionis 95 primicerius, a quo Agaunum vicus

GROTII.

e *Mauritius*] De hujus martyris honoribus apud Helvetios vide Guillemannum. In veteri ſcripto de tranſlatione ſancti Juſtini in novam Corbejam: *Unde juxta fidem Chronicorum ſub atrociſſima & incomparabili illa decima poſt Neronem perſecutione paſſum eum colligimus: quæ & prioribus perſecutionibus immanior, dum venerabilem multitudinem martyrum cœlis mitteret, inter quos etiam præcipuum ſancti Mauritii collegium, & innocentiæ ſpeculum.* De Thebæis martyribus Brunſvicum tranſlatis vide *Crantzium* Saxonicorum VII, 16.

GRONOVII.

87 *In errore ſunt*] Ἑλληνισμῷ· idolorum cultui dediti ſunt.

88 *Non erat eis*] Non ducebant operæ pretium, non faciebant tanti vitam & bona ſua, ut eorum ergo arma ſumerent ac reſiſterent, ſed ſpe ac deſiderio ſalutis æternæ hanc fragilem vitam contemnebant. De illo, *Non erat*, vide 4. Obſerv. 81. p. 115.

89 *Niſi*] Ἀντὶ τοῦ ſed.

90 *Salutem*] Hujus vitæ.

91 *Pro ſalute*] Æterna.

92 *Octodurum*] Veragrorum vicum appellat *Cæſar* 2. bell. Gall. 1. *Martenach.* hodie.

93 *Agaunum*] *Saint Maurice*, duodecim millibus p. ab Octoduro.

94 *Maximianus*] Collega Diocletiani A. Æ. C. 297.

95 *Primicerius*] Quia ſingula officia Palatina complures habebant perſonas, *primicerii*, *primiſcrinii*, *proximi* & *primates*, & *capita* (nam & ſic vocabant) *officii* cujuſque dicebantur, quod primum locum obtinerent, primique in laterculo vel tabella incerata, cui numerus officii eſſet inciſus, notarentur. Alii *tribunum* vocant.

(mm) At verò mera eſt fabula, quæcumque de illâ Thebæa Legione dicuntur. Hiſtoria ipſa per ſe habet plurima indicia falſi: & libellus, in quo

Digitized by Google

vicus Mauritii dictus eſt poſtea, narrante Eucherio Epiſcopo Lugdunenſi, eo tempore commilitones ſic allocutus legitur: *Quam timui, ne quiſquam, quod armatis facile eſt, ſpecie defenſionis,* 96 *beatiſſimis funeribus manus obviam afferre tentaret! jam mihi* 97 *ad hujus rei interdictum Chriſti noſtri* 98 *parabatur exemplum, qui exemtum vagina apoſtoli gladium propriæ vocis juſſione recondidit: docens, majorem armis omnibus Chriſtianæ confidentiæ eſſe virtutem,* 99 *ne quiſquam mortali operi mortalibus dexteris obſiſteret, quin imo cœpti operis fidem perenni religione compleret.* Cum hoc ſupplicio peracto Imperator ſuperſtitibus eadem quæ ante præciperet, ſic omnes reſpondent: *Milites quidem, Cæſar, tui ſumus, & ad defenſionem reipublicæ Romanæ arma ſuſcepimus: nec unquam aut deſertores bellorum aut proditores militiæ fuimus, aut* 1 *ignavæ formidinis meruimus ſubire flagitium. Tuis etiam obtemperaremus præceptis, niſi inſtituti legibus Chriſtianis, dæmonum cultus & aras ſemper* 2 *pollutas ſanguine vitaremus. Comperimus præcepiſſe te, ut aut ſacrilegiis pollueres Chriſtianos, aut* 3 *de denis interfectis nos velles terrere. Non inquiras longius latitantes: Nos omnes Chriſtianos eſſe cognoſce: habebis poteſtati tuæ ſubdita omnium corpora: auctorem vero ſuum reſpicientes Chriſtum animas* 4 *non tenebis.*

12. Tum Exuperius legionis ſignifer ſic eam allocutus ibidem narratur: *Tenere me, commilitones optimi, ſæcularium quidem bellorum ſigna perſpicitis; ſed non ad hæc arma provoco, non ad hæc bella animos veſtros virtutemque compello. Aliud vobis genus eligendum eſt præliorum. Non per hos gladios poteſtis ad regna cœleſtia properare.* Deinde Imperatori hæc nuntiari jubet: *Non nos adverſum te, Imperator, armavit ipſa, quæ fortiſſima eſt in periculis, deſperatio.* f *Tenemus*

quo narratur, hoc titulo, *Paſſio Agaunenſium Martyrum*, non eſt EUCHERII, Lugdunenſis Epiſcopi, cui tribuitur, ut vel ex eo patet, quòd *Sigiſmundi, Burgundiæ* Regis, Auctor meminerit; qui Rex tamen ſat diu poſt mortem *Eucherii* regnavit. Hæc demonſtravit Clar. JOANNES DUBOURDIEU, Diſſertatione ſingulari, Anglicè primùm edita, ann. 1696. poſtea Gallicè, ut erat nata, *Amſtel.* 1705. *J. B.*

**GRONOVII.**

96 *Beatiſſimis*] Feliciſſimum & glorioſiſſimum mortis genus, martyrium interpellare vi atque impedire.

97 *Ad hujus rei*] Ut probarem hujuſmodi defenſionem illicitam eſſe.

98 *Parabatur exemplum*] Ovid. 9. Met. 507. *cur hæc exempla paravi?* Tacitus 15. ann. 13. *Si vis ingrueret, proviſis exemplis Caudinæ & Numantinæ cladis.*

99 *Ne quiſquam mortali*] Leg. *immortali.*

1 *Ignavæ formidinis*] Per metum quidquam fecimus fortibus & fidelibus militibus indignum. *Ignavus*, ut *ignavia*, *Sueton.* Tib. 66. Cal. 45. *Flagitium*, ut *Juſtinus* 22, 8.

2 *Pollutas ſanguine*] Quæ non tam victimarum quam Chriſtianorum cruore coluntur & inficiuntur.

3 *De denis*] Exemplo decimatorum.

4 *Non tenebis*] Coges manere in corpore aut mortem refugere, ut idolis ſerviant.

**GROTII.**

f *Tenemus ecce arma & non reſiſtimus*] Similia ſunt illa Judæorum Alexandrinorum ad Flaccum [Immo ad Petronium, De Legat. ad Cajum, p. 1025.] ἄοπλοί ἐσμεν, ὡς ὁρᾷς· παραγγελόμενοι δὲ αἰτιῶνται

*nemus ecce arma & non reſiſtimus, quia mori magis quam vincere volumus, & innocentes interire, quam noxii vivere praoptamus.* Et poſtea: *Tela projicimus: exarmatas quidem dexteras ſatelles tuus, ſed armatum fide catholica pectus inveniet.*

13. Sequitur poſt hæc laniena in non repugnantes, in cujus narratione hæc ſunt Eucherii verba: 5 *Ne juſti punirentur, multitudo non obtinuit, cum inultum* (male editur *multorum*) *eſſe ſoleat, quod multitudo delinquit.* In veteri martyrologio res eadem ſic narratur: *Cadebantur itaque paſſim gladiis non reclamantes, ſed & depoſitis armis cervices perſecutoribus, vel intectum corpus offerentes, non vel ipſa ſuorum multitudine, non armorum motione elati ſunt, ut ferro conarentur aſſerere juſtitiæ cauſam, ſed hoc ſolum reminiſcentes, ſe illum confiteri, qui nec reclamando ad occiſionem ductus eſt, & tanquam agnus non aperuit os ſuum, ipſi quoque tanquam grex Dominicarum ovium laniari ſe tanquam ab irruentibus lupis paſſi ſunt.*

14. g Valens impie & crudeliter ſæviit in eos, qui ſecundum ſacras literas & Patrum traditionem 6 τὸ ὁμοούσιον profitebantur, quorum quamvis maxima multitudo nunquam ſe armis tutata eſt.

1 Petr. II, 21. Matth. X, 39. Luc. XVII, 33.

15. Certe ubi patientia nobis præſcribitur, ſæpe adduci videmus, & a Thebæis militibus adductum jam audivimus Chriſti exemplum, ut nobis imitandum, cujus patientia ad mortem ſe extendit. Ac qui ita animam perdit, is vere eam acquiſiviſſe a Chriſto pronuntiatur. Diximus ſummum imperium tenentibus reſiſti jure non poſſe. Nunc quædam ſunt quæ lectorem monere debemus, ne putet in hanc legem delinquere eos, qui revera non delinquunt.

VIII. Primum ergo, qui principes ſub populo ſunt, ſive ab initio talem acceperunt poteſtatem, ſive poſtea ita convenit, h ut Lacedæmone, ſi peccent in leges ac rempublicam, non tantum vi

αἰτιῶνταί τινες ὡς πολεμίους. ἃ δὲ ἡ φύσις ἑκάστῳ προσένειμεν ἀμυντήρια μέρη χεῖρας, ἀπεστρόφαμεν, ἔνθα μηδὲν ἐργάσασθαι δύνανται, παρέχοντες αὐτῶν τὰ σώματα πρὸς εὐκόπως τοῖς θέλουσιν ἀποκτεῖναι βουλάς. & quæ ſequuntur. *Inermes ſumus, ut vides, & tamen ſunt qui nos tanquam hoſtes publicos hic criminantur. Etiam eas, quas ad noſtri tutelam partes dedit natura, retro vertimus, ubi nihil habent quod agant: corpora præbemus nuda ac patientia ad impetum eorum, qui nos volent occidere.*

g *Valens*] Vide excerpta ex Johanne Antiocheno, ex manuſcripto libro viri æterna memoria digniſſimi *Nicolai Peireſcii.*

GRONOVII.

5 *Ne juſti punirentur, multitudo*] Seneca 2, de ira 10. *In ſingulos ſeveritas Imperatoris deſtringitur: at neceſſaria venia eſt, ubi totus deſeruit exercitus. Quid tollit iram ſapientis? multitudo peccantium.*

6 Τὸ ὁμοούσιον] Qui eſſent orthodoxi, non Ariani. Fides apud Nicæam: Dominum Jeſum Chriſtum filium Dei unigenitum, natum de patre, hoc eſt, de ſubſtantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, natum, non factum, unius ſubſtantiæ cum patre, quod Græci dicunt ὁμοούσιον. Fragm. *B. Hilarii* è bibl. *Pithæi* a *Nic. Fabro* editum pag. 31.

GROTII.

h *Ut Lacedæmone*] *Plutarchus* Lyſandro: (*Pag.* 450.) οἱ Σπαρτιᾶται τῷ

βασιλεῖ

Digitized by Google

vi repelli poſſunt, ſed, ſi opus ſit, puniri morte: quod 7 Pauſaniæ regi Lacedæmoniorum contigit. Atque hujus generis cum fuerint vetuſtiſſima per Italiam regna, mirum non eſt, ſi poſt narrata crudeliſſima Mezentii facinora ſubjungat Virgilius: (*Aen.* VIII, 495.)

*Ergo omnis* i 8 *furiis ſurrexit Etruria juſtis:*
*Regem ad ſupplicium præſenti morte repoſcunt.*

IX. Secundo, ſi rex, aut alius quis 9 imperium abdicavit, aut manifeſte habet 10 pro derelicto, in eum poſt id tempus omnia licent, quæ in privatum. Sed minime pro derelicto habere rem cenſendus eſt, qui eam tractat negligentius.

X. Tertio, exiſtimat Barclajus, ſi rex regnum alienet, aut alii *Lib.* IV, *c.* ſubjiciat, amitti ab eo regnum. Ego hic ſubſiſto. Nam talis actus, 16. ſi regnum 11 electione aut ſucceſſoria lege deferatur, 12 nullus eſt: quæ autem nulla ſunt, nullum habent juris effectum. Unde & de uſufructuario, cui regem talem ſimilem diximus, verior mihi videtur juriſconſultorum ſententia, ſi extraneo * jus ſuum cedat, (nn) nihil eum agere. Et quod † dicitur ad dominum proprietatis reverti uſumfructum, intelligendum legitimo tempore. Si tamen rex reipſa etiam tradere regnum aut ſubjicere moliatur, quin ei reſiſti in hoc poſſit, non dubito. Aliud eſt enim, 15 ut diximus,

* *Inſt. de uſufr.* §. 3. *finitur.*
† *L. Si uſufructus,* 66. *D. de jure dotium.*

βασιλεῖ δίκην προσέγραψαν θανατικήν, ἣν οὐχ' ὑποστὰς ἐκεῖνος εἰς Τεγέαν ἔφυγε. *Spartiatæ regem ad capitis judicium vocarant, quod ille declinans fugit Tegeam.* Idem Sulla: (*Pag.* 476.) αὐτοί γέ τοι Σπαρτιᾶται βασιλεύοντας ἐνίους ἀφείλοντο τὴν ἀρχήν, ὡς οὐ βασιλικοὺς, ἀλλὰ φαύλους καὶ τὸ μηδὲν ὄντας: *quibuſdam regibus Spartiatæ regnum ademerunt ut ineptis regno, quippe abjectis nihilique hominibus.* De Agide injuſte, ſed damnato tamen, vide eundem *Plutarchum.* *Moſſyni* regem inedia puniebant. *Mela* lib. I. (cap. 19.)

i *Furiis ſurrexit Etruria juſtis*] Et aruſpex Etruſcus in Mezentium inſurgentibus: (*Ibid.* vers. 500.)

——— *Quos juſtus in hoſtem*
*Fert dolor.* ———

GRONOVII.

7 *Pauſania*] Non fuit rex, ſed regis Pliſtarchi Leonida geniti tutor & patruelis. *Agidi*, potuiſſet dicere, de quo *Plutarchus.* In exilium ejecti Demaratus, *Juſtin.* 2, 10. Pauſanias alius, *Juſtin.* 6, 4.

8 *Furiis juſtis*] Rebellione excuſanda.

9 *Imperium abdicavit*] Ex hoc capite accuſatus Dionyſius minor apud *Juſtin.* 21, 5. & apud *Quintilianum* decl. 267. *Flens ad arcem depoſitor tyrannidis.*

10 *Pro derelicto*] Ut Henricus III. regnum Poloniæ, cum audita morte fratris Caroli IX. clam Cracovia ſe ſubduxiſſet a. C. 1574. Itaque Poloni ſequenti anno alium regem crearunt. *Thuan.* 58. & 61.

11 *Electione aut*] Ubi legibus moribuſve modus ſuccedendi, vel per electionem, vel per nativitatem definitus & introductus eſt.

12 *Nullus eſt*] Perinde habetur & rem relinquit integram, ac ſi non interceſſiſſet.

13 *Inſtit. de uſufr.* §. *finitur*] 3.

14 *L. Si uſufructus*] 66.

15 *Ut diximus*] Cap. præcedent. n. 11.

(nn) Benè quidem Jure novo, quo traditio ad alienationem ſufficiebat; ſed non Jure veteri, quo *Ceſſio in jure*, extraneo facta, omnino uſumfructum tollebat. Vide Celeberrimi NOODTII eximium tractatum *De Uſufructu*, Lib. II. Cap. X. *J. B.*



Digitized by Google

diximus, imperium; aliud habendi modus, qui ne mutetur, obſtare poteſt populus: id enim ſub imperio comprehenſum non eſt. quo non male aptes illud Senecæ in re non diſſimili: * *Et ſi parendum in omnibus patri, in eo non parendum quo efficitur, ne pater ſit.*

* *Lib.* III, *Controv.* 9.

XI. Quarto, ait idem Barclajus amitti regnum, k ſi rex vere hoſtili animo in totius populi exitium feratur. quod concedo: conſiſtere enim ſimul non poſſunt voluntas imperandi & voluntas perdendi. quare qui ſe 16 hoſtem populi totius profitetur, is eo ipſo abdicat regnum. ſed vix videtur id accidere poſſe in rege mentis compote, qui uni populo imperet. Quod ſi pluribus populis imperet, accidere poteſt, ut unius populi in gratiam alterum velit perditum, ut colonias ibi faciat.

XII. Quinto, 17 ſi regnum committatur, ſive ex felonia in eum, cujus feudum eſt, ſive ex clauſula poſita in ipſa delatione imperii, ut, l ſi hoc aut hoc rex faciat, ſubditi omni obedientiæ vinculo ſolvantur, tunc quoque rex in privatam perſonam recidit.

XIII. Sexto, ſi rex 18 partem habeat ſummi imperii, m partem alteram populus aut ſenatus, regi in partem non ſuam involanti vis juſta opponi poterit, quia eatenus imperium non habet. Quod locum habere cenſeo, 19 etiamſi dictum ſit, belli poteſtatem penes regem fore. id enim de bello externo intelligendum eſt: cum alioqui quiſquis imperii ſummi partem habeat, non poſſit non jus habere eam partem tuendi. quod ubi fit, poteſt rex etiam ſuam imperii partem belli jure amittere.

XIV. Septimo, ſi in delatione imperii dictum ſit, n ut certo eventu

GROTII.

k *Si rex vere hoſtili animo in totius populi exitium feratur*] Pari de cauſa tribunus plebis qui ſit, ipſo jure deſinere eſſe talem, ingenioſe defendit Gracchus, cujus verba digna lectu apud *Plutarchum*: (pag. 831. 832.) *Johannes Major* in librum IV. Sententiarum dicit, non poſſe populum a ſe abdicare poteſtatem deſtituendi Principis in caſu, quo ad deſtructionem vergeret: quod commode explica ex his, quæ hoc loco dicuntur.

l *Si hoc aut hoc rex faciat*] Vide de regno Arragoniæ *Marianam* libro VIII.

m *Partem alteram populus aut ſenatus*] Exemplum habes in Genuate republica apud *Bezarum* libro XVIII. in Bohemia tempore Wenceſlai hiſtoriæ libro X. Adde *Azorium* inſtitutionum moralium libro X. cap. 8. & *Lambertum Scafnaburgenſem* de Henrico IV.

GRONOVII.

16 *Hoſtem populi totius*] Ut Caligula, qui optabat populum Romanum habere unam cervicem. *Sueton.* 30.

17 *Si regnum committatur*] Incidat in cauſam commiſſi, ut poſſit revocari a majore domino, qui poſſeſſori donaverat, vel exiſtat caſus, quo contingente aſſenſus eſt rex ſe regno ceſſurum. Cap. præced. n. 16.

18 *Partem habeat*] Ubi diviſum eſt imperium in partes potentiales. I. 3, 17.

19 *Etiamſi dictum ſit*] Hic excuſantur Barneveldio inter crimina objecti *Waardgelders*. *Grot.* Apol. c. 10.

GROTII.

n *Ut certo eventu reſiſti regi poſſit*] Exempla vide apud *Thuanum* hiſtoriarum CXXXI. in narratione anni CIↃ IↃC IV. & libro CXXXIII. in anno CIↃ IↃC V. utrumque de Hungaria: apud

Digitized by Google

eventu reſiſti regi poſſit, etiamſi eo pacto pars imperii retenta cenſeri non poſſit, certe retenta eſt aliqua libertas naturalis, & exemta regio imperio. Poteſt autem 20 qui jus ſuum alienat, id jus pactis imminuere.

XV. 1. Vidimus de eo, qui jus imperandi habet aut habuit. Reſtat ut de invaſore imperii videamus, non 21 poſtquam longa poſſeſſione aut pacto jus nactus eſt, ſed quamdiu durat injuſte poſſidendi cauſa. Et quidem dum poſſidet, actus imperii quos exercet, vim habere poſſunt obligandi, non ex ipſius jure 22 quod nullum eſt, ſed ex eo quod omnino probabile ſit eum 23 qui jus imperandi habet, ſive is eſt populus ipſe, ſive rex, ſive ſenatus 24 id malle, interim rata eſſe quæ imperat, quam legibus judiciiſque ſublatis ſummam induci confuſionem. Improbat 25 Cicero Syllanas leges, ut crudeles in proſcriptorum liberos, ne honores petere poſſent. Servandas tamen cenſuit, affirmans (ut nos docet Quintilianus *) ita 26 his legibus contineri ſtatum civitatis, ut his ſolutis ipſa ſtare non poſſet. Florus de ejuſdem Sullæ actis: † *Lepidus acta tanti viri reſcindere parabat, nec immerito, ſi tamen poſſet ſine magna clade reipublica.* Et mox: *Expediebat agra quaſi ſauciaque reipublica requieſcere quomodocumque, ne vulnera curatione ipſa reſcinderentur.*

*Vict. de poteſt. civ. n. 23. Suarez de legib. lib. III. c. 10. n. 9. Leſſ. de juſt. & jur. l. II. c. 29. dub. 5. n. 73.*

* *Lib. II. cap. 1.*

† *Lib. III. cap. 23.*

2. In his tamen quæ ita neceſſaria non ſunt, & pertinent ad raptorem in iniqua poſſeſſione firmandum, ſi ſine gravi periculo poteſt non pareri, parendum non eſt. Sed an talem raptorem imperii vi dejicere, aut denique occidere liceat, quæritur.

XVI. 1. Ac

apud *Mejerum* narratione anni cIↃcccxxxix. in Brabantia & Flandria. narratione anni cIↃccccLXVIII. in fœdere inter regem Galliæ & Carolum Burgundum. Adde de Polonia, quæ habet *Chytræus* Saxonicorum xxiv. & de Hungaria *Bonfinius* Decadis IV. libro IX.

G R O N O V I I.

20 *Qui jus ſuum alienat*] Ut populus regi.

21 *Poſtquam longa*] Tempore ac pactis inter ipſum & ſubjectos cum jurejurando intercedentibus ſpeciem jure imperantis ſibi circumdedit, ſed dum metu ſolo parentium ſe ſuſtinet, atque obnoxios premit.

22 *Quod nullum eſt*] *Livius* 3, 39. de decemviris: *privatiſque ſi vis abeſſet.* Cap. 41. *imaginarios faſces.*

23 *Qui jus imperandi habet*] Et eo in præſens ſpoliatus eſt.

24 *Id malle*] Tam favere ac benevolum eſſe reipublicæ, adeoque ſtudere tranquillitati ſtatus amiſſi, ut malit in eo vel latroni obſequium præſtari, dum privati ſuum quiſque teneant, quam ἀναρχίαν eſſe, vimque & injuſtitiam regnare.

25 *Cicero Syllanas leges*] 2. de lege agraria 2.

26 *His legibus contineri*] Si leges illæ tollantur, rurſus bellum civile ſubeundum. Sulla civilibus armis victor quotquot inimicorum ejus tempeſtatem belli effugerant, eorum nomina proſcripta in grandi tabula publice propoſuit, uti noſcerentur, ingentem pecuniam pollicitus, ſi quis alicujus eorum ad ſe caput afferret. Tulit etiam legem, ne ſic proſcriptorum liberis aditus ad magiſtratus & rempublicam gerendam Romæ daretur, ne ſcilicet hi rerum potentes omnia rurſus turbarent, dum quas parentibus ſuis factas injurias meminiſſent, in auctores auctorumque fautores ultum eunt.

o Lex

Digitized by Google

XVI. 1. Ac primum, ſi bello injuſto, & cui juris gentium requiſita non adſint, imperium arripuerit, neque pactio ulla ſequuta ſit, aut fides illi data, ſed ſola vi retineatur poſſeſſio: videtur 27 manere belli jus, ac proinde in eum licere, quod in hoſtem licet, qui a quolibet etiam privato jure poteſt interfici. *In reos majeſtatis*, inquit Tertullianus, *& publicos hoſtes omnis homo miles eſt.* Sic & adverſus militiæ deſertores, * cunctis jus pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis indultum eſt.

*Apolog.* c. 2. * *C. quando liceat unicuique l.* 2. † *Pag.* 570. C. D. *Tom.* II. *Ed. Wech.*

XVII. Idem cum Plutarcho, qui ita ſentit † libro de fato ad Piſonem, ſtatuendum cenſeo, ſi ante invaſionem lex publica extiterit, quæ unicuique poteſtatem facit occidendi eum, qui hoc aut illud, 28 quod in aſpectum cadit, auſus fuerit; puta qui privatus ſatellitium ſibi circumdederit, arcem invaſerit: qui civem indemnatum, aut non legitimo judicio necaverit: qui magiſtratus ſine juſtis ſuffragiis creaverit. Tales leges multæ exſtabant in Græciæ civitatibus, ubi proinde juſta cenſenda fuit talium tyrannorum interfectio. Talis erat Athenis lex Solonis (oo) renovata 29 poſt reditum ex Piræeo in eos, qui ſtatum popularem ſuſtuliſſent, aut eo ſublato honores geſſiſſent. Ut & Romæ o 30 lex Valeria, ſi quis injuſſu populi magiſtratum gereret: & lex conſularis poſt decemvirale imperium, ne quis magiſtratum ſine provocatione crearet: qui creaſſet, eum jus faſque eſſet occidi.

XVIII. Nec minus licebit invaſorem imperii interficere, ſi diſerta auctoritas accedat ejus, qui jus verum imperandi habet, ſive is rex eſt, ſive ſenatus, ſive populus. His annumerandi & regum puerorum tutores, qualis Joaſo erat Jojada, cum Athaliam regno depelleret.

2 *Paral.* XXIII.

XIX. 1. Extra hæc ut privato vi dejicere aut interficere liceat ſummi imperii invaſorem, probare non poſſum: quia fieri poteſt,



GROTII.

o *Lex Valeria*] *Plutarchus* Publicola: (*Pag.* 110.) ἄνευ κρίσεως κτείνειν τὸν βουλόμενον τυραννεῖν: *ut injudicatum occidere eum liceret qui dominatum concupiſceret.* mox addit: εἴτις ἐπιχειροίη τυραννεῖν Σόλων μὲν ἁλόντι τὴν δίκην ἐπιτίθησιν, ὁ δὲ Ποπλικόλας καὶ πρὸ τῆς κρίσεως ἀνελεῖν δίδωσι. *Solon ei, qui dominatum invadit, deprehenſo diem dici vult, ac Publicola etiam ante judicium talem permittit interfici.* [Pag. 103. B. C. Vide potius *Dion. Halicarnaſſ.* Ant. Rom. Lib. v. c. 19.]

GRONOVII.

27 *Manere jus belli*] *Liv.* 3, 39. *Tanquam pop. Romano majus ullum bellum ſit, quam cum iis, qui privati faſces & regium imperium habeant.*

28 *Quod in aſpectum cadit*] Quod non ex interpretatione malum aut excuſandum eſt, ſed in oculos incurrit, ita ut quivis de eo judicare poſſit.

29 *Poſt reditum ex Pyræo*] Ejectis xxx. tyrannis per Thraſybulum. *Leges Atticæ Petiti* tit. 4. p. 10.

30 *Lex Valeria & lex conſularis*] Prior eſt P. Valerii Publicolæ etiam conſulis: poſterior nepotis illius L. Valerii Potiti ſimul cum collega M. Horatio. *Dionyſ.* 5, 19. *Livius* 3. 55.

(oo) Reperitur lex illa apud Andocidem, Orat. I. pag. 219. 220, *Edit. Hanov.* J. B.

ut is qui jus habet imperii, malit invaſorem in poſſeſſione relinqui, quam periculoſis & cruentis motibus occaſionem dari, qui plerumque ſequi ſolent iis violatis aut interfectis, qui validam habent factionem in populo, aut externos etiam amicos. Certe an rem in id periculum adduci velit rex aut ſenatus, aut populus, incertum eſt, quorum ſine cognita voluntate vis juſta eſſe non poteſt. Favonius (pp) dicebat: *χεῖρον εἶναι μοναρχίας ἀνόμου πόλεμον ἐμφύλιον, pejus eſſe bellum civile dominatu illegitimo.* Et Cicero, *a Mihi pax omnis cum civibus bello civili utilior videtur.* A- a Philipp.
jebat T. Quintius *b* ſatius fuiſſe Lacedæmone p tyrannum Nabidem II. c. 15.
relinqui, cum aliter opprimi non poſſet quam ruina graviſſima b *Liv. lib.*
civitatis, in ipſa vindicta libertatis perituræ. Nec alio ſpectat il- XXXIV. c.
lud apud *c* Ariſtophanem, leonem in civitate non alendum, ſi a- 49.
litus ſit, ferendum eſſe. c *Ran.*
vers. 1478.

2. Profecto graviſſima cum ſit deliberatio, 31 libertas 32 an pax placeat, ut Tacitus loquitur: & difficillimum hoc *σκέμμα πολι-* *Hiſt.* IV.
*τικὸν* * Ciceroni, *εἰ τυραννουμένης τῆς πατρίδος παντὶ τρόπῳ τυραν-* 67.
*νίδος κατάλυσιν πειρατέον, κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ* * *Lib.* IX,
*πόλις κινδυνεύειν; An cum patria illegitimo imperio premitur, omnimodo* *ad Att. epiſt.*
*danda ſit opera ejus demendi, etiamſi civitas eam ob rem in ſummum* 4.
*diſcrimen adducenda ſit?* non debent ſinguli, quod populi commune eſt, judicium ad ſe rapere. Illud vero plane iniquum:

q 33 *Detrahimus dominos urbi ſervire parata.*

Sicut

GROTII.

p *Tyrannum Nabidem relinqui*] Quod *Plutarchus* in T. Quintii vita ſic explicat: *ὡς ἑώρα σὺν κακῷ μεγάλῳ τῶν ἄλλων Σπαρτιατῶν ἀπολούμενον τὸν τύραννον. Cum videret, ſine gravi aliorum Laconum malo non poſſe tyrannum deſtrui.* (*Pag.* 376. E.) Non alienum eſt ab hac re quod *Plutarchus* refert Lycurgo, Laconem quendam cum legiſſet:

*Σβεννύντας ποτὲ τούς δε τυραννίδα χάλκεος ἄρης*
*Εἷλε, Σελινοῦντος δ' ἀμφὶ πύλας ἔπεσον.*

*Hos, dum Marte parant dominatum exſtinguere, ſævus*
*Ante Selinuntis mœnia Mars rapuit.*

Reſpondiſſe, *δικαίως τεθνήκοντι οἱ ἄνδρες. ἔδει γὰρ ἄφιμεν ὅλαν αὐτὰν κατακαῆμεν: Merito viri illi periere. exſpectare enim debuerant, ut ipſe per ſe dominatus conflagraret.* [Locus eſt *pag.* 52. E. Tom. I. *Ed. Wech.* Sed ſenſum reſponſionis, malè ab Interprete expreſſum, non melius, quamquam alio modo, noſter heic reddidit. Vertendum fuerat: *Merito perierunt illi; quia oportebat totam eam tyrannidem igne abſumi permittere,* non autem exſtinguere, & ſic ſervare. Vide PALMERII *Exercit. in opt. Auct. Græcos*, pag. 186. Sic locus contrarium innuit ejus, quod Auctor putat. *J. B.*]

q *Detrahimus dominos urbi ſervire parata*] *Plutarchus* Catone Majore de Antiocho Magno: *ἐποιήσατο αἰτίαν τοὺς Ἕλληνας ἐλευθεροῦν, μηδὲν δεομένους. Bello prætextum ſumebat, liberare Græcos, libertatis non egentes.* (Pag. 342. F.)

GRONOVII.

31 *Libertas*] Repetenda multo ſanguine.

32 *An pax*] Patientia tyranni vel oppreſſoris.

33 *Detrahimus*] *Lucan.* I, 351.

(pp) *Favonius* ille erat amicus *Bruti*, & dictum iſtud refertur à PLUTARCHO, *Vit. M. Brut.* pag. 989. A. *J. B.*

r Quia

Digitized by Google

App. civ. 1. p. 384. Ed. Steph. Sicut 34 Sylla, interrogatus quid ita armatus patriam peteret, reſpondit, ἐλευθερώσων ἀπὸ τῶν τυραννούντων, *ut eam a tyrannis liberem*.

3. Melius Plato epiſtola ad Perdiccam ſuadet, cujus verba latine ſic poſuit * Cicero: *Tantum contendere in republica, quantum probare tuis civibus poſſis: vim neque parenti, neque patriæ afferri oportere.* Qui ſenſus & apud Salluſtium exſtat: † *Nam vi quidem regere patriam aut parentes, quanquam & poſſis, & delicta corrigas, tamen importunum eſt, cum præſertim omnes 35 rerum mutationes cædem, fugam, aliaque hoſtilia portendant.* Unde non longe abit illud Stallii apud Plutarchum in vita Bruti: τῷ σοφῷ καὶ νοῦν ἔχοντι διὰ φαύλους καὶ ἀνοήτους κινδυνεύειν καὶ ταράττεσθαι μὴ καθήκειν: *æquum non eſſe, ut vir prudens ac ſapiens improborum & diſipientium cauſa in pericula, & turbas ſe conjiciat.* Huc & Ambroſii illud non male referas: *Adjuvat hoc quoque ad profectum bonæ exiſtimationis, ſi de potentis manibus eripias inopem, de morte damnatum eruas, quantum ſine perturbatione fieri poteſt; ne videamur jactantia magis facere cauſa quam miſericordia, & graviora inferre vulnera, dum levioribus mederi deſideramus.* Thomas ſeditioſam eſſe dicit interdum quamvis tyrannici regiminis deſtructionem.

* Epiſt. fam. lib. 1. Ep. 9.
† Bello Jug. c. 3.
Pag. 989. A.
De Off. 11, c. 2.
2, 2. q. 42. art. 2.

4. Non debet movere nos in contrariam ſententiam factum Aodis in Eglonem regem Moabitarum: nam aperte teſtatur ſacra auctoritas, hunc a Deo ipſo vindicem ſuſcitatum, mandato ſcilicet ſpeciali. Neque vero conſtat hunc Moabitarum regem nullum jus imperandi ex pactione habuiſſe. Nam & in alios reges Deus per quos volebat miniſtros ſua judicia exſequebatur, ut per * Jehun in Joramum.

Jud. 111, 15. Neh. 1x, 27.
* 2 Reg. 1x.

XX. Maxime autem in re controverſa judicium ſibi privatus ſumere non debet, ſed 36 poſſeſſionem ſequi. Sic tributum ſolvi Cæſari Chriſtus jubebat, r quia ejus imaginem nummus præferebat, id eſt, quia in poſſeſſione erat imperii.

Matthæi xx11, 20.

GROTII.

r *Quia ejus imaginem nummus præferebat*] Certiſſimum hoc indicium poſſeſſionis. Vide in hiſtoria Genuate Bizarum libro XVIII.

GRONOVII.

34 *Sylla interrogatus*] *Plutarch.* de genio Socratis p. 576.

35 *Rerum mutationes*] Formarum reipublicæ hujus in illam tranſitus aut magiſtratuum eorumve qui ſunt cum imperio, abrogationes extra ordinem & depulſiones. Sed & ſucceſſiones, morte interveniente. *Juſtin.* 40, 3. *Sueton.* Galb. 8. Domit. 16.

36 *Poſſeſſionem ſequi*] Eum agnoſcere juſtum dominum, qui rem tenet.



Digitized by Google

# Caput V.

## Qui bellum licite gerant.

I. *Belli cauſas effectrices alias eſſe principales in ſua re:*
II. *Aut adjuvantes in aliena:*
III. *Alias inſtrumentales, ut ſervos & ſubditos.*
IV. *Natura jure neminem a bello prohiberi.*

I. UT in aliis rebus, ita & in 1 voluntatis actionibus tria eſſe ſolent efficientium genera, principales, adjuvantes, & inſtrumenta. Cauſa effectrix principalis in bello plerumque eſt is, cujus res agitur: in privato privatus: in publico poteſtas publica, maxime ſumma. An & pro aliis nihil moventibus bellum moveri ab alio poſſit, alibi videbimus. Illud interim tenebimus, naturaliter quemque ſui juris eſſe vindicem. ideo manus nobis datæ.

II. 1. Sed & alteri prodeſſe *a* qua poſſimus non licitum modo, ſed & honeſtum eſt. Recte qui de officiis ſcripſerunt, *b* ajunt, nihil eſſe homini utilius homine altero. Sunt autem diverſa hominum inter ſe vincula, quæ ad mutuam opem invitant: nam & cognati ad opem ferendam coëunt, & vicini inclamantur, & qui ejuſdem civitatis ſunt participes; unde illud: 2 *Porro Quirites, & quiritari.* *c* Ariſtoteles dixit oportere quemque aut pro ſe arma ſumere, ſi injuriam acceperit, aut pro cognatis, aut pro benefactoribus, aut ſociis injuria affectis auxilia ferre. Et a Solon docuerat beatas fore reſpublicas, in quibus alienas injurias quiſque ſuas exiſtimaret.

*a L. 7. D. de ſerv. export. DD. ad l. 7. D. de furt. l. 5. l. de jure fiſci.*
b *Cic. II. De Offic.* c. 3.
c *Rhet. ad Alex.* c. 3.

2. Sed ut cætera deſint vincula, ſufficit humanæ naturæ communio.

### Grotii.

a SOlon] Verba hæc *Plutarchus* refert: (*Vit. Solon.* p. 88. D.) *τῶν πόλεων κάλλιστα οἰκεῖται ἐκείνη ἐν ᾗ τῶν ἀδικουμένων οὐχ' ἧττον οἱ μὴ ἀδικούμενοι προβάλλονται καὶ κολάζουσι τοὺς ἀδικοῦντας· civitatum illa feliciſſime colitur, in qua qui injuriam non ſenſere, ei non minus quàm qui ſenſere ſe opponunt, & injuriam captantes puniunt.* Huc & illud pertinet Rudente Plauti: *Prætorquete injuria prius collum, quam ad vos perveniat.* (Act. III. Scen. II. *vers.* 12.)

### Gronovii.

1 *Voluntatis actionibus*] Quæ ſunt in προαιρέσεως & ſunt materia ſubjecta virtuti morali, in quibus verſatur bonum & malum, honeſtum & inhoneſtum: nam ſunt aliæ actiones intellectus, naturæ, manuum.

2 *Porro Quirites*] Formula, qua utebantur in ſubita vi, hominum, quicumque obvii eſſent aut exaudirent, auxilium invocantes. Qualis *Plauto* Rud. 3, 2. 1. *Porro Cyrenenſes populares, veſtram ego imploro fidem. Agricolæ, accolæ, propinqui, qui eſtis his regionibus, ferte opem. Laberius* apud *Macrob.* 2. Sat. 7. *Porro Quirites, libertatem perdimus.* Priapej. 25. *Porro (nam quis erit modus) Quirites. Appul.* 8. Met. 215. *Nec diu tale facinus meis oculis tolerantibus, Porro Quirites, proclamare geſtivi.*

3 *Inſtru-*

Digitized by Google

munio. * Ab homine enim nihil humani alienum eſt. Menandri dictum eſt: [ Apud *Stob.* Tit. XLIII. ]

*Injuriarum ſi improbis auctoribus,*
*Reponeremus ultionem ſinguli,*
*Nobis putantes fieri quod fit alteri,*
*Inter nos juncti conſpiratis viribus;*
*Non praevaleret innocentia impetus*
*Audax malorum; qui cuſtoditi undique*
*Juſſique pœnas quas merentur pendere,*
*Aut nulli penitus eſſent, aut pauci admodum.*

Democriti vero hoc: (aa) Ἀδικευμένοισι τιμωρεῖν κατὰ δύναμιν χρὴ καὶ μὴ παριέναι· τὸ μὲν γὰρ τοιοῦτο δίκαιον καὶ ἀγαθόν· *Injuria oppreſſos defendere pro viribus oportet, & non negligere: illud enim juſtum bonumque eſt.* Quod ſic explicat † Lactantius: *Deus qui ceteris animalibus ſapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incurſu & periculo tutiora generavit. Hominem vero quia nudum fragilemque formavit, ut eum ſapientia potius inſtrueret, dedit ei præter cætera hunc pietatis affectum, ut homo hominem tueatur, diligat, foveat, contraque omnia pericula & accipiat, & præſtet auxilium.*

III. Inſtrumenta cum dicimus, non arma hic intelligimus, & ſi quæ ſunt his ſimilia, ſed eos qui ita agunt ſua voluntate, ut ea voluntas ab altera pendeat. Tale 3 inſtrumentum eſt patri filius, pars * quippe ejus naturaliter: tale & ſervus, † quaſi pars ex lege. (bb) nam 4 ſicut pars non tantum pars eſt totius eadem relatione,

* *Bart. in l. Ut vim. D. de juſtit. & jure. n. 7. 8. Jaſ. ibid. n. 29. Caſt. ad l. 1. §. 4. eodem. Bart. ad l. hoſtes. D. de capt. n. 9. Innoc. ad c. ſicut, de jurejur. & in c. olim. de reſt. ſpol. n. 16. Panorm. n. 18. Sylveſt. in verbo bellum. q. 8.*

† *Lib.* VI. *Cap.* 10.

* *L. 22. C. de agricolis, lib.* XI. & *L. 4. C. ad l. Jul. de adult. Sen.* 1. *controv.* 4.

† *Ariſtot. Eth. Nicom.* L. V. C. 10.

GRONOVII.

3 *Inſtrumentum*] *Ariſtoteles* 1. polit. 3. Τῶν δ' ὀργάνων τὰ μὲν ἄψυχα, τὰ δὲ ἔμψυχα. οἷον τῷ κυβερνήτῃ ὁ μὲν οἴαξ ἄψυχον, ὁ δὲ πρωρεὺς, ἔμψυχον· ὁ γὰρ ὑπηρέτης ἐν ὀργάνου εἴδει ταῖς τέχναις ἐστίν. *Varro* lib. 1. de re ruſt. 17. *inſtrumentum ruſticum* dividit in *vocale*, in quo ſunt *ſervi*; *ſemivocale*, in quo ſunt *boves*; *mutum*, in quo ſunt *plauſtra*. *In inſtrumento fundi ea eſſe, quæ fructus quærendi, cogendi, conſervandi gratia parata ſunt, Sabinus in libris ad Vitellium evidenter enumerat:* Quærendi, veluti homines, qui agrum colunt, & qui eos exercent, præpoſitive ſunt his, quorum in numero ſunt villici & monitores. Præterea boves domiti, & pecora ſtercorandi gratia &c. l. 8. D. de inſtr. vel inſtr. leg. *Plutarch.* præcept. gerend. reip. p. 807. Ὄργανα γὰρ οἱ φίλοι ζῶντα καὶ φρονοῦντα τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν ἐστ. Cicero lib. 11. fam. 14. *Plane jam, Brute, frigeo:* ὄργανον *enim erat meum ſenatus: id jam eſt diſſolutum.*

4 *Sicut pars non tantum*] Senſus, Totum dici Dialecticis non modo Totum per ſe, cum aut ipſum eſſentiale eſt partibus, aut cum partes Toti, in quo apparet relatio Totius ad partem, & nullius alius argumenti vel loci topici, ſed etiam Totum per accidens, ubi contra nec totum eſt de eſſentia partium, nec partes de eſſentia totius; in quo non apparet illa relatio, ſed vel cauſæ reſpectu diverſorum effectuum, vel ſubjecti reſpectu diverſorum adjunctorum, & viciſſim: ſic rem poſſeſſam eſſe partem poſſidentis. Vide *Jul. Scaligerum* de cauſ. lat. ling. lib. 6. cap. 130. p. 350.

(aa) Eſt etiam hoc apud STOBÆUM, *Serm.* XLVI. *J. B.*

(bb) Ratio illa, è veteris Philoſophiæ placitis popularibus petita, & ſubtili præterea argumentatione fulta, parum

ne, qua totum eſt totum partis, ſed hoc ipſum quod eſt totius eſt: ita poſſeſſio eſt aliquid ipſius poſſidentis. Democritus: (cc) οἰκέτῃσιν ὡς μέρεσι τοῦ σκήνεος χρῶ ἄλλῳ πρὸς ἄλλο· *Famulis tanquam partibus corporis aliis ad aliud utere.* Quale autem in familia eſt ſervus, tale in republica eſt ſubditus, ac proinde inſtrumentum imperantis.

IV. Nec dubium quin naturaliter omnes ſubditi bello adhiberi poſſint, * ſed quoſdam ſpecialis lex arcet, ut olim b Romæ ſ ſervos, nunc paſſim c clericos: quæ tamen lex, ut omnes ejus generis, cum ſummæ neceſſitatis exceptione intelligenda eſt. Et hæc quidem generaliter de adjutoribus & ſubditis dicta ſunto: nam quæ ſpecialia ſunt, ſuis locis tractabuntur.

* *Thom.* 2. 2. 40. *art.* 2. *Sylveſt. de Bell.* p. 3.

parum hodie ſatisfaciet. Dicendum ſimpliciter, Filium aut Servum, haberi pro Inſtrumentis, quum ita agunt, aut agere creduntur, juſſu Parentis aut Domini, ut abſque eo non acturi fuiſſent ipſi *ſponte ſuâ*. Videri poſſunt, quæ de triplici genere Cauſſarum ad actum alienum concurrentium ſcripſimus, in Notis ad ultimas Editiones Verſionis noſtræ Gallicæ libelli Pufendorfiani *De Officio Hom. & Civis*, Lib. I. Cap. I. §. 27. ſeu ultimo. *J. B.*

GROTII.

b *Romæ ſervos*] *Servius* ad IX. Æneidos. (*Vers.* 547.)

c *Clericos*] Ac Levitæ olim extra belli munia, ut notatum Joſepho: (*Ant. Jud.* III, 11.) De clericis vide *Nicetam Choniatem* libro VI. *Caroli Calvi* Capitulum in Sparnaco XXXVII. in Gratiano c. clericum. diſt. L. & cauſa XXIII. quæſtione VIII. Et canones quidem ſic habent: ſed quanto illi ſervati a Græcis quam a Latinis diligentius, vide *Annam Comnenam*.

GRONOVII.

ſ *Servos*] Et capite cenſos. De ſervis *l.* 11. *D. de re milit. Ab omni militia ſervi prohibentur: alioquin capite puniuntur. Plin.* 10. ep. 38. *Sempronius Cælianus repertos inter tirones duos ſervos miſit ad me, quorum ſupplicium diſtuli, ut te conſulerem de modo pœnæ.* De capite cenſis *Gell.* 16, 10.

(cc) Apud STOBÆUM, *Serm.* LXII. *J. B.*



Digitized by Google

# HUGONIS GROTII
# DE JURE BELLI AC PACIS
## LIBER SECUNDUS.

### CAPUT I.

### De belli cauſis, & primum de defenſione ſui & rerum.


I. *Cauſæ belli juſtificæ quæ dicantur.*
II. *Eas oriri ex defenſione, exactione ejus, quod noſtrum eſt aut nobis debetur, aut ex pœna.*
III. *Pro vita defendenda bellum eſſe licitum.*
IV. *Contra aggreſſorem ſolum.*
V. *In periculo præſente & certo, non opinabili.*
VI. *Item pro integritate membrorum.*
VII. *Maxime pro pudicitia.*
VIII. *Licite omitti defenſionem.*
IX. *Defenſionem illicitam eſſe interdum adverſus perſonam publice valde utilem, ob legem dilectionis.*
X. *Interfectionem Chriſtianis non eſſe licitam ad arcendam alapam, aut contumeliam ſimilem, aut ne fugiatur.*
XI. *Pro rebus defendendis interfectionem non eſſe illicitam jure naturæ.*
XII. *Quatenus ea permiſſa ſit lege Moſis.*
XIII. *An & quatenus Euangelica lege permiſſa ſit.*
XIV. *An lex civilis, interfici aliquem defenſionis cauſa permittens, jus det, an ſolam impunitatem, cum diſtinctione explicatur.*
XV. *Quando licita eſſe poſſit ſingularis dimicatio.*
XVI. *De defenſione in bello publico.*
XVII. *Eam non licitam ad imminuendam duntaxat potentiam vicini.*
XVIII. *Nec in eo, qui juſtam bello cauſam dedit.*


I. 1. VENIAMUS ad cauſas bellorum: 1 juſtificas intelligo: nam ſunt & aliæ 2 quæ movent ſub ratione utilis, diſtinctæ interdum ab iis quæ movent ſub ratione juſti: quas inter ſe, & a a 3 belli principiis, quale erat 4 cervus

GROTII.

a BElli principiis] Exordia pugnæ dixit *Virgilius.* (*Aen.* VII, 40.)

GRONOVII.

1 *Juſtificas*] Quæ efficiunt, ut bellum jure, ſalva fide & conſcientia geri judicetur.

2 *Quæ movent ſub*] Incitant ad bellandum præſumta & ſperata utilitate, ſeparatæ ab illis, quæ prætexuntur ad cauſæ juſtitiam probandam.

3 *Belli principiis*] Prima offenſa, ſive conflictu partium.

b *Vo*

4 cervus in bello Turni & Æneæ, accurate diſtinguit Polybius. III. Hiſt.
At quamquam manifeſtum eſt harum rerum diſcrimen, voces ta- c. 6, 7.
men confundi ſolent. Nam quas cauſas dicimus juſtificas, etiam principia dixit Livius in Rhodiorum oratione: *Certe quidem* b *vos* Lib. XLV.
*eſtis Romani, qui ideo felicia eſſe bella veſtra, quia juſta ſint, præ* c. 22.
*vobis fertis, nec tam exitu eorum quod vincatis, quam principiis, quod non ſine cauſa ſuſcipiatis, gloriamini.* Eodemque ſenſu ἀρχὰς πολέμων dixit Ælianus libro XII. capite 53. & Diodorus Siculus * libro XIV. de bello agens Lacedæmoniorum in Eleos eaſdem vocat c προφάσεις & ἀρχάς.

* Biblioth. p. 404. Ed. H. Steph.

2. Hæ juſtificæ cauſæ proprie noſtri ſunt argumenti, ad quas illud pertinet Coriolani apud Halicarnaſſenſem: πρῶτον ὑμῖν παραινῶ σκοπεῖν, ὅπως εὐσεβῆ καὶ δίκαιαν περιστήσεθε τοῦ πολέμου πρόφασιν: *Id primum vobis curandum arbitror, ut piam & juſtam accipiatis belli cauſam.* Et hoc Demoſthenis: ὥσπερ οἰκίας, οἶμαι καὶ πλοίου, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων τὰ κάτωθεν ἰσχυρότατα εἶναι δεῖ, οὕτω καὶ πράξεων τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς d ὑποθέσεις ἀληθεῖς καὶ δικαίας εἶναι προσήκει· *Sicut in domibus, & navigiis, rebuſque ſimilibus, 5 quæ ſubſternuntur firmiſſima eſſe oportet, ita in actionibus cauſas ac fundamenta oportet juſto ac vero congruere.* Nec minus hoc Dionis Caſſii: δεῖ δὲ τοῦ δικαίου πᾶσαν ἡμᾶς πρόνοιαν ποιεῖσθαι. μετὰ μὲν γὰρ τούτου καὶ ἡ παρὰ τῶν ὅπλων ἰσχὺς εὔελπίς ἐστιν. ἄνευ δ' ἐκείνου βέβαιον οὐδὲν, κἂν παραυτίκα τις κατορθώσῃ τι, ἔχει· *maxima nobis juſtitia habenda eſt ratio: quæ ſi adſit, vis bellica ſpem bonam præbet: ſin abſit, nihil quis certi habet, etiamſi prima ex ſententia ſuccedant*

Lib. VIII. c. 8.

Olynth. II. p. 7. B.

Lib. XLI. pag. 189. A. Ed. H. Steph.

### GROTII.

b *Vos eſtis Romani*] Certe vix ulla gens tam diu conſtans manſit in ſpectandis belli cauſis. *Polybius* apud Suidam voce ἐμβαίνειν· [ubi tamen non legitur nomen Hiſtorici, nec alterius, quiſquis auctor eſt verborum illorum.] οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πρόνοιαν ἐποιοῦντο μηδέποτε πρότεροι τὰς χεῖρας ἐπιβάλλειν τοῖς πέλας, ἀλλ' ἀεὶ δοκεῖν ἀμυνόμενοι ἐμβάλλειν εἰς τοὺς πολεμίους· [Apud *Suidam* eſt πολέμους.] *Romani ſummopere id curarunt, ne priores ipſi finitimis inferrent violentas manus. Sed ut ſemper crederentur in hoſtem ire ad arcendas injurias.* Oſtendit id *Dion* [Immo *Diodorus Siculus*, pag. 314. 316. *Excerptorum* laudatorum] egregia comparatione Romanorum cum Philippo Macedone & Antiocho in excerptis Peireſianis. Ejuſdem eſt illud in excerptis legationum: διὰ τοὺς παλαιοὺς ἤδη οὕτω σπουδάζειν, ὥς τι δικαίως ἐφίστασθαι πολέμους. Rurſum in excerptis Peireſianis: σφόδρα οἱ Ῥωμαῖοι φιλοτιμοῦνται δικαίους ἐνίστασθαι τοὺς πολέμους, καὶ μηδὲν εἰκῇ καὶ προπετῶς περὶ τῶν τοιούτων ψηφίζεσθαι. *Valde id ſtudent Romani, juſta ut bella ſuſcipiant, nihilque tale decernant ſine cauſa ac temere.* (Pag. 341. quæ ex *Diodoro* etiam.)

c Προφάσεις] Δικαιώματα dixit *Procopius* Gotthicorum III. Adde quæ infra hoc libro capitis XXII. initio.

d Ὑποθέσεις] Sic & ὑπόθεσιν belli dixit *Julianus* ſecundo de laudibus Conſtantii. (*Pag.* 95. B. *Ed. Spanh.*)

### GRONOVII.

4 *Cervus*] 7. Æneid. 485. & *geminæ tigres Statio* in Thebano 7. Thebaid. 564. Adde *Livium* lib. 35. extremo.

5 *Quæ ſubſternuntur*] Ut in ædificiis fundamenta, in navigiis carinæ, in columnis & ſtatuis baſes vel crepidines.

*De repub. lib.* III.
* *De Finib.* L. III. c. 22.
† *Ep.* XCV.
a *Curt. lib.* VII. c. 8. n. 19.
b *Phars. Lib.* X. *vers.* 21.
c *Lib.* III. c. 15.
d *De Civ. Dei lib.* IV. c. 4.
e *Lib.* I. *de falsa relig.* c. 18.

*cedant.* * Et illud Ciceronis: *illa bella injuſta ſunt, quæ ſunt ſine cauſa ſuſcepta:* qui & alibi * Craſſum reprehendit, quod Euphratem tranſire voluiſſet e nulla belli cauſa.

3. Quod non minus de bellis publicis quam privatis verum eſt. Hinc illa † Senecæ querela: *Homicidia compeſcimus & ſingulas cædes? quid bella & occiſarum gentium glorioſum ſcelus? Non avaritia, non crudelitas modum novit.... 6 Ex ſenatuſconſultis plebiſque ſcitis ſæva exercentur, & f publice jubentur vetita privatim.* Habent quidem bella publica auctoritate ſuſcepta aliquos effectus juris, ut & 7 ſententiæ: de quibus agendum 8 infra erit: Sed non eo magis peccato vacant, ni cauſa ſubſit; ut merito Alexander, ſi ſine cauſa in Perſas & alias gentes bellum arripuit, Scythis apud a Curtium, ſed & g Senecæ latro, Lucano b prædo appelletur, 9 Indorum (aa) quoque ſapientibus 10 *ἀτάσθαλος*, & a (bb) pirata quondam tractus ſit in criminis ſocietatem: quomodo & ab ejus patre Philippo duos Thraciæ reges regno ſpoliatos Juſtinus c narrat, fraude latronis ac ſcelere. Auguſtini d illud huc pertinet: *Remota juſtitia quid ſunt regna, niſi magna latrocinia?* Convenit talibus Lactantii e illud: *inanis gloriæ ſpecie capti, ſceleribus ſuis nomen virtutis imponunt.*

4. Cauſa

GROTII.

e *Nulla belli cauſa*] *Appianus* (*Bell. Civ.* Lib. II. p. 438. *Ed. H. Steph.*) eidem Craſſo a Tribunis denuntiatum dicit *μὴ πολεμεῖν τοῖς παρθυαίοις μηδὲν ἀδικοῦσι· ne bellum Parthis inferret nulla injuria cognitis.* Plutarchus de eodem: *καὶ συνίσταντο πολλοὶ χαλεπαίνοντες εἴ τις ἀνθρώποις οὐδὲν ἀδικοῦσιν, ἀλλ᾽ ἐν σπόνδοις πολεμήσων ἄπεισι· Coibant multi indignantes, eſſe aliquem, qui bellatum iret in homines non modo nullius injuriæ compertos, ſed & pace defenſos.* (Vit. M. Craſſ. *pag.* 552. E.)

f *Publice jubentur vetita privatim*] Idem *Seneca* de ira II. cap. VIII. *Pro gloria habita, quæ, quamdiu opprimi poſſunt, ſcelera ſunt.* Adde quæ infra ex *Seneca* & *Cypriano* libro III. cap. IV. §. 5. circa finem.

g *Seneca latro*] Locus eſt de Benef. I. cap. XIII. Non male *Juſtinus Martyr* apologetico II. *τοσοῦτον δὲ δύνανται ἄρχοντες πρὸ τῆς ἀληθείας δόξαν τιμῶντες, ὅσον καὶ λῃσταὶ ἐν ἐρημίᾳ· Tantum poſſunt principes, qui opiniones vero præferunt, quantum in ſolitudine latrones.* Philo: *οἱ τὰς μεγάλας ἐργαζόμενοι κλοπάς, σεμνοῖς ὀνόμασιν ἀρχῆς ἐπικρύπτοντες λῃστείαν ἀληθέστερον· Qui magna furta committunt, qui honeſto principatus nomine obumbrant ea, quæ re ipſa nihil niſi latrocinia ſunt.* (De Decalog. *pag.* 763. D. *Ed. Paris.*)

GRONOVII.

6 *Ex ſenatuſconſultis plebiſque ſcitis*] Quia Romæ oportebat ſenatum cenſuiſſe, & vel populum juſſiſſe vel plebem ſciviſſe, quod publico nomine recte gereretur.

7 *Sententiæ*] Pronuntiata judicum.

8 *Infra*] 3, 4.

9 *Indorum ſapientibus*] Brachmanis, Gymnoſophiſtis. *Strabo* lib. 15, 712.

10 Ἀτάσθαλος] Ἄδικος· ἁμαρτωλός· παράνομος· ἀθέμιτος· q. ἄταις θάλλων.

(aa) Habet ex ARRIANO, *De Expedit. Alex.* Lib. VII. Cap. I. *J. B.*

(bb) Refertur id à NONIO MARCELLO, è Lib. III. *Ciceron. de Republ. Nam quum quæreretur ex eo* [Pirata] *quo ſcelere compulſus mare haberet infeſtum uno myoparone: Eodem, inquit,* quo tu [*Alexander*] orbem terræ. *In voc.* Myoparo, *pag.* 534. *Edit. Mercer.* Vide etiam *Auguſtin.* De Civit. Dei, IV. 4. *J. B.*

h *Recte*

Digitized by Google

4. Cauſa juſta a belli ſuſcipiendi nulla eſſe alia poteſt niſi inju- a *Sylveſt. de*
ria. *Iniquitas partis adverſæ juſta bella ingerit*, inquit idem b Augu- *Bel.* p. 1.
ſtinus, ubi iniquitatem dixit pro injuria, quaſi 11 ἀδικίαν dixiſſet, n. 2. b *De Civ.*
cum vellet dicere 12 ἀδίκημα. Sic in Romano Feciali carmine: iv. c. 15.
*Ego vos teſtor, populum illum injuſtum eſſe, neque jus perſolvere.* *Livius*, i.
II. 1. Ac plane 13 quot actionum forenſium ſunt fontes, toti- 32.
dem ſunt belli: nam ubi judicia deficiunt, incipit bellum. Dantur autem actiones aut 14 ob injuriam non factam, aut ob factam. Ob non factam, ut qua petitur cautio de non offendendo, item 15 damni infecti, & interdicta alia 16 ne vis fiat. Ob factam, aut ut reparetur, aut ut puniatur: quos duos obligationum fontes h recte diſtinguit Plato (cc) nono de legibus. Quod reparandum venit, aut ſpectat id quod noſtrum eſt vel fuit. unde 17 vindicationes & 18 condictiones 19 quædam; aut id quod nobis debetur ſive 20 ex pactione, ſive 21 ex maleficio, ſive ex lege, quo referenda quæ 22 ex quaſi contractu & 23 quaſi maleficio dicuntur; ex

GROTII.

h *Recte diſtinguit Plato*] Et ante eum *Homerus*. nam cum mulctam perſolvere proci Penelopes voluiſſent, ait Ulyſſes: [*Odyſſ.* Lib. XXII. vers. 62. & *ſeqq.*]

— οὐδ' εἴ μοι πατρώϊα πάντ' ἀποδοῖτε

Ὅσσα τε νῦν ὔμμ' ἐςὶ καὶ εἴποθεν ἄλλ' ἐπιθεῖτε,

Οὐδέκεν ὥς ἔτι χεῖρας ἐμὰς λήξαιμι φόνοιο,

Πρὶν πᾶσαν μνηςῆρας ὑπερβασίην ἀποτίσαι.

— *patrias non ſi mihi rattas*

*Reſtituatis opes, addatiſque altera plura,*

*Abſtineam fœdare manus in ſanguine veſtro,*

*Cuncta prius quam veſtra proci delicta luatis.*

*Caſſiodorus* lib. v. epiſt. XXXV. *Ut qui vindictam remiſimus, damna minime ſentiamus.* Adde quæ infra hoc libro initiis capitum XVI. & XX.

GRONOVII.

11 Ἀδικίαν] Qui habitus.

12 Ἀδίκημα] Injuſtum factum.

13 *Quot actionum*] Quot caſibus & cauſis privato fas eſt privatum compellare coram judice.

14 *Ob injuriam non factam cautio*] Quæ ab eo exigitur, cujus minæ juſtum nobis metum fecerunt.

15 *Damni infecti*] Qua petimus, ſi quid damni ex ruinoſis vicini ædibus nobis contingat, ut is ſe id penſaturum promittat. *Cic.* Top. 4.

16 *Ne vis fiat*] Prohibitoria, ne vis fiat ſine vitio poſſidenti, vel mortuum inferenti in locum ſuum. §. 1. Inſt. *de Interd.*

17 *Vindicationes*] *In rem* actiones.

18 *Conditiones*] Leg. *condictiones*, in perſonam.

19 *Quædam*] *Condictio cauſa data, cauſa non ſecuta, cond. ob turpem cauſam, cond. indebiti, cond. furtiva.* Has autem tantum hic ſignificat, quia major numerus actionum in perſonam ex contractibus & maleficiis.

20 *Ex pactione*] Contractu, vel *re* (ut *mutuum, indebitum, commodatum, depoſitum, pignus*) vel *verbis* (ut *ſtipulatio, fidejuſſio*) vel *literis* (*nominibus*, aut ſi quis debere ſe ſcripſit, *quod numeratum non eſt*) vel *conſenſu* (*emtio, venditio, locatio, conductio, ſocietas, mandatum.*)

21 *Ex maleficio*] *Furtum, rapina damnum ex l. Aquilia, injuria.*

22 *Ex quaſi contractu*] *Negotiorum geſtio, tutela, communio rei & hereditatis, aditio hereditatis, ſolutio indebiti.*

23 *Quaſi maleficio*] *Si judex litem ſuam fecerit, dejecta vel effuſa, damnum aut furtum in navi, caupona, ſtabulo.*

(cc) Locus eſſe videtur, ubi Philoſophus ait, Legiſlatorem ad duo adtendere

ex quibus capitibus naſcuntur 24 condictiones cæteræ. Factum ut puniendum parit accuſationem & 25 judicia publica.

2. Plerique bellorum tres ſtatuunt cauſas juſtas, defenſionem, recuperationem rerum, & punitionem: quæ tria in Camilli ad Gallos denuntiatione invenias: *a Omnia quæ* 26 *defendi, repetique, & ulciſci fas ſit*; in qua enumeratione niſi vox recuperandi ſumatur laxius, omiſſa eſt perſecutio ejus, & quod nobis debetur; quam non omiſit Plato, *b* cum dixit bella geri non modo, ſi quis vi opprimatur, aut expiletur, verum etiam ſi deceptus fuerit. Quicum illud Senecæ convenit: *c Æquiſſima vox eſt, & jus gentium præ ſe ferens: Redde, quod debes.* Et in Fecialium formula erat: *d Quas nec dederunt, nec ſolverunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, ſolvi oportuit.* & apud Salluſtium in hiſtoriis: *e Jure gentium res repeto.* Auguſtinus *f* cum dixit: i *Juſta bella definiri ſolent, quæ ulciſcuntur injurias*: vocem ulciſcendi generalius ſumſit pro eo, quod eſt 27 demere: quod & ſequentia oſtendunt, in quibus non eſt enumeratio partium, ſed exemplorum additio; *Sic gens & civitas petenda eſt, quæ vel vindicare neglexerit, quod a ſuis improbe factum eſt, vel reddere, quod per injurias ablatum eſt.*

3. Hanc 28 naturalem notitiam ſecutus Indorum rex, narrante Diodoro, *g* Semiramidem accuſabat, ὅτι προκατάρχεται τοῦ πολέμου μηδὲν ἀδικηθεῖσα· *quod bellum inchoaret nulla accepta injuria.* Sic & Romani cum *h* Senonibus 29 poſtulant, ne a quibus nullam injuriam accepiſſent, 30 eos oppugnarent. Ariſtoteles *i* Apodicticon II. cap. II. πολεμοῦσι γὰρ τοῖς πρότερον ἀδικήσασι· *Bellum ſumi ſolet in eos, qui priores injuriam fecerunt.* De Abiis Scythis Curtius: *k Juſtiſſimos barbarorum conſtabat. armis abſtinebant* k *niſi laceſſiti.*

Baldus ad l. 2. C. de ervit. & ſeq. n. 71. W. Matt. de bello juſto & licito.
a Liv. lib. V. c. 49.
b Alcib. I. pag. 109. A.
c Lib. III. de benef. c. 14.
d Liv. lib. I. c. 32.
e Lib. III. fragm. c. 10. Orat. Macr. Licin.
f Lib. VI. Qu. 10. ſuper Joſue.
g Lib. II. pag. 74. Ed. Steph.
h Liv. lib. V. c. 35.
i Analyt. poſter. Lib. II. c. II.
k Lib. VII. 5, 6.

tendere debere, *injuriam*, & *damnum*: Καὶ πρὸς δύο ταῦτα δὴ βλεπτέον, πρός τε ἀδικίαν, καὶ βλάβην. Vide quæ ſequuntur, pag. 862, Tom. II, *Ed. H. Steph*, *J. B.*

GROTII.

i *Juſta bella definiri ſolent*] *Servius* ad IX. Æneidos de Romanis: *Cum volebant bellum indicere, pater patratus, hoc eſt princeps Fecialium, proficiſcebatur ad hoſtium fines: & præfatus quædam ſolemnia clara voce dicebat, ſe bellum indicere propter certas cauſas: aut quia ſocios læſerant, aut quia nec abrepta animalia, nec obnoxios redderent.* (Ad vers. 53.)

GRONOVII.

24 *Condictiones cæteræ*] *mutui*, *triticaria*.

25 *Judicia publica*] Ea ſunt *majeſtas*, *adulterium*, *homicidium*, *parricidium*, *falſum*, *vis publica & privata*, *peculatus*, *plagium*, *ambitus*, *repetundæ*, *annona*, *reſidua*.

26 *Defendi, repeti, ulciſci*] *Defendi*, ſi infeſtentur; *repeti*, ſi ablata fuerint aut retineantur, quæ dari debent; *ulciſci*, ſi factæ ſunt, violentiam & injuſtam vim.

27 *Demere*] *Livius* lib. 4, 7. *Juſtin*, 34, 1. Ut ſit, *quæ ulciſcuntur*, quæ geruntur, ut *demantur*, id eſt, prohibeantur, abſit, penſetur, injuria.

28 *Naturalem notitiam*] Senſum communem. I, I. 12.

29 *Poſtulant*] *Expoſtulant*.

30 *Eos oppugnarent*] Cluſinos in Etruria.

GROTII.

k *Niſi laceſſiti*] *Plutarchus* Nicia: (*Pag.* 539. E.) καὶ γὰρ τὸν Ἡρακλέα πάντων κρατεῖν ἀμυνόμενον καὶ προεπιχειρούμενον.

Digitized by Google

ceſſiti. Prima igitur cauſa juſti belli eſt 31 injuria nondum facta, quæ petit aut corpus, aut rem.

III. Si corpus impetatur vi præſente cum periculo vitæ non aliter vitabili, *a* tunc bellum eſſe licitum etiam cum interfectione periculum inferentis ante diximus, cum ex hac ſpecie, 32 ut maxime probata, oſtendimus bellum aliquod privatum juſtum eſſe poſſe. Notandum eſt jus hoc defenſionis per ſe ac primario naſci ex eo, quod natura quemque ſibi commendat 33 non ex injuſtitia aut peccato alterius, unde periculum eſt *b*. Quare etiamſi ille peccato careat, puta quod 34 bona fide militet, aut alium me putet quam ſim, aut quod inſania aut inſomniis agitetur, ut eveniſſe quibuſdam legimus, non eo tolletur jus ſe tuendi, cum ſufficiat, quod ego non teneor id, quod ille intentat, pati, non magis quam ſi beſtia aliena periculum intentaret.

IV. 1. An & innocentes, qui interpoſiti defenſionem aut fugam, ſine qua evadi mors non poteſt, impediunt, transfodi aut obteri poſſint, diſputatur *c*. Sunt qui licere id putant, etiam Theologi. Et certe naturam ſolam ſi reſpicimus, 35 multo apud eam minor eſt ſocietatis reſpectus quam propriæ ſalutis cura. At lex dilectionis, præſertim Euangelica, quæ 36 alterum nobis (dd) æquat, plane id non permittit.

2. Bene autem dictum eſt a *d* Thoma, ſi recte accipiatur, in vera defenſione hominem non occidi 37 ex intentione: non quod non interdum, ſi alia ſalutis non ſuppetat ratio, non liceat 38 deſtinato id facere, unde mors aggreſſoris ſit ſecutura, ſed quod hic

*a Sylv. in verbo Bellum. part. 1. n. 3. & p. 2.*
*b Bart. ad l. ut vim. D. de juſt. & jur. Bal. in rep. l. 1. C. unde vi. Bann. 2, 2. q. 10. art. 10. dub. ult. Soto lib. IV. diſput. 5. art. 10. Valent. 2, 2. diſp. 5. q. 10. p. 7.*
*c Card. q. 33. lib. 1. Petr. Nav. l. 11. c. 3. num. 147. Cajet. 2, 2. art. 67. q. 2.*
*d 2, 2. q. 64. art. 7.*

πεχειρημένον. *Herculem etiam cuncta ſubegiſſe, dum laceſſitus ſe defendit.* Joſephus XVII. antiquæ hiſtoriæ: οἱ παραλαβόντες καὶ μὴ πρὸς [Legendum, πρὸς μη] διακειμένους ἄρχοντες ἀδίκων ἔργων, οἱ δὲ εἰσιν οἱ βιαζόμενοι καὶ μη θέλοντας τοὺς ἀμυνομένους ἐφ᾽ ὅπλα χωρεῖν· *Qui in id veniunt, ut in nihil hoſtile cogitantes violentas inferant manus, hi ſunt, qui invitos cogunt ad arma ſemet tutatura confugere.* (Cap. II. pag. 604. G.)

### GRONOVII.

31 *Injuria nondum facta*] Quam exſpectamus & videmus imminentem.

32 *Ut maxime probata*] Quam omnes juſtam agnoſcunt. 1. 2. 3.

33 *Non ex injuſtitia*] Non quia peccat & ſcelefte agit, & jure caret, qui me aggreditur, ſed quia ego jus habeo, inter prima naturæ datum, vitæ meæ amandæ, & contra inſidiatorem defendendæ. 1, 2. 1.

34 *Bona fide militet*] Sacramentum legitimum dixerit, meque ut hoſtem jure interficere poſſit. [Immo intelligit eos, qui, dum militant, putant cauſſam belli juſtam eſſe. Vide Cap. XXVI. hujus libri. *J. B.*]

35 *Multo apud eam minor*] Illa non tantopere ſuadet cavendum & conſulendum alteri pluribuſve ſocietate conjunctis, quam præcipit, ut unuſquiſque ſe potiſſimum ſalvum velit.

36 *Alterum nobis æquat*] Proximum jubet diligere nos non levius quam noſmet ipſos.

37 *Ex intentione*] Propoſito.

38 *Deſtinato id facere*] Ita ferire atque eam partem petere, ubi letalis ictus futurus præſumatur.

(dd) Sed illa alterum nobis non præfert, ut ipſe Auctor obſervavit ſupra, Lib. I. Cap. III. §. 3. num 3. Cæteris paribus, ſibi quiſque proximus eſt. Et heic magis etiam valet, quod Auctor poſtea adfert è *Thoma Aquinate*, calculo ſuo adjecto. Vide de tota hac

 materia

hic mors illa 39 non eligatur, ut quiddam primario intentum, ſicut in punitione judiciali, ſed 40 ut unicum, quod eo tempore ſuppetit; cum is qui impetitus jam eſt, etiam illo tempore malle debeat tale aliquid facere, quo alter abſterreatur, aut debilitetur, quam quo intereat.

V. 1. 1 Periculum 41 præſens hic requiritur, & quaſi in puncto. Fateor quidem, ſi inſultator arma arripiat, & quidem ita ut appareat eum id facere occidendi animo, 42 occupari poſſe facinus. nam in 43 moralibus, ut & in 44 naturalibus 45 punctum non invenitur ſine aliqua latitudine: ſed multum falluntur & fallunt, qui 46 metum qualemcumque ad jus occupandæ interfectionis admittunt. *Cap. 7.* Vere enim dictum eſt a Cicerone primo de officiis: plurimas injurias a metu proficiſci, cum is, qui nocere alteri cogitat, timet, ne niſi id fecerit, ipſe aliquo afficiatur incommodo. *De Exp. Cyr. Lib. II. C. 5.* Clearchus apud Xenophontem: *καὶ γὰρ οἶδα ἤδη ἀνθρώπους, τοὺς μὲν ἐκ διαβολῆς, τοὺς δὲ ἐξ ὑποψίας, οἳ φοβηθέντες ἀλλήλους, φθάσαι βουλόμενοι πρὶν παθεῖν, ἐποίησαν ἀνήκεστα κακὰ τοὺς οὔτε μέλλοντας, οὔτε βουλομένους τοιοῦτον οὐδέν· multos ego novi, qui calumnia adducti aut ſuſpicione, dum metuunt alios, & prævenire malunt quam perpeti, atrociſſimis malis eos affecerunt, qui nihil tale facturi fuerant, ac* *Apud Aul. Gell. VII, 3.* *ne cogitaverant quidem.* Cato in oratione pro Rhodienſibus: *quod illos dicimus voluiſſe facere, id nos priores facere occupabimus?* *Ibid.* Inſignis eſt illa 47 apud Gellium ſententia: *Gladiatori 48 compoſito ad pugnandum pugna hæc 49 propoſita ſors eſt, aut occidere, ſi occupaverit, aut occumbere, ſi ceſſaverit. Hominum autem vita non tam iniquis, neque tam 50 indomitis neceſſitatibus circumſcripta eſt, ut idcirco*

materia ſui ipſius defenſionis, PUFENDORFIUM noſtrum *De Jure Nat. & Gent.* Lib. I. Cap. V. *J. B.*

GROTII.

1 *Periculum præſens*] Hujus diſtinctionis uſum egregium vide apud Agathiam IV. Apud *Thucydidem* octavo Phrynichus: *ὅτι ἀνεπίφθονον οἱ ἤδη εἴη περὶ τῆς ψυχῆς δι' ἐκείνους κινδυνεύοντι καὶ τοῦτο καὶ ἄλλο τι ἂν δρᾶσαι μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τῶν ἐχθίστων αὐτὸν διαφθαρῆναι· Carituorum invidia, ſi ipſe jam in vita per ipſos adductus periculum, & hoc & aliud quidvis aggrediatur potius, quam ab hominibus inimiciſſimis perdi ſe ſinat.* [Locus eſt §. 50. *Ed. Oxon.* Sed ubi caſus alius eſt, quàm de quo heic agitur. *J. B.*]

GRONOVII.

39 *Non eligatur*] Non petatur directo, tanquam res bona & juſta.

40 *Ut unicum*] Ut minus malum.

41 *Præſens*] Ut Græci loquuntur: *ἐπὶ ξυροῦ ἀκμῆς, in acie novaculæ* ſitum.

42 *Occupari poſſe*] Præveniri a paſſuro, ut aggreſſor prius lædatur.

43 *Moralibus*] Ubi de turpi & honeſto agitur.

44 *Naturalibus*] De eo, quod fit ſecundum aut præter contrave naturam.

45 *Punctum*] Nihil eſt ita præciſum, ut ſi minimum a medio diſcedas, in vitium deflectere videare. 1, 2, 1.

46 *Metum qualemcumque*] Ex ambiguis ſignis, quæ ſic poſſum interpretari, quaſi velit aliquis, ſi poſſit, me interficere.

47 *Apud Gellium*] 7, 3.

48 *Compoſito*] Comparato cum adverſario in amphitheatro. *Cic.* 2. *famil.* 8.

49 *Propoſita ſors*] Lata vel ſtatuta conditio.

50 *Indomitis*] Ad quas evadendas vel moliiendas nullum, aut nullum niſi tam grave, remedium eſt,

m *Cavenda*

*circo prior injuriam facere debeas; quam niſi feceris, pati poſſis.* Et apud Ciceronem alio loco non minus recte: *Quis hoc ſtatuit unquam, aut cui concedi ſine ſummo omnium periculo poteſt, ut eum jure potuerit occidere, a quo metuiſſe ſe dicat, ne ipſe poſterius occideretur?* Locum hic habet illud Euripidis: *Cit. Quint. Inſt. Or. Lib. v. c. 13.*

Εἰ γάρ σ᾽ ἔμελλεν ὡς σὺ φῂς κτείνειν πόσις,
Χρῆν καί σε μέλλειν, ὡς χρόνος δῆθεν παρῆν.

51 *Te ſi, ut ais, interficere vir voluit* (ee) *tuus,*
*Voluiſſe ſat erat & tibi, ubi tempus foret.*

Cui geminum eſt Thucydideum illud: τὸ μέλλον ἐν ἀφανεῖ ἔτι κεῖται, καὶ οὐκ ἄξιον ἐπαρθέντας αὐτῷ φανερὰν ἔχθραν ἤδη καὶ οὐ μέλλουσαν κτήσασθαι· *Futurum in incerto adhuc eſt: nec quemquam oportet eo commotum inimicitias ſuſcipere, non jam futuras ſed certas.* *Lib. I. c. 42.* Idem Thucydides quo loco mala ſeditionum quæ Græcas civitates inceſſerant diſerte explicat, ponit & hoc in vitio: ὁ φθάσας τὸν μέλλοντα κακόν τι δρᾷν ἐπῃνεῖτο· *laudabatur qui malum facinus quod facturus erat alter* 52 *ipſe occupaſſet.* *Lib. III. c. 82.* Livius: m *Cavendo ne metuant homines, metuendos ultro ſe efficiunt, & injuriam a nobis repulſam, tanquam aut facere aut pati neceſſe ſit, injungimus aliis.* *Lib. III. c. 65.* In tales non male convenit illud Vibii Criſpi a Quintiliano laudatum, 53 *Quis tibi ſic timere permiſit?* *Inſt. Orat. Lib. VIII. c. 5.* Etiam Livia apud * Dionem ait, infamiam eos non effugere, qui facinus quod timent, occupant. ** Lib. LV. pag. 640. Ed. H. Steph.*

2. Quod ſi quis vim non jam præſentem intentet, ſed conjuraſſe aut inſidiari compertus ſit, ſi venenum ſtruere, ſi falſam accuſationem, falſum teſtimonium, iniquum judicium moliri, hunc nego jure poſſe interfici; ſi aut aliter evadi periculum poteſt: aut non certum ſatis eſt aliter evadi non poſſe. Plerumque enim interpoſita temporis mora ad multa remedia, ad multos etiam caſus patet: ut dici ſolet, 54 inter os & offam. quamquam non

GROTII.

m *Cavendo ne metuant homines, metuendos ultro ſe efficiunt*] Ut Cæſar, qui cum rempublicam occuparet, dicebat adverſariorum metu ſe eò adductum. Locus eſt egregius apud *Appianum* Civilium II. [Nihil tale reperitur in toto illo libro, nec alibi, quod ſciam, apud *Appianum. J. B.*]

GRONOVII.

51 *Te ſi*] Si te occiſurus erat, & tu non niſi occiſurus eſſe debebas, ut ſcilicet tempus intereſſet. Si ille morabatur, & tu morari debebas.

52 *Ipſe occupaſſet*] Ut Athenienſes, cum pecuniam in ſtipendium belli Perſici ab univerſa Græcia collatam ex inſula Delo rapuerunt, prætextu id facturos Lacedæmonios. *Juſtin.* 3, 6.

53 *Quis tibi ſic timere*] Quis hanc tibi veniam dedit, ut timori tantum indulgeres, ut ob timorem ſic facere tibi licere putares?

54 *Inter os & offam*] Πολλὰ μεταξὺ πέλει κύλικος καὶ χείλεος ἄκρου.

(ee) Ita quoque habet in *Excerptis ex Trag. & Com. Græcis*, pag. 390. quamquam verba ceteroquin non planè ſint eadem. Sed dicere debuit *meus*: loquitur enim *Merope* de viro ſuo, à *Polyphonte* fratre interfecto. Fragmentum eſt è *Creſphonte*, apud *Aulum Gellium*, Lib. VII. c. 3. unde quædam ſupra adtulit. *J. B.*



Digitized by Google

non deſunt & Theologi, & Juriſconſulti, qui 55 indulgentiam ſuam longius extendant. a Sed & altera, quæ melior tutiorque ſententia eſt, ſuis non caret auctoribus.

VI. Quid dicemus de periculo mutilationis membri? b Sane cum damnum membri, præſertim e præcipuis, valde ſit grave, & vitæ quaſi æquiparabile: adde quod vix ſciri queat an non periculum mortis poſt ſe trahat, ſi aliter vitari nequeat, putem intentantem periculum occidi recte poſſe.

VII. Pro pudicitia quin idem liceat, controverſiam vix habet, cum non tantum communis æſtimatio, ſed & lex (ff) divina n pudicitiam vitæ adæquet. Itaque Paulus c Juriſconſultus dixit pudorem tali facinore recte defendi. Exemplum habemus in 56 Tribuno Marii 57 a milite occiſo o apud Ciceronem & Quintilianum: ſed & a 58 feminis occiſorum in hiſtoriis exſtant. Chariclea apud Heliodorum talem interfectionem vocat (gg) *ἀμύντης νόμον τῆς εἰς σωφροσύνην ὕβρεως, juſtam defenſionem ad arcendum injuriam in caſtitatem.*

VIII. Quod autem diximus ſupra, quanquam occidere parantem occidere licet, laudabilius tamen eum facere qui 59 occidi quam

*a Bann. q. 64. art. 7. dub. 4. Baldus in l. multis C. de lib. cauſ. & in L. 1. C. unde vi. Leſſ. lib. II. c. 9. dub. 8. Soto lib. v. q. 1. art. 8.*

*b Card. in Clem. Si furioſus. de homicid. Covarr. ibid. p. 3. §. 1. n. 2. Sylv. in verbo Homicidium, 3. q. 4.*

*c Lib. 5. rec. ſent. tit. 23. §. 8.*

GROTII.

n *Pudicitiam vitæ adæquet*] *Seneca* de beneficiis primo, capite undecimo: *Proxima ab his ſunt ſine quibus poſſumus quidem vivere, ſed ut mors potior ſit, tanquam libertas, & pudicitia, & mens bona.* Paulus Sententiarum v. tit. XXIII. §. 3. *qui latronem cædem ſibi inferentem, vel alium quemlibet ſtuprum inferentem occiderit, puniri non placuit. Alius enim vitam, alius pudorem publico facinore defendit.* Auguſtinus libro I. de libero arbitrio: *Lex dat poteſtatem vel viatori ut latronem, ne ab eo ipſe occidatur, occidat; vel cuipiam viro aut feminæ ut violenter ſibi ſtupratorem irruentem, ante aut poſt illatum ſtuprum, ſi poſſit, interimat.* (Cap. 5.)

o *Apud Ciceronem*] Vide & *Plutarchum* Mario. [*Pag.* 413. Locus autem *Ciceronis* eſt *Orat. pro Mil.* c. 4. & *Quintiliani* Declamatio, cui titulus, *Tribunus Marianus. J. B.*] Mars quoque Deorum judicio abſolutus dicitur, interfecto eo, qui filiæ ipſius ſtuprum inferebat. Teſtis *Apollodorus* bibliothecæ III. (Cap. XIII. §. 2. *Ed. Gall.*) Adde inſignem hiſtoriam apud *Gregorium Turonenſem* libro nono.

GRONOVII.

55 *Indulgentiam ſuam*] Plus hac in re concedunt, quam ſana ratio permittit.

56 *Tribuno Marii*] C. Luſcio ſororis C. Marii filio.

57 *A milite*] C. Plotio. *Valer. Max.* 6, 1. 12. *Quintil.* declam. *Miles Marianus.*

58 *Feminis*] Ut a Chiomara Orgiagontis Gallogræcorum reguli uxore. *Flor.* 2, 11.

59 *Occidi quam occidere*] Melius occidi quam occidere injuria; non melius occidi injuria, quam occidere jure. *Sueton.* de Tito 9. *Nec auctor poſthac cujuſdam necis nec conſcius, nec quamvis interdum ulciſcendi cauſa non deeſſet, ſed periturum ſe potius quam perditurum adjurans.*

(ff) Innuit locum *Deuter.* XXII, 25. 26. unde tamen, ſi ſeries orationis perpendatur, non poteſt elici, ſaltem directè, pudicitiam vitæ adæquari. *J. B.*

(gg) Locus eſt in Lib. I. non longè ab initio, ubi ita Virgo loquitur: Ὅσοι *δὲ πρὸς ἡμῶν [ἀνῄρηνσθε] ἀμύντης νόμῳ καὶ ἐκδικίας καὶ εἰς σωφροσύνην ὕβρεως πεπόνθατε.* Pag. 7. Edit. Bourdelot. *J. B.*

p *Cum*

quam occidere malit, id * nonnulli ita concedunt, ut 60 excipiant perſonam multis utilem: Sed mihi hanc 61 patientiæ contrariam legem omnibus illis imponere, quos vivere aliorum intereſt, parum tutum videtur. Itaque reſtringendum id arbitrer ad eos, quorum officium eſt ab aliis vim arcere, quales ſunt 62 ſocii itineris ea lege contracti, & 63 rectores publici, quibus illud Lucani aptari poteſt: [Lib. v. verſ. 685. & ſeqq.] *Soto d.l.q. Sylv. in verbo Bellum. p. 2. n. 5.

p *Cum tot ab hac anima populorum vita ſaluſque*
*Pendeat, & tantus caput hoc ſibi fecerit orbis,*
*Sævitia eſt voluiſſe mori* ———

IX. 1. Contra vero evenire poteſt, ut quia invaſoris vita multis ſit utilis, occidi is ſine peccato nequeat: nec id tantum ex vi legis divinæ, ſive veteris ſive novæ, de quibus egimus ſupra, cum regis perſonam ſanctam eſſe oſtendimus, ſed ipſo etiam naturæ jure. Nam jus naturæ, 64 quatenus legem ſignificat, 65 non ea tantum reſpicit, quæ dictat juſtitia, quam expletricem diximus, ſed aliarum quoque virtutum, ut temperantiæ, fortitudinis, prudentiæ actus in ſe continet, ut in certis circumſtantiis, non honeſtos tantum ſed & debitos. Ad id vero, quod diximus, caritas nos obſtringit. *Soto d. loco.*

2. 66 Nec ab hac ſententia dimovet me Vaſquius, cum ait principem, qui innocentem inſultet, deſinere principem eſſe ipſo facto: *Lib.1.contr. illuſt. 18.*

GROTII.

p *Cum tot ab hac anima*] *Curtius* lib. x. *Sed cum tam avide manifeſtis periculis offeras corpus, oblitus tot civium animas trahere te in caſum.* (Cap. 6. num. 8.)

GRONOVII.

60 *Excipiant perſonam*] Sentiant illum, quem ſupereſſe ac vivere multorum interſit, potius occidere quam occidi ſe pati debere.

61 *Patientiæ contrariam*] Ut debeant potius facere quam pati.

62 *Socii itineris*] Præſidium & commeatus.

63 *Rectores*] Magiſtratus.

64 *Quatenus legem*] Compellit aut jubet omnino ac neceſſario aliquid agi & præſtari; non tantummodo monet, aut aliquid honeſtius ex ſe indicat, 1, 1. 10.

65 *Non ea tantum*] Non exigit modo ea, ad quæ legibus civilibus adigimur, ſed etiam quæ dictant juſtitia diſtributiva & univerſalis, qualia ſunt dogmata moralia.

66 *Nec ab hac ſententia dimovet me Vaſquius*] Sane peccavit *Vaſquius*, quum quod conſilii eſt, monendique ſunt principes, ut caveant, quia accidere ſoleat, id jus fecit adverſus principem. Hoc voluit dicere: Princeps innoxium aſſultando & injuriam ei intentando deſinit agere principem & incipit agere tyrannum, eoque judicio morali in iſto actu, non princeps, ſed aggreſſor & tyrannus eſt. Nam ut in ludo puerili apud *Horatium*, *Rex eris*, *ajunt ſi recte facies*; & anus illa apud Philippum Macedonem: *Si non vacat tibi jus reddere*, *noli regnare.* Ergo & mittit ſe in periculum patiendi, quæ ſæpe tyranni & aggreſſores patiuntur: ut Lajus quum juſſit ſibi in alieno territorio & paucis comitatus decedere de via Oedipum: ut Nero cum graſſabatur noctu. Nam quemadmodum in privatis delictis quidam ſtatim puniuntur in primo ſcelerato opere, quidam non tam ſcelus quam imprudentiam expiant inter ſceleratos deprehenſi, quibuſdam tardo pede venit vindicta, quidam furiis ſuis relinquuntur: ita & principes. Quorum etſi primum alterumque

facto : quo vix quicquam potuit dici aut minus vere aut magis periculoſe. Nam 67 ſicut dominia, ita & imperia non amittuntur delinquendo, niſi 68 lex id ſtatuat. Quæ autem hoc de imperiis ſtatueret lex, ut delicto in privatum amitterentur, nuſquam reperta eſt, nec repertum iri credo : ſummam enim rerum confuſionem induceret. 69 Quod autem Vaſquius & huic, & aliis multis illationibus fundamentum ponit, imperia omnia parentium non imperantium utilitatem ſpectare, id etiam ſi verum univerſim eſſet,

rumque genus miſerabiles ſunt, nec forte jus vindicibus fuit ad ultimam pœnam veniendi: ipſi tamen non habent, cui imputent, niſi ſibi. Et hoc eſt quod Marcus diſputabat : *Omnes principes, qui occiſi eſſent, habuiſſe cauſas, quibus mererentur occidi, nec quempiam facile bonum vel victum a tyranno vel occiſum: meruiſſe Neronem, debuiſſe Caligulam, Othonem & Vitellium nec imperare voluiſſe.* De Galba paria ſentiebat, cum diceret, *in Imperatore avaritiam eſſe acerbiſſimum malum*; ut teſtatur *Vulcatius* in vita Avidii Caſſii (c.8.) Sic T. Tatius, quum Laurentes, quod legati illorum a propinquis ejus pulſati eſſent, jure cæſum præ ſe ferrent. Sic Philippus Pauſaniam jure civili agentem adverſus Attalum variis dilationibus cum riſu fruſtratus, vindictam in ſe vertit. Hi miſerabiles ſunt quidem, nec percuſſoribus illos occidendi jus fuit: quod accidit tamen, non habent, cui imputent, niſi ſibi. Quod vero interpoſuit *Vaſquius* omnia imperia parentium, non imperantium, utilitatem ſpectare, ſi non jus dat privatis, facit tamen, ut quicquid contra diſputetur, homines non omnem injuriam ab imperante ſibi ferendam putent. Immo quia hoc naturalis ratio ingerit, parentium potius quam imperantium cauſa coëuntes populos ſibi regem feciſſe, & regem eſſe propter populum, non populum propter regem: propterea acrior eſt dolor, quum eum, quem tutorem ſuum & defenſorem eſſe exiſtimabant, vexatorem & hoſtem vident. Et res quidem non ſtatim deficit, cujus utilitas in aliqua parte deficit: ſed tamen exiſtimatio & pretium rei, quantum pendebat ex utilitate ad eam partem, deficit: adeo ut interdum ea res magis contemnatur ob unum vitium, quam æſtimatur propter alias virtutes multas. *Sic librum minutioribus literis ſcriptum ſæpe projecimus: ſic veſtimenta, quia diſplicebant, ſcidimus*, ut ait *Seneca* de ira 2, 26.

67 *Sicut dominia*] Aliquis committendo facinus vel capitale, ita ut fugere neceſſe habeat, non deſinit eſſe dominus rerum ſuarum, niſi expreſſe in lege cautum fuerit, qui eam violaturus ſit, ejus bona caduca fore & fiſco vindicatum iri. Sic nec princeps contra officium faciendo amittit principatum, niſi hujuſmodi lex commiſſoria ab initio, cum ei poteſtas deferretur, dicta ſit. Supra 1, 3. 16.

68 *Lex id ſtatuat*] Ut ſunt leges de mulctis & confiſcationibus.

69 *Quod autem Vaſquius*] Quod pro fundamento ſententiæ ſuæ ponit *Vaſquius*, incolumitatem a ſingulis propter ſe deſiderari, id quidem admittunt τὰ πρῶτα naturæ. Sed poſtera illa & conſequentia, primis nobiliora, non addunt tantum alios, quibuſcum in ſocietatem coivimus, ſed etiam ſi alii ſervari nequeunt, eos nobis præponunt. Inde toties inculcatum ſapientibus, patriæ vitam & ſpiritum deberi. Nec vero neceſſe erat etiam ex ipſius hypotheſi ad illud *ἐπιχείριον propter ſe* decurrere. Poterat enim dicere, invaſorem tam pravo facinore vim intentandi tollere ſibi iſtam exiſtimationem, quod vita ejus ſit multitudini utilis: raro enim mala exempla ſiſtunt in uno, & alii cuivis idem metuendum. Itaque ſi faciat iſte, quod non poteſt non facere, ſi ſe ſalvum velit, non ſuæ tantum ſed & aliorum ſaluti conſulere. Sed periculoſe hoc judicium privatis committitur. Itaque verior eſt ſententia *Grotii*: nec ei vitio vertendum, quod non adjecit quæ monuimus: non enim de utili, ſed de jure diſputat.



Digitized by Google

eſſet, ad rem non faceret. non enim ſtatim 70 res deficit, cujus utilitas aliqua in parte deficit. Quod vero addit, reipublicæ incolumitatem a ſingulis 71 propter ſe deſiderari, atque ideo debere quemque etiam toti reipublicæ ſuam ſalutem anteponere, non ſatis cohæret. Nam noſtri quidem cauſa rempublicam ſalvam eſſe volumus, ſed non tantum noſtri, verum & aliorum. (hh)

3. Falſa enim & a ſanioribus philoſophis rejecta eſt opinio q exiſtimantium amicitiam ex ſola indigentia natam, cum ſponte & natura noſtra ad eam feramur. Ut vero meo unius bono multorum admodum bonum præferam; caritas monet ſæpe, imperat interdum. Huc illud Senecæ pertinet: r *Principes regeſque, & quicumque alio nomine ſunt tutores ſtatus publici, non eſt mirum amari ultra privatas etiam 72 neceſſitudines. Nam ſi ſanis hominibus publica privatis potiora ſunt, ſequitur, ut is quoque carior ſit, 73 in quem ſe reſpublica convertit.* Ambroſius: *Sibi cum quiſque arbitretur gratius excidia patriæ depuliſſe, quam propria pericula.* Is quem dixi * Seneca: *Calliſtratus & Rutilius, hic Athenis, ille Romæ, reddi ſibi penates ſuos noluerunt clade communi: quia ſatius erat duos 74 unico malo affici, quam omnes publico.*

*Lib. I. de Clement. c. 4.*

*De Officiis* III. c. 3.

* *Lib.* VI. *de Benef.* c. 37.

X. 1. Si cui periculum immineat accipiendæ alapæ, aut mali ſimilis, huic quoque jus eſſe id arcendi cum cæde inimici, ſunt qui putant. Ego, ſi mera juſtitia expletrix reſpiciatur, non diſſentio.

*Soto d. loco. Navarr.* c. 15. n. 3. *Sylveſt. in verbo Homicidium.* 1. *quæſt.* 5. *Lud. Lopez.* c. 62.

GROTII.

q *Exiſtimantium amicitiam ex ſola indigentia natam*] Refutat pernicioſam hanc opinionem *Seneca* libro I. de Beneficiis capite I. & libro IV. cap. XVI.

r *Principes regeſque*] *Plutarchus* Pelopidæ initio: (*pag.* 278. D.) ἀρετῆς πρῶτον ἔργον σώζειν τὸν ἅπαντα ἄλλα σώζοντα· *primum virtutis opus ſervare ſervantem cetera.* Caſſiodorus de Amicitia: *Si manus oculorum obſequio vibratum in aliud membrum ſenſerit gladium imminentem, ipſa ſuum minime diſcrimen attendens, plus alii quam ſibi timens, gladium excipit.* Poſt: *Proinde qui morte propria dominos ſuos a morte redimunt, recte quidem hoc faciunt, ſi potius ſalutem animæ ſuæ quam liberationem alieni corporis in cauſa conſtituunt. cum enim eis conſcientia dictet, quod fidem dominis ſuis debeant exhibere, videtur etiam conſonum rationi, quod ſua vita corporali vitam dominorum debeant anteferre.* Deinde rurſus: *Dilectione itaque, & maxime pro ſalute multorum, poteſt quis ſalubriter morti ſuum corpus exponere.*

GRONOVII.

70 *Res deficit*] Inſtrumenti quidem vis conſiſtit in uſu; non tamen, ſicubi res hæret, nec ſtatim expeditur, omnis ejus æſtimatio & dignitas confeſtim interit. Sic non deſinit eſſe princeps, qui aliqua in re non ſe pro principe gerit.

71 *Propter ſe*] Propter ſuum ipſius commodum & ſalutem.

72 *Neceſſitudines*] Amicos, neceſſarios, familiares, cognatos.

73 *In quem reſpublica*] Ad quem omnium poteſtas delata eſt.

74 *Unico*] *Iniquo*, legendum.

(hh) At verò quemadmodum manifeſta eſt injuria, & intoleranda, Principis, qui ſine ullâ cauſſâ privatum ſubditum invadit, vitæ ipſius imminens: ita utilitas ad Rempublicam reditura, ſi Innocens patiatur ſe interfici, dubia admodum eſt, ne quid gravius dicam. De ea re agemus uberius in noſtris ad hunc locum Notis Gallicis. *J. B.*

ſ *Facultatem*

ſentio. Quanquam enim inæqualia ſunt mors & alapa, tamen qui injuria me parat afficere, is mihi eo ipſo dat jus, hoc eſt, ſ 75 facultatem quandam moralem adverſus ſe in infinitum, quatenus aliter malum illud a me arcere nequeo. 76 Caritas quoque per ſe non videtur nos hic obſtringere in gratiam nocentis. At lex euangelica omnino tale factum illicitum reddidit: jubet enim Chriſtus alapam accipi potius quam adverſario noceatur; quanto magis occidi eum vetat alapæ effugiendæ cauſa? Quo exemplo monemur cavere a dicto Covarruviæ, 77 non pati humanam cognitionem, juris naturalis non ignaram, quicquam naturali ratione permitti, quod apud Deum, qui ipſamet natura eſt, non ſit idem permiſſum. Nam Deus, qui ita auctor eſt naturæ, ut & ſupra naturam agat libere, jus habet nobis leges præſcribendi etiam de his rebus, quæ natura ſua liberæ indefinitæque ſunt: multoque magis ut debeatur id quod natura honeſtum eſt, etſi non debitum.

*Dict. §. 1. p. 3. in Clem. Si furioſus.*

2. Mirum

GROTII.

ſ *Facultatem quandam moralem*] Apollodorus lib. II. de Lino agens: ἀφικόμενος δὲ εἰς Θήβας καὶ Θηβαῖος γενόμενος, ὑπὸ Ἡρακλέους τῇ κιθάρᾳ πληγεὶς ἀπέθανεν. ἐπιπλήξαντα γὰρ αὐτὸν ὀργισθεὶς ἀπέκτεινε· δίκην δὲ ἐπαγόντων τινῶν αὐτῷ φόνου, παρανέγνω νόμον Ῥαδαμάνθυος, ὃς ἂν ἀμύνηται τῶν χειρῶν ἀδίκων ἄρξαντι, ἀθῷον εἶναι· *Ad Thebas cum veniſſet, civiſque Thebanus factus eſſet, ibi interiit ab Hercule percuſſus cithara: nam cum Linus ferriſſet Herculem, iratus Hercules mortem ei intulit, reuſque a nonnullis factus patratæ cædis, legit in judicio legem Rhadamanthi, qua inſons pronuntiatur, ſi quis nocuerit ei, qui vim prior intulerit.* (Cap. IV. §. 9.)

GRONOVII.

75 *Facultatem quandam*] Lucanus *arma tenenti Omnia dat, qui juſta negat.* Quod ſcribit, qui injuria parat afficere, dare jus vel facultatem moralem adverſus ſe in infinitum, duræ admodum difficiliſque digeſtionis eſt; ne quidem, qui jam affecit. Dat ſane jus perpetuis inimicitiis, ac perſequendi ac viciſſim lædendi, quocumque modo poſſum, ſed civiliter, accuſando, incrementa impediendo, officia negando. Id qui faceret apud Romanos, bonus tamen & honeſtus civis manebat. Probiſſimi tamen quique talem pertinaciam improbam, & inimicitias debere mortales eſſe judicabant. *Ob levem injuriam externi mores uſque ad ſanguinem incitare ſolent odium aut levium Græcorum, aut immanium barbarorum*, inquit *Cicero* pro Ligario cap. 4.

76 *Caritas quoque*] Multo minus videtur admittendum, quod ait, caritatem nos non obſtringere ad hoc in gratiam nocentis. Sed adjicit, quatenus aliter malum illud a me arcere nequeo. Fortaſſis igitur hæc ſententia fuit auctoris: dat facultatem liberam & incircumſcriptam in inſtanti, cum conſilium in arena capiendum, nec copia eſt circumſpiciendi quid optimum ſit, arripiendi auxilium & objiciendi quodcunque ſub manu eſt, etiamſi inde non quidem deſtinatione mea (quæ eſt tantum a me arcere injuriam) ſed caſu fortuito mors lædere volentis ſequatur: ut ſi manum, dum intentatur mihi, præcidam, aut ſic ſauciem, ut vulnus ei ſit mortale.

76 *Caritas*] Affectio illa, qua omnes homines natura dictat eſſe proſequendos.

77 *Non pati humanam*] Quod homo recta ratione inſtructus & utens, ac jus naturæ indicat, non poſſe apud Deum pro peccato haberi.

78 Ad

2. Mirum autem eſt, cum Dei voluntas in Euangelio tam diſerte appareat, inveniri theologos, & Chriſtianos theologos, qui non modo cædem recte putent admitti, ut alapa vitetur, ſed & accepta alapa, ſi qui eam impegit fugiat, [78] ad honorem ut ajunt recuperandum: quod mihi a ratione & pietate valde alienum videtur. Nam honor eſt opinio de excellentia. at qui talem fert injuriam, is [79] patientem ſe excellenter oſtendit: atque ideo honorem auget magis, quam minuit. nec refert, ſi quidam corrupto judicio virtutem hanc in probrum confictis nominibus traducant. perverſa enim illa judicia nec rem nec rei æſtimationem immutant. Nec Chriſtiani veteres hoc tantum viderunt, ſed & philoſophi, qui dixerunt puſilli eſſe animi contumeliam ferre non poſſe, ut alibi oſtendimus.

*Navarr. cap. 15. 4. Henric. de irreg. ul. c. 11. Vict. de jure bell. n. 5.*

3. Hinc etiam liquet, quam non probandum ſit, quod a pleriſque eſt traditum, defenſionem cum interfectione eſſe licitam, jure ſcilicet divino (nam de ſolo naturæ jure, quo minus ita ſit, non diſputo) etiam ſi quis fugere ſine periculo poſſit, quia fuga ſcilicet [80] ignominioſa ſit, in nobili præſertim homine. Atqui nulla hic ignominia eſt, ſed falſa quædam ignominiæ opinio, ſpernenda ab omnibus iis, qui virtutem & ſapientiam ſectantur. qua in re gaudeo me aſſentientem habere inter Juriſconſultos Carolum Molinæum *. Quod de alapa & fuga dixi, idem dictum volo de aliis rebus, per quas vera exiſtimatio non læditur. Quid ſi vero dicat aliquis de nobis, quod creditum apud bonos exiſtimationem noſtram delibaret? Hunc quoque occidi poſſe ſunt qui doceant: † mendoſe admodum, & contra naturæ quoque jus. nam interfectio iſta [81] non eſt modus aptus ad tuendam exiſtimationem.

*Soto art. 8. d. q. 5. Dd. in l. ut vim. D. de juſt. & jure. & in L. 1. C. unde vi. Vaſquez D. c. 18. n. 13. 14. Sylv. in verbo Bell. pag. 2. n. 4.*
** In addit. ad Alex. conſ. 119.*
*† Petr. Navarr. l. 11. c. 3. n. 376.*

XI. Veniamus ad injurias, quibus res noſtræ impetuntur. Si expletricem juſtitiam reſpicimus, non negabo ad res conſervandas raptorem, ſi ita opus ſit, vel interfici poſſe: nam [82] quæ inter rem

GRONOVII.

78 *Ad honorem*] Exiſtimationem, dignitatem, quam videtur amiſiſſe ſervilium verberum patientia.

79 *Patientem excellenter*] Ut vir ingens & bello, & ſtudiis Nuæus apud *Thuan.* lib. 55. ann. 1573. p. 335.

80 *Ignominioſa*] Indigna forti viro.

81 *Non eſt modus*] Idem judicavit Auguſtus Cæſar apud *Sueton.* c. 51. & 35.

82 *Quæ inter rem & vitam*] Etſi enim plus videtur exigi a fure, quam debet, ſi pro ablatis bonis vita ejus petatur: tamen judicio morali non eſt periculum, quod ipſe in ſe arceſſivit, l. 9. 3. & quod minus eſt in re, quam eſt in hominis capite, id ſupplet lædentis injuria.

Nullam æqualitatem eſſe inter amiſſionem vel omnium bonorum & mortem, ſententia, opinor, verior eſt. Sic tamen ut hominum maxima pars longe aliter ſe cenſere rebus teſtetur. Cur enim navigant, militant, in metalla ſe defodiunt, margaritas piſcantur, & periculoſiſſimas artes alias exercent, niſi ut oſtendant ob bona & ſæpe ob vilem mercedulam libenter ſe capite periclitari? Qui projecerunt ſuam vitam in acquirendo, an parcent alienæ in eo, quod tanto pretio acquiſiverunt, tuendo? Inde paſſim ita loquuntur bo-

Digitized by Google

rem & vitam eſt inæqualitas, ea favore innocentis & raptoris odio compenſatur, ut ſupra diximus: unde ſequitur, ſi id jus ſolum reſpiciamus, poſſe furem cum re fugientem, ſi aliter res recuperari nequeat, jaculo proſterni. Pag. 437. A. Demoſthenes oratione in Ariſtocratem: *εἰ τ' ἐ δεινὸν, ὦ γῆ καὶ θεοὶ, καὶ φανερῶς παράνομον, ἐ μόνον παρὰ τὸν γεγραμμένον νόμον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τὸν κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων νόμον, τὸν ἄγοντα καὶ φέροντα βίᾳ τἀμὰ ἐν πολεμίε μοίρᾳ, μὴ ἐξεῖναί μοι ἀμύνεσθαι· Nonne hæc per Deos durum atque injuſtum eſt, nec ſcriptis tantum legibus, ſed & communi inter homines legi contrarium, ut non ſinar vi uti adverſus eum, qui hoſtiliter res meas rapiat?* Nec obſtat 83 caritas 84 per modum præcepti, 85 lege divina humanaque ſepoſita, niſi res ſit, quæ minimum valeat, ac proinde contemni mereatur. quam exceptionem recte nonnulli adjiciunt.

XII. 1. Quis ſenſus ſit 86 legis Hebrææ videamus, cum qua congruit & lex Solonis vetus, (ii) quam Demoſthenes adverſus Timocratem commemorat, t & inde ſumta lex XII. tabularum; & (kk) Platonis ſcitum nono de legibus. Nam omnes iſtæ leges in hoc conveniunt, quod 87 furem nocturnum a diurno diſtinguunt.

ni auctores, ut pecuniam & vitam parum differre ſignificent. *Heſiodus:*

> Χρήματα μὲν ψυχὴ πέλεται δειλοῖσι βροτοῖσι.
> *Spiritus haud levior miſeris mortalibus eſt res.*

Antiphanes apud *Stobæum:*

> Τ' ἀργύριόν ἐςιν αἷμα καὶ ψυχὴ βροτοῖς·
> Ὅςις δὲ μὴ ἔχει τῦτο, μηδ' ἐκτήσατο,
> Οὗτος μετὰ ζώντων τεθνηκὼς περιπατεῖ.
> *Anima atque ſanguis pecunia eſt mortalibus,*
> *Hac ſi carebis, ſine parandi copia,*
> *Non vivis, umbra vivis mortua interes.*

Sic *ſanguinem, nervos, viſcera, vitalia* dixerunt pro patrimonio. & *comedi, cædi, concidi, perire, fumus,* de eo, qui bona perdit. Vide *Obſervat.* lib. 4. cap. 24.

G R O T I I.

t *Et inde ſumta lex* XII. *tabularum*] Addi poteſt lex Wiſigotthorum libro VII. tit. I. cap. XV. & capitulare Caroli Magni lib. V. cap. 191. Lege Langobarda, qui nocte alienam curtem ingreditur, niſi ligandum ſe præbeat, occidi poteſt.

G R O N O V I I.

83 *Caritas*] Officium humanitatis communi naturæ debitum.

84 *Per modum præcepti*] Tanquam præcipiens, conſulens ac monens contrarium, licet non imperans, ut lex.

85 *Lege divina humanaque*] Ipſam ſi conſideres nudam, citra id, quo divinis & humanis legibus augetur.

86 *Legis Hebrææ*] Exod. 22, 2.

(ii) Vide ſupra, *Lib.* I. *Cap.* III. §. 2. *num.* 2. *J. B.*

(kk) Νύκτωρ φῶρα εἰς οἰκίαν εἰσιόντα ἐπὶ κλοπῇ χρημάτων ἐὰν ἑλὼν κτείνῃ τις, καθαρὸς ἔςω. Pag. 874. B. Tom. II. Ed. H. Steph. *J. B.*

G R O N O V I I.

87 *Furem nocturnum*] Nocturnum furem ideo licere vult occidi, quod noctu vix ſit copia teſtium adhibendorum, atque ideo ſi occiſus reperiatur, facilius credatur ei, qui a ſe vitæ tuendæ cauſa dicat furem interemtum repertum cum aliquo inſtrumento, quo nocere poſſet.

Ergo hæc foret fictio juris, ſeu ejus, quod

Digitized by Google

guunt. de ratione legis ambigitur. *a* Quidam id unum putant ſpectatum, quod noctu diſcerni nequeat is qui venit, fur ſit, an ſicarius, & ideo tanquam ſicarium poſſe interfici. *b* Alii diſcrimen in hoc poſitum exiſtimant, quod noctu, quia fur ignotus ſit, res minus videantur poſſe recuperari. Mihi legum conditores nec hoc nec illud proprie videntur ſpectaſſe; ſed hoc voluiſſe potius, directe rerum cauſa interfici neminem debere: quod fieret, exempli cauſa, ſi fugientem telo proſternerem, ut illo interemto rem meam reciperem: ſed ſi ipſe in periculum vitæ adducar, tunc mihi licere a me avertere periculum etiam cum periculo vitæ alienæ: nec obſtare mihi 89 quod me in id diſcrimen adduxerim, dum rem meam cupio retinere aut occupatam extorquere, (ll) aut furem capere, nam in his omnibus nihil mihi poſſe imputari, qui verſer in actu licito, nec cuiquam injuriam faciam, cum utar meo jure.

2. Diſcrimen ergo nocturni & diurni furis in hoc poſitum eſt, quod noctu vix ſit copia teſtium adhibendorum: atque ideo, ſi occiſus fur reperiatur, facilius credatur ei, qui a ſe vitæ tuendæ cauſa

*a Soto d. loco Matheſilan. notabl 135. Jaſ. & Gom. Inſtitut. de act. in pr. Covar. d. §. 1. n. ibi decimo. Leſſ. du. xi. n. 68.*
*b Covar. d. loco. Aug. citat. in c. ſi perfodiens. de Homicid. Leſſius d. cap. 9. dub. xi. n. 66.*

quod eſt poſſibile, incerta veritate, vel contra veritatem, pro veritate a jure facta ad certos effectus interpretatio. Quales & alibi, & in uſucapione & in poſtliminio JCti veteres agnoſcunt. Sed haud ſcio, an fictio juris tantum valere poſſit, ut per eam homo alioqui conſervandus poſſit occidi, quemadmodum per eam res poteſt retineri vel alienari. Potius hæc cauſa videtur, quod ubi minor eſt cuſtodia hominum, ibi ſanctior eſt cuſtodia legis. Sic apud Scythas nihil furto gravius, quia, ut ait *Juſtinus*, ſine tecti munimento pecora & armenta habentibus nihil ſalvum eſſet, ſi furari liceret. Sic abigeatus gravius punitur furto, etſi poſſint res furto ablatæ multo eſſe pretioſiores, quia fide publica in paſcuis ſunt pecudes, nec ita poſſunt cuſtodiri, ut quæ domi ſub oculis & clauſtris habemus. Sic noctu cum dormiunt homines, &, ut eleganter *Statius mandavere animas* (quaſi alienæ fidei commiſere, non ipſi in poteſtate habent) vigilat lex: & in minore providentia dominorum majorem metum furibus facit.

Deinde non modo adverſus nocturnum furem præſumptio eſt defendiſſe ſe telo, ſed indubitatum hoc habuerunt legum conditores, nec intelligi poteſt fur nocturnus ſine telo: quia enim noctu ſunt omnia clauſa, quomodo nudis manibus effringet januam, perfodiet parietem, dimovebit arcarum & armariorum ſeras? Tertio ob hanc quoque cauſam, quod noctu clauſa ſunt omnia, nec ſine vi poſſunt aperiri, fur nocturnus non intelligitur ſine vi, & quidem in locum ſanctiſſimum. *Quid enim ſanctius, quid omni religione munitius, quam domus uniuſcujuſque civium? hic aræ ſunt, hic foci, hic Dii penates, hic ſacra religionis cerimoniæ continentur: hoc perfugium eſt ita ſanctum omnibus, ut inde abripi neminem fas ſit*, inquit *Cicero* in oratione pro domo cap. 41. *Jam ſi tempus eſt ullum jure hominis necandi, quæ multa ſunt, certe illud eſt non modo juſtum, verum etiam neceſſarium, cum vis vi illata defenditur*, ut idem pro Milone cap. 3.

Legis hujus ex 12. tabulis ibidem ſic meminit Cicero: *duodecim tabulæ nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem, ſi ſe telo defenderit, interfici impune voluerunt.*

89 *Quod me in diſcrimen*] Quod quaſi mea culpa in id periculum veni.

(ll) Fur igitur fugit, adeoque nihil vitæ noſtræ tunc metuendum. Non ſatis heic ſibi conſtat Auctor. Omninò leges voluerunt, rerum cauſſâ directè Furem interfici poſſe. Vide PUFENDORFII noſtri Caput antea indicatum. J. B.



Digitized by Google

cauſa dicat furem interemtum, repertum ſcilicet cum aliquo inſtrumento, quo nocere poſſet. Id enim lex Hebræa requirit, agens de fure reperto 90 במחתרת: quod quidam transferunt *in perfoſſione*; alii forte melius, *cum perfoſſorio inſtrumento:* quomodo & Jeremiæ II, 34. ea vox a doctiſſimis Hebræorum exponitur. Ducit nos ad hanc interpretationem lex duodecim tabularum, quæ furem diurnum occidi vetat, (mm) addita exceptione, niſi ſe telo defenderit. Adverſus nocturnum igitur præſumtio eſt defendiſſe ſe telo. Teli autem nomine ferrum, fuſtis & lapis venit, ut ad hanc ipſam legem notatum a * Cajo eſt. Contra ab Ulpiano proditum eſt, † quod de fure nocturno dicitur, ſi quis eum occiderit, impune id ferre, id intelligendum ita demum locum habere, (nn) ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit, nimirum rem ſervando.

* *L. Si pignore, 54. §. furem, 2. D. de furtis.*
† *L. furem, 9. D. ad leg. Corn. de ſicariis.*

3. Eſt ergo, ut dixi, præſumtio pro eo, qui furem noctu occidit: ſed ſi forte teſtes adfuerint, ex quibus conſtet non fuiſſe eum, qui furem occidit, adductum in vitæ ſuæ periculum, jam præſumtio iſta ceſſabit, ac proinde is qui occidit homicidii tenebitur. Accedit quod tam 91 diu quam noctu lex duodecim tabularum exegit, ut is qui furem deprehendiſſet, cum clamore id teſtificaretur, (oo) ut ex Cajo diſcimus, nimirum ut ſi fieri poſſet, concurſus eo fieret magiſtratuum aut vicinorum ad auxilium & teſtimonium. Quia vero concurſus talis de die facilius habetur quam de nocte, ut notat * Ulpianus ad modo indicatum Demoſthenis locum, ideo de nocturno periculo aſſeveranti magis creditur.

*L. Itaque, 4. D. ad leg. Aquiliam, §. 1.*
* *Pag. 236. B. Ed. Baſ. 1572.*

4. Cui ſimile eſt quod lex † Hebræa u puellæ 92 de vi illata in agro

† *Deut. XXII, 25. & ſeqq.*

GROTII.

u *Puellæ de vi in agro illata vult credi*] Bene id explicat Philo, ut locus frequentioris exempli cauſa ſit poſitus, non quod ex eo ſolo ſemper definienda ſit controverſia. Poteſt enim, ut libro de ſpecialibus legibus ille diſſerit, & in urbe aliqua vim pati occluſo ore, & in agro aliqua conſentire in ſtuprum. (Pag. 788. D. E. *Ed. Paris.*)

GRONOVII.

90 בַּמַּחְתֶּרֶת] A חָתַר *Fodere.*

91 *Diu*] Interdiu.

92 *De vi illata*] Quæ dicit ſe vi ſtupratam.

(mm) Exceptio illa ideo additur, quòd interdiu facilè cognoſci aut capi Fur poſſit, adeo ut raro quis ad recuperandas res ablatas cogatur adverſus Furem fugientem, & armis prædam tueri volentem, ſuam ipſius vitam defendere. *J. B.*

(nn) In lege illa, non ſuo loco ab Architectis Juris Romani poſita, agitur de *Lege Aquilia*, quæ jubebat reparationem damni dari ab eo qui ſervum alienum in furto deprehenſum interfecerat; non autem de *Lege Corneliâ*, ſecundum quam, ut & legibus XII. Tabularum, nocturnum furem omnimodo occidere licebat. Hoc egregiè probavit Summus Juriſconſultus Clariſſ. NOODT, *Probab. Jur.* Lib. I. Cap. IX. & *Ad Legem Aquil.* Cap. V. quamquam rationes ejus convellere nuper conatus eſt Vir Eruditiſſimus, *J. van de Water*, Obſ. Jur. Rom. *Lib.* 1. *Cap.* 18. *J. B.*

(oo) Sed *clamor* ille non exigitur à Duodecim Tabb. Additamentum eſt *Gaji* JCti, qui etiam agit tantum de *Lege Aquilia.* Vide omninò laudati Cl. *Noodtii* Obſerv. L. 1. c. 15. *J. B.*

93 *Quid*

agro vult credi, in urbe non item, quia clamore concurſum ciere potuit ac debuit. Ad ſuperiora & hoc accedit, quod etiamſi cætera eſſent paria, tamen quæ nocte accidunt, minus explorari, & qualia quantaque ſint, cognoſci poſſunt: eoque ſunt terribiliora. Lex ergo tam Hebræa quam Romana, id quod caritas ſuadet, civibus ſuis præcepit, ne quem interficiant ideo duntaxat quia rem furatur, ſed ut id ita demum liceat ſi is qui rem ſuam ſervare voluit ipſe in diſcrimen venerit. Moſes Maimonides notavit, permiſſam privato homini alterius interfectionem non aliter, niſi ut ſervetur id, quod eſt irreparabile, ut vita & pudicitia.

XIII. 1. 93 Quid vero jam de lege euangelica dicemus? idem ab ea permitti, quod permiſit lex Moyſis; an ut in aliis rebus perfectior

GRONOVII.

93 *Quid vero jam de lege euangelica*] Rurſus inculcat legis, ut loquitur, euangelicæ perfectionem, quaſi perfectio quaſi perfectio euangelii ſit demere metum graſſatoribus nocturnis, & exponere bonos impunitiori audaciæ facinoroſorum. Verba Chriſti ſunt Matth. 5. *Audiſtis, quia dictum eſt: oculum pro oculo, dentem pro dente. Ego autem dico vobis, ne obſiſtite injurioſo: ſed ſi quis te percuſſerit in dextram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & qui voluerit tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium: & qui te angariaverit mille paſſus, vade cum illo & alia duo.* Hæc non præſtant fures ſalvos. Et primo valet reſponſio, quam ipſe dedit ſupra iliis, qui verba de alapa bello & omni actioni forenſi obducebant: nempe alapam eſſe contumeliam levem, nec re, ſed opinione magnam. Sic tunica etiam & pallium amiſſionem non maximi pretii bonorum ſignificant. At fur nocturnus non petit tunicam & pallium, ſed aurum & argentum, & ſi poteſt, omnem cenſum patris familias. II. *Oculum pro oculo, dentem pro dente* dictum eſt magiſtratibus. *Deuteron.* 19. Id non abrogat Chriſtus, quemadmodum nec abrogavit *non occides, non mœchaberis*, quorum ante meminit. Sed hæc omnia vindicat a pravis interpretationibus Judæorum, qui illud, de quo agimus, applicabant male ſibi & privatim, & publice. Privatim, cum hinc ſibi jus facerent ob minimas injurias, minimaque damna immortale odium gerendi. Publice, quia ſub jugum erant Romanorum redacti, ſi quid ab his grave paterentur, rebelliones coquebant, & cœlum vituperabant, jactantes ſemper ſe Abrahami ſemen, & fœderatum Deo populum, & immemores, ſe fœdus illud & aliis peccatis multis, & non agnoſcendo Meſſiam præſentem, irritum feciſſe. Ait igitur, *ne obſiſtite injurioſo*, nempe ut ſoletis obſiſtere lædentes magis veſtras conſcientias, quam ab illo forte in bonis veſtris læſi eſtis, nec tantopere ſtudentes, ut puniantur, qui peccant, quam ut iræ veſtræ & vindictæ cupido exſatietur. Quemadmodum dixerat antea, *ne juretis omnino:* nempe ut ſoletis leviter & præter neceſſitatem. Quum autem jubet, qui tunicam auferat, ei & pallium tradi, qui maxillam dextram feriat, ei & lævam porrigi, qui angariet ad miliare unum, addi alterum, non præcipit patientiam hominum injuſtorum, ubi poſſunt puniri, ſed patientiam & æquum animum in caſtigationibus Dei per iniquos potentes, nec vetat, ne arceantur plectanturve ſcelera, ubi poſſunt plecti aut prohiberi: ſed ſi juſto Dei judicio homines potentes & majores legibus iſtis injuriis nos afficiant, ut patienter feramus & agnoſcamus, hæc evenire nobis ob peccata noſtra, Deumque, per illam injuſtitiam hominum, juſtiſſima & ſanctiſſima decreta ſua exſequi: adeoque non efferamur impatientia adverſus iſtas virgas Dei, ut ſi & alterum tantum perdendum ſit de bonis, ſi duplicetur contumelia, ſi geminetur



Digitized by Google

perfectior eſt lege Moyſis, ita hic quoque plus eam a nobis exigere? Ego quin plus exigat, non dubito. Nam ſi tunicam & pallium deſeri jubet Chriſtus, & Paulus damnum aliquod injuſtum tolerari potius quam litigari, quæ 94 incruenta contentio eſt: quanto magis vult res etiam momenti majoris deſeri potius, quam interfici a nobis hominem, Dei effigiem, eodem nobiſcum ſanguine ortum? Quare ſi res ſervari poteſt, ita ut non videatur periculum eſſe faciendæ cædis, recte id quidem; ſin aliter, omittenda res eſt. niſi forte talis aliqua res ſit, ex qua vita noſtra & familiæ noſtræ pendeat, quæque judicio recuperari nequeat, forte quia fur ſit ignotus, & ſpes ſit aliqua ſine cæde rem abituram.

*Soto d. art. 8. Leſſ. dub. xi. n. 74. Sylv. in verbo Bellum 2. n. 3. Pan. c. 2. de homicidiis. Leſſ. d. loco. * Lib. I. de Lib. arbitr.*

2. Et quanquam hodie omnes ferme, tam Juriſconſulti, quam Theologi doceant, recte hominem a nobis interfici poſſe rerum defendendarum cauſa, etiam extra eos fines in quibus lex Moyſis & Romana id permittit; puta ſi fur jam re accepta fugiat; tamen quin ea quam protulimus ſententia veterum Chriſtianorum fuerit, non dubitamus: nec dubitavit * Auguſtinus, cujus hæc verba ſunt: *Quomodo apud divinam providentiam a peccato liberi ſunt, qui pro his rebus quas contemni oportet humana cæde polluti ſunt?* Nimirum in hac materia, ut in aliis multis, cum tempore x laxata eſt diſciplina, & paulatim interpretatio legis euangelicæ cœpit ad ſæculi mores accommodari. Olim in clericis retineri ſolebat forma veteris inſtituti: tandem his quoque remiſſa eſt hoc nomine cenſura.

XIV. Quæritur a nonnullis, an non lex ſaltem civilis, ut jus habens vitæ ac necis, ſi quo caſu permittat furem interfici a privato, ſimul etiam præſtet, ut id ab omni culpa ſit liberum. Minime vero id concedendum arbitror. Nam primum 95 lex jus necis

labor, parati ſimus ſuſtinere & mente atque ore dicere: *Iram Domini portabo, quia peccavi ei*, Mich. 7, 9. In eo adeo nihil perfectius a nobis poſtulat euangelium, ut idem jam præſtiterint ſancti in veteri teſtamento. Sic David 2 *Samuel.* 16. *Dimitte eum, ut maledicat, Dominus enim præcepit ei, ut maledicat David.* Et poterat tunc punire: ſed id tempus erat, quo ſe humilem redderet coram Deo rex piiſſimus, non magnum coram hominibus. Sic *Jobus* cap. 1. *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt: ſit nomen Domini benedictum.*

GROTII.

x *Laxata eſt diſcip'ina*] *Hieronymus* in vita Malchi: *Poſtquam eccleſia cæpit habere Chriſtianos magiſtratus, facta eſt quidem opibus major, ſed virtutibus minor.* (T. 1. pag. 255. B. ubi tamen paullo aliter verba leguntur.) Vide c. ſuſcepimus, de homicidio voluntario. (*in Decretalibus*) & c. de his, 36. diſtinct. 50.

GRONOVII.

94 *Incruenta contentio*] Lis in foro apud judicem, cui nullum periculum ſanguinis aut cædis intervenit.

95 *Lex jus necis non habet*] Ait legem jus necis non habere in cives ex quovis delicto, ſed demum ex delicto tam gravi, ut mortem mereatur. Quaſi non minimum delictum, ſi ob cauſas incidentes ſub capitis pœna vetetur, capitale fiat. Sibi imputet, qui tranſgreditur.

Digitized by Google

cis non habet in omnes cives ex quovis delicto, ſed demum ex delicto tam gravi, ut mortem mereatur. Eſt autem valde probabilis Scoti ſententia, fas non eſſe quemquam ad mortem damnare, y niſi ob delicta, quæ lex per Moſem data morte punivit, addito duntaxat, aut quæ his ſunt paria recta æſtimatione. Neque enim videtur notitia divinæ voluntatis, quæ ſola 96 animum tranquillat, aliunde in hoc negotio tam gravi haberi poſſe, quam ex illa lege, quæ certe mortis pœnam in furem non conſtituit. Præterea vero lex nec debet, nec ſolet jus dare, etiam eos, qui mortem meruerunt, privatim interficiendi, niſi in criminibus 97 valde atrocibus: alioqui fruſtra inſtituta eſſet judiciorum auctoritas. Quare ſi quando lex impune furem dicit interfici, 98 tollere quidem pœnam cenſenda eſt, ſed non etiam jus dare.

XV. Ex his quæ diximus apparet, duobus modis poſſe contingere, ut a privatis ſine peccato ſuſcipiatur ſingularis dimicatio: primum, ſi invaſor 99 concedat alteri licentiam dimicandi, alioqui eum occiſurus ſine dimicatione: deinde, ſi rex aut magiſtratus 1 duos mortem meritos inter ſe committat; quod ſi fiat, illis quidem licebit arripere ſpem ſalutis. At qui id juſſit, is minus recte officio functus videbitur, cum ſatius fuiſſet, ſi unius ſupplicium ſufficere videbatur, ſorte eligi moriturum.

XVI. Quæ vero dicta a nobis huc uſque ſunt, de jure tuendi ſe ac ſua, maxime quidem ad bellum privatum pertinent, ſed z ita ut

greditur. Quare enim non licuerit Athenienſibus jubere, ut capitale eſſet, ſi quis legem de vindicanda Salamine tuliſſet? *Juſtin.* 2, 7. Quare non Thuriis, ut capite lueret, ſi quis cum armis in concionem veniſſet? *Diod. Sicul.* 12, 12. Quare non Carthaginienſibus, ne quis Græcis literis aut ſermoni ſtuderet, quo loqui cum hoſte aut ſcribere ſine interprete poſſet? *Juſtin.* 20, 5. Quomodo autem conſiſtet imperium militare, in quo minima quæque vetita capite luuntur? ut ſi quis in agmine ordinem exceſſit, ſi in ruſtici tugurio inventus eſt, ſi gallinam abſtulerit. Et quantum eſt in ſe ſpectatum veſci de arbore? tamen capitale fuit, quia Deus dixerat: *quo die ex eo veſceris, morte morieris.* Diſtinguendum igitur, ne lex ſit tyrannica, quæ ſervari non poteſt, & pro laqueo eſt ad capiendos innocentes, nec gravem cauſam habet. Si ratio eſt & poteſt ſervari; utique quantumvis parvum delictum capitale facit.

GROTII.

y *Niſi ob delicta, quæ lex per Moſem data morte punivit*] Contra leges, quæ venantes ruſticos morte puniunt, vide *Gregorium Turonenſem* libro x. c. 10. *Johannem Sariſberienſem* Policratici 1. c. IV. *Petrum Bleſenſem* epiſtola CXXIX.

GRONOVII.

96 *Animum tranquillat*] Omnes conſcientiæ ſcrupulos eximere poteſt.

97 *Valde atrocibus*] Ut proſcriptos & militiæ deſertores, ſupra 1, 4. 16. & exſules, ubi de iis lex eſt, qualis apud *Quintilianum* avum declam. 305.

98 *Tollere quidem*] Impunitatem dare in foro ſoli vel apud judicem mortalem, non liberare conſcientiam.

99 *Concedat alteri*] Non directe ac verbis interpoſitis, ſed ſi dum aggreditur, tantum interveniat ſpatii aut loci, ut contraria arma expedire poſſim.

1 *Duos mortem meritos*] Ut Romani gladiatores noxios.

GROTII.

z *Ita ut ad bellum publicum quoque aptari debeant*] *Ammianus* lib. XXIII. (*Cap.* 1.) *Cum irruentibus armis externis lex una ſit & perpetua, ſalutem omni*

ut ad publicum quoque aptari debeant, habita diverſitatis ratione. Nam in privato bello 2 jus quaſi momentaneum eſt, & ceſſat ſimulatque judicem adiri res patitur. At publicum, quia non oritur, niſi ubi non ſunt aut ceſſant judicia, 3 tractum habet, & perpetuo fovetur accedentibus novis damnis & injuriis. Præterea in bello privato ferme 4 defenſio mera conſideratur. at publicæ poteſtates cum defenſione & ulciſcendi habent jus. Unde illis licet prævenire vim non præſentem, ſed quæ de longo imminere videatur, non directe (id enim injuſtum eſſe ſupra docuimus) ſed indirecte ulciſcendo delictum cœptum jam, ſed non conſummatum: de quo agendi erit alibi locus.

XVII. Illud vero minime ferendum eſt, quod quidam tradiderunt, jure gentium arma recte ſumi ad imminuendam potentiam creſcentem, quæ nimium aucta nocere poſſet. Fateor in conſultationem de bello & hoc venire, non ſub ratione juſti, ſed ſub ratione utilis: ut ſi ex alia cauſa juſtum ſit bellum, ex hac cauſa prudenter quoque ſuſceptum judicetur: nec aliud dicunt, qui in hanc rem citantur auctores. Sed 5 ut vim pati poſſe ad vim inferendam jus tribuat, ab omni æquitatis ratione abhorret. Ita vita humana eſt, ut plena ſecuritas nunquam nobis conſtet. Adverſus incertos metus a divina providentia & ab innoxia cautione, non a vi præſidium petendum eſt.

*Alb. Gent. lib. 1. c. 14.*
*Bald. lib. 3. de rer. diviſ.*

XVIII. 1. Nec minus illud diſplicet, quod docent, juſtam eſſe defenſionem etiam eorum, qui 6 bellum promeriti ſunt, quia ſcilicet pauci contenti ſunt 7 tantundem reponere vindictæ, quantum acceperunt injuriæ. Nam metus ille rei incertæ jus ad vim dare non poteſt: unde nec reus criminis jus habet publicis miniſtris capere

*Alb. Gent. lib. 1. c. 13. Caſtr. lib. 5. de Juſtitia.*

*ratione defendere, nihil renitente vi moris.* Alexander Imperator oratione ad milites apud Herodianum VI. καὶ τὸ μὲν ἄρχειν ἀδίκων ἔργων οὐκ εὐγνώμονα ἔχει τὴν πρόκλησιν· τὸ δὲ τοὺς ὀχλοῦντας ἀποσείεσθαι, ἔκ τε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαρραλέον, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν ἀλλ' ἀμύνεσθαι, ὑπάρχει τὸ εὔελπι· *Injurias qui prior infert nihil habet probabilis coloris: at qui ſibi moleſtos arcet, ex bona conſcientia ſumit fiduciam, bonaque ei ſpes adeſt inde, quod injuriam non inferat ſed auferat.* (Cap. 3. num. 8, 9. *Ed. Boecler.*)

GRONOVII.

2 *Jus quaſi momentaneum*] Momentum vel punctum temporis durat.

3 *Tractum habet*] Non coërcetur intra tantas temporis anguſtias.

4 *Defenſio mera*] Nam offenſio ex intentione juſta non eſt. ſupra n. 4.

5 *Ut vim pati*] Ut quia prævideo aliquem huc creſcere poſſe, me ut impune lædat, quum hujus animi nondum ulla ſigna det, ideo eum aggredi poſſim, & incrementa ejus vi interpellare. Arioviſtus ad Cæſarem I. Gall. 44. debere ſe ſuſpicari, ſimulata Cæſarem amicitia quod exercitum in Gallia habeat, ſui opprimendi cauſa habere: quod niſi decedat, aut exercitum deducat ex his regionibus, ſeſe illum non pro amico, ſed pro hoſte habiturum.

6 *Bellum promeriti*] Injuria facta juſtam alteri cauſam inferendi belli dederunt.

7 *Tantundem reponere vindictæ*] *Seneca* Troad. 278. *regi frenis nequit Et ira & ardens hoſtis, & victoria commiſſa mucro.*

22 *Bonam*

capere ſe volentibus per vim reſiſtendi, ob metum ne plus æquo puniatur.

2. Sed qui in alium peccavit, debet primum ei quem læſit offerre ſatisfactionem viri boni arbitratu: ac tum demum pia erunt ejus arma. Sic Ezechias, cum fœdere non ſtetiſſet, quod cum rege Aſſyrio majores ejus pepigerant, bello petitus fatetur culpam, & regi permittit arbitrium mulctæ: Idque cum feciſſet, & poſtea iterum bello laceſſeretur, fretus bona conſcientia vim hoſtium ſuſtinuit, & Deum habuit faventem. Pontius Samnis poſt res Romanis redditas, deditum belli auctorem, *Expiatum*, inquit, *eſt, quicquid ex fœdere rupto irarum in nos cœleſtium fuit. Satis ſcio, quibuſcunque Diis cordi fuit ſubigi nos ad neceſſitatem dedendi res, iis non fuiſſe cordi tam ſuperbe a Romanis fœderis expiationem ſpretam.* Mox: *Quid ultra tibi, Romane, quid fœderi, quid Diis arbitris fœderis debeo? Quem tibi tuarum irarum, quem meorum ſuppliciorum* 8 *judicem feram? Neminem, neque populum, neque privatum fugio.* Sic cum Thebani omnia æqua obtuliſſent (pp) Lacedæmoniis, ii autem ultra tenderent, zz bonam cauſam ab his ad illos tranſiiſſe ait Ariſtides Leuctrica prima.

2 Regum XVIII, 7. 14. & cap. XIX.

Livius, lib. IX. c. I.

GROTII.

zz *Bonam cauſam ab his ad illos tranſiiſſe*] De principe Chalepi, qui pacem & reſidua tributorum obtulerat Romano Argyropolo Imperatori, vide *Zonaram*: ſimile de Cruciferis in *Cromero* libro XVII. de Helvetiis, qui Carolo Burgundo de curru ovium pellibus onuſto, ademtoque mercatoribus, ſatisfactionem obtulerant, vide *Philippum Cominæum* libro VII. [Non ipſi *Helvetii* currum mercatoribus ademerunt, ſed currum, qui *Helvetii* cujuſdam mercatoris erat, Comes *Romondius* prehendi juſſit: unde ortum bellum *Helvetiorum* cum eo, & poſtea, cum *Carolo Audace*, hoc obtentu adverſus illos arma moventis. Vide *pag.* 66. & 67. Verſionis *Sleidani*, quâ uſus Auctor noſter, *Ed. Wech. J. B.*]

GRONOVII.

8 *Judicem feram*] Ferre judicem eſt provocare adverſarium ad judicem vel arbitrum ſecum ex utriuſque ſententia capiendum, in quem compromittant.

(pp) Immo *Lacedæmonii Thebanis.* Deinde non agit heic *Ariſtides* de oblatâ æquâ ſatisfactione: verum de vindictâ, quam *Thebani* ipſi ſumſerant, in prœlio *Leuctrico*, ubi victores fuerant. Vide locum, *pag.* 93. Tom. II. *Ed. Paul. Steph.* & adde *Xenophontem*, Hiſt. Græc. *Lib.* VI. *Cap.* V. §. 33. & *ſeqq.* Ed. Oxon. *J. B.*

# CAPUT II.

## De his, quæ hominibus communiter competunt.


I. *Ejus quod noſtrum eſt diviſio.*

II. *Proprietatis exordium & progreſſus.*

III. *Quædam propria fieri non poſſe, ut mare ſumtum pro ſuo integro aut præcipuis partibus, & quare.*

IV. *Sola non occupata cedere ſingulis occupantibus, niſi per univerſitatem a populo occupata ſint.*

V. *Feras, piſces, aves cedere occupanti, niſi lex obſtet.*




Digitized by Google

VI. *In res proprias factas jus hominibus competere eis utendi in tempore neceſſitatis, & unde id veniat,*
VII. *Obtinere id, niſi neceſſitas aliter ſit vitabilis.*
VIII. *Niſi par ſit neceſſitas in poſſidente.*
IX. *Adjunctum eſſe onus reſtituendi rem, cum reſtitui poterit.*
X. *Exemplum hujus juris in bellis.*
XI. *In res proprias factas jus hominibus competere ad utilitatem, qua nihil alteri decedit.*
XII. *Hinc jus in aquam profluentem.*
XIII. *Jus tranſeundi terra & amnibus, quod explicatur.*
XIV. *An mercibus tranſeuntibus vectigal poſſit imponi.*
XV. *Jus morandi ad tempus.*
XVI. *Jus habitandi his competens, qui ſedibus ſuis expulſi ſunt, ſub imperio quod reperitur.*
XVII. *Jus habendi loca deſerta: quod quomodo intelligendum.*
XVIII. *Jus ad actus, quos vita humana deſiderat.*
XIX. *Ut ad emenda neceſſaria.*
XX. *Non etiam ad res ſuas vendendas.*
XXI. *Ad quærenda matrimonia: quod explicatur.*
XXII. *Jus ea faciendi, quæ promiſcue extraneis permittuntur.*
XXIII. *Quod intelligendum, ſi quid permittatur quaſi ex jure naturali, non ut ex beneficio.*
XXIV. *An licitus ſit contractus cum populo, ut is fruges ſuas, eis quibuſcum jam contraxit, non aliis vendat.*

I. SEquitur inter belli cauſas injuria facta, & primum adverſus id, quod noſtrum eſt. Eſt autem noſtrum aliud 1 communi hominum jure, aliud 2 noſtro ſingulari. Ab eo, quod hominibus commune eſt, incipiamus. Hoc jus aut directe eſt in rem corporalem, aut 3 ad actus aliquos. Res corporales aut vacuæ ſunt à proprietate, aut jam 4 aliquorum propriæ. Res quæ a proprietate vacant, aut tales ſunt ut 5 propriæ fieri nequeant, aut 6 ut poſſint. Quo rectius hoc intelligatur, noſcendum eſt proprietatis, (aa) quod dominium juriſconſulti vocant, exordium.

Gen. 1, 29. 30. IX, 2. II. 1. Deus humano generi generaliter contulit jus in res hujus inferioris naturæ ſtatim a mundo condito, atque iterum mundo poſt diluvium reparato. a *Erant*, ut Juſtinus loquitur, *omnia communia & indiviſa omnibus, veluti unum cunctis patrimonium eſſet.* Hinc

Lib. XLIII. c. 1.

GROTII.

a *Erant omnia communia & indiviſa omnibus*] Ejus veſtigium manſit in Saturnalibus.

GRONOVII.

1 *Communi hominum*] Quia cujuſvis hominis eſt, & propterea nec nos eo poſſumus excludi.

2 *Noſtro ſingulari*] Quia neminis præter nos, vel eum, cujus eſt, adeo ut alius id male invadat.

3 *Ad actus*] Num. 18.

4 *Aliquorum propria*] Num 6.

5 *Propria fieri nequeant*] Num. 3.

6 *Ut poſſint*] Num. 4. & 5.

(aa) De tota hac materia conſule PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. ac Gent.* Lib. IV. Cap. 4. cum Notis noſtris, præſertim Editionis alterius, ubi res longè pleniùs & accuratiùs pertractatur. *J. B.*

b *Theatrum*

Digitized by Google

Hinc factum ut ſtatim quiſque hominum ad ſuos uſus arripere poſſet, quod vellet, & quæ conſumi poterant conſumere. Ac 7 talis uſus univerſalis juris erat tum vice proprietatis. Nam quod quiſque ſic arripuerat, id ei eripere alter niſi per injuriam non poterat. Similitudine hoc intelligi poteſt ea, quæ eſt apud Ciceronem de finibus III. b *Theatrum cum commune ſit, recte tamen dici poteſt, ejus eſſe eum locum, quem quiſque occuparit.* *Cap. 20.*

Neque is ſtatus durare non potuit, ſi aut 8 in magna quadam ſimplicitate perſtitiſſent homines, aut vixiſſent inter ſe in mutua quadam eximia caritate. Horum alterum, communionem ſcilicet c ex ſimplicitate eximia, videre licet in quibuſdam Americæ populis, qui per ſæcula multa ſine incommodo in eo more perſtiterunt: alterum vero, communionem nimirum ex caritate, exhibuerunt olim d 9 Eſſeni, deinde Chriſtiani qui Hieroſolymis primi exſtiterunt, ac nunc quoque non pauci qui vitam degunt 10 aſceticam. Simplicitatis, in qua e primi homines ſunt conditi, argumentum præbuit nuditas. Erat in illis ignoratio magis vitiorum, quam cognitio virtutis; ut de Scythis loquitur * Trogus. *Vetuſtiſſimi mortalium*, inquit † Tacitus, f *nulla adhuc mala libidine,* ſine

* *Juſtin. lib.* II. c. 2.
† *Ann.* III, 26.

GROTII.

b *Theatrum cum commune ſit*] *Seneca* de beneficiis VII. c. XII. *Equeſtria omnium equitum Romanorum ſunt. in illis tamen locus meus fit proprius, quem occupavi.*

c *Ex ſimplicitate eximia*] *Horatius:*

*Campeſtres melius Scythæ,*
*Quorum plauſtra vagas rite trahunt domos,*
*Vivunt, & rigidi Getæ,*
*Immetata quibus jugera liberas*
*Fruges & Cererem ferunt,*
*Nec cultura placet longior annua,*
*Defunctumque laboribus*
*Æquali recreat ſorte vicarius.*

Lib. III. Od. XXIV, 9.

d *Eſſeni*] Et ab his orti Pythagoriſtæ. Vide *Porphyrium*, (*vit. Pythag.* §. 20. *Diogenem Laërtium*, (VIII, 10.) *Gellium*, I, 9. [Vide Auctoris *Epiſt.* I. Part. 552. ubi hanc ſuam conjecturam rationibus firmare nititur. Quod quidem, ſive verum, ſive falſum, parum ad rem facit. *J. B.*]

e *Primi homines*] Adam typus humani generis. Vide *Origenem* contra *Celſum.* Neque nihil huc pertinet, quod *Tertullianus* dixit libro de anima: *Naturale enim rationale credendum eſt, quod animæ a primordio ſit ingenitum, a rationali videlicet auctore. Quid enim non rationale, quod Deus juſſu quoque ediderit, nedum id quod proprie afflatu ſuo emiſerit? Irrationale autem poſterius intelligendum eſt, ut quod acciderit ex ſerpentis inſtinctu, ipſum illud tranſgreſſionis admiſſum, atque exinde inoleverit, & coadoleverit in anima adinſtar jam naturalitatis, quia ſtatim in primordio naturæ accidit.* (Cap. 16.)

f *Nulla adhuc mala libidine*] *Seneca* de iiſdem epiſtola XC. *ignorantia rerum innocentes erant.* Deinde locutus de juſtitia, prudentia, temperantia, fortitudine, addit: *Omnibus his virtutibus habebat ſimilia quædam, rudis vita.* Joſephus: μηδεμιᾷ ξενιζόμενοι ψυχὴν φροντίδι· *Nullis curis turbidum habentes animum.* (Antiq. Jud. I, 2.)

GRONOVII.

7 *Talis uſus*] Exercitium juris hujus & apprehenſio rei hoc animo, ut mihi ſerviret, tantundem valebat tum, quantum nunc proprietas.

8 *In magna quadam*] Manſiſſent incallidi, & ex iis ignoratio verborum. *Juſtin.* 2, 2.

9 *Eſſeni*] I, 3. 3.

10 *Aſceticam*] Exercent & caſtigant corpus, ut animus magis vacet religioni. I, 2. 9.



Digitized by Google

*ſine probro, ſcelere, eoque ſine pœna aut coërcitionibus agebant.* Apud Macrobium eſt: *a Primum inter homines mali neſcia & adhuc aſtutiæ inexperta ſimplicitas.* hæc ſimplicitas g 11 *ἀφθαρσία* videtur dici ſapienti *b* Hebræo, Paulo *c* apoſtolo *ἁπλότης*, quam opponit *τῇ πανουργίᾳ*, vafræ calliditati. Negotium erat illis unicum DEI cultus, h cujus ſymbolum *d* arbor vitæ, ut Hebræi *e* veteres explicant, aſſentiente *f* Apocalypſi. Vivebant autem facile ex his, i quæ ſine induſtria ſponte ſua terra proferebat.

2. Verum in vita hac ſimplice & innocente non perſtiterunt homines, ſed animum applicuerunt ad artes varias, quarum ſymbolum erat k arbor ſcientiæ boni & mali, id eſt, earum rerum, quibus tum bene tum male uti licet: 12 *φρόνησιν μέσην* vocat *g* Philo. Huc reſpiciens Salomo, *h Deus*, inquit, *creavit hominem rectum*, id eſt, *ſimplicem*, *ſed ipſi quæſiverunt ſibi cogitationes multas.* 13 *ἔρρεπον εἰς πανουργίαν*, ut dicto loco Philo loquitur. Dion Pruſæenſis oratione VI. *ἀλλὰ τὴν πανουργίαν τοῖς ὕστερον καὶ τὸ πολλὰ εὑρίσκειν καὶ μηχανᾶσθαι πρὸς τὸν βίον ὐ πάνυ τι συνενεγκεῖν. ὐ γὰρ πρὸς ἀνδρείαν, οὐδὲ δικαιοσύνην, χρῆσθαι τῇ σοφίᾳ τοὺς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πρὸς ἡδονήν.* *His, qui primos ſecuti ſunt, hominibus calliditatem* l *variaque ad vitam reperta non multum fuiſſe conducibilia. Ingenio enim uſos homines non tam ad fortitudinem ac juſtitiam quam ad*

a 2 *Ad ſomn. Scip.* c. 10.
b *Sap.* III, 24.
c 2 *Cor.* II, 3.
d *Proverb.* III, 18.
e *Philo de Mund. cre.* p. 35. D.
f *Apocalyp.* XXII, 2.
g *De Mundi opif.* p. 35. E.
h *Eccleſ.* VII, 30.

GROTII.

g *Ἀφθαρσία videtur dici ſapienti Hebræo*] Sic & *Paulus* Epheſ. VI, 24. qui & *ἀδιαφθορίαν* dixit Tit. II, 17. [Auctor in Adnotationibus ſuis ad V. & N. Teſt. voces has aliter exponit. Vide ſi tanti eſt. *J. B.*]

h *Cujus ſymbolum arbor vitæ*] Sanctitas ſuperior Rabbinis. *ἔνθεος σοφία*, divina ſapientia, Arethæ ad Apocalypſim. De Paradiſo vide *Eccleſiaſtici* caput XL, 17. & quatuor fluminibus paradiſi eundem librum XXIV, 25. & ſequentibus.

i *Quæ ſine induſtria ſponte ſua terra proferebat*] Vide egregium hac de re locum libro I. (Cap. 2.) *Varronis* de Re ruſtica, ex Dicæarcho: & confer quæ ex eodem Dicæarcho habet *Porphyrius* de non eſu animalium IV. (*Pag.* 342. *& ſeqq.*)

k *Arbor ſcientiæ boni & mali*] Joſephus: *τὸ φυτὸν ὀξύτητος καὶ διανοίας ὑπῆρχεν· quæ arbor erat ſolertiæ & intelligentiæ.* Telemachus apud *Homerum*: (*Odyſſ.* XX, 309.)

——— *καὶ οἶδα ἕκαστα,*
*Ἐσθλά τε καὶ τὰ χέρεια. πάρος δ' ἔτι νήπιος ἦα,*
——— *omnia novi,*
*Quæ bona, quæ mala ſunt, nec ſum jam parvus ut ante.*

Zenoni Cittienſi prudentia, ſcientia bonorum & malorum, & mediorum. Eſt id apud *Diogenem Laertium.* (*Lib.* VII. §. 92.) *Plutarchus* de communibus notitiis: *τί δεινὸν, εἰ τῶν κακῶν ἀναιρεθέντων ὐκ ἔσαι φρόνησις, ἑτέραν δ' ἀντ' ἐκείνης ἀρετὴν ἕξομεν, ὐκ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, ἀλλ' ἀγαθῶν μόνον ἐπιστήμην ἔσαν; Quid nocebit, ſi ablatis malis nulla erit prudentia, pro ea autem alienam habeamus virtutem, quæ non bonorum ac malorum ſed ſolorum bonorum ſit ſcientia?* (Pag. 1067. A. Tom. II. *Ed. Wech.*)

l *Variaque ad vitam reperta*] Late hoc explicat *Seneca* epiſtola XC. quem lege, & Dicæarchum apud dictos jam ſcriptores.

GRONOVII.

11 *Ἀφθαρσία*] Integritas.

12 *Φρόνησιν*] Prudentiam mediam vel ambiguam.

13 *Ἔρρεπον*] Inclinarunt, vergere cœperunt ad malitiam.

m *Vita*

*ad voluptatem.* Antiquiſſimæ artes agricultura & paſtura in primis fratribus apparuerunt; non ſine aliqua 14 rerum diſtributione. 15 ex ſtudiorum diverſitate æmulatio, etiam cædes: ac tandem cum 16 boni malorum conſortio contaminarentur, m vitæ genus giganteum, id eſt, violentum, quale eſt eorum quos 17 *χειροδίκας* Græci vocant. n Mundo per diluvium purgato, pro ferina illa vita ſucceſſit cupido voluptatis, o cui inſervit vinum, unde & illiciti amores.

3. Præcipue vero concordiam rupit generoſius vitium, ambitio, (bb) cujus ſignum turris Babylonica: mox alii alias 18 terras partito poſſederunt. Sed poſtea quoque inter homines vicinos manſit non pecorum, ſed terrarum paſcuarum communio: quia tanta erat in exiguo hominum numero latitudo terrarum, ut ſine incommodo ullo ad multorum uſus ſufficeret: *Gen. x, 11. Gen. XIII.*

*Ne ſignare quidem aut partiri limite campum*
*Fas erat.* ——————— *Virg. Georg. I. vers. 126.*

Donec, aucto ut hominum ita pecudum numero, paſſim terræ non in gentes ut ante, ſed 19 in familias dividi cœperunt. p Puteos vero, rem in 20 ſiticuloſa regione valde neceſſariam, nec multis ſufficientem, occupando quiſque ſuos fecere. Hæc ſunt, quæ ex ſacra hiſtoria docemur, ſatis convenientia cum his, quæ philoſophi & poëtæ de primo ſtatu rerum communium & poſtea ſecuta rerum diſtributione dixerunt, quorum teſtimonia alibi a nobis producta ſunt. *Gen. XXI. Mari libero Cap. 15.*

4. Hinc diſcimus, quæ fuerit cauſa, ob quam a primæva communione rerum primo mobilium, deinde & immobilium diſceſſum eſt:

GROTII.

m *Vita genus giganteum*] *Seneca* naturalium III. in fine: *exſtinctis pariter feris, in quarum homines ingenia tranſierant.* (Cap. 30.)

n *Mundo per diluvium purgato, pro ferina illa vita ſucceſſit cupido voluptatis*] *Seneca* dicto loco: *illis quoque innocentia non durabit, niſi dum novi ſunt.* (*Quæſt. Nat.* III, 30.)

o *Cui inſerviit vinum, unde & illiciti amores*] *Præmiumque ſummum ebrietatis libido portentoſa ac jucundum nefas.* *Seneca* ibidem. [Hæc verba non ſunt *Senecæ*: verum *Plinii*, Hiſt. Nat. *Lib.* XIV. c. 22. pag. 164. *Ed. Hackiana.* *J. B.*]

p *Puteos vero*] De puteis ad Oaſim inter multos communibus vide *Olympiodorum* apud Photium.

GRONOVII.

14 *Rerum diſtributione*] Nam alter agrum frumento, alter paſcuum ſibi vindicarat.

15 *Ex ſtudiorum diverſitate*] Dum uterque ſuum præfert, alterius ſtudium contemnit.

16 *Boni malorum*] *Gen.* 6, 1.

17 Χειροδίκας] Violenti, quibus jus in manibus.

18 *Terras partito*] Partitio terrarum in populos, cujus imago apud veteres Germanos. *Cæſar.* 6. Bell. Gall. 22.

19 *In familias*] Partitio in domos.

20 *Siticuloſa*] Qualis eſt orienti ſoli propior regio. *Juſtin.* 12, 10.

(bb) Ambitione impulſos fuiſſe homines ad extruendam Turrim Babylonicam, non ita certum eſt. Quâ de re videri poſſunt *Origines Babylonicæ* Eruditiſſimi PERIZONII, Cap. XIII. *J. B.*

q *Veſti*

Digitized by Google

eſt: nimirum quod cum non contenti homines q veſci ſponte natis, antra habitare, corpore aut nudo agere, aut corticibus arborum ferarumve pellibus veſtito, vitæ genus exquiſitius delegiſſent, induſtria opus fuit, quam ſinguli rebus ſingulis adhiberent. quo minus autem fructus in commune conferrentur, primum obſtitit 21 locorum, in quæ homines diſceſſerunt, diſtantia, deinde 22 juſtitiæ & amoris defectus, per quem fiebat, ut nec in labore, nec in conſumtione fructuum, quæ debebat, æqualitas ſervaretur.

5. Simul diſcimus, quomodo res 23 in proprietatem iverint: non 24 animi actu ſolo; neque enim ſcire alii poterant, quid alii ſuum eſſe vellent, ut eo abſtinerent; & idem velle plures poterant: ſed pacto (cc) quodam aut expreſſo, ut per diviſionem, aut tacito, r ut per occupationem. ſimulatque enim communio diſplicuit, nec inſtituta eſt diviſio, ſ cenſeri debet inter omnes conveniſſe, ut, quod quiſque occupaſſet, id proprium haberet.
Cic. Off. III. c. 5. t *Conceſſum*, inquit Cicero, *ſibi ut quiſque malit, quod ad vitæ uſum*

GROTII.

q *Veſci ſponte natis, antra habitare, corpore aut nudo agere, aut corticibus arborum ferarumve pellibus veſtita*] Qualem vitam Scriteſinnorum nobis accurate deſcribit *Procopius* Gotthicorum II. (c. 15.) Adde *Plinium* XII. Proœm. & *Vitruvium* II. c. I.

r *Ut per occupationem*] Vide quæ hac de re ex Gemara & Alcorano nobis protulit honos Britanniæ *Seldenus* in Thalaſſocratico. (Seu *Mari Clauſo*, Lib. I. Cap. 4. pag. 24. *Ed. Londin.* 1636.)

ſ *Cenſeri debet inter omnes conveniſſe, ut quod quiſque occupaſſet, id proprium haberet*] Cicero: *ex quo quia ſuum cujuſque fit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique obtigit, id quiſque teneat.* (*De Off.* I, 7.) Quod ſimilitudine illuſtrat (*Ibid.* Lib. III. c. 10.) a Chryſippo reperta de ſtadio, ubi currendo licet vincere adverſarium, non eum detrudendo. Scholiaſtes ad artem poëticam Horatii: (*Vers.* 128. pag. 627. Edit. Cruq.) *quemadmodum domus aut ager ſine domino communis eſt: occupatus vero jam proprius fit.* Varro in Age modo: *Terra culturæ cauſa attributa olim particulatim, ut Etruria Thuſcis, Samnium Sabellis.*

t *Conceſſum, ſibi ut quiſque malit, quod ad vitæ uſum pertinet, quam alteri acquiri, non repugnante natura*] Solon:

*Χρήματα δ' ἱμείρω μὲν ἔχειν, ἀδίκως δὲ πεπᾶσθαι*
*Οὐκ ἐθέλω.* ———
*Divitias habuiſſe velim, ſed non bene partas*
*Non cupiam.* ———

(Vers. 7, 8. Eleg.) *Cicero* officiorum I: *Nec vero rei amplificatio nemini nocens vituperanda eſt, ſed fugienda ſemper injuria.* (Cap. 8.)

GRONOVII.

21 *Locorum, in quæ*] Quum alia atque alia appetendo loca, qui defierant una vivere, defierunt & res communicare.

22 *Juſtitiæ & amoris defectus*] Quum ſcilicet quidam per inertiam minus operæ conferrent ad res communes excolendas, nec minus tamen aliorum labore fruerentur: alii per avaritiam aut luxum plus appeterent aut conſumerent, quam frugalibus aut æquis dignum eſſet.

23 *In proprietatem*] Propriæ factæ ſint.

24 *Animi actu*] Deſtinatione mera vel cupiditate habendi.

(cc) Nullum pactum heic interveniſſe, neque etiam neceſſarium fuiſſe, fuſè probavimus in Notis noſtris Gallicis ad PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. IV. §. 4. *& ſeqq. J. B.*

u Ex

Digitized by Google

*ſuum pertinet, quam alteri acquiri, non repugnante natura.* Cui addendum illud Quintiliani: *Si hac conditio eſt, ut quicquid in uſum hominis ceſſit, proprium ſit habentis, profecto quicquid jure poſſidetur, injuria aufertur.* Et veteres cum 25 Cererem legiferam, & ſacra ejus Theſmophoria dixerunt, hoc ſignificabant, u ex agrorum diviſione exſtitiſſe novi cujuſdam juris originem.

*Decl. 13.*

*Macrob. Sat.* III. c. 12.

III. 1. His poſitis dicimus, mare ſumtum aut 26 ſub ratione integri, aut ſub ratione præcipuarum partium, in proprium jus abire non poſſe: quod, quia de privatis quidam concedent, non de populis, probamus ex morali primum ratione: quia 27 cauſa ob quam a communione diſceſſum eſt, hic ceſſat. Eſt enim tanta maris magnitudo, ut ad (dd) quemvis uſum omnibus populis ſufficiat, ad aquam hauriendam, ad piſcatum, ad navigationem. Idem dicendum eſſet de aëre, 28 ſi quis ejus uſus eſſe poſſet, ad quem terræ uſus non eſſet neceſſarius, ut eſt x ad aucupia; unde illa legem accipiunt ab eo, qui in terra imperium habet.

2. Nec aliud cenſendum de 29 Syrtibus, ubi nihil eſt quod cultum ferat, & uſus unicus petendarum inde arenarum exhauriri nequit. Eſt & naturalis ratio, (ee) quæ mare conſideratum, ut diximus, proprium fieri vetat: quia occupatio non procedit y niſi 30 in re terminata: unde a Thucydides terram vacuam vocat *ἀόριστον* & Iſocrates b terram ab Athenienſibus occupatam *τὴν ὑφ' ὑμῶν ἀφορισθεῖσαν.* Liquida vero quia per ſe non terminantur (31 *τὸ ὑγρὸν ἀόριστον οἰκείῳ ὅρῳ*, inquit c Ariſtoteles) occupari nequeunt,

a *Lib.* I. *c.* 139.

b *Paneg.* p. 48. A. *Ed. H. Steph.*

c *De gener. lib.* II. c. 2.

GROTII.

u *Ex agrorum diviſione exſtitiſſe novi cujuſdam juris originem* ] *Poſtquam ex agrorum diſcretione nata ſunt jura.* Ita *Servius* ad illud in quarto Æneidos: *Legiferæ Cereri.* (N. 58.)

x *Ad aucupia* ] Et habitandi jus. Tam ſoli quam cœli menſura facienda eſt, ait *Pomponius* l. ſi opus. 21. §. 2. D. quod vi aut clam. Adde legem 83. ſeu penultimam. D. pro ſocio.

y *Niſi in re terminata* ] Ideo jugera quæ poſſeſſorem non habent immetata dixit *Horatius.* (Lib. III. Od. XXIV, 12.)

GRONOVII.

25 *Cererem legiferam* ] *Virgilius* 4. Æneid. 58. *Ovid.* 5. Metam. 343. *Athenæus* I, 12.

26 *Sub ratione* ] Vel univerſum, vel partes ejus, ut grandes ſinus aut freta propriive nominis tractus.

27 *Cauſa hic ceſſat* ] Non eſt verendum, ne quis tantum ex eo ſumat, ut alii fraudentur, atque ita non ſervetur æqualitas.

28 *Si quis ejus* ] Si homines poſſent volare, aut verſari in aëre ſine tactu terræ vel molis, quæ a terra ſuſtinetur.

29 *Syrtibus* ] Magna & minore in ora Africæ. *Lucan.* 9, 303. *Salluſt.* Jugurth. 78.

30 *In re terminata* ] Quæ fines certos habeat.

31 *Τὸ ὑγρὸν* ] Quod fluit vel liquidum eſt, non finitur proprio & ſui generis termino.

(dd) Ratio illa per ſe contrarium potiùs probat. Vide quæ diximus in PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. V. §. 3, 4. & *De Offic. Hom. & Civ.* Lib. I. Cap. XII. §. 4. ultimarum utriuſque Verſionis Editionum. *J. B.*

(ee) Vide contra, præter SELDENUM, in opere jam laudato, *Lib.* I. *Cap.* 22. Ampliſſim. BYNCKERSHOEK. Diſſ. *de Dominio Maris*, Cap. IX. *J. B.*

a *Terra*

Digitized by Google

queunt, niſi ut contenta in re alia: quomodo lacus & ſtagna occupata ſunt, item flumina quia ripis tenentur. Mare vero terra non continetur, par terræ aut [z] terra majus, unde terram mari contineri veteres dixere: *τὸν ὠκεανὸν δεσμῷ ἔνεκα τῇ γῇ περιβεβλῆσθαι*, quæ Apollonii verba apud Philoſtratum *a* Sulpicius Apollinaris apud Gellium: *b Quid poteſt dici* 32 *citra oceanum eſſe, cum undique oceanus circumſcribat omnes terras, & ambiat?* Mox: *Quum vero omnes terras omnifariam & undique verſum circumfluat, nihil citra eum eſt, ſed undarum illius ambitu terris omnibus convallatis in medio ejus ſunt omnia, quæ intra oras ejus incluſa ſunt.* 33 M. Acilius Conſul in oratione ad milites, quæ apud Livium: *Oceano*, inquit, *qui orbem terrarum amplexu finit.* In Senecæ *c* ſuaſoriis dicitur oceanus totius orbis vinculum terrarumque cuſtodia: Lucano *d* unda mundum coërcens. 34 Nec fingenda diviſio: nam cum primum terræ diviſæ ſunt, incognitum erat mare ſui maxima parte: atque ex eo nullus fingi modus poteſt, quo gentes adeo diſſitæ de diviſione convenirent.

a *Vit. Apoll.* Lib. VII. c. 26. *Ed. Olear.*
b *Lib.* XII. *Cap.* 13.
c *Suas.* I.
d *Phars.* V, 619.

3. Ideo, quæ communia omnium fuerunt, & in prima diviſione diviſa non ſunt, ea non jam diviſione, ſed occupatione transeunt in jus proprium, nec dividuntur niſi poſtquam propria eſſe cœperunt.

IV. Veniamus ad ea, quæ propria fieri poſſunt, ſed nondum facta ſunt propria. Talia ſunt [a] loca multa inculta adhuc, [b] inſulæ in mari, feræ, piſces, aves. Sed duo notanda ſunt: duplicem eſſe occupationem, unam 35 per univerſitatem, alteram 36 per fundos. prior ſolet fieri per populum, aut eum, qui populo imperat: altera deinde per ſingulos, magis tamen 37 aſſignatione quam 38 libera occupatione. Quod ſi quid univerſim occupatum

### GROTII.

z *Terra majus*] Ita de oceano ſenſit *Jarchas* apud Philoſtratum III, XI. (Cap. 37. *Ed. Olear.*)

a *Loca inculta adhuc*] vide *Bembum* hiſtoriæ VI.

b *Inſulæ in mari*] Ut Echinades, quas occupando ſuas fecit Alcmæon. *Thucyd.* II. in fine. [Non *Echinades* occupavit *Alcmæon*, ſed loca circum *Oeniadas* urbem ſita, *τὰς περὶ Οἰνιάδας τόπους*, adeoque in continenti; quanquam nata olim ex Inſulis quibuſdam vicinis. Inſpice locum, §. 102. *Ed. Oxon.* *J. B.*]

### GRONOVII.

32 *Citra oceanum*] Error *Sulpicii Apollinaris*, qui putavit *citra* idem eſſe quod *extra*. At *citra* oceanum eſt *intra* oceanum. Sic Gallia citerior Romanis, quæ intra Alpes, Hiſpania citerior, quæ intra Iberum flumen.

33 *M.*] *Liv.* 36, 17.

34 *Nec fingenda*] Nec inducere in animum debemus, oceanum perinde ac terras a gentibus aliquando diviſum eſſe.

35 *Per univerſitatem*] Quum ex illa generis humani communitate partem ſibi eximit gens, vel civitas, vel regnum, & publicam facit.

36 *Per fundos*] Quum certas portiones privati conſequuntur.

37 *Aſſignatione*] Attributione, quæ fit per electos, aut præfectos ei rei, ut apud Romanos per Triumviros coloniis deducendis.

38 *Libera occupatione*] Cujuſque privati.

39 *Non*

Digitized by Google

patum in ſingulos dominos deſcriptum non eſt, 39 non ideo vacuum cenſeri debet. manet enim in dominio primi occupatoris, puta, populi aut regis. Talia eſſe ſolent flumina, lacus, ſtagna, ſilvæ, montes aſperi.

V. De feris, piſcibus, avibus illud notandum eſt; qui imperium habet in terras & aquas, (ff) ejus lege impediri poſſe aliquos, ne feras, piſces, aves capere, & capiendo acquirere eis liceat: atque hac lege teneri etiam exteros. Ratio eſt, quia ad gubernationem populi 40 moraliter neceſſarium eſt, ut qui ei vel ad tempus ſe admiſcent, quod fit intrando territorium, ii conformes ſe reddant ejus populi inſtitutis. Nec obſtat, quod ſæpe in jure Romano legimus, jure naturæ, aut gentium, liberum eſſe talia animalia venari: hoc enim verum eſt, quamdiu lex civilis nulla intercedit; ſicut lex Romana res multas relinquebat 41 in illo primævo ſtatu, de quibus aliæ gentes aliud conſtituerunt. Cum autem lex civilis aliud conſtituit, eam obſervari debere jus ipſum naturæ dictat. Lex enim civilis quanquam nihil poteſt præcipere, quod jus naturæ prohibet, aut prohibere, quod præcipit, poteſt tamen libertatem naturalem circumſcribere, & vetare, quod naturaliter licebat, 42 atque etiam ipſum dominium naturaliter acquirendum vi ſua antevertere.

*Covarr. c. peccatum. par. II. § 8. Dd. in l. cunctos populos. C. de ſumm. Trin. Innoc. & Panorm. in c. a nobis. I. de ſent. excomm. Covarr. d. loco.*

VI. 1. Videamus porro, ecquod jus communiter hominibus competat in eas res, quæ jam propriæ aliquorum factæ ſunt. quod quæri mirum forte aliquis putet, cum proprietas 43 videatur abſorbiſſe jus illud omne, quod ex rerum communi ſtatu naſcebatur. Sed non ita eſt. Spectandum enim eſt, quæ mens eorum fuerit, qui primi dominia ſingularia introduxerunt: quæ credenda eſt talis fuiſſe, ut quam minimum ab æquitate naturali receſſerit. Nam ſi ſcriptæ etiam leges in eum ſenſum trahendæ ſunt quatenus fieri poteſt, multo magis mores, qui ſcriptorum vinculis non tenentur.

2. Hinc primo ſequitur, in graviſſima neceſſitate reviviſcere (gg) jus

GRONOVII.

39 *Non ideo vacuum*] Exemplum apud *Tacitum* 13. annal. 54.

40 *Moraliter neceſſarium*] Non quidem neceſſitate abſoluta & naturali, ſed introducta gentium inſtitutis.

41 *In illo primævo ſtatu*] Sic olim in Hiſpania quilibet e vulgo rei metallicæ, prout libuiſſet, operam dabat. *Diod.* 5, 36.

42 *Atque etiam ipſum*] Et eximere aliquid promiſſæ occupationi, naturali jure conceſſa erat.

43 *Videatur abſorbiſſe*] Suſtuliſſe omnem poteſtatem aliorum in re, quæ propria ex communi facta eſt.

(ff) Animalia illa, non minus quàm res aliæ, quæcumque in dominio ſingulorum non ſunt, manſerunt re verâ in dominio populi, aut Regis, aut Senatus; adeo ut nequaquam neceſſarium ſit fingere, adquiſitionem dominii in ejuſmodi rebus lege anteverti. Vide quæ diximus in PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. VI. §. 3, 4. & *De Officio Hom. & Civ.* Lib. I. Cap. XII. §. 6. ultimarum Editionum. *J. B.*

(gg) jus illud priſtinum rebus utendi, tanquam ſi communes manſiſſent: quia in omnibus legibus humanis, ac proinde & in lege dominii, ſumma illa neceſſitas videtur excepta.

* L.2. §.2. D. de l. Rhod. 3. Hinc illud, ut in navigatione, * ſi quando defecerint cibaria, quod quiſque habet, in commune conferri debeat. Sic & defendendi mei cauſa vicini ædificium † orto incendio 44 diſſipare poſſum: & funes aut retia deſcindere, *a* in quæ navis mea impulſa eſt, c ſi aliter explicari nequit. Quæ omnia 45 lege civili non introducta, ſed expoſita ſunt.

† L.3 §.7. D. de incend.

a L.29 §.3. D. ad leg. Aquiliam.

b Thom. 2, 2. 66, 7. Covar. cap. peccatum. p. 2. §. 1. Soto lib. v. q. 3. art. 4.

4. Nam & inter *b* Theologos recepta ſententia eſt, in tali neceſſitate, ſi quis quod ad vitam ſuam neceſſarium eſt, ſumat aliunde, eum furtum non committere: cujus 46 definitionis non hæc cauſa eſt, quam nonnulli adferunt, quod rei dominus ex caritatis regula rem egenti dare tenetur, ſed quod res omnes in dominos diſtinctæ, 47 cum benigna quadam receptione primitivi juris videantur. Nam ſi primi diviſores interrogati fuiſſent quid de ea re ſentirent, reſpondiſſent quod dicimus. *Neceſſitas*, inquit pater Seneca, *c magnum humanæ imbecillitatis patrocinium*, d *omnem legem* (humanam ſcilicet, aut ad humanæ modum factam) *frangit*. *d* Cicero Philippica XI. *Caſſius in Syriam profectus eſt, alienam provinciam*, 48 *ſi homines legibus ſcriptis uterentur: his vero oppreſſis*, 49 *ſuam*

c Controv. IV, 27.

d Cap. 12.

GROTII.

c *Si aliter explicari nequit*] Talia non procedunt niſi ex magna & ſatis neceſſaria cauſa. *Ulpianus* l. Si alius. §. 4. D. quod vi aut clam: ubi ſequitur exemplum illud de ædibus interciſis arcendi incendii cauſa.

d *Omnem legem frangit*] *Quicquid coegit, defendit.* lib. IV. contr. XXVII. Exemplis idem *Seneca* illuſtrat in excerptis controverſiæ IV. (*Lib.* IV.) *Neceſſitas eſt, quæ navigia jactu exonerat: neceſſitas eſt, quæ ruinis incendia opprimit: neceſſitas eſt lex tempori*. Theodorus Priſcianus vetus medicus: *Expedit prægnantibus in vitæ diſcrimine conſtitutis ſub unius partus ſæpe jactura ſalutem mercari certiſſimam, ſicut arboribus creſcentium ramorum accommodatur ſalutaris abſciſſio, & naves preſſa onere cum gravi tempeſtate jactantur, ſolum habent ex damno remedium.* Prima verba illa ad ἐμβρυοθλάστην pertinent, cujus inſtrumenti deſcriptio apud *Galenum* & *Celſum*, ac proinde eadem vox reſtituenda apud *Tertullianum* de anima. [Locus *Tertulliani* legitur Cap. 25. Sed emendatio, quam Auctor heic proponit, ab aliis jam occupata fuerat, etiam ante H. STEPHANUM, qui illam probat, in *Theſauro* ſuo, Tom. I. pag 796. *J. B.*]

GRONOVII.

44 *Diſſipare poſſum*] Quod eſt incendium ruina extinguere: quod de ſuis fortunis dicebat Catilina.

45 *Lege civili*] Pandectas quoque juris civilis Romani ſanxit; non tamen, ut propriam ejus juris partem, aut illius civitatis populive conſtitutionem, ſed ut a naturæ æquitate comparatam legem.

46 *Definitionis*] Regulæ, ſententiæ, pronuntiati.

47 *Cum benigna receptione*]. Ea cum conditione atque exceptione, ut, ubi noxæ & damno eſt diſtinctio dominiorum, ibi valeat priſtina communitas.

48 *Si homines legibus*] Niſi bellum civile juris ordinarii ſtrictam obſervationem ſuſtuliſſet.

(gg) Confer PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. VI. §. 5, 6, 7. ubi argumentum iſtud adcuratius pertractatur. *J. B.*



Digitized by Google

49 *ſuam lege natura.* Apud Curtium eſt: *In communi calamitate* Lib. VI,
50 *ſuam quemque habere fortunam.* c. 4.

VII. Sed cautiones adhibendæ ſunt, ne evagetur hæc licentia: Leſſ. lib. II. quarum prima ſit: omni modo primum tentandum, an alia ratio- cap. 12. ne neceſſitas evadi poſſit, puta adeundo magiſtratum, aut e- dub. 12. tiam tentando, an rei uſus a domino poſſit precibus obtineri. n. 70. Plato ex vicini puteo aquam peti ita demum permittit, ſi quis in De Legg: ſuo 51 ad cretam uſque foderit ad aquam exquirendam: & Solon, Lib. VIII. ſi in ſuo foderit ad quadraginta cubitos: ubi addit Plutarchus; p. 844. B. Vit. Sol. ἀπορίᾳ γὰρ ᾤετο δεῖν βοηθεῖν, οὐκ ἀργίαν ἐφοδιάζειν· *arbitrabatur* p. 91. *ſubveniendum neceſſitati, non inſtruendam pigritiam.* Xenophon in Exped. reſponſo ad Sinopenſes: ὅποι δ' ἂν ἐλθόντες ἀγορὰν οὐκ ἔχωμεν, Cyri VI ἄν τε εἰς βάρβαρον γῆν, ἄν τε εἰς Ἑλληνίδα, οὐχ ὕβρει, ἀλλ' ἀνάγ- c. 5. κῃ, λαμβάνομεν τὰ ἐπιτήδεια· *ubi jus emendi nobis non conceditur, ſive in Barbarico, ſive in Græcanico ſolo, ibi quæ opus eſt ſumimus, non per protervìam, ſed ex neceſſitate.*

VIII. Secundo, non concedendum hoc ſi pari neceſſitate ipſe poſſeſſor teneatur. nam in pari cauſa poſſidentis melior eſt condi- tio. *Stultus non eſt*, ait Lactantius, *qui 52 tabula naufragum, ne* Inſt. Lib. V, *ſalutis quidem propriæ cauſa, nec equo ſaucium dejecerit: quia ſe ab-* c. 17. *ſtinuit a nocendo, quod eſt peccatum, & hoc peccatum vitare ſit ſa- pientia.* Cicero dixerat officiorum III. (hh) *Nonne igitur ſapiens,* Cap. 6, *ſi fame ipſe conficiatur, abſtulerit cibum alteri, homini ad nullam rem utili? Minime vero. Non enim mihi eſt vita mea utilior quam 53 a- nimi talis affectio, neminem ut violem commodi mei gratia.* Apud Curtium legitur: *Melior eſt cauſa ſuum non tradentis, quam poſcen-* Lib. VIII, *tis alienum.* c. 1.

IX. Tertio ubi fieri poterit, 54 faciendam reſtitutionem. Sunt quidam, * qui aliter cenſent hoc argumento, quod qui jure ſuo uſus eſt, ad reſtitutionem non obligetur. Sed verius eſt, † jus hic non fuiſſe plenum, ſed reſtrictum cum onere reſtituendi ubi neceſſitas ceſſaret. Tale enim jus ſufficit 55 ad ſervandam natu- ralem æquitatem contra rigorem dominii. X. Hinc

* Adr. quod lib. 1. art. 2. col. 3.

† Covarr. d. loco, num. 4.

GRONOVII.

49 *Suam lege naturæ*] Quæ bono civi præcipit eam provinciam ſuam putare, in qua ſervire patriæ poſſit, etſi publica auctoritate ob turbas careat.

50 *Suam quemque*] Unumquemque conſulere ſibi, ut poteſt. 6, 4.

51 *Ad cretam*] Ad ſiccum & ſolidum, ut deſinat eſſe ſpes aquæ inveniendæ. *Plinius* nat. hiſt. 31, 3. 1341. *Plutarchus* περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, p. 827.

52 *Tabula*] Quavis materia, aſſere, ligno fractæ navis.

53 *Animi talis*] Propoſitum non recedendi ab eo, quod juſtum eſt.

54 *Faciendam reſtitutionem*] Si aliena re, tanquam communi in neceſſitate uſus fueris, mutatis in melius temporibus, id quod conſumſeris, reſtitui oportere.

55 *Ad ſervandam*] Ad fruendum ex antiquiſſima communione, quibus introducta dominia uti ſevere prohibent.

(hh) Non agit *Cicero* de caſu, in quo par eſt utriuſque neceſſitas: adeoque & locus ille male aptatur, & ſententia ejus, in ſe ſpectata, rigida eſt ultra modum. *J. B.*

X. Hinc colligere eſt, quomodo ei, qui bellum pium gerit, liceat locum occupare, qui ſitus ſit 56 in ſolo pacato: nimirum ſi non imaginarium, ſed certum ſit periculum, ne hoſtis eum locum invadat, & inde irreparabilia damna det: deinde, ſi nihil ſumatur, quod non ad cautionem ſit neceſſarium, puta, nuda loci cuſtodia, relicta domino vero juriſdictione & fructibus: poſtremo, ſi id fiat animo reddendæ cuſtodiæ ſimulatque neceſſitas illa ceſſaverit. *Enna aut malo, aut neceſſario facinore retenta*, (ii) ait
Lib. xxv. c. 39. Livius: quia malum hic, quicquid vel minimum abit a neceſſitate.
De Exped. Cyri lib. v. c. 1. Græci, qui cum Xenophonte erant, cum navibus omnino opus haberent, ipſius Xenophontis conſilio ceperunt tranſeuntes, ſed ita ut merces dominis intactas conſervarent, nautis vero & alimenta darent, & pretium perſolverent. Primum ergo quod poſt dominia ex veteri communione reſtat jus, eſt id quod jam diximus neceſſitatis.

De off. 1. c. 16. XI. Alterum eſt 57 utilitatis innoxiæ. *Quidni enim*, inquit Cicero, *quando ſine detrimento ſuo poteſt, 58 alteri communicet in iis, quæ ſunt accipienti utilia, danti non moleſta?* Ideo Seneca * beneficium negat dici poſſe ignis accendendi poteſtatem. Apud † Plutarchum legimus Sympoſiacon VII. οὔτε γὰρ τροφὴν ἀφανίζειν ὅσιον αὐτοὺς ἄδην ἔχοντας, οὔτε νάματος ἐμφορηθέντας, πηγὴν ἀποτυφλοῦν καὶ ἀποκρύπτειν, οὔτε πλοῦ σημεῖα καὶ ὁδοῦ διαφθείρειν χρησαμένους, ἀλλ' ἐᾶν καὶ ἀπολείπειν, τὰ χρήσιμα τοῖς δεησομένοις μεθ' ἡμᾶς. *Nam neque alimenta nobis fas eſt perdere, ubi ipſi plus ſatis habemus, neque fontem, poſtquam inde quantum libet potaverimus, obturare aut occultare, neque 59 ſigna navigationis aut itineris abolere, quæ nobis uſui fuerint.*

* IV. de benef. c. 29.

† Quæſt. 4.

XII. Sic flumen, 60 qua flumen dicitur, proprium eſt populi, cujus intra fines fluit, vel ejus, cujus in ditione eſt populus: atque

GRONOVII.

56 *In ſolo pacato*] Terris eorum, qui non ſunt hoſtes noſtri, ut Ordines Belgii liberi fecerunt in Trajectu Moſæ, Rhenoberga, Orſavia, Embrica, Veſalia, quas hoſtis Hiſpanus occupatas præſidiis tenebat, & inde ſocios eorum infeſtabat.

57 *Utilitatis innoxiæ*] Per quam meum commodum ſine damno alterius quæro. Inde actio pauperis adverſus divitem, qui flores ſuos, unde pauperis apes mella legebant, veneno infecit, apud *Quintilianum* declam. 13.

58 *Alteri communicet*] Hoc latinum non eſt. Itaque non potuit *Cicero* dicere, qui ſemper, communicare quid cum aliquo, non communicare alicui. Fraus huic loco facta eſt. Sic enim *Cicero* 1. Off. 16. *Una ex re ſatis præcipit, ut quicquid ſine detrimento accommodari poſſit, id tribuatur vel ignoto. Ex quo ſunt illa communia, non prohibere aqua profluente, pati ab igne ignem capere, ſi quis velit conſilium fidele deliberanti dare: quæ ſunt iis utilia, qui accipiunt, danti non moleſta.*

59 *Signa navigationis aut itineris*] Exemplum nobile præbet Darius Codomannus Perſarum rex in ponte Lyci. *Juſtin.* 11, 14.

60 *Qua flumen dicitur*] Si omne corpus intelligas parti territorii incluſum.

(ii) Non congruit hoc exemplum, ut patebit locum inſpicienti. *J. B.*

60 *Majores*

Digitized by Google

que ei licet 61 molem in flumen injicere: & quæ in flumine naſcuntur, ejus ſunt. At idem flumen, 62 qua aqua profluens vocatur, commune manſit, nimirum ut bibi hauririque poſſit. *L. Quadam 2. D. de rer. div. §. 1.*

*Quis vetet appoſito lumen de lumine ſumi;*
*Atque cavum vaſtas in mare ſervet aquas?*

Inquit 63 Ovidius: * apud quem & Lycios † Latona ſic alloquitur: ** Art. am. III, 93.*

*Quid prohibetis aquas? uſus communis aquarum eſt:* *† Metam. VI, 349.*

Ubi & undas vocat 64 munera publica, id eſt, hominibus communia, vocis publicæ acceptione minus propria: quo ſenſu res quædam publicæ juris gentium dicuntur. Virgilius undam eodem ſenſu dixit cunctis patentem. *Aen. VII, 230.*

XIII. 1. 65 Sic & terræ, & flumina, & 66 ſiqua pars maris

GRONOVII.

61 *Molem injicere*] Hujuſmodi molis mentio apud *Tacit.* 5. hiſt. 19.

62 *Qua aqua profluens*] Si in flumine manantes & momento temporis mutatas undas intelligas, neque enim propriæ ſiunt, niſi a quo hauriuntur.

63 *Ovidius*] 6. Metam. 350.

64 *Munera publica*] Inf. num. 17. & cap. ſeq. num. 9.

65 *Sic & terra &c.*] Verum putat tranſituro cum exercitu alienos fines poſtulandum prius tranſitum, ſed ſi negetur, vindicari poſſe. Sane ſi jus eſt ei vindicandi, jus etiam alteri eſt negandi. Etenim ſi principi vel populo licet prohibere ipſis indigenis, ne ſint armati intra fines, quamvis pauci, quamvis ſinguli, multo magis ei licet hoc non concedere exteris: ab his enim major metus. Sic apud *Petronium* miles Encolpium paganum ponere jubet arma, & malo cavere. Sic *Cicero* in Sicilia, poſtquam domitis fugitivis inde Man. Aquilius deceſſit, omnium inſtituta atque edicta prætorum fuiſſe ejuſmodi teſtatur, ut ne quis cum telo ſervus eſſet. lib. V. Verr. 3. Præterea ſi privatus prohibere poteſt, ne quis ingrediatur fundum ſuum venandi vel aucupandi gratia, multo magis princeps vel populus, ne exercitus aut multitudo armata ipſius tranſeat fines. At verum prius facit §. 12. *Inſtitution.* de R. D. Hinc cum Philippus Macedo prætextu ponendæ Herculi in oſtio Iſtri ſtatuæ pacatum acceſſum ad religionem Dei per Scythiam petiſſet, rex Atheas armatum exercitum fines ingredi negavit ſe paſſurum. *Juſtin.* 9, 2. Et Cæſar, cum in Galliam tenderent Helvetii, dicerentque ſibi eſſe in animo ſine ullo maleficio per provinciam Romanam iter facere, rogarentque ut ejus voluntate ſibi facere liceret, reſpondit, ſe more & exemplo populi Romani non poſſe iter ulli per provinciam dare, &, ſi vim facere conentur, prohibiturum oſtendit. lib. I. bell. Gall. 8. Dicit more & inſtituto populi Romani, ut ſignificet Romanos hoc naturæ jus eſſe non putaſſe, ut neceſſario daretur. Sic cum de exercitu Romano in Aſiam adverſus Antiochum per Macedoniam ducendo deliberaretur, Publius Africanus ad fratrem, *Iter, quod inſiſtis,* ait, *L. Scipio, ego quoque approbo, ſed totum id vertitur in voluntate Philippi.* Liv. 37. 7. Judicans poſſe illum jure ſuo prohibere. Caſus, quo hic traditur, propria aliqua, ut communia, poſſe vindicari, non eſt utilitatis innoxiæ, & ob damna præſentia, & ob pericula graviora. Etenim ſi ne amica quidem & patria tranſeuntes exercitus ſancta & inviolata habent, quid facient in externis? Vide Othonianorum & Vitellianorum per pacatiſſima, per ipſam Italiam tranſitus apud *Tacit.* 2. hiſtor. 12. & 87. *Plin.* Panegyr. 20. *Quam diſſimilis nuper alterius principis tranſitus, ſi tamen tranſitus ille, non populatio fuit, cum abactus hoſpitium exerceret, omniaque dextra lævaque perusta & attrita, ut ſi vis aliqua vel ipſi illi barbari, quos fugiebat, inciderent.* Ta-

les hodie omnes tranſitus nulla diſciplina Germania & Gallia experiuntur. *Cominaus* lib. 6. cap. 2. *Regnum ſub mortem Ludovici XI. utcunque patens & amplum exhauſtum erat & egenum, cum aliis rebus, tum maxime per traductos & commeantes hinc inde exercitus.* Ne dicam de annona, quam neceſſe eſt ingraveſcere incolis, majore hominum, quam tueri terrarum copiæ ſeu naturales ſeu adventitiæ ſolent, numero admiſſo. Pericula & metus longe graviores. Cæſar homines inimico animo data facultate per provinciam itineris faciundi, temperaturos ab injuria & maleficio non exiſtimabat lib. 1. bell. Gall. 7. arma per ſe faciunt exſertos promtoſque in injurias, præſertim ubi numerus adeſt, & occaſio & pretium ſceleris. Notum illud *Homeri:* αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος, & Valerii Flacci: *Namque virum trahit ipſe chalybs.* Non cogitaverint de maleficio cum adventarent. Occaſio furem facit: in peregrino quaſi exules ſunt, quibus *mille in dies nova conſilia aut fortuna ſua aut ingenium poſſit facere*, verbis *Livii* 35, 42. Quam facile venit alicui in mentem: *Videmus terram opulentam & uberem: nolite negligere, nolite ceſſare: eamus & poſſideamus illam: nullus erit labor.* Judic. 18, 10. Quam præſens eſt dici a tranſeuntibus privato de injuria facta conquerenti: *Cave ne ultra loquaris ad nos, & veniant viri animo concitati, & ipſe cum omni domo tua pereas.* ibidem v, 18. Quis neſcit toties ſubſidio vocatos & intra finem admiſſos externos, auxilium in perniciem vertiſſe, neque ullis pactis, ullis exſecrationibus deterreri potuiſſe a facinore, ut fidem datam ſervarent? Athenienſes claſſe in Siciliam navigarunt, *ut ſub ſpecie ferendi Catinenſibus auxilii tentarent inſulæ imperium*, inquit *Juſtinus* 4, 3. Philippus bello ſacro civitates, quarum paulo ante dux fuerat, quæ ſub illius auſpiciis militaverant, quæ gratulatæ illi ſibique victoriam fuerant, hoſtiliter occupatas diripuit: non Diis publicis privatiſque, ad quos paulo ante ingreſſus hoſpitaliter fuerat, pepercit. 8, 3. Et plenus iſtorum ille Romanus miles Capuæ in hibernis locatus ſecum exigebat ita: *Cur autem potius Campani Italiæ agrum uberrimum, dignam agro urbem, qui nec ſe nec ſua tutari poſſint, quam victor exercitus haberet, qui ſuo ſudore & ſanguine Samnites inde depuliſſet, &c.* Livius lib. 7, 38. Anglo-Saxones ut viderunt terram latam ac fertilem, & incolarum manus ad bellandum pigras, ſe vero & maximam partem Saxonum ſine certis ſedibus; mittunt ad evocandum majorem exercitum, & pace cum Scotis & Pictis firmata, in commune contra Brettos (i. e. Britannos, qui eos trans mare in auxilium vocaverant contra Scotos & Pictos, ut a *Claudiano* & vetuſtioribus hoc auctore appellantur) conſurgunt, eoſque regione propellunt, & ſuæ ditioni regimen diſtribuunt, ut narrat *Wittichind.* lib. 1. annal. Quid ab illis exſpectandum, qui in minus obligati ſunt, qui non promiſerunt etiam tueri, ſed tantum non offendere. Super hæc omnium fere imperiorum hoc vitium eſt, ut quo longius ab limite in interiora proceditur, eo imbecilliora invenias. Sic Pœnos foris invictos Agathocles & Scipio prope Carthaginem vicerunt. Sic Hannibal negabat Romanos niſi in Italia poſſe vinci. Ut in animantium corporibus infirmiſſima & periculis oportuniſſima ſunt vitalia. Ad hæc igitur myſteria intuenda admitti quaſi profanos & invidos oculos externæ, & magnæ multitudinis armatæ, in tanta hominum invadendi & poſſidendi libidine, res aleæ plena eſt. Quid quod in omnibus imperiis reperiuntur homines rerum novarum cupidi, qui tales hoſpites aut adverſus cives ſuos aut adverſus ſuperiores aut vicinos ultro incitent. Galli, in expeditione in Neapolitanum regnum, tranſitum per terras Florentinorum impetraverunt. Erant ſub horum imperio Piſani, quam urbem cum ingreſſus eſſet Carolus VIII. rex, plebs circumfuſa dominorum in ſe crudelitate expoſita orare regem cœpit, ut in libertatem avitam aſſereretur. Regis familiares poſtulationem juſtiſſimam eſſe dixerunt, & ille pactorum conventorum cum Florentinis immemor, nec quanti ea res momenti eſſet, expendens, liberos eſſe juſſit, ut ſcribit *Belcarius* commentariis rerum Gallicarum lib. 5. & ante illum *Cominaus*

lib.

ris in proprietatem populi alicujus venit, patere debet his 67 qui tranſitu opus habent ad cauſas juſtas; puta, quia ſuis finibus expulſi quærunt terras vacuas, aut quia commercium expetunt cum gente ſepoſita, aut etiam quia quod ſuum eſt juſto bello petunt. Ratio hic eadem quæ ſupra, quia dominium introduci potuit 68 cum *Bal. III, conſ. 193.*

lib 7. cap. 7. Sic apud *Tacitum* Lugdunenſes exſtimulabant ſingulos militum Vitellianorum tranſeuntium, & in everſionem Viennenſium impellebant ob municipalem invidiam, 1. hiſtor. 65. Exempla, quæ auctor adducit, facti ſunt potentiorum, non juris. Quod autem Iſraelitis licuit bellare in Emorræos tranſitum negantes, non conceſſum, quia jus gentium negabant, ſed quia erant inter damnatos ſeptem populos, quorum terras Iſraelitis donaverat Deus, *Joſua* 3. verſu 10. Itaque hæc tantum fuit *πρόφασις* & *ἀφορμὴ*, non *αἰτία*, *prætextus* & *occaſio*, non *cauſa* belli. Itaque Edomitis idem negantibus abſtinuerunt, quia non erant ex damnatis donatiſque. Longe autem graviora obduci exempla poſſunt illorum, qui peſſimam mercedem ſuæ bonitatis tranſitum concedendo, tulerunt. Poſt pacem Antalcidæ, conquieſcente tota Græcia, Phœbidas Lacedæmonius exercitum auxilio Amyntæ Macedonis adverſus Olynthios ducebat per pacatos & amicos Thebanos: quibus nihil mali ſuſpicantibus, pellectus occaſione Cadmæam urbis arcem occupavit. Lacedæmonii querentibus Thebanis fœdus eſſe violatum, mulctam irrogarunt Phæbidæ, præſidium tamen in arce, & per illud urbem obnoxiam tenuerunt; donec conſilio Epaminondæ, virtute Pelopidæ liberaretur. *Diodor. Sicul.* l. 45, 20. Campani de exercitu Agathoclis Meſſanam ſpecie hoſpitum ingreſſi, ut inde conſcendentes in Italiam navigarent, ut viderunt pulcherrimam & copioſam urbem ſecure haberi, occiſis civibus uxores filiaſque eorum, domos & agros ſorte inter ſe diviſerunt. *Polyb.* 1. Unum exemplum addam, quod ſi hæc doctrina valeret, cum totius Europæ periculo vidiſſemus: ſed id ne ſinat Deus. Turcæ hodie petunt innoxium tranſitum a Cæſare per terras ejus ad oppugnandos Venetos, an quiſquam erit tam ſtultus aut malus conſiliarius, ut audeat dicere Cæſari, petere illos jus, quod noſtro metu non tollatur, petere quod eſt juris naturæ, quodque nullo, etiam religionis, prætextu poſſit negari. Quod ad cautiones, utantur illis, qui aliter non poſſunt: at cui ad negandum vires ſunt, eum ego memorem eſſe jubeo, ſæpe cautorem quoque captum eſſe: memorem nullo jure quenquam cogi, qui liber ſit, ut invitus dominum accipiat: ubi dominus, parem: qui autem armatum intra fines recipit, eum vel dominum vel parem accipere. Multo minus conceſſerim, tranſitum jure non negari, ſi etiam ab eo, in quem bellum ſive juſtum ſive injuſtum (nihil enim horum præſtat altero magis a noxa ſecurum) movet is, qui tranſitum petit, metus accedat. Quomodo enim hæc petentis utilitas mihi, a quo tranſitus petitur, eſſe poteſt innoxia? Si nihil aliud ſequatur, commercia meis erunt ſublata cum eo, cujus hoſtem receperim. Deinde ille, in quem bellum movetur, ſi ſapiet, ad fines occurret venienti hoſti, quod ſi fiat, ego fecerim meas terras ſedem belli. Scire velim, quod jus quenquam ad hoc incommodum patiendum, ſi vitare poteſt, obliget. Taceo de fine, ſi repellatur, quamvis juſtus aggreſſor.

GRONOVII.

66 *Si qua pars maris*] Quam terræ acceſſionem vocat *num.* 14. quæ proxima terræ eſt, aut anguſto ſinu vel laxiore portu anguſti oris a reliquo mari ſecluditur.

67 *Qui tranſitu*] Ad ſtationem temporariam.

68 *Cum receptione*] Ita ut retineretur in commune facultas hæc iſtis utendi damnoſa nemini, nec domino adimere illam uſurpare volentibus liceret. *Receptio* eſt exceptio: ut num. 6. & *recepticius ſervus* apud *Gell.* 17. c. 6.

cum receptione talis e uſus, qui prodeſt his, illis non nocet: ideoque dominii auctores id potius cenſendi ſunt voluiſſe.

Num. xx. & xxi. 2. Exemplum habemus inſigne in Moſis hiſtoria, qui cum tranſeundum haberet per alienos fines, primum Idumæo, deinde Emoræo 69 has tulit leges, iturum ſe via regia, nec deflexurum ad poſſeſſiones privatas. Si qua re ipſorum haberet opus, juſtum pretium eis perſoluturum. Quæ conditiones cum repudiarentur, f juſtum eo nomine bellum intulit Emoræo. *Innoxius enim tranſitus denegabatur*, inquit *a* Auguſtinus, *qui jure humanæ ſocietatis æquiſſimo patere debebat.*

3. 70 Græci, qui cum Clearcho: *b* *πορευοίμεθα δὲ ἂν οἴκαδε, εἴ τις ἡμᾶς μὴ λυποίη· ἀδικοῦντα μέν τοι πειρασόμεθα σὺν τοῖς Θεοῖς ἀμύνασθαι.* *Domum ibimus, ſi nemo moleſtus ſit: ſi quis injuriam faciat, eum Deorum ope arcere conabimur.* Nec multo aliter g Ageſilaus, *c* cum ex Aſia rediens ad Troadem veniſſet, interrogavit, ut amicum ſe an ut hoſtem tranſire vellent: Et h Lyſander *d* Bæotios, 71 rectis ſe haſtis tranſire vellent, an 72 inclinatis. Batavi apud Tacitum *e* Bonnenſibus nuntiant: *Si nemo obſiſteret, innoxium iter fore: ſin arma occurrant, ferro viam inventuros.* *f* Cimon quondam Lacedæmoniis ſuppetias laturus per agrum Corinthium traduxerat copias. Reprehenſus a Corinthiis quod non prius civitatem compellaſſet: nam & qui fores alienas pulſet, non intrare niſi domini permiſſu: *At vos*, inquit, *Cleonæorum & Megarenſium fores non pulſaſtis, ſed perfregiſtis, cenſentes omnia patere debere plus valentibus.* Media ſententia vera eſt, i poſtulandum prius tranſitum,

a Lib. qu. xliv. ſuper Num. ad cap. 20.
b Apud Xenophont. De Exped. Cyr. Lib. ii. Cap. iii. §. 12.
c Plut. Apop. p. 211. C.
d Ibid. p. 229. C.
e Hiſt. iv. c. 20.
f Plut. Cimo. p. 489. C.

GROTII.

e *Uſus qui prodeſt his, illis non nocet:*] Servius ad vii. Æneidos: *littuſque rogamus innocuum: cujus vindicatio*, ait, *nulli poſſit nocere.* (Vers. 230.)

f *Juſtum eo nomine bellum*] *Juſta bella gerebantur a filiis Iſraël contra Amorræos*, ait indicato hic loco Auguſtinus. Sic Amyntorem Orchomeni regem ob negatum tranſitum interfecit Hercules, notante id Apollodoro. (*Bibl.* Lib. ii. c. 7. §. 7. *Ed. Th. Gal.*) Græci Telephum bello petiere, quod eos per fines ſuos tranſire paſſus non eſſet: notat Scholiaſtes ad Horatii carmen (*Epod.* xvii, 8.) in Canidiam. Adde legem Longobardicam lib. ii. tit. liv. c. 2.

g *Ageſilaus*] Vide etiam in ejus vita hac de re Plutarchum. (*pag.* 604.)

h *Lyſander*] Et in hujus vita eundem. (*Pag.* 445. D.)

GRONOVII.

69 *Has tulit leges*] Propoſuit conditiones.

70 *Græci, qui cum Clearcho*] Reliquiæ decem millium, quæ Cyro minori, adverſus fratrem Artaxerxem Macrochira bellanti, auxilio miſerant Lacedæmonii.

71 *Rectis ſe haſtis*] Pacatos & non minantibus armis.

72 *Inclinatis*] Prætentis, infeſtis, intentatis. Sic ponere haſtas. *Livius* lib. 35, 36.

GROTII.

i *Poſtulandum prius tranſitum*] Ariſtophanes Avibus: (*vers.* 188.)

*Εἶθ' ὥσπερ ἡμεῖς ἢν ἰέναι βουλώμεθα*
*Πυθῶδε Βοιωτοὺς δίοδον αἰτούμεθα.*
*Ut nos, cum nobis Delphos ſumendum eſt iter,*
*Prius Bœotos tranſitum depoſcimus.*

Ubi Scholiaſtes: *τότε μόνον δίοδον ζητοῦσιν, ὅταν στράτευμα διάγῃ*, *tunc demum iter poſcitur, ubi exercitus traducitur.* Veneti & Germanis, & Gallis

tum; ſed ſi negetur, vindicari poſſe. k Ita Ageſilaus ex Aſia rediens cum a rege Macedonum tranſitum poſtulaſſet, atque is conſultaturum ſe dixiſſet: *Conſultet*, inquit, *nos interea tranſimus*.

4. Neque recte excipiet aliquis metuere ſe multitudinem tranſeuntium. 73 Jus enim meum metu tuo non tollitur: eoque minus, quia ſunt rationes cavendi, ut ſi 74 diviſis manibus transmittantur copiæ, l ſi inermes, quod Agrippinenſes Germanis dicebant: quem morem antiquitus in Eleorum regione obſervatum notavit * Strabo: ſi 75 impenſa tranſeuntis, is qui tranſitum concedit, ſibi præſidia idonea conducat: m ſi obſides dentur, quod 76 a Demetrio Seleucus poſtulabat, ut eum intra ſui imperii fines ſubſiſtere ſineret. Sic etiam metus ab eo in quem bellum juſtum movet is qui tranſit, ad negandum tranſitum non valet. Neque magis admittendum ſi dicas, & alià poſſe tranſiri: tantundem enim quivis diceret, atque eo modo jus tranſeundi plane interimeretur: ſed ſatis eſt ſi ſine dolo malo tranſitus poſtuletur, qua proximum ac commodiſſimum eſt. Plane ſi injuſtum moveat bellum, qui tranſire vult, n ſi hoſtes meos ſecum ducat, negare tranſitum potero: nam & in ſuo ipſius ſolo ei occurrere atque iter impedire fas eſſet.

*Tac.* IV. *hiſtoriar.* c. 65. * *Lib.* VIII. p. 358.

5. Neque vero perſonis tantum, ſed & mercibus tranſitus debetur.

de Marano certantibus iter præbuere. *Paruta* XI. Iidem Germanis conquerentibus de tranſitu hoſtibus dato, oſtendunt id niſi armis impediri non potuiſſe, quibus uti non mos ſibi, niſi in hoſtes manifeſtos. eodem libro Sic & Pontifex ſe excuſat, libro ejuſdem XII.

k *Ita Ageſilaus ex Aſia rediens a rege Macedonum*] Etiam hac de re Plutarchum in ejus vita inſpice. (*Pag.* 604.)

l *Si inermes*] Exemplum in excerpto legationum XII. apud *Bembum* hiſtoriæ Italicæ. Vide & notabilia pacta de tranſitu inter Fridericum Barbaroſſam & Iſacium Angelum apud *Nicetam* libro II. de vita ejuſdem Iſacii aliquot locis. in imperio Germanico tranſitum poſtulans de damno reſarciendo cavet. vide & *Crantzium* Saxonicorum X. & *Mendoſam* in Belgicis. Cæſar Helvetiis iter per provinciam noluit concedere, quod homines inimico animo exiſtimabat non temperaturos ab injuriis & maleficio. de bello Gallico lib. I.

m *Si obſides dentur*] Exemplum habes Procopii Perſicorum II.

n *Si hoſtes meos ſecum ducat*] Hoc dicebant Franci, qui in Venetia erant, Narſeti Longobardos ſecum ducenti. Gotthicorum IV. Alia negati itineris exempla habes apud *Bembum* libro VII. Italicorum, apud *Parutam* libro hiſtoriæ Venetæ V. & VI.

GRONOVII.

73 *Jus meum metu*] Sed nec jura petendi, quod habet alter, jus prohibendi tollitur ei, qui poteſt prohibere: cum dominum recipere in regnum nemo cogatur. Sic Philippo jure negavit Ateas. *Juſtin.* 9, 2. Cæſar Helvetiis. I. bell. Gall. 8.

74 *Diviſis manibus*] Non uno continenti agmine, ſed inter ſingulas legiones aut cohortes intervallo facto.

75 *Impenſa tranſeuntis*] Si qui per alienos fines exercitum traducit, numeret pecuniam, qua princeps vel dominus eorum finium cogat militem, ne quid violent tranſeuntes, prohibiturum.

76 *A Demetrio*] Plutarchus p. 912.



Digitized by Google

betur. (kk) Nam 77 quominus 78 gens quæque cum quavis gente ſepoſita commercium colat, impediendi nemini jus eſt: id enim permitti intereſt ſocietatis humanæ; nec cuiquam damno id eſt: nam etiam ſi cui lucrum ſperatum, ſed non debitum, decedat, id damni vice reputari non debet. Teſtimoniis quæ ad hanc rem produximus alibi, addemus unum o ex Philone: *πᾶσα δὲ θάλαττα φορτηγοῖς ὁλκάσιν ἀκινδύνως διαπλεῖται, κατὰ τὰς ἀντιδόσεις ὧν ἀλλήλαις ἀγαθῶν ἀντεκτίνουσιν αἱ χῶραι κοινωνίας ἱμέρῳ, τὰ μὲν ἐνδέοντα λαμβάνουσαι, ὧν δὲ ἄγουσι περιουσίαν ἀντεκπέμπουσαι. φθόνος γὰρ οὐδέποτε πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐκράτησεν, ἀλλ' οὐδὲ τὰς μεγάλας αὐτῆς ἀποτομάς· Mare omne navibus onerariis tuto ſatis navigatur, p eo commercio quod ex naturalis ſocietatis deſiderio inter nationes*

**GROTII,**

o *Ex Philone*] In legatione ad Cajum, (*Pag.* 998, 999. *Ed. Paris.*)

**GRONOVII.**

77 *Quominus gens quæque cum quavis gente ſepoſita commercium colat, impediendi nemini jus eſt: id enim permitti intereſt ſocietatis humanæ &c.*] Nimis hoc laxe nimiſque liberaliter pronuntiatum. Intereſt ſocietatis humanæ eſſe commercia ut plurimum libera, nec ulli genti omnino præcludi: ſed hanc vel illam gentem excludi a commerciis certarum gentium, quæ tamen aliunde habeant, non eſt iniquum. Ipſe infra num 20. dicit ad ſua vendenda non æquum jus eſſe omnibus, quum cuilibet liberum ſit ſtatuere, quid velit acquirere vel non. Et ſequenti cap. num. xv. refert in fœdere quodam Pœnorum tum Romanis cautum, ne hi ultra Pulchrum promontorium, Maſſiam & Tarſcjum prædas agerent, mercatumve irent: neque id reprehendit. Sic rege Amaſi ſolum Ægyptiis emporium fuiſſe Naucratem teſtatur *Herodotus*: quod ſi quis ad aliud oſtium Nili applicuiſſet, ei jurandum fuiſſe eo ſe veniſſe invitum ventis compellentibus: eo jurejurando dato licuiſſe ad Canopicum oſtium navigare; ſi non poſſet onera fluvialibus navigiis, Delta luſtrando, Naucratim portare. *Euterpe* cap. 188. Sic inter leges, quas L. Æmilius Paulus Macedonibus devictis dedit, quum in quatuor regiones Macedoniam diſtribuiſſet, hæc eſt, ne connubium neve commercium agrorum ædificiorumque cuiquam extra ſuæ regionis fines eſſet, neve ſale invecto uterentur. *Livius* 45, 30. Sic rex Hiſpaniarum etiam ſuorum ſubjectorum parti negat commercia cum Peruanis: neque Belgicæ ſocietates iis, qui extra ſocietatem ſunt, in Indiis omnia permittunt. Quod Mairii illius, qui fretum ſui nominis (*Straat Le Maire* vulgo vocant) primus perrupit, claſſis experta eſt.

78 *Gens quæque*] *Livius* lib. 45, 29.

(kk) Vide PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. III. §. 6. cum Notis noſtris. *J. B.*

**GROTII.**

p *Eo commercio quod ex naturalis ſocietatis deſiderio inter nationes intercedit*] Servius ad eclogam IV. (*vers.* 37.) *navigatio ex mercimonii ratione deſcendit*. Idem ad Georgicon I. (*vers.* 137.) *ſignificat, neceſſitate quærendarum rerum homines navigandi peritiam ac ſtudium reperiſſe. commune bonum erat patere commercium maris.* [Ultima verba, *Commune bonum* &c. non ſunt *Servii*, ſed *Senecæ*, De Benef. I, 8. *J. B.*] Ambroſius in opere de Creatione: (ſeu *Hexaëmer.* Lib. III. Cap. 5.) *Bonum mare tanquam hoſpitium fluviorum, fons imbrium, derivatio alluvionum, invectio commeatuum, quo ſibi diſtantes populi copulantur.* quæ ex Baſilio ſumta Hexaëmeri IV. Mare forum mundi, inſulas ſtationes in mari, eleganter dixit de providentia II. *Theodoretus.* Adjungam his *Chryſoſtomi* ad Stelechium

*tiones intercedit, dum mutuo aliarum copia aliarum inopia ſuccurrit. Nam invidia nunquam aut orbem univerſum, aut magnas ejus partes invaſit.* Alterum ex Plutarcho, qui de mari ſic loquitur: ἄγριον ὄντα καὶ ἀσύμβολον τὸν βίον τοῦτο τὸν στοιχεῖον συνῆψε καὶ τέλειον ἐποίησε, διορθούμενον ταῖς παρ' ἀλλήλων ἐπικουρίαις, καὶ ἀντιδόσεσι κοινωνίαν ἐργαζόμενον καὶ φιλίαν· *Vitam noſtram feram alioqui & commerciorum exſortem, hoc elementum ſociavit atque perfecit, ſupplens quod deerat ope mutua, & permutatione rerum ſocietatem amicitiamque concilians.* Quicum convenit Libanii illud: οὐ μέν τοι πάντα γε πᾶσιν ἔνειμε μέρεσιν, ἀλλὰ διῄρει τὰ δῶρα κατὰ τοὺς χώρους, εἰς κοινωνίαν τοὺς ἀνθρώπους ἄγων τῇ παρ' ἀλλήλων χρείᾳ. καὶ φαίνει δὴ τὰς ἐμπορίας, ὅπως τῶν παρ' ἐνίοις φυομένων κοινὴν εἰς ἅπαντας ἐνέγκῃ τὴν ἀπόλαυσιν· *Deus non omnia omnibus terræ partibus conceſſit, ſed per regiones dona ſua diſtribuit, quo homines alii aliorum indigentes ope ſocietatem colerent. Itaque mercaturam excitavit, ut quæ uſquam nata ſunt, iis communiter frui omnes poſſent.* Euripides quoque Supplicibus Theſea inducens loquentem, his quæ humana ratio in commune bonum reperit, navigationem annumerat, his verbis: (*vers.* 210.) Aqu. & Ign. compar. p. 957.

Πόντου τε ναυστολήμαθ', ὡς διαλλαγὰς
Ἔχοιμεν ἀλλήλοισιν ὧν πένοιτο γῆ.

*Et cuique terræ, quæ ſuum ingenium negat,*
*Supplere ratium pelagiis diſcurſibus.*

Apud Florum eſt: *Sublatis commerciis,* 79 *rupto fœdere generis humani.* Lib. III. c. 6.

XIV. 1. Sed quæritur, an ita tranſeuntibus mercibus terra, aut amne, aut parte maris, 80 quæ terræ acceſſio dici poſſit, vectigalia

chium verba: τί ἄν τις εἴποι τὴν πρὸς τὰς ἐπιμιξίας εὐκολίαν γενομένην ἡμῖν; ἵνα γὰρ μὴ τῆς ὁδοιπορίας τὸ μῆκος ἀποτροπὴ γίγνοιτο τῆς συνουσίας τῆς πρὸς ἀλλήλους, ἐπιτομωτέραν ὁδὸν τὴν θάλατταν αὐτῆς πανταχοῦ τῆς γῆς ὁ Θεός· ἵνα ὥσπερ οἶκον ἕνα, τὴν οἰκουμένην οἰκοῦντες, οὕτω θαμινὰ πρὸς ἀλλήλους βαδίζωμεν, καὶ τῶν παρ' ἑαυτῷ ἕκαστος τῷ πλησίον μεταδιδοὺς εὐκόλως ἀντιλαμβάνῃ τὰ παρ' ἐκείνου, καὶ μικρὸν τῆς γῆς μέρος κατέχων ὥσπερ ἁπάσης κύριος ὤν, τῶν πανταχοῦ γινομένων ἀπολαύῃ καλῶν. καὶ νῦν ἔξεστι καθάπερ ἐπὶ τραπέζης πλουσίας, ἕκαστον τῶν δαιτυμόνων τὸ παρατεθειμένον αὐτῷ δόντα τῷ πόῤῥωθεν κατακειμένῳ, τὸ παρακείμενον ἀντιλαβεῖν, τὴν χεῖρα μόνον ἐκτείναντα· *Quomodo autem ſatis digne quis explicet facilitatem ad mutua commercia nobis datam? ne enim itineris longitudo impedimentum aliorum ad alios commeatibus adferret, breviorem viam, mare ſcilicet, ubique terrarum diſpoſuit Deus, ut mundum tanquam unam domum communiter inhabitantes, crebro nos invicem viſeremus, & apud ſe nata quiſque alteri communicans viciſſim commode acciperet res apud illum abundantes, ac ſic exiguam tenens terræ partem, ita tanquam ſi teneret univerſam, frueretur ejus, quæ ubivis ſunt, bonis. Licet itaque nunc tanquam in communi menſa convivarum unicuique ea quæ ſibi appoſita dare alteri longius accumbenti, ac contra quæ apud ipſum ſunt, accipere manu tantum extenta.*

GRONOVII.

79 *Rupto fœdere*] Jure gentium. Vide ad *Senecæ* Herc. Fur. v, 49.

80 *Quæ terræ acceſſio*]. Quam jure credi

veſtigalia imponi poſſint ab eo, qui in terra imperium habet. (ll) Certe [81] quæcunque onera ad illas merces nullum habent reſpectum, ea mercibus iſtis imponi nulla æquitas patitur. Sic nec [82] capitatio, civibus impoſita ad ſuſtentanda reipublicæ onera, ab exteris tranſeuntibus exigi poteſt.

2. Sed ſi aut ad præſtandam ſecuritatem mercibus, aut inter cætera etiam ob hoc onera ſuſtinentur, ad ea compenſanda vectigal aliquod imponi mercibus poteſt, dum [83] modus cauſæ non excedatur. [q] Inde enim pendet juſtitia, [84] ut tributi ita & vectigalis. Sic vectigal equorum & [85] neti, quæ [86] Iſthmum Syria-
1 Reg. x, 28. cum tranſibant [87] accepit rex Solomo. De thure Plinius: * *Evehi non poteſt, niſi per Gebanitas.* [r] *Itaque & horum regi penditur vecti-*
* xii, 14. Hiſt. Nat. *gal.* Sic ditati Maſſilienſes ex foſſa quam ex Rhodano in mare Marius duxerat, πραττόμενοι τοὺς ἀναπλέοντας καὶ τοὺς καταγομένους· [ſ] *vectigal exigentes ab iis, qui navibus aſcenderent aut deſcenderent*,
a Pag. 183. ut Strabo [a] narrat libro quarto. Idem libro octavo nos docet,
b Pag. 378. [b] Corinthios ab antiquiſſimis uſque temporibus vectigal percepiſſe de mercibus, quæ [88] ad vitandum Maleæ flexum, terra [89] de mari

credi poſſit poſſeſſor terræ adjacentis, quaſi oram, laciniam, & ut ita dicam, pomœrium ipſius terræ occupaſſe, & ſub dominio vel imperio habere.

GROTII.

q *Inde enim pendet juſtitia, ut tributi ita & vectigalis*] Vide legem Longobardicam libro III. titulo XXXI. c. XXXIII. & epiſtolam Epiſcoporum ad Ludovicum regem, quæ inter capitula legitur Caroli Calvi cap. 14.

r *Itaque & horum regi penditur vectigal*] Simile apud Leonem Afrum non longe ab initio.

ſ *Vectigal exigentes ab iis, qui navibus aſcenderent aut deſcenderent*] Huc alludens Ariſtophanes in Avibus vult interſtrui aërem, ut Dii cogantur de victimarum nidore vectigal pendere. (*Vers.* 190. *& ſeqq.*)

GRONOVII.

81 *Quæ onera*] Suſtinentur nullo uſu aut commodo mercium hominumve tranſeuntium, eorum in partem illos vel hos vocari injuſtum eſt.

82 *Capitatio*] Cenſus, ſtipendium in capita hominum deſcriptum.

83 *Dum modus cauſæ*] Dum non plus petatur, quam exigunt illa onera, quæ præſtat.

84 *Ut tributi, ita & vectigalis*] *Tributa* propriè, quæ pro cenſus i. pro prædiorum & patrimonii modo imponuntur. *Vectigalia*, portoria, decumæ, ſcriptura, centeſimæ, viceſimæ, quadrageſimæ &c.

85 *Neti*] Fili lintei, telæ, byſſi.

86 *Iſthmum Syriacum*] Quæ *clauſtra Ægypti* vocat *Tacitus* 2. hiſtor. 82.

87 *Accepit rex Solomo*] Videntur ſacræ tabulæ dicere, per negotiatores ea in Ægypto emiſſe Salomonem, & Syris per eoſdem vendidiſſe.

88 *Ad vitandum*] Ne circumeunda eſſet Peloponneſus, & pericula circa Maleum promontorium Laconices ſubeunda.

89 *De mari in mare*] Ægeo in Ionium, & viciſſim. *Traductionem* vocant Latini, quod Hollandi inter Amſtelædamum & Harlemum *Overtoom*. *Jul. Hyginus* in Cinnæ propemptico: *Ab Actio navigantes ſtadia* XL. *veniunt ad Iſthmum Leucadienſium, ibi ſolent iteris minuendi cauſa remulco, quem Græce πάκτωνα dicunt, navem traducere.* Idem, *Quærunt etiam nonnulli, quamobrem ejus cura jubeat Actio navigare, quod eſt e regione traductionis Leucadienſis, & rurſus ab Actio circa inſulam moneat ire caris.* Soſip. lib. I. in voce Iteris.

(ll) Propter tranſitum ſolum poteſt omnino aliquid exigi, eodem jure, quo rei ſuæ uſu quivis alios arcet. Dicemus

mari in mare transferebantur. Sic pro *a* Rheni tranſitu pretium accipiebant Romani. *Etiam in pontibus pro tranſitu datur*, inquit *b* Seneca. Et de fluminum tranſitu pleni ſunt *c* juriſconſultorum libri.

3. Sed frequens eſt ut æquus modus non ſervetur, cujus rei Phylarchos Arabum incuſat Strabo, *d* hoc addito:. χαλεπὸν γὰρ ἐν τοῖς τοσούτοις καὶ τοῖς αὐθάδεσι κοινὸν ἀφορισθῆναι μέτρον τὸ τῷ ἐμπόρῳ λυσιτελές· *Difficile enim eſt, ut inter validos & feroces definiatur modus mercatori non gravis.*

XV. 1. Morari quoque aliquantiſper prætervehentibus aut prætereuntibus, valetudinis, aut alia qua juſta de cauſa, licere debet. *e* nam eſt & hoc inter utilitates innoxias. [t] Itaque Ilioneus apud Virgilium, *f* cum Trojani in terra Africa conſiſtere vetarentur, Deos judices audet invocare: & probata Græcis querela Megarenſium adverſus Athenienſes, qui eos portubus ſuis arcebant, παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια, *contra jus commune*, ut Plutarchus *g* loquitur: ita ut Lacedæmoniis [90] nulla *h* belli cauſa juſtior viſa fuerit. (mm)

2. Cui & hoc conſequens eſt, ut tugurium momentaneum ponere liceat, puta in littore, etiamſi littus a populo occupatum concedamus. nam quod [91] decretum prætoris adhibendum dixit Pomponius, ut in littore publico vel mari extruere quid liceat, ad permanentia ædificia pertinet: [92] quo & illud *i* poëtæ:

> *Contracta piſces æquora ſentiunt*
> *Jactis in altum molibus* ——

XVI. Sed & perpetua habitatio his, qui ſedibus ſuis expulſi receptum quærunt, (nn) deneganda non eſt externis, dum & imperium, quod conſtitutum eſt, ſubeant, & quæ alia ad vitandas ſeditiones ſunt neceſſaria. quam æquitatem recte obſervavit divinus

a *Tac. hiſt.* IV. c. 65. n. 6.
b *De conſt. ſapient.* c. 14.
c *Chop. de Do. lib.* I. *tit.* 9. *Perig. l.* I. *de jure fiſci*, c. 1. n. 22. *Ang. conſ.* 199. *Zabar. conſ.* 38. *Firm. inter. de gabell.*
d *Lib.* XVI. *pag.* 748.
e *Vict. de Indis, Relect.* 2. n. 1.
f *Aen.* I. 543. & *ſeqq.*
g *Pericle*, pag. 168. B.
h *Diod. lib.* XII. p. 306. *Ed. Steph. Thuc.* L. I. c. 67.
i *Horat.* I. *Od.* 1, 33.

mus in Notis Gallicis. Interim vide quæ ſcripſimus in PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. III. §. 7. ultimæ Editionis. *J. B.*

GROTII.

t *Itaque Ilioneus*] Servius ad eum locum: *Occupantis enim eſt poſſeſſio littoris: unde oſtenduntur crudeles, qui etiam a communibus prohibeant.* Laomedon ab Hercule occiſus quod eum Trojæ portu pelleret, Servio ibidem narrante. [Non, ſed ad *vers.* 619.]

GRONOVII.

90 *Nulla belli juſtior*] Quum pax a Cimone facta rumperetur, auctore Pericle, ne quid poſtulatis Lacedæmoniorum & conjunctorum his ſociorum concederent. *Juſtin.* 3, 7.

91 *Decretum prætoris adhibendum*] A magiſtratu veniam impetrandam. l. 50. *de acquir. rer. domin.* Et ſunt, qui velint legi *decretum principis*.

92 *Quo & illud*] Intellige, aut ad moles jaciendas in mare.

(mm) Hoc erat contra fœdera. Deinde libertatem commerciorum, non verò facultatem tantum aliquantiſper morandi, de quâ agitur heic, *Megarenſibus Athenienſes* denegabant. Inſpice Auctorum loca in margine à me diſtinctiùs deſignata. *J. B.*

(nn) Vide PUFENDORF. *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. III. §. 10. & *ſeqq.* ubi hæc quæſtio, & ſequentes accuratius expenduntur. *J. B.*

u Us

nus poëta, cum Æneam inducit has ferentem conditiones: (*Æn.* XII, 192.)

> —— *ſocer arma Latinus habeto,*
> *Imperium ſolenne ſocer* ——

Et apud Halicarnaſſenſem *a* Latinus ipſe æquam eſſe dicit Æneæ cauſam, ſi ſedium inopia compulſus eo adveniſſet. Barbarorum eſt hoſpites pellere, ait ex Eratoſthene *b* Strabo: nec probati hac in parte 93 Spartani. Ambroſio *c* quoque judice illi, qui 94 peregrinos urbe prohibent, nequaquam probandi. Sic *d* Æoles Colophonios, Rhodii Phorbantem *e* ejuſque ſocios, Cares Melios, Lacedæmonii Minyas, Cumæi *f* alios ad ſe adventantes exceperunt. At de iiſdem Minyis recte Herodotus, cum recepti partem imperii poſcerent, *g* ait eos ἐξυβρίσαι καὶ ποιῆσαι ὀυχ' ὅσια, *injurioſos fuiſſe & feciſſe quæ facere fas non erat:* beneficium ab illis in injuriam verſum dixit *h* Valerius Maximus.

XVII. Sed & ſi quid intra territorium populi eſt deſerti ac ſterilis ſoli, id quoque advenis poſtulantibus concedendum eſt, aut etiam ab illis recte occupatur, quia occupatum cenſeri non debet, quod non excolitur, 95 niſi imperium quod attinet, quod populo veteri ſalvum manet. Trojanis data a Latinis Aboriginibus jugera duri atque aſperrimi agri ſeptingenta, u ut *i* Servius notat. Apud Dionem Pruſæenſem oratione VII. legimus: ὀυδὲν ἀδικοῦσιν οἱ τὴν ἀργὴν τῆς χώρας ἐργαζόμενοι: *nihil peccant qui partem terræ incultam colunt.* Clamabant olim *k* Anſibarii: *ſicut cœlum Diis, ita terras generi mortalium datas, quæque ſint vacua, eas publicas eſſe: Solem, quin etiam & ſidera reſpicientes quaſi coram interrogabant, vellentne contueri inane ſolum: potius mare ſuperfunderent adverſus terrarum ereptores.* Sed male dicta hæc generalia rei præſenti aptabant. nam terræ illæ non omnino erant vacuæ, ſed paſcendis pecoribus & armentis militum ſerviebant: quæ juſta Romanis negandi cauſa. Nec minus juſte jam olim Romani ex Gallis Senonibus quærebant: *quod jus eſſet agrum a poſſeſſoribus petere, aut minari arma?*

XVIII. Poſt jus commune ad res, ſequitur jus commune ad actus: quod datur 96 aut ſimpliciter, aut 97 ex ſuppoſitione. Simpliciter

*a Ant. Rom. Lib.* I. c. 58. *b Lib.* XVII. *pag.* 802. *c De officiis* III. c. 7. *d Herod. l.* I. c. 150. *Pauſ. lib.* VII. *e Diod. lib.* V. p. 228. *f Oroſ. lib.* VII. *g Lib.* IV. c. 146. *h Lib.* IV. c. 6. *ext.* 3. *i Ad lib.* XI. *Æneid.* vers. 316. *k Tacit. Ann. lib.* XIII. c. 55. *Liv. lib.* V. c. 36.

GROTII.

u *Ut Servius notat*] Ex Catone, Siſenna, aliiſque veterum.

GRONOVII.

93 *Spartani*] *Cragius* de republ. Lacedæm. p. 125. libr. 3. tab. 3. Inſtit. 3. p. 210.

94 *Peregrinos urbe*] Cic. 3. offic. 11. *Male etiam, qui peregrinos urbibus uti prohibent, eoſque exterminant, ut Pennus apud patres noſtros, Papius nuper: nam eſſe pro cive, qui civis non ſit, rectum eſt non licere; quam legem tulerunt ſapientiſſimi Coſſ. Craſſus & Scævola: uſu vero urbis prohibere peregrinos ſane inhumanum eſt.*

95 *Niſi imperium quod*] Niſi quatenus ſub jurisdictione eſt.

96 *Aut ſimpliciter*] In permiſſa omnibus & ubique.

97 *Ex ſuppoſitione*] In permiſſa certis populis. Aut, ſi mavis, citra reſpectum aliorum, vel aliorum intuitu.

x *Separare*

pliciter datur hoc jus ad actus tales, quibus ea comparantur ſine quibus 98 vita commode duci nequit. Non enim par hic neceſſitas requiritur ut in re aliena arripienda: quia hic non agitur de eo, quod fiat domino invito, ſed de modo acquirendi dominis volentibus: tantum ne id aut 99 lege lata, aut 100 conſpiratione impedire liceat. Eſt enim tale impedimentum naturæ ſocietatis contrarium in his quas dixi rebus. Hoc eſt, quod Ambroſius vocat, x *ſeparare a commerciis communis parentis*, 1 *fuſos omnibus partus negare, conſortia vivendi* 2 *averruncare*. Nam de ſupervacuis & mere voluptariis non agimus, ſed de his quæ vita deſiderat, puta alimentis, veſtimentis, medicamentis. *De officiis III. c. 7.*

XIX. Ad hæc igitur æquo pretio comparanda jus eſſe omnibus hominibus aſſeveramus: demto, ſi a quibus petitur ipſi ejus rei indigeant: y quomodo in ſumma penuria frumenti 3 venditio prohibetur. Et tamen ne in tali quidem neceſſitate 4 expelli poſſe admiſſos ſemel peregrinos, ſed commune malum communiter tolerandum oſtendit indicato jam loco Ambroſius. *Covar. var. reſ. lib. III. c. 14. ubi: Tertio. p. 270. Ed. Francof.*

XX. 5 Ad ſua autem vendenda non æquum jus eſt. nam cuilibet liberum eſt ſtatuere, quid velit acquirere aut non. Ita vinum & alias merces exoticas olim non * recipiebant Belgæ. Et de Arabibus Nabatæis Strabo †, *εἰσαγώγιμα δ᾽ ἐστὶ τὰ μὲν τελέως, τὰ* *Molina de ſpur. 105. Ægi. Reg. de act. ſupernat. diſp. 31. dub. 2. n. 52.* *δ'*

* *Cæſ. II. bell. Gall. c. 15.*

† *Lib. XVI. p. 784.*

GROTII.

x *Separare a commerciis communis parentis*] Plutarchus Pericle de Megarenſibus: (*Pag.* 168. B.) *αἰτιώμενοι πάσης μὲν ἀγορᾶς, πάντων δὲ λιμένων, ὧν Ἀθηναῖοι κρατοῦσιν εἴργεσθαι, καὶ ἀπελαύνεσθαι παρὰ τὰ κοινὰ δίκαια*. *Dequerebantur omni ſe mercatu, omni portu, quem tenerent Athenienſes, arceri depellique contra gentium jura.* Seneca epiſtola LXXXVII. recitato Virgilii loco: (*Georg.* I, 53.)

*Et quid quæque ferat regio & quid quæque recuſet.*

*Iſta in regiones deſcripta ſunt, ut neceſſarium mortalibus eſſet inter ipſos commercium, ſi invicem alius ab alio aliquid peteret:* idem naturalium V, 18. *quid quod omnibus inter ſe populis commercium dedit, & gentes diſſipatas locis, miſcuit?* Vide Anglorum querelas de Hiſpanis apud Thuanum libro LXXI. in hiſtoria anni CIƆ IƆ LXXX.

y *Quomodo in ſumma penuria frumenti venditio prohibetur*] Caſſiodorus I. epiſtola XXXIV. *Copia frumentorum debet provinciæ primum prodeſſe, cui naſcitur.*

GRONOVII.

98 *Vita commode*] Jus commune ad res poſſeſſas vel invitis dominis non redit, niſi ad eas res, ſine quibus omnino vivere non eſt: jus commune ad actiones ſubjectam habet materiam, *Vitam quæ faciunt beatiorem*, ut *Martialis* canit, & a volentibus conceduntur.

99 *Lege lata*] Per ſummam poteſtatem.

100 *Conſpiratione*] Per conſenſum & coitionem improbam privatorum.

1 *Fuſos omnibus*] Natos in utilitatem omnium viventium terræ proventus.

2 *Averruncare*] Putavit *averruncare* dici ab *eruncare*, & eſſe idem quod tollere & eradicare, eruere cum radicibus; at *averruncare* eſt avertere, depellere.

3 *Venditio*] Puta ad exteros vel exportatio vendendi cauſa.

4 *Expelli poſſe*] Quod fecit Auguſtus. *Sueton.* 42.

5 *Ad ſua vendenda*] Hinc excuſatur edictum ſenatus Anglici temporibus tyrannicis, quo vetabantur apportari merces, quæ in cujuſque naviculatoris patria non naſcerentur.

2 *Importare*

δ' οὐ πανταχῶς: 2 *importare merces quaſdam licet, quaſdam non item.*

XXI. 1. In hoc jure, quod diximus, ineſſe cenſemus etiam libertatem matrimonia ambiendi & contrahendi apud vicinas gentes. puta, ſi 6 virorum populus aliunde expulſus alio advenerit. (oo) nam ſine femina ætatem agere etſi humanæ naturæ non omnino repugnat, repugnat tamen naturæ plerorumque hominum. Cœlibatus enim 7 non niſi excellentibus animis convenit. Quare facultas comparandi uxores adimi viris non debet. Romulus apud
*Lib. I. c. 9.* Livium vicinos rogat, ne graventur homines cum hominibus
*Lib. IV. c. 3.* ſanguinem & genus miſcere. Canulejus apud eundem: *Connubium petimus, quod finitimis externiſque dari ſolet. Jure belli injuſte*
*De Civ. Dei l. XI. c. 17.* *negatas nuptias juſte victor auferret*, Auguſtino judice.

2. Leges autem civiles aliquorum populorum, quæ connubia exteris negant, aut ea ratione nituntur, quod temporibus quibus ſunt conditæ, nulli erant populi, quibus non feminarum copia ſuppeteret, aut non de quibuſvis connubiis agunt, ſed de iis, 8 quæ juſta ſunt, hoc eſt, quæ ſpeciales quoſdam juris civilis effectus producunt.

*Vict. d. rel. 2. n. 2. 3.* XXII. Ex ſuppoſitione jus commune eſt ad actus, quos populus aliquis externis promiſcue permittit. Nam tunc ſi 9 unus populus excludatur, ei fit injuria. Sic, ſi externis alicubi venari, piſcari, aucupari, margaritas legere licet, ſi ex teſtamento capere, ſi res vendere, ſi etiam extra penuriam feminarum conjugia contrahere, uni populo id negari non poteſt; niſi delictum præ-
*Jud. XX.* ceſſerit: qua de cauſſa Benjaminitis Hebræi ceteri ademerunt connubii facultatem.

XXIII. Sed de permiſſis quod diximus, intelligendum eſt de his, quæ permiſſa ſunt tanquam 10 ex vi naturalis libertatis nulla lege ſublatæ: non ſi permiſſa ſint 11 per beneficium, relaxando legem. nam 12 in beneficii negatione nulla eſt injuria. Atque ita arbitramur conciliari poſſe, quod poſt Franciſcum Victoriam
*Diſp. 105.* quaſi ei contrarius notavit Molina.

XXIV. Quæſitum

GROTII.

2 *Importare merces quaſdam licet, quaſdam non item*] Vide *Crantzium* Saxonicorum XI.

GRONOVII.

6 *Virorum populus*] Ex *Floro* I, I.

7 *Non niſi excellentibus*] Qui donum habent continentiæ, & aſceticam vitam exercere poſſunt.

8 *Quæ juſta ſunt*] Lib. I. cap. 3. num. 4.

9 *Unus populus*] Ut quum arcentur Judæi.

10 *Ex vi naturalis*] Sine pactione.

11 *Per beneficium*] Privilegio dato.

12 *In beneficii*] Sic Romani Boccho Mauritaniæ regi fœdus & ſocietatem petenti reſponderunt, cum meruerit. cap. 104. *Salluſtii* Bell. Jug.

(oo) At vero neceſſe non eſt, ut Populus, ſive virorum, ſive utriuſque ſexus, numquam intereat. Plura dicemus, Deo dante, in Notis Gallicis. *J. B.*

13 *Laruum*

Digitized by Google

XXIV. Quæſitum memini, an populo alicui liceat cum alio populo paciſci, ut is populus certi generis fructus, qui alibi non naſcuntur, ſibi ſoli vendat. Licere cenſeo, ſi is, qui emit populus paratus ſit aliis vendere æquo pretio. nam aliarum gentium non intereſt, a quo emant quod ad deſideria naturæ attinet. 13 Lucrum autem alter alteri prævertere licite poteſt, maxime ſi cauſa ſubſit, ut ſi qui id 14 ſtipulatus eſt populus alterum populum in ſuam tutelam receperit, ſumtuſque eo nomine faciendos habeat. Talis autem coëmtio, eo quo dixi animo facta, juri naturæ non repugnat, quanquam 15 ſolet interdum ob utilitatem publicam legibus civilibus prohiberi.

GRONOVII.

13 *Lucrum alter alteri*] Quod compendio vel lucro eſt, in eo occupare alium & prævenire induſtria vigilantiaque ſua nemo prohibetur.

14 *Stipulatus eſt*] Curavit ſibi promitti.

15 *Solet interdum prohiberi*] Quaſi monopolium.

## CAPUT III.

### De acquiſitione originaria rerum, ubi de mari & fluminibus.

I. *Originariam acquiſitionem fieri per diviſionem aut occupationem.*
II. *Rejiciuntur hic alii modi, ut conceſſio juris incorporalis.*
III. *Item ſpecificatio.*
IV. *Occupatio duplex, ad imperium, ad dominium: quæ diſtinctio explicatur.*
V. *Occupationem mobilium lege poſſe anteverti.*
VI. *Quo jure nitatur dominium infantium & amentium.*
VII. *Flumina occupari poſſe.*
VIII. *An & mare?*
IX. *Olim in partibus Romani imperii id non licuiſſe.*
X. *Natura tamen jus non obſtare in parte maris, quæ terris quaſi clauſa ſit.*
XI. *Quomodo talis occupatio fiat, & quamdiu duret.*
XII. *Talem occupationem jus non dare impediendi tranſitus innoxii.*
XIII. *Imperium in partem maris occupari poſſe, & quomodo.*
XIV. *Vectigal navigantibus mari ex certis cauſis imponi poſſe.*
XV. *De pactionibus quæ populum aliquem ultra certos terminos vetant navigare.*
XVI. *Fluminis curſus mutatus an territorium immutet, cum diſtinctione explicatur.*
XVII. *Quid ſentiendum ſi alveus plane mutatus ſit?*
XVIII. *Flumen interdum totum accedere territorio.*
XIX. *Res derelictas occupanti cedere, niſi populus dominium quoddam generale occupaverit.*

I. Singulari

Digitized by Google

I. SIngulari jure aliquid noſtrum fit acquiſitione 1 originaria aut 2 derivativa. Originaria acquiſitio olim, cum 3 genus humanum coire poſſet, fieri potuit etiam per diviſionem, ut diximus, (aa) nunc per occupationem tantum.

II. Dicat forte aliquis, etiam conceſſione 4 ſervitutis, 5 conſtitutione pignoris aliquid originarii acquiri: ſed recte expendenti apparebit id jus novum non eſſe 6 niſi modo. nam 7 virtute ipſa inerat in dominio domini.

*L. Poſſideri, 3. §. Genera, 21. D. de acq. poſſ.* III. Paulus juriſconſultus acquirendi cauſis & hanc annumerat, quæ maxime videtur naturalis, ſi quid ipſi, ut in rerum natura eſſet, fecimus. Sed cum naturaliter nihil fiat niſi ex materia prius exiſtente, ea ſi noſtra fuerit, continuabitur dominium 8 ſpecie introducta: ſi nullius, ad occupationis genus hæc acquiſitio pertinebit: ſin aliena, jam naturaliter 9 nobis ſolis eam non acquiri infra apparebit.

IV. 1. De occupatione ergo, quæ poſt prima illa tempora ſolus eſt naturalis & originarius modus, videndum eſt nobis. In his autem quæ proprie nullius ſunt, duo ſunt occupabilia, 10 imperium & 11 dominium quatenus ab imperio diſtinguitur. Seneca * ita hæc duo expreſſit: a *Ad reges poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas.* Dion Pruſæenſis hoc modo: † *ἡ χώρα τῆς πόλεως· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον τῶν κεκτημένων ἕκαστος κύριός ἐστι τῶν ἑαυτοῦ.*

** De Benef. VII, 4.*
*† Orat. XXXI.*

GROTII.

a AD *reges poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas*] Locus eſt libro VII. de beneficiis c. IV. ſequitur. c. V. *Omnia rex imperio poſſidet, ſinguli dominio.* & c. VI. *Cæſar omnia habet: fiſcus ejus privata tantum ac ſua.* Symmachus X. epiſt. 54. *Omnia regitis, ſed ſuum cuique ſervatis.* Philo libro *περὶ φυτουργίας· οἱ βασιλεῖς καὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἁπάντων ὄντες κτημάτων δεσπόται, καὶ ἴσων ἐπικρατεῖν οἱ ἰδιῶται δοκοῦσι, μόνα ταῦτα ἔχειν νομίζονται ἅπερ ἐπιτρόποις καὶ ἐπιμεληταῖς ἐγχειρίσειεν, ἀφ' ὧν καὶ τὰς ἐτησίους προσόδους ἐκλέγουσιν· Reges cum ſint domini omnium, quæ in ipſorum ſunt ditione, etiam eorum quæ a privatis poſſidentur, tamen videntur ea tantum habere quæ procuratoribus & rationalibus ſuis diſpenſanda committunt, a quibus annuos recipiunt proventus.* (Pag. 222. B. *Ed. Paris.*) Plinius Panegyrico: *tandem imperium principis quam patrimonium majus eſt.* (Cap. 50.)

GRONOVII.

1 *Originaria*] Quam incipimus ipſi, nec ab alio tranſditam habemus.

2 *Derivativa*] Quæ ab alio ad nos tranſit.

3 *Genus humanum coire*] Civitates facere & de omnibus in proprietatem addicendis, quod placuiſſet, conſtituere.

4 *Servitutis*] Prædiorum, quæ pactionibus & ſtipulationibus conſtituitur. §. 4. *Inſt.* de Servit.

5 *Conſtitutione pignoris*] Cum creditor accipit a debitore pignus vel hypothecam in ſecuritatem crediti.

6 *Niſi modo*] Titulo poſſidendi.

7 *Virtute ipſa*] Simulac dominium earum rerum acceperunt, & jus eas hac ratione obligandi.

8 *Specie introducta*] Opere ex ea materia facto.

9 *Nobis ſolis*] De qua quæſtione certamen Sabinianorum & Proculianorum: §. 25. Inſtit. de R. D.

10 *Imperium*] Juriſdictio.

11 *Dominium*] Proprietas.

(aa) Poteſt adhuc hodie per diviſionem, ut oſtendemus in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

b Sunt

Digitized by Google

τῷ· *Regio civitatis eſt : at non eo minus in ea ſuum quiſque poſſidet.* Imperium duas ſolet habere materias ſibi ſubjacentes, primariam perſonas, quæ materia ſola interdum ſufficit, ut in exercitu virorum, mulierum, puerorum quærente novas ſedes; & ſecundariam locum, qui territorium dicitur.

2. Quanquam autem plerumque uno actu quæri ſolent imperium & dominium, b ſunt tamen diſtincta : ideoque dominium non in cives tantum, ſed & 12 in extraneos tranſit, manente penes quem fuit imperio. Siculus libro de conditionibus agrorum: *Auctores aſſignationis, diviſioniſque, non ſufficientibus agris coloniarum, quos ex vicinis territoriis ſumſiſſent, aſſignaverunt quidem futuris civibus coloniarum; Sed juriſdictio in agris*, (bb) *qui aſſignati ſunt, penes eos remanſit, ex quorum territorio ſumti ſunt* Demoſthenes oratione de Haloneſo, agros, qui eorum ſunt quorum eſt territorium, vocat ἐγκτήματα, (cc) qui in alieno κτήματα.

V. In loco autem cujus imperium jam occupatum eſt, jus occupandi 13 res mobiles anteverti poſſe lege civili 14 ſupra diximus. Eſt enim hoc jus 15 ex jure naturæ permittente, non 16 præcipiente, ut liceat ſemper. Neque enim id requirit humana ſocietas. Quod ſi quis dicat videri jus gentium eſſe, ut id liceat: reſpondebo, etiamſi in aliqua parte orbis id communiter ita receptum ſit, aut fuerit, non tamen habere vim pacti inter gentes, ſed eſſe 17 jus civile plurium gentium diſtributim, quod a ſingulis tolli poteſt. Et alia multa ſunt, quæ juris gentium vocant juriſconſulti,

GROTII.

b *Sunt tamen diſtincta*] Itaque & apud Apollodorum videas, tum Arcadiæ tum Atticæ terras diviſas, uno retinente πᾶν τὸ κράτος omne imperium. [*Biblioth.* Lib. III. Cap. IX. §. 1. & Cap. XIV. §. 6. *Ed. Gal.*]

GRONOVII.

12 *In extraneos*] In inquilinos, qui nobiſcum habitant, etſi non ſint cives. [Minimè. Agit omnino Auctor de Extraneis in ſuâ ipſorum regione manentibus, ut patet ex iis quæ ſequuntur. Deinde *Inquilini* ſubſunt imperio, non minus quàm Cives; adeo ut, ſi quid adquirant intra fines territorii, imperium tunc cadat & in rem, & in perſonam. *J. B.*

13 *Res mobiles*] Quæ nullius ſunt, ut feras, aves, piſces.

14 *Supra*] 2, 2. 5.

15 *Ex jure naturæ permittente*] Quod veniam dat faciendi aliquid, ubi mos vel lex civilis non adverſatur.

16 *Præcipiente*] Quod utique jubet ſic facere, & non aliter.

17 *Jus civile plurium*] Et hujus & illius & iſtius, & vel decem civitatum ex cujuſque placito; non jus gentium, neque ex communi & immutabili ſenſu omnium aut moratiorum. Itaque poteſt, qui vult, id ſequi; qui ne vult, repudiare.

(bb) Ampliſſ. GOESIUS legit heic rectè *cis agros*, ex veſtigio lectionis Mſſ. & Edd. *eis agris*. Locus eſt *pag.* 25. *in fin.* Editionis, quam curavit idem Vir Doctiſſimus: qui etiam optimè oſtendit, quod diviſum fuerat, ſed non adſignatum futuris civibus Coloniarum, manſiſſe illorum, quorum antea fuerat. Quod autem adſignatum fuerat, id omnino accedebat juriſdictioni Coloniæ. Vid. *Antiq. Agrar.* in eodem Volumine, pag. 114. *& ſeqq.* Adeoque locus nil ad rem facit. *J. B.*

(cc) Permutat heic Auctor ſenſum vocum Græcarum. Vide locum, Oratoris Græci, *pag.* 34. B. *J. B.*

riſconſulti, ubi de rerum diviſione & acquirendo dominio agitur.

VI. Notandum & hoc, ſi ſolum jus naturale ſpectamus, dominium non dari niſi in eo, [18] qui ratione utitur. Sed jus gentium ob utilitatem communem introduxit, ut & infantes, & furioſi dominia accipere & retinere poſſent, [19] perſonam illorum interim quaſi ſuſtinente humano genere. Sed nimirum humana jura multa conſtituere poſſunt [20] præter naturam: contra naturam nihil. Ideo dominium hoc, quod favore infantium & his ſimilium, conſenſu gentium humanius viventium introductum eſt, ſtat intra [21] actum primum, nec ad [22] actum ſecundum, ut loquuntur ſcholæ, poteſt pertingere, id eſt, ad habendi, non ad per ſe utendi jus pertinet. Nam alienatio & ſi qua huic ſunt ſimilia, in ipſa ſui natura includunt actum utentis ratione voluntatis, quæ
*Gal.* IV, 1. in talibus exiſtere non poteſt. Quo non male referas illud Pauli apoſtoli. pupillum quanquam rerum paternarum dominum, dum ejus eſt ætatis, nihil differre a ſervis, exercitio dominii ſcilicet. De mari cœpimus ſupra aliquid dicere, quod nunc abſolvendum eſt.

VII. Flumina occupari potuerunt, quanquam nec [23] ſupra nec [24] infra includuntur territorio, ſed cum aqua ſuperiori & cum [25] inferiori, aut cum mari cohærent. Sufficit enim quod major pars, id eſt, latera calusa ſunt ripis, & quod [26] comparatione terrarum exiguum quid eſt flumen.

VIII. Ad hoc exemplum videtur & mare occupari potuiſſe ab eo, qui terras ad latus utrumque poſſideat, etiamſi [27] aut ſupra pateat ut [28] ſinus, [29] aut ſupra [30] & infra [31] ut fretum, [32] dummodo non ita magna ſit pars maris, ut non cum terris comparata portio

GRONOVII.

18 *Qui ratione*] Quia ad dominium actus animi requiritur agnoſcentis aliquid pro ſuo & habendi voluntas. §. 40. 43. 46. Inſt. de R. D. Adde infra 2, 22. 10.

19 *Perſonam illorum*] Conſiderati in genere, non in individuis: ut Fabius infans vel furioſus eſt dominus rerum patrimonii ſui, qua homo, & qua Fabius, non qua infans vel furioſus.

20 *Præter naturam*] Addendo naturæ, quod illa non facit quidem, fert tamen; non autem invertendo naturam.

21 *Actum primum*] Potentiam.

22 *Actum ſecundum*] Operationem.

23 *Supra*] A fonte & longo ſpatio deinceps.

24 *Infra*] In exitu & aliquanto ſpatio ante exitum.

25 *Inferiori*] Vel alieni territorii vel nullius.

26 *Comparatione terrarum*] Quæ circumjacent & ſunt in territorio.

27 *Aut ſupra*] Undo terram intrat.

28 *Sinus*] Sinus patet vel aperturam habet tantummodo ſupra, ab alto ſcilicet mari, unde pars ejus terram intrat; non vero infra, hic enim objicitur terræ gremium.

29 *Aut ſupra*] Unde decurrit.

30 *Et infra*] Ubi anguſtias exit.

31 *Ut fretum*] Fretum patet vel tranſitum habet & ſupra, unde anguſtias intrat mare, & infra, ubi ex anguſtiis evadit.

32 *Dummodo non*] Modo terræ, quæ circa ſinum aut fretum in territorio ſunt & mare incluſum habent, ſpatio longe id ſuperent, ut hæ merito una cum interveniente mari rationem totius, mare interveniens rationem partis habere videantur.

6 Communio

portio earum videri poſſit. Et quod uni populo aut regi licet, idem licere videtur & duobus aut tribus, ſi pariter mare interſitum occupare voluerint. nam ſic flumina, quæ duos populos interluunt, ab utroque occupata ſunt, ac deinde diviſa.

IX. 1. Fatendum eſt in 33 partibus cognitis Romano imperio a primis temporibus ad Juſtinianum uſque, juris gentium fuiſſe, ne mare a populis occuparetur, etiam quod jus piſcandi attinet. Nec audiendi ſunt qui exiſtimant, cum in jure Romano mare omnium commune dicitur, 34 commune civium Romanorum intelligi. Nam primum voces ita ſunt univerſales, ut hanc reſtrictionem non ferant. Nam quod Latine mare omnium commune dicitur, explicat Theophilus, *κοινὸν 35 πάντων ἀνθρώπων*. * Ulpianus mare omnibus natura patere dixit, & ita omnium eſſe ſicut aër. Celſus, † maris communem eſſe uſum omnibus hominibus. Præterea manifeſte (dd) diſtinguunt juriſconſulti publica populi, in quibus & flumina, ab his communibus. Ita in inſtitutionibus legimus *: *Quædam naturali jure* c *communia ſunt omnium, quædam publica: Naturali jure communia ſunt omnium hæc, aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris. Flumina autem omnia & portus publica ſunt.* & apud Theophil. *φυσικῷ μὲν οὖν δικαίῳ κοινὰ πάντων ἀνθρώπων ἐστὶ ταῦτα, ὁ ἀὴρ, τὸ ὕδωρ τὸ ἀέναον, θάλασσα.* Mox: *ποταμοὶ δὲ πάντες καὶ λιμένες πουβλικοί εἰσι, τοῦτ' ἐστὶ τοῦ δήμου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ.*

*L. 2. §. 1. D. de rer. div. §. 1. Inſtit. de rer. div.*
* *L. Venditi. 13. Comm. præd.*
† *L. 3. ne quid in loco publico. §. 1.*
* *De rer. diviſ. §. 1.*

2. Sed & d de littoribus dixit Neratius * non ita eſſe publica, ut quæ in patrimonio ſunt populi, ſed ut ea quæ primum a natura prodita ſunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt, id eſt, ne populi quidem ullius: cum quo reſponſo pugnare videtur, quod Celſus ſcripſit: † *Littora, in quæ populus Romanus imperium habet, populi Romani eſſe arbitror: maris autem uſum communem omnibus hominibus.* Sed conciliari videntur ita hæc poſſe, ſi dicamus Neratium de littore loqui, quatenus uſus ejus navigantibus

* *L. Quod in littore. D. de acq. rer. dom.*
† *d. l. littora. D. Ne quid in loco publ.*

## GROTII.

c *Communia ſunt omnium*] Michaël Attaliates: *τινὰ δὲ πάντων εἰσιν, οἷον ὁ ἀὴρ, τὸ ῥέον ὕδωρ, ἡ θάλασσα, ὁ αἰγιαλὸς τῆς θαλάσσης. quædam ſunt omnium, ut aër, ut aqua profluens, ut mare, & littus maris.* Tit. 11. Pragm.)

d *De littoribus*] In Baſilicorum ecloгis lib. 1. tit. 1. c. 13. *οἱ αἰγιαλοὶ ἐν τῇ πάντων ἐξουσίᾳ εἰσί· littora in omnium ſunt poteſtate.* vide & libro LIII. tit. VI.

## GRONOVII.

33 *Partibus*] Orbis terrarum.

34 *Commune civium*] Per vocabulum *Omnium* intelligi ſolummodo eorum, qui cives Romani cenſebantur, & a Latinis, Italicis, Fœderatis, externis ſive alienigenis, qui in eodem verſarentur imperio, diſtinguebantur.

35 *Πάντων ἀνθρώπων*] Ergo non tantum *πολιτῶν Ῥωμαϊκῶν*.

(dd) *Communia hæc omnium*, dicuntur etiam *Publica* à priſcis JCtis. Vide Clariſſ. NOODT. *Probab. Jur.* Lib. I. Cap. VII. VIII. Quod rem ipſam, vel non ſatis inter ſe conſenſiſſe, vel non ſatis accuratas habuiſſe nationes videntur Veteres illi Sapientes. Sed de eo non eſt heic agendi locus. *J. B.*

tibus, aut 36 prætervehentibus eſt neceſſarius. Celſum vero quatenus ad utilitatem perpetuam (ee) aſſumitur, puta ad ædificium permanens: quod a prætore impetrari ſolere Pomponius nos docet, ut & jus ædificandi in mari, id eſt, in parte littori proxima, & quæ littori quaſi accenſetur.

*L. Quamvis. 50. D. de acq. dom.*

X. 1. Hæc quanquam vera ſunt, tamen e ex inſtituto non ex naturali ratione provenit, quod mare eo quo diximus ſenſu occupatum non eſt, aut occupari jure non potuit. Nam & flumen publicum eſt, ut ſcimus, & tamen jus piſcandi 37 in diverticulo * fluminis occupari a privato poteſt. ſed & de mari dictum a Paulo † eſt, ſi maris proprium jus ad aliquem pertineat, 38 uti poſſidetis interdictum ei competere; quoniam ad privatam jam cauſam pertinet non ad publicam hæc res: utpote cum de 39 jure fruendi agatur, quod ex privata cauſa contingit, non ex publica: ubi haud dubie f de exigua agit maris portione, quæ in fundum privatum admittitur: quod g a 40 Lucullo & aliis factum legimus. Valerius Maximus de C. Sergio orata: *peculiaria ſibi maria excogitavit*, 41 *æſtuariis*

* *L. Si quiſquam. 7. D. de diverſ. temp. præſcr.*
† *L. Sane 14. D. de injuriis.*
*L. IX, I.*

GROTII.

e *Ex inſtituto*] Quo ipſo inſtituto uſi & Angli contra Danos: vide optimum *Camdenum* in regno Eliſabethæ anno CIↃIↃC.

f *De exigua agit maris portione, quæ in fundum privatum admittitur*] Salluſtius: (*Bell. Catil.* c. 13.) *a privatis compluribus ſubverſos montes, maria conſtructa.* Horatius Lyricorum libro II. carmine XVIII. (*vers.* 20.)

*Mariſque Bajis obſtrepentis urges*
*Summovere littora:*

Et libro III. carmine I. (*vers.* 33.)

*Contracta piſces æquora ſentiunt*
*Jactis in altum molibus* ——

Vellejus Paterculus: (*Lib.* II. c. 33.) *Injectas moles mari & receptum ſuffoſſis montibus mare.* Seneca in excerptis controverſiarum libro V. controv. V. *Maria ſubmoventur projectis molibus.* Plinius de terra lib. II. c. LXIII. *Ut freta admittamus, eroditur aquis.* Stagna ſtupenda admiſſo mari dixit *Lampridius* Severo. (*Cap.* 26.) *Caſſiodorus* IX. c. VI. *Quantis ibi molibus marini termini decenter invaſi ſunt, quantis in viſceribus æquoris terra promota eſt?* Tibullus:

*Claudit & indomitum moles mare, lentus ut intra*
*Negligat hibernas piſcis abeſſe minas.*

(Lib. II. Elog. VI, 27.) De talibus piſcinis maritimis agit *Plinius* libro XXXI. cap. VI. *Columella* rei ruſticæ libro VIII. c. XVI. & XVII. ubi hoc inter alia: *lautitias locupletum maria ipſa Neptunumque clauſiſſe.* Similia habet *Ambroſius* Hexaëmero V. c. X. & de Nabuthe cap. III. & *Martialis* aliquot locis. [Exempli gratia, libro X. Epigr. 30. vers. 19. & ſeqq.]

GRONOVII.

36 *Prætervehentibus eſt*] Ut nemo, qui non ſit hoſtis, eorum uſu ad tempus prohiberi poſſit.

37 *In diverticulo fluminis*] Lacu, qui ex flumine in noſtrum agrum intrat, & ibi ſinum facit.

38 *Uti poſſidetis*] Quo retinet poſſeſſionem, qui nec vi, nec clam, nec precario ab adverſario poſſedit.

39 *Jure fruendi*] Fructum, commoditatem, utilitatem percipiendi.

40 *Lucullo*] *Varro* de Re Ruſt. 3, 17.

(ee) Vocem *perpetuam* addidi, quæ excidit in omnibus Editionibus, & quam deeſſe manifeſto patet ex oppoſitione. *J. B.*

GROTII.

g *A Lucullo*] Varro de eo: *Ad Neapolim L. Lucullus, poſteaquam perfodiſſet montem, & maritima flumina immiſiſſet*

Digitized by Google

41 *aſtuariis intercipiendo fluctus.* Sed idem poſtea contra veterum * Juriſconſultorum reſponſa ad h *πρόθυρα*, id eſt, veſtibula in Boſphoro Thracico produxit Leo Imperator, ut ea quoque 42 ſeptis quibuſdam, quas *ἐποχὰς* vocabant, includi & privatim vindicari poſſent.

* *L. injuriarum. circa finem.* 13. §. 7. *D. de injuriis.*

2. Quod ſi privatorum fundis aliquid maris poteſt accedere, quatenus incluſum nempe eſt, & ita exiguum, ut fundi portio cenſeri poſſit, nec quo minus id fiat repugnat jus naturæ; quidni & portio maris incluſa littoribus ejus fiat populi, eorumve populorum, cujus quorumve ſunt littora, dum ea pars maris ad territorium comparata non major ſit quam diverticulum maris comparatum ad magnitudinem fundi privati? Nec obſtare quod mare non undique includatur, exemplo fluminis, intelligi poteſt, & exemplo maris ad villam admiſſi.

3. Sed multa, quæ natura permittit, jus gentium ex communi quodam conſenſu potuit prohibere. Quare quibus in locis tale jus gentium viguit, neque communi conſenſu ſublatum eſt, maris portio quamvis exigua, & maxima ſui parte incluſa littoribus, in jus proprium populi alicujus non concedet.

XI. Verum notandum etiam, ſi quibus in locis jus illud gentium de mari receptum non eſſet, aut ſublatum, tamen ex eo ſolo, quod terras populus occuparit, mare occupatum colligi non poſſe: 43 nec animi actum ſufficere, ſed 44 actu externo eſſe opus, unde occupatio poſſit intelligi. Deinde vero ſi 45 deſeratur poſſeſſio ex occupatione nata, jam mare redire ad veterem naturam, id eſt, ad uſum communem: quod de inædificato littore reſpondit Papinianus, & de piſcatione in fluminis diverticulo.

*L. præſcriptio. 45. D. de uſurp. & uſuc.*

XII. Illud certum eſt, etiam qui mare occupaverit navigationem impedire non poſſe inermem & innoxiam, quando nec per terram

*miſiſſet in piſcinas, quæ reciproca fluerent, ipſe Neptuno non cederet eo piſcatu.* (De Re Ruſt. *Lib.* III. *Cap.* 17.) Plutarchus ejus vita: *καὶ τροχὰς θαλάσσης καὶ διαδρομὰς ἰχθυοφόρους τοῖς οἰκητηρίοις περιελίσσοντος, καὶ διαίτας ἐναλίους κτίζοντος* (Pag. 518. C.) *cum ipſe maris alveos & plenos piſcibus euripos villis ſuis circumdaret, inque ipſo mari cœnacula fabricaret.* Plinius libro IX. c. LIV. *Lucullus exciſo monte juxta Neapolim, majore impendio quam villam ædificaverat, euripum & maria admiſit: qua de cauſa Magnus Pompejus Xerxem togatum eum appellabat.*

h Πρόθυρα] Vide *Leonis* Novellas LVII. CII. CIII. CIV. *Attaliaten* pragmaticorum tit. XCV. *Harmenopulum* lib. II, tit. I. §. περὶ προθύρων. Vide & ſummum virum *Jacobum Cujacium* Obſervat. XIV, I.

GRONOVII.

41 *Æſtuariis*] Effoſſis lacubus, in quos admitteret mare; dein cataracta vel emiſſario, quoties libuiſſet, clauderet.

42 *Septis quibuſdam*] Quales ſunt cetariæ. *Plinius* 9, 15.

43 *Nec animi actum*] Quo quis forte apud ſe ſtatuerit, mare velle pro occupato ab ſeſe haberi, aut dominum maris ſe profiteri.

44 *Actu externo*] Nempe claſſe præſenti.

45 *Deſeratur poſſeſſio*] Si ea claſſis ex loco quem obtinet, diſcedat.

terram talis tranſitus prohiberi poteſt, qui & minus eſſe ſolet neceſſarius & magis noxius.

XIII. 1. Ut autem ſolum i imperium (ff) in maris partem ſine alia

(ff) Non poteſt heic diſtingui *imperium* à *dominio*; ut in Notis noſtris Gallicis, Deo dante, oſtendemus. Vide interim, circa totam hanc quæſtionem de Dominio Maris; Diſſertationem ſingularem Ampliſſ. BYNCKERSHOECKII; & quæ diximus ad PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. V. *J. B.*

GROTII.

i *Imperium in maris partem*] Philo de [*plantat. Noæ*, p. 223. E. *Ed. Paris.* ubi agit] de regibus: καὶ τὰ ἄπειρα πλήθει καὶ μεγέθει πελάγη προσεκτήσαντο· *etiam maria numero infinita, immenſa magnitudine, ad terras adjecere.* Lycophron:

Γῆς καὶ θαλάσσης σκῆπτρα καὶ μοναρχίαν·

*Terræ mariſque ſceptra, regnorumque opes.*

[Habebunt ſcil. *Romani*] Virgilius: (Georg. I, 31.)

*Teque ſibi generum Tethys emat omnibus undis.*

Julius Firmicus: (*Mathes.* Lib. VI. c. I.) *maris ac terræ dominia poſſidentes.* Nonnus: (Dionyſ. Lib. XLIII. pag. 1106. vers. 14. *Ed. Wech.*)

Βερόη κράτος ἔσχε θαλάσσης.

*Beroe pelagus ditione tenebat.*

*Terminus regnorum Sueciæ in medio freti Ore ſunt.* Johannes Magnus in Archiepiſcopis Upſalenſibus cap. XV. De Tyro Curtius: (Lib. IV. c. 4.) *Mare non vicinum modo, ſed quodcumque claſſes ejus adierunt, ditionis ſuæ fecit.* Unde proverbium *Tyria maria* apud Feſtum. *Iſocrates* de Lacedæmoniis & Athenienſibus: (In *Panath.* p. 243. C. *Ed. Steph.*) συνέβη ἑκατέραν κυρίαν γενέσθαι τῆς κατὰ θάλατταν· ἣν ὁπότεροι ἂν κατάσχωσιν, ὑπηκόους ἔχουσι τὰς πλείστας τῶν πόλεων· *Sic evenit, ut civitas utraque terram adipiſceretur eam, quæ mari ab ipſis poſſeſſo adjaceret, plurimaſque urbes haberet ſibi obſequentes.* Demoſthenes de Lacedæmoniis in Philippica III. (pag. 49. C.) θαλάσσης ἦρχον καὶ γῆς ἁπάσης· *Et mare omne & terras tenebant.* Scriptor vitæ Timothei: *quo facto Lacedæmonii de diuturna contentione deſtiterunt, & ſua ſponte Athenienſibus imperii maritimi principatum conceſſerunt.* (Corn. Nepos c. 2.) Scriptor orationis de Haloneſo, quæ eſt inter Demoſthenicas, de Philippo loquens Macedone: οὐδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο ἀξιοῖ ὑφ' ὑμῶν εἰς τὴν θάλασσαν καταστῆναι, καὶ ὁμολογῆσαι ὑμᾶς ὡς οὐκ ἄνευ Φιλίππου οὐδὲ τὴν ἐν τῇ θαλάσσῃ φυλακὴν δυνατοί ἐστε φυλάττειν· (Pag. 31. B.) *Nihil ille quærit aliud, quam à nobis in poſſeſſione conſtitui maris, & a nobis confeſſionem exprimere, nos abſque ipſo nec maris cuſtodiam poſſe retinere.* Julianus Imperator de Alexandro, molitum eum eſſe bellum hoc animo: ὅπως γῆς τε ἁπάσης καὶ θαλάττης κύριος γένοιτο· *ut terræ mariſque totius dominus fieret.* (Orat. III. p. 107. C. *Edit. Spanh.*) Hujus ſucceſſor Antiochus Epiphanes apud Gorioniden: *Nonne terra & mare mea ſunt?* De alio ejuſdem ſucceſſore Ptolemæo *Theocritus:* (*Idyll.* XVII, 76.)

Πολλᾶς δὲ κρατέει γαίας, πολλᾶς δὲ θαλάσσας.

*Lateque imperitat terris, lateque profundo.*

Item: (*Ibid* vers. 91.)

—— θάλασσα δὲ πᾶσα καὶ αἶα,
Καὶ ποταμοὶ κελάδοντες ἀνάσσονται Πτολεμαίῳ

—— *omnis telluſque fretumque*
*Altiſonique amnes ſub rege jacent Ptolemæo.*

Tempus eſt ad Romanos veniamus. Scipioni majori ſic Annibal in Livio: (*Lib.* XXX. c. 30.) *Carthaginenſes incluſi Africæ littoribus, vos, quando Diis ita placuit, externa etiam terra marique videamus regere imperia.* De minore Scipione *Claudianus:* (*De ſec. Conſ. Stilicon.* Præf. vers. 7. 8.)

—— *patriis primo cum manibus ultor*
*Subderet Hiſpanum legibus Oceanum.*

Itaque mare internum paſſim ſuum vocant Romani, *Salluſtius*, *Florus*, *Mela*,

Digitized by Google

alia proprietate occupetur, facilius potuit procedere: neque arbitrarium illud gentium, *a* de quo diximus, obſtare. Argivi olim cum Athenienſibus expoſtularunt, *b* quod ſuo mari Spartanos Argivorum hoſtes tranſire ſiviſſent: quaſi violato fœdere, quo cautum erat, ne alter populus hoſtes alterius ſineret ire διὰ τῆς ἑαυτῶν, *per ſui imperii loca*. Et in induciis annalibus belli Peloponneſiaci *c* permittitur Megarenſibus navigare mari quod ad ipſorum ſociorumque terram pertineat, τῇ θαλάσσῃ ὅσα ἂν κατὰ τὴν ἑαυτῶν καὶ κατὰ τὴν ξυμμαχίαν. Sic θάλασσαν τὴν τῶν Ῥωμαίων πᾶσαν, mare omne quod Romani eſt imperii, dixit Dion Caſſius *d* libro XLII. Themiſtius de Romano Imperatore: τὴν γῆν καὶ θάλασσαν ὑπήκοον ἔχων: *habens ſibi ſubditam terram & mare.* Oppianus ad Imperatorem. [*Halieut.* III, 4.] —— σοῖς

*a* *Boſſium tit. de aquis. n.* 36. *allegans* *B.l. Cevall. &* *alios. Vide* *L. unicam c. de claſſicis. lib.* VI.
*b* *Thucyd. lib.* V. *c.* 36.
*c* *Idem, Lib.* IV. *c.* 118.
*d* *Pag.* 211. A. *Ed. H. Steph.*

*Mela*, alii. Sed plus adjicit *Dionyſius Halicarnaſſenſis*: (*Antiq. Rom.* L. I. c. 3.) πάσης κρατεῖ θαλάσσης οὐ μόνον τῆς ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν, ἀλλὰ καὶ τῆς ὠκεανίτιδ⊛ ὅση πλεῖσθαι μὴ ἀδύνατός ἐστι· *Populus Romanus omni mari imperat, non modo ei quod inter columnas eſt Herculis, ſed & oceani, in quantum navigatur.* De iiſdem *Dion Caſſius*: πάσης σχεδὸν βασιλεύοντες γῆς καὶ θαλάσσης· *omni ferme imperant terræ marique.* Appianus in præfatione deſcribens Romani imperii magnitudinem, ſub eo ponit mare Euxinum, Propontidem, Helleſpontum, Ægæum, Pamphylium, & Ægyptium mare. Pompejo datum imperium in omne id mare, quod intra Herculeas eſt columnas. ita *Plutarchus* & *Appianus*. *Philo* in Flaccum: (*Pag.* 980 B.) ἀφ' οὗ τὴν ἡγεμονίαν ὁ Σεβαστὸς οἶκ⊛ ἀνέλαβε γῆς καὶ θαλάσσης· *ex quo Caſarum domus terræ mariſque imperium adepta eſt.* De Auguſto *Ovidius*: (*Metam.* XV, 831.)

—— *pontus quoque ſerviet illi.*

Inſcriptio in ejus honorem: [Apud *Gruter.* p. 194. num. 4. Edit. prim.] *Orbe terra & mari pacato. Auguſtus Janum Quirinum terra marique pace parta ter clauſit*, teſte *Suetonio*: (*Aug.* c. 22.) qui de eodem; (*Cap.* 49.) *Claſſem Miſeni & alteram Ravennæ ad tutelam ſuperi & inferi maris collocavit.* Ad Tiberium Valerius Maximus: (*Præfat.* p. 2.) *penes te hominum Deorumque conſenſus maris & terræ regimen eſſe voluit.* De eodem *Philo*: (*De legat. ad Cajum*, pag. 1012. C.) γῆς καὶ θαλάσσης ἀναψάμενον κατὰ κράτ⊛· *qui imperio terram ac mare complectebatur.* Idem de Cajo Tiberii ſucceſſore: Γάϊον μετὰ τὴν Τιβερίου τελευτὴν παρειληφότα τὴν ἡγεμονίαν πάσης γῆς καὶ θαλάττης. (Ibid. pag. 993. C.) *Cajum qui poſt mortem Tiberii imperium omnis terræ mariſque ſuſcepit.* Veſpaſianum *Joſephus* vocat, (*De Bell. Jud.* III, 27.) δεσπότην καὶ γῆς καὶ θαλάσσης· *terræ mariſque dominum*: idem jus Antonino multis in locis *Ariſtides* tribuit. *Procopius* Imperatoris ſtatuas effictas narrat orbem tenentes, ὅτι γῆ τε αὐτῷ καὶ θάλασσα δεδούλωται· *quod ei ſubjecta eſſet terra & mare.* (De ædific. Juſtin. Cap. *de Auguſteo.*) Nicetas Patricius Adriatici littoris ſervator memoratur in litteris Ludovici II. Conſtantinus monomachus in hiſtoria dicitur γῆς καὶ θαλάσσης κύρι⊛ καὶ δεσπότης· *terræ mariſque Imperator ac dominus.* Et inter themata, id eſt, provincias Romani imperii ponitur mare Ægæum. (apud *Conſtantin. Porphyrogenn.* L. I. Them. 17.) Francos mari ad Maſſiliam & circum imperaſſe narrat *Procopius* Gotthicorum III. De jure Venetæ reipublicæ vide *Parutam* libro VII. & ſpecialem hiſtoriam de Uſcochis. Addi his poſſunt juriſconſulti recentiores ad c. ubi periculum, 3. de electione in VI. *Bartolus*, *Angelus*, *Felinus* in c. ad liberandum, 17. in principio: de Judæis. *Baldus* ad titulum digeſtorum de rerum diviſione col. 2. Afflictus in tit. quæ ſint regalia. *Catheranus* deciſione Pedemontana 155. num. 4. ubi ex *Baldo* dicit totum mundum hoc jure uti. *Albericus Gentilis* advocationis Hiſpanicæ I, 8. I

— τοῖς μὲν γὰρ ὑπὸ σκήπτροισι θάλασσα
Εἱλεῖται —

— *tuis etenim ſub legibus æquor*
*Volvitur* —

Et Dion Pruſæenſis, in altera ad Tarſenſes, multa ei civitati ab Auguſto ait conceſſa, inter alia ἐξουσίαν τοῦ ποταμοῦ, καὶ τῆς θαλάττης τῆς κατ' αὐτὴν *jus in amnem Cydnum & proximam maris partem:* Et apud Virgilium legimus: (*Aen.* I, 236.)

*Qui mare, qui terras omni ditione tenerent.*

Lib. x. c. 7. Apud Gellium: *Fluminum quæ in mare, quæ imperium Romanum eſt, fluunt.* Notat Strabo * Maſſilienſes multa cepiſſe ſpolia cum præliis navalibus viciſſent τοὺς ἀμφισβητοῦντας τῆς θαλάσσης ἀδίκως· *eos, qui injuſte de mari controverſiam moverent.* Idem Sinopen † ait imperitaſſe mari in Cyaneas.

* Lib. IV. p. 180.

† Lib. XII. p. 545.

2. Videtur autem imperium in maris portionem eadem ratione acquiri, qua imperia alia, id eſt, ut ſupra diximus, 46 ratione perſonarum & ratione territorii. Ratione perſonarum, ut ſi claſſis, qui maritimus eſt exercitus, aliquo in loco maris ſe habeat: ratione territorii, quatenus ex terra cogi poſſunt, qui in proxima maris parte verſantur, nec minus quam ſi in ipſa terra reperirentur.

XIV. Quare nec contra jus naturæ aut gentium faciet, qui recepto in ſe onere tuendæ navigationis juvandæque per 47 ignes nocturnos & 48 brevium ſigna, k vectigal æquum impoſuerit navigantibus, quale fuit Romanum vectigal Erythræum, (gg) ob ſumtus exercitus maritimi adverſus piraticas excurſiones: & l quod

Plinius lib. XIX, 4. Strabo lib. XVII, p. 798.

GROTII.

k *Vectigal æquum*] Rhodii olim portorium de inſulis exegere, etiam de Pharo apud Alexandriam, teſte *Ammiano* lib. XXII. (Cap. 16. p. 373.) De Venetis, qui in Gallia, Cæſar: *In magno impetu maris atque aperto, paucis portubus interjectis quos tenent ipſi, omnes fere qui eodem mari uti conſueverunt, habent vectigales.* (Bell. Gall. III. 8.) Florus de Romanis: *Pudebat nobilem populum ablato mari, raptis inſulis, dare tributa quæ jubere conſueverat.* (Lib. II. c. 6.) Plinius VI. c. XXII. Annii Plocami meminit, qui maris rubri vectigal a fiſco redemerat. idem capite ſequenti de mari agens quo in Indiam navigatur: *Omnibus annis navigatur ſagittariorum cohortibus impoſitis. Etenim piratæ maxime infeſtant.* Diſputationes egregias de modo vectigalis vide in Eliſabetha *Camdeni* Anno CIↃ IↃ LXXXII. & CIↃ IↃ CCII.

GRONOVII.

46 *Ratione perſonarum*] Imperio temporario: ut Hannibal interpretabatur ſolum eſſe ſuum, quod captum bello poſſideret haberetque caſtris ad urbem poſitis. *Liv.* 26, 11. Cæterum hæc claſſium auctoritas inde agnoſcitur, quod claſſem prætervehens una navis vela ſubmittere compellitur.

47 *Ignes nocturnos*] Pharos. *Sueton.* Calig. 46. Claud. 20.

48 *Brevium*] Vadoſorum & minus profundorum locorum. *Virgil.* I. Æn. 115. *Tres Eurus ab alto In brevia & Syrtes urget.* lib. 10, 289. *multi ſervare recurſus Languentis pelagi & brevibus ſe credere ſaltu.*

(gg) Qui in ora libri heic laudatur, *Plinius*, nil tale habet; niſi quod refertur ab auctore, in Notâ, de *Annio Plocamo*, ex *Lib.* VI, 22. *J. B.*

l Quod

l quod in ponto Byzantini exigebant διαγώγιον, & quod jam olim Athenienſes occupata 49 Chryſopoli exegerant in ponto eodem, memorante utrumque 50 Polybio: * & quod in Helleſponto olim Athenienſes eoſdem exegiſſe oſtendit m Demoſthenes † in Leptinen, ſuo autem tempore Romanos Imperatores in arcana hiſtoria memorat Procopius.

* Lib. IV. c. 34.
† Pag. 369. A. B.

XV. 1. Inveniuntur exempla federum quibus populus alter alteri populo ſe obſtringit, ne ultra certum terminum naviget. Sic inter reges accolas rubri maris & Ægyptios convenerat olim, ne Ægyptii in id mare venirent ulla navi longa, oneraria non plus una. Sic inter a Athenienſes & Perſas n Cimonis ætate placuerat, ne qua navis Medica armata 51 intra Cyaneas & Chelidonias navigaret;

Philoſtr. de vita Apoll. l. III. c. XI. (c. 35. Ed. Olear.)
a Plut. Cim. p. 487. A. Diod. l. XI. c. 61. Ariſtid. in Panath. p. 294. Tom. I. Ed. Paul. Steph.

GROTII.

l *Quod in ponto Byzantini exigebant*] Meminit Byzantini vectigalis *Herodianus* Severo. (*Lib.* III. c. I.) *Procopius*, tum in vulgata tum in arcana hiſtoria, etiam veteris vectigalis in Helleſponto meminit, novi autem ad fauces maris Euxini & in freto Byzantino. Byzantini exactionem fuiſſe ad ædem Blachernianam, Helleſpontiacum Abydi docet *Theophanes*. Abydi illud δεκατευτήριον, id eſt, vectigalarium decimæ, vocat *Agathias* libro V. minuit id Irene. Immanuel Comnenus Imperator monaſteriis aliquibus conceſſit θαλάσσια δίκαια, *obventiones e mari*. Docet *Balſamo* in Concilii Chalcedonenſis canonem IV. & Synodi VII. canonem XII.

m *Demoſthenes in Leptinen*] Idem ibidem accepta Byzantio dominos maris factos ait Athenienſes. *Ulpianus* Scholiaſtes ſolutam ibi ait decimam. (Pag. 134. C. Tom. II. *Ed. Baſil.* 1572.)

n *Cimonis ætate*] Hæc eſt illa εἰρήνη περιβόητος *nobiliſſima pax* Plutarcho, qua & hoc convenerat, ut Perſæ a mari tantum ſpatii abſiſterent quantum ferret equi curſus, id eſt, XL. ſtadia. Meminit & *Iſocrates* Panathenaico. [Locus eſt *pag.* 244. E. *Ed. H. Steph.* Sed Auctor noſter dixit *quadraginta ſtadia*, pro *quadringentis*: nam totidem continebat ἵππου δρόμος, ut exponitur à *Plutarcho*, pag. 491. τετρακοσίων σταδίων ἐντός. Et res ipſa clamat: quadraginta enim ſtadia conficiunt tantum unum milliare cum quadrante: quis autem Equus, per unum diem, non longè majus ſpatium itineris abſolveret? Vide DEMOSTHEN. *Orat. de falſ. legat.* pag. 273. A. & ARISTID. *Orat. in laudem Rom.* p. 349. Tom. I. Aliud eſt ἱππικὸν, de quo alibi PLUTARCHUS, *Vit. Solon.* pag. 91. C. nimirum ſpatium quod emetitur Equus in Agonibus, & *quatuor* erat *ſtadiorum*, ut ipſe ſtatim exponit. Hæc duo tamen confudit J. CASPAR EISENSCHMID. in libro ceteroquin utiliſſimo *De Ponderibus & Menſuris Veterum* &c. p. 113. *J. B.*]

GRONOVII.

49 *Chryſopoli*] *Scutari* e regione Cpoleos.

50 *Polybio*] 4. p. 312.

51 *Cyaneas & Chelid.*] Eadem eſt hiſtoria, idemque fœdus: nam Chelidoniæ ſunt inſulæ tres in mari Pamphylio contra Phaſelidem, quæ eſt in continenti. Nec placuit horum quicquam poſt prælium ad Salaminem: tum enim nullum fœdus factum eſt, cum proxime ſucceſſerint ad Platæas & Mycalem pugnæ: ſed ad Eurymedontem amnem a Cimone victi Perſæ hanc conditionem acceperant. De Chelidoniis *Strabo* 24, 666. [In prima Editione Auctor dixerat ſimpliciter: *ne qua navis Medica armata extra Cyaneas navigaret.* Poſtea in Edit. 1632. hæc addidit: *Ne qua* &c. . . *Cyaneas & Chalidonia navigaret: extra Cyaneas & Phaſidem poſt prælium ad Salaminem.* Unde patet, quam parum accuratè & emendatè, vitio memoriæ, hæc omnia ſcripſerat. *J. B.*]

O 5 o *Romanos*

b Thucyd. Lib. IV. c. 118. Polyb. III. 22. App. Illyr. p. 760. Ed. H. Steph. * Livius l. XXXVIII. c. 38.

garet; intra 52 Cyaneas & Phaſelidem poſt prælium ad Salaminem: in annalibus induciis b belli Peloponneſiaci, ne Lacedæmonii navigarent longis navibus, ſed aliis navigiis, quæ ferrent ponderis non amplius quingentis talentis: & primo federe, quod ſtatim ab exactis regibus o Romani cum Carthaginienſibus fecerant, convenerant, ne Romani Romanorumve ſocii ultra 53 Pulchrum promontorium navigarent, extra quam ſi tempeſtatis aut hoſtium vi compulſi eſſent: qui vi compulſi adveniſſent, nihil ſumerent præter neceſſaria, & intra diem quintum abſcederent. Et p in ſecundo federe, ne Romani ultra Pulchrum promontorium, Maſtiam & Tarſejum prædas agerent mercatumve irent. In pace cum Illyriis, ne Illyrii ultra Liſſum (hh) pluribus quam duobus lembis iiſque inermibus navigarent. In pace cum Antiocho, * ne citra 54 Calycadnum & Sarpedonem promontoria navigaret, extra naves 55 quæ ſtipendium, legatos, aut obſides portarent.

2. Sed hæc non docent occupationem maris, aut juris navigandi. Poſſunt enim ut ſinguli, ita & populi pactis, non tantum 56 de jure quod proprie ſibi competit, ſed & de eo quod cum omnibus

GROTII.

o *Romani cum Carthaginienſibus*] Servius ad illud IV. Æneidos:

*Littora littoribus contraria.*

*Quia in federe cautum fuit, ut neque Romani ad littora Carthaginenſium accederent, neque Carthaginenſes ad littora Romanorum.* Simile fœdus Romanorum cum Tarentinis: μὴ πλεῖν Ῥωμαίους πρόσω Λακινίας ἄκρας· *ne Romani ultra promontorium Lacinium navigarent;* eſt hoc in excerptis ad legationes ex *Appiano.* merſos a Pœnis externos qui in Sardiniam vel ultra columnas navigarent, tradit *Strabo* libro XVII.

p *In ſecundo federe*] Erat & hoc in eo, ne Romani in Africam aut Sardiniam appellerent niſi commeatus accipiendi aut naves reficiendi cauſa. Poſt bellum Punicum tertium caſtigatus Senatus Carthaginienſis, quod contra fedus exercitum & navalem materiam haberet. Teſtis *Livius* Epit. lib. XLVIII. & XLIX. Simile eſt quod Sultanus Ægypti, pacto cum Græcis facto, impetravit, ut ei ſemel anno duas naves trans Boſphorum mittere liceret. Eſt id apud *Gregoram* libro IV. Antiochi olim pax & hoc continebat, ne is armatas naves haberet plures XII. *Appianus* Syriaco. (*pag.* 112. *Ed. Steph.*) Naves armatæ Adriaticum ſinum ingredi per Venetos vetantur ex pactis. Vide *Thuanum* libro LXXX. in anno CIↃ IↃ LXXXIV.

GRONOVII.

52 *Intra Cyaneas & Phaſelidem*] *Iſocrat.* Panathen. p. 580.

53 *Pulchrum promontorium*] In Africa. *Liv.* 29, 27.

54 *Calycadnum & Sarpedonem*] In Cilicia.

55 *Quæ ſtipendium*] Quod ei pendendum erat ex fœdere Romanis. *Liv.* 38, 38.

56 *De jure decedere*] Ut ſi quis paciſcatur, ne in aream alterius lumen e ſua domo habeat, non eo aër ſit proximi poſſidentis, ſed alter de jure ſuo remittit.

(hh) Repoſui *Liſſum*, pro *Leſſum*, quod habent omnes Editiones. Nulla eſt urbs *Leſſus*: & ἔξω τοῦ Λισσοῦ ait POLYBIUS, *Hiſt.* Lib. II. Cap. 12. unde has federis leges ſumſit Auctor noſter, quamquam in orâ libri ſolum *Appianum* indicet, qui paullum alio modo eas refert. Sic in præcedentibus edidi *Maſtiam*, pro *Maſſiam*, quod perperam legitur in omnibus Editionibus. Ceterum de veteribus illis urbibus *Maſtia* & *Tarſeio*, quas ſilentio prætermittit CELLARIUS in Geographia Antiqua, vide BOCHARTUM, *Phaleg.* Lib. III. Cap. 7. *J. B.*

57 *Piſcatis*

Digitized by Google

mnibus hominibus commune habent, in gratiam ejus cujus id intereſt decedere: quod cum ſit, dicendum eſt quod dixit Ulpianus in ea facti ſpecie, qua fundus erat venditus hac lege ne contra venditorem 57 piſcatio thynnaria exerceretur, mari ſervitutem imponi non potuiſſe, ſed bonam fidem contractus expoſcere, ut lex venditionis ſervetur. Itaque perſonas poſſidentium & in jus eorum ſuccedentium obligari. *L. Venditor. 13. D. Com. Præd.*

XVI. 1. 58 Frequens eſt inter vicinos populos contentio, quoties

GRONOVII.

57 *Piſcatio thynnaria*] Thynnorum piſcium *Hor.* 2. *Sat.* 3. *Plures annabunt thynni & cetaria creſcent.*

58 *Frequens &c.*] Hæc quidem docta ſunt, ſi recte tradantur, ſed ad præſentem quæſtionem parum faciunt. Videtur autem vir ſummus auctores finium regundorum valde defunctorie legiſſe. *Limitatus* ager appellatur, qui & diviſus aſſignatuſque, non quod manufactos limites pro finibus haberet, ſed quia conciſus erat limitibus factis (*decumanos* & *cardines* vocabant: illos, qui orientem & occidentem ſpectabant, hos, qui meridiem & ſeptentrionem) per centurias perque partes, quæ privatis poſſeſſoribus dono principis eſſent adſignatæ, ita ut certus numerus centuriarum & jugerum limitibus includeretur. Quum ſecundum genus nominavit *aſſignatos & menſura comprehenſos*, fruſtra addit, *per centurias & jugera*: nam horum ratio habetur in limitato. At hujus tantummodo modus univerſus per extremitatem menſuræ comprehendebatur. Ideo non *limitatus* non *diviſus*, ſed *aſſignatus* tantum, & *menſura comprehenſus* vocabatur. *Arcifinius* quoque dictus, non quod fines hoſtibus arcendis idoneos haberet, ſed quod arcuerat fines, vel non haberet fines menſoria ratione comprehenſos. Frontinus: *Ager eſt arcifinius, qui nulla menſura continetur.* Eoſdem propterea *Siculus Flaccus* ait *ſolutos* vocari. Iidem teſtantur nihil *ſubſecivorum* intervenire, nempe quæ a menſuris decempeda reſtabant. Appellabantur & *occupatorii*, quia eorum unuſquiſque privato arbitrio occupaverat ſine adſignatione, non modo tantum, quantum colere poterat, ſed quantum in ſpe colendi habebat. Nec vero hic ager neceſſario terminos habebat naturales: poterat enim occupator ſibi terminos ſtatuere, quos voluerat, vel ſepimento, vel foſſa manufacta.

In duobus primis agrorum generibus, ſi flumen curſum mutet, nihil ait de territorio mutari. Non eſt perpetuum. Poterat enim tam limitatus, quam menſura comprehenſus ager ad fines territorii eſſe, & vel hic, vel ille fluvio imperia terminante includi; quod ſi eſſet, haud dubie, quod decedebat agris, decedebat territorio: quod alteri ripæ accedebat, ſub aliam juriſdictionem veniebat. Rurſus ait in arcifiniis flumen mutato curſu mutaſſe territorii fines &c. Ne hoc quidem perpetuo verum. Nam arcifinius ager eſſe poterat & in medio territorio, utpote ſi quis loca deſerta, vaſta, inculta occupaverat: qualia magnis regnis & imperiis frequentia interveniunt. Ibi ſi flumen eſſet, quicquid ageret, manebat, quod erat, territorium.

Illud prorſus mirum, quod in dubio imperia, quæ ad flumen pertinent, arcifinia putanda eſſe ait, & ut limitata, aut menſura comprehenſa ſint, rarius accidere. Primo inauditus eſt ſermo, *Imperium arcifinium, imperium limitatum, imperium menſura comprehenſum.* Agrorum hæc vocabula ſunt, non imperiorum. Dein dubium tale nobis eſſe non poteſt, quia nulli nobis ejuſmodi agri. Tertio quomodo poteſt eſſe dubium, ſi vera eſt auctoris ſententia, omnes agros limitatos & adſignatos eſſe in meditullio imperii, omnes in extremo arcifinios. Minime igitur hic ſervit hypotheſi ſuæ. Denique apud Romanos, quibus ſolis illæ agrorum varietates notæ, ſi dubium hujuſmodi incidiſſet, adibatur ſcrinium Imperatoris,

in

Digitized by Google

ties flumen curſum mutavit, an ſimul & imperii terminus mutetur, & an quæ flumen adjecit, eis cedant quibus adjecta ſunt: quæ controverſiæ ex natura & modo acquiſitionis definiendæ ſunt. Docent nos *a* menſores tria eſſe agrorum genera: 59 diviſum, & aſſignatum, quem limitatum vocat *b* Florentinus juriſconſultus, quia manufactos limites pro finibus habet; 60 aſſignatum per univerſitatem, ſive q menſura comprehenſum, puta per centurias ac jugera; & arcifinium, qui inde dictus, docente *c* Varrone, quod 61 fines habeat arcendis hoſtibus idoneos, id eſt naturales: ut ſunt 62 flumina & r montes. Hos 63 occupatorios dicit Aggenus *d* Urbicus, quia plerumque tales ſunt agri, qui aut eo quod vacui ſunt, aut etiam bello occupantur. In duobus primis agrorum generibus etiamſi flumen curſum mutet, 64 nihil de territorio mutatur: & 65 ſi quid alluvio adjecit, id occupantium imperio accedet.

a *Jul. Frontin. De agror. qualit.* p. 38. *Ed. Goës.*
b *L. in agris limitatis*, 16. *D. de acq. rer. dom.*
c *Apud Frontin. ubi ſupra.*
d *Pag.* 45.

2. In

in quo erant omnium limitatorum & aſſignatorum agrorum formæ: ſi de quo quærebatur, ejus nulla extaret forma, pro arcifinio erat. Meminerunt hujus rei ſæpe dicti auctores finium regundorum. [Non deſunt tamen, quæ pro Auctore noſtro adverſus hanc criſin, & alterius Viri Eruditiſſimi *Wilhelmi Goëſii*, in animadverſionibus ad Rei Agrariæ Auctores, dici queant; ut aliquando, Deo favente, patebit ex noſtris ad hunc locum Gallicis Notis. *J. B.*]

GROTII.

q *Menſura comprehenſum*] Exemplum vide apud *Servium* ad eclogam IX. [Sed agitur ibi de *agris limitatis.* Vide ad *vers.* 7. & 28. *J. B.*]

r *Montes*] *Tacitus* de Germania: *a Sarmatis Daciſque mutuo metu aut montibus ſeparatur.* c. 1. *Plinius* libro XXXVI. *Evehimus ea quæ ſeparandis gentibus pro terminis conſtituta erant.* de Alpibus loquens. [Locus eſt *Cap.* 1. ubi ſuſpicor pro *Evehimus*, legendum *Evellimus*, quæ vox aptiſſima ad *terminos* motos ſignificandos. Et de *evectione* in ſequentibus agitur: *Naveſque marmorum cauſſa fiunt ac per fluctus . . . . huc illucque portantur juga montium* &c. Tota ſeries orationis mihi videtur favere huic facillimæ emendationi. Peritiores judicent. *J. B.*]

GRONOVII.

59 *Diviſum & aſſignatum*] Qui veteranis & colonis per centurias, & jugera modo certo adſcripto datus eſt.

60 *Aſſignatum per univerſitatem*] Quum modus univerſus & indiviſus civitati tribuebatur: hic tantum per extremitatem menſura comprehendebatur, non per centurias & jugera, ut perperam auctor. Centuriæ & jugera ſunt limitati vel diviſi & adſignati. Centuria modus eſt agri CC. vel CCL. jugerum. Jugerum in longitudinem numerat pedes CCXL. in latitudinem pedes CXX. *Colum.* 5, 1. Quidam tamen voluerunt menſuram per extremitatem comprehenſam eſſe centuriam.

61 *Fines hoſtibus arcendis*] Imo quod fines arcuit, & poſſeſſor ejus liberum ſibi reliquit, quo uſque colere aut poſſidere velit.

62 *Ut flumina & montes*] Immo & aquarum divortia & manufactas vias, foſſas, arbores antemiſſas, nec menſura continetur. Sic F. p. 4.

63 *Occupatorios*] Quia non ex menſuris actis modum acceperunt, ſed patent quatenus excoluit, aut quantum eorum ſpe colendi occupavit poſſeſſor. Primi habent limites inter ſingulas centurias, duo poſteriora genera non limites, ſed terminos. Sic 18, 22.

64 *Nihil de territorio*] Quaſi centuria non potuerit finiri flumine.

65 *Si quid alluvio*] Si parvum quid eſſet, contemtum: ſi magna pars, ad ſubſeciva pertinuiſſe cenſeo in diviſo & adſignato.

[ *Flumen*

Digitized by Google

2. In arcifiniis f flumen mutato paulatim curſu mutat & territorii fines, & quicquid flumen parti alteri adjecit, ſub ejus imperio eſt, cui adjectum eſt: quia ſcilicet eo animo populus uterque imperium occupaſſe primitus creditur, t ut flumen ſui 66 medietate eos dirimeret, tanquam naturalis 67 terminus. Tacitus dixit: a *Certum jam alveo Rhenum,* u *quique terminus eſſe ſufficiat.* Diodorus Siculus, b ubi controverſiam narrat, quæ inter Egeſtanos & Selinuntios fuit, ποταμοῦ, ait, τὴν χώραν ὁρίζοντος. *amne fines diſcriminante.* Et Xenophon c talem amnem ſimpliciter τὸν ὁρίζοντα, id eſt, *finitorem* vocat.

3. Narrant veteres Acheloum amnem, incerto curſu, modo ſectum in partes, modo circumactum obliquo agmine, (unde 68 tauri & ſerpentis formam induiſſe dicitur) diu de agro adjacente belli cauſam Ætolis & Acarnanibus præbuiſſe, donec eum Hercules aggeribus 69 domuit eoque beneficio Oenei Ætolorum regis 70 filiam in matrimonium impetravit.

XVII. 1. Sed hoc ita demum locum habebit, ſi non alveum mutaverit amnis. Nam flumen, etiam qua 71 imperia diſterminat, non conſideratur nude qua aqua eſt; ſed qua aqua alveo tali fluens ripiſque talibus incluſa. Quare particularum adjectio, deceſſio, aut talis immutatio, 72 quæ toti ſpeciem veterem relinquat, rem ſinit eandem videri. At ſi totius ſpecies ſimul mutetur, res erit alia. atque ideo ſicut interit flumen, quod in loco ſuperiore molibus obſtructum eſt, novumque naſcitur facta manu foſſa in quam aqua immittitur: ita x ſi deſerto alveo veteri alià irruperit flumen, non idem erit quod fuit ante, ſed novum vetere extincto: & ſicut ſi exaruiſſet flumen, imperii terminus maneret medietas alvei, qui proxime fuiſſet: quia mens ea populorum fuiſſe cenſenda eſt, ut flumine quidem naturaliter dirimi vellent;

a De Morib. Germ. c. 32.
b Lib. XII. pag. 328. Ed. H. Steph.
c Lib. IV. Exp. Cyri. c. 8. §. 1.
Strabo l. x. p. 458.
L. Proponebatur, 76. D. de judiciis.

GROTII.

f *Flumen mutato paulatim curſu*] Vide *Johannem Andrea* & alios citatos à *Reinkingio* libro I. claſſe V. c. I.

t *Ut flumen ſui medietate eos dirimeret*] Exemplum in Vedaſo amne apud *Marianam* libro XXIX.

u *Quique terminus eſſe ſufficiat*] Spartianus Adriano: (*Cap.* 12.) *in plurimis locis in quibus barbari non fluminibus, ſed limitibus dividuntur.* Phaſim amnem σύνορον, id eſt, confinem vocat *Conſtantinus Porphyrogenneta.* c. XLV.

x *Si deſerto alveo veteri*] Ut Bardanus amnis apud *Annam Comnenam.* libro I.

GRONOVII.

66 *Medietate*] Quaſi linea ducta per medium alveum.

67 *Terminus*] Non tam vagum & ſtagnantem ſuper minus profundo, ſed alveo profundiſſimo collectum & incluſum, ut pro territorio & munimento imperii eſſe poſſit.

68 *Tauri & ſerpentis formam*] In fabula luctæ cum Hercule *Ovidius* 9. Metam. 63. & 80.

69 *Domuit*] In certum alveum incluſit.

70 *Filiam*] Deianiram.

71 *Imperia diſterminat*] Ut Romanum a Germanis Rhenus, a Marcomannis & Dacis Danubius, a Parthis Euphrates.

72 *Quæ toti ſpeciem*] Non avertat in aliam regionem, ſed priſtinum alveum retinere ſinat.

73 Quod

Digitized by Google

*L. 3. §. 2. ff. de aq. quot. & æſtiva.*

lent; quod ſi flumen eſſe deſiiſſet, ut tum teneret quiſque 73 quod tenuiſſet: ita mutato alveo idem obſervandum erit.

2. In dubio autem 74 imperia, quæ ad flumen 75 pertingunt, arcifinia putanda ſunt, quia imperiis diſtinguendis nihil eſt aptius quam id 76 quod non facile tranſitur. Ut autem limitata, aut menſura comprehenſa ſint, rarius accidit; neque tam ex acquiſitione primæva, quam ex aliena conceſſione.

XVIII. Quanquam vero in dubio, ut diximus, imperia ad medietatem fluminis utrinque pertingunt, fieri tamen potuit, & contigiſſe alicubi videmus, ut flumen totum 77 parti uni accederet, quia ſcilicet ripæ alterius imperium ſerius occupato jam flumine cœpiſſet: aut quia eum in modum res pactionibus eſſet definita.

XIX. 1. Illud quoque obſervatu non indignum, originariam acquiſitionem cenſendam etiam rerum earum, quæ dominum habuerunt, ſed habere deſierunt: puta quia derelictæ ſunt, aut quia 78 defecerunt domini. nam hæc 79 redierunt in eum ſtatum in quo primum res fuerant.

2. Sed illud ſimul notandum eſt, interdum primas acquiſitiones a populo aut populi capite ita factas, ut non tantum imperium, in quo ineſt 80 jus illud eminens, de quo alibi egimus, ſed & privatum plenumque dominium generaliter 81 primum populo, aut ejus capiti quæreretur: atque ut deinde particulatim in privatos ita fieret diſtributio, ut tamen eorum dominium ab illo priore dominio penderet, ſi non ut jus 82 vaſalli a jure 83 ſenioris, aut jus emphyteuticarii a jure proprietarii, tamen alio quodam tenuiore modo, ut multæ ſunt ſpecies juris in rem, quas inter eſt & jus

GRONOVII.

73 *Quod tenuiſſet*] Si ſcilicet nullum ibi flumen fuiſſet, nempe uſque ad illam lineam, quæ medium alveum ſecat.

74 *Imperia*] i. Agri, quibus terminantur imperia per flumen.

75 *Pertingunt*] Pertinent.

76 *Quod non facile*] Ut munitiones naturales.

77 *Parti uni accederet*] Ut in illis terminis imperii Romani factum: nam cum barbari naves nullas haberent, Romani eos amnes navibus occuparunt, quas dicebant luſorias.

78 *Defecerunt domini*] Juſtin. 19, 3. *Prædam, quam relictis a ſe caſtris abſtulerint, non eſſe talem, quam velut ſpolium victi hoſtis oſtentent, ſed quam poſſeſſione vacua fortuitis dominorum mortibus, ſicuti caducam, occupaverint.*

79 *Redierunt in eum ſtatum*] Rurſus factæ ſunt communes.

80 *Jus eminens*] 1, 3. 6.

81 *Primum populo*] *Siculus Flaccus* de cond. agrorum. *Poſtquam ergo majores regiones ex hoſte capta vacare cœperunt, alios agros diviſerunt, aſſignaverunt, & ita remanſerunt, ut tamen populi Rom. eſſent: ut eſt in Piceno, in regione Reatina, in quibus regionibus montes Romani appellantur: nam ſunt P. R. quorum vectigal ad ærarium pertinet.*

82 *Vaſalli*] Qui habet emphyteuſin vel fundum a domino in perpetuum, aut in certos annos, ea lege conceſſum, ut eum colat melioremque reddat, conſtituta penſione annua.

83 *Senioris*] Hoc vocabulo uſa eſt inferior Latini ſermonis ætas pro domino: unde Italicum *Signore*, Gallicum *Seigneur*, *Sieur*, ſive *Monſieur*. *Meſſire*. Bignon. ad Marcul. 1. cap. 7. p. 405.



Digitized by Google

jus ejus, qui 84 ſub conditione fideicommiſſum exſpectat. Seneca: y *Non eſt argumentum, ideo aliquid tuum non eſſe, quia vendere non potes, quia conſumere, quia mutare in deterius aut melius non potes. Tuum enim eſt etiam quod ſub certa lege tuum eſt.* Dion Pruſæenſis Rhodiaca: μυρίυς γὰρ εὑρήσετε τρόπυς καθ' ὓς ἑκάςῳ τι φαμὲν εἶναι· καὶ πλεῖςον διαφέροντας· ὧν ὕτε ἀποδόσθαι τι ἔξεςι τοῖς ἔχυσιν, ὕτε ὅπως ἂν θέλοι χρῆσθαι. *Plurimi ſunt modi, quibus quid cujuſque eſſe dicitur, & quidem valde inter ſe differentes: interdum ut nec vendere, nec pro arbitrio uti liceat.* Apud Strabonem (ii) invenio: κύρι☉ ἦν πλὴν τοῦ πιπράσκειν *dominus erat demto vendendi jure.* Exemplum ejus quod diximus in Germanis ponit Tacitus: *Agri pro numero cultorum ab univerſis occupantur, quos mox inter ſe ſecundum dignationem partiuntur.* *De morib. Germ. c. 26.*

3. Hoc igitur modo cum diſtributa dominia pendent a 85 dominio generali, ſi quid 86 domino particulari carere incipit non fit occupantis, ſed z ad univerſitatem, aut ad dominum ſuperiorem redit. Cui juri jus ſimile etiam per legem civilem extra hanc cauſam, ut jam notare cœpimus, introduci potuit.

### GROTII.

y *Non eſt argumentum*] Locus eſt de beneficiis VII, 12. Idem libro ejuſdem argumenti octavo, c. 12. *quædam quorundam ſub certa conditione ſunt.* [At vero ſunt tantum ſeptem Libri *De Beneficiis.* Locus eſt eodem libro & capite, quo ille, cujus verba in textu adferuntur. *J. B.*]

z *Ad univerſitatem aut ad dominum ſuperiorem redit*] Sic ex libro ſecundo Odyſſeæ in fine colligas, bona ejus qui ſine liberis decederet ad populum perveniſſe, & ſic interpretatur *Euſtathius* illud *Homeri* Iliados E. (vers. 158.)

Χηρωςαὶ δὲ διὰ κτῆσιν δατέοντο,
*Partiebantur opes rectores urbis.*

Nam χηρωςὰς magiſtratum fuiſſe dicit qui bona ſine liberis decedentium adminiſtrabat. Simile aliquid uſurpatum olim in regno Mexicano docent nos hiſtoriæ. [In loco ex *Odyſſea*, Poëta hoc tantum innuit, inter Procos *Penelopæ* conveniſſe, ſi forte *Telemachus* interiiſſet, ſeſe bona ejus æquis partibus occupaturos, ut ſolatii loco id eſſet illis, quos *Penelope*, uno electo in virum, excluſura eſſet; ut optimè obſervavit Doctiſſima Matrona *Anna T. Fabri.* Adeoque inde quod Auctor noſter colligit, minimè inferri poteſt. Neque certius eſt, quod de χηρωςαῖς, poſt *Euſtathium*, adfirmat. Vocem enim illam interpretantur *Pollux* & *Heſychius*, non de magiſtratibus, bona ſine liberis decedentium adminiſtrantibus, ſed de propinquis remotis in hereditatem ſuccedentibus. *J. B.*]

### GRONOVII.

84 *Sub conditione fideicommiſſum*] Nam & ſub conditione relinquitur fideicommiſſum, vel ex certo die. §. 2. Inſtit. *de fideicom. her.*

85 *Dominio generali*] Ejus, cujus eſt territorium, ſive principis ſive populi.

86 *Domino particulari*] Cujus fuit ea privata poſſeſſio.

(ii) Locum forte inveni *Lib.* XII. ubi agitur de miniſtris ſacrorum, quorum *Archelaus* Pontifex, Rex *Comanæ* à *Pompejo* conſtitutus, dominus erat, ita tamen ut eos vendere non poſſet: Καὶ τῶν τὴν πόλιν νεμόντων ἱεροδούλων κύρι☉ πλὴν τῦ πιπράσκειν. Pag. 558. Ed. Caſaub. Paris. *J. B.*

## CAPUT IV.

### De derelictione præſumta, & eam ſecuta occupatione: & quid ab uſucapione & præſcriptione differat.


I. *Uſucapio aut præſcriptio proprie dicta cur locum non habeat inter populos diverſos, eorumve rectores.*

II. *Solere tamen & inter hos allegari longævas poſſeſſiones.*

III. *Cauſa inquiritur ex conjecturis humanæ voluntatis: quæ petuntur non ex verbis tantum:*

IV. *Sed & ex factis:*

V. *Et ex non factis.*

VI. *Quomodo tempus adjunctum non poſſeſſioni & ſilentio ad conjecturam juris derelicti valeat*

VII. *Ordinarie ad talem conjecturam ſufficere tempus memoriam excedens, & quale hoc ſit.*

VIII. *Solutio objectionis, neminem præſumendum ſuum jactare.*

IX. *Videri etiam, ſepoſita conjectura, jure gentium ex immemoriali poſſeſſione dominium transferri.*

X. *An nondum natis jus auferri hoc modo poſſit.*

XI. *Etiam ſummæ poteſtatis jus aut populo aut regi acquiri longæva poſſeſſione.*

XII. *An leges civiles de uſucapione & præſcriptione teneant eum, qui ſummam poteſtatem habet, cum diſtinctionibus explicatur.*

XIII. *Ea jura quæ ſeparabiliter aut communicabiliter adhærent ſummo imperio, uſucapione aut præſcriptione quæri & amitti.*

XIV. *Refellitur ſententia ſtatuens ſemper ſubditis licere ſe vindicare in libertatem.*

XV. *Quæ mera ſunt facultatis nullo tempore amitti: quod explicatur.*


I. GRavis hic difficultas oritur de 1 uſucapiendi jure. Namque id jus cum 2 lege civili ſit introductum (tempus enim 3 ex ſuapte natura vim nullam effectricem habet: nihil enim fit a tempore, quamquam nihil non fit in tempore) locum habere non poteſt, ut cenſet Vaſquius, inter duos populos liberos, aut reges, populumve liberum & regem: imo ne inter regem quidem & privatum ipſi non ſubditum, a nec inter duos diverſorum regum aut populorum ſubditos. quod verum videtur, niſi 4 quatenus

*Lib.* II. c. 51. n. 28.

GROTII.

a NEc inter duos diverſorum regum aut populorum ſubditos] In lege XII. tabularum erat: *Æterna auctoritas cum hoſte eſto*, id eſt, cum peregrino. [Apud CICERON. *De Offic.* Lib. I. Cap. 12.]

GRONOVII.

1 *Uſucapiendi jure*] Per quod res aliena longo tempore fit bona fide poſſidentis.

2 *Lege civili*] Jure Romano.

3 *Ex ſuapte natura*] Sine lege aut natura.

4 *Quatenus res*] Ut qui in alieno territorio, ubi uſucapio valet, rem vel agendi aliquid jus habet, per legitimum tempus bona fide poſſidere vel actum illum exercere ſinendo, rem juſve amittat.



Digitized by Google

tenus res vel actus tenetur territorii legibus. Atqui id ſi admittimus, ſequi videtur maximum incommodum, ut controverſiæ de regnis regnorumque finibus nullo unquam tempore extinguantur: quod non tantum ad perturbandos multorum animos & bella ferenda pertinet, ſed & communi gentium ſenſui repugnat.

II. Nam & in ſacris literis Jephthes regi Ammonitarum ſibi vendicanti terras inter Arnonem & Jacobum, & ab Arabum deſertis ad Jordanem ſitas, objicit trecentorum annorum poſſeſſionem, & ab eo quærit, cur ipſe ejuſque majores tanto tempore ceſſaverint? Et Lacones apud Iſocratem, tanquam certiſſimum, b & apud omnes gentes confeſſum ponunt, poſſeſſiones publicas, non minus quam privatas, multo tempore ita firmari, ut revelli nequeant: quo jure repellunt eos, qui Meſſenam repetebant. Verba Græca ſunt: *τὰς κτήσεις καὶ τὰς ἰδίας καὶ τὰς κοινὰς, ἣν ἐπιγένηται πολὺς χρόνος, κυρίας καὶ πατρῴας ἅπαντες εἶναι νομίζουσι.* Idem (aa) Iſocrates ad Philippum: *κάτοχον καὶ βέβαιον τὴν κτῆσιν πεποιηκότος τοῦ χρόνου· Cum firmam ſtabilemque poſſeſſionem longa dies reddidiſſet.* Hoc jure niſus poſterior Philippus T. Quintio dicebat, *civitates quas ipſe cepiſſet ſe liberaturum: quæ ſibi tradita a majoribus eſſent juſta ac hereditaria poſſeſſione, ſe non exceſſurum.* Sulpitius contra Antiochum diſputans oſtendit iniquum eſſe, ut quod populi Græci in Aſia aliquando ſerviiſſent, id jus poſt aliquot ſæcula eos aſſerendi in ſervitutem faciat. Et * hiſtorici c vetera repoſcere vaniloquentiam vocant: *μυθικὰς καὶ παλαιὰς ἀποδείξεις* Diodorus. Apud Ciceronem eſt de † officiis ſecundo: d *Quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis aut etiam ſæculis ante poſſeſſum, qui nullum habuit, habeat, qui autem habuit, amittat?*

*Judic.* XI, 26.

*Archid.* p. 121. A. *Ed. H. Steph.*

*Livius lib.* XXXII. c. 10.

*Livius lib.* XXXV. c. 16.

* *Tacitus Ann.* 6. c. 31.

† *Cap.* 22.

III. Quid dicemus? Juris effectus 5 qui ab animo pendent, non poſſunt

GROTII.

b *Et apud omnes gentes confeſſum*] In hunc ſenſum diſſerit pro Gallia dux Nivernenſis apud *Thuanum* libro LIX. in anno CIƆ IƆ LXXIV.

c *Vetera repoſcere*] Τὰ πρὸ Εὐκλείδου dicunt Græci ex hiſtoria Attica. uſus inter alios *Nicetas* lib. 1. de Alexio Iſaaci fratre, ubi de Henrico agit Imperatore Friderici filio: *καὶ ταῦτα δὴ τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἀνυποστόλως ἀνακινῶν· ita ille vetera ante Eucliden geſta movebat inverecunde.* [Vide LUCIANUM, in *Cataplo*, T. 1. *Ed. Amſt.* p. 426. & *Hermotim.* pag. 563. *J. B.*]

d *Quam autem habet æquitatem, ut agrum multis annis aut etiam ſæculis ante poſſeſſum, qui habuit, amittat?*] Florus lib. III. c. 13. *Tamen relictas a majoribus ſedes, ætate, quaſi jure hereditario poſſidebant.*

GRONOVII.

5 *Qui ab animo*] Quod alicui jus naſcitur ex eo, quod quis hoc vel illud decrevit, ſtatuit, in animo habuit (exempli gratia te adoptare, heredem facere, & ſimilia) id conſtare nequit & effectum ſortiri ex ſola mentis agitatione, & commentatione: ſed ei, ad quem jus noſtrum referimus, id fuiſſe nobis animi argumentis quibuſdam externis & ſymbolis notabilibus demonſtrandum eſt.

(aa) Verba illa non ſunt *Iſocratis*, ſed *Dionyſii Halicarnaſſ.* in *Judicio de Iſocrate*, ubi exhibet ſummam Orationis ipſius *Archidami*, ex quâ locus præcedens, Cap. IX. pag. 155. Tom. II. *Edit. Oxon. J. B.*



Digitized by Google

poſſunt tamen ad ſolum animi actum conſequi, niſi is actus ſignis quibuſdam indicatus ſit. quia nudis animi actibus efficientiam juris tribuere [6] non fuerat congruum naturæ humanæ, quæ niſi ex ſignis animi actus cognoſcere non poteſt: qua de cauſa etiam interni actus meri [7] legibus humanis non ſubjacent. Signa autem nulla de animi actibus certitudinem habent [8] mathematicam, ſed probabilem tantum: nam & verbis eloqui aliud poſſunt homines, quam quod volunt & ſentiunt, & factis ſimulare. Neque tamen patitur natura humanæ ſocietatis, ut actibus animi ſufficienter indicatis nulla ſit efficacia. ideo quod ſufficienter indicatum eſt, pro vero habetur [9] adverſus eum qui indicavit. Ac de verbis quidem expedita res.

IV. 1. Factis intelligitur derelictum, quod abjicitur, niſi ea ſit rei circumſtantia, *a* ut temporis cauſa & [10] requirendi animo abjectum cenſeri debeat. Sic chirographi redditione *b* cenſetur remiſſum debitum. Recuſari hereditas, inquit Paulus, *c* non tantum verbis, [11] ſed etiam re poteſt, & quovis indicio voluntatis. Sic ſi is, qui rei alicujus eſt dominus, ſciens cum altero eam rem poſſidente, tanquam cum domino contrahat, jus ſuum remiſiſſe merito habebitur: quod cur non & inter reges locum habeat, & populos liberos nihil cauſæ eſt.

2. Simile eſt quod ſuperior concedens inferiori, vel imperans id facere quod facere licite non poteſt, niſi lege ſolvatur *d* [12] lege ſolviſſe eum intelligitur. Venit enim hoc non ex jure civili, ſed ex jure naturali, quo quiſque ſuum poteſt abdicare, & ex naturali præſumtione, qua voluiſſe quis creditur quod ſufficienter ſignificavit: quo ſenſu recte accipi poteſt quod *e* Ulpianus dixit, [13] juris gentium eſſe acceptilationem.

a *L. 9. §. ult. D. de acq. rer. dom. L. 8. D. ad leg. Rhod. l. 43. §. 11. D de furtis.*
b *L. 2. §. 1. ff. de pactis.*
c *L. 95. D. de acq. vel omitt. hered.*
d *L. 57. D. de rer. jud. & l. 3 ff. de off. Prætor.*
e *L. 8. D. de acceptil.*

V. 1. Sub factis autem [14] moraliter veniunt & [15] non facta, conſiderata cum debitis circumſtantiis. Sic qui ſciens & præſens tacet, videtur conſentire: quod & lex Hebræa agnoſcit. Numer. XXX, 4. 5. 11. 12. niſi circumſtantiæ oſtendant, quominus loquatur, metu eum vel alio caſu impediri. Sic amiſſum cenſetur id

e cujus

GRONOVII.

6 *Non fuerat congruum* ] Non eſt enim hominum pectora ſcrutari.

7 *Legibus humanis* ] Cogitationum pœnas nemo patitur. l. 18. D. *de pœn.*

8 *Mathematicam* ] Neceſſariam.

9 *Adverſus eum* ] Ita ut ei noceat, damnum in re aut exiſtimatione afferat, ſi poſtea ſe voluiſſe aliter oſtendat, quam indicavit.

10 *Requirendi animo* ] Ut, ubi licuerit, repetas recolligaſque.

11 *Sed etiam re* ] Non adeundo, cum ſciat ſe adire debere.

12 *Lege ſolviſſe* ] Ut cum Imperator jubet occidere aliquem, ſolvit eum lege Cornelia, vel, *non occides.*

13 *Juris gentium* ] Cum ſit revera juris civilis. §. 2. Inſt. *Quib. mod. tol. oblig.*

14 *Moraliter* ] Per commodam & moribus receptam interpretationem, quædam, quæ facta non ſunt, pro factis habentur.

15 *Non facta* ] Actus negativi: infra num. 8.

e Cujus

Digitized by Google

e cujus recuperandi ſpes projicitur, ut porcos a lupo raptos, & quæ naufragio amittimus, noſtra eſſe deſinere ait Ulpianus, a non ſtatim, ſed ubi recipi non poſſunt, id eſt, ubi non eſt cur credatur aliquis animum domini retinere: ubi nulla talis voluntatis indicia exſtant. Nam ſi miſſi eſſent qui rem inquirerent, ſi promiſſum 16 μήνυτρον, aliud eſſet judicandum. Sic qui rem ſuam ab alio teneri ſcit, nec quicquam contradicit multo tempore, is niſi cauſa alia manifeſte appareat, non videtur id alio feciſſe animo, quam quod rem illam in ſuarum rerum numero eſſe nollet. Et hoc eſt quod alicubi dixit Ulpianus, * ædes longo ſilentio videri pro derelicto a domino habitas. *Parum juſte* (reſcripſit Pius † Imperator) *præteritas uſuras petis, quas omiſiſſe te longi temporis intervallum indicat: quia eas a debitore tuo, ut gratior apud eum videlicet eſſes, petendas non putaſti.*

a L. 44 D. de acq. rerum. dom.

* L. 15. §. 21. D. de damno infect.

† L. 17. §. 1. D. de uſuris.

2. Cui ſimillimum quid in conſuetudine apparet. a Nam hæc quoque, ſemotis legibus civilibus, quæ 17 certo tempore ac modo eam introduci volunt, a populo ſubdito introduci poteſt ex eo quod ab imperium habente toleratur: tempus vero, quo illa conſuetudo effectum juris accipit, non eſt definitum, ſed arbitrarium, quantum ſatis eſt ut concurrat ad ſignificandum conſenſum.

a Thom. 1. 2. q. 97. art. 3. Suar. l. VII. de legibus c. 15.

3. Sed ut ad derelictionem præſumendam valeat ſilentium duo requiruntur, ut ſilentium ſit ſcientis, & ut ſit libere volentis. nam f 18 non agere neſcientis, caret effectu; & 19 alia cauſa cum apparet, ceſſat conjectura voluntatis.

VI. Ut hæc igitur duo adfuiſſe cenſeantur, (bb) valent & aliæ conjecturæ: ſed temporis in utrumque magna vis eſt. Nam primum fieri vix poteſt, ut multo tempore res ad aliquem pertinens non aliqua via ad ejus notitiam perveniat, cum multas ejus occaſiones

### GROTII.

e *Cujus recuperandi ſpes projicitur*] id יאוש dicitur Hebræis juriſconſultis.

f *Non agere neſcientis, caret effectu*] Vide infra hoc libro, cap. XXI. §. 11. Adde ſi vacat *Bart.* Soc. conſilio CLXXXVII. col. 8. *Meiſchnerum* deciſione Camerali IX. n. 113. tomo III.

### GRONOVII.

16 Μήνυτρον] Indicii præmium.

17 *Certo tempore*] Interpp. ad §. 12. Inſt. *de j. nat. gent. & civ.* minimum requirunt decennium & duos actus, aut complures actus minore tempore, præſertim ſi judicio contradictorio probata ſit.

18 *Non agere neſcientis*] Qui ſilet aut quieſcit ignorans ſibi loquendum aut agendum eſſe, præjudicium ſibi non facit.

19 *Alia cauſa*] Quoties intelligitur aliud quid, quam neglectum & conſenſum voluntarium eſſe, quod illum ſilere cogat, non creditur ſilere, quia id, quod diſſimulat, velit, ſed quia loqui non audeat.

(bb) Non tam ex derelictione tacitâ, cujus præſumtio ſatis firma utplurimum non adeſt, quàm ex jure Poſſeſſoris bonæ fidei & ipſo fine Dominii conſtituti, fundamentum juris iſtius deducendum eſſe, oſtendimus ad PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* in Notis alteri Editioni adjectis, Lib. IX. Cap. XII. §. 8. Totum illud Caput in hanc rem conferri poteſt. *J. B.*



Digitized by Google

ſiones ſubminiſtret tempus. Inter præſentes tamen minus temporis ſpatium ad hanc conjecturam ſufficit, quam inter abſentes, etiam [20] ſepoſita lege civili. Sic & [21] incuſſus ſemel metus durare quidem nonnihil creditur, ſed non perpetuo, cum tempus longum multas occaſiones adverſus metum ſibi conſulendi, per ſe, vel per alios ſuppeditet, etiam exeundo fines ejus qui metuitur, ſaltem ut proteſtatio de jure fiat, aut, quod potius eſt, ad judices aut arbitros provocetur.

L. Hoc jure. 3. §. ductus, 4. D. de aqua quot. & æſt.

VII. Quia vero [g] [22] tempus memoriam excedens quaſi infinitum eſt moraliter, ideo [23] ejus temporis ſilentium ad rei derelictæ conjecturam ſemper ſufficere videbitur, [h] niſi validiſſimæ ſint in contrarium rationes. Bene autem notatum eſt a prudentioribus juriſconſultis, [i] non plane idem eſſe tempus memoriam excedens cum centenario, quanquam ſæpe hæc non longe abeunt: quia [k] communis humanæ vitæ terminus ſunt anni centum. quod ſpatium ferme ſolet ætates hominum, aut [l] [24] γενεὰς tres efficere: quas Antiocho * Romani objiciebant, cum oſtenderent repeti ab eo urbes, quas ipſe, pater, avus nunquam uſurpaſſent.

Euſtath. ad Iliados α. vers 250.
* Liv. lib. XXXIV. c. 58.

VIII. 1. Objiciat aliquis, cum homines ſe ſuaque ament, non debere eos credi quod ſuum eſt [25] jactare, ac proinde [26] actus negativos,

**GROTII.**

g *Tempus memoriam excedens*] *Andreas Knich* in tractatu de jure territorii. *Reinking*. lib. I. claſſe V. cap. II. n. 5. *Oldendorp*. claſſe III. art. 2.

h *Niſi validiſſimæ ſint in contrarium rationes*] Menochius I. conſ. XC.

i *Non plane idem eſſe*] *Balbus* de præſcriptionibus id notavit, & in eodem argumento *Covarruvias*. *Reinking* dicto lib. I. claſſe V. c. II. n. 40. de tempore memoriam excedente vide eruditiſſimum *Fabrum* in conſilio pro ducatu Montisferratenſi.

k *Communis humanæ vitæ terminus*] Αἰῶνος μᾶλλον ἤπερ χρόνου dixit Juſtinianus in edicto quinto edito in notis ad arcanam hiſtoriam *Procopii*.

l Γενεὰς *tres*] Nam γενεὰ eſt *τριακονταετία*, triginta annorum ætas, ut *Porphyrius* notat in Homericis quæſtionibus. (pag. 99. *Edit. Barnes.*) tres γενεὰς ſæculum exponit *Herodianus* Severo. (*Lib.* III. *Cap.* 8. *Ed. Boecl.*) in CCC. annis decem in Ægypto fuiſſe reges notat *Philo* in legatione. Lacedæmone annis quingentis reges quatuordecim: *Plutarcho* indicante in Lycurgo. (*Pag.* 58. A.) *Juſtinianus* in novella CLIX. vetat in judicia deduci cauſam, quod jam quatuor γενεαὶ exiiſſent. (*Cap.* 2.)

**GRONOVII.**

20 *Sepoſita lege*] Quæ res immobiles inter præſentes decennio, inter abſentes 20. annis, ſtatuit uſucapi.

21 *Incuſſus ſemel*] Si quis tacuit aut paſſus eſt quid fieri timore percuiſus, eum timorem vim eandem habere per aliquantum temporis ſatis præſumitur.

22 *Tempus memoriam*] Quod quando fuerit, nemo ſupereſt, qui meminerit, pro infinito eſt per humanam imbecillitatem, etſi revera fines certos habuerit.

23 *Ejus temporis ſilentium*] Tantum per ſpatium temporis non declaraſſe voluntatem ſuam ad rei dominium tenendum.

24 Γενεὰς *tres*] Nam γενεαὶ triginta annorum.

25 *Jactare*] Ultra projicere ac per laſciviam alienare.

26 *Actus negativos*] Patientiam ſinendi alios noſtris rebus frui: actus, quibus nihil agendo hoc videmur agere, ut rem noſtram ejuremus & abnegemus, dum alium pro domino ejus ſe gerentem non appellamus, neque interpellamus.

m *Nimis*

Digitized by Google

negativos, etiam cum magno temporis ſpatio, non ſufficere ad eam quam diximus [27] conjecturam. Sed cogitare rurſum debemus [28] bene ſperandum de hominibus, ac propterea non putandum eos hoc eſſe animo, ut rei caducæ cauſa hominem alterum [29] velint in perpetuo peccato verſari, quod evitari ſæpe non poterit ſine tali derelictione.

2. De imperiis vero, quanquam ea [30] magni fieri ſolent, ſcire debemus magna eſſe onera, & quæ non bene adminiſtrata hominem divinæ iræ reddant obnoxium: ac ſicut durum eſſet, qui ſe tutores dicerent, damno pupilli litigare uter ad tutelam jus habeat, aut, qua ſimilitudine ad hanc rem Plato utitur, nautas navis periculo certare quis eorum potiſſimum gubernaret: ita non ſemper laudandos qui cum ſumma jactura, ſæpe & cum ſanguine innocentis populi diſceptare cupiant, quis ejus populi rem ſit curaturus. Laudatur ab antiquis Antiochi dictum, * qui populo Romano gratias egit, quod [m] nimis magna procuratione liberatus modicis terminis uteretur. Inter multa a Lucano ſapienter dicta illud non poſtremum eſt: (*Lib.* II. vers. 60.) *Cicero pro Dejot. c.* 13. *Lib.* I. *De Rep.* pag. 347. D. *Tom.* II. *Ed. Steph.* & Lib. VI. p. 488. * *Val. Max. lib.* IV. c. I.

——— ——— ——— *tantone novorum*
*Proventu ſcelerum quærunt, uter imperet urbi?*
*Vix tanti fuerat civilia bella movere*
*Ut neuter.*

3. Tum vero imperia tandem aliquando in certo & extra controverſiæ aleam conſtitui, humanæ ſocietatis intereſt; quam [31] quæ adjuvant conjecturæ, favorabiles putandæ ſunt. Nam ſi durum putavit [n] [32] Aratus Sicyonius privatas quinquaginta annorum

### G R O T I I.

m *Nimis magna procuratione liberatus*] Ejus animi videtur fuiſſe Jonathan Saulis filius. [1 *Sam.* XXIII, 17.]

### G R O N O V I I.

27 *Conjecturam*] Alienationis.

28 *Bene ſperandum*] Quamdiu contrarium non evidenter pateat & conſtet, putandum inter ſeſe homines eſſe faventes, & quemvis alterius cauſa velle.

29 *Velint in perpetuo*] Quod fiet, ſi retineant animo dominium rei, quam tamen penes alium eſſe tamdiu & pro ſua ab eo tractari & teneri, quam ſua non ſit, ſed aliena, patiuntur.

30 *Magni fieri*] Majore cupiditate retinere & minus facile deſeri quam res privatæ.

31 *Quæ adjuvant*] Ut hæc, qua qui longo tempore poſſeſſionem non repetivit, eam pro derelicta ſpernere ſtatuitur.

32 *Aratus Sicyonius*] *Cic.* 2. off. 23.

### G R O T I I.

n *Aratus Sicyonius*] Sic & poſſeſſiones, ut fuerant, reliquerat Thraſybulus, pace Athenis conſtituta. [At *Thraſybulus*, expulſis XXX. Tyrannis, tulit tantum legem ἀμνηστίας. De poſſeſſionibus, ut fuerant, relictis, nihil habent, nec XENOPHON, *Hiſt. Græc.* Lib. II. in fine; nec DIODORUS SICULUS, *Lib.* XIV. *Cap.* 34. nec ÆSCHINES, *Orat. de falſa leg.* pag. 271. A. nec JUSTINUS, V, 10. nec VALERIUS MAXIMUS, IV, I. *num.* 4. *extern.* qui rem narrant. Fallor an Auctor confudit cum hac Pace *Athenis* conſtituta, eam quæ inter *Siculos* facta eſt, & quâ cautum, referente Thucy-

rum poſſeſſiones labefactari, quanto magis 33 illud Auguſti tenendum eſt, eum virum bonum ac civem eſſe, qui præſentem rei-
*Lib.* VI. publicæ ſtatum mutari non vult, & qui, ut apud Thucydidem
*c.* 79. Alcibiades loquitur, ὅπερ ἐδέξατο σχῆμα τῆς πολιτείας τοῦτο ξυνδιασώζειν. quod τὴν παροῦσαν πολιτείαν διαφυλάττειν dixit (cc) Iſocrates adverſus Callimachum; ſicut & Cicero oratione ad Quirites contra Rullum, otii & concordiæ patrono convenire ait, defen-
*Lib.* XXXV. dere ſtatum reipublicæ qui quoque tempore ſit: & Livius, opti-
*c.* 34. mum quemque præſenti ſtatu gaudere.

*Ang. de Clavaſio in ſumma, in verbo Inventa.* 4. Quod ſi etiam deficerent ea quæ jam diximus, tamen adverſus præſumtionem qua quiſque ſua ſervare velle creditur, validior eſt altera, quod credibile non eſt quemquam ejus quod vult, longo tempore o nullam plane edere ſignificationem idoneam.

IX. Ac forte non improbabiliter dici poteſt non eſſe hanc rem in ſola præſumtione poſitam, ſed p jure gentium voluntario inductam hanc legem, ut poſſeſſio memoriam excedens, 34 non interrupta, nec provocatione ad arbitrum interpellata, omnino dominium transferret. Credibile eſt enim in id conſenſiſſe gentes, cum ad pacem communem id vel maxime intereſſet. Merito autem dixi poſſeſſionem non interruptam, id eſt, ut Sulpitius apud
*Lib.* XXXV. Livium loquitur, *uno & perpetuo tenore juris ſemper uſurpato, nun-*
*c.* 16. *quam intermiſſo.* Idem alibi dixit: * *perpetuam poſſeſſionem, ac nullo*
* *Ibid. num.* 9. *ambigente.* Nam 35 deſultoria poſſeſſio nihil efficit, quomodo Nu-
† *Apud eundem, L.* XXXIV. *c.* 62. midæ excipiebant adverſus Carthaginienſes: † *per opportunitates nunc illos, nunc reges Numidarum uſurpaſſe jus, ſemperque penes eum poſſeſſionem fuiſſe, qui plus armis potuiſſet.*

X. 1. Sed alia hic, & quidem perdifficilis, ſuboritur quæſtio, an 36 nondum natis jus ſuum tacite tali derelictione poſſit decedere.

*Thucydide*, ut ſinguli, quæ tum haberent in poteſtate, retinerent: Ἔχοντες ἃ ἕκαστοι ἔχουσι. Lib. IV. c. 65. BONGARSIUS id, tamquam exemplum ſimile obſervaverat, in nota ad laudatum *Juſtini* locum: quod forte anſam dedit errori Auctoris noſtri. *J. B.*]

o *Nullam plane edere ſignificationem idoneam*] Crantzius Saxonicorum XI. n. 10. & 13.

p *Jure gentium voluntario inductam hanc legem*] Narrat *Gregoras* cum Catanæ majoribus data eſſet ab Imperatoribus Græcis Phocæa, adjectam legem, ut ſinguli ſucceſſores ſcriptam ederent profeſſionem ſe eam tenere adminiſtratorum titulo, μὴ λάθῃ παραχρησαμένη τὴν βασιλικὴν δεσποτείαν τοῦ χρόνου μακρὰ περίοδος· *ne inobſervatus diuturni temporis lapſus jus imperatoris excluderet.*

GRONOVII.

33 *Illud Auguſti*] *Macrobius* 2. *Saturn.* 4. Sic *Juſtinus* laudat Bacabaſum, qui præſenti ſtatu contentus, noluit conſpirare cum Artabano, 3, 1.

34 *Non interrupta*] Per veteris domini apprehenſionem.

35 *Deſultoria poſſeſſio*] Ad breve tempus in poteſtate habuiſſe vel poſſediſſe. *Deſultores* genus ſpectaculi, quo aliquis trahens tres vel quatuor equos in curſu ex uno in alium tranſiliebat. *Manil.* 5, 85. *Flor.* 3. 3. Hinc *deſultoria levitas* eorum, qui nulli rei diu immorantur.

(cc) Eſt apud Oratorem τὴν παροῦσαν τύχην διαφυλάττειν, circa finem Orationis, pag. 383. E. *Ed. H. Steph.* *J. B.*

GRONOVII.

36 *Nondum natis*] Si pater, priuſquam

dere. Si non poſſe dicimus, 37 nihil ad tranquillitatem imperiorum ac dominiorum profecit modo data definitio, 38 cum pleraque talia ſint, 39 ut poſteris debeantur. Sin poſſe affirmamus, mirum videbitur quomodo nocere ſilentium poſſit his, qui loqui non potuerunt, quippe cum nec exiſterent; aut quomodo aliorum factum aliis damno eſſe poſſit.

2. Ad hujus nodi ſolutionem ſciendum eſt, ejus qui nondum natus eſt nullum eſſe jus, ſicut nec ulla ſunt accidentia rei non exiſtentis. Quare ſi populus, 40 a cujus voluntate jus regnandi proficiſcitur, voluntatem mutet, iis qui nondum nati ſunt, ut quibus jus quæſitum nondum eſt, nullam facit injuriam. Sicut autem populus expreſſe mutare voluntatem poteſt, ita & tacite credi mutaſſe. Mutata igitur populi voluntate, q neque dum exiſtente eorum jure qui exſpectari poſſunt; parentibus autem e quibus naſci poſſunt, qui jus ſuo tempore eſſent habituri, id ipſum jus derelinquentibus, nihil eſt quod obſtet quominus illud ut derelictum ab alio occupari poſſit.

3. Agimus de naturali jure. nam jure civili ut aliæ fictiones ita & hæc introduci poteſt, r ut 41 eorum qui nondum ſunt perſonam lex interim ſuſtineat, atque ita impediat ne quid adverſum eos occupari poſſit: quod tamen leges velle non temere cenſendæ ſunt, quia privata iſta utilitas publicæ valde repugnat. Unde & illa feuda, quæ 42 non ex jure proximi poſſeſſoris, ſed ex vi inveſtituræ primitivæ deferuntur, longo ſatis tempore acquiri poſſe receptior ſententia eſt; quod ad 43 jura majoratus, & ad 44 res

quam gignat, ſilentio & pro derelicto imperium vel dominium habendo amiſerit, an filius poſtea in ſpem ſucceſſionis genitus idem amiſiſſe cenſendus ſit.

GROTII.

q *Neque dum exiſtente eorum jure qui expectari poſſunt*] Multa ſunt in hiſtoriis talium derelictionum exempla. Vide unum illuſtre in Ludovico IX. Francorum rege, pro ſe liberiſque abdicante jus, quod per Blancam matrem in Caſtellæ regnum habere poterat, apud *Marianam* libro XIII. c. 18.

r *Ut eorum qui nondum ſunt, perſonam lex interim ſuſtineat*] Ut lex civilis in hereditate jacente.

GRONOVII.

37 *Nihil profecit*] Qua filius ille, poſtquam ſuæ tutelæ factus erit, ſemper turbaturus eſt, quod pater conceſſit.

38 *Cum pleraque*] Imperia & dominia.

39 *Ut poſteris*] Succeſſione hereditaria tranſeant.

40 *A cujus voluntate*] Qui regem ſibi, qua conditione voluit, præfecit.

41 *Eorum qui nondum*] Ut, quod hi non poſſunt acquirere vel retinere, quia nondum exiſtunt, id acquirant vel retineant beneficio legis, quæ rationem habuit etiam futurorum, quaſi jam eſſent.

42 *Non ex jure proximi*] Quæ obveniunt tertiis vel quartis, non tanquam ſucceſſoribus & heredibus proximi vaſalli vel feudatarii, ſed tanquam ſimul nominatis & adoptatis, cum primus inveſtiretur, in caſum deficientis ejus.

43 *Jura majoratus*] Prærogativas ſeniorum ſive majorum natu. Πρωτοτοκια,



Digitized by Google

44 res fideicommiſſo obnoxias non infirmis rationibus ſubnixus producit ſummi judicii juriſconſultus Covarruvias *.

* *C. poſſeſſor. p. 3. §. 3. Spec. tit. de feud. § quoniam. verſ. § queritur. Chaſſ. de conſ. Burg.* des mains-mortes. §. 6. *verſ.* par an & jour, *n. 2. Cravet. de ant. temp. p. 4. §. materia n. 90.*

4. Nihil enim prohibet quominus lege civili jus tale introduci poſſit, quod 45 uno actu alienari licite non poſſit; poſſit tamen ad vitandam dominiorum incertitudinem certi temporis neglectu amitti: atque ita etiam, ut extituris ſalva ſit actio perſonalis 46 adverſum eos qui neglexerunt, aut eorum heredes.

XI. Ex his quæ diximus apparet, & regi adverſus regem, & populo libero adverſus populum liberum jus acquiri poſſe, ut expreſſo conſenſu, ita derelictione, & eam ſecuta, aut ex ea vim novam capiente apprehenſione. Nam quod dicitur, quæ ab initio non valent, ex poſt facto 47 convaleſcere non poſſe, hanc habet exceptionem, niſi 48 cauſa nova jus per ſe parere idonea interceſſerit. Similiter & alicujus populi rex verus amittere poterit regnum & 49 populo ſubjici; & qui revera non rex, ſed princeps erat, f rex ſummo cum imperio fieri, & ſummum imperium quod penes populum, aut penes regem in ſolidum erat, inter eos dividi.

XII. 1. 50 Illud etiam indagari operæ pretium eſt, an lex de uſucapione

τέκνα, τὰ πρεσβεῖα τῶν πρωτοτόκων. hic feuda regalia, emphyteuſes, anniverſaria, ſive capellæ, jus patronatus, fideicommiſſa, & quæ pro indiviſo ab uno ad alium derivantur in familia aliqua. Auctor de majoratu 2, 15. 4. p. 165. Voyage d'Eſpagne cap. 10. p. 62. *La nobleſſe d'Eſpagne a un beau droit, ſi au moins il luy eſt bien conſervé, c'eſt que pour endettée qu'elle ſoit, on ne peut luy ſaiſir que le revenu de ſon bien, parce qu'il eſt tout en majorazgo, c'eſt à dire fideicommis.* Et cap. 11. p. 75. *Quand il les vit engagez de toutes parts, il permit qu'on ſe puſt attaquer à leurs fiefs, & ainſi oſta le privilege de majorazgo, qui eſtoit le plus beau qu'euſt la nobleſſe d'Eſpagne.*

GROTII.

f *Rex ſummo cum imperio fieri*] Vide *Vaſquium* controverſiarum illuſtrium lib. I. c. XXIII, 3. Adde eundem libro II. c. LXXXII, 8. 9. & ſequentibus. vide & *Panormitanum* lib. I, conſ. LXXXII. Et *Peregrinum* de jure fiſci VI, c. VIII. §. 10.

GRONOVII.

44 *Res fideicommiſſo*] Quas ita tenet heres vel dominus, ut alienare aut minuere nequeat, ſed ex inſtituto ejus, unde accepit, compellitur, integras ſervare proximo ſucceſſori.

45 *Uno actu*] Traditione, venditione, &c.

46 *Adverſum eos*] Non adverſus eum, qui uſucepit.

47 *Convaleſcere non poſſe*] Quod hic poſſet dici adverſus eum, qui primum aliena invaſit.

48 *Cauſa nova*] Ut hic longum tempus, & veteris domini ſilentium.

49 *Populo ſubjici*] Rex legibus ſolutus poterit legibus ſubjici.

50 *Illud etiam &c.*] In quæſtione, an partes ſummi imperii, ſeu jura majeſtatis poſſint præſcribi, vix auſim repugnare ſententiæ auctoris, ne crabrones irritem, adeo in eam certatim irruunt politici. Etſi primo ſuſpecta eſt aulicæ adulationis: deinde ferit ipſos principes: nam quum nemo tota Europa principum aut regum jura illa majeſtatis abſoluta illud ſummum imperium, quale fingunt, ab ſuo populo acceperit, ſed quicumque illud tenent, uſurpatione, præſcriptione, patientia populorum teneant: ſi ea jura præſcribi non poſſunt, ne ipſi quidem illa præſcribere, & longi temporis uſurpa-

uſucapione aut præſcriptione, condita ab eo qui habeat ſummum imperium, pertineat etiam 51 ad ipſum jus imperii, & ejus partes neceſſarias 52 quas alibi explicavimus. Pertinere arbitrari videntur juriſconſulti non pauci, * qui quæſtiones de ſummo imperio ex jure tractant civili Romanorum. t Nos aliter arbitramur. nam ut quis legibus obligetur, requiritur in legis auctore & poteſtas, & voluntas, ſaltem præſumta. 53 Se per modum legis, id

* *Bart. in l. Hoſtes, D. de capt. & in l. 1. D. de aq. pluv. arc. Jaſ. conſ. 70. lib. III. Aymon. de antiq. p. 4. verſic. materia iſta. n. 73. Ant. Corſetus de excell. reg. q. 104. Bald. de præſc. 1. p. princ. & 2. part. qu. 2. Caſtal. de Imp. quæſt. 53. & Covar. in c. peccatum de reg. juris in 6. p. 2. §. 9. in fine.*

uſurpatione acquirere potuerunt: denique eoſdem principes, ſi partes illorum jurium a majoribus neglectas, aut ordinibus conceſſas hac politicorum diſputatione inducti improvide repetant, obnoxios reddit turbis domeſticis ac ſeditionibus, tanquam libertatis oppreſſores: cujus rei lugubre exemplum in rege cætera optimo præbet Albion. Valeat tamen ipſa, ſed argumenta conſideremus.

Ait affirmare juriſconſultos, qui has quæſtiones tractant ex jure civili Romanorum. Quaſi ex jure civili Romanorum didicerit Lycurgus, ut *legum ſuarum non inventione quam exemplo eſſet clarior, nec quidquam in alios ſanciret, cujus non ipſe in ſe documentum daret.* Juſtin. 3, 2. Quaſi ex eodem in ſe fuerit ſeverus Charondas, qui lege lata, ne quis in concionem veniret armatus, ſeditione orta, dum ipſe ex agro accinctus ferro domum redit ſubito de via in concionem, ſicut erat, progreſſus, dicente quodam, *legem abs te latam ipſe deſtruis*, reſpondit, *minime, ſed ratam faciam*, gladioque ſtricto incubuit. *Diodor.* 17, 9. Quaſi ex jure civili Theodoſius ad filium apud *Claudianum* in IV. conſul. Honorii: (*verſ.* 296. *& ſeqq.*)

*In commune jubes ſi quid, cenſesve tenendum*
*Primus juſſa ſubi, tunc obſervantior æqui*
*Fit populus, nec ferre negat, cum viderit ipſum*
*Auctorem parere ſibi* ———

Itaque ſi naturæ jus reſpicimus, quæ ſemper tendit ad optimum, & eum dictitat eſſe legiſlatorem, qui ſit omnium juſtiſſimus, non eſt dubium, quin illa præcipiat: Quod quiſque in alium ſtatuerit, ipſe eodem jure utatur. Ut quis legibus obligetur, requiri ait in legis auctore voluntatem, ſaltem præſumtam. In bono præſumi quis neget? in malo, qui legum ſuarum lator & everſor eſt, ut de Pompejo *Tacitus* loquitur, quis ſperet? [At vide, quæ diximus in PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VI. §. 3. Not. 4. Præterea Vir Doctiſſimus heic mutat ſtatum quæſtionis. Auctor enim noſter agit de *Uſucapione* aut *Præſcriptione*, qualis à Legibus Civilibus certo quodam annorum numero definitur, & ſub certis quibuſdam conditionibus conſtituitur. Ceteroquin tantum abeſt ut derelictionem tacitam, ſecundum Jus Naturæ & Gentium, ad jus ipſum Imperii pertinere neget, ut contra ſtatuat paullo poſt, *num.* 2. tantum temporis ſpatium, quantum Leges Civiles poſtulant, non requiri ad adquirendum ſummum imperium, ſi intra id tempus conjecturæ derelictionis ſufficientes adpareant: immo res Summi Imperii certo tempore adquiri poſſe, etiam ubi talis adquiſitio in aliis rebus vetatur Jure Civili. *J. B.*]

### GROTII.

t *Nos aliter arbitramur*] Et Don *Garzias Maſtrill.* de magiſtratu lib. III. c. 11, 26. *Joh. Oldendorpius* conſil. Marp. V. n. 47. volum. I.

### GRONOVII.

51 *Ad ipſum jus imperii*] Bodin. lib. I, cap. 10.

52 *Quas alibi*] I, 3. 6.

53 *Se per modum legis*] Id eſt, per modum ſuperioris obligare nemo poteſt. Falſiſſimum: An non populus obligat ſe lege, cum legem jubet? annon legem fecit ſe ſuperiorem? Cur ergo legum imperia Romæ fuiſſe ejectis regibus ait *Livius*? Si quis ipſum



Digitized by Google

id eſt, per modum ſuperioris, obligare nemo poteſt: & 54 hinc eſt quod legum auctores habent 55 jus leges ſuas mutandi: Poteſt tamen quis obligari ſua lege, non directe, ſed per reflexionem, u qua ſcilicet 56 pars eſt communitatis ex æquitate naturali, quæ partes vult componi ad rationem integri. quod a Saule 57 in regni initiis obſervatum notat ſacra hiſtoria, Sam. XIV, 40. 58 Sed hoc hic locum non habet, quia legum auctorem hic conſideramus, non ut partem, ſed ut eum in quo virtus inſit integri. agimus enim de ſummo imperio 59 qua tali. Sed nec voluntas adfuiſſe præſumitur:

ſeſe obligare poteſt ſponſione, ſi jurejurando, quidni & lege? lex eſt communis ſponſio civium, inquit JC. lex eſt quaſi ſacramentum civium; unde leges Pythagoreorum collegii *ſodalitii juris ſacramenta* dicit *Juſtinus*. Sophiſtica cavillatio, quam didicit a *Bodino* I, 8. 134. [Vide, quæ pro Auctore noſtro diximus in Nota jam indicatâ ad PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VI. §. 3. *J. B.*]

GROTII.

u *Qua ſcilicet pars eſt communitatis*] Vide infra hoc libro, cap. XX. §. 24. *Seneca* epiſtola LXXXV. *Duas perſonas habet gubernator: alteram communem cum omnibus qui eandem conſcenderunt navem, qua ipſe quoque vector eſt, alteram propriam qua gubernator eſt.* Tractant hoc *Claud. Seiſellus* de rep. Gall. lib. I. *Chaſſanæus* de gloria mundi parte V. conſ. 5. *Gaillius* lib. II. obſ. LV. num. 7. *Bodinus* de Republica lib. I. c. VIII. *Reinking* I. c. XII.

GRONOVII.

54 *Hinc eſt quod legum auctores jus habent leges ſuas mutandi*] Peſſimum principium, & prorſus tyrannicum, mutandæ legis jus eſſe, quia auctor ea obligatus non eſt. Immo hinc auctor legum jus habet mutandi, quod ſalus populi ſuprema lex eſt. Hæc ſalus populi, quæ eſt lex ſumma, quum ejus cauſa comparatæ ſint leges omnes, & ad illam referantur, ſimul atque aliqua lex inferior ei pugnare deprehenditur, abſolvit populum vel principem ab ea, quam ſe fecit ſuperiorem, lege, & jus ei dat inutilem & degenerantem dominum exuendi.

Agnoſcit tamen ex æquitate naturali obligari legiſlatorem ſua lege: non tamen directe, ſed per reflexionem, quatenus pars eſt communitatis. Atqui non aliter eſt legiſlator, quam qua caput, qua pars eſt, primaria quidem, pars tamen corporis. Itaque peſſime facit, cum quod voce ædificat, exemplo deſtruit, nec tam ſe ad uſum communitatis, quam illam ad libidinem ſuam aptat. A Saule in regni initiis ait hoc obſervatum. Quaſi ſignificet, id non fuiſſe obſervaturum, ſi fuiſſet confirmatior. Poteſt fieri: ſed & fuiſſet tanto pejor, nec jus naturæ, ſed ſuam libidinem eſſet ſecutus.

55 *Jus leges ſuas mutandi*] Falſum: id enim inde, quod ſalus publica ſuprema lex eſt.

56 *Pars eſt communitatis*] Infra 2, 20. 24.

57 *In regni initiis*] Hoc eſt, quum retineret mores, nondum a fortuna corruptus.

58 *Sed hoc hic locum non habet, quia legum auctorem hic conſideramus, non ut partem, ſed ut eum, in quo virtus inſit integri*] Hoc illudere eſt: legis auctor in lege ferenda conſideratur non ut pars communitatis, ſed ut is, in quo virtus ſit integri: ergo ſua lege non tenetur. Negamus etiam conſequentiam: diximus enim, quoties integrum, hoc eſt, populus omnis, ipſe legem accipit & jubet, non tantum ſingulis eum, ſed & ſibi jus ponere, non ſingulis tantum ſed & ſe omni eam legem ſuperiorem & dominam agnoſcere: ergo multo magis qui repræſentat integrum.

59 *Qua tali*] De ſummi imperii poſſeſſore, quatenus ſummus eſt & extat ſupra omnes, qui agnoſcunt ejus imperium.

60 *Non*

Digitized by Google

præſumitur: quia legum auctores [60] non cenſentur ſe velle comprehendere, [61] niſi ubi & materia, & ratio legis ſunt univerſales, ut [62] in æſtimandis rerum pretiis. At ſummum imperium non eſt paris rationis cum rebus aliis: imo nobilitate ſua res alias multum excedit. Neque ullam vidi legem civilem de præſcriptione agentem, quæ ſummum imperium comprehenderet, aut comprehendere voluiſſe probabiliter cenſeri poſſet.

2. Unde ſequitur, neque [63] tempus lege definitum ſufficere ad acquirendum ſummum imperium aut partem ejus neceſſariam, ſi deſint [64] conjecturæ naturales, de quibus ſupra egimus: neque tantum temporis ſpatium requiri, ſi [65] intra id tempus eæ conjecturæ quantum ſatis eſt adſint: neque legem civilem quæ acquiri certo tempore res vetat, ad res ſummi imperii pertinere. Poſſet

tamen

GRONOVII.

60 *Non cenſentur ſe velle comprehendere*] Jam diximus Lycurgum & Charondam eam cenſionem ſibi turpiſſimam & morte graviorem putaſſe.

61 *Niſi ubi materia & ratio legis ſint univerſales*] Quidni ſit univerſalis hujus legis ratio? Uſucapio & præſcriptio longi temporis ſunt pœna indiligentium patrumfamilias: a qua ſe eximere illum, qui pro omnibus debet vigilare, quam decorum eſt? Uſucapio & præſcriptio ſunt inventæ, ne dominia rerum in incerto eſſent. Quid ergo indignius, aut magis diſſolvendo imperio, quam jus ſummi imperii inter incertos vagari?

Videtur potius in hac quæſtione inſpiciendum, quid poſſit præſumi de voluntate populi: is enim cum ſummum imperium alicui tribuit, non id ei tanquam privatam poſſeſſionem adſignat, ſed inſtar procurationis: nec jus ſuum & ipſe alienat, ſed fidei committit: eoque dando & commendando retinet per illum, in quo virtutem eſſe integri voluit. Tantum ſtatuit, neminem illud adminiſtrare, niſi quem ſibi præfecit, & cui perſonam integri impoſuit. quam ſi ille negligat perſonam, non illud jus redditur vacuum & ſine domino, ut poſſit occupari, ſed populi manet. Populum enim intelligimus perfectam ſocietatem, quæ non intelligitur ſe velle in prædam dare, ac patere rapinis occupantium. Itaque juris iſtius æterna auctoritas eſt, non ob perſonam legiſlatoris, qui, ſi Diis placet, omnibus ab ſe latis legibus liber ſit, ſed ex perſona populi, quam legiſlator ille repræſentat, cujuſque æternum jus tuetur. Quemadmodum Cancellarius ille Galliæ regem nunquam dicebat mori, ita ſummum jus nunquam ſit vacuum in civitate. Nam aut ejus, cui populus dedit, ſive quaſi procuratori, ſive quaſi (quando ita vult & loquitur interdum auctor noſter) fructuario, quo extincto vel fructum negligente proprietas ſalva eſt populo, qui nunquam moritur. Ita ſemper poſſidetur, nec jure poteſt a quoquam invadi.

Quod autem negat ὁ πάνυ ſe ullam vidiſſe legem civilem de præſcriptione agentem, quæ ſummum imperium comprehenderet, aut comprehendere voluiſſe probabiliter cenſeri poſſet: ejus rei duplex eſt ratio: prior, quod nullus populus jus ſuum minuere voluit, nec juſtiſſimam, certiſſimam, æternam poſſeſſionem ſuam facere dubiam: altera, quod invaſores ac tyranni, præterquam quod bona fide deſtituuntur; armorum vi, & ſi lubet, populo in obſequia jurare coacto, aut alia ſpecie juris utuntur, ut ad præſcriptionem decurrere illis neceſſe non ſit.

62 *In æſtimandis*] Si lege princeps ſtatuat mercibus pretium, non minoris eas ipſe comparabit.

63 *Tempus lege definitum*] Ad res privatas uſucapiendas.

64 *Conjecturæ naturales*] Quæ voluiſſe interpretantur, quod quis ſatis ſignificavit, *num.* 4.

65 *Intra id tempus*] Citius quam lege definitum.

2 Quod

tamen in ipſa imperii delatione populus ſuam exprimere voluntatem; quo modo ac tempore amitti imperium non utendo poſſet: quæ voluntas ſequenda haud dubie eſſet, nec infringi poſſet a rege etiam ſummum imperium obtinente: quia non ad imperium ipſum, ſed ad ejus habendi modum pertineret: quo de diſcrimine 66 alibi diximus.

*Covarruv. c. poſſeſſor, part. 2. §. 2. num. 12, 13*

XIII. Ea vero quæ de ſummi imperii natura non ſunt, nec ut proprietates naturales ad eam pertinent, ſed aut ſeparari ab ea naturaliter poſſunt, aut ſaltem cum aliis communicari, omnino ſubjacent legibus populi cujuſque civilibus, quæ de uſucapione & 67 præſcriptione factæ ſunt. (dd) Sic ſubditos eſſe videmus, qui præſcriptione acquiſierunt, 68 ut appellari ab iis non poſſit: ita tamen ut ſemper aliqua ab eis ſit provocatio, per ſupplicationem ſcilicet, vel alium modum. Nam ut ab aliquo nulla ratione poſſit provocari, 69 cum perſona ſubditi pugnat, ac proinde ad ſummum imperium aut partem ejus pertinet, nec poteſt aliter acquiri quam 70 ſecundum jus naturale, cui ſumma imperia ſubjacent.

XIV. 1. Ex his apparet, quatenus recipi poſſit x quod ajunt nonnulli, ſemper 71 licere ſubditis ſi poſſint in libertatem, eam ſcilicet 72 quæ populi eſt, ſe vindicare: quia quod vi partum eſt imperium, vi poſſit diſſolvi; quod autem 73 ex voluntate ſit profectum, in eo pœnitere liceat, & mutare voluntatem. Nam & quæ vi parta primum ſunt imperia, poſſunt ex voluntate tacita jus firmum accipere, & voluntas aut ex initio conſtituti imperii aut ex poſt facto eſſe poteſt talis, ut jus det quod in poſterum a voluntate non pendeat. Agrippa rex apud Joſephum in oratione ad Judæos, qui ex præpoſtero repetitæ libertatis ſtudio Zelotæ dicti ſunt, ſic ait: *Intempeſtivum eſt nunc libertatem concupiſcere. Olim ne ea amitteretur certatum oportuit. Nam ſervitutis periculum facere durum eſt, & ne id ſubeatur, honeſta certatio. At qui ſemel*

*De Bell. Jud. Lib. II. c. 26. pag. 805. B.*

*ſubactus*

GROTII.

x *Quod ajunt nonnulli* ] Ut *Vaſquius* dicto libro II. c. LXXXII. n. 3.

GRONOVII.

66 *Alibi* ] I, 3. II.

67 *Præſcriptione* ] Longi temporis uſu.

68 *Ut appellari* ] Ut res a judicibus eorum deciſa ad aliud, tanquam ſuperius, tribunal deferri, & iterum cognoſci nequeat.

69 *Cum ſubditi perſona repugnat* ] Aut *pugnat*, aut *ſubditi perſonæ repugnat*, voluit dicere.

70 *Secundum jus naturale* ] Quo cujuſque eſt, quod ut eſſet, ipſi fecimus.

71 *Licere ſubditis* ] I, 3. 12.

72 *Quæ populi eſt* ] Civilis, non perſonalis.

73 *A voluntate* ] Contraria voluntate nequeat irritum reddi. Si *Juſtinus* regem ait apud Perſas nonniſi morte mutari.

(dd) Verius eſt, non poſſe à Subdito plenè adquiri longi temporis poſſeſſione ullum jus, quod ad ſummum imperium pertinet. Dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. Vide interim Diſſertationem Clariſſimi & Celeberrimi JCti Halenſis, CHRISTIANI THOMASII, *De Præſcriptione Regalium ad jura Subditorum non pertinente*, ann. 1696. *Halæ Saxonum* editam. *J. B.*

*y Honeſtum*

Digitized by Google

*ſubactus deficit*, *non libertatis amans dicendus eſt*, *ſed ſervus contumax.* Atque ipſe Joſephus ad eoſdem: y *Honeſtum quidem eſt pugnare pro libertate*, *ſed id olim factum oportuit. At qui victi ſemel ſunt & longo tempore paruerunt*, *ſi jugum excutiant*, *faciunt quod deſperatorum hominum eſt*, *non quod libertatem amantium.* Et hoc ipſum Cyrus olim Armenio regi dixerat, qui rebellioni ſuæ obtendebat libertatis pridem amiſſæ deſiderium.

*De B. Jud. Lib.* VI. c. 25. p. 927.
*Xenoph. de Cyri inſtit.* L. III. c. 1. §. 6, 7.

2. Cæterum quin & regis longa patientia talis, qualem ſupra deſcripſimus, poſſit populo ſufficere ad pariendam libertatem publicam, ex præſumta imperii derelictione, minime dubitandum arbitror.

XV. Jura vero quæ non habent quotidianum exercitium, (ee) ſed ſemel ubi commodum erit, z 74 ut luitio pignoris; item 75 jura libertatis, quibus actus is qui exercetur non eſt directe contrarius, ſed ei ineſt ut pars ſuo integro; velut ſi quis per centum annos ſocietatem cum uno duntaxat vicino habuerit, cum tamen habere & cum aliis poſſet; non amittuntur niſi ex quo tempore interceſſit prohibitio aut coactio, eique paritum eſt cum ſufficienti conſenſus ſignificatione: quod cum non juri civili tantum, ſed & rationi naturali congruat, merito locum habebit etiam inter ſummæ fortunæ homines.

GROTII.

y *Honeſtum pugnare pro libertate*, *ſed id olim factum oportuit* ] Eadem ferme verba reperies in oratione comitis Blanderatenſis ad Mediolanenſes apud *Radevicum* 1. c. 40.

z *Ut luitio pignoris* ] Vide *Parutam* hiſtoria Veneta VII.

GRONOVII.

74 *Luitio pignoris* ] L. 5. C. *de pign. act.* ſi non fuerit conventum de certo tempore, intra quod lui debeat. 3, 20. 60. Adde *Freheri* parerg. 1, 10.

75 *Jura libertatis* ] In argumento capitis vocat *jura meræ facultatis*, quæ non alligantur certæ legi aut pacto aut conditioni, nec præfixo tempori aut ſtatuto modo: ſed quæ poſſis uſurpare & non uſurpare, vel uſurpare, quoties libet & quando libet: ad quæ quis actione cogi non poteſt. Ea non poſſe præſcribi aut præſcriptione tolli probant Dd. ex l. 2. D. *de via publ. & itinere publico* ref. *Gail.* lib. 2. obſ. 8. n. 4. Tale jus flaminis Dialis in ſenatum veniendi apud *Livium* 27, 9.

(ee) De Juribus illis, qui dicuntur *meræ facultatis*, & inter alia, de *luitione pignoris*, legi digniſſima Diſſertatio ſingularis Collegæ mei Clariſſimi & Juris peritiſſimi *P. de Toullieu*, quæ tertia ordine eſt in *Diſſertationum Juridicarum Triade*, Ultrajecti ann. 1706. edita. De re ipſa dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

## CAPUT V.

### De acquiſitione originaria juris in perſonas: ubi de jure parentum: de matrimoniis: de collegiis: de jure in ſubditos: ſervos.

I. *De jure parentum in liberos: & ibi de infantium dominio in res;*
II. *Diſtinctio temporis infantiæ:*

III. *Tem-*

III. *Temporis extra infantiam in familia:*
IV. *Ibi de jure coërcendi liberos:*
V. *De jure vendendi liberos:*
VI. *Temporis extra infantiam & familiam.*
VII. *Diſtinctio poteſtatis parentum naturalis & civilis.*
VIII. *De jure mariti in uxorem.*
IX. *Inſolubilitas & adſtrictio ad unam uxorem an ſint neceſſaria ad matrimonium ex lege naturæ, an tantum ex lege euangelica.*
X. *Jure naturæ ſolo irrita non eſſe connubia ob defectum conſenſus parentum.*
XI. *Ex lege euangelica irrita eſſe connubia cum alieno viro & uxore.*
XII. *Illicita & irrita eſſe jure naturæ connubia parentum cum liberis.*
XIII. *Connubia fratrum cum ſororibus, item novercæ cum privigno, & ſoceri cum nuru, ac ſimilia, illicita & irrita eſſe jure divino voluntario.*
XIV. *Non idem videri de connubiis cum propinquis ulterioris gradus.*
XV. *Poſſe eſſe quædam connubia & licita, quæ a legibus appellentur nomine concubinatus.*
XVI. *Poſſe quædam connubia illicita contrahi, & tamen rata eſſe.*
XVII. *Jus majoris partis in quibuſvis ſocietatibus.*
XVIII. *Pari numero quæ ſententia prævaleat.*
XIX. *Quæ ſententia dividenda aut conjungenda.*
XX. *Abſentium jus præſentibus accreſcere.*
XXI. *Ordo quis inter pares, etiam reges.*
XXII. *In ſocietatibus, quæ fundamentum habent in re, ſententias æſtimandas ſecundum partes quas quiſque habet in re.*
XXIII. *Jus civitatis in ſubditos.*
XXIV. *An civibus a civitate diſcedere liceat, per diſtinctionem explicatur.*
XXV. *Jus civitati nullum in exſules.*
XXVI. *Jus ex conſenſu in filium adoptatum.*
XXVII. *Jus in ſervos.*
XXVIII. *Quatenus in hoc jure dicatur ineſſe jus vitæ ac necis.*
XXIX. *Quid ex jure naturæ ſtatuendum de his, qui ex ſervis naſcuntur.*
XXX. *Servitutis diverſa genera.*
XXXI. *Jus ex conſenſu in populum, qui ſe ſubjicit.*
XXXII. *Jus ex delicto in perſonam.*

I. NOn in res tantum, ſed & in perſonas jus quoddam acquiritur, & originarie quidem ex generatione, conſenſu, delicto. Generatione parentibus jus acquiritur in liberos: utrique, inquam, parentum, patri, ac matri: [a] ſed ſi [1] contendant inter

### GRONOVII.

1 *Contendant inter ſe*] Aliud pater, aliud mater præcipiat, utique in mediis & in utramque partem permiſſis. *Quintil.* decl. 6. *Poteram quidem fortiter dicere: Pater juſſi &c. Sint ſane jura patria, ſedeatque medius inter duos judex: non comparatio perſonas, quamvis apud omnes gentes plus juris habeat pater.*

### GROTII.

a *Sed ſi contendant inter ſe imperia, præfertur patris imperium*] Seneca

inter ſe imperia, præfertur patris imperium, ob ſexus præſtantiam.

II. 1. Diſtinguenda autem (aa) ſunt in liberis tria tempora: primum tempus imperfecti judicii, τοῦ βουλευτικοῦ ἀτελοῦς, ut A- *Pol. 1. c. ult.*
riſtoteles loquitur, dum abeſt προαίρεσις, 2 vis electrix, ut idem *Nic. III, 4.*
alibi: ſecundum tempus perfecti judicii, ſed dum filius pars manet familiæ parentum, ἕως ἂν μὴ χωρισθῇ, ut loquitur idem Ari- *Eth. V.*
ſtoteles: tertium poſtquam ex ea familia exceſſit. b In primo *c. 10.*
tempore omnes liberorum actiones ſub 3 dominio ſunt parentum: æquum enim eſt, ut qui ſe regere non poteſt, regatur aliunde. Æſchyli dictum eſt: (bb)

. ——— *ætas prima, ceu brutum pecus,*
*Ut educetur mentis aliena indiget.*

At alius naturaliter inveniri non poteſt, cui regimen competat, quam parentes.

2. Eſt tamen eo quoque tempore filius aut filia capax 4 dominii in res ex jure gentium, ſed exercitium impeditur ob eam quam * diximus judicii 5 imperfectionem. Habent jus, ut de pueris ** Supra c. 3. §. 6.*
Plutarchus loquitur, 6 ἐν κτήσει non ἐν χρήσει. Quare 7 ut res omnes *De Fort. Alex. II. p. 337. C.*

neca libro III. controverſia XIX. *Primæ partes ſunt patris, ſecundæ matris.* Chryſoſtomus 1 ad Cor. XI, 3. εἰκότως ὑποτέτακται τῷ ἀνδρὶ ἡ γυνή. ἡ γὰρ ἰσοτιμία μάχην ποιεῖ· *merito viro femina ſubjicitur, nam æqualitas honoris pugnam parit.* Idem ad Epheſios capite IV. ἀρχὴ δευτέρα ἐστὶν ἡ γυνή. μήτε οὖν αὐτὴ τὴν ἰσοτιμίαν ἀπαιτείτω (ὑπὸ γὰρ τὴν κεφαλήν ἐστι) μήτε ἐκεῖνος ὡς ὑποτεταγμένης καταφρονείτω. σῶμα γάρ ἐστι· *Secunda poteſtas eſt mulier. neque ergo ipſa æquum ſibi jus vindicet (ſub capite enim eſt) nec eam, quod ſubdita ſibi eſt, contemnat maritus. corpus enim eſt.* Deinde: δευτέρα ἐστὶν ἀρχὴ αὐτή, ἀρχὴν ἔχουσα καὶ πολλὴν τὴν ὁμοτιμίαν, ἀλλ' ὅμως ἔχει τι πλέον ὁ ἀνήρ· *Altera poteſtas illa eſt, imperium & ipſa habens, multumque in honore conſortii. ſed tamen pluſculum habet vir.* Auguſtinus epiſt. CXCI. *Filius ex legitimis nuptiis ſuſceptus magis in patris eſt, quam in matris poteſtate.* Gregoras libro VII. ubi de Andronico Palæologo & Irene agit: προστιθεμένου δὲ καὶ τοῦ, μείζονα δύνασθαι τῆς μητρὸς τὸν πατέρα, τὸ κωλῦον οὐδὲν τὴν τοῦ πατρὸς τελεσθῆναι βούλησιν ἐπὶ τῷ παιδὶ μᾶλλον ἢ τῆς μητρός· *Addebat ille plus matre patrem poſſe, nec quicquam intercedere quo minus patris de filio valeret voluntas, etiam præ materna.* De reverentia matri debita vide L. congruentius. 4. C. *De Patria Poteſtate.*

b *In primo tempore*] Sunt ea ætate ita parentum, ut alia quæ parentes poſſident, ait *Maimonides* canonibus Pœnitentialibus capite VI. §. 2.

GRONOVII.

2 *Vis electrix*] Delectus ad diſcrimen rerum noxiarum & utilium.

3 *Dominio*] Regimine, moderatione.

4 *Dominii in res*] Poteſt enim & infantibus donari. *Sueton.* Tib. 6.

5 *Imperfectionem*] Imbecillitatem, debilitatem.

6 'Ἐν κτήσει] Poſſeſſione, non uſu.

7 *Ut res liberorum parentibus*] §. 1. Inſtit. *Per quas perſon. cuiq. acq.*

(aa) Confer, de toto iſto argumento, PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jur. Nat. & Gent.* Lib. VI. Cap. II. *J. B.*

(bb) Græca ita ſe habent:

——— Τὸ μὴ φρονοῦν γὰρ ὡσπερεὶ βοτὸν,
Τρέφειν ἀνάγκη (πῶς γὰρ οὔ;) τρόπῳ φρενός.

Cœphor. pag. 257. *Ed. H. Steph. J. B.*

c Quæ

omnes liberorum parentibus acquirantur non naturale eſt, ſed ex quorumdam populorum legibus, quæ & patrem a matre in hac re diſtinguunt, & filios non emancipatos ab emancipatis, & 8 naturales a legitimis. quæ diſcrimina natura ignorat; 9 excepta ea quam dixi ſexus præſtantia, ſi imperia inter ſe contendant.

III. In ſecundo tempore, cum jam judicium ætate maturuit, ſubſunt parentum imperiis non aliæ actiones, quam c 10 quæ ad familiæ paternæ aut maternæ ſtatum aliquid momenti habent. æquum enim eſt ut pars conveniat cum ratione integri. In cæteris autem actionibus habent tum liberi ἐξουσίαν, id eſt, facultatem moralem agendi, ſed tenentur tamen in illis quoque ſtudere ſemper, ut parentibus placeant. Verum hoc debitum cum non ſit ex vi 11 facultatis moralis, ut illa ſuperiora, ſed ex pietate, obſervantia, & gratiæ rependendæ officio, non efficit ut irritum ſit, ſiquid contra ſit factum, ſicut nec irrita eſt donatio rei a quocunque domino facta contra parſimoniæ regulas.

IV. In utroque hoc tempore jus regendi, etiam jus coërcendi complectitur, quatenus nempe vel cogendi ſunt ad officium liberi, vel emendandi. De gravioribus autem pœnis quid ſit ſentiendum, alibi erit agendi locus.

V. Quanquam vero imperium paternum ita ſequitur ipſam patris perſonam ac σχέσιν, ut avelli transferrique in alium non poſſit, poteſt tamen naturaliter, & ubi lex civilis non impedit, pater filium oppignorare, d &, ſi neceſſe ſit, etiam 12 vendere, ubi alia ratio eum alendi non ſuppetit: quod ex veteri Thebanorum lege (quam libro ſecundo recitat Ælianus) in populos alios *Cap. 7.* videtur fluxiſſe: ipſa autem lex Thebana a Phœnicibus ac porro ab 13 Hebræis veniſſe: quam ipſam obtinuiſſe & apud Phrygas docet Apollonius (cc) Epiſtola ad Domitianum. Cenſetur quippe ipſa

GROTII.

c *Quæ aa familiæ paternæ aut maternæ ſtatum aliquid momenti habent*] Ita explicat *Maimonides* legem, quæ eſt *Num.* XXX, 10.

d *Et, ſi neceſſe ſit, etiam vendere*] Jornandes hiſtoria Gotthica. *Haud enim ſecus parentes faciunt, ſalutem ſuorum pignorum providentes, ſatius deliberant ingenuitatem perire quam vitam, dum miſericorditer alendus quis venditur, potius quam moriturus ſervatur.* Eam legem video & apud Mexicanos fuiſſe.

GRONOVII.

8 *Naturales*] Nothos, ſpurios, extra conjugium ſuſceptos.

9 *Excepta ea*] Niſi quod in diſſenſione parentum, quia virilem ſexum præfert, patris potius judicium ſequendum dictat.

10 *Quæ ad familiæ*] Vel patratæ vel omiſſæ patris matriſve genus & neceſſitudines aliqua juvare aut lædere poſſunt.

11 *Facultatis moralis*] 1, 1. 5. Quum nequeant ſibi vindicare parentes tanquam ſuum, etſi accipiant merito quaſi mercedem curæ, ſtudii, laboris in liberis educandis.

12 *Vendere*] Ut Eriſichthon filiam. *Ovid.* 8. Met. 860.

13 *Hebræis*] Exodi 21, 7. Quam ſecutus etiam Romulus. *Dionyſ. Halic.* 2, 28.

(cc) Dicit in genere ἀποδιδόσθαι τοὺς αὑτῶν: additque, καὶ ἀνδραποδισθέντων μὴ ἐπιστρέφεσθαι, *& ſi forte quæ* *in*

Digitized by Google

ipſa natura jus dare ad id omne, ſine quo obtineri non poteſt quod ipſa imperat.

VI. In tertio tempore filius in omnibus eſt αὐτεξούσιος, ſuique juris, manente tamen ſemper illo pietatis & obſervantiæ debito, cujus cauſa perpetua eſt. Unde ſequitur, regum actus irritos dici eo nomine non poſſe, quod parentes habeant.

VII. e Quicquid extra hæc eſt, a lege eſt voluntaria, quæ alibi eſt alia. Sic jure quod Deus Hebræis dedit, poteſtas patris in filium aut filiam, ad 14 diſſolvenda vota non erat perpetua, ſed durabat quamdiu liberi f pars erant domus paternæ. Sic patria quædam poteſtas propria erat civium Romanorum, etiam in filios qui familiæ propriæ capita erant, quamdiu emancipati non erant. Qualem in liberos poteſtatem alios non habere * ipſi Romani profitentur. Sextus Empiricus Pyrrhoniorum tertio: † οἱ Ῥωμαίων νομοθέται τοὺς παῖδας ὑποχειρίους καὶ δούλους τῶν πατέρων κελεύουσιν εἶναι. καὶ τῆς οὐσίας τῶν παίδων μὴ κυριεύειν τοὺς παῖδας, ἀλλὰ τοὺς πατέρας, ἕως ἂν ἐλευθερίας οἱ παῖδες τύχωσι κατὰ τοὺς ἀργυρωνήτους. παρ᾽ ἑτέροις δὲ ὡς τυραννικὸν τοῦτο ἐκβέβληται. g *Legum Romanarum auctores liberos in manu parentum ad inſtar ſervorum eſſe voluerunt; neque ſuorum bonorum ipſos eſſe dominos, ſed parentes, donec* 15 *manumittantur eo modo quo mancipia ſolent: quod alii ut tyrannicum repudiant.* Simplicius ad Epicteti enchiridium: οἱ δὲ παλαιοὶ τῶν Ῥωμαίων νόμοι καὶ πρὸς τὴν τῆς φύσεως ὑπεροχὴν ἀποβλέψαντες, καὶ πρὸς τοὺς πόνους οὓς οἱ γονεῖς ὑπὲρ τῶν τέκνων ποιοῦσιν, ἅμα καὶ τοὺς παῖδας παντοδαπῶς ὑποτάξαι βουλόμενοι, καὶ τῇ τῶν γονέων οἶμαι φυσικῇ φιλοστοργίᾳ θαῤῥήσαντες, καὶ πιπράσκειν, εἰ βούλοιντο, τοὺς παῖδας τοῖς γονεῦσιν ἐπιτρέψαι καὶ φονεύειν ἀτιμωρήτως. *Antiqua Romanorum leges, reſpicientes tum ad eam quæ a natura eſt eminentiam, tum ad labores quos pro liberis parentes ſuſtinent, volentes præterea*

Num. XXX. 2. 3. 4. 5.

lib. de præceptis legis. præcepto vetante CCXLII.

* Inſt. de pat. poteſt. §. Jus autem. 2.

† Cap. 24.

In Cap. 37. Pag. 199.

*ex ſuis in ſervitutem redigatur, non convertuntur*, ad illos ſcilicet liberandos. Vit. Apoll. Lib. VIII. Cap. 7. pag. 316. *Edit. Olear.* Ubi (quod obiter obſervare liceat) luculentum exemplum eſt loquutionis μὴ ἐπιστρέφεσθαι, pro *non curare*: quod accedere poteſt iis, quæ plenâ manu congeſſit Clariſſimus CLERICUS, ad explicandum τὸ *Oculo irretorto ſpectare* Poëtæ Venuſini, *Art. Crit.* Part. I. Cap. 2. §. 11. *J. B.*

GROTII.

e *Quicquid extra hæc eſt, a lege eſt voluntaria*] Seneca de beneficiis III. c. XI. *quia utile eſt juventuti regi, impoſuimus illi quaſi domeſticos magiſtratus.*

f *Pars erant domus paternæ*] Alioqui XIII. anno filius erat obligandi ſe capax moribus Hebræis. ita illi ad dictum in numeris locum.

g *Legum Romanarum auctores*] Philo in legatione: ἡ γὰρ υἱοῦ παντελὴς ἐξουσία κατὰ τοὺς τῶν Ῥωμαίων νόμους ἀνάκειται πατρί· *Patri enim in filium omnimoda poteſtas jure Quiritum competit.* (Pag. 996. B. *Ed. Paris.*)

GRONOVII.

14 *Diſſolvenda vota*] Ad reſcindendum & irritum faciendum, ſi filiusfamilias voto nuncupato temere ſe obligaſſet ad ſacrum faciendum, dona templis aut ſacerdotibus danda, &c.

15 *Manumittantur*] Patria poteſtate ſolvantur emancipatione, quemadmodum ſervi ære emti manumiſſione.



Digitized by Google

*terea liberos parentibus ſine exceptione ſubjectos eſſe, credo etiam* 16 *confiſa naturali parentum amori, & venundandi, ſi vellent, liberos, & impune interficiendi parentibus jus dederunt.* Simile patrum jus apud Perſas, ut tyrannicum accuſat Ariſtoteles: quæ ideo a nobis afferuntur, ut accurate diſtinguamus 17 civilia a naturalibus.

*Ethic. Nicom.* VIII, 12.

VIII. 1. Ex conſenſu jus in perſonas quod oritur, aut ex conſociatione venit, aut ex ſubjectione. 18 Conſociatio maxime naturalis in conjugio apparet: ſed ob ſexus differentiam imperium non eſt commune, ſed maritus uxoris caput, nempe in rebus conjugii, & in rebus familiæ. nam uxor pars fit familiæ maritalis. Ideo de domicilio conſtituere jus eſt marito. Siquid ultra juris maritis conceditur, ut lege Hebræa jus reſcindendi quævis vota uxoris, apud populos nonnullos jus vendendi bona uxoria, non a natura eſt, ſed ab inſtituto. Exigit hic locus ut videamus quid ſit de natura conjugii. (dd)

*Eph.* v, 23.

2. Conjugium igitur naturaliter eſſe exiſtimamus talem cohabitationem maris cum femina, quæ feminam conſtituat quaſi ſub oculis & 19 cuſtodia maris. nam tale conſortium & in mutis animantibus quibuſdam videre eſt. In homine vero, qua animans eſt utens ratione, ad hoc 20 acceſſit fides, qua ſe femina mari obſtringit.

IX. 1. Nec aliud ut conjugium ſubſiſtat natura videtur requirere. ſed nec divina lex amplius videtur exegiſſe ante Euangelii propagationem. Nam & h viri ſancti ante legem plures una uxores

### GROTII.

h *Viri ſancti ante legem*] Chryſoſtomus de Sara: κἀκείνη πάλιν ἐσπούδασε τῆς ἀπαιδίας ἐπινοῆσαι παραμυθίαν αὐτῷ τινα ἀπὸ τῆς παιδίσκης. οὐδέπω γὰρ ταῦτα τότε κεκώλυτο· *Ipſa viciſſim ſtudebat ſterilis conjugii ſolatium ex ancilla quærere. nondum enim talia tunc vetita erant.* Eundem vide I. ad *Timoth.* c. III. *Auguſtinus* de doctrina Chriſtiana libro III. cap. XII. *Erat uxorum plurium ſimul habendarum inculpabilis conſuetudo.* Similia habet ibidem cap. XVIII. Tum vero cap. XXII. *Multa enim ſunt, quæ illo tempore officioſè facta ſunt, quæ modo niſi libidinoſe fieri non poſſunt.* & libro XVI. de Civitate Dei cap. 38. *quoniam multiplicandæ poſteritatis cauſa plures uxores lex nulla prohibebat.*

### GRONOVII.

16 *Confiſa naturali*] Qui ſatis ſpondebat, parentes eo jure ad crudelitatem non abuſuros.

17 *Civilia a naturalibus*] Jus civile quorundam populorum a communibus naturæ præceptis.

18 *Conſociatio in conjugio*] Sic uxor marito dicitur *ſocia cujuſcumque fortunæ.* Tacit. 3. ann. 15. & uxoris *conſortium rerum ſecundarum adverſarumque*, eod. lib. 34. & *conjux proſperis dubiiſque ſocia*, 12. ann. 5. item *laborum periculorumque ſocia* in Germ. mor. 18. & *non proſpera tantum ſed omnis fortunæ ſocietatem iniiſſe*, Juſtin. 23, 2. & matrimonium *ſocietas fortunarum omnium.* Liv. 1, 9.

19 *Cuſtodia maris*] Videtur addendum, procreationis & mutui auxilii cauſa. *Quintil.* decl. 368. *Sic mares feminis junguntur, ut imbecillior ſexus præſidium ex mutua ſocietate ſumat.*

20 *Acceſſit fides*] Tacite ſignificat fidem, quam dat maritus uxori non eſſe a natura, ſed ab inſtituto.

(dd) De tota iſta materia, confer PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VI. Cap. I. & quæ nos in Notis diximus.

Digitized by Google

res habuerunt, i & in lege * præcepta quædam dantur his, qui plures una habeant, & regi præſcribitur, † ut nec uxorum nec equorum nimiam ſibi adſciſcat copiam, ubi Hebræi interpretes notant octodecim ſive uxores ſive concubinas regi fuiſſe conceſſas, & Davidi *a* Deus imputat, k quod uxores ei complures & quidem illuſtres dediſſet.

* *Deut.* XXI, 15. † *Deut.* XVII, 16. 17. a 2 *Samuel.* XII, 8.

2. Sic & dimittere uxorem *b* volenti modus præſcribitur, nec dimiſſam ducere quiſquam impeditur, præter eum qui dimiſit, l & ſacerdotem. Hæc tamen ad alium maritum tranſeundi libertas ipſo naturali jure ita reſtringenda eſt, 21 ne inde oriri poſſit prolis confuſio. Hinc illa 22 apud Tacitum juris pontificii quæſtio: *an concepto, necdum edito partu rite nuberet.* Apud Hebræos inter utrumque matrimonium tres menſes interponi jubebantur. At Chriſti lex, (ee) ut res alias, ita & hanc conjugii inter Chriſtianos ad perfectiorem redegit normam, ex qua & qui dimiſiſſet uxorem non

b *Deuter.* XXIV, 4. *Ann.* 1, 10. *Matth.* V, 32. XIX, 9.

diximus, ut & ad libellum *De Officio Hom. & Civis*, Lib. II. Cap. II. ultimarum Editionum. *J. B.*

### GROTII.

i *Et in lege*] *Joſephus* Antiq. hiſtor. XVII, I. πάτριον ἐν ταὐτῷ πλείοσιν ἡμῖν συνοικεῖν *Mos nobis patrius eodem tempore plures habere uxores.*

k *Quod uxores ei complures & quidem illuſtres dediſſet*] *Joſephus* eo hiſtoriæ loco: δόντος δὲ αὐτῷ καὶ γυναῖκας, ἃς δικαίως καὶ νομίμως ἠγάγετο· *cum Deus ei uxores dediſſet, quas juſte ac legitime habere poſſet.* (Ant. Jud. VII, 7.) Peſictha ad *Levit.* XVIII. notiſſimum ait eſſe, eum qui dicat vetitum eſſe habere plures uxores neſcire quid ſit de lege.

l *Et ſacerdotem*] Levit. XXI, 7. Repudiatæ additur vidua ibidem vers. 14. quod de principe ſacerdote intellexit *Philo*, & plerique hodie interpretes, ob ea quæ præcedunt commate 10. & deinceps. Sed quemvis ſacerdotem intelligi debere oſtendit *Ezechiel* XLIV, 22. & in explicatione legis, ut & contra Apionem primo *Joſephus*. connectenda ergo lex cum initio capitis, ut illa de pontifice maximo obiter ſint interpoſita. [At vero *Joſephus* diſerte dicit, ſoli Sacerdotum principi vetitum eſſe ducere Viduam, quum aliis Sacerdotibus id liceat: Τὸν δ' ἀρχιερέα μέν τοι, οὐδὲ τεθνηκότος ἀνδρὸς ἠξίωσε γαμεῖν γυναῖκα, τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἱερεῦσι συγχωρῶν. Ant. Jud. III, 10. pag. 95. F. In loco autem ex *lib. I. contr. Apion.* pag. 1036. de Viduâ ne γρῦ quidem. Hinc Auctor noſter in adnotat. ad locum *Levitici* laudatum, planè omiſit *Joſephi* teſtimonium. Quod autem conjicit de parentheſi: durum videtur. Confer SELDEN. *De Uxore Hebr.* Lib. I. Cap. 7 & *de Succeſſ. in Pontific.* Lib. II. Cap. 2. *J. B.*]

### GRONOVII.

21 *Ne inde oriri*] Ne prius dimiſſa jungatur alii, quam certum exploratumque ſit non eſſe gravidam ex priori, & ſciri poſſit, ſi quid poſtea pariat, non eſſe ab eo, a quo divortit.

22 *Apud Tacitum*] I. ann. 9.

(ee) Auctor noſter poſtea mutavit ſententiam, ut patet ex Adnotationibus ejus in *Matth.* V, 32. ubi oſtendit, in loco illo & aliis ſimilibus Euangeliorum non damnari Polygamiam, ſed tantum abuſum Divortii, *quacumque ex cauſſâ facti.* Hinc in eximio opuſculo *de Verit. Relig. Chriſt.* dicit tantum, *Chriſtianos ſequi* morem *Germanorum* & *Romanorum*, qui unâ uxore contenti fuerunt, *Lib.* II. §. 13. Et in Notâ ſubjectâ ibidem, remittit tantum ad locum I *Corinth.* VII, 4. Sed de eâ re agemus in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*



Digitized by Google

non adulteram, & qui duxiſſet dimiſſam, adulterii reos pronun-
1 Cor. VII, 4. tiat: & apoſtolus ejus atque interpres Paulus, non viro tantum jus dat in corpus uxoris; 23 quod & in naturali ſtatu procedebat (*ὁ γὰρ μιγνύμενος κατὰ νόμον ἀφροδίτης παντὸς ἄρχει τοῦ σώματος τῆς συνούσης*, inquit Artemidorus, id eſt, *qui connubii lege femina conjungitur, is in corpus ejus dominium habet:*) ſed & uxori viciſſim in corpus mariti. m Lactantius: *Non enim, ſicut juris publici ratio eſt, ſola mulier adultera eſt, quæ habet alium, maritus autem etiamſi plures habeat, a crimine adulterii ſolutus eſt. Sed divina lex ita duos in matrimonium, quod eſt in corpus unum, pari jure conjungit, ut adulter habeatur quiſquis compagem corporis in diverſa diſtraxerit.*

Oneirocrit.

Lib. VI, c. 23.

3. Scio a pleriſque exiſtimari in utroque hoc capite non novam a Chriſto conditam legem, ſed reſtitutam quam Deus pater rerum primordio condiderat: in quam ſententiam adduxiſſe eos videntur ipſa Chriſti verba, ubi ad primordium illud nos revocat: ſed reſponderi poteſt, ex prima illa conditione, qua uni mari feminam non niſi unam Deus attribuit, ſatis apparere quid optimum ſit Deoque gratiſſimum: & hinc ſequi ſemper id fuiſſe egregium ac laudabile: non tamen ut aliter facere nefas eſſet: quia ubi lex non eſt, ibi non eſt legis tranſgreſſio; 24 at lex de ea re nulla illis temporibus exſtabat. Sic etiam cum dixit Deus ſive per Adamum, 25 ſive per Moſem, tantum eſſe fedus matrimonii, ut vir parentis familiam relinquere debeat, quo novam cum uxore familiam conſtituat: 26 idem ferme dixit quod Pharaonis filiæ dicitur Pſalmo XLV, 11. *Obliviſcere populi tui, & domus patris tui.* Et ex hac tam arctæ amicitiæ inſtitutione ſatis apparet n Deo gratiſſimum eſſe,

GROTII.

m *Lactantius*] Libro inſtitutionum VI. c. XXIII. ubi & hoc ſequitur: *exemplo continentiæ docenda eſt uxor, ut ſe caſte gerat. Iniquum eſt enim ut id exigas, quod ipſe præſtare non poſſis.* Senſus idem in Gregorio Nazianzeno, *πῶς ἀπαιτεῖς, οὐκ ἀντεισφέρεις; quomodo exigis & non rependis?* [Orat. XXXI. pag. 500. C.] Hieronymus ad Oceanum: *Aliæ ſunt leges Cæſarum, aliæ Chriſti. aliud Papinianus, aliud Paulus noſter præcipit. Apud illos viris impudicitiæ frena laxantur, &, ſolo ſtupro atque adulterio condemnato, paſſim per lupanaria & ancillulas libido permittitur, quaſi culpam dignitas faciat, non voluntas. Apud nos quod non licet feminis æque non licet viris, & eadem ſervitus pari conditione cenſetur.* (Tom. I. pag. 198. C. *Ed. Baſil.*)

GRONOVII.

23 *Quod & in naturali*] Quod & ex naturæ lege ſine monitu Apoſtoli marito competebat.

24 *At lex de ea nulla*] Ipſe Chriſtus videtur dicere *Matth.* 19, 4.

25 *Sive per Moſem*] Quaſi Moſes hæc verba tribuerit Adamo per ethopœiam, ut hiſtorici conciones Imperatoribus.

26 *Idem ferme dixit*] Ut qui tantum prædicet, quid effecturus ſit amor: non edicat, quid neceſſario fieri debeat.

GROTII.

n *Deo gratiſſimum eſſe*] Et multis olim quoque ſapientibus prælatus hic mos.

Digitized by Google

eſſe, ut perpetua ſit ea conjunctio: non tamen eo evincitur a Deo o jam tunc imperatum ne qua de cauſa fedus illud ſolveretur. At Chriſtus quod Deus inſtitutione conjunxerat, id ab homine ſeparari vetuit, ex eo quod optimum Deoque acceptiſſimum eſt, digniſſimam lege nova deſumens materiam. *Marc.* x, 9.

4. Pleraſque gentes certum eſt antiquitus ut 27 divortiorum libertate, ita plurimum feminarum conjugio uſas. Prope ſolos barbarorum Germanos ſingulis uxoribus contentos ſuo tempore fuiſſe Tacitus memorat: idque paſſim oſtendunt hiſtoriæ tum Perſarum, p tum (ff) Indorum. q Apud Ægyptios * ſoli ſacerdotes unius

*De moribus Germ.* c. 18.

* *Diod. lib.* I. p. g. 51. *Ed. H. Steph.*

mos. *Euripides* in Andromacha ex perſona Hermiones: (*vers.* 177. *& ſeqq.*)

——— οὐδὲ γὰρ καλὸν
Δυοῖν γυναικοῖν ἄνδρ' ἓν' ἡνίας ἔχειν·
Ἀλλ' εἰς μίαν βλέποντες εὐναίαν Κύπριν
Στέργουσιν, ὅς τις μὴ κακῶς οἰκεῖν θέλει.

——— *non etenim decet*
*Unum imperare feminis geminis virum:*
*Contentus uno conjugis vivat toro,*
*Quicunque cupiet rite curatam domum.*

Et in choro: (*vers.* 464. *& ſeqq.*)

Οὐδέποτ' ἂν δίδυμα
Λέκτρ' ἐπαινέσω βροτῶν,
Οὐδ' ἀμφιμάτορας κόρους,
Ἔριν μὲν οἴκων.
Δυσμενεῖς τε λύπας.
Τὴν μίαν μοι στεργέτω πόσις γάμοις
Ἀκοινώνητον εὐνὰν ἀνδρός.
Οὐδὲ γὰρ ἐν πόλεσι
Δίπτυχοι τυραννίδες
Μιᾶς ἀμείνονες φέρειν,
Ἄχθος δ' ἐπ' ἄχθει,
Καὶ στάσις πολίταις.
Τικτόνοιν θ' ὕμνοιν ἐργάταιν δυοῖν
Ἔριν Μοῦσαι φιλοῦσι κραίνειν.
Πνοιαὶ δ' ὅταν φέρωσι ναυτίλους θοαὶ
Κατὰ πηδαλίων,
Διδύμα πραπίδων γνώμα,
Σοφῶν τε πλῆθος ἀθρόον ἀσθενέστερον
Φαυλοτέρας φρενὸς αὐτοκρατοῦς.
Ἑνὸς ἁ δύναμις ἀνά τε μέλαθρα,
Κατά τε πόλιας,
Ὁπόταν εὑρεῖν θέλωσι καιρόν.

*Nunquam gemina de matre genus,*
*Nunquam duplices laudabo toros,*
*Odi & dira ſemina rixæ.*
*Unam debet non ambiguî*
*Vir participem noſſe cubilis:*
*Duo nec domini rectius urbes*
*Terraſque regunt, quam qua ſceptrum*
*Tenet una manus: quin ſic onerî*
*Omnis accedit: diſcors agitat*
*Rabies rupto federe cives.*
*Etiam artifices carminis inter*
*Geminos ipſa triſtia miſcent*
*Prælia Muſæ: cumque in pelago*
*Vela carina fert aura levis,*
*Plus una valet, contemta licet,*
*Dextera clavi quæ frena tenet,*
*Quam conſilii vis in partes*
*Diſtracta duas, aut prudentum*
*Numeroſa cohors. una poteſtas*
*Temperet urbem, regat una domum,*
*Si modo cordi eſt tranquilla quies.*

Plautus Mercatore: (IV, 6. 8.)

*Nam uxor contenta eſt, quæ bona eſt, uno viro.*
*Qui minus vir una uxore contentus ſiet?*

o *Jam tunc imperatum*] Sic & in cauſa plurium uxorum diſtinguit *Ambroſius* id, quod laudaverat in paradiſo Deus, a damnatione contrarii c. IV. lib. I. de Abraham. quem locum *Gratianus* poſuit cauſa XXXII. quæſt. IV. c. 3.

p *Tum Indorum*] Et Thracum, de quibus verſus ſunt *Menandri*, (apud *Strab.* Lib. VII. p. 297.) & *Euripidis* in Andromacha. (*vers.* 214. *& ſeqq.*)

GRONOVII.

27 *Divortiorum libertate*] Libera & licita feciſſe divortia, ſeu permiſiſſe conjugibus, ut poſſent vinculum matrimonii ſolvere.

(ff) Vide STRABONEM, *Geograph.* Lib. XV. pag. 714. Ed. Paris. Caſaub. *J. B.*

GROTII.

q *Apud Ægyptios ſoli ſacerdotes*] Vide



Digitized by Google

unius feminæ conjugio utebantur. Sed & apud Græcos Cecrops primus, teſte Athenæo, *μίαν ἑνὶ ἔζευξεν*, *unam feminam uni marito attribuit* quod tamen ne Athenis quidem diu obſervatum, [28] Socratis & aliorum † exemplo docemur. Quod ſi qui populi continentius egerunt, ut Romani ſemper duabus uxoribus, divortio [29] diu abſtinuerunt, laudandi ſunt ſane, ut qui ad id quod optimum eſt acceſſerint: unde & [30] flaminicæ apud eoſdem Romanos matrimonium, niſi morte, non ſolvebatur: r non tamen inde ſequitur peccaſſe, qui fecerunt aliter ante promulgatam Euangelii vocem.

† *Gellius* xv. c. xx.

X. 1. Nunc quæ rata ſint jure naturæ conjugia videamus: in quo dijudicando meminiſſe debemus, non omnia, quæ juri naturæ repugnant, irrita fieri jure naturæ, ut exemplo [31] prodigæ donationis apparet; ſed ea demum, [32] in quibus deeſt principium dans validitatem actui, aut (gg) in quibus [33] vitium durat in effectu. Principium & hic, & in aliis actibus humanis, unde jus oritur, eſt jus illud, quod [34] facultatem moralem interpretati ſumus, ſimul cum voluntate ſufficiente. Quæ voluntas ſit ſufficiens ad jus producendum, [35] infra melius tractabitur, ubi de promiſſis in genere agetur. Super facultate morali quæſtio oritur de parentum conſenſu, quem ad validitatem conjugii quaſi naturaliter quidam requirunt. Sed in eo falluntur. Nam quæ adferunt argumenta, nihil aliud probant, quam [36] officio filiorum conveniens eſſe, ut parentum conſenſum impetrent: quod plane concedimus

de *Herodianum* libro II. [Sine dubio *Herodianus*, apud quem nihil quod ad rem faciat, poſitus eſt heic pro *Herodoto*, undecunque error ortus fuerit. At hic contrarium planè docet, nimirum omnes *Ægyptios* unâ uxore contentos fuiſſe, quemadmodum in more erat *Græcis*: Καὶ γυναικὶ μιῇ ἕκαστος αὐτέων συνοικέει, κατάπερ Ἕλληνες. Lib. II. Cap. 92. Utri credemus? *Herodoto*, an *Diodoro Siculo*, ita inter ſe pugnantibus? *J. B.*]

r *Non tamen inde ſequitur peccaſſe*] *Auguſtinus* libro XXII. c. XLVII. contra Fauſtum: *Quando mos erat, crimen non erat.* Poſuit & hoc *Gratianus*, ſed ſub Ambroſii nomine.

GRONOVII.

28 *Socratis*] Qui duas uno tempore habuit uxores, Xantippen & Myrtonem Ariſtidis filiam. (Vid. *Diogen. Laert.* Lib. II. §. 26.)

29 *Diu*] Uſque ad annum urbis conditæ 522. quum primus Sp. Carvilius Ruga uxori nuntium remiſit, quod ſterilis eſſet. *Gellius* 4, 3. & 17, 21.

30 *Flaminicæ*] Diali Flamini, ſive Jovis ſacerdoti nuptæ. *Gell.* 10, 15.

31 *Prodigæ donationis*] Inf. cap. II. num. 9.

32 *In quibus deeſt*] Quæ qui facit, caret facultate morali ad agendum.

33 *Vitium durat*] Singuli actus peccatum iterant.

34 *Facultatem moralem*] 1, 1. 4. & 5.

35 *Infra melius*] Lib. 2. c. II.

36 *Officio conveniens*] Decere pios liberos.

(gg) *Ubi actûs turpitudo eſt permanens*, ait Auctor *Adnot. in Matth.* XXII, 30. Exemplum eſt in eo, qui rem alienam furatus eſt, aut mala fide poſſidet alio quocumque modo: quamdiu enim illam retinet, aut illâ utitur, ſinguli actus habent contrectationem rei alienæ. *J. B.*

ſ *Mater*

Digitized by Google

cedimus cum temperamento, niſi manifeſte iniqua ſit parentum voluntas. Nam ſi in omnibus rebus filii reverentiam parentibus debent, certe præcipue eam debent in eo negotio, 37 quod ad gentem totam pertinet, quale ſunt nuptiæ. Sed hinc non ſequitur jus illud, quod facultatis aut dominii nomine explicatur, deeſſe filio. Nam qui uxorem ducit & maturæ eſſe debet ætatis, & extra familiam abit, ita ut hac in re regimini familiari non ſubjiciatur. Solum autem reverentiæ officium non efficit, ut nullus ſit actus qui ei repugnat.

2. Quod autem a Romanis aliiſque conſtitutum eſt, ut quædam nuptiæ, quia conſenſus patris deficit, irritæ ſint, non ex natura eſt, ſed ex juris conditorum voluntate. Nam & eodem jure ſ mater, cui tamen naturaliter liberi reverentiam debent, ſuo diſſenſu matrimonium irritum non facit; ac ne pater quidem filii emancipati: & ſi pater ipſe ſit in patris ſui poteſtate, in filii nuptias & avus 38 & pater conſentire debent: 39 filiæ, avi auctoritas ſufficit. quæ diſcrimina naturali juri incognita ſatis oſtendunt venire hæc ex jure civili. L.25.D de ritu nupt. L.16.§.1. De eod. tit.

3. In ſacris literis videmus quidem pios viros, multoque magis mulieres, (t 40 quarum * verecundiæ maxime convenit hac in re alieno arbitrio ſtare, quo & illa pertinent quæ priore ad Corinthios † de elocanda virgine legimus) in contrahendis nuptiis ſecutos auctoritatem parentum: ſed non tamen irritum pronuntiatur Eſavi a conjugium, aut liberi illegitimi, quia ſine tali auctoritate nuptias contraxerat. Quintilianus jus ſtrictum, & quidem naturale, reſpiciens, b ſic ait: *Quod ſi licet aliquando etiam contra patris voluntatem ea, quæ alioqui reprehenſionem non merentur, filio facere;*

* L.20. C. de nuptiis.
† VII, 36.
a Geneſ. XXVI. & XXXVI.
b Decl. 257.

GROTII.

ſ *Mater, cui tamen naturaliter liberi reverentiam debent, ſuo diſſenſu matrimonium irritum non facit*] Imo & avi, ſi is liber eſt, voluntas plus valet quam patris, qui ſervilis ſit conditionis. *Gratian.* cauſa 32. quæſtione III. c. unic.

t *Quarum verecundiæ maxime convenit hac in re alieno arbitrio ſtare*] *Non eſt enim virginalis pudoris eligere maritum*, ait *Ambroſius* lib. I. de Abraham. c. ult. relatus in codicem *Gratiani* cauſa XXXII. quæſtione II. c. 13. *Donatus* Andria: (IV, 4. 2.) *Summa poteſtas nuptiarum in patre puellæ eſt.* Hermione apud Euripidem: (*Androm.* vers. 987.)

Νυμφευμάτων δὲ τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
Μέριμναν ἕξει, κ' οὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε.

*Curam parenti de meis ego nuptiis*
*Permitto, non eſt illud arbitrii mei.*

Hero apud Muſæum: (vers. 179. 180.)

Ἀμφαδὸν οὐ δυνάμεσθα γάμοις ὁσίοισι πελάσσαι.
Οὐ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπεύαδεν —

*Lege maritali jungi non poſſumus ambo,*
*Cum nolit mater, nolit pater.*

GRONOVII.

37 *Quod ad gentem*] Nam turpes nuptiæ dehoneſtamentum ſunt totius familiæ.

38 *Et pater conſentire*] Ne invito ei ſuus heres agnaſcatur.

39 *Filiæ avi auctoritas*] Quia exit in aliam gentem, & quod parit, non eſt hujus, ſed ſui patris in poteſtate.

40 *Quarum verecundiæ maxime*] Ideo tantopere in ſorore Tryphæna culpat Cleopatra, contra matris voluntatem extra Ægyptum nupſiſſe. *Juſtin.* 39, 3.



Digitized by Google

*cere* ; u *nuſquam tamen libertas tam neceſſaria quam in matrimonio eſt.*

XI. Cum ea quæ alteri nupta eſt matrimonium haud dubie irritum eſt, lege quidem naturæ, 41 niſi vir prior eam dimiſerit; tandiu enim durat ejus dominium: 42 lege autem Chriſti, donec mors vinculum diſſolverit. Irritum autem eſt ideo, quia & 43 facultas moralis deeſt, ſublata per prius matrimonium, & omnis effectus eſt vitioſus. Singuli enim actus contrectationem habent rei alienæ. Viciſſim ex 44 Chriſti lege irritum eſt conjugium cum eo, qui maritus ſit alterius mulieris, ob jus illud quod Chriſtus feminæ pudicitiam ſervanti dedit in maritum.

XII. 1. De conjugiis eorum, qui ſanguine aut affinitate junguntur, ſatis gravis eſt quæſtio, & non raro magnis motibus agitata. Nam cauſas certas ac naturales, cur talia conjugia, ita ut legibus aut moribus vetantur, illicita ſint, aſſignare qui voluerit, experiendo diſcet, quam id ſit difficile, imo præſtari non poſſit. *Quæſt.* 108. *pag.* 289. D. Nam quam x Plutarchus attulit in quæſtionibus Romanis, & Auguſtinus ſequitur de Civitate Dei, libro xv. cap. 16. 45 de latius ſpargendis amicitiis per diffuſas affinitates, non tanti eſt ponderis, ut

GROTII.

u *Nuſquam libertas tam neceſſaria eſt quam in matrimonio*] Eugraphius ad Andriam actu I. ſcena v. *Tangitur & illud, an patrum imperiis obſequi filii debeant. Conſtat enim circa nuptias eſſe filiis liberam voluntatem.* Caſſiodorus VII, 40. *Durum eſt libertatem liberam non habere* [*in matrimonio,*] *unde liberi procreantur.*

x *Plutarchus attulit in quæſtionibus Romanis*] Philo de legibus ſpecialibus: (pag. 780.) τί δὲ τὰς πρὸς τὰς ἄλλας ἀνθρώπους κοινωνίας καὶ ἐπιμιξίας ἐπέχειν, εἰς βραχὺ χωρίον τὸ ἑκάστης οἰκίας συνωσθέντας μέγα καὶ λαμπρὸν ἔργον, ἐκτείνεσθαι καὶ χεῖσθαι δυνάμενον εἰς ἠπείρους καὶ νήσους καὶ τὴν οἰκουμένην πᾶσαν; αἱ γὰρ τῶν ὀθνείων ἐπιγαμίαι καινὰς ἀπεργάζονται συγγενείας, τῶν ἀφ᾽ αἵματος οὐκ ἀποδεούσας, ὧν χάριν πολλὰς καὶ ἄλλας ὁμιλίας ἐκώλυσε. *Quid opus hominum inter ſe neceſſitudines ac vincula inhibere, & unius domus anguſtiis claudere tam ingens ac præclarum opus, quod extendi ſundique poteſt in regiones & inſulas, orbemque univerſum? Affinitates namque cum extraneis novas pariunt conjunctiones hominum, non minores illis, quæ e ſanguine veniunt: quod reſpiciens Moſes alias etiam multas propinquorum nuptias vetuit.* Chryſoſtomus ad I *Corinth.* XIII, 13. τί στενοχωρεῖς τῆς ἀγάπης τὸ πλάτος; τί περιττῶς ὑπόθεσιν ἀναλίσκεις εἰς αὐτὴν φιλίας, δι᾽ ἧν δύνασαι καὶ ἑτέραν περιποιῆσαι φιλίας ἀφορμὴν ἔξωθεν γυναῖκα ἀγαγών. *Quid in arctum cogis amoris latitudinem? quid ſupervacue amicitiæ cauſam perdis, per quam poteras aliam amicitiæ parandæ occaſionem acquirere, extraneam ducendo uxorem?*

GRONOVII.

41 *Niſi prior vir*] Quia lex naturæ non repugnat divortio.

42 *Lege Chriſti*] Qui divortium non permiſit, niſi cum adultera.

43 *Facultas moralis*] Et viro ad ducendum, & fœminæ ad ſe tradendam, vel ad conveniendum in alterius manum.

44 *Chriſti lege*] Non naturæ aut veteris fœderis, quæ concedunt polygamiam.

45 *De latius ſpargendis*] Tanquam ideo vetitum ſit proximos conſanguineos nuptiis conjungi, ut externi cupidius in ſocietatem conjugalem appeterentur.

y Et

Digitized by Google

ut quod contra fiat irritum aut illicitum cenſeri debeat. Neque enim quod minus utile eſt, ſtatim & illicitum eſt. Adde quod accidere poteſt, ut huic qualicunque utilitati alia major utilitas repugnet, neque eo duntaxat caſu quem Deus in lege Hebræis data excepit, ubi vir quiſpiam 46 ſine prole obiit, cui non diſſimile eſt, quod de virginibus 47 ex aſſe heredibus, quas ἐπικλήρους vocant, & 48 Hebræo y & 49 Attico jure conſtitutum eſt, ad conſervandas ſcilicet in familia res avitas, ſed aliis multis qui aut conſpici ſolent, aut excogitari poſſunt.

2. Ab hac generalitate 50 eximo matrimonia parentum cujuſcunque gradus cum liberis, quæ quo minus licita ſint, ratio (ni fallor) ſatis apparet. Nam nec maritus, qui ſuperior eſt lege matrimonii, eam reverentiam poteſt præſtare matri quam natura exigit, nec patri filia; quia quanquam inferior eſt in matrimonio, ipſum tamen matrimonium talem inducit ſocietatem quæ illius neceſſitudinis reverentiam excludat. Bene Paulus Juriſconſultus, *L. Adoptivus, 14. §. Serviles, 3. D. de ritu nupt.* cum dixiſſet in contrahendis matrimoniis z naturale jus & pudorem inſpiciendum, addidit contra pudorem eſſe filiam ſuam uxorem ducere. Talia igitur conjugia haud dubitandum quin & illicita ſint, & irrita inſuper, quia vitium perpetuo effectui adhæret.

3. Neque movere nos debet Diogenis & Chryſippi argumentum, a gallis gallinaceis aliiſque animantibus mutis petitum, quo probare volebant commixtiones tales non eſſe contra jus naturæ. Nam ut initio libri diximus, ſatis eſt, ſi cum natura humana quid pugnet, ut illicitum habeatur. Et hoc eſt inceſtum, quod a jure *L. ult. de* gentium *ritu nupt.*

GROTII.

y *Et Attico jure*] Vide *Demoſthenem* ad Leocharem: *Fortunatianum* rhetorem: *Donatum* Phormione act. I. ſcen. II. (*vers.* 75.) & Adelphis IV, 5. 17.

z *Naturale jus & pudorem inſpiciendum*] Egregie hoc exſequitur *Philo* de ſpecialibus legibus; ubi eſſe dicit μέγιστον ἀνοσιούργημα, *maximum nefas*, πατρὸς εὐνὴν τετελευτηκότος, ἣν ἄψαυστον ὡς ἱερὰν ἐχρῆν φυλάττεσθαι, καταισχύνειν, γήρως δὲ καὶ μητρὸς αἰδῶ μὴ λαμβάνειν, τὸν αὐτὸν τῆς αὐτῆς υἱὸν καὶ ἄνδρα γενέσθαι, καὶ πάλιν τὴν αὐτὴν τοῦ αὐτοῦ μητέρα καὶ γυναῖκα· *Patris mortui cubile, quod, tanquam res ſacra, intactum ſit oportuit, contemerare, neque ſenectutis, neque materni nominis verecundia tangi, eundem ejuſdem eſſe filium & maritum, eandem ejuſdem matrem & uxorem.* (Pag. 778. C. *Edit. Paris.*)

a *Jure gentium*] Sic & *Papinianus* loquitur in L. Si adulterium. 38. §. 2. D. ad legem Juliam de adulteriis.

GRONOVII.

46 *Sine prole obiit*] Ut ejus viduam frater ducat, mortuoque ſemen excitet. *Deut.* 25, 5.

47 *Ex aſſe heredibus*] Quæ fratrem non habent, & ſolæ ſunt parentum heredes. (*Numer.* XXXVI, 8.)

48 *Hebræo*] Ut proximi eas ducant cognati exemplo Ruthæ cap. 4.

49 *Attico*] Per Solonem. *Diodor. Sic.* 12, 15.

50 *Eximo matrimonia*] *Ovidius* de Myrrha Cinaræ 10. Met. 304. *Si tamen admiſſum ſinit hoc natura videri.* 353. *Neve potentis Concubitu vetito naturæ polluæ fœdus.* At lib. 9, 456. in fabula Byblidos & Cauni nullam facit naturæ mentionem; tantum canit, *Nec quæ debebat amavit*, & *obſcœnas flammas:* tanquam hoc inceſti genus ob legem, non inſtinctu naturæ putetur.

gentium committi ſcripſit Paulus juriſconſultus inter gradus aſcendentium & deſcendentium. Hoc eſt jus illud quod Xenophon ait non eo minus jus eſſe, quia b 51 a Perſis contemnebatur. Naturale enim recte dicitur, interprete Michaële Epheſio ad Nicomachia, τὸ παρὰ τοῖς πλείστοις καὶ ἀδιαστρόφοις καὶ κατὰ φύσιν ἔχουσιν: *quod apud pleroſque non corruptos, ſed natura convenienter ſe habentes obtinet.* Hippodamus (hh) Pythagoricus vocat παρὰ φύσιν ἀμέτρους ἐπιθυμίας, ἀκατασχέτους ὁρμὰς ἀνοσιωτάτας ἡδονὰς, *immoderatas & a natura alienas cupiditates, effrenes impetus, nefarias voluptates.* De Parthis ſic Lucanus: [Lib. VIII. vers. 401. & ſeqq.]

Socrat. Memor. Lib. IV. c. 4. §. 19, 20.

*——— epulis veſana, meroque*
*Regia, non ullos exceptos legibus horret*
*Concubitus ———————*

Et mox: (*vers.* 409, 410.)

*——— cui fas 52 implere parentem,*
*Quid rear eſſe nefas? ———————*

Speciatim autem huic Perſarum mori cauſam pravam educationem prudenter aſſignat Dion Pruſæenſis oratione XX.

Memor. IV, 4. §. 22.

4. Atque hic mirari libet Socratis commentum apud Xenophontem, qui in conjugiis talibus nihil culpandum invenit, præter ætatis diſparitatem: unde aut ſterilitatem ait ſequi, aut male conformatam ſobolem: quæ ſola ratio ſi tali conjugio obſtaret, certe nec irritum eſſet, nec illicitum, non magis quam inter alias perſonas, quarum ætas tot annis diſtat, quot annis parentes liberos ſolent præcedere.

5. Illud potius diſquirendum, an non in hominibus nulla prava educatione corruptis, præter id quod intellectu concipi poſſe jam diximus,

GROTII.

b *A Perſis contemnebatur*] Quorum hac in re crimen bellis perpetuis, ac fratrum cædibus, a Deo punitum notat *Philo.* (*De ſpecial. Legib.* pag. 779.) Perſis addit Medos, Indos, Æthiopas, *Hieronymus* lib. II. contra Jovinianum. de barbaris in univerſum Hermione in Andromacha Euripidis: (vers. 173. & ſeqq.)

— Τοιοῦτον πᾶν τὸ βάρβαρον γένος.
Πατήρ τε θυγατρὶ, παῖς τε μητρὶ μίγνυται,
Κόρη τ' ἀδελφῷ. διὰ φόνου δ' οἱ φίλτατοι
Χωροῦσι, καὶ τῶν δ' οὐδὲν ἐξείργει νόμος.

*Tale eſt omne barbarorum genus.*
*Mater jungatur filio, natæ pater,*
*Frater ſorori: proxima alterna manus*
*Cæde implicantur: nulla lex prohibet nefas.*

GRONOVII.

51 *A Perſis*] Apud quos magi cum matribus coibant, nec pro perfecto mago habebatur, niſi qui ſic natus eſſet.

52 *Implere*] Ovidius II, 265. *conſeſſam amplectitur heros, Et potitur votis ingentique implet Achille.*

(hh) Non, ſed alius Philoſophus ejuſdem ſectæ, nomine *Hipparchus*, in libro *de Animi tranquillitate*, cujus fragmentum nobis ſervavit STOBÆUS. Reperitur illud etiam in *Opuſculis Mythol. Phyſ. Ethic.* editis *Amſtelod.* 1688. ubi locum, de quo agitur, leges *pag.* 67. *J. B.*

c De

Digitized by Google

diximus, ſit in ipſis affectibus inſita 53 fuga quædam commixtionis cum parentibus & ex ſe natis, quippe cum ab ea etiam quædam animantia muta naturaliter abhorreant. Ita enim & alii exiſtimarunt, & Arnobius adverſus gentes libro quinto: *Etiamne in matrem cupiditatis infandæ ſpem Jupiter cepit, nec ab illius appetitionis ardore horror eum quivit avertere; quem non hominibus ſolis, ſed animalibus quoque nonnullis natura ipſa ſubjecit, & ingeneratus ille communiter ſenſus?* Exſtat de 54 camelo & c de 55 equo Scythico nobilis in hanc rem narratio apud Ariſtotelem animantium hiſtoria nona, capite XLVII. & non diſſimilis apud Oppianum libro primo de Venatu. Seneca Hippolyto: (*vers* 914, 915.) Pag. 161. 162. Ed. Lugd. B. 1651.

*Feræ quoque ipſæ Veneris evitant nefas,*
*Generiſque leges inſcius ſervat pudor.*

XIII. 1. Sequitur quæſtio de gradibus affinitatis omnibus & de gradibus ſanguinis ex tranſverſo limite, iis præſertim qui Levitici cap. XVIII. expreſſi leguntur. Nam 56 etiam conceſſo, a mero jure naturæ non venire hæc interdicta, videri tamen poſſunt præcepto divinæ voluntatis hæc iviſſe in vetitum: neque vero tale id eſſe præceptum quod ſolos Hebræos adſtringat, ſed quod homines univerſos, colligi videtur ex illis Dei verbis apud Moſem: *Ne polluite vos ulla harum rerum: quia omnibus iſtis polluti ſunt populi, quos vobis advenientibus diſpello.* Mox: *Ne facite ullam ex iſtis rebus abominandis: nam omnes iſtas fecerunt indigenæ terræ iſtius, quæ vobis expoſita eſt, unde polluta eſt terra.* Lev. XVIII, 24. 25. 27.

2. Nam ſi Cananæi eorumque vicini peccarunt talia faciendo, (ii) ſequitur ut lex aliqua præceſſerit: quæ cum 57 mere naturalis non ſit, reſtat ut a Deo data ſit, aut ipſis peculiariter (quod non eſt

GROTII.

c *De equo*] *Plinius* hiſtoriæ naturalis VIII, 42. ubi de equis agit, *Alium detracto oculorum operimento, & cognito cum matre coitu, petiiſſe prærupta atque exanimatum. Equa & eadem ex cauſa in Reatino agro laceratum protigam invenimus. Namque & cognationum intellectus in iis eſt.* Habes paria apud *Varronem* de Re Ruſtica II, 7. & apud *Antigonum* de Admirabilibus, (*cap.* 59.) *Ariſtotelemque* ejuſdem tituli libro. [Pag. 1150. B. C. Tom. I. *Ed. Paris.* At vide SELDENUM, *De Jure Nat. & Gent. ſecund. diſcipl. Hebræor.* Lib. I. Cap. 5. *J. B.*]

GRONOVII.

53 *Fuga quædam*] Averſatio naturalis.

54 *Camelo*] Qui curatorem, a quo cum matre operta commiſſus erat, delapſo operimento & matre agnita interfecit. *Ælian.* 3. de Anim. 47. Ariſtot. περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, p. 89. Sylburg.

55 *Equo*] Qui ſimiliter admiſſus matri, agnita ea ſe præcipitavit. Adde *Varronem* 2. de Re Ruſt. 7, 83.

56 *Etiam conceſſo*] Etſi concedatur gradus illos conſanguinitatis nuptiis ſociari non ipſam naturam prohibuiſſe, facti ſunt tamen nefarii jure divino voluntario.

57 *Mere naturalis*] Non imprimatur a natura, ſed a voluntate legiſlatoris proficiſcatur.

(ii) Auctor ipſe iſtius argumenti totam vim infringit paullo poſt, obſervatione quæ legitur in §. ſequ. *num.* 2. *J. B.*

d *Impura*

Digitized by Google

eſt veriſimile, nec ſatis ferunt verba) aut humano generi, ſive in prima conſtitutione, ſive in reparatione poſt diluvium. Tales autem leges, quæ humano generi univerſo ſunt datæ, non videntur a Chriſto abrogatæ, ſed eæ demum, quæ Judæos aliis nationibus, quaſi ſepimento interjecto, diſparabant. Cui accedit, quod Paulus conjugium privigni cum noverca tam ſevere deteſtatur: cum tamen nullum de ea re peculiare exſtet Chriſti præceptum; nec ipſe alio utatur argumento, quam quod talis commixtio [d] impura habeatur a profanis etiam gentibus, quod verum eſſe præter alia oſtendunt [58] Charondæ leges quæ tale matrimonium infamia notant: & illud in oratione Lyſiæ: (kk) *συνῴκει ὁ πάντων σχετλιώτατος ἀνθρώπων τῇ μητρὶ καὶ τῇ θυγατρί, maritus erat ille impuriſſimus hominum matris ac filiæ:* unde non abit Ciceronis illud pro A. Cluentio in cauſa non diſſimili. nam cum ſocrum genero nupſiſſe narraſſet, ſubdit: *O mulieris ſcelus incredibile, & præter hanc unam in omni vita inauditum!* Seleucus rex cum uxorem ſuam Stratonicen Antiocho filio nuptam daret, verebatur, [e] narrante Plutarcho, ne ipſa offenderetur *τῷ μὴ νενομισμένῳ, ut re illicita.* Apud Virgilium eſt: (*Æn.* x, 389.)

*—— Thalamos auſum inceſtare novercæ.*

Ephes. II, 14. 1 Corinth. V, 1. Cap. 6. Vit. Demetr. pag. 907.

Quæ communis exiſtimatio ſi a neceſſario naturæ dictato originem non habuit, omnino ſequitur, ut deſcendat ex veteri traditione, quæ a divino aliquo præcepto manarit.

3. Hebræi veteres, non ſpernendi hac in parte juris divini interpretes, & qui omnia eorum legit ſummoque judicio digeſſit Moſes Maimonides, ajunt earum legum, quæ capite Levit. XVIII. de matrimoniis ſunt proditæ, cauſas eſſe duas: priorem naturalem quandam verecundiam, quæ non ſinat ortus auctores cum ſua

GROTII.

d *Impura habeatur a profanis etiam gentibus*] Tertullianus V. adverſus Marcionem: *Non defendo ſecundum legem Creatoris diſplicuiſſe illum, qui mulierem patris ſui habuit. communis & publicæ religionis ſecutus ſit diſciplinam.* (Cap. 7.)

e *Narrante Plutarcho*] In vita Demetrii: ſed & *Appiano* in Syriacis qui *ἀθεμιςίαν πάθυς* amorem nefandum vocat. (*Pag.* 126. *Ed. Steph.*)

GRONOVII.

58 *Charondæ leges*] Vix eſt, ut non erret vir ſummus. Nam Charondas non vetuit privignum novercæ conjungi (quippe quod moribus nunquam receptum fuiſſe videtur) ſed viduum uxore mortua liberis novercam ſuperinducere. *Diodor. Sic.* 12, 12. [Ipſe Auctor in *Excerptis Tragic. & Comic. Græc.* rectè vertit Legem *Charondæ*, qualis refertur à Veteri Poëta ignoto: *Natis novercam ſi quis induxit ſuis* &c. Pag. 918. Error Viri Summi inde natus erat, quòd apud STOBÆUM, *Serm.* XLII. Lex illa ſic ſolutâ oratione legatur: Ὁ μητρυιὰν ἐπιγαμῶν, μὴ εὐδοξείτω &c. At ſic EURIPIDES: Καὶ μὴ 'πιγήμῃς τοῖς δὲ μητρυιὰν τέκνοις. Alceſt. vers. 305. *J. B.*]

(kk) Non ſunt *Lyſiæ* verba illa, ſed ANDOCIDIS, Orat. I. pag. 235. *Edit. Hanov.* 1619. *J. B.*

ſ Aut

ſua ſobole, 59 aut in ſe ipſis, f aut etiam 60 per perſonas ſanguine aut nuptiali ſanguinis commixtione proxime cohærentes miſceri: alteram vero, ne quarundam perſonarum convictus nimis quotidianus atque inobſervatus ſtupris & adulteriis occaſionem daret, ſi amores tales nuptiis poſſent conglutinari. Quas duas cauſas ſi cum judicio aptare velimus illis quas dixi divinis in Levitico legibus, facile apparebit in affinibus, qui 61 in recto ſunt limite (ut de parentibus & liberis nihil jam dicam, quippe quos, ut exiſtimo, etiam ſine expreſſa lege ratio naturalis jungi ſatis vetat) g item in ſanguinis gradu tranſverſorum primo, qui ob ortum a ſtirpe communi ſecundus dici ſolet, ob recentem admodum parentum in liberis imaginem, priorem cauſam valere, ut venientem de eo quod natura ſi non præcipit, certe honeſtius dictat; cujus generis multa materiam divinarum humanarumque legum faciunt.

4. Atque ideo Hebræi in recto limite, gradus etiam non nominatos a lege volunt comprehendi, ob notiſſimam rationis paritatem. Iſtorum autem graduum hæc ſunt apud ipſos nomina: Mater matris ſuæ: mater patris matris ſuæ: mater patris ſui: mater patris patris ſui: uxor patris patris ſui: uxor patris matris ſuæ: nurus filii ſui: nurus filii filii ſui: nurus filiæ ſuæ: filia filiæ filii ſui: filia filii filii ſui: filia filiæ filiæ ſuæ: filia filii filiæ ſuæ: filia filiæ filii uxoris ſuæ: filia filiæ filiæ uxoris ſuæ: mater matris patris uxoris ſuæ, mater patris matris uxoris ſuæ: id eſt, ut more loquar

GROTII.

f *Aut etiam per perſonas ſanguine aut nuptiali ſanguinis commixtione cohærentes*] Philo: ἀδελφαὶ δὲ εἰ καὶ διαίρετα τὰ μέρη γεγόνασιν, ἀλλ' ἓν ἁρμόζονται τῇ φύσει καὶ συγγενείᾳ μιᾷ· *Quanquam enim diviſa ſunt partes, fraternitatis jus retinent, ac cognatione, ut naturali vinculo, junguntur.* [Locus eſt *De Legib. ſpecial.* pag. 780. E. Sed qui, ſi benè expendatur, nihil ad rem facere deprehendetur. [*J. B.*]

g *Item in ſanguinis gradu tranſverſorum primo*] Et huc uſque propinquis nuptiis abſtinebant & Peruani, & Mexicani.

GRONOVII.

59 *Aut in ſe ipſis*] Ut filium cum matre, patrem cum filia.

60 *Per perſonas ſanguine*] Ut fratrem cum ſorore, virum cum uxoris ſorore, mulierem cum mariti fratre.

61 *In recto ſunt*] Qui habent rationem aſcendentium & deſcendentium.

*Mater matris ſuæ*] Avia materna.

*Mater patris matris ſuæ*] Proavia materna.

*Mater patris ſui*] Avia paterna.

*Mater patris patris ſui*] Proavia paterna.

*Uxor patris patris ſui*] Noverca patris.

*Uxor patris matris ſuæ*] Noverca matris.

*Nurus filii ſui*] Nepotis uxor.

*Nurus filii filii ſui*] Pronepotis uxor.

*Nurus filiæ ſuæ*] Nepotis è filia uxor.

*Filia filiæ filii ſui*] Neptis ex filio filia.

*Filia filii filii ſui*] Nepotis è filio filia.

*Filia filiæ filiæ ſuæ*] Ex filia neptis filia.

*Filia filii filiæ ſuæ*] Ex filia Nepotis filia.

*Filia filiæ filii uxoris ſuæ*] Neptis privigni.

*Filia filiæ filiæ uxoris ſuæ*] Neptis privignæ.

*Mater matris patris uxoris ſuæ*] Proſocrus mater.

*Mater patris matris uxoris ſuæ*] Proſoceri mater.

h *Sus*

loquar Romano, aviæ & proaviæ omnes, pronovercæ, proneptes, proprivignæ, pronurus, proſocrus: quia ſcilicet & 62 ſub agnationis nomine comprehendatur ſimilis cognatio, & 63 ſub primo gradu ſecundus, & ſub ſecundo tertius, ultra quem vix eſt ut 64 oriri controverſia poſſit, cum alioqui, ſi poſſet, in infinitum eadem futura eſſet ratio.

5. Has autem leges, & ne fratres ſororibus miſcerentur, ipſi Adamo cenſent datas Hebræi ſimul cum lege de Deo colendo, jure dicendo, non fundendo ſanguine, non colendis Diis falſis, non rapienda re aliena: ſed ita ut leges conjugales vim ſuam non exſererent, niſi poſt multiplicatum jam ſatis humanum genus, quod ipſo initio ſine fratrum & ſororum nuptiis contingere nequivit. Neque referre putant quod id a Moſe h ſuo loco narratum non ſit: quia ſatis habuit hoc in lege ipſa tacite indicaſſe, cum gentes extraneas eo nomine damnat. Multa enim talia eſſe in lege, quæ non temporis ordine, ſed ex occaſione dicantur: unde illa inter Hebræos celebris ſententia: In lege non eſſe prius aut poſterius, id eſt, multa referri 65 ὕστερον πρότερον.

Vide Cajet. in Matth. cap. 19. 6. De connubio fratrum & ſororum verba hæc ſunt Michaëlis Epheſii ad quintum Nicomachiorum: *τὸν ἀδελφὸν μίγνυσθαι τῇ ἀδελφῇ ἐξ ἀρχῆς μὲν ἀδιάφορον ἦν. νόμου δὲ τεθέντος μὴ μίγνυσθαι, πολὺ τὸ διάφορον: Fratrem cum ſorore concumbere ab initio* 66 *res media erat: at, lege adverſus tales concubitus poſita, jam multum refert, obſervetur lex necne.* Libro I. pag. 16. Ed. H. Steph. Diodorus Siculus vocat *κοινὸν ἔθος τῶν ἀνθρώπων, communem hominum morem*, ne fratres ſororibus jungantur, a quo more Ægyptios eximit: Dion Pruſæenſis barbaros. Seneca ſcripſerat: (II) *Matrimonia Deorum jungimus, & ne pie quidem, fratrum ſcilicet & ſororum.* Pag. 839. B. Ed. H. Steph. Plato de legibus octavo talia conjugia vocat *μηδαμῶς ὅσια, καὶ θεομισῆ, minime pia, ſed Deo inviſa.*

7. Quæ

**GROTII.**

h *Suo loco narratum non ſit*] Nam neque lex illa narrata eſt ex qua Judas Thamarem comburi voluit. Sic Sichemitas Judith recte occiſos ait quod virgini ſtuprum intuliſſent, IX, 2. & Ruben patris maledicto feritur ob inceſtum. [Ex his omnibus non poteſt tuto colligi, aliquam legem à Deo fuiſſe latam de adulterii aut raptûs pœna, vel de inceſtu. Dicemus in Notis Gallicis. *J. B.*]

**GRONOVII.**

62 *Sub agnationis*] Ubi expreſſus eſt gradus agnationis vetitus, idem gradus & in cognatione vetitus haberi debet, etſi de hoc cautum non ſit. Sunt autem agnati per virilem, cognati per muliebris ſexus propinquitatem conjuncti.

63 *Sub primo gradu ſecundus*] Cujus enim filiam uxorem ducere non licet, ejus nec neptem ducere permittitur.

64 *Oriri controverſia*] Propter brevem hominum vitam.

65 Ὕστερον πρότερον] quæ olim facta erant, inferiori tempore, quæ ſerius, ſuperiori.

66 *Res media*] Permiſſa, non vetita.

(II) Locus eſt apud AUGUSTINUM, *De Civit. Dei*, Lib. V. c. 10. nimirum è ſcripto deperdito. *J. B.*

i Lex

Digitized by Google

7. Quæ omnia oſtendunt veterem famam de lege divina adverſus id genus conjugia, unde & vocem nefas de talibus uſurpari videmus. Omnes autem fratres & ſorores comprehendi [i] lex ipſa indicat, tam agnatos quam cognatos ejus gradus, ſive foris, ſive domi natos atque educatos comprehendens.

XIV. 1. [67] Quæ manifeſta expreſſio oſtendere videtur diſcrimen, quod eſt inter hos & alios remotiores gradus. Nam [68] ducere amitam agnatam vetitum eſt. At [k] [69] filiam fratris, qui par eſt gradus, ducere vetitum non eſt: imo ejus facti [70] apud Hebræos exſtant exempla. *Nova nobis in fratrum filias conjugia: at aliis gentibus ſolennia, nec lege ulla prohibita*, inquit Tacitus. Athenis id licuiſſe oſtendit (mm) Iſæus, & Lyſiæ vita * Plutarchus. Rationem adferunt Hebræi, quia viri juvenes aſſidue frequentant domos avorum & aviarum, aut etiam in iis habitant [71] ſimul cum

*Annal.* XII. c. 6.
* *Vit.* X. *Orat.* pag. 836. B.

GROTII.

i *Lex ipſa indicat*] Ubi vide Chaldæum paraphraſten. diſtinxerunt male Spartiatæ, & Athenienſes, & quidem diverſimode. [Vide SELDEN *De Jure Nat. & Gent.* &c. Lib. V. Cap. 11. & Illuſtr. SPANHEMII Commentarium in Orat. I. *Juliani* Imp. pag. 85. *& ſeqq.* J. B.]

k *Filiam fratris ducere*] Talem Abrahamo Saram fuiſſe *Joſephus* putat. (*Ant. Jud.* I, 12.) idem poſt datam legem exempla nobis dat in Herode, qui fratris filiam duxerat, & ſuam filiam fratri Pheroræ deſponderat. Vide eum antiquæ hiſtoriæ XIV. & XVI. Phineo patruo promiſſa Andromede; *Ovidius* Metamorphoſeon V. vers. 10. id poſtea apud Romanos vetitum permiſit Claudius: vetuit Nerva: permiſit Heraclius. [Non unus error in hac Nota. I. Fallitur omnino *Joſephus*, dum vult *Saram* fuiſſe filiam fratris *Abrahami*. Illa erat ſoror ejus ὁμοπάτριος, ut ipſe ait *Gen.* XX, 12. ubi vid. Intt. II. Imp. *Nerva*, ubi vetuit ἀδελφιδῆν γαμεῖν, referente *Xiphilino*, pag. 241. A. *Ed. Steph.* *filiam ſororis*, non *fratris* intelligebat. Vide CUJAC. Obſ. XIII, 16. & Clariſſ. NOODT. Obſerv. II, 5. Hic etiam ibidem oſtendit, neque poſt *Senatuſconſultum Claudianum* in Provinciis licuiſſe filiam fratris ducere. III. Permiſſum id ab *Heraclio*, neſcio cujus fide ſtatuat Auctor. Ego reperio tantum, Imperatorem illum duxiſſe *Martinam*, fratris filiam, ut narrant *Zonaras*, *Paulus Diaconus*, &c. J. B.]

GRONOVII.

67 *Quæ manifeſta*] Excuſat tacite inceſta potentis in Europa domus.

68 *Ducere amitam*] Quia pater & amita videntur una perſona, infra 2, 7. 9. quod etſi & de fratre filiaque ejus dici poſſit tamen natura non tantopere abhorret à conjugio fratrum & ſororum, quam parentum & liberorum. *Levit.* 18.

69 *Filiam fratris*] Carolus Styriæ dux Ferdinandi I. filius Mariam ſorore ſua Anna & Alberto Bavaro natam uxorem habuit. *Blondel.* Præf. Apol. XIV, 2. latere averſo.

70 *Apud Hebræos*] Nachoris Milcam Aranis fratris filiam ducentis *Geneſ.* 11, 29. Niſi tamen alius iſte Aran fuit, ut videtur, quum alter ſolum Lothum genuiſſe dicatur, alter deſcribatur pater Milcæ & Jiſcæ. Sara autem Abrahæ ſoror conſanguinea, non uterina fuit. *Geneſ.* 20, 12.

71 *Simul cum amitis*] Et ſic major datur occaſio ſtupri aut improbæ conſuetudinis, a qua minus temperaturi erant, qui ſpem haberent juſtis deinde nuptiis culpam emendari poſſe.

(mm) Nihil in hanc rem reperio apud *Iſæum*. Forte Auctor in animo habuit DEMOSTHENEM, ex quo poteſt colligi, talem gradum vetitum non fuiſſe. Vide *Orat. adverſus Leochar.* pag. 671. C. & *Orat. in Nearam*, pag. 517. C. J. B.

l *Apud*

Digitized by Google

cum amitis: ad domos vero fratrum minus frequens ipſis eſt aditus, nec ibi tantundem habent juris. Quæ ſi recipimus, ut ſane rationi ſunt conſentanea, fatebimur legem de non ducendis affinibus recti gradus, & ſororibus, ex quo multiplicari cœptum eſt humanum genus, eſſe perpetuam: & hominibus communem, ut quæ honeſtate naturali nitatur, ita ut & irritum fiat, ſi quid factum ſit adverſus hanc legem, ob vitium permanens: at cæteras leges non item, ut 72 quæ cautionem magis contineant, quæ cautio etiam aliis modis adhiberi poteſt.

Can. XVIII. 2. Certe canonibus antiquiſſimis, qui apoſtolici dicuntur, qui duas ſorores alteram poſt alteram duxiſſet, aut ἀδελφιδῆν, id eſt, fratris aut ſororis filiam, tantum a clero arcetur. Nec difficilis eſt reſponſio ad id, quod diximus de peccato imputato Cananæis & finitimis populis. Poteſt enim locutio univerſalis reſtringi ad præcipua ejus capitis, ut de concubitu cum maſculis, cum beſtiis, cum parentibus, cum ſororibus, cum nuptis alienis, in quorum προφυλακὴν, & ut Hebræi loquuntur, præmunimentum, additæ ſint leges cæteræ. Nam de ſingulis partibus ne intelligatur, argumento eſſe poteſt interdictum de non habendis eodem tempore in matrimonio ſororibus duabus: quod in commune datum olim humano generi fuiſſe Jacobi pietas, qui contra fecit, credere nos non ſinit. Addi poteſt factum Amrami, qui pater Moſis fuit. Nam & is ante legis tempora 73 amitam duxit uxorem. ſicut materteras l apud Græcos 74 Diomedes * & 75 Iphidamas: 76 Areten fratris filiam † Alcinous.

* Euſt. ad Il. Λ. vers. 224.

† Idem, in Odyſſ. H. vers. 146.

3. Recte tamen fecerunt Chriſtiani veteres, qui leges non illas tantum in commune datas, ſed alias peculiariter Hebræo populo ſcriptas ſponte ſua obſervarunt: imo & ad gradus quoſdam ulteriores

GROTII.

l *Apud Græcos* ] Et Caſtori avunculo deſponſam Electram ex *Euripidis* Electra diſcimus. (*vers.* 312.)

m *De patruelium conjugiis* ] Æſchylus Danaidibus [Immo *Supplicibus*, pag. 309. *Ed. H. Steph.* ubi de Danaidibus] vocat λέκτρα ὧν θέμις εἴργει, *cubilia quæ jus prohibet*, & ait ſic μιαίνεσθαι γένος, *fœdari genus*. At Scholiaſtes addit illegitimas fuiſſe tales nuptias, quod adhuc viveret virginum pater, quaſi juſtæ futuræ fuerint eo mortuo, ex lege τῶν ἐπικλήρων. In oratione Sp. Liguſtini civis Romani apud *Livium* eſt: (Lib. XLII. c. 34.) *Pater mihi uxorem fratris ſui filiam dedit.* Vide & *Plauti* Pœnulum. (V, 3. 37.)

GRONOVII.

72 *Quæ cautionem* ] Quæ non vetant aliquid per ſe ac directe adverſum naturæ, ſed id agunt, ut caveant & præveniant aliquod incommodum, quod evenire poſſet, quodque & alia ratione vitari poteſt.

73 *Amitam duxit* ] Jochebedam Cahathi, qui pater Amrami fuit, ſororem. *Exod.* 6, 20.

74 *Diomedes* ] Ægialian Adraſti filiam, cujus ſoror Deipyle fuerat, Tydei uxor, Diomedis mater. *Apollodor.* lib. 1. c. 8. §. 5, 6.

75 *Iphidamas* ] Theano Ciſſæ, qui avus maternus Iphidamantis Antenoridæ fuit, filiam. *Homer.* Iλ. λ. ſive 12, v. 224.

76 *Areten fratris* ] Rhexenoris, qui communem cum Alcinoo patrem Nauſithoum habuit, filiam. *Homer.* Οδ. η ſive 7, 146.

m De

Digitized by Google

riores protenderunt verecundiæ ſuæ fines, ut hac quoque in virtute non minus quam in cæteris Hebræos antecederent. Atque id pridem factum magno conſenſu ex canonibus apparet. Auguſtinus m de patruelium & conſobrinorum conjugiis inter Chriſtianos loquens: *Raro*, inquit, *per mores fiebat quod fieri per leges licebat, quia id nec divina prohibuit, & nondum prohibuerat lex humana: veruntamen factum etiam licitum* 77 *propter vicinitatem horrebatur illiciti*. Hanc morum verecundiam leges regum ac populorum ſecutæ ſunt. ſicut n Theodoſii conſtitutio patruelium & conſobrinorum conjugia vetuit, laudante id factum, ut pietatis plenum, Ambroſio. *De Civ. Dei l.* xv. *c.* 16. *Epiſt.* 66.

4. Sed ſciendum ſimul eſt, o non quod vetitum eſt fieri lege humana, ſi fiat, irritum quoque eſſe, niſi & hoc lex addiderit aut ſignificaverit. Canon Eliberinus LX. Si quis poſt obitum uxoris ſuæ p ſororem ejus duxerit, & ipſa fuerit fidelis, per quinquennium eum a communione abſtinet: eo ipſo oſtendens 78 manere vinculum matrimonii. Et ut jam diximus, in canonibus, qui Apoſtolici

GROTII.

n *Theodoſii conſtitutio*] Victor de eo: c. 48. *tantum pudori tribuens & continentiæ ut conſobrinarum nuptias vetuerit, tanquam ſororum*. Meminit & *Libanius* oratione de Angariis. Exſtat Arcadii & Honorii lex ejuſdem ſenſus, quæ tertia eſt C. Theodoſiano de inceſtis nuptiis. Concedi tamen principum indulto ſolitas nuptias tales oſtendit lex Honorii & Theodoſii minoris alia eodem codice: titulo, ſi nuptiæ ex reſcripto petantur. Secuti & Gotthi reges. *Caſſiodorus* VII, 46. *Hoc prudentes viri ſequentes exemplum, longius pudicam obſervantiam poſteris tranſmiſerunt, reſervantes principi tantum beneficium conſobrinis nuptiali copulatione jungendis*. Ubi & formulam habes talis veniæ principalis. [*Arcadius* & *Honorius*, qui primo imperii anno patris ſui Conſtitutionem firmarant, poſt annos aliquot, permiſerunt matrimonium inter Conſobrinos, & Conſtitutionem hac de re editam *Juſtinianus* in Codicem ſuum retulit, *L.* 19. *C. De Nuptiis*. Vide Interpretes ad *Inſtit.* Tit. *De Nuptiis*, §. 4. & præſertim magnum Interpretem *Codicis Theodoſiani*, JAC. GOTHOFREDUM, in titulos ab Auctore noſtro indicatos. *J. B.*]

o *Non quod vetitum eſt lege humana, ſi fiat, irritum quoque eſſe*] In Agathenſi concilio poſt commemorata conjugia vetita, & inter ea de relicta fratris, additur: *Quod ita præſenti tempore prohibemus, ut ea, quæ hactenus ſunt conſtituta, non ſolvamus.* Retulit id *Gratianus* in quæſtionem II. & III. cauſæ XXXV. c. 8. Simile quod a *Paulo* in ſententias relatum eſt libro II. tit. XIX. §. 2. ſine parentum conſenſu contractas nuptias injuſtas eſſe, ſic tamen ut non diſſolvantur, niſi forte hæc poſtrema verba Arrianus addidit. *Tertullianus* de conjugio cum infideli agens ad uxorem ſecundo, (*cap.* 2.) ait dominum magis ratum habere matrimonium non contrahi, quam omnino disjungi. Vide infra §. XVI. [Apud *Paulum* vel legendum, vel ſubintelligendum, *ſed contracta* (matrimonia ſcilicet) [*voluntate ejus* Parentis] *non ſolvuntur*, ut olim nimirum id fieri poterat. Vide omnino Notam Eruditiſſimi SCHULTINGII in hunc locum; qui proinde nihil ad rem facit. *J. B.*]

p *Sororem ejus duxerit*] Lex Langobardica lib. II. c. VIII, 13. *quia canones ſic habent de duabus ſororibus, ſicut de duobus fratribus*.

GRONOVII.

77 *Ob vicinitatem*] Quia tam prope accedebat ad id, quod vetitum eſſet.

78 *Manere vinculum*] Nuptias eas non reſcindi.



Digitized by Google

Apoſtolici dicuntur, qui duas ſorores duxerit, aut fratris filiam, tantum clericus fieri prohibetur.

XV. 1. Ut ad alia pergamus, obſervandum hoc eſt, concubinatum quendam verum ac ratum eſſe conjugium, etſi effectibus quibuſdam juris civilis propriis privetur, aut etiam effectus quoſdam naturales impedimento legis civilis amittat. Exempli cauſa, inter ſervum & ancillam jure Romano 79 contubernium eſſe dicitur, q non matrimonium. attamen ad ipſam conjugii naturam nihil deeſt in tali conſociatione. quæ propterea in antiquis canonibus γάμȣ nomine appellatur. Sic inter hominem liberum & ancillam concubinatus dicitur, non matrimonium: quod deinde imitatione quadam ad alias perſonas diſparis qualitatis productum eſt: ut 80 Athenis inter civem & peregrinam, unde Servius ad illud Virgilii: (*Aen.* VII, 284.)

*Suppoſitos de matre nothos furata creavit:*

Nothos interpretatur materno genere ignobiles & obſcuros. Apud
*Vers.* 1649. Ariſtophanem avibus qui dixerat, νόθος γὰρ εἶ, κ' ȣ̓ γνήσιος,
dictum probat ἄν γε ξένης γυναικὸς: *quippe cum ex peregrina natus*
*Var. Hiſt.* VI, 10. *ſit.* Et apud Ælianum γνήσιος definitur ὃς ἐξ ἀμφοῖν γέγονεν ἀστοῖν, *qui utroque parente cive natus ſit.*

2. Atqui 81 ſicut in ſtatu naturæ inter tales, quales jam diximus, conjugium verum eſſe potuit, ſi femina eſſet ſub cuſtodia maritali, & fidem marito dediſſet; ſic etiam r in ſtatu legis Chriſtianæ verum erit inter ſervum & ancillam, aut liberum & ſervam conjugium; multoque magis inter civem & peregrinam, ſenatorem & libertam, ſi quæ jure divino Chriſtiano ſunt neceſſaria accedant, ſcilicet indiſſolubilis unius cum una conjunctio, etiamſi effectus quidam legis civilis non ſequantur, aut alioqui ſponte ſecuturi lege impediantur. Atque hunc in ſenſum capienda ſunt verba concilii Toletani primi: *Cæterum is, qui non habet uxorem, & ſ pro uxore concubinam habet, a communione non repellatur: tamen*

GROTII.

q *Non matrimonium*] At ſerviles conjunctiones nuptiæ dicebantur in Græcia, Carthagine, in Apulia. Prologus ad Caſinam Plauti. Sic & in legibus Langobardorum libro II. tit. XII, 10. & XIII, 3. & lege Salica tit. XIV. §. II. ſed ſine conſenſu dominorum non valuiſſe conjugia talia apud Hebræos, notatur ab ipſis ad *Exodum* XXI. ubi talium nuptiarum mentio, & apud Græcos Chriſtianos, a *Baſilio* in ſuis canonibus. Solitam etiam a principe veniam impetrari ducendæ mulieris, quæ inæqualis eſſet conditionis, videmus apud *Caſſiodorum* VII, 40.

r *In ſtatu legis Chriſtianæ*] Vide in *Gratiani* collectione c. 1. de conjugiis ſervorum. (*Decretal.* IV, 9. 1.)

GRONOVII.

79 *Contubernium*] 1, 3. 3.

80 *Athenis inter civem &*] Auctor Pericles, quæ in ipſius caput recidit amiſſis legitimis liberis. *Plutarchus.*

81 *Sic in ſtatu naturæ*] Leg. *ſicut in ſtatu.* ſi conſideretur in his ſolum, quid ſit juris naturæ citra reſpectum juris civilis. [In primâ Editione ſolâ legitur *ſicut in ſtatu.* Sed nuperrima Amſtelodamenſis 1712. ſequuta erat *Gronovii monitum.* *J. B.*

GROTII.

ſ *Pro uxore concubinam habet*] De tali

*tamen ut unius mulieris, aut uxoris, aut concubinæ, ut ei placuerit, ſit conjunctione contentus.* Cui adde locum in Clementis conſtitutionibus lib. VIII. cap. XXXII. Pertinet huc quod Theodoſius & * Valentinianus concubinatum quendam vocant inæquale conjugium, & quod inde adulterii accuſatio naſci † dicitur.

* *L. 3. C. de natural. lib.*
† *L. 13. D. ad l. Jul. de adult.*

XVI. 1. Imo etiam ſi lex humana conjugia inter certas perſonas contrahi prohibeat, non ideo ſequetur irritum fore matrimonium, ſi reipſa contrahatur. Sunt enim diverſa, 82 prohibere, & irritum quid facere. nam prohibitio vim ſuam exſerere poteſt per pœnam vel expreſſam, vel arbitrariam: & hoc genus leges imperfectas vocat Ulpianus, t quæ fieri quid vetant, ſed factum non reſcindunt. qualis erat 83 lex Cincia, quæ ſupra certum modum donare vetabat, donatum non reſcindebat.

*Inſtit. tit. 1. §. 1.*

2. Scimus apud Romanos poſtea Theodoſii lege inductum: ut ſi quid lex prohibuerit tantum, non etiam ſpecialiter dixerit inutile eſſe debere quod contra factum eſt, id ipſum tamen caſſum, inutile, ac pro infecto ſit, nimirum ſi in judicium res deveniat. ſed hæc extenſio non fit ex vi ſolius prohibitionis, ſed ex vi novæ legis, quam alii populi ſequi neceſſe non habent. 84 Sæpe enim

*L. non dubium. 5. C. de legibus.*

tali concubina *Auguſtinus* de fide & operibus: *de concubina quoque, ſi profeſſa fuerit nullum ſe alium cogituram, etiamſi ab illo cui ſubdita eſt dimittatur, merito dubitatur, utrum ad percipiendum baptiſmum non debeat admitti.* Idem de bono conjugii libro V. *Solet etiam quæri, cum maſculus & femina, nec ille maritus, nec illa uxor alterius, ſibimet non filiorum procreandorum, ſed propter incontinentiam ſolius concubitus cauſa copulantur, ea fide media, ut nec ille cum altera, nec illa cum altero id faciat, utrum nuptiæ ſint vocandæ. Et poteſt quidem fortaſſe non abſurde hoc appellari connubium, ſi uſque ad mortem alicujus eorum id inter eos placuerit, & prolis generationem, quamvis non ea cauſa conjuncti ſint, non tamen vitaverint, ut vel nolint ſibi naſci filios, vel etiam opere aliquo malo agant, ne naſcantur.* Itaque in capitulari Francico VII. c. 336. dicitur: *Qui uxorem habet, eodem tempore concubinam habere non poteſt, ne ab uxore eum dilectio ſeparet concubinæ.*

t *Quæ fieri quid vetant, ſed factum non reſcindunt*] Livius libro X. (*Cap.* 9.) *Valeria lex, cum eum qui provocaſſet virgis cædi, ſecurique necari vetuiſſet, ſi quis adverſus ea feciſſet, nihil ultra quam improbe factum adjecit: id (qui tum pudor hominum erat) viſum credo vinculum ſatis validum legis. nunc vix ſervo ita minetur quiſquam.* Lex Furia teſtamentaria pluſquam mille aſſium legatum mortiſve cauſa prohibebat capere, præter exceptas perſonas, & adverſus eum qui plus ceperit, quadrupli pœnam conſtituebat, memorante Ulpiano. (*Tit.* 1. §. 2.) *Macrobius* circa finem eorum quæ ſcripſit ad ſomnium Scipionis: (*Lib.* II. c. 17.) *Inter leges illa imperfecta dicitur, in qua nulla deviantibus pœna ſancitur.* Vide ſupra hoc capite §. XIV. in fine. Sic divus Marcus reſcripſit: *Eum heredem, qui prohibet funerari ab eo, quem teſtator elegit, non recte facere: pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe.* (Lib. 14. §. 14. D. *De Religioſis & ſumtibus funer.*)

**GRONOVII.**

82 *Prohibere & irritum*] Legi, quæ prohibet, poteſt ſatisfieri mulcta vel compenſatione, ut tamen res facta maneat: quemadmodum legi de furtis in tigno juncto. l. 1. D. *de Tigno juncto.*

83 *Lex Cincia*] Sic lex furia teſtamentaria plus mille aſſium legatum aut mortis cauſa capere vetabat; & adverſus eum qui cepiſſet quadrupli pœnam conſtituebat.

84 *Sæpe enim indecentia*] Sic ducere peregrinam, ſordido loco natam, ancillam,



Digitized by Google

enim indecentia eſt major in actu quam in effectibus: u ſæpe etiam incommoda quæ reſciſſionem ſequuntur majora quam ipſa indecentia, aut incommodum actus ipſius.

XVII. Conſociationes præter hanc maxime naturalem ſunt & aliæ, tum privatæ, tum publicæ: & hæ quidem aut in populum, aut ex populis. Habent autem omnes hoc commune, quod in iis rebus ob quas conſociatio quæque inſtituta eſt, univerſitas, & 85 ejus pars major nomine univerſitatis obligant ſingulos qui ſunt in ſocietate. Omnino enim ea credenda eſt fuiſſe voluntas in ſocietatem coëuntium, ut ratio aliqua eſſet expediendi negotia: eſt autem manifeſte iniquum, ut pars major ſequatur minorem: quare naturaliter, x 86 ſecluſis pactis ac legibus quæ formam tractandis negotiis imponunt, pars major jus habet integri. Thucydides: 87 *κύριον εἶναι ὅ, τι ἂν τὸ πλῆθος ψηφίσηται.* Appianus: *ἔςι δ' ἔν τε χειροτονίαις καὶ δίκαις ἀεὶ τὸ πλέον δικαιότερον*: *tam in comitiis quam in judiciis vincit pars major.* Dionyſius Halicarnaſſenſis Similiter: * *ὅ, τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι τοῦτο νικᾷν*, y *quod pluribus viſum, id valere.* 88 Et † alibi: 89 *ὅ, τι δ' ἂν οἱ πλείους ψῆφοι καθαιρῶσι τοῦτο ποιεῖν.* Item: 90 a *ὅ, τι ἂν αἱ πλείους γνῶμαι καθαιρῶσι τοῦτο εἶναι* 91 *κύριον.* Ariſtoteles: b *κύριον τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν.* Curtius

*Vict. de poteſtate civili, n. 14.*

*Lib.* V. c. 30.

* *Ant. Rom. Lib.* II. c. 14.

† *Lib.* VII. c. 36.

a *Ibid.* c. 39.

b *Polit.* IV, 8. VI, 2.

ancillam, meretricem, turpe; ſed cohabitare cum ea, quam duxeris, maritali more non turpe.

GROTII.

u *Sæpe etiam incommoda quæ reſciſſionem ſequuntur, majora quam ipſa indecentia*] Ideo rex Alcinous Medeam reddi volebat patri, ſi deflorata nondum eſſet. Meminit *Apollonius* Argonautis, & ejus ſcholiaſtes: & in bibliotheca *Apollodorus*. (Lib. I. c. 9. §. 25.)

x *Secluſis pactis ac legibus*] Ut quæ volunt duas partes concordare, ut c. 6. de Electione.

y *Quod pluribus viſum id valere*] Hunc ſenſum dant Chaldæus Paraphraſtes & Rabbini ad illud in *Exodo* XXIII, 3. Adjungo l. duo 30. & l. Pomponius 38. D. de re judicata; & quæ infra lib. III. cap. XX. §. 4. & quæ paria cum Prudentio habet *Ambroſius* contra Symmachum.

GRONOVII.

85 *Et ejus pars major*] *Quintil.* decl. 365. *Quod major pars judicum ſtatuerit, reus patiatur.* Pars major in conſilio vincere debet, ſub his exceptionibus, I. Si ſint vera ſuffragia, hoc eſt, res integra, nec coitione ac conſpiratione plurium jam ante definita, quam in conſultationem deferatur. II. Si majorem numerum non faciant, quos ex lege & more, tanquam ſuſpectos excedere, nec in ſua cauſa jus dicere oportet. III. Ut major numerus cenſentium non valeat ad ſtatuenda, quæ juri divino & ſanæ rationi repugnant. IV. Nec ad fundamentales leges ſubvertendas aut formam reip. ex libidine mutandam. V. Nec ad privatorum jura, privilegia, veteres & in publicam utilitatem receptas conſuetudines abolendas.

86 *Secluſis pactis*] Quæ certis in cauſis ſolent excipere, ne quid fiat, niſi de conſenſu ſingulorum, ut augurem non licebat nominari, qui cuiquam e collegio inimicus eſſet. *Cic.* 3. famil. 10.

87 *Κύριον εἶναι*] Valere quod plures ſciverint.

88 *Et alibi*] 7. p. 4. 45.

89 *Ὅτι δ' ἂν οἱ* &c.] Quod plurium ſuffragia ſtatuerint, id facere.

90 *Ὅτι ἂν αἱ πλείους*] Quod plures ſententiæ decreverint, id eſſe ratum.

91 *Κύριον*] Validum quod pluribus viſum.



Digitized by Google

Curtius lib. x. * *Eo quod major pars decreverit, ſletur.* Prudentius: [ In Symmach. 1, 599. ] * *Cap.* 6. *n.* 15.

> —— *In paucis jam deficiente caterva*
> *Nec perſona ſita eſt patria, nec curia conſtat.*

Deinde: (*vers.* 607, 608.)

> —————— *Infirma minoris*
> *Vox cedat numeri parvaque in parte* 92 *quieſcat.*

Apud Xenophontem hoc dicitur: *ἐκ τῆς νικώσης πράττειν πάντα*, *omnia agere ſecundum eam ſententiam, qua vincit.* *De Cyri Exp. Lib.* VI. c. 1. §. 11.

XVIII. Quod ſi pares ſint ſententiæ, nihil agetur: quia 93 ad mutationem non ſatis momenti eſt: qua de cauſa 94 ubi pares ſunt ſententiæ, z reus abſolutus intelligitur: quod jus 95 Minervæ calculum Græci vocant ex fabula de Oreſte: quæ res apud Æſchylum furiis, & apud Euripidem zz Oreſte & Electra tragœdiis tractatur. Sic & poſſeſſor rem tenet: quæ ratio non male obſervata eſt a ſcriptore problematum, quæ Ariſtoteli adſcribuntur, ſectione xxix. In Senecæ controverſia quadam eſt; *Alter judex damnat, alter abſolvit: inter diſpares ſententias* a *mitior vincat.* Nam ſic & in dialecticis collectionibus illatio eam partem ſequitur, quæ minus onerat. *Lib.* 1. *Contr.* 5.

XIX. Sed

### GROTII.

z *Reus abſolutus intelligitur* ] L. inter pares. 38. D. de re judicata. Vide *Julianum* de Euſebia. (*Orat.* III. pag. 115. A. *Edit. Spanhem.*)

zz *Oreſte & electra* ] Etiam Iphigenia in Tauris. in Electra ſic ait:

> *Καὶ τοῖσι λοιποῖς ὅδε νόμος τιθήσεται,*
> *Νικᾶν ἴσαις ψήφοισι τὸν φεύγοντ' ἀεί.*
> *Idemque cunctis juris eſto in poſterum.*
> *Certante numero judicum ut vincat reus.*

(Vers. 1268.)

a *Mitior vincat* ] Seneca in controverſiis: (1, 5.) *Non eſt invidioſa poteſtas qua miſericordia vincit.* Imo apud Hebræos una ſententia damnantium vincens pro nulla habebatur: ita Chaldæus ad dictum locum *Exodi* XXIII. & Moſes de Kotzi præceptorum jubentium XCVIII. & vetantium CXCV.

### GRONOVII.

92 *Quieſcat* ] Sileſcat.

93 *Ad mutationem* ] Ad rem novam introducendam.

94 *Ubi pares ſunt* ] *M. Seneca* 3. Excerpt. 2. *Parricida æquis ſententiis abſolutus.* Et, *Quidam filium accuſavit parricidii: æquis ſententiis abſolutum abdicat.* Quintilian. decl. 254. *Exul, accuſator, & ſententiæ pares.* Item, *poſtulavit reum: is æquis ſententiis abſolutus eſt.*

95 *Minervæ calculum* ] Quum Oreſtes in Areopago cauſam diceret (occiderat autem matrem Clytemneſtram, ut vindicaret patrem Agamemnonem, quem illa interfecerat) & condemnantes una ſententia vincerent, adfuit *ἀπὸ μηχανῆς* Minerva & appoſuit calculum ſuum abſolventibus: ſic paribus ſententiis valuit mitior, & Oreſtes evaſit. Solebant autem judices calculis nigris damnare, albis abſolvere. *Ovid.* 15. Met. 44. *Heſychius* in *Κὰν ἴσαι*. Suidas in *Ἴσαι ψῆφοι*. Ariſtoph. Βατραχ. 244. *ὡς ἀπολύεται κὰν ἴσαι γίνωνται.* Julian. encom. *Euſeb.* ſeu orat. 3. p. 213. [ *Calculum Minervæ* Vir Doctiſſimus, poſt hæc ſcripta, exponendi occaſionem habuit, in egregia Oratione *De Lege Regia*, quam nos Gallicè verſam, & Notis illuſtratam, edidimus, *Amſtel.* ann. 1714. Videri poteſt etiam *J. H. Boecleri* Diſſertatio *de Calculo Minervæ*, Tom. I. Diſſ. Academic. ab aliquot annis conjunctim editarum. *J. B.* ]



Digitized by Google

XIX. Sed hic quæſtio oriri ſolet 96 de conjungendis aut dividendis ſententiis: qua de re ex mero jure naturali, id eſt, ſi pactio aut lex aliud non præcipiat, diſtinguendum videtur inter ſententias, quæ totis rebus differunt, & inter eas, quarum altera partem alterius continet, ut hæ b conjungendæ ſint in eo quo conveniunt, illæ non item. Sic qui 97 in viginti damnant, & qui in decem, conjungentur in illo decem adverſus ſententiam abſolventem. At qui morte reum puniunt, & qui relegant, non conjungentur, quia diverſa hæc ſunt, & in morte non eſt relegatio. Sed nec abſolventes cum relegantibus conjungentur, quia etſi non interficiendum reum conſentiunt, id tamen non eſt illud ipſum quod dicit ſententia, ſed per conſequentiam inde elicitur: at qui relegat non abſolvit. Quare recte Plinius, cum tale quid in ſenatu eveniſſet, tantam dixit ſententiarum eſſe diverſitatem, ut non poſſent eſſe niſi ſingulæ; & parvulum referre, an idem diſpliceret, quibus non idem placuiſſet. Et c Polybius notat a Poſtumio prætore fraudem factam in rogandis ſententiis, cum eos, qui 98 captivos Græcos damnandos, & qui ad tempus retinendos cenſebant, contra abſolventes conjungeret. Exſtat hujus generis quæſtio apud Gellium libro IX. & apud Curium Fortunatianum in loco de quantitatum comparatione: & apud Quintilianum patrem controverſia CCCLXV. ubi hæc verba ſunt: *Jam aperte ex una plures facis. jam turbam iſtam, quæ univerſa noceret, dividendo extinguis. Duo exilium, duo ignominiam pronuntiant. Vis ego illos jungam, qui ſeipſos dividunt?*

*Lib.* VIII. *epiſt.* 14.

*Excerp. leg.* 129.

*Noct. Att.* IX, 15.

XX. Addendum & hoc: ſi qui abſentia, aut aliter impediti jure ſuo uti non poſſunt, eorum jus interim 99 accreſcere præſentibus:

GROTII.

b *Conjungendæ ſint in eo, in quo conveniunt*] Ideo ſenatores dividere ſententiam plura ſimul complectentem jubebantur, teſte Aſconio in Milonianam. *Cicero* epiſtolarum ad familiares I, 2. *Itaque cum ſententia prima Bibuli pronunciata eſſet, ut tres legati regem reducerent; ſecunda Hortenſii, ut tu ſine exercitu reduceres; tertia Volcatii, ut Pompejus reduceret; poſtulatum eſt, ut Bibuli ſententia divideretur. quatenus de religione dicebat, cuique rei jam obſiſti non poterat; Bibulo aſſenſum eſt: de tribus legatis frequentes ierunt in alia omnia.* Seneca epiſtola XXI. *Quod fieri in ſenatu ſolet, faciendum ego in philoſophia quoque exiſtimo. cum cenſuit aliquis, quod ex parte mihi placeat, jubeo illum dividere ſententiam, & ſequor.* Idem de vita beata c. 3. *Eſt & mihi cenſendi jus. itaque aliquem ſequar, aliquem jubebo ſententiam dividere.* meminit ejus moris & *Plinius* lib. VIII. epiſt. 14.

c *Polybius*] Vide ad eum locum *Fulvii* notas.

GRONOVII.

96 *De conjungendis*] Exemplum apud *Quintil.* declam. 365.

97 *In viginti*] Nummos vel nummorum millia. Si tres judices jubeant pendere viginti, tres decem, tres nihil, vicerit ſententia in decem condemnantium, quia in viginti inſunt decem.

98 *Captivos Græcos*] Qui ſecundo bello Macedonico nimis denudarant animos pro rege Perſeo contra Romanos.

99 *Accreſcere præſentibus*] Plebiſcitum apud *Livium* 26. 34. *Quod ſenatus juratus, maxima pars cenſeat, qui adſidetis, id volumus jubemuſque.*

d *Seneca*

Digitized by Google

tibus: quod d Seneca in controverſia quadam exſequitur: *Puta te ſervum eſſe communem: huic domino ſervies, e qui præſens eſt.* Lib. III. Contr. 19.

XXI. f Naturalis autem ordo inter ſocios hic eſt, prout quiſque in ſocietatem venit. Sic inter fratres is ſervatur ordo, ut qui primus natus eſt reliquos præcedat, atque ita deinceps, rejectis aliis omnibus qualitatibus. *ἴσοι γάρ*, inquit Ariſtoteles, *πλὴν ἐφ' ὅσον ταῖς ἡλικίαις διαλλάττουσι, pares enim ſunt fratres, niſi quatenus ætas eos diſtinguit.* Theodoſius & Valens in conſtitutione de ordine inter conſules ſervando: *Quis enim in uno eodemque genere dignitatis prior eſſe debuerat, g niſi qui prior meruit dignitatem?* Atque hic mos antiquitus in Chriſtianorum quoque regum ac populorum ſocietate obtinuit, ut qui primi Chriſtianiſmum profeſſi ſunt, h in conciliis ad rem Chriſtianam pertinentibus præcedant cæteros.

D. de albo ſcribendo. Ethic. Nic. VIII, 12. L. 1. C. De Conſulib. lib. 12.

XXII. Illud tamen addendum eſt: quoties ſocietas fundamentum habet in re, quam non æqualiter omnes participant, ut ſi in hereditate aut fundo alius dimidiam partem habeat, alius tertiam, alius quartam, tunc non tantum ordinem ſumendum ex modo participationis, ſed & 100 ſententias ad eum modum, id eſt, i menſoria, ut loquuntur, proportione æſtimandas. Quod ſicut

### GROTII.

d *Seneca in controverſia quadam*] Libro III. contr. XIX. [Sed caſus eſt paullo diverſus, ut patet. *J. B.*]

e *Qui præſens eſt*] Ita ut & ad unum reſidere poſſit nomen univerſitatis. l. ſicut. 7. §. 2. D. quod cujuſque univerſitatis nomine. ubi *Weſembecium* vide. Adde l. reſcriptum, 10. D. de pactis. *Zas.* in paratit. D. de pactis. *Bart.* in L. 1. num. 3. de albo ſcribendo. *Beer.* deciſ. 1. num. 4. Antonium *Fabrum* codice Sabaudico. lib. I. tit. III. definit. 40. *Reinking.* lib. I. claſſe V. c. 8. Sæpe tamen & hic, ut in illa regula de majore parte, leges exceptionem dant, puta ut duæ partes adeſſe debeant. L. Nulli, 3. D. dicto titulo, quod cujuſque univ. nomine. L. nominationum, 46. C. de decurionibus: ut abſentes præſentibus vices ſuas mandare aut ſuffragium per procuratorem dare poſſint. c. ſi quis juſto, 46. de Electione in VI.

f *Naturalis ordo*] De præcedentiis vide, ſi lubet, M. Antonium *Nattam* conſ. IↃC. n. 22. & conſ. IↃC. LXXVIII. num. 31. Mart. *Wacher* conſiliis Cæſareis in controverſia Saxonica. [Addi poteſt Diatriba ſingularis *De Jure Præcedentiæ*, à JACOBO GOTHOFREDO, ſummo Icto, conſcripta, & ex ejus ſecundis curis longe auctior edita *Genevæ*, 1664. *J. B.*]

g *Niſi qui prior meruit dignitatem*] Adde L. omnes, 2. C. ut dignitatum ordo ſervetur. L. ſemper, 5. D. de jure immunitatis. L. ult. C. de tironibus.

h *In conciliis*] *Joh. Fice.* conſ. latino LXXVII. n. 16. Afflictus deciſ. Neap. 1. n. 8. *Bart.* in l. 1. D. de albo ſcribendo. *Innoc.* in c. Tua. de Majoritate & obedientia. *Ant. Teſſaurus* 1. quæſt. for. XLVIII. n. 5. *Tiberius Decianus* reſponſo XIX. n. 183. & ſeq. *Innocentius Butr. Felin.* in c. ſtatuimus D. tit. de Majoritate. *Bal.* in Decernimus, in 2. notabili, c. de Sacroſanctis eccleſiis. Sed præcipue vide *Æneam Silvium* in concilii Baſileenſis hiſtoria.

### GRONOVII.

100 *Sententias ad eum*] Auctoritatem ſive jus ſententiæ inter ſocios proportionis eſſe geometricæ.

i *Menſoria*] Quam comparatam dixit I, 1. 18.



Digitized by Google

* *L. 8. D. de pactis. L. 14. D. Depoſiti. L. 16. D. de rebus auct. jud. poſſid.*
† *Lib.* XIII. pag. 631.
a *Lib.* XIV. *pag.* 665.
b *Politic.* III, 9.

ſicut naturali æquitati convenit, ita * Romanis quoque legibus probatum eſt. Ita narrat Strabo † cum Cibyra & tres vicinæ urbes in unum quaſi corpus coiiſſent, conveniſſe, ut 2 aliarum ſingula eſſent ſuffragia, Cibyræ bina, eo quod in commune hæc multo plus cæteris conferret. Idem *a* in Lycia viginti & tres ait fuiſſe urbes, quarum i aliæ terna, aliæ bina, aliæ ſingula ferrent ſuffragia, & ad eundem modum onera tolerarent. Sed recte notat 3 Ariſtoteles *b* id ita demum æquum fore, *εἰ κτημάτων χάριν ἐκοινώνησαν, ſi poſſeſſionum cauſa inita eſt ſocietas.*

*Moral.* V, 3.

XXIII. Conſociatio, qua multi patres familiarum in unum populum ac civitatem coëunt, maximum dat jus corpori in partes: quia hæc 4 perfectiſſima eſt ſocietas: neque ulla eſt actio hominis externa, quæ non ad hanc ſocietatem aut per ſe ſpectet, aut ex circumſtantiis ſpectare poſſit. Et hoc eſt quod ab Ariſtotele eſt proditum: *τοὺς νόμους ἀγορεύειν περὶ ἁπάντων, leges de omnis generis rebus præcipere.*

*L. 22. D. ad municipal.* §. 2.

XXIV. 1. Solet hic illud quæri, k an civibus de civitate abſcedere liceat, venia non impetrata. Scimus populos eſſe, ubi id non liceat, ut 5 apud Moſchos: nec negamus talibus pactis iniri poſſe ſocietatem civilem, & 6 mores vim pacti accipere. Romanis legibus, ſaltem poſterioribus, domicilium quidem transferre licebat: ſed non eo minus qui tranſtulerat 7 municipii ſui muneribus obligabatur. Verum in quos id conſtitutum erat, ii manebant

### GROTII.

i *Aliæ terna, aliæ bina*] Sic in Smalcaldico fœdere Saxo duo habebat ſuffragia.

k *An civibus de civitate abſcedere liceat*] Vide hac de re fœdera Helvetica apud *Simlerum* & alios. *Servius* in excerptis Fuldenſibus II. Æneidos: (*vers.* 156.) *Conſuetudo antiqua fuerat, ut qui in familiam vel gentem tranſiret, prius ſe abdicaret ab ea, in qua fuerat, & ſic ab alia reciperetur.* Exempla fidei regibus renuntiatæ vide aliqua apud *Marianam*, ac poſtremum illuſtre libro XXVIII. c. 13.

### GRONOVII.

2 *Aliarum ſingula, Libycæ bina*] Sic Philippo Macedoni poſt confectum Phocenſe bellum conceſſum, ut cum poſteris in Amphictyonum ſenatum adſciſceretur & gemini ſuffragii, quod Phocenſes habuerant, jus uſurparet. *Diod.* Sic. 16, 61. Et hoc quidem æquum jure naturali, ſed cui ſæpe mos populorum intercedit, id ſervans in tali ſocietate, quod ab initio placuit. Plerumque autem tum potentes minus potentibus, ut eos alliciant, par jus ſuffragii concedunt.

3 *Ariſtoteles pol. III. IX.*] Hein. 6. p. 299.

4 *Perfectiſſima*] 1, 1. 14.

5 *Apud Moſchos*] Olim & apud Argivos. *Ovid.* 11. Met. 28. *prohibent diſcedere leges, pœnaque mors poſita eſt patriam mutare volenti.*

6 *Mores vim pacti*] Etiam ubi pactum ejuſmodi a primo initum non conſtat, ſi tamen longo tempore obſervatum ſit, ut nemo diſcedendi ſine commeatu poteſtatem habuerit aut uſurpaverit, ibi eam conſuetudinem pro lege & pacto valere.

7 *Municipii ſui*] Hæc eſt cauſa, cur Joſephum & Mariam, quum Judææ cenſus ex mandato Auguſti ageretur, etſi habitarent Nazarethi, oportuerit proficiſci Bethlehemum, ut ibi cenſerentur: nam Davidis poſteri ejus municipii erant.

l *Gregatim*

Digitized by Google

bant intra fines imperii Romani: atque ea ipſa conſtitutio ſpecialem 8 ſpectabat utilitatem tributariæ præſtationis.

2. At nos quid naturaliter, ſi nihil aliud convenerit, obtinere debeat quærimus: nec de parte aliqua, ſed de tota civitate, ſive unius ſummi imperii complexu. Et ſane l 9 gregatim diſcedi non poſſe, ſatis expeditum eſt ex neceſſitate 10 finis, quæ jus facit in moralibus. (nn) nam id ſi liceat, jam civilis ſocietas ſubſiſtere non poſſit. De ſingulorum diſceſſione alia res videtur, ſicut aliud eſt ex flumine aquam haurire, aliud 11 rivum diducere. *De ſua cuique civitate ſtatuendi facultas libera eſt*, ait * Tryphoninus. Cicero pro Balbo † laudat jus illud, *ne quis in civitate maneat invitus*, & *fundamentum* vocat *libertatis, ſui quemque juris & retinendi, & dimittendi eſſe dominum.* Tamen hic quoque ſervanda eſt regula naturalis æquitatis, quam Romani in privatis ſocietatibus dirimendis ſecuti ſunt, 12 ut id non liceat ſi ſocietatis interſit. Semper enim, ut recte inquit Proculus, non id quod privatim intereſt unius ex ſociis ſervari ſolet, ſed quod ſocietati expedit. m Intererit autem ſocietatis civilis non abire civem, ſi magnum contractum ſit æs alienum, niſi paratus ſit civis in præſens partem ſuam exſolvere: item ſi fiducia multitudinis bellum ſit ſuſceptum, præſertim ſi obſidio immineat, niſi paratus ſit civis ille alium æque idoneum ſubſtituere, qui rempublicam defendat.

* *L. in bello. 12. §. 9. D. de capt. & poſtl.*
† *Cap. 13.*
*L. actione, 65. §. Labeo, 5. D. Pro Socio.*

3. Extra hos caſus credibile eſt ad liberam civium diſceſſionem conſentire populos, quia non minus ex ea libertate commodi ſentire aliunde poſſunt.

XXV. Sic n in exules nullum jus civitati. Heraclidæ Argis ejecti

GROTII.

l *Gregatim diſcedi non poſſe*] Zonaras de Lazo rege agens, qui a Perſis ad Romanos defecerat: *τῦτο αἴτιον μάχης Ῥωμαίοις καὶ Πέρσαις ἐγένετο, ὡς τῦ βασιλέως Ῥωμαίων τὺς αὐτοῖς ὑπείκοντας σφετεριζομένυ· Id belli initium Romanis ac Perſis fuit, quod Romanus princeps ad ſe avocaret Perſis ſubditos.* [Dicendum erat, *de Lazorum Rege*, non *de Lazo rege*. Ei nomen erat *Tzathus*. Locus eſt in *Juſtini Thracis* vita. *J. B.*]

m *Intererit autem ſocietatis*] Bembus libro VII.

n *In exules nullum jus civitati*] Vide infra libro III. tit. XX. §. XLI.

GRONOVII.

8 *Spectabat utilitatem*] Eo pertinebat, ut ne minuerentur cujuſque municipii intributiones, aut ſi aliqui inde diſceſſiſſent, graviores remanentibus fierent.

9 *Gregatim diſcedi*] Magnis catervis.

10 *Finis, quæ jus*] 2, 7. 2.

11 *Rivum diducere*] Incili depreſſo, vel foſſa facta aquam perpetui decurſus in ſuum fundum ducere. l. 1. §. 5. & l. 3. §. 2. D. *de rivis*.

12 *Ut id non liceat*] Sic qui poſt Cannenſem cladem deſerere Italiam voluerant, & tum prohibiti a P. Scipione, & poſtea cauſam dicere apud cenſores juſſi, orationemque contra remp. habuiſſe judicati & omnibus cenſoriis notis confixi ſunt. *Liv.* 22, 53. & 24, 18.

(nn) Vix accidere poteſt, ut gregatim Cives diſcedant, niſi quando aut imperium tyrannicum factum fuit, aut calamitate quadam vel quocumque alio caſu multi homines in civitate non amplius reperiunt unde victum quærant. Uterque autem caſus tacite exceptus intelligitur in pacto quo aliquis Civitati ſe obſtrinxit. *J. B.*



Digitized by Google

ejecti ab Euryſtheo, per tutorem ſuum Iolaum, ſic loquuntur apud Euripidem: (*Heraclid.* vers. 186.)

*Quo jure jam nos ad Mycenæos trahat,*
*Eadem agentes urbe quos urbe expulit?*
*Nunc ergo cives non ſumus* ———

Or. de Bigis, pag. 349. D. Alcibiadis filius in Iſocratea oratione agens de temporibus ejecti patris: *ὅτ' οὐδὲν αὐτῷ τῆς πόλεως προσῆκεν·* o *cum nihil ad illum civitas noſtra pertineret.* Jam vero plurium populorum, ſive per ſe ſive per capita ſua conſociatio fedus eſt, de cujus natura & effectu locus agendi erit, ubi 13 ad obligationem ex pacto erit deventum.

XXVI. Subjectio ex conſenſu, aut privata eſt, aut publica. Subjectio privata ex conſenſu eſſe poteſt multiplex, ſicut multiplicia ſunt regiminum genera. Nobiliſſima ſpecies eſt arrogatio, qua quis ſui juris ſe ita dat in familiam alterius, ut ei ſubſit ad eum modum, quo filius qui maturæ eſt ætatis, ſubeſt patri. Pater autem filium ſuum eo modo dare alteri non poteſt, 14 ut jus paternum plene in eum tranſeat, & ipſe paterno officio exſolvatur. Id enim natura non ſinit: ſed poteſt filium alteri commendare, & alendum dare quaſi ſubſtituendo.

XXVII. 1. Subjectionis ſpecies ignobiliſſima eſt, qua quis ſe dat 15 in ſervitutem perfectam, ut illi apud Germanos qui noviſſimo 16 aleæ jactu de libertate contendebant: *Victus voluntariam*
De Moribus Germ. c. 24. *ſervitutem adit*, ait Tacitus. Etiam apud Græcos ut narrat Dion Pruſæenſis oratione XV. *μύριοι δήπου ἀποδίδονται ἑαυτοὺς ἐλεύθεροι ὄντες, ὥστε δουλεύειν κατὰ συγγραφήν·* *innumeri cum liberi ſint, ſe in ſervitutem dant, ut* p *ex contractus formula ſerviant.*

2. Eſt autem ſervitus perfecta, quæ perpetuas operas debet pro

### GROTII.

o *Cum nihil ad illum civitas noſtra pertineret*] Nicetas Iſaaci Angeli rebus libro I. *μὴ καινὸν εἰ διφρένη τις τὸν ἀντίπαλον καὶ κολακεύσει ὡς φίλιον, τὸν οἰκεῖον εὑρίσκων πολέμιον·* *Non mirum ſi quis hoſtem amiciat eique blandiatur, qui ſuos ſibi hoſtes ſenſerit.*

p *Ex contractus formula ſerviant*] Ægyptiis id olim vetitum. Athenis permiſſum ad Solonis tempora. is conſtituit *ἐπὶ σώμασι μὴ δανείζεσθαι*, *corpus pro credito ne obligaretur.* Plutarchus Solone. (*pag.* 86. D.) Idem lex Petilia Romæ conſtituit. [Lex Ægyptia, quâ id vetabatur, à *Bocchori* ſancita fuerat, & refertur à DIODORO SICULO, Lib. I. p. 50. *Ed. H. Steph.* De *Lege Pœtilia*, vide VARRON. *De L. Lat.* Lib. VI. pag. 82. & LIVIUM, Lib. VIII. Cap. 28. *J. B.*]

### GRONOVII.

13 *Ad obligationem ex pacto*] 2, 12.

14 *Ut jus paternum*] Quod ultra jus naturæ fiebat in adoptione Romana per æs & libram.

15 *In ſervitutem perfectam*] Ut qui apud Romanos ſe ad pretium participandum venundari patiebantur. §. 4. inſt. *de jure perſ.*

16 *Aleæ jactu*] Qui perdita aleæ luſu pecunia & bonis, ad poſtremum libertatem ſuam colluſoris pecuniæ opponebant, & in aleam mittebant, aut res recepturi, aut ne corpus quidem ſuum habituri. Tamen ignobilior eorum, qui ſe vendebant in ludum gladiatorium. *Liv.* 28, 21. *Lipſ.* 2. Saturn. 3.

q *Nihil*

Digitized by Google

pro alimentis & aliis, quæ vitæ neceſſitas exigit: quæ res ſi ita accipiatur 17 in terminis naturalibus, q nihil habet in ſe nimiæ acerbitatis. nam 18 perpetua iſta obligatio compenſatur perpetua illa alimentorum certitudine, quam ſæpe non habent, 19 qui diurnas operas locant, unde accidit ſæpe, quod dixit Eubulus:

> Ἐθέλει δ' ἄνευ μισθοῦ παρ' αὐτοῖς καταμένειν
> Ἐπὶ σιτίοις. (oo) ——————
> *Manere apud illos voluit, mercedis carens,*
> *Victu contentus.* ——————

Idem Comicus alibi:

> Πολλοὶ φυγόντες δεσπότας, ἐλεύθεροι
> Ὄντες, πάλιν ζητοῦσι τὴν αὐτὴν φάτνην.
> *Qui ſe 20 fugitivi geſſerunt pro liberis:*
> *Multi recurrunt r priſtina ad præſepia.*

Sic in hiſtoriis notabat Poſidonius Stoicus, (pp) multos olim fuiſſe, qui ſuæ imbecillitatis conſcii, ſponte ſe aliis in ſervitutem darent: ὅπως παρ' ἐκείνων τυγχάνοντες τῆς εἰς ἀναγκαῖα ἐπιμελείας, αὐτοὶ πάλιν ἀποδιδῶσιν ἐκείνοις δι' αὐτῶν ἅπερ ἂν ὦσιν ὑπηρετεῖν δυνατοί· *Ut domini quidem ipſis providerent de neceſſariis, ipſi vero operam viciſſim quam poſſent præſtarent.* Exemplum addunt (qq) alii in Mariandynis, qui eandem ob cauſam ſervos ſe fecerint Heracleotarum.

XXVIII. Jus autem vitæ ac necis (rr) (de plena & 21 interna juſtitia loquor) domini in ſervos non habent: nec quiſquam homo hominem jure poteſt interficere, niſi is capital commiſerit. Sed quorundam populorum legibus dominus, quacunque de cauſa

GROTII.

q *Nihil habet in ſe nimiæ acerbitatis*] Vide ea de re egregiam *Busbequii* diſſertationem epiſt. exoticarum tertia.

r *Priſtina ad præſepia*] Apud *Plautum* quidam: (*Caſin.* II, 4. 14.)

*Liber ſi ſim, meo periculo vivam, nunc vivo tuo.*

Meliſſus Spoletinus Grammaticus manumitti noluit. [*Suet.* Gramm. c. 21.]

GRONOVII.

17 *In terminis naturalibus*] Ut dominis non plus in ſervos liceat, quam naturalis æquitas concedit.

18 *Perpetua iſta obligatio*] Subjectio, quæ incommoda videtur, hoc habet commodi, ut ita ſubjectis de victu ſollicitos eſſe non ſit neceſſe, quem domini præbent. *Plaut.* Caſ. 2, 4. 14. *Liber ſi ſim, meo periculo vivam, nunc vivo tuo.*

19 *Qui diurnas*] Opifices agreſteſque, quorum res & fides in manibus.

20 *Fugitivi*] Servi à dominis profugi.

21 *Interna juſtitia*] Quæ non tantum apud judicem mortalem, ſed etiam apud Deum inſontes præſtat.

(oo) Apud ATHENÆUM, unde hæc deſumta ſunt, eſt, Ἐπισίτιος. Lib. VI. Cap. 12. *J. B.*

(pp) Habet hoc ex ATHENÆO, Lib. VI. Cap. 18. pag. 263. C. *Edit. Caſaub.* 1657. *J. B.*

(qq) Hoc ſequitur ſtatim poſt verba *Poſidonii*, apud ATHENÆUM, loco indicato. Sed *Matyandinos* vi ſervire coactos *Heracleotis*, ait STRABO, *Geogr.* Lib. XII. pag. 817. A. *J. B.*

(rr) De tota iſta materia, confer PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VI. Cap. 3. & *de Offic. Hom. & Civ.* Lib. II. Cap. 4. *J. B.*

*Patres*

Digitized by Google

ſa ſervum interfecerit, 22 impune fert, ut ubique reges, qui liberrimam habent poteſtatem. Hac comparatione ante nos uſus

Lib. III. de benef. c. 18. eſt Seneca: *Si ſervo quominus 23 in nomen meriti perveniat, neceſſitas obeſt, & patiendi ultima timor, idem iſtud obſtabit & ei, qui regem habet, & ei qui ducem, quoniam quanquam ſub diſpari titulo paria in illos licent.* Cum tamen haud dubie ſervus a domino injuriam

Lib. III. de benef. c. 22. poſſit accipere, ut recte affirmat idem Seneca. ſed 24 agendi impunitas improprie jus dicitur. Quale jus & 25 Solon parentibus in liberos conceſſerat, * & veteres Romanorum leges. Sopater: ἐξῆν πατρὶ ὄντι τοὺς παῖδας ἀνελεῖν. ἔξεστιν ἐὰν ἁμάρτῃ τι. καὶ ὅτι ὁ νόμος τοῦτο εἰδὼς ὡς εἰλικρινὴς γένοιτ᾽ ἂν δικαστὴς ὁ πατὴρ, τοῦτο προσέταξεν· *Licuit ipſi cum pater eſſet filios interficere: nempe ſi quid peccatum eſſet. nam lex id ipſi permiſit, ideo quia credidit 26 integrum judicem fore.* Idem jus obtinere παρὰ πολλοῖς καὶ σφόδρα εὐνομουμένοις, *apud multos populos legum gloria florentes*, ait Dion oratione XV.

* Sextus Empiricus Pyrrhonic. III. c. 24.

XXIX. 1. De his qui ex ſervis naſcuntur difficilior inſpectio eſt. Romano jure & jure gentium circa captivos, 27 ut dicemus alibi, ut 28 in beſtiis, ita in ſervilis conditionis hominibus partus 29 matrem ſequitur. quod tamen juri naturali non ſatis congruit, 30 ubi pater aliqua ratione ſufficiente cognoſci poteſt. nam cum in mutis animantibus f patres non minus quam matres fœtuum curam gerant, hoc ipſo oſtenditur fœtum utriuſque eſſe communem. Sic ergo, ſi lex civilis hac de re tacuiſſet, t partus non minus

GROTII.

f *Patres non minus quam matres fœtuum curam gerant*] Vide infra cap. VIII. §. 18. *Plinius* X, 34. de columbis: *Amor utriuſque ſobolis æqualis.*

GRONOVII.

22 *Impune fert*] Non obnoxius eſt quæſtioni, aut legi Corneliæ de ſicariis.

23 *In nomen meriti*] Ut quicquid præſtet domino, non dicatur de eo bene mereri aut ei beneficium dare, obſtat, quod quæ facit, cogitur facere, niſi velit occidi.

24 *Agendi impunitas*] Poſſe facere ſine metu pœnæ, non eſt verum & proprie dictum jus habere ad agendum, ſed aliquid ſimile juri.

25 *Solon parentibus*] Negat *Dionyſ. Halicarn.* 2, 26.

26 *Integrum judicem*] Non facile odio liberorum aut aliena gratia corruptum.

27 *Ut dicemus alibi*] 3, 7. 2.

28 *In beſtiis.*] L. 5. §. 2. D. *de rei vindic.*

29 *Matrem ſequitur*] L. 7. Cod. *de rei vind.* l. 42. Cod. *de liber. cauſa.*

30 *Ubi pater aliqua*] Nam cur in beſtiis & ſervis id conſtitutum ſit, hæc ratio eſt, quod in illis non ſunt nuptiæ, quæ patrem demonſtrant.

GROTII.

t *Partus non minus patrem ſequeretur quam matrem*] Seneca de beneficiis VII, 12. *quomodo patri matrique communes liberi ſunt?* Lex Viſigotthica lib. X. tit. 1, 17. *Si enim filius ab utroque parente gignitur & creatur, cur idem ad conditionem tantum pertineat genitricis, qui ſine patre nullatenus potuit procreari?* deinde: *Hac rationabiliter natura lege compellimur, agnationem ancillæ, quæ ſervo alieno juncta pepererit, inter utroſque dominos æqualiter dividendam.* Slavi & Slavæ proles patrem ſequebatur; Speculum Saxo-

minus patrem ſequeretur quam matrem. Ponamus ergo, quo minor ſit difficultas, utrumque parentem ſervitutem ſervire; & videamus, an naturaliter partus ſervilis futurus ſit conditionis. Certe ſi alia nulla fuerit ratio educandi partum, potuerunt parentes prolem ſibi naſcituram in ſervitutem ſecum addicere: quippe cum 31 tali ex cauſa etiam in libertate natos vendere parentibus liceat.

2. Sed cum hoc jus naturaliter ortum ducat 32 ex ipſa neceſſitate, u extra eam non eſt jus parentibus prolem ſuam cuiquam addicere. quare jus dominorum in prolem ſervilem hoc caſu naſcetur, x ex ipſa alimentorum & eorum quæ vitæ neceſſaria ſunt præbitione: ac proinde cum diu alendi fuerint e ſervis nati, antequam opera eorum domino utilis eſſe poſſit, & ſequentes operæ ſui 33 temporis alimentis reſpondeant; effugere ita natis ſervitutem non licebit, niſi pro alimentis quantum ſatis eſt reddant. * Certe ſi immanis ſit domini ſævitia, ſervos illos etiam qui ipſi ſe in ſervitutem dederunt, fuga conſulere ſibi poſſe probabilis ſententia eſt. Nam quod Apoſtoli † & antiqui canones ſervis edicunt, y ne ſe dominis ſubtrahant, generale eſt, & eorum errori oppoſitum, qui omnem ſubjectionem tam privatam quam publicam rejiciebant, ut pugnantem cum Chriſtiana libertate.

* *Leſſ. lib.* v. c. 5. *dub.* 5.
† 1 *Corinth.* VII, 21. *Eph.* VI, 5. *Col.* III, 22. *Tit.* II, 9. 1 *Pet.* II, 16. *C. ſi quis ſervum.* 17. q. 4.

XXX. Præter perfectam ſervitutem, de qua jam egimus, ſunt & imperfectæ, ut quæ aut in diem ſint, aut ſub conditione, aut ad

Saxonicum III, 37. Idem moris in nonnullis Italiæ locis. c. licet. 3. de conjugio ſervorum. Apud Langobardos & Saxones ſequitur partus partem deteriorem. Spec. Sax. I, 16. Idem apud Wiſigotthos in Hiſpania Iſidori tempore obtinuiſſe diſcas ex c. ult. cauſa XXXII. quæſt. IV. Natus ex ſervo & ingenua eadem Wiſigotthorum lege fit ſervus. III. tit. II. 3. IV. tit. V, 7. IX. tit. I, 16. Ex ſervo & ancilla nati inter dominos dividuntur. Si unus ſit filius, habet eum ſervi dominus, ancillæ domino pretii dimidium perſolvens. In originariis patris originarii dominus duas fert partes, feminæ originariæ dominus unam, ex edicto Theodorici apud *Caſſiodorum* c. 67. in Anglia Francus quis eſt aut villanus ex patre: idemque in aliis conditionum diſcriminibus obſervatur. Litleton de Villanagio, & liber de laudibus legum Angliæ. Has leges a civili Romana diſcrepantes juri naturæ non repugnare agnoſcit *Thomas Aquinas*. quid ni, eum & menſia lege apud Romanos alterutro parente peregrino natus peregrinus cenſeretur? ut nos docet *Ulpianus* in Inſtitutionibus, titulo de his qui in poteſtate, v. §. 8. [Vide ibi Notas Eruditiſſimi SCHULTINGII. De *Originariis* autem, qui iidem ſunt ac *Adſcriptitii*, conſule JAC. GOTHOFRED. ad Lib. V. Tit. IX. *Cod. Theodoſ.* pag. 451. & *ſeqq.* Tom. I. *J. B.*]

u *Extra eam non eſt jus parentibus prolem ſuam cuiquam addicere*] Ita & Carolus Calvus ſtatuit cap. XXXIV. Edicti Piſtis.

x *Ex ipſa alimentorum & eorum quæ vitæ neceſſaria ſunt præbitione*] Vide *Leonem Afrum* lib. VI. de Barca.

y *Ne ſe dominis ſubtrahant*] Vide infra lib. III. c. VII. §. 6.

GRONOVII.

31 *Tali ex cauſa*] Ob alendi ſeque & illos inopiam.

32 *Ex ipſa neceſſitate*] Ex egeſtate alimentorum, ſi ea ſuppetunt aliunde.

33 *Temporis alimentis*] Debeantur pro cibo, quo tum temporis ſuſtentantur.



Digitized by Google

ad res certas. Talis eſt 34 libertorum, 35 ſtatu liberorum, 36 nexorum, 37 addictorum, 38 aſſcriptorum glebæ, 39 ſeptem annorum ſervitus apud Hebræos, & altera 40 ad Jubilæum uſque: 41 Peneſtarum apud Theſſalos; eorum, quos 42 manus mortuas vocant, ac poſtremo z mercenariorum: quæ diſcrimina aut a legibus aut a pactionibus pendent. Imperfecta ſervitus naturaliter etiam eſſe videtur ejus, qui altero parente liberæ, altero ſervilis conditionis ſit natus, ob eam quam ſupra diximus cauſam.

XXXI. Publica ſubjectio eſt, qua ſe populus 43 homini alicui, aut 44 pluribus hominibus, aut etiam 45 populo alteri in ditionem dat. Formulam talis ſubjectionis in exemplo 46 Capuæ ſupra adduximus. Similis eſt illa populi 47 Collatini: *Deditiſne vos populum Collatinum, urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utenſilia, divina humanaque omnia in meam populique Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio.* Quo alludens Plautus Amphitruone ait: (*Act.* I. *Scen.* I. vers. 102, 103.)

a *Deduntque ſe, divina humanaque omnia, urbem, & liberos*
*In ditionem atque in arbitratum cuncti Thebano populo.*

Perſæ hoc vocabant 48 aquam & terram dedere. Sed hæc perfecta ſubjectio eſt: ſunt & aliæ minus perfectæ, aut habendi modo, aut quoad imperandi plenitudinem, quarum gradus peti poſſunt ex his, quæ ſupra a nobis diſſertata ſunt. *Lib.* 1. *c.* 3.

XXXII. Ex

GROTII.

z *Mercenariorum*] Inter quos ii qui in Anglia apprentiſii dicuntur, durante diſciplinæ ſuæ tempore, proxime ad ſervilem conditionem accedunt.

a *Deduntque ſe, divina humanaque omnia*] Id Perſæ vocabant terram & aquam dedere.

GRONOVII.

34 *Libertorum*] Qui manumiſſi tamen operas patronis debent.

35 *Statu liberorum*] Qui teſtamento ſub conditione pendente manumiſſi ſunt.

36 *Nexorum*] Qui ob æs alienum creditoribus operas præſtant, ſive ultro, ſive ſententia judicis, plerumque in vinculis, ἐγκαλλωπιζόντων. *Liv.* 2, 24. & 27. lib. 8, 28. *Varro* 6. de L.L. 82.

37 *Addictorum*] Qui faciunt idem ſententia judicis. *Cic. pro Flacco* 20, 2. *de Orat.* 63.

38 *Aſſcriptorum glebæ*] Coloni cum agro dominum mutantes.

39 *Septem annorum*] Ut Hebræus Hebræo ſe vendens ſex annis ſerviat, ſeptimo liber ſit. *Deut.* 15, 12.

40 *Ad Jubilæum*] Ut idem jubilæo, id eſt, ſepties ſepteno, ſeu XLIX. anno exacto liber ſit. *Levit.* 20, 39.

41 *Peneſtarum*] Quales *Ilotæ* Lacedæmone, *Clientes* Romæ.

42 *Manus mortuas*] Agricolas vel ruſticos hac conditione manumiſſos, ut, ſi morerentur ſine liberis, bona omnia redirent ad patronum: ſin liberis relictis, optimum pignus vel *jocale*, (i. quod ex omni re illius & inſtrumento pretioſiſſimum eſt) patrono vel domino cederet: ſi nihil eſſet tale, defuncti dextera abſciſſa offerretur. *Mag.* chron. Belgii p. 153. ad annum D. 1123. *Bodin.* 1. de Republ. 5. p. 61. & 63. *Deſ. Herald.* Rer. quotid. lib. 1. cap. 10. num. 13. p. 81.

43 *Homini alicui*] Regi vel quocumque ſpecialiori nomine Principi.

44 *Pluribus*] Senatui, optimatibus, ubi ariſtocratia eſt.

45 *Populo*] Ubi democratia.

46 *Capuæ ſupra*] 1, 3. 8.

47 *Collatini*] Liv. 1, 38.

48 *Aquam & terram dedere*] *Herodotus* Polyhymnia ſive lib. 7. cap. 133. *Curtius* lib. 3, 10.

b Quoties

Digitized by Google

XXXII. Ex delicto ſubjectio etiam non accedente conſenſu naſcitur, b quoties qui meruit libertatem amittere, ab eo cui pœnæ exigendæ jus eſt, in poteſtatem vi redigitur. Cui autem jus ſit pœnæ exigendæ, 49 videbimus infra. Poſſunt autem hunc in modum ſubjici non ſinguli tantum privata ſubjectione: c ut Romæ qui 50 ad dilectum non reſpondebant, & 51 incenſi: * poſtea & feminæ, quæ ſe 52 ſervo alieno junxiſſent: ſed & 53 populi publica ex publico delicto. Hoc intereſt, quod populi ſervitus per ſe perpetua eſt, quia ſucceſſio partium non impedit, quo minus unus ſit populus. At ſingulorum ſervitus pœnalis perſonas non egreditur; quia 54 noxa caput ſequitur. Utraque autem ſervitus, tam privata, quam publica 55 pœnalis eſſe poteſt, aut perfecta aut imperfecta pro modo meriti & inflictæ pœnæ.

* *Cic. pro Cæcina*, c. 34.

De ſervitute vero, tam privata, quam publica, quæ ex jure gentium oritur voluntario, 56 infra dicendi erit locus, ubi ad effectus belli erit ventum.

GROTII.

b *Quoties qui meruit libertatem amittere*] Ut ſocii illi Ulyſſis Ægyptios prædati, de quibus *Homerus* Odyſſeæ ξ. (*vers.* 271, 272.)

Ἐνθ' ἡμέων πολλοὺς μὲν ἀπέκτανον ὀξέϊ χαλκῷ·
Τοὺς δ' ἄναγον ζωοὺς, σφίσιν ἐργάζεσθαι ἀνάγκῃ.

*Partem igitur noſtrûm ſicelicibus obtruncarunt:*
*Partem etiam vivos ad opus traxere coactum.*

Sic Apollinem Jupiter cum in tartarum dejicere vellet, exoratus a Latona ſervituti addixit. habet Apollodorus libro III. (c. 10. §. 3.)

c *Ut Romæ qui ad dilectum non reſpondebant*] Apud Lycios fures. Nicolaus Damaſcenus. Apud Wiſigotthos multi aliorum criminum damnati, ut ex eorum legibus apparet.

GRONOVII.

49 *Videbimus infra*] 2, 20. 3.

50 *Ad dilectum*] Citati, ut ſacramentum dicerent, & militiæ nomen darent, non comparuerant. l. 20. D. *comm. divid.* l. 4. §. 10. D. *de re militari.*

51 *Incenſi*] Ex lege Ser. Tullii regis, qui patrimonium non profeſſi aut male profeſſi erant. *Liv.* 1, 44.

52 *Servo alieno*] *Tacit.* 12. ann. 53. *Sueton.* Veſpaſ. 11.

53 *Populi publica*] Ut Brutios poſt bellum Punicum ſecundum ſenatus. *Gell.* 10, 3. ut opifices, quos nova Carthagine cepit, P. Scipio. *Liv.* 26, 47. ut libertinos, qui ſe pro equitibus Rom. gererent, Claudius ſervos publicos fecerunt, *Sueton.* 25.

54 *Noxa caput*] §. 5. Inſtit. *de noxal. act.* l. 21. §. 1. D. *commodati.*

55 *Pœnalis eſſe*] Pœnæ vicem irrogari poteſt.

56 *Infra dicendi*] 3, 7.

## CAPUT VI.

### De acquiſitione derivativa facto hominis, ubi de alienatione imperii, & rerum imperii.

I. *Ut alienatio fiat, quid requiratur in dante:*

II. *Quid in accipiente.*

III. *Imperia alienari poſſe interdum a rege, interdum a populo.*



Digitized by Google

IV. *Imperium in partem populi alienari parte invita a populo non poſſe.*

V. *Nec ipſam partem in ſe imperium poſſe alienare, niſi in ſumma neceſſitate.*

VI. *Cauſa diverſitatis.*

VII. *Imperium in locum poſſe alienari.*

VIII. *Rejicitur ſententia, ſtatuens ob utilitatem aut neceſſitatem recte a rege imperii partes alienari.*

IX. *Infeudationem & oppignorationem ſub alienatione contineri.*

X. *Etiam ad alienandas jurisdictiones minores requiri populi conſenſum, aut ſpecialem, aut per conſuetudinem.*

XI. *Patrimonium populi a regibus alienari non poſſe.*

XII. *Diſtinguendas res, quæ in fructu ſunt patrimonii, a rebus patrimonii.*

XIII. *Partes patrimonii oppignorari a regibus quatenus poſſint, & cur?*

XIV. *Teſtamentum alienationis eſſe ſpeciem & juris naturalis.*

I. 1. ACquiſitione derivativa noſtrum fit aliquid 1 facto hominis aut legis. Homines rerum domini, ut dominium, aut totum, aut ex parte (aa) transferre poſſint, 2 juris eſt naturalis poſt introductum dominium: ineſt enim hoc in ipſa dominii, pleni ſcilicet, natura. Itaque Ariſtoteles: *ὅρος τοῦ οἰκεῖον εἶναι, ὅταν ἐφ' αὐτῷ ᾖ ἀπαλλοτριῶσαι. proprietatis definitio eſt, ubi penes nos eſt jus alienandi.* Duo tamen notanda ſunt, alterum in dante, alterum in eo, cui datur. In dante, non ſufficere 3 actum internum voluntatis, ſed ſimul requiri aut verba, aut alia ſigna externa: quia actus internus, 4 ut alibi diximus, 5 non eſt congruens naturæ ſocietatis humanæ.

*I. Rhet. v.*

*Soto lib. IV. q. 5. a. 1.*

2. Ut vero traditio etiam requiratur, ex lege eſt civili. quæ, quia a multis gentibus recepta eſt, jus gentium improprie dicitur. Sic alicubi uſurpatum videmus, ut 6 profeſſio apud populum, aut magiſtratum, & 7 relatio in acta requiratur; quæ omnia ex jure eſſe civili certiſſimum eſt. Actus autem voluntatis, quæ ſigno exprimitur, intelligi debet a 8 voluntatis rationalis.

*Leſſ. lib. II. c. 3. dub. 3.*

II. Viciſſim in eo, cui res datur, ſepoſita lege civili, requiritur naturaliter voluntas accipiendi, 9 cum ſuo ſigno. quæ voluntas

tas

GROTII.

a *Voluntatis rationalis*] Caſſiodorus II, II. *Alienatio rerum ſolidum deſiderat habere judicium.*

GRONOVII.

1 *Facto*] Beneficio, opera.

2 *Juris eſt naturalis*] §. 40. Inſtit. *de R. D.*

3 *Actum internum*] Mentis nutum.

4 *Ut alibi diximus*] 2, 4. 3.

5 *Non eſt congruens*] Idoneus ad communicationem inter homines, qui pectora inſpicere nequeunt.

6 *Profeſſio apud*] Ut in teſtamento calatis comitiis.

7 *Relatio in acta*] §. 2. Inſtit. *de donat.*

8 *Voluntatis rationalis*] Humanæ.

9 *Cum ſuo ſigno*] Aliquo indicio externo quod oculis vel auribus accipiatur.

(aa) Confer, in hanc rem, PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gentium*, Lib. IV. Cap. 9. *J. B.*

b *Alienandi*

Digitized by Google

tas ordinarie [10] ſequitur dationem, ſed poteſt & præcedere, puta ſi quis quid dari, aut concedi ſibi petierat. cenſetur enim durare voluntas, niſi mutatio appareat. Cætera quæ tum ad juris conceſſionem, tum ad acceptionem requiruntur, & quomodo fieri utrumque poſſit, infra in capite de promiſſis tractabimus. nam in hoc [b] alienandi & promittendi par eſt ratio, jure quidem naturali.

III. Sicut autem res aliæ, ita & imperia alienari (bb) poſſunt ab eo, [11] cujus in dominio vere ſunt, id eſt, [12] ut ſupra oſtendimus, a rege, ſi [13] imperium in patrimonio habeat: alioquin [c] a populo, ſed accedente regis conſenſu; quia is quoque jus aliquod habet, quale uſufructuarius, quod invito auferri non debet. Et hæc quidem procedunt de toto imperio ſummo.

IV. In partis alienatione aliud inſuper requiritur, [d] ut etiam pars, de qua alienanda agitur, conſentiat. Nam qui in civitatem coëunt, ſocietatem quandam contrahunt perpetuam & immortalem, ratione [14] partium, quæ integrantes dicuntur: unde ſequitur has partes non ita eſſe ſub corpore, ut ſunt partes corporis naturalis, quæ ſine corporis vita vivere non poſſunt, & ideo in uſum corporis recte abſcinduntur. Hoc enim corpus, de quo agimus, alterius eſt generis, voluntate contractum ſcilicet; ac propterea jus ejus in partes [15] ex primæva voluntate metiendum eſt, quæ minime credi debet talis fuiſſe, ut jus eſſet corpori partes & abſcindere a ſe, & aliis in ditionem dare.

V. Sic viciſſim parti jus non eſt a corpore recedere, [e] niſi evidenter

GROTII.

b *Alienandi & promittendi par eſt ratio*] Ideoque etiam dona abſentibus per internuntios mitti poſſunt, ut *Servius* notat ad illud IX. Æneidos, *cum jungeret abſens*. (verſ. 361.)

c *A populo*] Bal. & Oldradus in c. intellecto. de jurejurando. Idem *Baldus* conſ. 327. n. 7. Cardinalis *Thuſchus* p. p. concl. 40. n. 1. & concl. 694. Exempla apud *Haræum* tomo II. in anno CIↃ IↃ XXVI. & *Guicciardinum* libro XVI.

d *Ut etiam pars, de qua alienanda agitur, conſentiat*] Gail. II. de pace publica, c. XV. n. 14. vide *Serranum* in Carolo Sapiente, & eundem in Franciſco I. ubi de Burgundia ſermo.

GRONOVII.

10 *Sequitur dationem*] Poſterior eſt tempore quam datio.

11 *Cujus in dominio vere ſunt*] Cujus omne jus in eis & arbitrium eſt.

12 *Ut ſupra oſtendimus*] I, 3. 12.

13 *Imperium in patrimonio*] I, 3. 11. & 12.

14 *Partium, quæ integrantes*] Civitatum, optimatium, provinciarum.

15 *Ex primæva voluntate*] Non ex eo, quod poſſunt tolerare, ſed ex eo quod initio, cum coirent, convenit, ut tolerarent.

(bb) Vide PUFENDORF. Lib. VIII, Cap. 5. §. 9. *& ſeqq.* *J. B.*

GROTII.

e *Niſi evidenter ſe aliter ſervare non poſſit*] Confer quæ infra hoc libro c. XXIV. §. VI. Hac de cauſa abſolutus a Spartanis Anaxilaus, qui Byzantium fame cogente dediderat. *Xenophon* hiſtoriæ Græcæ I. (c. 3. §. 12.) Anaſtaſius Imperator etiam gratias agit præfectis, qui Martyropolim Perſis dediderant,

Digitized by Google

denter ſe aliter ſervare non poſſit: nam, 16 ut ſupra diximus, in omnibus iis quæ humani ſunt inſtituti „ excepta videtur neceſſitas ſumma, quæ rem reducit ad merum jus naturæ. Auguſtinus de
c. 2. Civit. Dei, lib. XVIII. *In omnibus fere gentibus quodammodo vox naturæ iſta perſonuit, ut ſubjugari victoribus mallent, quam bellica omnifaria vaſtatione deleri.* Itaque in juramento Græcorum, quo
Herod. Polyhym. ſeu Lib. VII. c. 132. Græci qui ſe Perſis ſubjeciſſent 17 devovebantur, additum fuit, μὴ ἀναγκασθέντες· *niſi plane coacti.*

VI. 18 Atque hinc ſatis intelligi poteſt, cur hac in re 19 majus

diderant, quia defendi nequibat. Procop. περὶ κτισμάτων. Idem *Procopius* IV. Gotthicorum: λιμῷ γὰρ οὐκ οἶδεν ἡ ἀρετὴ συνοικίζεσθαι, πεινῶντι καὶ ἀνδραγαθίζεσθαι οὐκ ἀνεχομένης τῆς φύσεως· *cum fame habitare virtus recuſat, nec fert natura, ut iidem & eſuriant, & agant fortiter.* Et apud *Annam Comnenam* libro VI. epiſtola Cephalæ de Lariſſa obſeſſa ad Imperatorem Alexium: ἀνάγκῃ δουλεύοντες (καὶ τί γὰρ δεῖ πρὸς φύσιν καὶ τὴν ἐκ ταύτης τυραννίδα ποιεῖν;) γνώμην ἔχομεν τὸ φρούριον παραδοῦναι τοῖς ἐγκειμένοις καὶ φανερῶς ἀποπνίγουσιν· *Neceſſitati ſervientes (quid enim contra vim naturæ agi poteſt?) conſtituimus oppidum tradere iis, qui nos non obſident tantum, ſed, quod manifeſtiſſimum eſt, ſtrangulant.*

GRONOVII.

16 *Ut ſupra diximus*] 2, 2. 6.

17 *Devovebantur*] Juraverant ſe eos δεκατεύειν Apollini, quod eſt vel decimas ſpoliorum conſecrare, vel decimum quemque ſupplicio deſtinare. *Herod.* Polyh. ſive lib. 7. cap. 132. p. 457. *Juſtin.* 11, 3. *Diodor. Sic.* 11, 65. τὴν δεκάτην ἐξ αὐτῶν τῷ Θεῷ καθιερώσαντες. *Plutarch.* Sulla p. 464. τῆς χώρας αὐτῶν ἀποτεμόμενος τὴν ἡμίσειαν τῷ Πυθίῳ καὶ τῷ Ὀλυμπίῳ καθιέρωσεν, ἐκ τῶν προσόδων κελεύσας ἀποδίδοσθαι τὰ χρήματα τοῖς θεοῖς, ἅπερ αὐτὸς εἰλήφει. *Dio* lib. 64. p. 722. δεκατεύειν. Ad *Hebr.* 7, 5. ἀποδεκατοῦν τὸν λαόν.

18 *Atque hinc &c.*] Neſcio quare tam ſollicite ac ſubtiliter hæc diſputet auctor, ac religionem injiciat principibus alienandæ partis ſummi imperii vel finium: quaſi quiſquam ad hoc proclivis eſſet. Utinam tam facile illos dedocere poſſet, ne agerent, ferrent, raperent aliena, quam facile obtinebit, ne quid ultro alienent! Fruſtra movetur hæc quæſtio extra caſum neceſſitatis alioquin hoc ſcio vehementer inculcare duo hominum genera, alterum, qui privilegia, quæ principes ac reges populis ac civitatibus dederunt, atque illis munierunt potentiam ſuam, irrita reddendi occaſionem quærunt: alterum, qui æternos volunt ſervare titulos ſemel acquiſitæ poſſeſſionis, hoc eſt, ſemina bellorum, ut cum Franci negant *Franciſco primo* captivo jus fuiſſe *Carolo quinto* cedendi regnum Neapolitanum, Ducatum Inſubriæ, & provincias Belgicas, quæ regni Galliæ feudum erant. Quam ſancte & pie illi faciant, ipſi viderint. Principes aut populi regnantes peſſime faciunt, ſi illud jus ſummi imperii, quod cum ſalute inferiorum conjunctum eſt, temere minuunt: aut ſi populos, quos tueri ac defendere debent, retinendo, projiciunt ac deſerunt. At ubi in eas anguſtias ſunt redacti, ut niſi aut concedendo aliquid de jure ſummo, aut alienando partem populi, non poſſint ſervare reliquum; quare minus eis liceat in partes, quam partibus in ſimili neceſſitate adverſus totum corpus, cauſam non video. Niſi ſtulti fuerunt illi veteres, qui magni animi eſſe putabant, etiam in principe, dicere de fortuna: *Si celeres quatit pennas, reſigno quod dedit:* qui tyrannorum adſcribebant conſiliariis, de regno non eſſe deſcendendum, niſi pedibus traharis.

Dicit has partes non ita eſſe ſub ſuo corpore, ut ſunt partes corporis naturalis, quæ ſine corporis vita vivere non poſſunt, & ideo in uſum corporis

Digitized by Google

19 majus ſit jus partis ad ſe tuendam, quam corporis in partem; quia pars 20 utitur jure (cc) quod ante ſocietatem initam habuit. 21 corpus

tis recte abſcinduntur. Hinc plane contrarium ſequitur: quoniam enim hæ partes ſine hoc corpore vivere poſſunt, minore religione abſcinduntur, quam partes corporis naturalis, quæ abſciſſæ intereunt. [At alia eſt ratio Partium Civitatis, quæ in ſuam tantum utilitatem, & ſuâ voluntate, Corpori junguntur; adeoque non cenſentur in id conſenſiſſe, ut Corpori liceret, eas à ſe abſciſſas alterius Civitatis membra facere. *J. B.*] Servare velle primum ac præcipuum eſt, quod reſpicit & princeps, & corpus, quicumque faciunt partem ſui, dein ſervare in corpore, ut nunc eſt. Quod ſi obtineri nequit, nulla invidia eſt, contentum eſſe priori, & ſervandos, quemcumque fortuna dederit, alii mandare potius, quam ſecum ſinere interire, aut ſibi licentiam tantam reſervare ad pacta turbanda, jusjurandum violandum, ferro & igne ſæviendum, hoc prætextu, quaſi alienare non licuerit.

Dicit partem uti eo jure, quod ante initam ſocietatem habuit: corpus non item. Quare? annon perinde ut parti jus fuit ſubjiciendi ſe aut addendi corpori cui liberet, ita & corpori jus fuit recipere in partem quos vellet volentes, quos nollet repellere? Hoc ergo nunc jure utitur abſcindens, quos ſecum eſſe non vult, quia non poteſt ſervare, aut ſi vult, fruſtra vult.

Ut removeat, quod objicit ſibi, imperium eſſe in corpore, ut ſubjecto, ac perinde alienari poſſe, ut & dominium privati, dicit eſſe quidem in corpore, ut ſubjecto, ſed ut ſubjecto adæquato, non diviſibiliter in plura corpora, ſicut anima in corporibus perfectis. Sane anima partem corporis, quamdiu ſana eſt, deſerere non poteſt: ſed ſi pars morbo aut ulcere ita affecta eſt, ut animam ſuſtinere diutius non poſſit, ſe retrahit illa ad partes validiores, & intelligit immedicabile vulnus eſſe recidendum, ne pars ſincera trahatur. Sic illa reliquo corpori conſulit, miſſa parte, non ſibi tantum, ſed prorſus perdita & mortua. Quanto levius hoc ferendum in corpore artificiali, de quo quæ ſeparantur, non intereunt, ſed in aliud corpus tranſeunt, cujus ſpiritu perinde alantur, ut in priore? præſertim ſi pars ſit mere ſubjecta, quæ poſſit dicere cum aſino illo apud Phædrum: *Quid refert, cui ſerviam, clitellas dum porto meas?*

Quomodo autem conſentit his, quod infra traditur cap. 9. num. 10. poſſe civitatem dividi, aut conſenſu mutuo, aut in bello, & tum plura pro uno exiſtere ſumma imperia?

Quod ſequitur neceſſitatem ad jus naturæ reducentem, hic locum non habere, quia in eo jure uſus comprehendebatur, non vero alienandi jus; prima ſpecie valde ſubtile eſt, ſed ſi penitus inſpiciatur, vanum. Eſt autem jus naturæ duplex, illud antiquiſſimum, quo erant omnia communia, & illud quod ſequitur introducta dominia, ut ipſe docet cap. 5. n. 1. Eadem autem neceſſitas, quæ partem coactam recedere a corpore reducit ad jus naturæ, quam auctor num. 5. parti iſti concedit, non reducit eam ad illud jus primum & antiquius, quo omnia omnium, homo neminis erat: ſed ad jus poſterius, quod ut ſervetur, a præterito nexu libera eligit alium dominum, aut adjungit ſe alii corpori. Idem jus naturæ per neceſſitatem redit corpori ad relinquendam partem; ei enim juri ineſt alienatio, ut ipſe initio hujus cap. diſputat.

19 *Majus ſit jus partis*] Excuſatior ſit urbs vel provincia, cum ſe a corpore imperii ſeparat, quam populus vel rex, cum eam alienat.

20 *Utitur jure*] Libertate ſe ſubjiciendi aut addendi corpori, cui velit.

(cc) Argumentum iſtud, ut & ſequens, nititur rationibus non minus falſis, quam ſubtilibus; ut oſtendemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis. Omnino poteſt Civitas, ſummâ neceſſitate urgente, partem aliquam, non quidem alienare, ipſâ invitâ, ſed deſerere, ita tamen ut ſinat eam, ſi poſſit, ſuis ipſius viribus ſeſe tueri & defendere,

[21] corpus non item. Nec dicat mihi aliquis, imperium eſſe in corpore [22] tanquam in ſubjecto, ac proinde alienari ab eo poſſe [23] ut dominium. Eſt enim in corpore, ut [24] ſubjecto adæquato, non diviſibiliter in plura corpora, ſicut anima eſt in corporibus perfectis. Neceſſitas autem, [25] quæ ad jus naturæ rem reducit, hic locum habere non poteſt; quia in eo jure naturæ uſus quidem comprehendebatur, ut [26] eſus, detentio, quæ ſunt naturalia, at non alienandi jus, quod facto humano introductum eſt, atque ideo inde menſuram accipit.

VII. Ad imperium in locum, id eſt, pars territorii, puta non habitata aut deſerta, quo minus a populo libero alienari poſſit, aut etiam a rege, accedente populi conſenſu, quid obſtet, non video. nam populi [27] pars, quia liberam habet voluntatem, jus quoque habet contradicendi: ad territorium, & totum, & ejus partes ſunt communia populi pro indiviſo, ac proinde ſub arbitrio populi. At imperium in populi partem ſi alienare populo non licet, ut jam diximus, multo minus regi imperium etſi plenum habenti, attamen non plene, ut ſupra diſtinximus.

*Belluga in pr. ſpec. in rub. 8. v. 3. & 4. Rob. de Curte. de conſuet. q. 5. col. 6. tom. 1. & alii allegati a Vaſq. lib. 1. c. 4.*

VIII. Quare ſubſcribere non poſſumus juriſconſultis, qui ad regulam de non alienandis imperii partibus adjiciunt exceptiones duas, de publica utilitate, & de neceſſitate: niſi hoc ſenſu, ut ubi eadem eſt utilitas communis, & corporis, & partis, facile ex ſilentio etiam non longi temporis, conſenſus & populi, & partis interveniſſe videatur, facilius vero ſi etiam neceſſitas appareat. At ubi manifeſta eſt in contrarium voluntas, aut corporis, aut partis, nihil actum debet intelligi, niſi, ut diximus, ubi pars a corpore coacta eſt abſcedere.

IX. Sub alienatione merito comprehenditur & [28] infeudatio, ſub onere commiſſi ex felonia aut deficiente familia. Nam & hæc eſt conditionalis

defendere. Hac ratione æquale jus eſt utrimque, ut eſſe debet. Sed fuſius id omne exponemus, in dictis Notis. *J. B.*

### GRONOVII.

21 *Corpus non item*] Quia non fuit, ſed cum ſocietate inita demum exſtitit.

22 *Tanquam in ſubjecto*] Adjunctum ſeparabile.

23 *Ut dominium*] In re privata.

24 *Subjecto adæquato*] Quales ſunt partes in toto eſſentiali, quæ ſe invicem pervadunt, & loco ac ſitu non differunt, ut anima permeat totum corpus, neque eſt in alio loco aut ſpatio, quam ipſum corpus: ſecus ac partes totius integralis.

25 *Quæ ad jus naturæ*] Per quam poſt introducta dominia communi hominum jure in res alienas uti poſſumus. 2, 2. 6.

26 *Eſus, detentio*] Quia ſi dominia introducta non eſſent, veſci eo, quod nunc alterius eſt, tenere rem, quæ nunc reddi debet, licuiſſet communi jure; at non alienare: id enim natura ignorabat, quum proprium ignoraret.

27 *Pars, quia liberam*] Quia ei non poteſt negari arbitrium ſtatuendi de ſe, cujus corporis velit eſſe, ſi alienetur, conſentire debet, ac poteſt contradicendo obtinere, ne alienetur.

28 *Infeudatio*] Quum rex vel princeps dominatum ſuum alii dat in clientelam, ejuſque, ut loquuntur, feudum

Digitized by Google

conditionalis alienatio. Quare * videmus a pluribus populis f irritas habitas ut alienationes, ita infeudationes regnorum, quas populis inconſultis reges fecerant. Populum autem conſenſiſſe intelligimus, ſive totus coiit, quod olim apud Germanos & Gallos fieri ſolebat, ſive per legatos 29 partium integrantium mandatu ſufficiente inſtructos. g Nam facimus & quod per alium facimus. Sed nec pignori dari pars imperii poterit, niſi conſenſu ſimili: non ea tantum ex cauſa, quod 30 ex pignoris datione ſequi alienatio ſoleat, ſed quod & rex teneatur populo ad exercendum per ſe ſummum imperium, & populus partibus ſuis ad conſervandum hoc exercitium in ſua integritate, cujus rei gratia in ſocietatem civilem coitum eſt.

* *Smith. de rep. Ang. lib. 1. c. 9. Buch. in Baliolo. Froiſſ. l. 1. c. 214. & 256. Monſtrel. in hiſt. c. 22, ſ. Guicc. lib. XVI.*

X. 31 Minores vero functiones civiles quo minus populus etiam jure hereditario poſſit concedere nihil obſtat, cum ea corporis ſummique imperii integritatem nihil imminuant. Inconſulto vero populo rex id non poteſt, ſi maneamus intra terminos naturales: quia juris temporarii, quale eſt regum electorum, aut lege ſuccedentium ad imperium, (dd) effectus niſi pariter temporarii eſſe non poſſunt. Potuit tamen populi ut expreſſus conſenſus, ita tacitus conſuetudine introductus, qualem nunc paſſim vigere cernimus, id jus regibus tribuere. Eo jure uſos olim reges 32 Medos & Perſas, h oppida aut regiones totas perpetuo jure tenendas donaſſe, paſſim in hiſtoriis legimus.

*Cravet. conſ. 894. num. 2. Zoannet. de Rom. Imp. n. 162.*

XI. i 33 Patrimonium quoque populi, cujus fructus deſtinati ſunt

*Alberic. in c. intellectus de jurejur.*

dum facit, permittens ei poteſtatem de ſucceſſore ſtatuendi, ſi aut ipſe fidelis ei eſſe deſierit, aut ſtirps ſua exſtincta ſit: ut Joannes Guilelmi Conq. abnepos Angliæ regnum infeudavit Papæ. *Bodin.* I, 10.

GROTII.

f *Irritas habitas ut alienationes, ita infeudationes*] Et remiſſiones homagii. Vide *Cromerum* Polonicorum XXV.

g *Nam facimus & quod per alium facimus*] Sic in Imperio Germanico in alienationibus Electorum conſenſus ex more & pactis pro conſenſu eſt ordinum.

h *Oppida aut regiones totas*] Ut a Dario Syloſonti urbem & inſulam Samiorum. [Exemplum iſtud non quadrat. *Darius* expulit tantum *Mæandrium*, qui regnum occupaverat, excluſo *Syloſonte*, *Polycratis* fratre. Vide HERODOTUM, Lib. III. Cap. 139. & *ſeqq.* Sed idem *Darius* principibus viris, quos ſecum ex *Jonia* & *Æolide* duxerat, *ſingulis ipſarum urbium*, quibus eos præfecerat, *perpetua dedit imperia*, referente CORN. NEPOTE, *Themiſt.* c. 10. *J. B.*]

i *Patrimonium quoque populi, cujus fructus ſunt deſtinati ad ſuſtentanda reipublicæ aut regiæ dignitatis onera*] Veteres Græci τεμένη vocabant partem agri publici conceſſam regibus. Exempla habes apud *Homerum* de Bellerophonte apud Lycios Iliados ζ. de Meleagro Iliados ι. de Glauco Lycio Iliados μ. ubi ſcholiaſtas vide.

GRONOVII.

29 *Partium integrantium*] Ordinum, civitatum.

30 *Ex pignoris datione*] Si hypothecæ ſint commiſſæ, nec ſolvatur ſtatuto tempore debitum. *Cic.* 13. fam. 15. & 16.

31 *Minores functiones*] Præfecturas, ſatrapias, telonia, & olim ſacerdotia.

32 *Medos & Perſas*] *Corn. Nep.* Miltiad. 3. Themiſtocle 10.

33 *Patrimonium populi*] Vulgo *Dominium* appellant.

(dd) Ratio iſta non uſquequaque vera

*Bart. in l. 3. §. 4. D. quod vi. Curtet. in tr. de excel. regis, q. 4. Loazes all. a Vasq. c. 5. Natta conſ. 367. Boniſ. Rug. conſ. 49. n. 43.*

ſunt ad ſuſtentanda reipublicæ aut regiæ dignitatis onera, (ee) k a regibus alienari, nec in totum, nec in partem poteſt. Nam & in hoc jus majus 34 fructuario non habent. Nec admitto exceptionem, ſi res modicum valeat, quia quod meum non eſt, ejus nec exiguam partem alienare mihi jus eſt: ſed in rebus modicis, quam in magnis, conſenſus populi ex ſcientia & ex ſilentio facilius præſumitur. Quo ſenſu & ad res patrimonii publici aptari poſſunt, quæ de neceſſitate & utilitate publica, in alienandis imperii partibus, 35 ſupra diximus, tantoque magis, quia momenti minoris res hic vertitur. Eſt enim patrimonium imperii cauſa conſtitutum.

XII. Sed in eo falluntur multi, quod res, quæ in fructu ſunt patrimonii, cum rebus patrimonii confundant. Sic jus alluvionum in patrimonio eſſe ſolet, ipſæ res quas fecit alluvio in fructu: Jus vectigalia exigendi in patrimonio, pecunia ex vectigalibus procedens in fructu: jus confiſcandi in patrimonio, fundi confiſcati in fructu.

XIII. Partes autem patrimonii pignori opponi ex cauſa poſſunt a regibus, qui plenum habent imperium, id eſt, qui jus habent ex cauſa tributa nova indicendi. Nam ſicut populus tributa ex cauſa indicta ſolvere tenetur, ita & 36 rem ex cauſa pignori oppoſitam luere. Luitio enim iſta tributi quædam eſt ſpecies. Eſt autem populi patrimonium regi, pro debitis populi, pignoris jure obligatum. Poteſt autem * pignori dari etiam 37 res mihi pignorata. Quæ autem dicta ſunt a nobis hactenus, ita locum habent niſi lex imperio addita, aut regis, aut populi poteſtatem magis aut auxerit, aut contraxerit.

** L. Grege 13. §. cum pignori, 2. D. de pignor.*

XIV. 1. Illud quoque ſciendum eſt, cum de alienatione agimus, ſub eo genere nobis etiam teſtamentum comprehendi. Quanquam enim teſtamentum, ut actus alii, formam certam accipere poſſit a jure civili, ipſa tamen ejus ſubſtantia cognata eſt dominio, & eo dato juris naturalis. (ff) Poſſum enim 38 rem meam

*Ariſt. II. Pol. VII.*

vera eſt. In eo res vertitur, an Populi conſenſus heic juſtè præſumi queat. Sed de hoc dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

GROTII.

k *A regibus*] Sine ordinum conſenſu. Exemplum apud *Thuanum* libro LXIII. in anno CIↃIↃLXXVII.

GRONOVII.

34 *Fructuario*] Qui cedendo extraneo nihil agit de uſufructu.

35 *Supra diximus*] 1, 3. 12.

36 *Rem ex cauſa*] Vere debitum, propter quod partem illius patrimonii pignori dedit.

37 *Res mihi pignorata*] L. 1. Cod. *ſi pignus pignori datum ſit.*

38 *Rem meam alienare*] Re mea cedere alii, non modo ſtatim, ſed etiam ex tempore certo & in certum caſum; nec modo ut indubitato habeat, ſed etiam ut habeat, niſi mihi aliter poſtea viſum fuerit; & ut uſque ad illud tempus, vel uſque ad eum caſum ea res ſit omnino mea.

(ee) Confer PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 5. §. 8. & 11. *J. B.*

(ff) Confer quæ diximus ad PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 10. præſertim in altera Editione. *J. B.*

l Gen.

Digitized by Google

meam alienare non pure modo, ſed & ſub conditione; nec tantum irrevocabiliter, ſed & revocabiliter, atque etiam retenta interim poſſeſſione & pleniſſimo fruendi jure. Alienatio autem in mortis eventum, ante eam revocabilis, retento interim jure poſſidendi ac fruendi, eſt teſtamentum. Vidit hoc recte Plutarchus, qui cum à Solone dixiſſet permiſſam civibus teſtamenti factionem, addit: τὰ χρήματα, κτήματα τῶν ἐχόντων ἐποίησεν· *effecit, ut res cuique ſua propria & in pleno dominio eſſent.* Quintilianus pater in declamatione: *Poteſt grave videri etiam ipſum patrimonium, ſi non integram legem habet, & cum omne jus nobis in id permittatur viventibus, auferatur morientibus.* Hoc jure Abrahamus, ſi ſine liberis deceſſiſſet, res ſuas Eliezero relicturus fuerat, ut indicat locus [1] Gen. XV, 2. *Vit. Solon. p. 90. A. Decl. 308.*

2. Quod vero alicubi externis teſtamentum facere non conceditur, id non eſt jure gentium, ſed ex jure proprio illius civitatis, & ni fallor, ab illa veniens ætate, qua externi quaſi pro hoſtibus habebantur: itaque apud moratiores populos merito exolevit.

GROTII.

1 *Gen.* XV, 2.] Habes apud *Sophoclem* Trachiniis (*vers.* 1164.) teſtamentum Herculis, apud *Euripidem* Alceſtidis, (*Alc.* 282. *& ſeqq.*) & apud *Homerum* Odyſſeæ ρ. (*vers.* 79.) Telemachi donationem mortis cauſa, quæ & ipſa teſtamentum quoddam eſt. Eſt apud *Homerum* etiam voluntas ultima de rebus agendis, ut ex Andromaches & Penelopes verbis oſtendit *Plutarchus.* [*De Poëſi Homer.* p. 74. *Ed. Barnes.*] Alia veterum teſtamentorum exempla attulimus ſupra libro I. cap. III. §. XII. in textu & annotatis. Hebræis uſitata teſtamenta apparet *Deut.* XXI, 16. *Siracbida* capite XXXIII, 25. [In teſtamento *Herculis* & *Alceſtidis*, quod vocat Auctor noſter, nil de bonis ſtatuitur: ſed tantum mandata quædam dantur. At eſt donatio quædam mortis cauſſâ, in *Alceſtide* EURIPIDIS; non quidem ab ipſâ *Alceſtide* facta, ſed ab *Hercule*, vers. 1020. *& ſeqq.* quam etiam Auctor pro exemplo adfert, in *Sparſione Florum ad Jus Juſtinian.* pag. 36. unde forte orta confuſio. *J. B.*]

## CAPUT VII.

### De acquiſitione derivativa, quæ fit per legem, ubi de ſucceſſionibus ab inteſtato.


I. *Leges civiles quaſdam injuſtas eſſe, ac proinde dominium non transferre, ut quæ naufragorum bona fiſco addicunt.*

II. *Lege naturæ rem acquiri ei, qui alienum accepit ad debiti ſui conſecutionem: quod quando locum habeat.*

III. *Origo ſucceſſionis ab inteſtato quomodo a natura.*

IV. *An aliquid de bonis parentum liberis debeatur jure naturæ, per diſtinctionem explicatur.*

V. *In ſucceſſione liberos defuncti parentibus præferri, & cur.*

VI. *Origo vicariæ ſucceſſionis, quæ repræſentatio dicitur.*

VII. *De abdicatione & exheredatione.*




Digitized by Google

VIII. *De jure liberorum naturalium.*
IX. *Liberis deficientibus, ubi nec teſtamentum nec lex certa exſtant, bona avita deferenda his, a quibus venerunt, aut eorum liberis.*
X. *Bona noviter quæſita proximis.*
XI. *Legum circa ſucceſſiones diverſitas.*
XII. *In regnis patrimonialibus qualis ſit ſucceſſio.*
XIII. *Si ea regna ſint individua, præferri maximum natu.*
XIV. *Regnum ex populi conſenſu hereditarium in dubio individuum eſſe.*
XV. *Non durare ultra poſteros primi regis.*
XVI. *Non pertinere ad liberos naturales tantum.*
XVII. *In eo mares præferri feminis in eodem gradu.*
XVIII. *Inter mares præferri natu maximum.*
XIX. *An tale regnum pars ſit hereditatis.*
XX. *Præſumi in regno talem ſucceſſionem inſtitutam, qualis in aliis rebus in uſu erat tempore regni inchoati: ſive regnum fuerit allodiale:*
XXI. *Sive feudale.*
XXII. *Succeſſio linealis cognatica quæ ſit, & qualis in ea transmiſſio juris.*
XXIII. *Succeſſio linealis agnatica qualis.*
XXIV. *Succeſſio quæ ſemper reſpicitur proximitas ad primum regem.*
XXV. *An exheredari poſſit filius, ne in regnum ſuccedat.*
XXVI. *An abdicare quis regnum poſſit pro ſe & pro liberis.*
XXVII. *Judicium proprie dictum de ſucceſſione, nec regis eſſe, nec populi.*
XXVIII. *Filium qui ante patris regnum natus eſt, poſt nato præferendum.*
XXIX. *Niſi alia lege delatum regnum appareat.*
XXX. *An nepos ex filio priore filio poſteriori præferatur, per diſtinctionem explicatur.*
XXXI. *Item an minor frater ſuperſtes regis majoris fratris filio præferendus ſit.*
XXXII. *An fratris filius regis patruo præferatur.*
XXXIII. *An nepos ex filio præferatur filiæ regis.*
XXXIV. *An minor nepos ex filio nepoti majori ex filia.*
XXXV. *An neptis ex majore filio præferatur filio minori.*
XXXVI. *An filius ſororis præferendus filiæ fratris.*
XXXVII. *An filia fratris majoris fratri minori.*

I. Lege quæ fit acquiſitio derivativa, ſive alienatio, fit aut lege naturæ, aut lege gentium [1] voluntaria, aut lege civili. De lege civili non agimus, id enim infinitum foret, & præcipuæ de bellis controverſiæ ex lege civili non definiuntur. Tantum notandum eſt [a] leges quaſdam civiles eſſe plane injuſtas, ut

GRONOVII.

1 *Voluntaria*] 1, 1. 13. & 14.

GROTII.

a *Leges quaſdam civiles*] Ut olim apud Anglos, Armoricos, Siculos. Veteris

ut quæ 2 bona naufragorum fiſco addicunt. Nulla enim cauſa præcedente probabili, dominium alicui ſuum auferre mera injuria eſt. Bene Euripides Helena (*vers.* 456.): 3. *Auth. naufragia. poſt leg.* 18. *C. de furtis.*

**Ναυαγὸς ἥκω, ξένος, ἀσύλητον γένος.**

*Sum naufragus,* b *ſpoliare quod genus eſt nefas.*

*Quod enim jus habet fiſcus* (verba ſunt Conſtantini) *in aliena calamitate, ut in re tam luctuoſa compendium ſectetur?* Dion Pruſæenſis oratione VII. de naufragio locutus: **μὴ γὰρ εἴη ποτὲ, ὦ Ζεῦ, λαβεῖν μηδὲ κερδᾶναι κέρδος τοιοῦτον ἀπὸ ἀνθρώπων δυστυχίας.** *Abſit, ó Jupiter, ut lucrum captemus tale ex hominum infortunio.* L. 1. C. *de naufrag.* Lib. XI.

II. 1. Lege naturæ, quæ ex ipſa dominii natura ac vi ſequitur, dupliciter fit alienatio, 4 expletione juris & ſucceſſione. Expletione juris fit alienatio, quoties (aa) loco rei meæ, aut mihi debitæ,

Veteris talis legis in Græcia mentio apud *Sopatrum* & *Syrianum* in Hermogenem. (*Εἰς στάσεις*, pag. 107. *Ed. Venet.* 1509.) Chriſtianus rex Daniæ, lege de naufragorum bonis confiſcandis abrogata, dicebat ſibi periiſſe annua c. aureorum millia. meminit & Brigitta mali hujus moris VIII, 6. & ſpeculum Saxonicum II, 29. de Dania agens, & c. Excommunicationis, de raptoribus. Tum vero *Crantzius* Vandalicorum XIII, 40. XIV, 1, *Cromerus* Polonicorum XXI.

b *Spoliare quod genus eſt nefas*] Adde l. nequid 7. D. de incendio, ruina, naufragio. *Nicetas Choniates* in Andronici imperio vocat ἔθος ἀλογώτατον. vide & *Caſſiodorum* IV, 7. Quid in mentem venit *Bodino*, ut talia defenderet? idem ſcilicet qui Papinianum reprehendit, quod mori quam conſcientiam lædere maluerit. [At verò *Bodinus* occupationem bonorum naufragio amiſſorum, vocat *barbarum* quid, & *crudelitatem tum in cives, tum in peregrinos*, Lib. I. c. 10. *de Republ.* Edit. Latin. *Francof.* 1622. ubi hæc addit: *Jus quæris? Error jus facit: at ſi non peccatur errore, ſed ſcientiâ, ſcelus eſt, quod erroris ſpecie prætenditur.* Pag. 267. Quod ſpectat *Papinianum*, ait *Bodinus*, illum Jctum *fortiter magis, quàm ſapienter*, egiſſe: quâ de cauſſa ita ſtatuat, videre poteris *Lib.* III. c. 4. pag. 458, 459. *J. B.*]

GRONOVII.

2 *Bona naufragorum*] Naufragio facto in litus ejecta, quamvis ſalvis & evadentibus dominis, non maneant eorum, ſed ſint ejus, cujus in territorio litus eſt, & ſic in fiſcum vindicantur. *Nicetas Chon.* Andron. Comn. l. 2. p. 353. Ἔθος δὲ ἀλογώτατον παρὰ Ῥωμαίοις, ὡς ἔοικε, μόνοις ἰσχῦον· τὸ δέ ἐστι τὸ τὰς χειμαζομένας ναῦς ὑπὸ πνευμάτων καὶ φλοίσβων θαλαττίων ταλαντευούσας, μηδένα ἔχειν τὸν συναιρόμενον, καθ' οὓς ἂν λιμένας καὶ τόπους ἐκφράσσωνται, κύμασιν ἐλαυνόμεναι· τοὐναντίον μὲν οὖν καὶ καταιγίδος χείρους ὁρᾶν τοὺς ἐνεῖσι πῇ λαχόντας τὴν οἴκησιν, διασπῶντας καὶ διαρπάζοντας ὁπόσα μὴ περισώσῃ θάλασσα.

3 *Auth. naufragia. C. de furtis*] Auth. naufragia 18. C. *de furtis.*

4 *Expletione juris*] Apprehenſione rei alienæ pro mea aut mihi debita, quam poſſeſſor reddere aut ſolvere negat.

(aa) Ejeci hinc voces iſtas, [*id quod meum nondum eſt, ſed mihi dari debet, aut*] quæ, quamquam in omnibus Edd. legantur, omnino abundant, & ſermonem admodum hiulcum efficiunt. Nimirum, ut mihi videor probabiliter conjicere, Auctor ſtatim voluerat dicere, *loco illius, quod meum eſt, vel quod meum nondum eſt, ſed mihi dari debet* &c. Poſtea animadvertit, brevius dici poſſe: *loco rei meæ, aut mihi debitæ:* quum igitur brevitatis eſſet ſtudioſiſſimus, ita quoque mutavit; ſed oblitus eſt delere nonnulla ex iis quæ jam ſcripſerat, & quæ forſan etiam fuſiùs concepta erant. *J. B.*



Digitized by Google

debitæ, cum eam ipſam conſequi non poſſum, c aliud tantundem valens 5 accipio ab eo qui rem meam detinet, vel mihi debet. Nam juſtitia expletrix, quoties 6 ad idem non poteſt pertingere, 7 fertur ad tantundem, quod eſt morali æſtimatione idem. Dominium autem hoc modo transferri probatur a fine, quæ 8 in moralibus optima eſt probatio. Neque enim juris mei explementum conſequi potero niſi dominus fiam. Fruſtra enim erit 9 rei detentio, ſi ea 10 uti pro arbitrio non poſſum. Antiquum hujus rei exemplum eſt in hiſtoria (a) Diodori; ubi Heſioneus, pro his quæ filiæ ſuæ ab Ixione promiſſa non præſtabantur, equos ipſius accipit.

2. Legibus quidem * civilibus ſcimus vetitum eſſe 11 ſibi jus dicere; adeo quidem ut vis dicatur, ſi quis quod ſibi debitum eſt manu repoſcat, & multis in locis jus crediti amittat qui id fecerit. Imo etiamſi lex civilis hoc non directe prohiberet, ex ipſa tamen judiciorum inſtitutione ſequeretur hoc eſſe illicitum. Locum ergo habebit quod diximus ubi judicia continue ceſſant; quod quomodo contingat 12 explicavimus ſupra: ubi vero momentanea eſt ceſſatio, 13 licita quidem erit acceptio rei, puta ſi alioqui † nunquam tuum recuperare poſſis, aufugiente forte debitore. Sed 14 dominium a judicis addictione erit exſpectandum, quod

*Sylv. in verbo Bell. p. 2. q. 13.*
(a) *Lib.* IV. *pag.* 189. *Ed. H. Steph.*
* *L.* 5. *D. de acq. poſſ. l.* 2. §. 18. *De vi bon. rapt. l.* 13. *D. quod met. l.* 7. 8. *D. ad l. Jul. de vi priv. Thom.* 2, 2. 66. *art.* 5.
† *L.* 54. *C. de uſur. l.* 12. *C. de ep.*

GROTII.

c *Aliud tantundem valens*] Vide quæ infra libro III. c. VII. §. 6. Sic ipſo naturæ jure defendit Hebræos *Irenæus*, quod in compenſationem operæ res Ægyptiorum ceperint. *Ægyptii enim*, inquit, *populi erant debitores, non ſolum rerum ſed & vitæ ſuæ.* Tertullianus idem tractans ſecundo adverſus Marcionem: *Repoſcunt Ægyptii de Hebræis vaſa aurea & argentea. Contra, Hebræi mutuas petitiones inſtituunt, allegantes ſibi mercedes reſtitui oportere illius operariæ ſervitutis.* & oſtendit minus multo exactum quam debebatur. Cum his cohærent ea quæ dicentur libro III. c. II. [Delevi, quod jam in contextu poſitum, reperierat heic Auctor, exemplum *Heſionei*, ex DIOD. SICULO petitum: ubi tamen, pro Ἡσιονεὺς, legendum Ἠιονεὺς, *Eioneus*, ut ad *Hygin.* Fabul. 155. obſervavit *Munckerus*, & dudum antea obſervaverat *Meziriacus*, in *Ovidii* Epiſt. p. 151. T. I. nuperæ Edit. *J. B.*]

GRONOVII.

5 *Accipio*] Immo arripio, auſero, tollo.

6 *Ad idem*] Ad ipſum quod debetur vel ſuum eſt, non poteſt pervenire.

7 *Fertur ad tantundem*] Compenſationem poſtulat, quæ commoda interpretatione pro ipſa re habetur, cujus vicem præſtat.

8 *In moralibus*] In actionibus mores ſpectantibus. Cujus cauſa fieri quid conceſſum eſt, ſi conceſſum fiat, extitiſſe & ad effectum veniſſe cauſam intelligi debet.

9 *Rei detentio*] Rem acquirere vel poſſidere.

10 *Uti pro arbitrio*] Quod eſt domini.

11 *Sibi jus dicere*] Non exſpectare judicem, ſed ipſum per ſe, quod cum alio controverſiæ habeat, exſequi & exigere.

12 *Explicavimus ſupra*] I, 3. 2.

13 *Licita quidem*] Licebit in anteceſſum rei manus injicere.

14 *Dominium a judicis*] Non prius eris juſtus dominus, quam docueris judicem jus tuum, & quid ejus conſequendi ergo feceris, iſque, quod feceris, ratum habeat, remque poſſeſſam tibi addicat.

d *En*

Digitized by Google

quod fieri ſolet in repreſſaliis, *a* de quibus 15 infra erit agendi locus. Quod ſi jus quidem certum ſit, ſed ſimul 16 moraliter certum, per judicem juris explementum obtineri non poſſe, puta quia 17 deficiat probatio; in hac etiam circumſtantia ceſſare legem de judiciis, (bb) & ad jus rediri priſtinum verior ſententia eſt.

III. *b* Succeſſio ab inteſtato quæ dicitur, (cc) poſito dominio, remota omni lege civili, d 18 ex conjectura voluntatis naturalem habet originem. Nam quia dominii ea vis erat, ut domini voluntate transferri in alium poſſet, etiam mortis cauſa, ac 19 retenta poſſeſſione, 20 ut ſupra diximus; ſi quis voluntatis ſuæ nullam edidiſſet teſtationem, cum tamen credibile non eſſet ejus eum mentis fuiſſe, ut poſt mortem ſuam bona 21 occupanti cederent, ſequebatur ut ejus eſſe bona intelligerentur, cujus ea eſſe voluiſſe defunctum maxime erat probabile. *Defunctorum voluntatem intellexiſſe* inquit *c* Plinius junior, *pro jure eſt.* Creditur autem in dubio id quiſque voluiſſe quod æquiſſimum atque honeſtiſſimum eſt. In hoc autem genere prima eſt cauſa 22 ejus quod debetur, proxima ejus quod etſi non debetur, 23 officio congruit.

IV. 1. *d* Diſputant Juriſconſulti, an alimenta a parentibus liberis debeantur? Nam quidam ſentiunt eſſe quidem naturali rationi ſatis conſentaneum, ut a parentibus alantur liberi, 24 debitum tamen non eſſe. Nos omnino diſtinguendum arbitramur (dd) in voce

*& clar. DD. in l. 39. §. 1. in fin. D. ad l. Aquil.*

a *Bart. in tr. repreſſ. q. 19.*

b *Soto de juſt. q. 3. art. 2. Cajet. d. q. 65.*

c *Lib. IV. ep. 10. & l. II. ep. XVI. & l. V. ep. 7.*

d *Franc. Piſci. de ſtat. exc. fem. n. 133. Menoch. in auth. noviſſima. C. de inoff. teſt. n 296. Tell. Fernandes in l. 10. Taurin. quaſt. 4.*

GROTII.

d *Ex conjectura voluntatis naturalem habet originem*] *Ideo fideicommiſſa dari poſſunt ab inteſtato ſuccedentibus, quoniam creditur paterfamilias ſponte ſua his relinquere legitimam hereditatem*, ait *Paulus* L. conficiuntur. 8. §. 1. D. de jure codicillorum.

GRONOVII.

15 *Infra*] 3, 2. 4.

16 *Moraliter*] Ex juſta ſuſpicione, vel potius ex more & inſtituto.

17 *Deficiat probatio*] Judex enim acta & probata ſequitur, & ea habet pro veritate.

18 *Ex conjectura*] Quod probabile eſt hominem ſanæ mentis voluiſſe bona ſua venire ad proximum ſanguine.

19 *Retenta poſſeſſione*] Sc. dum vivit.

20 *Ut ſupra*] 2, 6. 14.

21 *Occupanti*] Cuivis, qui primus eis manum injicere vellet; ut ille Cinnarus in proverbio Ἀρπαγὰ τὰ Κιννάρυ. Zenob.

22 *Ejus quod debetur*] Nempe ut ad ſuum heredem perveniant.

23 *Officio congruit*] Ut deferantur ad conſanguinitate propinquos.

24 *Debitum tamen non eſſe*] Hinc conceſſum antiquis recens natos infantes non modo exponere, ſed etiam necare. *Terent.* Heaut. 4, 1. 13. & 21. *Ovid.* 9. Metam. 678. Et pro re mira narrat *Tacitus* de Judæis, necare quemquam ex natis nefas eſſe, 5. hiſtor. 5.

(bb) Modo ſcilicet ille, à quo petitur, ſciat, aut ſcire poſſit, ſe debere quod petitur. Deinde fruſtra hoc fieret, ſi Creditor non inveniret rationem clam conſequendæ, ſine ullius injuria, rei debitæ, aut æſtimationis ejus, ita ut factum à Debitore in jure probari non poſſet. *J. B.*

(cc) In toto iſto argumento, confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 11. *J. B.*

(dd) Diſtinguendum potius inter tempus, quo Liberi non poſſunt ſibi ipſi alimenta quærere, & tempus, quo id poſſunt. Priori tempore, omnino & ex jure ſtricto Parentes liberos alere tenentur: poſteriori, non ita tenentur,

voce debiti, quod ſtricte interdum ſumitur pro ea obligatione, quam inducit 25 jus expletorium; interdum laxius, ut ſignificet id quod niſi inhoneſte omitti non poteſt, etiamſi honeſtas illa non ex juſtitia expletrice, ſed ex alio fonte proficiſcatur. Eſt autem id de quo agimus (niſi lex aliqua humana accedat) debitum illo ſenſu laxiore. Ita accipio quod dixit Valerius Maximus: *Parentes nos alendo*, inquiens, *nepotum nutriendorum debito alligarunt.* Et Plutarchus in libello elegantiſſimo de prolis amore: οἱ παῖδες ὡς ὀφείλημα τὸν κλῆρον ἐκδεχόμενοι· e *liberi hereditatem ut ſibi debitam exſpectant.* Qui dat formam, dat quæ ad formam ſunt neceſſaria, dictum eſt Ariſtotelis: quare qui cauſa eſt ut homo exiſtat, is quantum in ſe eſt, & quantum neceſſe eſt, proſpicere ei debet de his quæ ad vitam humanam, id eſt, 26 naturalem ac 27 ſocialem, nam ad eam natus eſt homo, ſunt neceſſaria.

*Lib. II. c. 9. num. 1.* *Tom. II. p. 497. B.*

2. Ea de cauſa, inſtinctu ſcilicet naturali, cætera quoque animantia proli ſuæ, quantum neceſſe eſt, alimenta ſuppeditant. Unde Apollonius Tyanæus quod ab Euripide erat dictum, (*Androm.* vers. 418.)

*Philoſtr. in ejus vit. Lib. II. c. 14, 15. Ed. Olear.*

Ἅπασι δ' ἀνθρώποισιν ἡ ψυχὴ τέκνα.
*Cunctis hominibus liberi vita altera.*

Ita emendabat:

Ἅπασι δὲ ζώοισιν ἡ ψυχὴ τέκνα.
*Animantibus quaſi vita ſunt partus ſui:*

Plurimis ſane allatis argumentis f quibus inſitum hunc affectum probat, quæ videre eſt apud Philoſtratum libro VII. capite ſeptimo

*Cap. 14, 15. Ed. Olear.*

nentur, ſed nemo eſt tamen, cui potius de alimentis proſpicere, & bona ſua etiam, vel ſaltem majorem partem, relinquere eos honeſtum ſit. *J. B.*

GROTII.

e *Liberi hereditatem ut ſibi debitam exſpectant*] Julianus Cæſaribus παισί τε γὰρ νόμιμον ἐπιτρέπειν τὰς διαδοχάς· *Æquum, liberis hereditatem relinqui.* Etiam filiabus quas juxta filios heredes parentum fuiſſe more antiquiſſimo teſtatur Jobi hiſtoria in fine. Hanc æquitatem reſpiciens *Auguſtinus*, ne ab eccleſia quidem recipi vult bona eorum qui liberos ſuos exheredabant. Loca ſunt libro II. de vita clericorum, & ſermone LII. ad fratres in eremo, ſi tamen id opus *Auguſtini* eſt. Poſuit ea *Gratianus* in cauſa XIII. quæſt. II. & cauſa XVII. quæſt. IV. in fine. *Procopius* Perſicorum I. οἱ νόμοι τῷ διαλλάσσοντι ἀλλήλοις ἀεὶ ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις μαχόμενοι, ἐνταῦθα ἔν τε Ῥωμαίοις καὶ πᾶσι βαρβάροις ξυνίασί τε καὶ ξυνομολογοῦντες ἀλλήλοις κυρίους ἀποφαίνουσι τοὺς παῖδας εἶναι τοῦ πατρὸς κλήρου· *Leges quæ cæterum inter homines plurimis differentiis invicem pugnant, in hac re tam apud barbaros quam apud Romanos conſentiunt atque conſpirant, ut liberos dominos pronuntient rerum a patre relictarum.*

f *Quibus inſitum hunc affectum probat*] Plinius X, 33. de hirundinibus. *In fœtu ſumma æquitate alternant cibum.*

GRONOVII.

25 *Jus expletorium*] Juſtitia commutativa vel διορθωτική. I, I. 10.

26 *Naturalem*] Ut vitalis & ſuperſtes ſit.

27 *Socialem*] Ut vivat, tanquam civis ejus ordinis, in quo eum pater ſuſcepit.

28 *Vulgo*

mo & octavo: cum quo loco optime conſentit is qui eſt apud Oppianum de venatu tertio, & de piſcatu primo. Et in Dictye tragœdia idem ille Euripides hanc unam omnium legem eſſe ait, quæ & hominibus inter ſe, & cum cæteris animantibus communis ſit: Hinc juriſconſulti veteres liberorum educationem * ad jus naturale referunt, id eſt, ad illud quod cum inſtinctus naturæ aliis quoque animantibus commendat, nobis ipſa præſcribit ratio. *Naturalis ſtimulus*, ut Juſtinianus † loquitur, id eſt, ϛοργὴ, *parentes ad liberorum educationem hortatur.* Idem alibi: a *Filium vel filiam alere patri neceſſe eſt propter ipſam naturam.* Diodorus Siculus: b ἀγαθὴ γὰρ ἡ φύσις διδάσκαλος ἅπασι τοῖς ζώοις ἐςὶ πρὸς διατήρησιν οὐ μόνον ἑαυτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν γενωμένων, διὰ τῆς συγγενοῦς φιλοζωΐας τὰς διαδοχὰς εἰς ἀΐδιον ἄγουσα διαμονῆς κύκλον· *Optima quippe magiſtra natura eſt cunctis animantibus, non tantum ad ſui ſed & ad prolis ſuæ conſervationem, ut cognata hac caritate continua ſucceſſio ad æternitatis circulum perveniat.* Apud Quintilianum filius, *partem jure gentium peto.* Salluſtius teſtamentum quo filius excluditur impium dixit. Et quia naturale eſt hoc debitum, ideo etiam 28 vulgo c quæſitos alere mater debet.

3. Et quanquam ex 29 damnato legibus concubitu natis nihil relinqui leges Romanæ volebant, ſicut & 30 naturalibus ne quid relinquere neceſſe eſſet caverat lex (ee) Solonis, canones d Chriſtianæ pietatis hunc rigorem correxerunt, qui docent qualibuſcumque liberis id recte relinqui, imo ſi opus ſit relinquendum etiam, quod ad alimenta neceſſarium eſt. Nec aliter capiendum quod dici ſolet, 31 legitimam humanis legibus tolli non poſſe, quatenus ſcilicet in legitima inſunt alimenta neceſſaria. Nam quod ſupra eſt, tolli poteſt non repugnante natura.

4. Ali autem debent non tantum liberi primi gradus, ſed & ſecundi, ſi ita res ferat, & ulterioris: quod oſtendit e Juſtinianus, cum non filios tantum, ſed & qui deinceps ſunt, alendos propter ipſam naturam pronuntiat: quod ad eos etiam producitur, 32 qui per mulieres ex nobis veniunt, ſi aliunde ali non poſſunt.

V. 1. Debentur quidem & 33 parentibus alimenta: quod non legibus

*Apud Stob.*

* *Pr. Inſt. de jur. nat. gen. l. Juri*, 1. §. *Jus naturale.* 3. D. *de juſt. & jur.*

† *L. un. §. taceat.* 5. *verſ. ſileat. C. de rei ux. act.*

a *L. ult. C. de bon. quæ lib.* §. *ipſum*, 5.

b *Lib.* 11. *cap.* 94. *Ed. H. Steph.*

c *L. ſi quis.* 5. §. *Ergo.* 4. *D. de agnoſc. liber.*

d *C. Cum haberet*, 5. *de eo qui dux. quam poll. adul.*

e *L. ult.* §. 1. *C. de bon. quæ lib. l.* 5. §. 1. 5. *l.* 8. *D. de agn. lib.*

GRONOVII.

28 *Vulgo quæſitos*] Incerto patre natos.

29 *Damnato legibus*] Inceſto aut adulterio. [Vid. *Novel.* 89. cap. 15.]

30 *Naturalibus*] Ex concubina vel ſtupro.

31 *Legitimam*] Quadrantem bonorum. D. *de l. Falcid. & Trebelliano* &c. Inſt. *de l. Falcid.* & *de fideicomm. hæred.*

32 *Qui per mulieres*] Nepotes neptesque ex filia.

33 *Parentibus alimenta*] L. 5. §. 16. D. *de lib. agnoſc.* Parens ali à filio naturali ratione debet. *Cic.* ad Atticum 9, 9. *cum parentes non alere nefarium ſit. M. Seneca* 1. Contr. 1. *Lex eſt, Liberi parentes alant aut vinciantur.*

(ee) Memoria heic fefellit Auctorem noſtrum. *Solon* enim non ſolvit Parentes neceſſitate aliquid relinquendi natis ex concubitu illegitimo; ſed contra Liberos naturales ſolvit neceſſitate alendorum Parentum: Τὸ μηδὲ τοῖς

ἐξ

legibus tantum proditum eſt, ſed vulgari proverbio g 34 ἀντιπελαργεῖν. adeo quidem ut laudetur Solon, quod qui id non facerent eos notarit infamia. Sed non hoc æque eſt ordinarium atque illud quod de liberis diximus; nam liberi cum naſcuntur nihil ſecum afferunt unde vivant: adde quod vivendum diutius habent quam parentes: atque ideo ſicut honor & obſequium parentibus debetur, non liberis, ita educatio liberis magis quam parentibus: quo ſenſu accipio illud Luciani: καὶ τοί γε ἡ φύσις τοῖς πατράσι τοὺς παῖδας μᾶλλον ἢ τοῖς παισὶ τοὺς πατέρας ἐπιτάττει φιλεῖν *Magis natura jubet à parentibus liberos, quam a liberis parentes diligi.* Et illud Ariſtotelis: μᾶλλον συνῳκείωται τὸ ἀφ' οὗ τῷ γεννηθέντι, ἢ τὸ γενόμενον τῷ ποιήσαντι. τὸ γὰρ ἐξ αὐτοῦ οἰκεῖον τῷ ἀφ' οὗ· *Magis afficitur cauſa gignens erga genitum, quam genitum erga gignentem. Nam quod ex aliquo ortum eſt, id ei quaſi proprium eſt.*

*Diog. Laert. in Solon. §. 55.*

*In Abdic. T. 1. p. 721. Ed. Amſt.*

*Nic. VIII. c. 14.*

2. Hinc fit, ut etiam citra auxilium legis civilis, prima bonorum ſucceſſio liberis deferatur; quia creduntur parentes illis, ut corporis ſui partibus, non tantum de neceſſariis, ſed & de his quæ ad vitam ſuavius honeſtiuſque tranſigendam pertinent, quam uberrime voluiſſe proſpectum, ab eo maxime tempore quo ipſi rebus ſuis frui non poſſent. *Ratio naturalis*, inquit Paulus Juriſconſultus, * *quaſi lex quædam tacita liberis parentum hereditatem addicit, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando.* Papinianus † vero: h *Non ſic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas. Parentes ad bona liberorum ratio miſerationis admittit: liberos natura ſimul & parentum* 35 *commune votum*; id eſt, liberos hereditas

** L. Cum ratio, 7. D. de bon. damn.*

*† Leg. 7. §. 1. D. Si tab. teſt.*

ἐξ ἑταίρας γενομένοις ἐπάναγκες εἶναι τὺς πατέρας τρέφειν &c. ait PLUTARCHUS, in ejus Vit. pag. 90. E. *J. B.*

GROTII.

g Ἀντιπελαργεῖν] Vide *Leonem Afrum* libro IX. de Neſro.

h *Non ſic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas*] Philo de vita Moſis III. (*Pag.* 689. E. *Ed. Paris.*) ἐπειδὰν ὁ νόμος φύσεώς ἐστι κληρονομεῖσθαι τὺς γονεῖς ὑπὸ παίδων, ἀλλὰ μὴ τούτυς κληρονομεῖν, τὸ μὲν ἀπευκταῖον καὶ παλίμφημον ἡσύχασε· *Cum lex ſit naturæ ut liberi parentibus, non parentes liberis in bona ſuccedant, Moſes id quod contra vota parentum maligne ominis erat texit ſilentio.* Xenophon libro II. Socraticorum: ὁ μὲν ἀνὴρ τοῖς μέλλουσιν ἔσεσθαι παισὶ προκατασκευάζει πάντα ὅσα ἂν οἴηται συνοίσειν αὐτοῖς πρὸς τὸν βίον, καὶ ταῦτα ὡς ἂν δύνηται πλεῖστα· *Vir iis quos habiturus eſt liberis parat omnia quæ uſui fore ad vitam putat, & quidem quam maxima poteſt in copia.* (Cap. 2. §. 5.)

GRONOVII.

34 Ἀντιπελαργεῖν] Inſtar ciconiæ ſenio defectis parentibus ſervire ac conſulere. *Plinius* 10, 23. Ciconiæ genitricum ſenectam invicem educant. Inde ciconia *Pietaticultrix*, *P. Syro* apud *Petronium*. *Ariſtoteles* hiſt. anim. 6, 13. *Ælianus* de anim. 3, 23.

35 *Commune votum*] Quia parentes optant ſe liberos relinquere ſuperſtites. Inde in lapp. antiquis 675, 13. *infanti mellitiſſimo & dulciſſimo contra votum.* 6 7, 10. *filio dulciſſimo memoriam poſuerunt contra votum.* 716, 7. *mater infeliciſſima contra votum pietatis poſuit.* Adde *Gruterum* 4. Suſpic. 1. Et ipſa natura ordoque mortalitatis videtur poſtulare, ut juniores ſenioribus ætate matura compoſitis ſuccedant. Hinc in iiſdem 348, 8. *turbato ordine in ſenſu parentes infeliciſſimi filio optimo.* 436, 1. *filio ordine retrogrado defuncto.*

i Ut

Digitized by Google

hereditas ſequitur partim quidem ob præciſum debitum naturale, partim ex conjectura naturali, qua parentes creduntur id velle, ut liberis quam optime proſpectum ſit. 36 *Sanguini* 37 *honorem debitum reliquit*, ait Valerius Maximus de Q. Hortenſio, qui filium minus ſibi probatum heredem ſcripſerat. Huc ſpectat illud Apoſtoli Pauli: * *οὐ γὰρ ὀφείλει τὰ τέκνα τοῖς γονεῦσι θησαυρίζειν, ἀλλ᾽ οἱ γονεῖς τοῖς τέκνοις· Non enim liberi parentibus, ſed parentes liberis rem congerere & ſervare debent.*

Lib. v. c. 9.
* 2 Corinth. XII, 14.

VI. Quia vero & hoc ordinarium eſt, ut pater materque liberis ſuis proſpiciant, ideo, dum illi extant, avi aviæque ad alimenta danda teneri non intelliguntur: ubi illi, eorumve alter defecerit, æquum eſt, ut avus aviaque pro mortuo filio filiaque curam ſuſcipiant nepotum ac neptium: quod & in parentibus longius remotis pari ratione procedit. Atque hinc ortum traxit jus illud, i ut nepos * filii loco ſuccedat, quemadmodum Ulpianus loquitur. Id Modeſtinus dixit, † *τὸν τοῦ πατρὸς ἀποθανόντος τόπον πληροῦν.* Juſtinianus, a *τὴν πατρῴαν ὑπεισιέναι τάξιν.* Iſæus oratione de Philoctemonis hereditate, hoc ipſum (ff) vocat *ἐπανιέναι.* Philo Judæus: b *υἱωνοὶ γὰρ πατέρων ἀποθανόντων ἐν υἱῶν τάξει παρὰ πάπποις καταριθμοῦνται· Nepotes parentibus mortuis apud avos filiorum obtinent locum.* Vicariam hanc ſucceſſionem, k 38 quæ per ſtirpes

* L. 7. D. de his, qui ſ. v. al. jur. ſ.
† L. 2. §. 7. D. de exc. tut.
a Novel. 127. pr.
b Legatione ad Cajum.

GROTII.

i *Ut nepos filii loco ſuccedat*] Quod Hebræi dicunt, *filius etiam in ſepulchro ſuccedit*; item: *filii filiorum ſunt tanquam filii.* Meminit ejus juris ut naturalis *Jacchiades* ad Danielem v, 2. *Æquiſſimum eſſe videtur nepotes neptesque in patris ſui locum ſuccedere*, ait Juſtinianus titulo Inſtitutionum de Hereditatibus quæ ab inteſtato deferuntur. (§. 6.) Pietati id aſſcribit *Eginhardus* in vita Caroli Magni. (*Cap. 9. Ed. Schminck.*) *κατιόντας εἰς τὸν ἰδίου γονέως τόπον ὑπεισελθεῖν· Poſteros in ſui quemque parentis locum ſubire*, dixit Michael Attaliata.

k *Quæ per ſtirpes fit*] Sic in ſortiendis urbibus inter Heraclidas *Proclo* & *Euryſtheni*, ut ab Ariſtodemo venientibus, una ſors fuit contra Temenum & Creſphontem. meminit *Apollodorus* libro II. (c. 8. §. 4.) Pauſanias (*Meſſeniac.* c. 3.) *Strabo* Lib. VIII. [pag. 364.]

GRONOVII.

36 *Sanguini*] Quem ſcilicet non erat habiturus moribus ejus.

37 *Honorem*] Ut *Quintil.* declam. 2, 61. *qui non eundem honorem ſupremis defuncti tabulis habuerunt.* Tacitus Agric. 43.

38 *Quæ per ſtirpes*] *Succeſſio per ſtirpes*, ubi plures filii cum aliis coheredibus ſuccedunt in partem patris, quam illic habere deberet, ſi viveret. *Succeſſio in capita*, ubi ſinguli pares cum coheredibus partes accipiunt. De quo ſolet quæri in ſucceſſione patrui. Nam ſi ſuccedat frater, & alterius fratris filii, in ſtirpes eſt ſucceſſio; ſi duorum fratrum filii, in capita, ex *Novel.* 118. cap. 3. quorum poſterius tamen in dubium nonnulli vocant.

(ff) Locus eſt pag. 467. *Ed. Wech.* *Ὁ γὰρ νόμος οὐκ ἐᾷ ἐπανιέναι, ἐὰν μὴ υἱὸν καταλίπῃ γνήσιον.* Sed ibi non agitur de ſucceſſione Nepotis in locum filii, verùm de Filii Adoptivi reditu in familiam Patris Naturalis, qui reditus fieri non poterat, niſi ipſe in familia Patris Adoptivi reliquiſſet filium legitimum: idque ſecundum Legem *Solonis*, quæ legitur integra apud DEMOSTHENEM, *Orat. in Leochar.* pag. 673. B. Adeoque locus omnino alienus eſt à re, de qua agitur. *J. B.*

l Exhe-

Digitized by Google

ſtirpes ſit, repræſentationem vocare amant recentiores juriſconſulti; quam valuiſſe etiam apud Hebræos, diviſio agrorum terræ Jacobi filiis (gg) promiſſæ, aperte ſatis oſtendit. Sicut filius & filia proximi ſunt cuique, ita & qui ex filio filiave naſcuntur, ait Demoſthenes oratione adverſus Macartatum.

*Pag.* 661. B.

VII. Quæ autem diximus hactenus de conjectura voluntatis, ita locum habent, 39 niſi in diverſum indicia ſuppetant. In hoc indiciorum genere primum habet locum 40 abdicatio, quæ Græcis, tum 1 41 exheredatio, quæ Romanis fuit uſitata. Ita tamen ut ei qui mortem peccatis ſuis meritus non eſt, 42 alimenta præſtanda ſint, ob eam quam ſupra attulimus rationem.

VIII. Sed & illa regulæ exceptio addenda eſt, ſi non ſatis conſtet hunc illo eſſe genitum. Verum eſt 43 de factis nullam eſſe certam perceptionem: ſed ea, quæ ſolent in hominum conſpectu fieri, ſui generis certitudinem habent ex teſtimonio: quo ſenſu mater certa eſſe dicitur, quia inveniuntur 44 qui quæve partui & educationi adfuerint: at de patre hujus gradus certitudo haberi non poteſt, quod Homerus indicat dicens:

*Odyſſ.* Lib. 1. vers. 216.

—— *Οὐ γάρ πω τὶς ἑὸν γόνον αὐτὸς ἀνέγνω.*
—— *Generis nemo ſibi conſcius ipſe eſt.*

Et eum ſequutus Menander: (hh)

*Αὐτὸς γὰρ ὐδεὶς οἶδε πῶς ἐγείνατο.*
*Nemo ipſe novit quo ſit exortus ſatu.*

Qui & alibi: [Apud *Stob.* Florileg. tit. 76.]

*Ἔςιν δὲ μήτηρ φιλότεκνος μᾶλλον πατρὸς,*
*Ἡ μὲν γὰρ αὐτῆς οἶδεν υἱὸν, ὁ δ' οἴεται.*
*Mater tenerius liberos adamat patre:*
*Quia mater eſſe ſcit ſuos, pater autumat.*

Ideo

**GROTII.**

1 *Exheredatio, quæ Romanis fuit uſitata*] Vide *Baba Kama* cap. IX. §. 10. vide infra §. XXV.

**GRONOVII.**

39 *Niſi in diverſum*] Appareat probatio mutatæ voluntatis l. 7. D. *de probat.*

40 *Abdicatio, quæ Græcis*] Ἀποκήρυξις.

41 *Exheredatio*] Quæ nomen apud Græcos non habet: ſed qui jus Romanum Græce tradiderunt, exheredare vocant ἀπόκληρον ποιεῖν. & *Theophilus* de exheredatione liberorum περὶ ἀποκλήρων παίδων.

42 *Alimenta*] Sic T. Arrius filium in parricidii molitione deprehenſum Maſſiliam relegavit, & annua illi præſtitit. *Seneca* 1. de benef. 15.

43 *De factis*] Inde regula: juris ignorantiam cuique nocere, facti vero non item. l. 9. D. *de juris & facti ignor.*

44 *Qui quæve partui*] Sic Virginius ex uxore ſua natam Virginiam probabat contra M. Claudium Appii clientem. *Dionyſ. Halic.* l. 11, 57.

(gg) Poſteri *Ephraimis* & *Manaſſis* non tantum propter *jus repræſentationis* partem habuerunt Terræ promiſſæ: ſic enim ambo unam tantum ſortiri debuiſſent, qualem *Joſephus* pater ipſorum conſequuturus erat. Verum adoptionis jus heic valuit, ut Auctor noſter ipſe obſervat in Nota ad §. ſequ. *J. B.*

(hh) Habet ab EUSTATHIO, in *Homer.* pag. 1412. *Ed. Rom.* ubi tamen alio modo & ſenſu, quem Auctor ipſe ſequitur in verſione ſua: Αὐτὸν γὰρ οὐδεὶς οἶδε τοῦ ποτ' ἐγένετο &c. *J. B.*

m *Extranei*

Ideo ratio aliqua reperienda fuit, qua probabiliter conſtaret quis eſſet partus cujuſque pater. Ea 45 ratio eſt, conjugium ſumtum in terminis naturalibus, id eſt, conſociatio, qua femina ſub maris cuſtodia 46 conſtituitur. Sed etſi alio quovis modo conſtet quis fuerit pater, aut pater id pro explorato habuerit, naturaliter is partus non minus quam alius quivis ſuccedet. Quidni cum etiam m extraneus palam pro filio habitus, quem adoptatum vocant, ſuccedat ex conjectura voluntatis?

2. Naturales vero, etiam poſt lege introductum eorum diſcrimen a legitimis: *Fragm: Andromed: vers. 12. & ſeqq. Ed. Barnes.*

> (Τῶν γνησίων γὰρ οὐδὲν ὄντες ἐνδεεῖς
> Νόμῳ νοσοῦσιν ————
> *Notha parte nulla ſobole legitima minor,*
> 47 *Sed lege premitur* ————

Ut dixit Euripides) poſſunt tamen adoptari, 48 niſi lex obſtet. Atque id olim permittebat lex Romana Anaſtaſii, ſed poſtea in juſti matrimonii favorem difficilior quædam ratio eos legitimis æquandi reperta eſt, 49 per curiæ oblationem, aut ſubſequens matrimonium. *L. Jubemus, 6. C. d. naturali lib.* Exemplum veteris adoptionis naturalium eſt in Jacobi filiis, qui adæquati a patre ſunt liberarum mulierum filiis, & æquis partibus 50 hereditatem creverunt.

3. Contra evenire poteſt, non ex lege tantum, ſed & ex pactione, n ut qui ex conjugio nati ſunt, alimenta ſola habeant, aut certe 51 excludantur a præcipua hereditate. Conjugium tali pacto initum etiam cum libera femina concubinatum Hebræi vocant, quale erat Abrahami cum Cethura, cujus liberi perinde ut Iſmael, ancillæ Agaris filius, dona, id eſt, legata quædam acceperunt; hereditatem autem non creverunt. Tale eſt matrimonium *Gen. xxvi. 6.*

### GROTII.

m *Extraneus palam pro filio habitus*] Aut nepos in filium adoptatus, ut a Jacobo nepotes Ephraim & Manaſſes.

n *Ut qui ex conjugio nati ſunt, alimenta ſola habeant*] Ut olim filii poſt primum geniti in Mexicanis terris.

### GRONOVII.

45 *Ratio eſt conjugium*] Inde illud: *Pater eſt, quem nuptiæ demonſtrant.*

46 *Conſtituitur*] Rurſus omittit, mutui auxilii & procreationis cauſa, ut ſupra. 2, 5. 8.

47 *Sed lege premitur*] Legem civilem, 1. quæ legitimos prætulit in honorem conjugii, iniquam experitur & gravem.

48 *Niſi lex obſtet*] Niſi lex civilis prohibeat.

49 *Per curiæ oblationem*] §. ult. Inſtit. *de nupt.*

50 *Hereditatem creverint*] Verbum priſci juris. Nam heredem inſtitutum oportebat intra certam diem declarare ac profiteri, vellet ne adire an non. Quod tempus *cretionem* dicebant. Formula teſtamenti. *L. Titius mihi heres eſto, cernitoque intra tot dies.* Si cretio non erat definita, centeſimus dies juſtus habebitur. *Varro de L.L.* lib. 5. p. 60. & lib. 6. p. 81. *Cic.* 11. ad Attic. ep. 2. Inde *cernere hereditatem* eſt, non modo profiteri ſe heredem, ſed etiam hereditatem adire ac capeſſere; quia cretionem aditio ſequebatur.

51 *Excludantur a præcipua*] Non ſint heredes, ſed accipiant legata.



Digitized by Google

nium ad 52 morgengabicam quod dicitur: a quo non longe abeunt ſecundæ nuptiæ o apud Brabantos: nam rerum ſoli, quæ exſtabant cum matrimonium 53 prius ſolveretur, proprietas acquiritur prioribus liberis.

IX. 1. Ubi deſunt liberi quibus naturaliter deferatur ſucceſſio, minus expeditum eſt, nec ulla in parte magis variant leges. Tota tamen varietas ad duos maxime fontes referri poteſt, quorum alter reſpicit proximitatem gradus, alter bona redire vult unde venerant; quod dici ſolet, Paterna paternis, materna maternis. Nobis omnino diſtinguendum videtur inter p bona paterna avitaque, ut dici ſolebat 54 in formula qua prodigo bonis interdicebatur, & inter q noviter quæſita, ut in illis locum habeat Platonis illud: ἐγὼ οὖν νομοθέτης ὢν οὔθ' ὑμᾶς ὑμῶν αὐτῶν εἶναι τίθημι, οὔτε τὴν οὐσίαν ταύτην, ξύμπαντος δὲ τοῦ γένους ὑμῶν, τοῦ τε ἔμπροσθεν καὶ τοῦ ἔπειτα ἐσομένου· *Ego legum conditor neque vos veſtri juris eſſe ſciſco, neque patrimonium veſtrum, ſed totius veſtri generis, tum quod fuit, tum quod futurum eſt.* Qua de cauſa Plato κλῆρον πατρῷον ſalvum eſſe vult generi, unde venit. Quod non ita accipi velim, quaſi naturaliter de bonis paternis avitiſque 55 teſtari non liceat (r ſæpe enim indigentia amici alicujus efficit, ut id non laudabile modo ſit, ſed etiam neceſſarium) ſed ut appareat 56 quæ in dubio credenda ſit fuiſſe voluntas inteſtati. Concedimus enim plenum dominium eſſe penes eum de cujus voluntate agimus.

*De Legib. Lib. XI. p. 923. A. Tom. II. Ed. H. Steph.*

2. Sed cum poſt mortem dominium hoc retinere non poſſit, & omnino pro certo haberi debeat, 57 noluiſſe eum perdere beneficii materiam,

GROTII.

o *Apud Brabantos*] Vide legem ſimilem veterum Burgundionum, Lib. 1. tit. 1. n. 2.

p *Bona paterna avitaque*] Hebræis מורשה.

q *Noviter quæſita*] Hebræis נחלה. diſcrimen hoc vide in lege Burgundica lib. 1. tit. 1. num. 1.

r *Sæpe enim indigentia amici alicujus efficit, ut id non laudabile modo ſit*] Seneca de Beneficiis libro IV. c. 11. *Quid cum ipſa vitæ in fine conſiſtimus? cum teſtamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profutura dividimus? quantum temporis conſumitur, quamdiu ſecreto agitur, quantum, & quibus demus? quid enim intereſt quibus demus a nullo recepturi? Atqui nunquam diligentius damus, nunquam magis judicia noſtra torquemus, quam ubi, remotis utilitatibus, ſolum ante oculos honeſtum ſtetit?*

GRONOVII.

52 *Morgengabicam*] Donationem propter nuptias, aliam doti, de qua videndus *Lindenbrogius* in gloſſ. ad Cod. legum antiquarum. *Gregor. Turon.* matutinale donum vocat lib. 9, 19.

53 *Prius ſolveretur*] Morte uxoris. Hinc Galliæ rex ſe ducem fert Brabantiæ.

54 *In formula qua prodigo*] Quando tua bona paterna avitaque nequitia tua diſperdis, liberoſque tuos ad egeſtatem perducis, ob eam rem tibi ea re commercioque interdico. *Paulus* 3. Sent. tit. 4. §. 7.

55 *Teſtari*] Aliquid pro arbitrio relinquere aliis, quam unde venerunt.

56 *Quæ in dubio*] Quos ſi teſtamentum nullum fecerit, optaverit tamen habere ſucceſſores.

57 *Noluiſſe*] Habuiſſe in animo, ut relinqueret bona gratia, quod omnino relinquendum erat, & beneficio potius ſuo penes alium eſſet, quod alioqui quacunque ratione penes alium futurum erit.



Digitized by Google

materiam, videndum eſt 58 quis ſit in beneficiis ordo maxime naturalis. Bene Ariſtoteles: *εὐεργέτῃ ἀνταποδοτέον χάριν μᾶλλον ἢ ἑταίρῳ δοτέον·* *Potius eſt gratiam referri ei qui benefecit, quam amico conferre beneficium.* Et Cicero: *Nullum officium referenda gratia magis neceſſarium eſt.* Item: * *Cum duo genera liberalitatis ſint, unum dandi beneficii, alterum reddendi; demus nec ne, in noſtra poteſtate eſt; non reddere bono viro non licet: modo id facere poſſit ſine injuria.* Ambroſius: *Pulchrum eſt propenſiorem haberi ejus rationem, qui tibi aut beneficium aliquod aut munus contulit.* Et mox: *Quid enim tam contra officium, quam non reddere quod acceperis?* Gratia autem refertur aut viventibus, ſ aut defunctis. Defunctis, ut oſtendit Lyſias oratione funebri, refertur gratia in eorum liberis, qui naturaliter pars ſunt parentum, & quibus ſi viverent parentes maxime vellent benefieri.

*Ethic. Nic.* IX, 2. *De Off.* I, 15. * *Ibid.* Lib. I. c. 31. *Off.* I. c. 31. *Cap.* 20. *& ſeqq.*

3. Et hanc æquitatem ſequuti ſunt Juſtinianei juris conditores, æquitatis ſtudioſiſſimi, in quæſtione inter 59 fratres plenos, & 60 conſanguineos, & 61 uterinos, & aliis quibuſdam. Ariſtoteles: * *ἀδελφοὶ ἀλλήλους φιλοῦσι τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι· ἡ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταυτότης ἀλλήλοις ταὐτὸ ποιεῖ·* *Fratres ſe invicem diligunt quatenus ex iiſdem nati ſunt; nam ortus communis ipſos quaſi eoſdem facit.* † Valerius Maximus: *Ut merito primum amoris vinculum ducitur, plurima & maxima beneficia accepiſſe, ita proximum judicari debet ſimul accepiſſe.* 62 Gentium commune jus, ut frater fratri ſuccedat, dicitur apud *a* Juſtinum.

*L. Quod ſi is.* §. *C. de bon. quæ lib. l.* 13. *de emancipatis.* §. I. *Cum enim. C. de legit. her. l. Sancimus,* II. *C. com. de ſucceſſ. Novel.* 84. *de conſ. & uter. frat.* * *Eth. Nicom.* VIII, 14. † *Lib.* V. c. 5. a *Lib.* X.

4. Quod ſi non reperiatur is a quo proxime bona venerunt, ejuſve liberi, reſtat ut gratia referatur his quibus minus quidem, ſed tamen poſt illum proxime debetur, id eſt parenti ſuperioris gradus: ejuſque liberis, præſertim cum eo modo maneatur intra proximos, & ejus de cujus hereditate agitur, & ejus a quo proxime bona venerunt. Idem ille Ariſtoteles: *b ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ*

b *Ethic. Nic.* VIII, 14.

GROTII.

ſ *Aut defunctis*] Sic moriturus apud *Procopium* Perſ. I. *τὰ παιδία ἀπέλιπεν, ἀποδώσεις ἐμοί·* *In me conferes quidquid in liberos meos contuleris.* Vide exemplum in facto Theodoſii, patrem Valentiniani junioris in ipſo Valentiniano remunerantis, apud *Zoſimum* libro IV. Lege Moſis ſuccedebat poſt fratres patruus, ut primo poſſeſſori propior quam fratrum filii. *Num.* XXVII, 10. [Imp. *Gratianus*, cui debebat imperium *Theodoſius*, non erat *pater Valentiniani junioris*, ſed *frater*, ut notum. Deinde *Theodoſius* nequaquam ex animo grato erga defunctum arma cepit pro *Valentiniano*, ſed amore *Gallæ*, hujus ſororis. Vide Capp. 43. & 44. Libri IV. *Zoſimi*, heic indicati. *J. B.*]

GRONOVII.

58 *Quis ſit in beneficiis*] Cui recta ratio primo, cui poſteriore loco beneficium dictet tribuendum.

59 *Fratres plenos*] Eodem utroque parente natos.

60 *Conſanguineos*] Eodem patre, ſed diverſis matribus.

61 *Uterinos*] Eadem matre, non uno patre.

62 *Gentium commune*] Videtur ſumpſiſſe ex lib. 34, 3. ſed mendoſe. Nam dicit ibi Demetrius, ſe majori fratri jure gentium regnum ceſſiſſe non ſe

*ποὶ συγγενεῖς ἐκ τούτων συνωκειῶνται· τὸ γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι γίγνονται οἳ μὲν οἰκειότεροι, οἱ δὲ ἀλλοτριώτεροι· Patrueles vero & cæteri cognati conjunguntur per parentes, quatenus ex iiſdem ortum habent: ita ut alii conjunctiores ſint, alii minus conjuncti, pro ortus ratione.*

X. 1. At in 63 bonis noviter quæſitis, quæ 64 *περιόντα τοῦ κλήρου* Platoni, cum ceſſet gratiæ referendæ officium; ſupereſt, ut ei deferatur ſucceſſio qui defuncto cariſſimus fuiſſe creditur. t Is autem eſt qui gradu cognationis proxime defunctum attingit. Sic Iſæus apud Græcos receptum ait, *τοῖς ἐγγυτάτω γένους τὰ τοῦ τελευτήσαντος γενήσεσθαι, defuncti bona ei cedere qui genere ſit proximus:* addit: *τί ἂν, τί δικαιότερον, ἢ τοῖς συγγενέσι τὰ τοῦ συγγενοῦς; quid juſtius quam ut quæ cognati fuerant cognatis cedant?* Idem ſenſus eſt apud Ariſtotelem libri ad Alexandrum capite 11. *Optime*, inquit Cicero, *ſocietas hominum conjunctioque ſervabitur, ſi ut quiſque erit conjunctiſſimus, ita in eum benignitatis plurimum conferatur.* u Qui & alibi poſt liberos ponit bene convenientes propinquos, ut & Tacitus: * *Liberos cuique ac propinquos ſuos natura cariſſimos eſſe voluit.* Idem Cicero alibi de cognatis agens: † *Neceſſaria præſidia vitæ debentur his maxime.* Debentur ſcilicet non ex jure expletorio, ſed *κατ' ἀξίαν*· Et alibi, cum de affectione erga propinquos egiſſet, a *Ex hac animorum affectione*, ſubdit, *teſtamenta* 65 *commendationeſque morientium nata ſunt.* Idem b copias noſtras proximis quam alienis & ſuppeditari & relinqui æquius eſſe ait. Ambroſius

*De Legg. L. XI. p. 923. D.*

*Orat. III. p. 413. & 417. Ed. Wech.*

*Off. 1. c. 16.*

* *Vit. Agric. c. 31.*

† *Offic. 1, 17.*

a *De Finib. III, 20.*

b *De off. 1, cap. 14.*

majori fratri jure gentium ſuccedere oportere. [Immo Auctor, vitio memoriæ, ſcripſit heic *Juſtinum*, pro *Q. Curtio*, apud quem *Lib.* X. (ut heic numerus ſe habet in ora libri) dicitur de *Aridæo*, fratre *Alexandri Magni*: *Cur etiam* GENTIUM COMMUNI JURE *fraudetur.* Cap. 7. n. 2. *J. B.*]

GROTII.

t *Is autem eſt, qui gradu cognationis proxime defunctum attingit*] Vide *Deuter.* XV, 11. XXIII, 7. *Prov.* XI, 17. Tractat hoc *Servius* ad illud Æneidos VI. (vers. 611.)

*Nec partem poſuere ſuis* ——

Hierocles: *ἡ δὲ τῶν ἀγχιστέων (τιμὴ) πρὸς τὴν τῆς φύσεως ἐγγύτητα παραμετρήσει τὴν θεραπείαν, τοσοῦτον τῆς μετὰ γονέας τιμῆς ἑκάστῳ τῶν συγγενῶν νέμουσα, ὅσον ἂν ἡ πρὸς ἐκείνους ἐγγύτης ὑποφαίνῃ· Cura autem propinquorum menſuram ſuam accipiet a propinquitate naturali, ut poſt parentes tantum cognatorum cuique deferatur quantum ad parentes propinquitas exigit.* [In *Aurea Carm. Pythag.* vers. 4. pag. 46, 48. *Ed. Needh.*] Poſſidius de Auguſtino: *Juſtum & æquum eſſe videbat, ut a mortuorum vel filiis, vel parentibus, vel affinibus magis poſſiderentur*, hereditates ſcilicet, de quibus ibi agit.

u *Qui & alibi*] Duo hæc loca ex *Cicerone* poſterius producta, ſunt ex eodem libro officiorum primo. (c. 17.)

GRONOVII.

63 *Bonis noviter quæſitis*] Quæ non hereditate delata, ſed poſſeſſoris induſtria parta ſunt.

64 *Περιόντα*] Affluentia ultra ſortem.

65 *Commendationes*] 2. de finibus 20. Idem 3. de off. *is qui morti addictus eſſet, paucos ſibi dies commendandorum ſuorum cauſa poſtulaviſſet.* Vide 3. obſerv. 23, 655. Sic priſci ſolebant & uxores ſuas commendare ducendas, ſi quid ipſis contingeret. *Salmaſ. de modo uſur. p. 168.*

x *Ut*

Digitized by Google

broſius quoque: *c Eſt etiam illa probanda liberalitas, x ut proximos ſeminis tui non deſpicias.* c *Offic.* I, 30.

2. Succeſſio autem ab inteſtato, de qua agimus, nihil aliud eſt quam 66 tacitum teſtamentum ex voluntatis conjectura. Quintilianus pater in 67 declamatione: *Proximum locum a teſtamentis habent propinqui: & ita, ſi inteſtatus quis ac ſine liberis deceſſerit. Non quoniam utique juſtum ſit, ad hos pervenire bona defunctorum: ſed quoniam relicta & velut in medio poſita nulli propius videntur contingere.* Quod de bonis noviter quæſitis diximus ea naturaliter proximis deferri, idem locum habebit in bonis paternis avitiſque, ſi nec ipſi a quibus venerunt, nec eorum liberi exſtent, ita ut gratiæ relatio locum non inveniat. *Decl.* 308.

XI. 1. Hæc vero quæ diximus quamquam naturali conjecturæ maxime ſunt conſentanea, non ſunt tamen jure naturæ neceſſaria; ac proinde ex diverſis cauſis voluntatem humanam moventibus variari ſolent, pactis, legibus, moribus: qui 68 ſubitionem in locum in nonnullis gradibus admittunt, y in aliis non admittunt; alibi diſtinguunt, 69 unde bona veniant, alibi id 70 inſuper habent. Eſt ubi primogeniti plus poſtgenitis ferunt, ut apud Hebræos: eſt ubi inter ſe æquantur. Eſt 71 ubi agnatorum habetur ratio; eſt ubi cognati quilibet cum agnatis tantundem ferunt. 72 Etiam ſexus alicubi momentum habet, alicubi non habet: & alibi cognationis ratio habetur intra propiores gradus: alibi longius extenditur. quæ longum eſſet exſequi, nec inſtituti noſtri.

2. Illud tamen tenendum eſt, quoties voluntatis expreſſiora indicia nulla ſunt, credi quemque id de ſua ſucceſſione ſtatuiſſe quod lex aut mos habet populi, non tantum 73 ex vi imperii, ſed ex

GROTII.

x *Ut proximos ſeminis tui non deſpicias*] Ex *Eſaia* ſumtum LVIII, 7. Paria habes apud *Chryſoſtomum* 1 Cor. IV, 7. & apud *Auguſtinum* de doctrina Chriſtiana lib. II, 12.

y *In aliis non admittunt*] Veteres Germanorum mores ſubitionem iſtam ſive repræſentationem ignorarunt etiam inter liberos. introduxit primus id jus in Franciam Childebertus edicto: in Trans-Rhenanas partes Otho Henrici filius, teſte *Witikindo* lib. II. vide legem Langobardicam lib. II. tit. XIV, 18. Scoticum quoque jus vetus ſolam ſpectabat gradus proximitatem. Vide *Pontanum* Danicorum ſeptimo, ubi narrat a rege Angliæ arbitro ſumto ita pronuntiatum.

GRONOVII.

66 *Tacitum teſtamentum*] Conſtitutio legis de ſucceſſione, eum dantis ſucceſſorem, quem conjicimus & exiſtimamus defuncto placiturum fuiſſe, ſi teſtamentum feciſſet.

67 *Declamatione*] CCCVIII. quæ inſcribitur, *Duo teſtamenta.*

68 *Subitionem in locum*] Repræſentationem, ſucceſſionem in ſtirpes.

69 *Unde bona veniant*] Paterna an materna ſint.

70 *Inſuper habent*] Nihil morantur, ſed utroſque pari gradu admittunt.

71 *Ubi agnatorum*] Ubi agnati ſeu per virilem ſexum conjuncti præferuntur.

72 *Etiam ſexus*] Ut feminæ poſthabeantur maribus.

73 *Ex vi imperii*] Quæ poſtulat in ſingulis vel invitis valere, quod publice jus ſive ſcriptum, ſive non ſcriptum introduxit, ſed etiam quia credibile eſt ipſos inteſtatos nihil aliud voluiſſe.

 z *Divi-*

Digitized by Google

ex conjectura, quæ etiam in eos valet quorum in manu eſt ſummum imperium. Nam & hi probabiliter creduntur in rebus ſuis æquiſſimum judicaſſe, quod aut legibus ſanxerunt ipſi, aut moribus probant; in iis dico rebus in quibus de nullo ipſorum damno agitur.

XII. Sed in regnorum ſucceſſione diſtingui debent regna quæ pleno modo poſſidentur, & in patrimonio ſunt, ab his quæ modum habendi accipiunt ex populi conſenſu. quo de diſcrimine 74 egimus ſupra. Prioris generis regna 1 dividi poſſunt etiam inter mares a & feminas, ut in Ægypto & Britannia olim factum videmus:

Pharſal. x, 91.

——— *Nullo diſcrimine ſexus*
*Reginam ſcit ferre Pharos* ———

Vit. Agric. c. 16.

Ait Lucanus: de Britannis Tacitus, *Neque enim ſexum in imperio diſcernunt.* Nec adoptati minus veris liberis ſuccedent ex præſumta voluntate; Sic Æpalio * Locrorum regi Hyllus Herculis filius per adoptionem in regnum ſucceſſit. (ii) Moloſſus b nothus

* Strabo l. IX pag. 427.

GROTII.

1 *Dividi poſſunt etiam inter mares*] In Aſia fratres ſimul regnabant, ſic ut uni præcipuum eſſet jus diadematis. *Polybius* Exc. legationum XCIII. Invenies & apud *Livium* XLIV, 19. XLV, 11. eundemque *Polybium*, (*Excerpt. leg.* 89.) Ægyptum inter fratres Ptolemæos diviſam. Filii Attilæ gentes ſibi dividi æqua ſorte poſcebant: *Jornandes* de rebus Gotthicis. *Gregoras* lib. VII. de Irene Andronici Palæologi uxore: τὸ δὲ καινότερον, ὅτι οὐ μοναρχίας τρόπῳ κατὰ τὴν ἐπικρατήσασαν Ῥωμαίοις ἀρχῆθεν συνήθειαν, ἀλλὰ τρόπον λατινικὸν, διανειμαμένους τὰς Ῥωμαίων πόλεις καὶ χώρας, ἄρχειν κατὰ μέρος τῶν υἱέων ἕκαστον, ὡς οἰκείου κλήρου καὶ κτήματος τοῦ λαχόντος, ἐκ πατρῴων μὲν ἐς αὐτοὺς κατὰ τὸν περικρατήσαντα νόμον ταῖς περιουσίαις καὶ κλήσεσι τῶν βαναύσων ἀνθρώπων κατιόντος, παραπεμπομένου δ᾽ ἔπειθ᾽ ὁμοίως εἰς τοὺς ἐφεξῆς παῖδας καὶ διαδόχους. λατίνων γὰρ οὖσα γέννημα καὶ παρὰ τούτων εἰληφυῖα τουτὶ τὸ νεώτερον ἔθος, ἐπάγειν ἐβούλετο. *Quod maxime mirandum erat, voluit ut non unus imperaret, ſecundum morem Imperii Conſtantinopolitani veterem, ſed adinſtar principum in Occidente civitates & regiones dividerentur in ſingulos filiorum, ut ſic regnum tanquam proprium cujuſque patrimonium a patribus ad ipſos perveniret, ita ut in plebejorum hominum bonis fieri ſolet, ac ſic perpetuo ad cujuſque liberos heredeſque deſcenderet. Ipſa enim cum ex occidentis partibus ortum haberet, morem quem ab ipſis acceperat huc ſine exemplo introducere animo agitabat.*

a *Et feminas, ut in Ægypto & Britannia*] De Alexandro & Laodice vide *Polybium* excerptis legationum CLX. de Auletæ filia *Strabonem* XVII. (*pag.* 796.) In Aſia poſt Semiramidem feminas regnaſſe plures narrat *Arrianus* ἀναβάσει. (*Lib.* I. *c.* 24.) Talis Nitocris Babylone, Artemiſia Halicarnaſſi, Tomyris apud Scythas. *Servius* ad primum Æneidos: (*vers.* 654.) *Quia ante etiam feminæ regnabant.* Idem apud Rutulos obtinuiſſe docet ad IX. Æneidos. (*vers.* 596.)

GRONOVII.

74 *Egimus ſupra*] I, 3. II.

(ii) In orâ libri Auctor hîc teſtem indicat *Pauſaniam*, *Lib.* I. Locus eſt *Cap.* XI. Sed non ſatis accuratè, quæ in eo legerat, retulit. Nam I. *Moloſſus* non erat filius nothus *Pyrrhi*, ſed major natu trium liberorum ſuſceptorum ex *Andromache*, quam pro legitima uxore habuerat, ut ait SERVIUS in *Aen.* III, 297. II. Non dicit *Pauſanias*, *Moloſſum*, deficientibus liberis legitimis,

Digitized by Google

b nothus † ex patris Pyrrhi legitimos liberos non habentis judicio ſucceſſit in regnum Epiri: de adoptando * in ſucceſſionem Scythiæ Philippo egit rex 75 Atheas: Jugurtha nothus, † ſed adoptatus, ſucceſſit in regno Numidico: ſicut & in regnis quæ *a* Gothi, & Langobardi armis quæſierant, adoptionem valuiſſe legimus. Imo etiam ad eos proximos ultimi poſſeſſoris regnum perveniet, qui primum regem 76 ſanguine non attingunt, ſi talis ſucceſſio in iis locis recepta ſit: ſicut Paphlagoniam regum domeſticorum interitu hæreditariam patri ſuo obveniſſe ait, apud *b* Juſtinum, Mithridates.

XIII. Quod ſi dictum ſit ne dividatur regnum, nec cui cedere debeat expreſſum ſit, c ut quiſque natu eſt maximus, mas aut femina, regnum habebit. In Thalmudico titulo de regibus legitur: *Qui præcipuum jus habet in hereditate, is & in poſſeſſione regni. Ideo filius natu major præfertur minori.* Νομιζόμενον πρὸς πάντων ἀνθρώπων τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν, inquit Herodotus: *Mos omnium populorum eſt ut natu maximus imperium habeat.* Idem alibi ſæpe νόμον legem ſive conſuetudinem regnorum hoc vocat. Livius duorum fratrum Allobrogum de regno contendentium minorem ait jure minus, vi plus potuiſſe. Apud Trogum Pompejum, 77 *Artabazanes maximus natu ætatis privilegio regnum ſibi vindicabat:* quod

† Pauſ. I.
* Juſtin. IX, 2.
† Sall. bell. Jugurth. c. 10, 11. 25.
a Caſſiodor. Chron. Paul. Diac. l. VI. de geſt. Langob.
b Libro XXXVIII. c. 5.
Lib. VII. c. 2.
Lib. XXI. c. 31.
Juſt. lib. II. c. 10.

legitimis, à *Pyrrho* heredem regni inſtitutum: ſed *Helenum*, filium *Priami*, poſt mortem *Pyrrhi*, uxore ductâ *Andromache*, *Pyrrho* in regnum ſucceſſiſſe, quod moriens ipſe *Moloſſo* reliquit. *J. B.*

### GROTII.

b *Nothus*] Apud Tartaros nothi & legitimi pares. De Perſis vero *Herodotus*: νόθον ἐ σφι νόμος ἐςὶ βασιλεῦσαι, γνησίου παρεόντος· *Mos non eſt illis ut nothus regnet dum legitimus aliquis reperitur.* (Lib. III. c. 2.) In Hiſpania Wandali regnarunt duo, Gontharis legitimus, Zigerichus nothus Godigiſcli teſte *Procopio*: ex Septentrionalium nimirum gentium more veteri, cujus teſtes *Adamus Bremenſis* hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c. 106. *Helmoldus* de Slavicis lib. I. c. 51. & 52. Michaeli Theſſaliæ domino ſucceſſit legitimis deficientibus nothus Michaël. *Gregoras* lib. II. Huic itidem nothus ſucceſſit ex parte: idem *Gregoras* lib. IV. De Moloſſo Pyrrhi notho vide *Servium* ad III. Æneidos.

c *Ut quiſque natu eſt maximus*] De Suedis vide *Brigittam* IV, 3. De Danis *Saxonem* XII. & XIII. Appianus Mithridatico: δικαιοῦντα τὸν πρεσβύτερον ἄρχειν: (pag. 178.) *Æquum judicabat regnum eſſe natu maximi.* Nicetas Choniates Joanne Comneno: ἡ φύσις τοῖς πρωτοτόκοις παισὶ τῇ τάξει ἐμμένουσα τὰ πρωτεῖα βραβεύειν εἴωθε. παρὰ δὲ Θεῷ οὐχ οὕτως ἐν ταῖς τῶν προβλήσεων μεγίσταις ἀεί πως φιλεῖ γίνεσθαι· *Natura quidem ſuum ſequens ordinem primum natos honorat. At Deus non ſemper in maximis privilegiis eum ordinem inſiſtit.* idem Manuele de Iſaacio loquens: ἀπὸ γενέσεως εἰς τὴν διαδοχὴν τῆς βασιλείας καλούμενος· *Naſcendi ordine ad regni ſucceſſionem vocatus.* Apud Joſephum Antipater dicebat, Hyrcani ἀρχὴν εἶναι διὰ τὸ πρεσβεῖον· *principatum eſſe ob naſcendi ordinem.* (Bell. Jud. I, 5.) vide & *Leunclavium* Turcicorum XVI.

### GRONOVII.

75 *Atheas*] Ateas.

76 *Sanguine non attingunt*] Ut affines ejus, qui regnum poſtremus ex ſuperiore familia regum obtinuit.

77 *Artabazanes*] Sic vocatur *Herodoto* lib. 7. qui *Juſtino* Artemenes.



Digitized by Google

*quod jus & ordo naſcendi, & natura ipſa gentibus dedit.* Idem alibi 78 jus gentium vocat: ut & * Livius, qui & ordinem appellat ætatis atque naturæ, quod intellige niſi pater aliud juſſerit, ut 79 Ptolemæus apud eundem † Trogum. Qui autem in regno tali ſuccedit, coheredibus tenebitur pro ipſorum partibus 80 æſtimationem rependere, ſi & quatenus id fieri poteſt. (kk)

* Lib. XL. c. 11.

† Lib. XVI. c. 2.

XIV. At ea regna quæ populi libero conſenſu facta ſunt hereditaria, ex præſumta populi voluntate deferuntur. Præſumitur autem populus id voluiſſe quod maxime expedit. Hinc primum illud naſcitur, ut d ni aliud lex aut mos ferat (ſicut Thebis Bœotiis regnum fuiſſe inter mares dividuum ex e Zethi & Amphionis, itemque ex Oedipodis filiorum hiſtoria apparet, & vetus (ll) Attica inter Pandionis liberos diviſa eſt; & quæ (mm) circa Rhodum inter Camirum, Ialyſum, Lindum fratres; & regnum Argivum inter 81 quatuor Perſei filios) 82 individuum ſit regnum, quia id ad tuendum regnum & civium concordiam plurimum valet. Juſtinus libro XXI. *Firmius futurum eſſe regnum, ſi penes unum remanſiſſet, quam ſi portionibus inter plures filios divideretur, arbitrabantur.*

Cap. 1, n. 1.

XV. Alterum, ut ſucceſſio ſtet 83 intra eos qui deſcendunt a primo

GROTII.

d *Ni aliud lex aut mos ferat*] Dardanus & Jaſius pariter in Troja regnarunt. *Servius* ad illud Æneidos: (III, 15.) *Sociique penates*. In Creta Minos & Rhadamanthus. Julianus contra Chriſtianos. (*Pag.* 190. D. *Ed. Spanh.*) Albæ Numitor & Amulius, ut quidam ait ſcriptor de Viris illuſtribus. c. I. Alii enim Numitori pecunias, regnum Amulio ceſſiſſe ajunt, ut *Plutarchus:* (*in Rom.* p. 19. a.) ſicut & Eteocli regnum Thebanum, Polynici ejus loco monile Hermiones obveniſſe quidam prodidere. [Vid. Scholiaſten *Euripidis*, in *Phœniſſ.* vers. 71.] Pari modo in Norvagia alteri regnum, alteri naves & ſpes ex maritimis expeditionibus.

e *Zethi & Amphionis*] Euripides Hercule furente: (*vers.* 29.)

Τὼ λευκοπώλω πρὶν τυραννῆσαι χθονὸς

Ἀμφίον' ἠδὲ Ζῆθον, ἐκγόνω Διός.

*Regnum priusquam venit ad claros equis*

*Amphionem Zethumque, prognatos Jove.*

GRONOVII.

78 *Jus gentium*] Lib. 34, 3. & *natura jus* lib. 21, 1.

79 *Ptolemæus*] Qui maximum natu Ptol. Ceraunum ſprevit, & minorem ejus fratrem Ptol. Philadelphum ſibi ſuffecit.

80 *Æſtimationem rependere*] Opulentum pro dignitate familiæ ſumtum præbere.

81 *Quatuor Perſei filios*] Electryona Alcmenes patrem, Meſtora Pterelæ proavum, Sthenelum Euryſthei patrem, Alcæum Amphitruonis. Quamquam & Perſes Helam vel Elium genuiſſe dicitur.

82 *Individuum ſit*] Ne dividatur inter ſucceſſores, quamvis paris gradus, ſed ut univerſum uni acquiratur.

(kk) Confer, de tota iſta materia Succeſſionis in regna, PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. 7. §. 11. & ſeqq. *J. B.*

(ll) Diviſio veteris Regni *Athenarum* ſpectabat agros, non autem imperium, quod uni manebat, ut Auctor ipſe ſupra obſervavit, in Nota ad Cap. III. hujus libri, §. 4. *J. B.*

(mm) Refert id PINDARUS, *Olympion.* VII, 135. & ſeqq. *J. B.*

GRONOVII.

83 *Intra eos qui deſcendunt*] Sic quum

primo rege: ea enim familia ob nobilitatem electa cenſetur, eaque finita regnum redire ad populum. Curtius libro X. *In eadem domo familiaque imperii vires remanſuras eſſe: hereditarium imperium ſtirpem regiam vindicaturam: aſſuetos eſſe ipſum nomen colere, venerarique: nec quenquam id capere niſi genitum ut regnaret.* Cap. 7. & 15.

XVI. Tertio, ne ſuccedant niſi qui nati ſunt ſecundum patrias leges: non naturales tantum, quia [84] ad contemtum patent, quorum matrem pater juſto conjugio dignatus non eſt, & præterea quia [85] minus certi habentur: at in regnis expedit populo haberi maximam certitudinem, quæ haberi poteſt ad vitandas controverſias: quæ cauſa fuit cur Macedones Demetrio minori potius quam Perſeo majori regnum deberi exſtimaverint, quod Demetrius juſta matrefamilias natus eſſet. Et [86] apud Ovidium legimus: Livius lib. XXXIX. c. 53.

*At ne nupta quidem, tedaque accepta jugali:*
*Cur, niſi ne caperes regna paterna nothus?*

Sed nec adoptivi, quia nobilitas generis vere regii magis reverendos efficit reges, majorque de eis ſpes concipitur:

*Eſt in juvencis, eſt in equis patrum*
*Virtus* ———————— Horat. Od. IV, 4.

XVII. Quartum, ut inter eos qui pariter in hereditatem admitterentur, ſive [87] quia unius ſunt gradus, ſive quia in parentum ſuorum gradum ſuccedunt, [f] præferantur mares feminis: ideo quod mares tum ad bella, tum ad alias imperii partes magis idonei feminis cenſentur.

XVIII. 1. Quintum, ut inter mares, aut inter feminas ubi mares deficiunt, [g] præferatur natu maximus; [88] quod is judicio aut

quum Hephæſtion, gratia Alexandri nixus, Sidonis regnum deferret hoſpitibus ſuis, nobilibus juvenibus, negaverunt illi patrio more in id faſtigium recipi, niſi regia ſtirpe ortum. *Curt.* 4, 1.

GROTII.

f *Præferantur mares feminis*] Vide *Nicetam Choniatem Manuële*, libro IV.

GRONOVII.

84 *Ad contemtum patent*] Carent veneratione atque auctoritate ob faverem matrimonii.

85 *Minus certi*] Stat. 2. Theb. 444. *Pudet heu plebiſque patrumque, Ne toties incerta ferant, mutentque gementes Imperia, & dubio pigeat ſervire tyranno.*

86 *Apud Ovidium*] In epiſt. Phædræ ad Hippolytum. (*vers.* 121.)

87 *Quia unius*] Sive per capita, ſive per ſtirpes ſuccedant.

88 *Quod is judicio*] Sic Demetrius Poliorcetes apud Macedones allegat contra Caſſandri filios adoleſcentes ætatis experimenta. *Juſtin.* 16, 1.

GROTII.

g *Præferatur natu maximus*] *Homerus* de regno Cretenſi Iliad. N.

Ἡμῶν δ' ἀμφοτέροισιν ὁμὸν γένος, ἠδ' ἴα πάτρη,
Ἀλλὰ Ζεὺς πρότερος γεγόνει καὶ πλείονα ᾔδη.

*Noſtrum utrique ſolum patrium fuit & genus unum,*
*Juppiter at ſenior rerumque peritior idem.*

(Vers. 354.) Ubi ſapienter *Homerus*, ut ſolet, cauſam reddidit, cur majores natu in regnis prælati, valentem ἐπὶ τὸ πολὺ, ut plerumque, id enim in talibus ſufficit: τοῦ νόμου τοῦ πρεσβυτέρου τῶν βασιλέως παίδων διδόντος τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν, ait *Zoſimus* libro II. (*Cap.* 27. *Ed. Cellar.*) de

T 5 Perſarum

aut perfectior jam eſſe, aut prius futurus creditur. Cyrus apud
*Cyrip. Lib.* Xenophontem: τὸ προηγεῖσθαι προστάττω τῷ προτέρῳ γενομένῳ, καὶ
VIII. c. 7. πλειόνων κατὰ τὸ εἰκὸς ἐμπείρῳ: *imperium relinquo majori natu, ut*
§. 3. *quem par eſt rerum eſſe peritiorem.* Quia vero hæc 89 ætatis præſtantia temporaria eſt duntaxat, ſexus autem perpetua, ideo ſexus
*Lib.* VII. prærogativa potior eſt quam ætatis. Sic Herodotus, cum dixiſſet
*c.* 61. Andromedæ filium Perſam Cepheo in regnum ſucceſſiſſe, cauſam
reddit: ἐτύγχανε γὰρ ἄπαις ἐὼν ὁ Κηφεὺς ἔρσενος γόνου. *nullos enim*
*Lib.* IV. *Cepheus habebat liberos mares.* Et, Diodoro narrante, Teuthras
pag. 467. *Ed. H. Steph.* Myſiæ regnum filiæ Argiopæ reliquit ἄπαις ὢν ἀῤῥένων non habens mares liberos. Sic * Trogus dixit ad filiam pertinuiſſe Me-
* *Juſtin.* dorum imperium; quod nullum Aſtyagi virilis ſexus genus erat.
I, 4. Similiter Cyaxares apud Xenophontem Mediam filiæ ſuæ deberi;
† *Cyrip.* L. † οὐδὲ γάρ ἐστί μοι, inquiens, ἄῤῥην παῖς γνήσιος, *neque enim eſt*
VIII. c. 5. *mihi legitimus filius mas.* De Latino rege Virgilius: (*Aen.* VII, 50.
§. 9. *& ſeqq.*)

*Filius huic fato divum proleſque virilis*
*Nulla fuit, primaque oriens erepta juventa eſt:*
*Sola domum & tantas ſervabat filia ſedes.*

*Pauſ. lib.* Sic ante 90 Heraclidarum imperium apud Lacones Eurotæ ſucceſ-
III. c. 1. ſit 91 Sparte filia, aut ejus liberi, ut Tyndareo 92 Helenæ liberi,
quia mares filii non extabant; & Euryſtheo in Mycenarum impe-
*Lib.* I. c. rium ſucceſſit Atreus ejus avunculus, notante Thucydide. Eodem
9. jure regnum Athenarum h 93 ad Creuſam, Thebanum (nn) ad Antigonem perveniſſe notatur, quod mares deficerent. Et regnum Argolicum ad Argum Phoronei i ex filia nepotem.

2. Unde

Perſarum lege: *cum lex daret e regum filiis natu maximo ſummam rerum.* Periander in regnum Corinthiorum patri ſucceſſit κατὰ πρεσβεῖον, ordine naſcendi. Ita *Nicolaus Damaſcenus* in excerptis quæ beneficio viri maximi Nicolai Peireſii habemus. (*Pag.* 450.)

h *Ad Creuſam*] Vide Euripidem Ione. (*vers.* 72, 73, 578.)

i *Ex filia nepotem*] Et ſi ſine ſtirpe mortuus fuiſſet Oreſtes, in eodem regno Argolico ſucceſſiſſet ei Electra, ut ex Euripidis Taurica Iphigenia (*vers.* 681, 695. *& ſeqq.*) diſcimus. Sic Calydonis regnum pervenit ad Andræmona Oenei generum, [*Apollodor.* I. 8, 6.] Aſterii regnum ad generum Minoa, ut refert Apollodorus, (III. 1, 3.) addita cauſa quod liberi mares nulli eſſent.

GRONOVII.

89 *Ætatis præſtantia temporaria*] Ut quæ ſit intra tutelæ ſuæ annos, aut fœmina ætate maturior ſit, id brevi poſt ceſſat; quæ autem fœmina nata eſt, ſemper manet fœmina, & ſic inferior ſexu; ideo vel puer præfertur virgini aut matronæ.

90 *Heraclidarum*] Qui 80. poſt Trojam captam anno Peloponneſum occuparunt ducibus Temeno, Creſphonte, Ariſtodemo, *Vellej.* I, 2.

91 *Sparte filia*] Sed & maritus ejus Lacedæmon. Eurotæ frater uterinus.

92 *Helenæ liberi*] Hermione cum marito Oreſte.

93 *Ad Creuſam*] Habet ex *Euripidis* Ione v, 178. Non ponitur tamen inter reges Atticæ Xuthus maritus ejus, neque Ion filius: ſed Erechtheo ſucceſſerunt Cecrops minor & Pandion filii: Xuthus autem dux Athenarum vocatur *Pauſaniæ*, & Ion coloniæ Ionum in Aſia conditor.

(nn) Vide EURIPIDEM, *Phœniſſ.* vers. 1580. *& ſeqq.* 584. *& ſeqq.* J. B.

k *Hereditatem*

Digitized by Google

2. Unde & illud intelligere datur, quanquam liberi nonnullis gradibus parentum præmortuorum vicem impleant, id tamen duntaxat intelligendum ut capaces ſint juxta cæteros, ſalva tamen ſexus primum, deinde ætatis prærogativa inter capaces. Nam qualitas & ſexus, & ætatis, quatenus in hac re a populo conſideratur, ita perſonæ adhæret ut avelli inde nequeat.

XIX. Quæritur an regnum, ubi hunc in modum defertur, pars ſit hereditatis. Et verius eſt eſſe k 94 hereditatem quandam, ſed ſeparatam ab aliorum bonorum hereditate, qualis hereditas peculiaris in feudis quibuſdam, 95 emphyteuſi, 96 jure patronatus, & 97 jure præcipui quod dicitur, conſpicitur. Unde ſequitur, ut regnum ad eum pertineat qui & bonorum heres eſſe poſſit ſi velit, ſed ita 99 ut etiam 98 ſine bonis & eorum onere poſſit adiri.

Ratio

GROTII.

k *Hereditatem quandam*] Putavit Innocentius III. talis regni ſucceſſionem amitti ab eo qui ultima defuncti mandata non impleverit. c. licet. 6. de voto. (*Decretal.* III, 33.)

GRONOVII.

94 *Hereditatem quandam*] Jus hereditarium vel dignitatem. Alioqui *Tacito* per invidiam imperium Rom. vocatur unius familiæ hereditas, 1. hiſt. 16.

95 *Emphyteuſi*] Quum fundus in perpetuum aut plures annos utendus fruendus traditur ſtatuta penſione, ita ut etiam ad heredes tranſeat.

96 *Jure patronatus*] Videndus tit. Inſt. *de adſignatione libertorum.* Sic Lacedæmonii in tutela Claudiorum erant. *Sueton.* Tib. 6.

97 *Jure præcipui*] *Præcipuum* eſt legatum uni inter coheredes, quod is habeat præ cæteris & judicio familiæ erciſcundæ capere poſſit antequam aliæ partes diſtribuantur. *Legatum per præceptionem.* §. 2. Inſtit. *de legat. Sueton.* Galba cap. 5.

98 *Sine bonis*] Repudiata ſucceſſione in privato inſtrumento ac prædiis, quæ poſſedit deceſſor, ut patrimonium ſuum, non ut rem populi, ſimulque in debitis, quibus ille res privatas oneravit.

99 *Ut etiam ſine bonis & eorum onere poſſit adiri*] Periculoſe hoc dicitur, ſi trahatur, quo a politicis aulicis ſolet, quaſi Princeps deceſſoris nomina expungere non teneatur: præſertim ſi ex hiſtoria meminerimus, hac ipſa præſcriptione quoſdam principes uſos ad fraudandos creditores publicos. Quod nihil aliud eſt, quam fidem tollere, præcipuum generis humani vinculum, & ipſos Principes quo tempore maxime pecunia indigent, pauperare atque nudos deſtituere. Nam quis mutuum dare velit, qui ſciat ſe recipere ſuum non poſſe, ſi moriatur Princeps ante ſolutionem? Ego & omni jure obligari Principem puto & Regem, ut ferat onus, quod deceſſor contraxit, & peſſime facere contrarios, qui aliud ſuggerunt Principi. Creditores illi vel ſubjecti vel exteri ſunt: ſi exteri, famam vereri debet; ſi ſubjecti, non debet ſuorum injuria creſcere. Tum deceſſor & rex præſens moraliter ſunt una perſona. Unde vox illa, *Regem Galliæ non mori.* Quemadmodum & populus idem intelligitur qui ante centum annos fuit, ut eleganter diſputat auctor cap. 9. num. 8. Ergo quantum in ipſo eſt, quod recte faceret defunctus, idem ſibi quoque faciendum putet.

Populum voluiſſe, quam optimo jure regnum deferri, admitto: ſed ea phraſis haudquaquam excludit onera regni, quaſi ſubtrahere ſe iis poſſit ſucceſſor, & tantum voluptatibus & pompa regnum ſentire. Veteres ſic loquebantur, in omnibus magiſtratibus & ſacerdotiis deferendis. Feſtus: *Ut qui optima lege fuerint, adjici ſolet, cum quidam magiſtratus crearentur.* Cic. 2. Agrar.

Ratio eſt, quia populus regnum voluiſſe creditur quam [1] optimo jure deferri; nec quicquam ejus refert hereditas a rege adeatur necne, cum hereditarium ordinem [2] non ob hoc elegerit, ſed [3] ut certi quid eſſet, & reverentia conciliaretur ex ſanguine: ſimulque ex genere & educatione ſpes eſſet præclaræ virtutis, & regni poſſeſſor regnum magis curaret animoſiuſque defenderet, ſi id ipſum iis eſſet relicturus quos ipſe [4] ob acceptum beneficium aut ob caritatem maximi faceret.

XX. Ubi vero mos ſuccedendi diverſus eſt in [5] allodiis & feudis, ſi regnum non ſit feudale, aut certe primitus non fuerit, etiamſi poſtea [6] hominium pro eo præſtetur, ſucceditur ex lege, qua in allodiis ſuccedebatur tempore regni inſtituti.

XXI. In iis autem regnis, quæ primitus data ſunt in feudum ab eo, qui plene dominus erat, ſequenda erit lex ſucceſſionis feudalis;

Agrar. *Tum ii Decemviri eodem jure ſint quo qui optima lege.* Philipp. 5. *Demus igitur imperium Cæſari. Sit pro prætore, eo jure quo qui optimo.* Formula virginis Veſtalis capiendæ, *Gell.* 1, 12. *Uti quæ optima lege fuit, ita te, amata, capio.* Sic cum Appius Claudius cenſor creatus, *ut qui optimo jure* (fuerat autem cenſura primum quinquennii, poſtea lege Æmilia intra annum & ſemeſtre coarctata eſt) pertenderet, ſe oportere quinquennalem cenſuram gerere: hanc enim *optimo jure* cenſuram eſſe, non illam anni & ſex menſium, oſtendit Sempronius Tribunus plebis ita accipiendam hanc formulam, ut ratio reip. & aliæ leges patiantur. *Liv.* 9, 34. videndus locus. Nimirum auctoritatem, majeſtatem, facultatem pro imperio, & loco agendi tantum quantum qui maxime legitimam habuit, tribuit hæc formula, non muneribus oneribuſque officii, non legibus ſolvit.

Certe refert populi fidem publicam eſſe ſalvam. Eam autem ſuſtinet perſona quæ imperat. Refert populi ingentem numerum hominum bonorum, multas familias, non redigi ad egeſtatem, ſtatum amittere (quod quid aliud eſt quam civiliter mori) quia caput populi principem vel regem ſui patrimonii viſceribus adjuverunt. Facilius onus hoc fert princeps de largo erogaturus, & ipſum populum ad hoc adjutorem habiturus, quam privati, ab omnibus relicti, & de mediocri patrimonio, quod optime collocatum putabant, perdituri. Pudor eſt populi principem habuiſſe conturbatorem. Mala commendatio novi principatus eſt, famam & exiſtimationem defuncti non tueri. [Vir Doctiſſimus heic mutat ſtatum quæſtionis, eaque impugnat, quæ Auctor noſter nequaquam ſtatuit, ut dudum obſervavimus ad PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. VII. §. 12. *Not.* 4. Vide infra Cap. XIV. §. 11. & 12. *J. B.*]

1 *Optimo jure*] Vide ad *Liv.* 9, 34.

2 *Non ob hoc*] Ut tanquam heres id demum haberet ſucceſſor, quod ſupereſt, ſoluto ære alieno. l. 11. D. *de jure fiſci.*

3 *Ut certi quid*] Ne periclitaretur regnum vacua vel dubia poſſeſſione, utque ſucceſſor eſſet venerabilior communicata cum eo per conſanguinitatem deceſſoris majeſtate: & quia credibile eſt in ſpem regni educatos neceſſariis ad id artibus diligentius inſtrui.

4 *Ob acceptum*] A ſuis & illorum majoribus tranſmiſſum ipſum regnum, inf. n. 9. Hoc pertinet etiam ad eos, qui liberi non ſunt.

5 *Allodiis*] *Allodium* proprium cujuſque liberi hominis patrimonium. Oppoſitum *feudo*, quod beneficio alterius obtinetur: unde in *alode* eſſe & *ex beneficio* obtineri pro diverſis ſtatuuntur in *capitularibus Caroli M.*

6 *Hominium*] Quod & *homagium*, jusjurandum fidelitatis.

1 Li-

Digitized by Google

dalis; non ſemper 7 Langobardica illa quam perſcriptam habemus, ſed quæ in gente quaque recepta fuit, quo tempore data eſt prima veſtitura. Nam Gothi, Vandali, Hunni, Franci, Burgundiones, Angli, Saxones, nationes omnes Germanicæ, qui partes optimas imperii Romani bello occuparunt, ſuas ſinguli leges aut mores de feudis, non minus quam Langobardi, habuerunt.

XXII. 1. Frequens autem in regnis eſt alia quædam ſucceſſio, non hereditaria, ſed quæ l linealis * dicitur; in qua obſervari * cognatica.
ſolet non jus illud ſubitionis in locum quæ repræſentatio dicitur, ſed jus tranſmittendi futuram ſucceſſionem, quaſi 8 delatam, lege ſcilicet 9 ex ſpe, quæ nihil ex ſe & naturaliter operatur, 10 jus quoddam verum excitante. quale ſcilicet jus eſt m in his quæ ex 11 ſtipulatione conditionata debentur: ita ut hoc ipſum jus in poſteros ex primo rege venientes neceſſario tranſeat, ſed ordine certo, ut primum vocentur liberi ultimi poſſeſſoris primi gradus, tam qui vivunt quam qui mortui ſunt: tum vero inter vivos & mortuos S. Sub cond. 4. Inſt. de V. O.

GROTII.

l *Linealis*] Vide Cardinalem *Tuſchum* pract. concl. 88. verbo *regni ſucceſſio*: Guilielmum de Montisferrato de ſucceſſionibus regum, qui liber eſt in Oceano juris. *Peregrinum* de jure fiſci lib. I. tit. II. n. 44. & lib. V. tit. I. n. 109. Vide exempla talis ſucceſſionis in Norvagico regno apud eruditiſſimum ſummæque diligentiæ virum *Johannem Pontanum* hiſtoriæ Danicæ libro IX. conſuetudinibus Normanniæ de propinquioritate heredum, *Johannem Serranum* in Ludovico Groſſo, ſuper controverſia Borbonienſi. *Argentræus* hiſtoria Britannica libro VI. c. 4. *In ſucceſſionibus liberi primogeniti, ſive ſint maſculi aut femellæ, & ſimiliter liberi ſecundogenitorum, ſi primogeniti abſque liberis ex proprio corpore deceſſerint, in ſucceſſione feudorum jure primogenituræ repræſentant perſonas patrum ſuorum, & veniunt ad talia jura ſucceſſionum & primogenituræ, ſicut eorum patres ſi viverent, eorum patruos, avunculos excludendo, ſecundum generalem & notoriam conſuetudinem, tam in ſucceſſionibus per rectam lineam quam a latere obvenientibus: & de uſu & conſuetudine ante dicta filia ſuccedit in feudis, ſive ſint Ducatus, Comitatus, Perria, aut Baronia, quantumcunque magni & nobiles, & quod ita evenerat in Comitatibus Arteſii, Campania, Toloſæ, & Britanniæ.* Talis ordo ſuccedendi præſcriptus Marchæ Mantuanæ ab Imperatore Sigiſmundo anno CIↃCCCCXXXII. Et a Carolo Quinto Imperatore, & rege Hiſpaniæ Philippo II. in regnis ſuis ac principatibus, annis CIↃIↃLIV. & CIↃIↃXCIV.

m *In his quæ ex ſtipulatione conditionata debentur*] Item in legatis quorum dies ceſſit, non venit. [Vid. *L. 5. princ. D. Quando dies Legat.* &c.]

GRONOVII.

7 *Langobardica*] Quia Langobardorum, Germanicæ gentis, in Italia regnantium inventum creditur jus feudorum, 1, 3. 23.

8 *Delatam lege*] Qua futurus regni heres, ſi, qui præcedit & regnat, prior mortuus fuiſſet, etſi moriatur ante regnantem, nec ad regnum pervenerit, jus tamen in regno ſuccedendi transfert in heredem ſuum, quaſi revera poſſediſſet. Qui ſemel proximus fuit, etſi non regnavit, ejus poſteri, quamdiu ſuperſunt, excludunt alios propiores.

9 *Ex ſpe*] Qua deſtinabatur ſucceſſurus, qui obiit, ſi locus vacuus eſſet factus ante mortem ejus.

10 *Jus quoddam verum*] Ut mortuorum liberis & nepotibus jus ſit ex eo, quod illis deberetur, ſi vivi eſſent.

11 *Stipulatione conditionata*] S. 4. Inſtit. *de verbor. oblig.*

n *Succeſſio*

Digitized by Google

mortuos ratio habeatur 12 ſexus primum, 13 deinde ætatis: Mortuorum autum jus 14 ſi prævaleat, tranſeat ad eos qui ab ipſis deſcendunt, pari rurſum inter pares prærogativa ſexus, ac deinceps ætatis, ſalvaque ſemper tranſmiſſione mortuorum in vivos, vivorum in mortuos. Si liberi ejus deſint, venitur ad alios qui proximi ſunt, aut ſi viverent eſſent, ſimili tranſmiſſione & inter pares in eadem linea obſervato diſcrimine ſexus & ætatis, ita ut 15 ob ſexum & ætatem nunquam tranſeatur de linea in lineam. Cui conſequens eſt ut filia ex filio præferatur filio ex filia, & filia ex fratre filio ex ſorore, item filius majoris fratris fratri minori, atque ita in cæteris. Hæc eſt ſucceſſio regni Caſtellæ; ad cujus exemplum etiam 16 majoratus * jura in eo regno conſtituta ſunt.

* *Covar. t. 2. pract. q. c. 38. num. 6. Molin. de primogen. Hiſp. cap. 8.*

2. Succeſſionis autem hujus linealis argumentum, ſi lex & exempla deſint, ſumi poterit 17 ex ordine qui in publicis cœtibus ſervatur. Nam ſi in eo ratio habeatur linearum, id ſignum erit 18 ſpem a lege in jus animatam, ita ut a morientibus in ſuperſtites tranſeat. Hæc autem eſt ſucceſſio linealis cognatica, in qua fœminæ & fœminis nati non excluduntur, ſed poſtponuntur in eadem linea, ita ut etiam regreſſus ad eas ſit, ſi propiores aut pares cætera mares aut ex maribus defecerint. Fundamentum autem hujus ſucceſſionis, quatenus ab hereditaria differt, eſt ſpes populorum de optima educatione eorum qui ſpem regni habent juſtiſſimam; quales ſunt quorum parentes ſi viverent eſſent ſucceſſuri.

XXIII. Eſt & alia linealis ſucceſſio agnatica, duntaxat marium ex maribus; quæ ex nobiliſſimi regni exemplo n ſucceſſio 19 juris Francici vulgo appellatur. Hæc quatenus a cognatica differt in hoc maxime introducta eſt, ne per fœminarum matrimonia ad peregrinum

GROTII.

n *Succeſſio juris Francici*] Vetus teſtimonium moris hujus Francici habes apud *Agathiam* libro I. Eadem fuit ſucceſſio in Davidis ſtirpe poſt Solomonem. vide II *Paralip.* XXIII, 3.

GRONOVII.

12 *Sexus primum*] Ut primo mares, deinde fœminæ.

13 *Deinde ætatis*] Ut primò majores, poſt minores annis.

14 *Si prævaleat*] Si ille, qui mortuus eſt, ſiquidem ſuperſtes foret, deberet, ſuccedere ante illos, qui vivunt.

15 *Ob ſexum & ætatem*] Ubi paris gradus ſunt mas & fœmina, mas præfertur: ſi fœmina propior aut fœminæ propioris liberi, præferuntur mari remotiori.

16 *Majoratus jura*] 2, 4. 10.

17 *Ex ordine qui in*] Ex conſenſu in comitiis. [Neſcio quid ſibi velit Vir Doctiſſimus. Scripſerat forte, *Ex conſeſſu in Comitiis.* Sed ne ſic quidem mens Auctoris noſtri rectè explicatur: qui loquitur de iis Cœtibus ſive Conciliis publicis, in quæ ſemel recepti jus ſuum ad heredes tranſferunt. *J. B.*]

18 *Spem a lege in jus*] Futuram ſucceſſionem, per interpretationem legis, accipi quaſi extitiſſet, & effectum habere.

19 *Juris Francici*] Ex lege Salica. De terra Salica nulla portio hereditatis mulieri veniat: ſed ad virilem ſexum tota terræ hereditas perveniat.

* Ubi

peregrinum ſanguinem imperium deveniret. In utraque autem lineali ſucceſſione in infinitum admittuntur etiam qui ab ultimo poſſeſſore remotiſſimo gradu diſtant, dum a primo rege deſcendant. Eſt & o ubi deficiente agnatica ſubſtituitur ſucceſſio cognatica.

XXIV. p Poſſunt & alii ſucceſſionum modi introduci, aut populi voluntate, aut etiam ejus qui regnum ita in patrimonio habet ut alienare poſſit. Licet enim exempli cauſa conſtituere, q 20 ut qui ſibi quoque tempore futuri ſunt proximi ſuccedant in regnum, ſicut apud Numidas olim, puto tali ex cauſa, fratres *Livius* liberis xxix, 29.

### G R O T I I.

o *Ubi deficiente agnatica ſubſtituitur ſucceſſio cognatica*] Ut in Provincia Narbonenſi. Vide *Serranum* Carolo VIII. Ex tali credo lege Theuderico ſine liberis functo ſororis filius Athalaricus ſucceſſit. Videtur & in Arragonia id olim valuiſſe.

p *Poſſunt & alii ſucceſſionum modi introduci*] Apud Æthiopes olim regibus ſuccedebant ſororum filii, narrante *Nicolao Damaſceno*, (*pag.* 518. *Excerpt. Peireſc.*) Idem apud Pictos uſurpatum, ſemperque ſucceſſiſſe cognatos per fœminas notat *Beda*. *Tacitus* de Germanis: *Sororum filiis apud avunculum idem, qui apud patrem, honor. Quidam ſanctiorem arctioremque hunc nexum ſanguinis arbitrantur.* (Germ. c. 20.) Apud Indos quoſdam idem fieri docet nos *Oſorius*, & alii.

q *Ut qui ſibi quoque tempore futuri ſunt proximi*] Id in Africa obtinuit ex Gizerichi teſtamento. *Procopius* Vandalicorum primo: χρόνον δὲ ὀλίγον Γιζέριχος ἐπιβιὰς ἐτελεύτα, πόῤῥω που ἤδη ἡλικίας ἥκων, διαθήκας διατιθέμενος, ἐν αἷς ἄλλα τε πολλὰ Βανδίλοις ἐπέσκηψε, καὶ τὴν βασιλείαν ἀεὶ Βανδίλοις εἰς τοῦτον ἰέναι, ὃς ἂν ἐκ γόνου ἄῤῥενος αὐτῷ Γιζερίχῳ κατὰ γένος προσήκων, πρῶτος ὢν ἁπάντων τῶν αὐτοῦ συγγενῶν τὴν ἡλικίαν τύχοι· *Aliquanto poſt tempore Gizerichus obiit, multa jam ætate, facto teſtamento quo tum multa alia præceperat Vandalis, tum regnum Vandalicum ſemper venire voluit ad eum qui per lineam maſculinam ipſi Gizericho genere proximus, & inter proximos maximus eſſet ætate.* Jornandes: *Gizerichus, diu regnans, ante obitum ſuorum filiorum agmine accito ordinavit, ne inter ipſos de regni ambitione eſſet diſſenſio, ſed ordine quiſque & gradu ſuo aliis ſuperveniret, id eſt ſeniori ſuo filio fieret ſequens ſucceſſor, & rurſus ei poſterior ejus.* Victor Uticenſis lib. II. *Cui ſecundum conſtitutionem Gizerichi regis, eo quod major omnibus eſſet, regnum inter nepotes potiſſimum debebatur.* Hic ſemper ſpectatur non poſſeſſor ultimus, ſed primus regni acquiſitor. quod ſuccedendi genus ex ipſane Africa ſumſerit Gizerichus, ubi id valuiſſe in textu oſtendimus, an vero a quibuſdam Septentrionis noſtri populis, dubitari poteſt. Nam & apud Langobardos Vaaci regi filios relinquenti non aliquis filiorum ſuccedere debebat, ſed ejuſdem generis Riſiulphus. teſtis *Procopius* Gothicorum III. Et in Hungariæ regnum mortuo Iatra non liberis ejus ſed fratri jus fuiſſe narrat *Nicetas Choniates* de rebus Manuelis libro IV. Neſcio an eodem pertineat recepta apud Patzinacitas ſucceſſio, ſed obſcurius propoſita a *Conſtantino Porphyrogenneto* de adminiſtratione Imperii c. XXXVII. In Dania idem obſervatum tradit *Crantzius* Danicorum IV. & Suedicorum V. Etiam Albæ ſucceſſit Æneæ non Iulus Aſcanio majore filio Æneæ natus, ſed alter filius Æneæ Silvius. [Vide *Dion. Halicarn.* Antiq. Rom. Lib. I. c. 70. & *Aurel. Victor.* De orig. gentis Roman. c. 17.]

### G R O N O V I I.

20 *Ut qui ſibi quoque*] Ut ſemper ætate proximus defuncto ſuccedat. Hoc placuit in Demetrio Nicanore. *Juſtin.* 34, 3. in Mithridate Partho, idem 41, 5. in regno Numidiæ Maſſæſulorum, *Livius* 29, 29.

r *Apud*

Digitized by Google

liberis ultimi poſſeſſoris præferebantur. Idem in Arabia Felice uſurpatum olim fuiſſe ex Strabone * colligo. De Taurica Cherſoneſo idem recentiores prodidere: nec ita dudum eſt cum r apud Afros Maroci & Feſſæ reges idem eſt factitatum. Atque hoc in dubio obſervandum in 21 fideicommiſſo quod familiæ relinquitur, verior eſt ſententia, Romanis † quoque legibus congruens, quanquam eas interpretes a aliò detorquent. His bene cognitis facile erit reſpondere ad controverſias de regnorum jure, quæ ob differentes juriſconſultorum ſententias difficillimæ putantur.

XXV. Primum quæritur an filius a patre exheredari poſſit, ut ne in regnum ſuccedat. In quo diſtinguenda ſunt regna alienabilia, id eſt, 22 patrimonialia a non alienabilibus. Nam in alienabilibus dubium non eſt, quin exheredatio procedat, cum a bonis aliis nihil differant: atque ideo quæ legibus aut moribus obtinent de exheredatione, hic quoque habebunt locum: & ſi nullæ proferantur leges aut mores, tamen naturaliter ſ licita erit exheredatio 23 uſque ad alimenta; aut etiam 24 ſine ea exceptione, ſi crimen morte dignum filius admiſerit, aut alioqui graviter peccaverit, & ſit unde ali poſſit. Sic Ruben a Jacobo 25 ob culpam privatus eſt jure primo nati, 26 Adonia regno t a Davide. Imo etiam pro

* *Lib.* XVI. *pag.* 783.

† *L. Cum ita legatur.* 32. §. *in fideicommiſſo.* 6. *D. de leg.* 2.

a *Covar. Pract. quæſt. c.* 38. *Molin. d. l. c.* 6. *n.* 47.

GROTII.

r *Apud Afros Maroci & Feſſæ reges*] Livius de Maſiniſſa: *Militante eo pro Carthaginienſibus in Hiſpania, pater ejus moritur: (Galba nomen erat:) regnum ad fratrem regis Deſalcen (mos ita apud Numidas eſt) pervenit.* [Idem locus eſt, qui in contextu indicatur, *Lib.* XXIX. c. 29.] De Mauritania omni vide *Marianam* libro XXIX. Hinc ſumto exemplo etiam apud Saracenos qui ex Africa in Hiſpaniam venerant, fratres prælati filiis ad tempora Abderamenis; *Rodericus Toletanus* hiſtoriæ Arabum c. 6. *Thuanus* hiſtoriarum libro LXV. in anno CIↃIↃLXXVIII. de Hamete: *Quippe patris teſtamento ad regnum ordine poſt fratres vocatus, excluſis illorum filiis.* Idem ſuccedendi genus valuiſſe & in Mexicano, & in Peruano regno ex hiſtoriis illorum locorum obſervo.

ſ *Licita erit exheredatio*] De tali regno intelligendum quod ait *Baldus* in procemio decretalium Gregorii, a rege ſucceſſorem poſſe eligi e liberis quem velit. Exemplum eſt etiam in Mexicana hiſtoria.

GRONOVII.

21 *Fideicommiſſo quod familiæ*] Non uni perſonæ niſi fruendum, cæterum non alienandum, ſed a primo fideicommiſſario ad ſecundum, a ſecundo ad tertium, & deinceps aliquem e familia eadem transferendum l. 54. D. *ad l. Falcid.*

22 *Patrimonialia*] 2, 6. 3. in quæ plenum jus habet teſtator, ut privatus in patrimonium.

23 *Uſque ad alimenta*] Qualis quam minatur Chremes filio, *Terent.* Heauton. 5, 2. 15. ut ſit nihil, niſi victus, veſtitus, tectum, quo ſe receptet.

24 *Sine ea exceptione*] Ne alimentis quidem relictis: ut Auguſtum filiam Juliam tractaſſe voluit credi Tiberius. *Suet.* c. 50.

25 *Ob culpam*] Quod patris concubinam Bilham vitiaſſet. *Geneſ.* 35, 22. & 49, 4.

26 *Adonia*] Quod vivo patre regnum adfectaſſet. 1 *Reg.* 1, 5.

GROTII.

t *A Davide*] Erat enim regnum illud velut patrimoniale Davidi, non quidem belli jure, ſed Dei ipſius dono. [At

Digitized by Google

pro tacite exheredato habebitur, qui grave crimen commiſerit in patrem, (oo) ſi nulla ſunt condonatæ culpæ indicia. Sed in non alienabilibus, quanquam hereditariis, idem non procedet, quia populus viam quidem elegit hereditariam, u ſed hereditariam 27 ab inteſtato. Multo minus procedet exheredatio in lineali ſucceſſione, ubi 28 nulla imitatione hereditatis ex dono populi regnum pervenit ad ſingulos, præſcripto ordine.

*L. 88. §. 11. D. de leg. 3. l. Filio. 3. §. Sejo, 11. D. de adim. leg. Hoſtienſis & alii in c. licet, de voto.*

XXVI. Similis eſt quæſtio, an abdicari poſſit regnum, aut jus ſuccedendi in regnum. Et quin pro ſe quiſque abdicare poſſit non eſt dubium: an & pro liberis, magis controverſum, ſed quod eadem diſtinctione expediri debet. Nam in hereditariis qui jus a ſe abdicat, in liberos nihil poteſt transferre. at in lineali ſucceſſione patris factum nocere non poteſt liberis natis, quia ſimul atque exiſtere cœperunt 29 jus proprium eis quæſitum eſt ex lege: ſed nec naſcituris, quia impedire non poteſt quin ad illos quoque 30 ſuo tempore jus pertineat ex populi dono. Neque obſtat 31 de transmiſſione quod diximus: eſt enim ea tranſmiſſio neceſſaria, non voluntaria, ad parentes quod attinet. Illud intereſt inter natos & naſcituros, quod naſcituris nondum quæſitum ſit jus, atque ideo auferri iis poſſit populi voluntate, ſi etiam parentes, quorum intereſt jus ad filios tranſire, jus illud remiſerint: quo pertinent ea quæ de derelictione 32 ſupra diximus.

XXVII. 1. 33 Solet & hoc quæri, an de ſucceſſione regni judicare

[At non ob culpam excluſus eſt regno *Adonija*. Antequàm enim regiam dignitatem adfectaſſet, jam *David* pollicitus erat *Bathſebæ*, matri *Solomonis*, ſe hunc ſucceſſorem ſuum declaraturum, fidemque datam jurejurando firmarat, 1 *Reg.* 1, 17. quod Deus etiam ſibi placere ſignificaverat, 2 *Paralip.* XXII, 10. 11. Deinde Regis Hebræorum in deſignando Succeſſore ſuo liberrimè egiſſe, & nullam ferè ordinis naſcendi rationem habuiſſe, ex totâ Hiſtoriâ Sacrâ adparet. *J. B.*]

u *Sed hereditatem ab inteſtato*] Non teſtamento: non adoptione. Vide de Neapolitano regno *Marianam* libro XX.

GRONOVII.

27 *Ab inteſtato*] Ita ut de regno teſtandi arbitrium regi non permiſerit.

28 *Nulla imitatione*] Quia in ea non ſuccedunt, tanquam heredes defuncti regis, ſed quaſi ſingulos populos olim deſignaſſet & creaſſet.

29 *Jus proprium*] Non dependens a ſtatu parentis.

30 *Suo tempore*] Ubi nati fuerint.

31 *De tranſmiſſione*] Quod non poſſit videri tranſire, quæ ceſſavit & abrupta eſt in abdicante ultimo poſſeſſore.

32 *Supra diximus*] 2, 3. 19.

(oo) Durum hoc eſt nimis: & merito ab Interpretibus Auctor noſter hei reprehenditur. In dubio potius adfectus paternus mitiorem partem ſequi jubet. Legum ex Jure Civili in ora libri indicatarum ſpecies planè diverſæ ſunt, ut in Notis Gallicis fuse oſtendemus, Deo dante. *J. B.*

GRONOVII.

33 *Solet & hoc &c.*] Negat vel regem nunc regentem, vel populum de ſucceſſione per tranſmiſſionem incerta, inter duos judicare poſſe judicio juriſdictionis. An hoc non eſt regem vel principem cogere, ut belli civilis ſemina relinquat, & vivus videnſque creſcere ſinat, cum poſſit in radice extinguere?

ſtinguere? Quid ſi ſic argumentemur. Cujus officium eſt conſulere populo & pacem ei præſtare, non modo in præſens, ſed etiam in longitudinem, quantum humanitus provideri poteſt, ejus eſt cognoſcere de ſucceſſione, præſertim inter cognatos, ut nunc eſt, ſubjectos ſuos. Atqui. ergo. Ille excipit juriſdictionem non eſſe, niſi apud ſuperiorem, non modo perſonæ, ſed vel maxime cauſæ reſpectu.

Quod ſi ſic obluctemur: de quocunque jure ambigitur in regno, quod vivum & regnantem regem habet, de eo poteſt cognoſcere ac debet rex regnans. Cauſa ſucceſſionis, de qua quæritur, eſt jus, de quo ambigitur in regno, quod vivum & regnantem regem habet. Neque enim dici poteſt, hoc jus demum naſci poſt mortem regnantis, ob ea quæ ipſe tradidit num. 22. Extitit enim ex quo illi pars familiæ ſunt facti, & ambigere cœperunt, ex quo uterque ſpem & potiores partes ſibi tribuit, etſi poſt mortem regnantis exercitium iſtius juris demum exiſtat. Sic Darius Hyſtaſpis, ut vult *Herodotus*, inter Artabazanem & Xerxem filios cognovit, & hanc juriſdictionem, & illi, & omnis Perſarum populus ratam habuerunt. Sic Darius Nothus inter Artaxerxem & Cyrum minorem: Cyrus, cui judicium patris injuria videbatur, quique propterea improbo bello fratrem aggreſſus eſt, dignos conatibus eventus habuit. Rationem, quare ſucceſſionis cauſa non ſit ſub juriſdictione Regis nunc regnantis, edit ancipitem, & periculoſiſſimæ ſententiæ. Quia Rex nunc regnans nulla lege ſucceſſorem obligare poſſit. Hoc enim ſi verum eſt, prorſus gratuito bonus eſt ſucceſſor, & omnia pacta, fœdera, contractus, privilegia conceſſa revocandi jus eſt ſucceſſori, ſi libuerit. Certe aliter judicavit Titus, deliciæ generis humani, qui cum ex inſtituto Tiberii omnes dehinc Cæſares beneficia a ſuperioribus conceſſa Principibus aliter rata non haberent, quam ſi eadem iidem & ipſi dediſſent, præterita omnia uno confirmavit edicto, nec a ſe peti paſſus eſt. *Sueton.* Tito cap. 5. En conditorem præclarum hujus juris Tiberium, ſed & imitatorem non meliorem habemus C. Caligulam, qui prolata Divi Julii & Auguſti de civitate Romana data diplomata, ut vetera & obſoleta delebat. *Sueton.* Cal. 38. Quid vero Lycurgus tam ineptus fuit, ut Reges Lacedæmoniorum, ante liberos & poteſtatis incircumſcriptæ, ipſe Regiæ familiæ & Regis tutor interim regnans legibus obligavit? Cur vero qui ſecuti ſunt, tam ſtulti, tam male Politici, & ignorantes juris ſui fuerunt, ut illi tam duræ moleſtæque Lycurgi diſciplinæ parerent? Poterant enim dicere cum Politicis novis Lycurgum nulla lege obligare ſucceſſorem potuiſſe. Valet hic quoque quod dictum eſt, Regem & ſucceſſorem vel deceſſorem ejus eſſe quod una perſona. Itaque qua ſe lege obligarit Rex, quæ quidem juſta ſit & ſervari poſſit, eadem ſucceſſorem tanquam ſua, donec impleatur, teneri puto. Sed hoc ſequitur ex illa magnifica doctrina, quam ſupra accepimus, ſua quoque lege neminem obligari. Imo ad impia & vetita divino, & humano jure nulla lege obligatur ſucceſſor: ad juſta & utilia omnibus modis obligatur, & quidem magis, ſi deceſſoris placitum & promiſſum interceſſit: ad juſta ob pactionem, etſi gravi & damnoſa paciſcenti, quæ tamen neceſſitas utilitaſque præſens imperavit, ita, ut niſi valde ſenſim ac molliter, minimaque cum querela eorum, quorum intereſt, recedere debeat.

Succeſſio, inquit, non eſt ſub jure imperii. Concedo in illis regnis, in quibus jure ſucceditur, quamdiu lex ipſa ſufficit ad deſtinandum ſucceſſorem. At ubi ambigitur inter duos, eandem legem utroque ad ſe trahente, quis erit ejus interpres? niſi arma volet, haud dubie vel tutor legis, qui eſt vivens rex, vel auctor qui eſt populus; quidquid etiam dedignetur Grotius, etſi ad poſtremum admittat, quaſi conſilium dans, non ullum jus tribuens. Populum dicit omnem a ſe juriſdictionem in Regem & regiam familiam tranſtuliſſe, nec ullas ejus durante illa reliquias habere. Quaſi vero quod omnibus privatis conceſſum eſt, ut cum jure introducto uti non licet, regreſſus detur ad merum jus naturæ, ut etiam communia quis invadere

poſſit,

dicare poſſit, aut rex qui nunc regnat, aut populus per ſe, aut per judices datos. (pp) Negandum utrumque eſt de 34 judicio juriſdictionis. Nam juriſdictio non eſt niſi apud ſuperiorem, 35 non nuda ratione habita perſonæ, ſed cauſæ ſimul, quæ ſpectanda eſt cum ſuis circumſtantiis. Eſt autem x cauſa ſucceſſionis non ſubjecta regi nunc regnanti: quod inde apparet, quod rex nunc regnans nulla lege obligare poteſt ſucceſſorem. Succeſſio enim imperii non eſt ſub jure imperii, ac proinde manſit in ſtatu naturali, quo nulla erat juriſdictio.

2. Attamen ſi controverſi juris ſit ſucceſſio, recte & pie facient 36 qui jus vindicant, ſi de arbitris inter ſe conveniant; quod alibi tractabitur. Populus vero omnem a ſe juriſdictionem in regem & regiam familiam tranſtulit, nec ea durante ullas ejus habet reliquias. De vero regno loquor, non de principatu. Attamen ſi de primæva populi voluntate quæſtio incidat, y non abs re erit populum qui nunc eſt, quique 37 idem cum eo qui olim fuit cenſetur, ſuum ſuper ea re ſenſum exprimere, qui ſequendus erit, niſi ſatis certo conſtet olim aliam fuiſſe populi voluntatem; & ex ea jus quæſitum. Sic Euphaes Rex * Meſſeniis permiſit (qq) diſpicere quem ex regali Ægyptidarum genere regnare oporteret:

* *Pauſ. l. IV. c. 10.*

poſſit, ut ceſſantibus judiciis, ipſe ſibi judex vindexque eſſe, id ſoli populo non liceat. Sic illudunt nobis imperii ſummi interpretes per vocabulum populi. Quidquid reges faciant, licet, quia ſunt pro populo, repræſentant populum, creditur id facere populus: tum populus poteſt omnia. Ubi aliquid populo agendum in Principem, tum pupillus, infans, omnis juris expers populus eſt. Tum populo nihil vilius, & magis rectè piéque faciunt, qui de arbitris conveniunt, quam populum, puta per ordines & comitia, faciunt arbitrum. Quaſi quidquam magis rectum piumque ſit, quam non invitis imperare. Dein rectum illud piumque ab eo, qui vires & factionem habet, quomodo exſpectabo?

### GROTII.

x *Cauſa ſucceſſionis non ſubjecta regi*] De Galliæ regno vide *Thuanum* libro CV. anno CIↃIↃXCIII. vide & *Guicciardinum.*

y *Non abs re erit populum*] Sive in conventu Ordinum, ut factum in Anglia & Scotia, teſte *Camdeno* in annis CIↃIↃLXXI. & LXXII. ſive per delegatos ad id negotium, ut factum in Arragonia teſte *Mariana* libro XX.

### GRONOVII.

34 *Judicio juriſdictionis*] Quod habeat vim definitivam & imperantem, ut cum prætor jus dicit inter partes.

35 *Non nuda ratione*] Intellige ſuperiorem, non tantum eo, quod illi ſubjecta ſit perſona litigans, ſed & imprimis, quod ad forum ejus cauſa pertineat.

36 *Qui jus vindicant*] Certant, & ſinguli contra alios ſibi ſucceſſionem deberi contendunt.

37 *Idem cum eo*] 2, 9. 3.

(pp) Populi eſt omnino judicium, qui hoc caſu, ſalvo jure Succeſſionis, interim quaſi ſui juris ſit, quantum neceſſe eſt ad litem dirimendam. Qua de re plenius agemus, Deo volente, in noſtris ad hunc locum Notis Gallicis. *Gronovius* tamen in Notâ ſuâ diffuſa, quod alibi haud ſemel feciſſe vidimus, heic etiam mirè cavillatur. *J. B.*

(qq) Ita quidem Interpres *Pauſaniæ*: *Regnum populi arbitrio permiſit*: ſed aliud Græca ſignificant: Ἐφῆκε δὲ

* *Juſt. lib.* II. c. 2. *Plut. de amor. frat.* p. 488.
† *Hotom. Ill. q.* 2. *Tir. de primog. qu.* 31.

teret: & de Xerxis & Artabazanis * controverſia 38 populus cognovit.

XXVIII. Ut ad alia veniamus, † filium qui ante regni adeptionem natus eſt, in regno individuo præferendum ei qui in regia fortuna natus eſt, in quavis ſucceſſionis ſpecie verum eſt. Nam in regno dividuo haud dubie partem feret, ut in bonis cæteris, in quibus nunquam diſtinguitur quo tempore ſint quæſita. Qui autem partem ferret in dividuo, & in individuo ætatis privilegio præfertur: quare & feudum ſequitur filium qui 39 ante primam veſtituram natus eſt. Sed & in lineali ſucceſſione 40 ſimul atque regnum quæſitum eſt, ſpes aliqua parta eſt liberis ante natis: nam fac alios poſtea natos non eſſe, nemo prius natos excludendos dixerit. In hoc autem genere ſucceſſionis ſpes ſemel parta jus facit, nec 41 ex poſt facto ceſſat, 42 niſi quod ex ſexus privilegio ſuſpenditur in cognatica ſucceſſione. Obtinuit hæc quam diximus ſententia in Perſide inter 43 Cyrum z & Arſicam, in Judæa inter Antipatrum Herodis magni filium & ejus fratres; in Hungaria cum Geiſſa regnum adiit; & in Germania, non ſine armis tamen, a inter Ottonem primum & Henricum.

XXIX. Quod autem 44 Spartæ aliter factum legimus, ex lege propria eſt ejus populi, quæ ob educationem magis accuratam natos in regno præferebat. Idem accidere poterit ex peculiari lege veſtituræ

οὐκ ὄντων παιδίων, τὸν αἱρεθέντα ὑπὸ τοῦ δήμου κατελείπετο ἔχειν τὴν ἀρχήν. *Quum* Euphaës *nullos haberet liberos, relinquebatur ut ille ſuccederet in imperium, qui à Populo electus futurus eſſet,* id eſt, eo res omnino deveniebat. Ut proinde innuat *Pauſanias*, Populum uſum eſſe ſuo jure, neque ex conceſſione Regis tunc regnantis arbitrium illud nactum eſſe. *J. B.*

GROTII.

z *Et Arſicam*] Cui nomen factum Artaxerxi Mnemoni. Vide *Plutarchum* Artaxerxe.

a *Inter Ottonem primum & Henricum*] Vide hac de re *Sigebertum*, & notata ad librum III. Withikindi. Bajazetes, & Gemes inter ſe de Turcico regno certarunt, major natu Bajazetes, at Gemes natus imperanti. prævaluit Bajazetes. *Mariana* libro XXIV. Conſtantinus Ducas imperium reliquit filiis, quorum duo privato erant geniti, tertius πορφυρογέννητος. Zonaras. Vide *Corſetum* tract. de proie regali III. parte, quæſtione 26.

GRONOVII.

38 *Populus cognovit*] *Herodotus* ſcribit ipſum Darium inter liberos cognoviſſe, quod repetere in Græciam expeditionem vellet, nec liceret regi Perſarum in expeditionem ire, niſi ſucceſſore declarato, libro 7. *Juſtin.* Artaphernem patruum domi audita cauſa Xerxem præpoſuiſſe, lib. 2.

39 *Ante primam*] Priuſquam feudum conferretur in patrem.

40 *Simul atque regnum*] Statim, ex quo regnum in familia fixum eſt, omnibus ejus familiæ partibus jam exiſtentibus ſpes ſuccedendi loco vacuo facto data eſt.

41 *Ex poſt facto*] Ex eo quod alii ſubnaſcuntur.

42 *Niſi quod ex privilegio*] Si non exiſtat niſi filia, tamdiu ſpes ſucceſſionis incerta eſt, quamdiu ei frater gigni poteſt, quippe qui præferatur.

43 *Cyrum & Arſicam*] Cyrum minorem & illum qui poſtea Artaxerxes Mnemon dictus Darii ſecundi heres.

44 *Spartæ aliter*] *Herod.* lib. 7. initio.

b *In*

Digitized by Google

veſtituræ primævæ, ſi imperium detur in feudum vaſallo & ex eo naſcituris: quo argumento nixus videtur fuiſſe 45 Ludovicus adverſus Galeatium fratrem in controverſia ducatus Mediolanenſis. Nam b in Perſide Xerxes, qui contra fratrem 46 Artabazanem obtinuit regnum, ut Herodotus notat, potentia Atoſſæ matris magis quam jure valuit. Atque in eadem Perſide cum eadem poſtea controverſia nata eſſet, ut jam attigimus, 47 inter Artaxerxem Mnemona & Cyrum Darii & Pariſatidis filios, Artaxerxes ut natu major, quanquam in privata fortuna genitus, rex dictus eſt. *Lib. VII. c. 3.*

XXX. 1. Non minus agitatum etiam bellis & pugnis ſingularibus, c an 48 nepos ex filio priore filio poſteriori ſit præferendus. Sed hoc in lineali ſucceſſione difficultatem nullam habet: ibi enim 49 mortui pro vivis habentur in hoc, ut jus in liberos tranſmittant: quare in tali ſucceſſione ſine ullo ætatis reſpectu præferetur filius, imo in cognaticis regnis & filia, primo nati: quia nec ætas nec ſexus efficiunt, ut deſeratur linea. At in hereditariis dividuis 50 concurrent ad partes, niſi in illis regionibus ubi 51 ſubitio in locum non obſervatur, d ut olim in Germania apud populos *Hot. Ill. q. 3. Tiraq. de prim. q. 40. Molin. de prim. l. III. c. 6. Wittich. Sax. hiſt. II. Molin. de prim. l. III. c. 8.*

**GROTII.**

b *In Perſide Xerxes*] Imo & Xerxi ſocius regni factus Artaxerxes, non autem Darius & Hyſtaſpes, majores, ſed ante adeptum imperium geniti. [Vide PETAVIUM, *Doctrin. Tempor.* Lib. x. c. 25. & *Rationar.* Part. II. Lib. III. c. 10.] At forte verum eſt regnum Perſidis pependiſſe a populi ſuffragiis, ſed intra gentem regiam concluſis. Nam id de Arſacidis, qui Parthi Perſis imperavere, tradidit *Ammianus* libro XXIII. (c. 6. p. 397. *Ed. Vales. Gron.*) & de Perſis, qui iiſdem Parthis ſucceſſere, *Zonaras* in Juſtino.

c *An nepos ex filio priore, filio poſteriori ſit præferendus*] Vide *Choppinum* de Domanio lib. II. *Thomam Grammaticum* deciſione Neapolitana 1. *Johannem le Cirier* de Primogenitura, qui liber inſertus eſt in Oceanum juris. *Marianam* libro XX. & libro XXVI. *Cromerum* libro XXX.

d *Ut olim in Germania*] Vide quæ ſupra notavimus ad §. XI. Ea de cauſa olim in Palatinatu prælatus Rupertus minor Ruperto alteri venienti ex primogenito. Vide apud *Reinkingium* lib. I. claſſe IV. c. XVII. n. 35.

**GRONOVII.**

45 *Ludovicus*] Sforza cognomento. *Paul. Jovius* 2. hiſt. p. 39.

46 *Artabazanem*] Sic vocatur *Herodoto* 7. qui *Juſtino* Ariamenes, 2.

47 *Inter Artaxerxem*] Hic *Artaxerxem* vocat, quem pr. num. vocavit *Arſicam*, quaſi duæ eſſent hiſtoriæ diverſæ, cum ſit eadem, & ille, qui prius appellabatur *Arſica*, mutato nomine diceretur *Artaxerxes*. [Immo Auctor ſe pro una eademque hiſtoria habere manifeſto innuit. Nec ſcio, qua de cauſa contrarium in mentem venerit Viro Eruditiſſimo. *J. B.*]

48 *Nepos ex filio*] Ut inter Archagathum Archagathi F. Agathoclis N. & Agathoclem ejuſdem Siciliæ tyranni filium. *Juſtin.* 23, 2. inter Antiochum Eupatora & Demetrium Sotera. 34, 2.

49 *Mortui pro vivis*] Defuncti, qui ſpem habuerunt ſucceſſionis, & ſucceſſiſſent, ſi illi qui præcedebant eos, ſuperſtites fuiſſent, conſiderantur, quaſi revera ſucceſſerint, & illorum liberi alios excludunt.

50 *Concurrent ad partes*] Nepos ex priore filio partem ſui patris, ſi viveret, accipiet.

51 *Subitio in*] *Repræſentatio* vel *ſucceſſio in ſtirpes.*



Digitized by Google

los pleroſque. ſero enim nepotes admiſſi ſunt cum filiis ad hereditatem. At in dubio credendum potius eſt locum eſſe vicariæ iſti ſucceſſioni, quia natura ei favet, ut ſupra diximus.

2 Quod ſi aperte jure civili regionis introducta ſit ſubitio in locum mortui parentis, locum habebit etiam ſi in aliqua lege [52] proximi fiat mentio. Rationes quæ ex legibus Romanis adferuntur ad hanc rem minus firmæ ſunt: quod apparebit leges ipſas inſpicienti. Sed hæc ratio optima eſt, quod in materia favorabili [53] dictionum ſignificatio extendenda eſt ad omnem proprietatem, non [54] vulgarem tantum, ſed & [55] artificialem, ita ut ſub nomine filiorum comprehendantur adoptivi, & ſub nomine mortis [56] mors civilis, quia leges ita loqui conſueverunt. Quare merito proximi nomine veniet is [57] quem lex in proximum gradum perducit. In regnis vero hereditariis individuis, ubi ſubitio in locum excluſa non eſt, neque ſemper nepos, neque ſemper filius ſecundo genitus præferuntur, ſed ut inter pares, quippe [58] juris effectu quoad gradus adæquatos, potior erit is qui ætate præcedit: nam [59] in ætatis privilegium non ſuccedi in regnis hereditariis ſupra diximus. Apud Corinthios ſuccedebat ὁ πρεσβύτατος ἀεὶ τῶν ἐκγόνων, ex liberis defuncti regis is qui natu eſſet maximus, ut ex
*Procop. bell. Van. l. III.* Diodori Siculi libro ſexto exſcripſit Georgius Monachus. Sic & apud Vandalos, cauto ut hæres eſſet qui ſanguine proximus & maximus eſſet natu, [e] prælatus filius ſecundus natu major filii primi filio. Sic * in Sicilia [61] Robertus prælatus eſt [62] Martelli fratris majoris filio, non ea proprie ratione quam excogitavit Bartolus, quod feudum eſſet Sicilia, ſed quod regnum eſſet hereditarium.

*† Conr. Viterius vita Hen. VII.*

*Aymo. lib. III. c. 62.* 3. Exſtat ſimilis ſucceſſionis vetus in Francorum regno exemplum in Guntrano, ſed id ex electione potius populi contigit, quæ eo tempore nondum plane deſierat. At poſtquam ſine ulla electione linealis agnatica ſucceſſio introducta eſt, res caret controverſia, ut olim apud Spartanos, ubi [63] ad Heraclidas regno delato

GROTII.

e *Prælatus filius ſecundus natu major filii primi filio*] Henricus Genzonis filius Gundemundo; de tali ſucceſſione vide quæ ſupra in textu & Notis §. XXIV.

GRONOVII.

52 *Proximi*] Quæ vox videri poſſet favere filio minori contra majoris fratris nepotem: nam filius utique propior quam nepos.

53 *Dictionum*] *Alciat.* 8. Parerg. 15.

54 *Vulgarem*] Quæ apud omnes recepta eſt.

55 *Artificialem*] Quam docti per interpretationem fecerunt.

56 *Mors civilis*] Cum civitas & libertas adimitur.

57 *Quem lex in*] Nepos v. g. repræſentans patrem.

58 *Juris effectu*] Etſi natura differant.

59 *In ætatis privilegium*] Majoratus jus non transfertur ad filium, ut patruo præferatur, quia pater ejus prælatus eſt.

60 *Conr. Viterius vita Henr. VII.*] p. 463. *Reuberi.*

61 *Robertus*] Caroli II. filius.

62 *Martelli*] Caroli Martelli.

63 *Ad Heraclidas*] Hæc verba repugnant

Digitized by Google

delato ſimilis exſtitit ſucceſſio linealis agnatica. Ideo Areus ex fratre majore Cleonymo natus patruo ſuo Cleonymo antepoſitus eſt. Sed & in cognatica lineali ſucceſſione præferetur nepos: ut in Anglia f Joannes Eduardi nepos ex primogenito, ejuſdem Eduardi filiis Hemoni & Thomæ: quod & in Caſtellæ regno lege cautum eſt. *Plutarch. Lycurg. p. 40. Juſtin. III, 2. Pauſan. L. III. c. 6.*

XXXI. Pari diſtinctione reſpondendum eſt ad quæſtionem inter fratrem ſuperſtitem ultimi regis, 64 & fratris majoris filium: niſi quod ſciendum eſt multis in locis inter liberos ſucceſſionem 65 in gradum mortui eſſe receptam, ubi recepta non ſit in limite tranſverſo. Sed ubi jus non eſt manifeſtum, g in partem eam quæ liberos parentibus ſurrogat, potius inclinandum eſt, quia eo nos ducit æquitas naturalis, in bonis 66 nempe avitis. Nec obſtat quod hoc jus in fratrum filiis 67 προνόμιον vocat Juſtinianus: id enim facit non ratione habita æquitatis naturalis, ſed juris antiqui Romanorum. Percurramus alias quæſtiones quas profert Emanuel Coſta. *Nov. 118. c. 3.*

XXXII. Defuncti fratris filium, aut etiam filiam patruo regis præferri ait; recte, non in lineali tantum ſucceſſione, ſed & in hereditaria, in regnis ubi ſubitio in locum mortui obſervatur: non item in regnis quæ verbis præciſis 68 gradum naturalem ſpectant: in his enim vincet qui ſexu aut ætate erit potior. *L. Tutela, 3. §. ſed ſi aliquis, 5. D. de leg. tutoribus.*

XXXIII. Ad-

pugnant ſuperioribus num. 29. Nam quod ait Spartæ factum, ut nato ante regnum præferatur natus jam regi, id in ſucceſſione lineari agnatica locum non habet, in qua tranſmittitur etiam ſpes ſucceſſionis adjuta lege, ſup. n. 22. & 23. Neque excuſat auctorem, quod addit, regno ad Heraclidas delato, nam quod relatum eſt num. 29. dicit apud *Herodotum* Heraclides Demaratus, tanquam obtinens etiam inter Heraclidas. Cleonymus autem repudiatus eſt, non ob legem ſucceſſionis, ſed propter mores & violentum ingenium: quare ille, quod injuriam ſibi factam putaret, impulit Pyrrhum ad bellum Spartiatis inferendum. *Plutarch.* Pyrrh.

GROTII.

f *Johannes Eduardi nepos*] Vide *Serranum* Carolo Sapiente: & *Marianam* libro XVIII. qui ab Eduardi filiis ne controverſiam quidem motam ait. Idem *Mariana* cum libro XIV. egiſſet de controverſia inter Alfonſi filium & nepotem ex filio, a conventu ait pro Sanctio filio pronuntiatum, incertum jure an injuria.

g *In partem eam quæ liberos parentibus ſurrogat, potius inclinandum eſt*] Vide de Joanne & Arto *Serranum* in Philippo Auguſto. Idem in Britannia Armorica pro lineali ſucceſſione judicatum narrat in Philippo Valeſio & Carolo VIII.

GRONOVII.

64 *Et fratris majoris*] Si rex moriens ſine liberis relinquat ex proximo fratre, etiam mortuo, filium & fratrem tertium.

65 *In gradum mortui*] Nepotem ex filio, qui ante poſſeſſum regnum obiit, præterri patruo, ubi non fratris majoris filius præfertur fratri minori.

66 *Nempe avitis*] Non noviter quæſitis.

67 Προνόμιον] Privilegium.

68 *Gradum naturalem*] Ordinem naſcendi.

XXXIII. Addit, nepotem ex filio filiæ præferri: recte, ob ſexum ſcilicet: cum hac exceptione, niſi quæſtio ſit in ea regione, quæ etiam inter liberos 69 gradum ſolum ſpectet.

XXXIV. Adjicit, minorem nepotem ex filio præferri nepoti majori ex filia; h quod in lineali cognatica ſucceſſione verum eſt, in hereditaria non item, niſi lex ſpecialis oſtendatur. Nec ratio allegata ſufficit, quia pater hujus illius matrem fuerat excluſurus: id enim eveniſſet ob præſtantiam mere perſonalem quæ non tranſit.

XXXV. Quod addit veriſimilius ſibi videri, ut neptis ex filio primogenito 70 filium excludat, in regnis hereditariis recipi non poteſt, etiam admiſſa in vicem mortui ſubitione: ea enim efficit, ut capax ſit ſucceſſionis: ſed inter capaces valere debet ſexus privilegium.

XXXVI. * Atque ideo i in Arragoniæ regno filius ſororis filiæ fratris prælatus eſt.

XXXVII. Eundemque ad modum in regnis hereditariis poſtponenda erit filia fratris maximi natu, fratri regis natu minori.

* *Illeſca, l.* IV. *hiſt. Pont. cap.* 19. *Afflict. c.* 1. *col.* 5. *n.* 20. *de natura ſucced. Aguirr. apol. n,* 82,

GROTII.

h *Quod in lineali ſucceſſione verum eſt*] Idque in Luſitania probat *Mariana* libro XXVI. Tamen contra id Emanuëlem ait Imperatori Maximiliano prælatum, gentis ſtudiis. Sic idem libro XII. quod in Caſtellæ regno Ferdinandus filius Berengariæ ſororis minoris defuncti regis Henrici prælatus eſt Blancæ, ſorori majori ejuſdem regis, Galliæ odio factum ait, in quam Blanca innupſerat.

i *In Arragonia regno*] Olim ibi creditum ait *Mariana*, fratrem regis, non filias, debere ſuccedere. Poſtea vero linealem ſucceſſionem ita placuiſſe, ut ſororis filius iis qui ex fratre, ſed remotiore gradu veniebant, præferretur: libris XV, 13. XIX, 21. XX, 2. & 8. Idem libro XXIV. de Alfonſo agens: *Ad Arragonii regni hereditatem nepotes Ferdinandi filiis: ex filia etiam, ſi maſcula proles deeſſet, filiabus ejuſdem præferendos ſanxit:* additque: *Sic ſæpe ad regum arbitrium jura regnandi commutantur.* Vide eundem *Marianam* libro XXVII, 3.

GRONOVII.

69 *Gradum ſolum*] Non etiam ſexum.

70 *Filium*] Suum patruum.

# CAPUT VIII.

## De acquiſitionibus, quæ vulgo dicuntur juris gentium.

I. *Multa dici juris gentium, quæ ſi proprie loquamur talia non ſint.*

II. *Piſces & feras ſtagnis aut vivariis incluſas in dominio eſſe jure naturali, contra quam jure Romano proditum eſt.*

III. *Feras ſi aufugerint non deſinere eorum eſſe, qui ceperant, ſi recte agnoſci poſſint.*

IV. *Poſſeſſio an per inſtrumenta acquiratur, & quomodo.*

V. *Ut feræ regum ſint, non eſſe contra jus gentium.*

VI. *Rerum aliarum hero carentium quomodo acquiratur poſſeſſio.*

VII. The-

VII. *Theſaurus cui cedat naturaliter: & legum circa hoc varietas.*

VIII. *Quæ jure Romano de inſulis & alluvionibus ſunt prodita, nec naturalia eſſe, nec juris gentium.*

IX. *Naturaliter inſulam in flumine & alveum exſiccatum ejus eſſe, cujus eſt flumen aut pars fluminis, id eſt, populi.*

X. *Inundatione naturaliter dominium agri non amitti.*

XI. *Alluviones quoque in dubio eſſe populi.*

XII. *Sed conceſſas videri his quorum agri alium finem quam flumen non habent:*

XIII. *Idem cenſendum de relicta ripa & ſiccata alvei parte.*

XIV. *Quid pro alluvione, quid pro inſula habendum.*

XV. *Quando vaſallis cedant alluviones.*

XVI. *Solvuntur argumenta quibus Romani jus ſuum quaſi naturale defendunt.*

XVII. *Via naturaliter alluvionem impedit.*

XVIII. *Naturale non eſſe ut partus ſolum ventrem ſequatur.*

XIX. *Naturaliter ut confuſione, ita ſpecificatione ex materia aliena rem fieri communem:*

XX. *Etiam ſi materia mala fide attrectata ſit.*

XXI. *Naturale non eſſe ut per prævalentiam res minor potiori cedat: ubi & alii Romanorum juriſprudentium errores notantur.*

XXII. *Naturaliter ex plantatione, inſitione, ædificatione in alieno communionem naſci.*

XXIII. *Poſſeſſorem naturaliter fructus ſuos non facere; ſed impendia imputare poſſe:*

XXIV. *Etiam qui mala fide poſſidet.*

XXV. *Traditionem ad dominii tranſlationem naturaliter non requiri.*

XXVI. *Uſus hactenus dictorum.*

I. 1. PErduxit nos ordo ad acquiſitionem quæ fit jure gentium, [1] diſtincto a jure naturali, quod jus gentium voluntarium ſupra diximus. Talis eſt ea quæ fit belli jure: ſed de hac re rectius infra agemus, ubi belli effectus explicabuntur. Romani juriſconſulti ubi de acquirendo rerum dominio agunt, (aa) complures ejus acquirendi recenſent modos, quos juris gentium vocant: ſed ſi quis recte advertat, inveniet eos omnes, excepto belli jure, non

GRONOVII.

1 *Diſtincto a jure naturali*] Quia ſæpe duo hæc JCC. confundunt. Dixerat autem proximi ſuperioris capitis initio, acquiſitionem derivativam, quæ lege fieret, aut naturæ, aut gentium, aut civili lege fieri.

(aa) Juriſconſulti Romani, ubi de modis illis adquirendi dominii agunt, non eodem ſenſu *Jus Gentium* intelligunt, ac Auctor noſter; ſed de ipſo *Jure Naturali* agunt, quod recentiores Interpretes *Secundarium* vocant. Res clara eſt ex toto Titulo & *Inſtitutionum*, & *Digeſtorum*; ubi etiam interdum illud vocant diſertè *Jus Naturale*. Igitur in eo tantum rectè reprehendit Auctor noſter priſcos Juriſconſultos, quòd illi nonnulla, quaſi Juris Naturalis, tradant, quæ veris Juris Naturalis principiis minimè conſentanea ſunt. *J. B.*

non pertinere ad jus gentium illud de quo agimus: ſed aut referendos ad jus naturæ, non quidem merum, 2 ſed quod ſequatur introductum jam dominium, & legem omnem civilem antecedat, 2 aut ad ipſam legem civilem, non ſolius populi Romani, ſed multarum circa nationum: credo quia talis legis ſive moris origo a Græcis venerat, quorum inſtituta, ut Halicarnaſſenſis & alii notant, 3 Italiæ ac vicini populi ſequebantur.

2. Hoc autem non eſt jus illud gentium proprie dictum; neque enim pertinet ad mutuam gentium inter ſe ſocietatem, ſed ad cujuſque populi tranquillitatem: unde & ab uno populo aliis inconſultis mutari potuit, imo & hoc evenire ut aliis locis atque temporibus longe alius mos communis, ac proinde jus gentium improprie dictum introduceretur: quod & revera factum videmus, ex quo Germanicæ nationes Europam ferme omnem invaſerunt. Sicut enim olim jura Græca, ita tunc Germanica inſtituta paſſim recepta ſunt, & nunc etiam vigent. Primus acquirendi modus qui juris gentium a Romanis dicitur, eſt occupatio eorum quæ nullius ſunt: qui modus haud dubie eſt naturalis, eo quo dixi ſenſu, introducto jam dominio, & quamdiu 4 aliud lex nulla conſtituit. Nam & dominium a lege civili effici poteſt.

II. Ad hoc caput refertur primum captura ferarum, avium, piſcium. Sed hæc omnia quamdiu nullius dicenda ſint, quæſtione non caret. Nerva filius * piſces qui in piſcina ſunt poſſideri a nobis ait, non 5 qui in ſtagno: & feras quæ in vivario ſunt incluſæ, non quæ in ſilvis (bb) circumſeptis vagantur. Atqui piſces non minus ſtagno privato includuntur quam piſcina, & feras non minus

* *L. poſſideri, 3. §. Item feras. 14. D. de acq. poſſ.*

GROTII.

2 *Aut ad ipſam legem civilem, non ſolius populi Romani, ſed multarum circa nationum*] Qualis conſenſus gentium incertis ex cauſis, etiam in aliis moribus ad jus nihil facientibus, notatur a *Plinio*, ut hominem non cremari priuſquam genito dente VII, 16. ut Ionum literis uterentur, VII, 57. uti tonſoribus, VII, 59. in horarum obſervatione VII, 60. genibus tribuere quandam religionem, XI, 45. fulgetra poppyſmis adorare XXVIII, 2.

GRONOVII.

2 *Sed quod ſequatur introductum*] Quod vidit ſanxitque recta ratio, ex quo intellexit utilius eſſe, non omnium indiviſa omnia manere, ſed poſſeſſiones cujuſque rerum fieri proprias: & quidem, priuſquam ullæ leges ſcriptæ exſtiterunt. I, I. 10.

3 *Italiæ ac vicini*] Quippe cum Græcæ coloniæ eſſent.

4 *Aliud lex nulla*] Non excepit quaſdam res ab occupatione privatorum, quod publicæ eſſent factæ. 2, 3. 5.

5 *Qui in ſtagno*] Intellexit lacus, qui publicis in vectigalibus fruendi locabantur. *Feſtus* in *lacus Lucrinus*. *Serv.* ad 2 Georg. V, 161.

(bb) At vero in *L.* 3. §. 14. *D. De adquir. vel amitt. poſſeſſ.* legendum, *quæ in ſilvis* NON *circumſeptis vagantur*: ut, poſt *Franc. Hotomannum*, probat Clariſſ. NOODT, Obſ. I, II. Ceterum de adquiſitione & amiſſione dominii in Feras, vide quæ diximus ad PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 6. §. 5. & *ſeqq.* in altera præſertim Editione. *J. B.*

b Quod

Digitized by Google

nus coërcent ſilvæ bene circumſeptæ quam vivaria, quæ Græci vocant θηριοτροφεῖα· nec alio hæc differunt quam quod altera anguſtior, altera laxior cuſtodia eſt. Quare noſtro ſeculo rectius contraria opinio prævaluit, ut & veræ ſilvis privatis, & piſces ſtagnis incluſi, ut poſſideri, ita in dominio eſſe intelligantur.

III. Feras ſimul atque 6 naturalem * libertatem recipiunt, noſtras eſſe deſinere ajunt Romani Juriſconſulti: atqui in rebus omnibus aliis † a poſſeſſione quod incipit dominium, 7 non ideo amiſſa poſſeſſione amittitur; imo jus dat etiam ad repetendam poſſeſſionem. Res autem noſtras alius a nobis auferat, an ipſæ ſeſe, ut ſervus fugitivus, non multum refert. Quare verius eſt non per ſe amitti dominium, eo quod feræ cuſtodiam evaſerint, ſed ex probabili conjectura, b quod ob difficillimam perſecutionem eas 8 pro derelictis habere credamur, præſertim cum internoſci quæ noſtræ fuerint ab aliis non poſſint. Sed hæc conjectura per alias conjecturas elidi poteſt; ut ſi addita ſunt feræ c 9 γνωρίσματα, ſive d crepundia, qualia ſcimus habuiſſe cervos quoſdam & accipitres, atque inde agnitos & dominis redditos. e Requiritur autem 10 corporalis quædam poſſeſſio ad dominium adipiſcendum; atque ideo vulneraſſe non ſufficit, ut recte 11 contra Trebatium placuit. Hinc 12 proverbium: f *Aliis leporem excitaſti.* Et Ovidio metamorphoſeon quinto aliud eſt ſcire ubi ſit, aliud reperire.

* *L. Quod enim. 3. §. 1. D. de acq. rer. dom.*

† *L. Pomponius 13. D. de acq. poſſ.*

*L. Naturalem, 5. §. 1. D. De acq. rer. dom.*

IV. Sed (cc) poſſeſſio illa poteſt acquiri non ſolis manibus, ſed inſtrumentis,

GROTII.

b *Quod ob difficillimam perſecutionem eas pro derelictis habere credamur*] יאוש Hebræis id dici notavimus ſupra ad caput. IV. §. V.

c Γνωρίσματα] *Donatus* ad Eunuchum IV, 6. monumenta ſunt quæ Græci dicunt γνωρίσματα, ſeu σπάργανα. (Ad vers. 15.)

d *Crepundia*] Uſurpat hoc ſenſu hanc vocem apologetico *Apulejus.* (*Pag. 64. Ed. Pricæi.*)

e *Requiritur autem corporalis quædam poſſeſſio*] Harmenopulus lib. II. tit. I. μὴ ἑτέρως γὰρ τὸν τρώσαντα γενέσθαι δεσπότην τȣ θηρίȣ εἰ καὶ μὴ καὶ τȣτȣ δράξηται· *non aliter enim dominus feræ ſit qui vulneravit, niſi & ceperit.*

f *Aliis leporem excitaſti*] Eſt apud *Petronium.* (*Cap. 131. Ed. Burm.*) *Ovidius* (*Art. am.* III, 661:)

*Et lepus hic aliis exagitatus erit.*

Langobardorum jure, qui feram ab alio vulneratam occidit aut reperit aufert armum cum ſeptem coſtis. In reliqua is qui vulneravit jus habet, ſed non niſi intra horas XXIV. (*Lib. I. Tit.* XXII. Leg. 4, 6.)

GRONOVII.

6 *Naturalem libertatem*] Evaſerunt e cuſtodia & in ſilvam ſe receperunt.

7 *Non ideo amiſſa*] Nam & ſolo animo dominium retinetur.

8 *Pro derelictis habere*] De recipiendis eis deſperare, ideoque curam & voluntatem retinendi eas dimittere.

9 Γνωρίσματα] Signa & ſymbola, unde noſcantur.

10 *Corporalis*] Ipſum ut corpus in noſtra poteſtate ſit.

11 *Contra Trebatium*] L. 5. §. 1. D. *de acq. rer. dom.*

12 *Proverbium*] In eos qui lucrum perſequendo, id notum faciunt aliis, qui deinde nos occupant & præveniunt. *Ovid.* de Arte .... *Petronius* c. 91.

(cc) De univerſo jure *Occupationis*, vide PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 6. ubi in Notis, præcipue alterius Editionis, naturam & effectus ejus accuratius expoſuimus. *J. B.*

g *Sapienter*

inſtrumentis, ut decipulis, retibus, laqueis, dum duo adſint: primum, ut ipſa inſtrumenta 13 ſint in noſtra poteſtate, deinde, ut fera ita incluſa ſit, ut exire inde nequeat. ad quem modum definienda eſt quæſtio de apro, * qui in laqueum inciderit.

* *L. in laqueum, 55. D. de acq. rer. dom.*

V. Hæc ergo locum habebunt 14 ſi lex nulla civilis intervenerit: Valde enim falluntur recentiores † Juriſconſulti, qui hæc ita putant naturalia, ut mutari nequeant: ſunt enim 15 naturalia non ſimpliciter, ſed pro certo rerum ſtatu, id eſt, ſi aliter cautum non ſit. Germaniæ autem populi, cum principibus ac regibus bona quædam eſſent aſſignanda unde dignitatem ſuam ſuſtinerent, g ſapienter exiſtimarunt ab illis rebus incipiendum quæ ſine damno cujuſquam tribui poſſint, cujuſmodi ſunt res omnes quæ in dominium nullius pervenerunt. Quo jure uſos & Ægyptios video. Nam & ibi regum procurator, (dd) quem ἴδιον λόγον vocabant, 16 vindicabat res ejus generis. Potuit autem * lex etiam 17 ante occupationem harum rerum dominium transferre, cum ad dominium producendum lex ſola ſufficiat.

† *Hoſt. & alii in c. non eſt de decimis. Jeſon conſ. 119.*

*Strabo* XVII.

* *Covar. in c. peccatum part. 2. §. 8.*

VI. Quo modo feræ, eodem acquiruntur h & alia ἀδέσποτα, id eſt, res hero carentes. Nam & hæ, ſi naturam ſolam ſequimur, ſunt invenientis & occupantis. Sic Acanthos (ee) inſula deſerta

*Plut. quæſt. Gr. 29.*

GROTII.

g *Sapienter exiſtimarunt, ab illis rebus incipiendum, quæ ſine damno cujuſquam tribui poſſunt*] Sed de vitioſo uſu hujus juris vide *Sariſberienſem* Policratico. (*Lib. 1. c. 4.*)

h *Et alia ἀδέσποτα*] Balænæ ejectæ regis ſunt in Luſitania. *Georgius de Cabedo* deciſ. Luſit. parte II. dec. XLVIII.

GRONOVII.

13 *Sint in noſtra*] Non ab alio poſita vel tenſa fuerint. [Minimè hoc vult Auctor: ſed nihil obſtare quominus quis utatur inſtrumentis illis, in eo loco ubi poſita ſunt; adeoque locum illum eſſe debere vel publicum, vel illius qui inſtrumenta poſuit; aut, ſi alterius ſit, conſentiente domino ibi inſtrumenta collocata. *J. B.*]

14 *Si nulla lex*] Ubi non quid ſecus lege civili conſtitutum eſt.

15 *Naturalia non ſimpliciter*] Non imperata a natura, ſed ſic comparata, ut arbitrium ſervandi & mutandi hominibus relictum ſit.

16 *Vindicabat*] Fiſco adſerebat.

17 *Ante occupationem*] Has res donare principibus: nam ubi lex non eſt, quæ impediat, privatorum non fiunt, niſi occupatæ, & lex ſive juſſus populi vel principum ſine alio adminiculo ſatis valida eſt ad privatum faciendum, quod hactenus nullius fuerat.

(dd) Procurator ille non erat veterum Regum *Ægypti* miniſter, ſed Imperatorum Romanorum, ex eo tempore conſtitutus, quo in formam provinciæ regio illa redacta eſt: Ἄλλος δ' ἐςὶν ὁ προσαγορευόμενος Ἴδιος λόγος, ὃς τῶν ἀδεσπότων, καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων, ἐξεταςής ἐςι. STRAB. *Geogr.* Lib. XVII. pag. 797. *Ed. Pariſ.* Idemque erat, qui in Pandectis dicitur *Procurator Cæſaris vel Rationalis*, ut rectè obſervavit *Caſaubonus*; quem vide & Not. in LAMPRID. *Alex. Sever.* c. 45. & CAPITOLIN. *Maximin. duob.* c. 14. Fefellit Auctorem noſtrum, quod paullo poſt apud *Strabonem* legitur: Ἦσαν δ' ἂν καὶ ἐπὶ τῶν Βασιλέων αὗται αἱ ἀρχαί. Sed ibi agitur de Magiſtratibus indignis, τῶν δὲ ἐπιχωρίων ἀρχόντων, qui manifeſto ſecernuntur à Romanis, quos Cæſares *Ægypto* imponebant. *J. B.*

(ee) Non eſt inſula *Acanthos*, ſed urbs *Macedoniæ*, prope mare, verſus *ſinum Strymonicum*. *J. B.*

i *Legibus*

Digitized by Google

deſerta adjudicata eſt Chalcidenſibus, qui priores intraverant, non Andriis qui priores jaculum immiſerant: quia poſſeſſionis initium eſt 18 corporis ad corpus adjunctio, qualis circa res mobiles maxime fit 19 manibus, circa res ſoli 20 pedibus. Scire ubi res eſt non eſt reperire, ut habemus apud Ovidium Metam. v.

VII. Inter ἀδέσποτα ſunt & theſauri, id eſt, pecuniæ quarum *L.* III. *de*
dominus ignoratur. quod autem non apparet pro eo eſt quaſi non *acq. poſſ.*
ſit: quare & theſauri naturaliter fiunt inventoris, id eſt, ejus, qui
loco moverit apprehenderitque. Neque tamen id obſtat quo minus i legibus aut moribus aliud conſtitui poſſit. Plato magiſtratibus 21 indicium fieri vult, & 22 oraculum conſuli: & Apollonius *Philoſtr.* II.
theſaurum quaſi 23 Dei beneficium ei adjudicabat qui ipſi optimus 15. *c.* 39.
videbatur. Apud Hebræos receptum, k ut domino agri theſau- *Ed. Olear.*
rus cederet, videtur colligi poſſe ex Chriſti parabola, (ff) quæ extat Matthæi XIII. Idemque in Syria juris fuiſſe colligo ex hiſtoria, quæ eſt apud Philoſtratum libro VI. cap. XVI. Romanorum *Cap.* 39.
Imperatorum leges valde hac in parte variarunt; quod partim *Ed. Olear.*
conſtitutiones oſtendunt, partim l hiſtoriæ m Lampridii, Zonaræ, Cedreni. Germaniæ populi theſauros, ut & alia ἀδέσποτα addixerunt principi: atque id nunc jus commune eſt, & quaſi gentium. Nam & n in Germania, & Gallia, & Anglia, & Hiſpa-pania,

GROTII.

i *Legibus aut moribus*] Bybliorum lex, *quod non poſuiſti, ne tollas.* Probat id *Apollonius* apud Philoſtratum. [Lex non eſt *Bybliorum*, ſed *Stagiritarum*, referente ÆLIANO, *Var. Hiſt.* III, 46. *Bybli* vero idem habebant in more, IV, I. p. 302. *Ed. Perizon.* Locus autem PHILOSTRATI idem eſt, qui in orâ libri indicatur: ubi etiam de caſu tantum ſingulari agitur. *J. B.*]

k *Ut domino agri theſaurus cederet*] Id jus etiam Romæ obtinuiſſe videtur Plauti tempore. Ait enim *Callicles*: (*Trinumm.* I, 2. 141.)

*Qui emiſſet, ejus eſſet ne ea pecunia?*

Deinde: (*Ibid.* V, 2. 22.)

*Atque enim a me lege populi patrium poſceret,*
*Emtor ædium, theſaurum.*

l *Hiſtoriæ*] Vide *Tacitum* de theſauris in Africa quos Nero ſpe devoraverat, annalium XVI. c. I. Vide *Philoſtratum* de vita Attici, (*Vit. Sophiſt.* II, I. 2.) quem locum *Zonaras* tranſcripſit in Nerva.

m *Lampridii*] In Adriano & Severo. [c. 46. ſed Vita *Hadriani*, in quâ de hac re agitur, c. 18. eſt *Spartiani*, ut omnes norunt.]

GRONOVII.

18 *Corporis ad corpus*] Rei, quæ adhuc libera aut ſaltem a nobis libera fuit, applicatio ad alias res noſtras.

19 *Manibus*] Prehendendo.

20 *Pedibus*] Intrando aut circumeundo.

21 *Indicium fieri*] Ab eo qui invenit.

22 *Oraculum conſuli*] Cujus eum eſſe velit.

23 *Dei beneficium*] Sic *Juſtinus* appellat aurum, quod e terra fulgure proſciſſa emicuit. 44, 3.

(ff) Non ſatis tuto ex illa parabola hoc colligi poteſt. Vide quæ diximus in PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 3. §. 3. *Not.* 2. *J. B.*

GROTII.

n *In Germania*] Vide ſpeculum Saxonicum c. 35. Conſtitutiones in Sicilia Friderici lib. I. tit. LVIII. & CIII.

Digitized by Google

nia, & in Dania id obſervatur. Quod cur injuriæ * accuſari non poſſit 24 ſatis jam diximus.

VIII. Veniamus ad fluvialia incrementa, de quibus complura extant juriſconſultorum veterum reſcripta, o recentiorum etiam integri commentarii. Quæ vero in hoc argumento ab ipſis ſunt tradita, † ea magnam partem omnia ſunt ex inſtituto quarundam gentium, neutiquam a naturali jure; quanquam ipſi ſæpe ſua inſtituta eo nomine venditant. Nam plurimæ eorum definitiones hoc fundamento nituntur, quod & ripæ ſint proximos fundos poſſidentium, *a* & ipſi alvei ſimul atque a flumine derelicti ſunt. cui conſequens eſt, ut & inſulæ in flumine natæ ſint eorundem. Tum vero in fluminis inundatione diſtinguunt, *b* ut levis quidem dominium non auferat, major auferat. ſed ita, ut ſi fluvius uno recedat impetu, 25 poſtliminio fundus, qui merſus fuerat, ad dominium redeat; ſi paulatim, non item: imo proximis poſſeſſoribus accedat. quæ omnia lege potuiſſe introduci, & p 26 utilitate quadam muniendarum riparum defendi, non nego; naturalia eſſe, quod ipſi ſentire videntur, minime concedo.

IX. 1. Nam *c* ſi id 27 quod plerumque eſt reſpicimus, q (gg) prius populi terras occuparunt, 28 nec imperio tantum, ſed & dominio, quam in privatos agri deſcriberentur. *Fines*, inquit *d* Seneca, *Athenienſium aut Campanorum vocamus, quos deinde inter ſe vicini privata terminatione diſtinguunt.* Sic & *e* Cicero: *Sunt autem privata nulla naturâ; ſed aut veteri occupatione, ut qui quondam in vacua venerunt, aut victoria, ut qui bello potiti ſunt; aut lege, pactione, conditione, ſorte: ex quo fit, ut ager Arpinas Arpinatum dicatur. Tuſculanus*

* *Th.* 2, 2. 66. 5. & *ib. Cajet. Covar. in c. peccatum p.* 3. §. 2.
† *Bart. Tyber. Bapt. Aymus de all. jure. Connan. l.* III. *jur. civil. c.* 5.
a *L. adeo,* 7. *D. de acq. rer. dom.*
b *D. l. adeo,* 7. §. 5. *quod ſi l. ergo. l. Attius,* 38. *eod. tit.*
c *Vide ſupra hoc libro c.* III. *in fine.*
d *De benef. l.* VII. *c.* 4.
e *De offic. l.* I. *c.* 7.

CIII. Idem Gotthis mos. Rex Theuderichus apud Caſſiodorum IV, 34. *Non eſt cupiditas eripere quæ nullus ſe dominus ingemiſcat amiſiſſe.* Idem VI, 8. *Depoſitiones quoque pecuniæ, quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſerunt, inquiſitione tua noſtris applicentur ærariis, ut quia ſua cunctos patimur poſſidere, aliena nobis debeant libenter offerre: ſine damno ſiquidem inventa perdit, qui propria non amittit.*

o *Recentiorum etiam integri commentarii*] Johannis Boreo, Antonii Marſæ, Johannis Gryphiandri, præter ea quorum nomina ſunt in textus margine.

p *Utilitate quadam muniendarum riparum*] Vide locum *Caſſii* apud Aggenum Urbicum (*pag.* 56, 57. in *Auct. Rei Agrar.* Ed. Goës.) & *Boëthium* (*De Geometr.* Lib. II.)

q *Prius terras populi occuparent*] Vide quæ ſupra in textu & notis cap. III. §. 19.

GRONOVII.

24 *Satis jam diximus*] Nempe, quia poteſt lex horum dominium ante occupationem transtuliſſe.

25 *Poſtliminio fundus*] Quaſi non fuiſſet inundatus, ut poſtliminio fingitur, qui captus abſuit, ſi revertatur, captus non fuiſſe. 3, 9.

26 *Utilitate quadam*] Ut metu amittendæ poſſeſſionis, incitarentur homines ad ripas muniendas.

27 *Quod plerumque eſt*] Quod ordinarie contingit.

28 *Nec imperio tantum ſed & dominio*] 2, 3. 4.

(gg) Contrarium verius eſt. Vide quæ obſervavimus in PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 7. §. 12. *Not.* 1. alterius Edit. Et confer quæ Auctor ibi dicit de toto iſto argumento. *J. B.*



Digitized by Google

*Tuſculanus Tuſculanorum : ſimiliſque eſt privatarum poſſeſſionum deſcriptio.* Dion Pruſæenſis Rhodiaca : πολλά ἐστιν εὑρεῖν, ἃ κοινῇ μὲν ἀπεγράψατο ἡ πόλις, διῄρηται δὲ εἰς τοὺς κατὰ μέρος, ὅλως δὲ οὐχ· *multa inveniri poſſunt quæ univerſim civitas ſua cenſet, in ſingulos autem dominos partitim diviſa ſunt.* Tacitus de Germanis : *Agri pro numero cultorum ab univerſis* [29] *per vicos* (male vices legitur) *occupantur, quos mox inter ſe ſecundum dignationem partiuntur.* Quamobrem quæ primitus a populo ſunt occupata, neque poſtmodum diſtributa, ea cenſenda ſunt propria eſſe populi; ac ſicut in privati juris flumine nata inſula, aut derelictus alveus privatorum eſt: ita in publico utrumque eſt populi, aut ejus, cui populus dedit.

*Germ. c. 26.*

2. Quod autem de alveo diximus, [r] idem & de ripa tenendum eſt, quæ pars eſt extima alvei, id eſt, quo naturaliter flumen excurrit. Atque ita videmus nunc paſſim uſurpari. In Hollandia & vicinis regionibus, ubi frequentiſſimæ antiquitus fuerunt hujus generis controverſiæ ob [30] depreſſum ſolum, magnitudinem amnium, & vicinitatem maris, limum hinc recipientis, illuc revehentis [31] per æſtuum vices, ſemper conſtitit inſulas, quæ vere inſulæ eſſent, eſſe in patrimonio publico. Nec minus derelictos alveos totos Rheni ac Moſæ, quod ſæpius judicatum eſt: & ratione optima nititur.

3. Nam & ipſi Romani Juriſconſulti concedunt, * inſulam [ſ] quæ in flumine [32] natat, puta virgultis ſuſtentata, eſſe publicam; quia cujus juris ſit flumen, ejus eſſe debeat & inſula in flumine nata. Atqui alvei & fluminis eadem eſt ratio, non ea tantum ex parte quam Romani Juriſconſulti conſiderant, quia alveus flumine tegitur; verum alia, quam ſupra attulimus, quòd hæc ſimul a populo occupata ſunt, nec in privatum dominium tranſierunt: quare nec illud recipimus ut naturale, quod ajunt, ſi [33] limitati fuerint agri, inſulam eſſe occupantis. Id enim ita demum haberet

** L. 65. §. 1. & §. ult. de acquir. rer. dom. L. 1. §. 7. ſimili modo. D. de flum.*

*L. 1. §. Si inſula, 6. D. de flum.*

GROTII.

r *Idem & de ripa tenendum eſt*] Sic in Gallia obtinet. Sanction des eaux & forests lib. II, c. I.

ſ *Quæ in flumine natat*] Deſcriptio natantium inſularum apud *Senecam* naturalium III, 25. *Plinium* majorem lib. II. c. XCVII. *Macrobium* I. Saturnalium I, 7. Elegans talium in Vadimone lacu inſularum deſcriptio apud *Plinium* minorem lib. VIII. c. XX. & Flandricarum in libro lectu digno *Chiffletii.*

GRONOVII.

29 *Per vicos*] Videtur ferri poſſe hoc ſenſu, ut certus numerus cultorum, quod hoc anno poſſederat, ſequenti relinquere, & alio tranſire cogatur. Cæſar 6. Gall. 22. & 4, 1.

30 *Depreſſum ſolum*] Humile, nullis montibus tumens.

31 *Per æſtuum vices*] Alternos acceſſus & receſſus.

32 *Natat, puta virgultis*] Plinius 8. ep. 20. *Macrobius* I. Saturn. 7.

33 *Limitati*] Per centurias & jugera diviſi, qui quoniam ſtatutos habebant terminos, incrementum ex alluvione aut inſula locum in eis non habebat. l. 16. D. *de acquir. rer. dom.*

ret locum, t ſi flumen ipſum & cum eo alveus a populo occupati non eſſent, ſicut in mari nata inſula fit occupantis.

X. 1. Nec magis admittendum eſt illud de graviore inundatione, ſi naturalem tantum rationem ſequimur. Nam ut maxime 34 ſumma pars agri in arenam diſſolvatur, manet tamen ſolida pars fundi inferior; & ut de qualitate aliquid mutet, ſubſtantiam non mutat, non magis quam pars agri quæ a * lacu hauritur, cujus jus non mutari Romani recte ſentiunt. Neque illud naturale eſt quod ajunt u flumina 35 cenſitorum vice fungi, & de publico in privatum, de privato in publicum addicere. Melius Ægyptii, de quibus hæc ſunt apud Strabonem: † ἐδέησε δὲ τῆς ἐπ' ἀκριβὲς καὶ κατὰ λεπτὸν διαιρέσεως, διὰ τὰς συνεχεῖς τῶν ὅρων συγχύσεις, ἃς ὁ Νεῖλος ἀπεργάζεται κατὰ τὰς αὐξήσεις, ἀφαιρῶν καὶ προστιθεὶς, καὶ ἐναλλάττων τὰ σχήματα, καὶ τἄλλα σημεῖα ἀποκρύπτων, οἷς διακρίνεται τό τε ἀλλότριον καὶ τὸ ἴδιον. ἀνάγκη δὴ ἀναμετρεῖσθαι πάλιν καὶ πάλιν· *Opus fuit exacta & ſubtili agrorum diviſione, eo quod Nilus per incrementa ſua addens, minuens, faciemque ac ſigna immutans, confundat terminos quibus ſuum atque alienum alibi internoſcitur. Ideo & repetenda ſæpe fuit dimenſio.*

** L. Lacus, 12. D. de acq. rer. dom. L. Vicinus, 24. ſ. fin. D. de aqua pl. L. Rutilia Polla. 69. D. de cont. empt.*

*† Geogr. Lib. XVII. p. 787.*

2. Ab hac ſententia non diſſentit quod ipſi Romani auctores tradiderunt, quod noſtrum eſt, noſtrum eſſe non deſinere niſi 36 facto noſtro, adde, aut lege. Sub factis autem & non facta comprehendi ſupra diximus, quatenus 37 conjecturam adferunt voluntatis. Quare hoc damus, ſi graviſſima ſit inundatio, neque alia ſigna ſint, quæ retinendi dominii animum notent, facile præſumi agrum habitum derelictui; 38 quæ æſtimatio ſicut naturaliter indefinita eſt ob varietatem circumſtantiarum, & viri boni arbitrio

*L. 2. D. De div. reg. Jur.*

GROTII.

t *Si flumen ipſum & cum eo alveus a populo occupati non eſſent*] Siculus Flaccus libro de conditionibus agrorum: (*pag.* 18, 19.) *In quibuſdam regionibus fluminis modus aſſignationi ceſſit: in quibuſdam autem tantum ſubſecivus relictus eſt. Aliis autem exceptus, inſcriptumque, flumini illi tantum.* De ſubſecivis vide egregia quæ habet, ut omnia ſunt illius, *Salmaſius* ad Solinum. [Adde *Wilhelmi Goeſii* Antiquitates Agrarias, ubi accuratiùs rem pertractavit. *J. B.*] De toto hoc argumento fluviorum & fluvialium incrementorum videat, ſi cui vacat, *Roſenthalium* de jure feudorum cap. V. concl. 23. *Sixtinum* de regalibus libro II. cap. 3. *Cæpollam* de ſervitutibus ruſticorum prædiorum, c. 31.

u *Flumina cenſitorum vice fungi*] De agri menſore Caſſiodorus: *More vaſtiſſimi fluminis aliis ſpatia tollit, aliis jura concedit.* [Var. III, 52. ubi alii legunt, *rura concedit*, aut *terram.*]

GRONOVII.

34 *Summa pars agri*] Superficies obruatur & contegatur arenis

35 *Cenſitorum vice*] L. Ergo 30. ſ. *alluvio* 3. *de acq. rer. dom. Cenſitores*, qui tributa agraria de colonis exigebant, & jure pignoris vendebant prædia, ſi cenſus non præſtaretur, eoque ablatos aliis agros aliis addicebant.

36 *Facto noſtro*] Velut contractu vel delicto.

37 *Conjecturam adferunt*] Ut in uſucapione & ſucceſſione ab inteſtato.

38 *Quæ æſtimatio*] Quod intra quod tempus, quamque ſufficientibus ſignis præſumi debeat, ſi ut in univerſum facile ſtatui non poteſt,

39 Sic

Digitized by Google

arbitrio permittenda, ita legibus civilibus definiri ſolet. Sic in Hollandia derelictus habetur ager, qui per decem annos merſus fuerit, ſi non aliqua extent ſigna continuatæ poſſeſſionis: quo in genere receptum apud nos non immerito eſt, quod Romani rejiciunt, ut, ſi aliter nequeat, vel piſcando retineri poſſeſſio cenſeatur. Sed ſolebant principes tempus præfigere intra quod veteres agrorum poſſeſſores 39 ſiccare agros deberent: qui ni id facerent tum monebantur 40 qui in agros jus pignoris habebant, deinde hi qui juriſdictionem aut civilem tantum, aut etiam criminalem: qui ſi omnes in mora eſſent, tum eorum jus omne ad principem deferebatur: atque is aut ipſe agros ſiccabat, ſuique patrimonii faciebat, aut aliis ſiccandos dabat retentâ parte.

*L. Si ager. 23. D. quibus mod. uſusfr. amitt.*

XI. De alluvione, hoc eſt, de adjectione particularum quæ a nullo vindicari poſſunt, * quia 41 unde veniant neſcitur, (42 alioqui enim naturaliter dominium non mutabunt) certum haberi debet hanc quoque eſſe populi, ſi modo populus flumen dominio occupaverit, quod in dubio credendum eſt; alioqui occupantis.

** L. 4. D. ſi certum pet. L. 30. §. 2. D. de acq. rer. dom.*

XII. 1. Sed 43 populus ut aliis, ita & proxima prædia poſſidentibus jus illud concedere poteſt, & conceſſiſſe haud dubie videtur, ſi agri illi non alium finem ea ex parte quam naturalem, id eſt, flumen ipſum habeant. Quare non contemnenda eſt hac in parte Romanorum diligentia, † qui limitatum agrum ab aliis agris diſtinxerunt, dummodo meminerimus, 44 agrum menſura comprehenſum hac in re paris juris eſſe cum limitato. Nam quæ de imperiis ſupra diximus, cum de eorum occupatione ageremus, eadem & in agris privatis obtinent: ſed hoc adhibito diſcrimine, quod imperia in re dubia 45 credenda ſunt eſſe arcifinia, quia id territorii naturæ maxime convenit. at agri privati magis eſt ut arcifinii non credantur, ſed aut limitati, aut certa menſura terminati, quia hoc privatarum poſſeſſionum naturæ eſt congruentius.

*L. 7. §. 1. eodem tit. † L. 16. D. de acq. rer. dom. L. 1. §. 6. D. de flumi. Bald. in c. ſi quis de manſo. §. 1. ſi de jure feud. cont. fuerit.*

2. Neque tamen negamus fieri poſſe, ut populus agrum aſſignet eo jure quo ipſe occupaverat, id eſt, ad flumen uſque; & ſi

GRONOVII.

39 *Siccare*] Derivare inde aquam inundatione immiſſam. *Irſt.* 31, 5.

40 *Qui jus pignoris*] Quibus illi agri pro debito obligati eſſent.

41 *Unde veniant, neſcitur*] Nam alluvio eſt *incrementum latens*. §. 20. Inſtit. *d. R. D.*

42 *Alioqui enim*] Sc. ſi vis fluminis partem de prædio meo detraxerit, & vicini prædio adpulerit vel adjecerit, tum enim conſtat, unde venerit.

43 *Populus ut aliis*] 2, 3. 16.

44 *Agrum menſura comprehenſum*] Hoc nec dixerunt veteres, nec verum eſt. Sed & menſura comprehenſus privatus nullus eſt, verum univerſitatis. 2, 3. 16.

45 *Credenda eſſe arcifinia*] Ager arcifinius eſt, qui definit in ſolitudinem. Is poteſt eſſe tam privati quam populi: ſed hodie omnibus occupatis, principibuſque ac civitatibus tam intentis ad territorium ſuum vindicandum, longe facilius invenietur hic ager penes privatos ruſticos in vaſtis campis caſam ſtatuentes, quam in fine territorii.

X x Ii

Digitized by Google

ſi id appareat, jus eſſe alluvionis: quod in Hollandia ante ſæcula aliquot judicatum eſt de agris ad Moſam & Iſalam ſitis: quia & in 46 literis mancipationum, & in 47 libris ſenſualibus ſemper dicti erant ad flumen pertingere. Et tales agri ſi vendantur, quamvis in lege emtionis menſura aliqua nominata fuerit, dum tamen vendantur, non ad menſuram, ſed ſuo corporis nomine naturam ſuam & jus alluvionis retinent. quod * Romanis quoque legibus proditum eſt, & paſſim uſurpatur.

* *L. Julianus*, 13. §. 4. *Si Titius fundum. D. De act. emt. & vend.*

XIII. Quod de alluvione diximus, id & 48 de relicta ripa & ſiccata parte alvei cenſendum eſt, ut in non occupatis ſint ea occupantis: in fluminibus occupatis, populi: privatorum autem ita demum, ſi a populo, aut 49 jus populi habente, agrum ad flumen excurrentem, 50 qua talem acceperint.

XIV. Sed cum aliud eſſe jus dixerimus 51 inſulæ, aliud vero 52 alluvionis, frequens hinc controverſia oritur, 53 utro nomine cenſendum ſit, quod, 54 cum emineat nonnihil, cum proximis prædiis ita cohæret, ut tamen interjecta planities aquis ſuperfundatur: quod paſſim apud nos ob locorum inæqualitatem videmus accidere. Mores hic variant. In Gelria prædiis accedit, 55 addita occupatione, id quod plauſtro onerato adiri poteſt: in agro Putteno x id quo 56 pedes gladium exſertum tenens poteſt pertingere. Maxime naturale eſt, ut 57 diſcretum videatur id qua majori temporis parte navigio tranſiri ſolet.

XV. 1. Nec minus trita uſu quæſtio eſt inter principem qui jure

GROTII.

x *Id quo pedes gladium exſertum tenens poteſt pertingere*] Ex vetuſtiſſimo Germanicarum gentium more. *Paulus Warnafredi* de Authari rege Langobardorum: *Uſque ad eam* (columnam in mari) *equo ſedens acceſſit Autharis, eamque de haſtæ ſuæ cuſpide tetigit, dicens, uſque hic erunt Langobardorum fines.* Similem hiſtoriam habes de lancea, qua in mare jacta Otto Imperator fines imperii in freto Baltico deſignare ſe dixit, apud *Saxonem* libro x. & alios.

GRONOVII.

46 *Literis mancipationum*] Pagtbrieven.

47 *Libris cenſualibus*] Landtſ-rekeningen.

48 *De relicta*] Si ripam alterius lateris promoveat amnis, & in illud inclinans ſuffoſſo ibi adjectoque ſibi ſpatio terrarum, contrariam ripam in parte nudaverit, ibique aridam auxerit.

49 *Jus populi habente*] Magiſtratu vel principe.

50 *Qua talem*] Non præciſe limitatum, ubi nunc incipit flumen, ſed quatenus eum agrum pertinere ad flumen patitur.

51 *Inſulæ*] N. 9.

52 *Alluvionis*] Num. 11.

53 *Utro nomine*] Inſulæne, an alluvionis.

54 *Cum emineat*] Ubi pars ſicca & ſuperans aquam brevi velut valle merſa interciditur ab adjacente fundo.

55 *Addita occupatione id*] Si per interfluentem licet aquam plauſtrum oneratum poſſit adigi, & id occupetur a poſſeſſore.

56 *Pedes gladium*] Quod ſtans pedibus in ſuo poſſeſſor enſe protento poteſt attingere.

57 *Diſcretum*] Non vacuum, neque occupationi patens, ſed publicum ubi vallis illa ita cava eſt, ut plerumque navigia tranſmittat.

58 Summ

jure populi utitur, & ejus vaſallos qui imperium [58] ſummo minus acceperunt. In imperii ſola conceſſione fluvialia incrementa non ineſſe ſatis apertum eſt. Sed notandum eſt, horum vaſallorum nonnullos cum illo definito imperio ſimul accepiſſe [59] agrorum univerſitatem, ſalvo eo quod privatis competit, puta quod ager is olim populi aut principis fuerit, aut [60] a principe ſiccatus. Et hoc caſu dubium non eſt, quin vaſalli jus habeant quod populi aut principis fuit. Ac ſic videmus in Zelandia vaſallos, etiam qui [61] de civilibus tantum judices dant, pro tota agrorum univerſitate tributum pendere: cujus partem a ſingulis pro privatarum poſſeſſionum modo [62] ferunt. Et his de alluvionibus non movetur controverſia.

Sunt quibus flumen ipſum datum eſt, qui proinde inſulas ſive limo aggeſtas, ſive factas ex alveo quem amnis circumluit, ſuas recte dicunt.

2. Sunt alii, in quorum inveſtitura nec hoc nec illud comprehenſum eſt, & horum [63] adverſus fiſcum mala cauſa eſt, niſi aut mos regionis illis faveat, aut longi ſatis ſerie temporis poſſeſſio, accedentibus quæ oportet, jus pepererit.

Quod ſi non imperium, ſed ager in feudum datus ſit, videndum quæ ſit agri natura, ut ſupra diximus. Nam is ſi eſt arcifinius, alluvio feudo comprehenſa cenſebitur, non ex jure peculiari principis, ſed ex agri qualitate: nam & * uſufructuario tali caſu alluvio prodeſſet.

* *L. 9. item ſi fundi §. 4. huic vicino. D. De uſufr.*

XVI. Solent (hh) Romani, ut jus, quo utuntur ipſi, probent eſſe naturale, tritum illud pronuntiatum afferre: Secundum naturam eſt, ut cujuſque rei [64] eum ſequantur commoda, quem ſequuntur incommoda: quare cum amnis de agro meo ſæpe partem deterat, æquum eſſe ut [65] ejus beneficio utar. Sed ea regula locum non habet, niſi ubi ex re noſtra commoda exiſtunt: at hic exiſtunt e flumine quod [66] alienum eſt. Quod autem perit, domino perire, id vero naturale eſt. Denique non eſſe univerſale quod adferunt, ipſa oſtendit admiſſa ab ipſis agrorum limitatorum exceptio:

GRONOVII.

58 *Summo minus*] Puta creationem magiſtratus oppidani vel vicani, jus patronatus eccleſiæ, jus capitalis ſupplicii.

59 *Agrorum univerſitatem*] Dominium majus, ſive jus regium in univerſos fundos, ita tamen, ut dominium inferius quiſque in ſuam partem privatus obtineat.

60 *A principe ſiccatus*] Principis cura & ſumtu, aqua inde molibus expulſa aut foſſis deducta.

61 *De civilibus*] Criminalibus, ſcilicet, principi vel reipublicæ reſervatis.

62 *Ferunt*] Ipſi exigunt.

63 *Cauſa adverſus fiſcum*] Hi non poſſunt illa incrementa ſibi vindicare neque impedire, quo minus ea fiſcus auferat.

64 *Eum ſequantur commoda*] L. 10. D. *de rer. jur.*

65 *Ejus beneficio*] Partem eam nanciſcar & habeam pro mea, quam adjicit.

66 *Alienum*] Populi nimirum vel principis.

(hh) Non ipſi JCti Veteres, ſed recentiores Interpretes. Nam Romani eo principio nitebantur, quòd Alveus pars Ripæ cenſeatur. *J. B.*



Digitized by Google

exceptio: ut jam omittam ita plerumque evenire, ut alios flumen ditet, alios pauperet. Lucanus:

*Pharſal. VI, 277.*

*Illa terra fugit dominos, his rura colonis*
*Accedunt donante Pado* ——————

*L. 38. D. De adq. rer. dom.* XVII. Sed & quod ajunt 67 viam publicam non intercedere alluvioni, rationem naturalem nullam habet; niſi 68 ager privatus ſit qui viam debeat.

XVIII. Eſt & acquirendi modus, inter eos qui juris gentium vocantur, per genituram animantium. qua in re y quod a Romanis & aliis quibuſdam gentibus eſt ſtatutum, ut partus 69 ventrem ſequatur, non eſt naturale, 70 ut ſupra diximus, niſi quatenus plerumque pater ignoratur. At ſi probabili ratione de eo conſtaret, cur non partus ex parte ad eum pertineat nihil poteſt aſſerri. Nam & patris partem eſſe quod naſcitur certum eſt. Pluſne vero de patre, an de matre habeat, inter Phyſicos diſputatur. Plutarchus ea de re ſic diſſerit: ἡ φύσις μίγνυσι διὰ τῶν σωμάτων ἡμᾶς, ἵν' ἐξ ἑκατέρων μέρος λαβοῦσα καὶ συγχέασα, κοινὸν ἀμφοτέροις ἀποδῷ τὸ γενόμενον. ὥστε μηδέτερον διορίσαι, μηδὲ διακρῖναι τὸ ἴδιον, ἢ τὸ ἀλλότριον· *Natura ſexuum corpora miſcet, ut ita de utroque parte ſumta confundat, & z commune utriſque reddit quod naſcitur, ita ut neuter poſſit, quid ſuum ſit, quid alienum, diſcernere.* Et hoc ſecutæ ſunt veteres Francorum & Langobardorum leges.

*Conjug. præcept. p. 140. E. Tom. II. Ed. Wech.*

XIX. 1. Si 71 ex aliena materia ſpeciem quis feciſſet, 72 Sabiniani dominium ejus eſſe volebant, qui materiæ fuiſſet dominus; Proculus ejus, qui ſpeciem feciſſet, quia per eum eſſe cœpiſſet quod ante non exiſteret: arrepta tandem eſt media ſententia, ut 73 ſi reverti ad priorem ſpeciem materia poſſet, materiæ dominus rem haberet; ſi non poſſet, tum is haberet qui ſpeciei eſſet auctor. Quod ipſum 74 improbat Connanus, & hoc unum videri

*L. III. c. 6.*

GROTII.

y *Quod a Romanis*] Cum quibus conſentit c. 31. Caroli Calvi edicto Piſtenſi. De aliorum circa hanc rem legibus vide quæ ſupra in textu & notis c. v. hujus libri §. 29.

z *Commune utriſque reddat*] Vide appoſitum ad hanc rem locum Galeni II. de ſemine, & quæ ibi ex Athenæo. *Chryſoſtomus* ad v. Epheſiorum: μιγέντων τῶν σπερμάτων τίκτεται ὁ παῖς· *mixta genitura fœtus oritur.*

GRONOVII.

67 *Viam publicam*] Si meum inter agrum & fluvium interjaceat via publica, tamen meum fieri, quod alluvio adjecit.

68 *Ager privatus*] Niſi domino agri viæ iſtius muniendæ & reficiendæ munus incumbat.

69 *Ventrem ſequatur*] Sit ejus, cujus eſt armentum, vel pecus pariens, ſi ſit alterius, quod gignit. l. 5. §. 2. D. de R. V.

70 *Ut ſupra*] 2, 5. 29.

71 *Ex aliena materia*] §. 25. Inſtit. de R. D.

72 *Sabiniani*] Maſſurii Sabini JC. ſectatores. l. 2 §. 47. *de orig. jur.* ubi & de Proculi ſchola.

73 *Si reverti*] Si diſſoluto opere, quod factum eſt, conſtet priſtina ſubſtantia partibus.

74 *Improbat Connanus*] Vide *Vinn.* ad §. 25. Inſtit. de R. D.

75 De

Digitized by Google

ri vult, pluſne ſit pretii in opere an in materia, ut quod pluris eſt id prævalentia ſua quod minus eſt ad ſe trahat, argumento eorum quæ a Romanis quoque juriſconſultis 75 de acceſſione tradita ſunt.

2. At ſi naturalem veritatem reſpicimus, ſicut 76 confuſis materiis communionem induci pro rata ejus quod quiſque habeat, Romanis quoque juriſconſultis placuit, quia res alium exitum naturaliter reperire non poterat; ita cum res conſtent materia & ſpecie tanquam ſuis partibus, ſi alterius ſit materia, alterius ſpecies, ſequitur naturaliter rem communem fieri pro rata ejus quanti unumquodque eſt. Species enim pars eſt ſubſtantiæ, non ſubſtantia tota: quod Ulpianus vidit, * cum dixit mutata forma 77 prope interemtam ſubſtantiam.

XX. Ut autem qui mala fide materiam alienam attrectant, † ſpeciem perdant, eſt quidem non inique conſtitutum, ſed pœnale, atque ideo non naturale. 78 Natura enim pœnas non determinat, 79 nec ob delictum per ſe dominia aufert, quanquam naturaliter pœna aliqua digni ſunt, qui delinquunt.

XXI. Ut vero rei majori acquiratur res minor, quo fundamento Connanus nititur, naturale eſt facti, non juris. atque ideo qui fundi pro viceſima parte eſt dominus, tam manet dominus quam qui partes habet novendecim. Quare quod de 80 acceſſione ob prævalentiam aut certis in caſibus lex Romana conſtituit, aut in aliis etiam conſtitui poteſt, id naturale non eſt, ſed civile, ad commodius tranſigenda negotia; natura tamen non repugnante, quia lex dandi dominii jus habet. Vix autem ulla eſt tractatio juris in qua tot diſcrepantes (ii) ſint juriſconſultorum ſententiæ & errores. Nam quis concedat, ſi æs & aurum mixtum fuerit, alterum ab altero diduci non poſſe, * quod ſcripſit Ulpianus; aut ferruminatione confuſionem fieri, 81 † quod Paulus; aut 82 aliam eſſe ſcripturæ, *a* aliam picturæ rationem, ut huic tabula cedat, illa tabulæ?

XXII. Plan-

* *L. 9. Julianus. §. 2. ſed ſi quis. D. ad exhib.*

† *L. 12. de eo exhibendo. §. 3. ſi quis. D. ad exhib.*

* *L. Idem, 5. §. 1. D. de rei vind.*

† *L. ſi rem, 23. § idem, 5. de eod.*

*a Inſtit. de rer. div. §. litteræ, 33. & §. ſi quis, 34.*

GRONOVII.

75 *De acceſſione*] §. 26. Si quis alienam purpuram veſtimento ſuo intexuerit, aut emblema addiderit poculo.

76 *Confuſis materiis*] §. 27. Si qui vina ſua confuderint, aut maſſas auri vel argenti conflaverint.

77 *Prope*] Non omnino.

78 *Natura pœnas non determinat*] Sed mos aut lex humana.

79 *Nec ob delictum*] 2, 1. 9.

80 *Acceſſione ob prævalentiam*] In quibus mea res, quia longe præſtat, alienam trahit. l. 23. §. 4. *de R. V.*

81 *L. ſi rem*] 23.

82 *Aliam eſſe ſcripturæ, aliam picturæ*] Hoc contra ſententiam Pauli l. 23. §. 3. D. *de R. V.*

(ii) Nec mirum: quum in toto iſto jure Acceſſionis Veteres nullo principio certo & ſolido niterentur. Vera, & ex ipſâ naturali ratione petita, nobis videmur poſuiſſe, in Notis ad PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 7. alterius Editionis: præſertim vero ad Compendium *De Officio Hom. & Civis*, Lib. I. Cap. 12. §. 7. *Not.* 4. tertiæ & quartæ Edd. *J. B.*



Digitized by Google

XXII. Plantata & conſita [83] ut ſolo cedant, ſimiliter eſt juris † conſtituti, cujus ratio eſt quod iſta ſolo alantur. Nam ideo & de arbore diſtinguitur, an radices egerit. Atqui alimentum rei jam ante exiſtentis [84] partem duntaxat facit: atque ideo ſicut ex alimento jus quoddam in rem ſoli domino naſcitur; ita domino ſeminis, plantæ, aut arboris jus ſuum naturaliter certe ob id non perit. Quare & hic communio locum habebit: nec minus in ædificio, cujus [85] partes ſunt ſolum & ſuperficies: † nam ſi mobile ſit, nullum in eo jus habebit ſoli dominus, quod & Scævolæ placuit.

XXIII. [86] Bonæ fidei poſſeſſor ut fructus omnes ex re ſuos * faciat quos percepit, naturale itidem non eſt, ſed hoc tantum ut jus habeat, impendia in rem facta & operam utilem imputandi, ac pro iis deducendi fructus perceptos; [a] imo & exſtantes, ſi aliter non fiat ei reſtitutio, retinendi.

XXIV. Atque idem dicendum videtur (kk) de malæ fidei poſſeſſore, ubi lex pœnalis non intercedit. *a Benignius eſt*, ait Paulus juriſconſultus, *etiam in prædonis perſona haberi rationem impenſarum; non enim debet petitor ex aliena jactura lucrum facere.*

XXV. Ultimus acquirendi modus qui juris gentium dicitur, eſt per traditionem. Atqui [87] ſupra diximus, ad dominii tranſlationem [b] naturaliter traditionem non requiri; quod & ipſi Juriſconſulti in quibuſdam caſibus agnoſcunt, *b* ut in re donata uſufructu retento, *c* aut in eum collata qui poſſideat, *d* aut commodatam ſervet; in [88] jactis miſſilibus: imo etiam ante adeptam poſſeſſionem nonnullis caſibus nunc quoque tranſit dominium, ut *e* hereditatis, *f* legatorum, *g* rei donatæ eccleſiis & piis locis, aut civitatibus, aut *h* cauſa alimentorum, *i* bonorum quorum univerſalis ſocietas contracta eſt.

XXVI. Hæc ideo annotavimus, ne quis repertâ juris gentium voce apud Romani juris auctores ſtatim id jus intelligat quod mutari

† *L. Titius*, 60. *D. de acquir. rer. dom.*
* *L. Sed & ſi*, 25. §. *conſuluit.* 11. *D. de petit. hered.*
a *L. Plane*, 38. *D. de hered. pet.*
b *L. Quiſq.* 28. *C. de don.*
c *L.* 21. §. 1. *D. de acq. rer. dom.*
d §. 44. *I. de rer. div.*
e *L. Cum heredes.* 23. *D. de acq. poſſ.*
f *L. a Titio. D. de furtis*: 64.
g *L. ut inter.* 23. *C. de SS. Eccl.*
h *L. Si doceas.* 1. *C. de don. quæ ſub modo.*
i *L.* 1. §. 1. *& l.* 2. *D. pro ſocio.*

GROTII.

a *Imo & exſtantes, ſi aliter non fiat ei reſtitutio, retinendi*] Vide hac de re Speculum Saxonicum, in quo multa æquitatis pleniſſima. 11, 46.

b *Naturaliter traditionem non requiri*] Non ſane. Vide legem Wiſigotthicam lib. v. tit. 11. c. 6. *Tum videtur vera eſſe traditio, quando jam apud illam ſcriptura donationis habetur.* Et apud veteres Romanos res mancipi alienabantur plene per æs & libram. Vide *Varronem* lib. VI. de Lingua Latina (*pag.* 82.): *Feſtum Pompejum* in voce Rhodus: *Ulpianum* inſtitutionum tit. XIX. *Boëthium* ad Topica Ciceronis.

GRONOVII.

83 *Ut ſolo cedant*] §. 31. Inſtit. *de R. D.*

84 *Partem duntaxat*] Non ſc. ipſum totum.

85 *Partes ſunt ſolum*] L. 49. D. *de R. V. Solum partem eſſe ædium exiſtimo.*

86 *Bonæ fidei poſſeſſor*] Qui rem alienam imprudens & ſine dolo malo tenet. §. 35. inſtit. *de R. D.*

87 *Supra diximus*] 2, 6. 1.

88. *Jactis miſſilibus*] 3, 6. 22. §. 45. Inſtit. de R. D.

(kk) Non mihi videtur. Sed de eo dicemus, Deo dante, in Notis Gallicis ad hunc locum. J. B.



Digitized by Google

tari non poſſit: ſed diligenter diſtinguat naturalia præcepta ab his quæ pro certo ſtatu ſunt naturalia; & jura multis populis ſeorſim communia, ab his quæ ſocietatis humanæ vinculum continent. Cæterum illud ſciendum eſt, ſi hoc jure gentium improprie dicto, aut unius etiam populi lege introductus ſit modus acquirendi, ſine diſcrimine civis & peregrini, jam inde quoque exteris jus naſci: & ſi juris conſecutio impediatur, injuriam etiam talem quæ juſtam belli cauſam præbere poſſit.

## CAPUT IX.

### Quando imperia vel dominia deſinant.

I. *Dominium & imperium tolli ſublato eo qui jus habuit, nec exiſtente ſucceſſore:*
II. *Sic & jus familiæ extincta familia:*
III. *Sic & populi, ſi populus eſſe deſinat:*
IV. *Quod fit, ſublatis partibus neceſſariis:*
V. *Sublato corpore toto populi:*
VI. *Sublata forma, qua eſt populus:*
VII. *Non etiam migratione:*
VIII. *Aut mutato regimine: ubi de loco qui debeatur novo regi aut populo liberato.*
IX. *Quid ſi populi uniantur?*
X. *Quid ſi dividatur populus?*
XI. *Cujus nunc ſint quæ Romani imperii fuerunt, nec alienata apparent.*
XII. *De jure heredum.*
XIII. *De jure victoris.*

I. QUomodo primitus acquirantur, & quomodo tranſeant tum dominia privata, tum imperia, ſatis diximus: quomodo deſinant, videamus. Et quidem derelictione deſinere obiter 1 ſupra demonſtratum eſt, quia voluntate ceſſante non manet dominium. Eſt & alius deſinendi modus, 2 ſublato ſubjecto (aa) in quo eſt imperium vel dominium, ante alienationem ſcilicet 3 vel expreſſam vel tacitam, qualis eſt in ſucceſſionibus ab inteſtato. Quare ſi qua perſona, nulla edita voluntatis ſignificatione, nullo conſanguineo relicto, moriatur, omne jus quod habet interit, ac proinde ſervi (niſi 4 lex humana impediat) erunt liberi: populi qui in ditione ejus fuerant ſui juris fient; quia 5 non ſunt hæc ſui natura

GRONOVII.

1 *Supra demonſtratum*] 2, 6. 2.

2 *Sublato ſubjecto*] Corpore, homine, perſona.

3 *Vel expreſſam*] Teſtamento vel ſcripto vel nuncupato.

4 *Lex humana*] Ut quæ faciebat eos caducos aut fiſco adjudicabat.

5 *Non ſunt hæc*] Servi dominio heri, populi principis imperio, ſine ullo herede morientium, ſoluti, non ſunt in numero rerum vacuarum & occupanti conceſſarum, niſi ultro ſe tradant in alterius poteſtatem.

(aa) Confer PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 6. §. 14. Lib. VI. Cap. 3. §. 11. & Lib. VIII. Cap. 11. §. 1. *J. B.*



Digitized by Google

tura occupabilia: niſi libertatem ſuam ultro deſerant. res autem aliæ fient occupantis.

* De pace, p. 183. D. Ed. H. Steph.
† L. rerum, 30. D. De uſurp. & uſuc.

II. Idem dicendum a 6 ſi familia defecerit, quæ jus aliquod habebat.

III. 1. Idem, ſi populus. Dixit * Iſocrates, & poſt eum (bb) Julianus imperator, civitates eſſe immortales, 7 id eſt, eſſe poſſe, quia ſcilicet populus eſt ex eo † corporum genere, 8 quod b ex diſtantibus

GROTII.

a *Si familia defecerit*] Ut Danica olim. *Crantz.* Vand. VIII, 23. Rugia. *Crantzius* idem Vand. VIII, 12. Pelaſgorum & Theſſalorum. *Gregoras* lib. VII. Uſumcaſſanidarum in Perſide *Leunclavius* XVI. Adde *Leonem* lib. II. Africanorum de Tarodento: & ſi vis, *Erneſtum Cothmannum* conſ. XLI. num. 1. & ſequentibus.

b *Ex diſtantibus*] Seneca epiſtola CII. *quædam continua eſſe corpora, ut hominem: quædam compoſita, ut navem, domum, omnia denique quorum partes diverſa junctura in unum ſunt coactæ: quædam ex diſtantibus, quorum adhuc membra ſeparata ſunt, tanquam exercitus, populus, ſenatus.* Sumta hæc ex *Achille Tatio*, cujus ad Aratum hæc ſunt verba, (*Cap.* 14. *Ed. Petav.*) ex *Canone* illo cujus repertum eſt coma Berenices: παρετήρησε δὲ Κόνων ὁ μαθηματικὸς, σώματα λέγεσθαι ὅσα ὑπὸ μιᾶς ἕξεως ἡνωμένα κρατεῖται, οἷον λίθος, ξύλον. ἔστι δὲ ἕξις πνεῦμα σώματος συνεκτικόν. συνημμένα δὲ ὅσα οὐχ' ὑπὸ μιᾶς ἕξεως δέδεται, ὡς πλοῖον, καὶ οἰκία. τὸ μὲν γὰρ ἐκ πολλῶν σανίδων, ἡ δὲ ἐκ πολλῶν λίθων σύγκειται. διεστῶτα δὲ, ὡς χορός. τῶν δὲ τοιούτων διτταὶ αἱ διαφοραί. τὰ μὲν γὰρ ἐξ ὡρισμένων σωμάτων καὶ ἀριθμῷ ληπτῶν, ὡς χορός. τὰ δὲ ἐξ ἀορίστων, ὡς ὄχλος. *Obſervavit mathematicus Conon, corpora dici quæ uno tenore unum fiunt. Eſt autem tenor ſpiritus corpus continens. Connexa vero, quæ non uno tenore juncta ſunt, ut navis, ut domus: nam & illa ex multis eſt tabulis, & hæc ex lapidibus multis: diſtantia ut chorus: ſed & hæc duum generum inter ſe differentium. Sunt enim alia ex corporibus definitis & quæ numerum habent cognitu facilem, ut chorus: alia ex infinitis, ut populus.* Apparet hinc ſumta quæ habet *Pomponius* L. rerum. 30. de uſurp. & uſucap. & quod *Paulus* dicit ſtatuam uno ſpiritu contineri l. in rem. *De rei vind.* 23. §. item. 5. ubi ſimiliter diſtinguit inter corpora cohærentia & quæ ſunt ex diſtantibus. Uſi & alii. *Philo* de mundo (*Pag.* 1154. E.): ἕξις ἐστὶ πνεῦμα ἀναστρέφον ἐφ' ἑαυτῷ· *tenor eſt ſpiritus in ſemet ſe revolvens*, &c. item: ἕξις ἐστὶ πνευματικὸς τόνος, δεσμὸς οὐκ ἄρρηκτος· ἀλλὰ μόνον δυσδιάλυτος· *Tenor eſt ſpiritualis continentia, vinculum non inſolubile, ſed ſolutu difficile.* (Pag. 1169. A.) Vide & *Boëthium* 1. arithmeticorum: & nota cum de populo ἕξιν aut ſpiritum dicimus, non ſumere nos vocem in ſuo rigore, ut *Conon* fecit, ſed ἀναλογικῶς, comparatione quadam, quali utimur etiam cum populum corpus appellamus. Spiritum hunc rei ſpeciem vocat *Alfenus* in l. proponebatur. 76. D. de judiciis.

GRONOVII.

6 *Si familia*] H. l. 2, 24. p. 434. Ἀνὴρ μὲν γὰρ ἀσεβὴς καὶ πονηρὸς τυχὸν ἂν φθάσειε τελευτῆσαι πρὶν δοῦναι δίκην τῶν ἡμαρτημένων. αἱ δὲ πόλεις διὰ τὴν ἀθανασίαν ὑπομένουσι καὶ τὰς παρὰ ἀνθρώπων καὶ τὰς παρὰ θεῶν τιμωρίας. [Verba ſunt *Iſocratis*, loco in margine indicato, ad num. ſequ. quo iſta referuntur. Quem autem Auctorem Vir Doctiſſimus initio iſtius Notæ deſignare voluerit, divinare nequeo. *J. B.*]

7 *Id eſt, eſſe poſſe*] Spe & propagatione. *Liv.* 28, 28. *Tac.* 3, 6.

8 *Quod ex diſtantibus*] Quod multa corpora uno vocabulo complectitur. l. 22. §. 5. D. *de R. V.* l. 30. princ. *de Uſurpationibus. Ariſtot.* 1. Pol. 3. ὅσα γὰρ ἐκ πλειόνων συνέστηκε καὶ γίνεται ἕν τι κοινὸν, εἴτε ἐκ συνεχῶν εἴτε ἐκ διῃρημένων.

(bb) Locus eſt in Epiſtola *pro Argivis*: Τὰς πόλεις δὲ ἀθανάτους οὔσας &c. Pag. 411. B. Ed. Spanh. *J. B.*

diſtantibus conſtat, unique nomini ſubjectum eſt, quod habet ἕξιν μίαν, ut * Plutarchus; ſpiritum unum, ut Paulus † Juris-conſultus loquitur. [c] Is autem ſpiritus, ſive ἕξις, in populo eſt [9] vitæ civilis conſociatio plena atque [10] perfecta, [11] cujus prima productio eſt ſummum imperium, vinculum per quod reſpublica cohæret, ſpiritus vitalis quem tot millia trahunt, ut [a] Seneca loquitur. Plane autem corpora hæc artificialia inſtar habent corporis naturalis. Corpus naturale idem eſſe non deſinit, [d] particulis paulatim commutatis, una manente ſpecie, ut [b] Alphenus ex philoſophis diſſerit.

* De anim. procr. p. 1025. C.
† L. 23. §. 5. D. De rei vind.
a Sen. lib. 1. De clem. c. 4.
b L. 76. De judiciis.

2. Atque ideo commode interpretandum, quod ait Seneca, Epiſt. 58. [12] neminem noſtrum eundem eſſe in ſenectute, qui fuit juvenis, ut [13] de materia ſola intelligatur; [e] quomodo Heraclitus dixerat, citante

### Grotii.

c *Is autem ſpiritus, ſive ἕξις, in populo*] Ἡ πολιτεία, βίος πόλεως. Ariſtoteles Polit. IV, 11.

d *Particulis paulatim commutatis*] Exemplum in navi dat *Alfenus* dicto jam loco. & *Ulpianus* in l. quid tamen. 10. D. quibus modis uſusfructus amittatur. Navem eandem eſſe ajunt, ſi per partes refecta ſit. Aliud ſi diſſoluta & recompoſita. l. qui res. 98. §. aream. 8. D. de ſolutionibus. *Plutarchus* Theſeo: τὸ δὲ πλοῖον ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἔπλευσε καὶ πάλιν ἐσώθη, τὴν τριηκόντορον, ἄχρι τῶν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ξύλων ὑφαιροῦντες, ἄλλα δὲ ἐμβάλλοντες ἰσχυρὰ, καὶ συμπηγνύντες, οὕτως ὥστε καὶ τοῖς φιλοσόφοις εἰς τὸν αὐξόμενον [legendum αὐξομένων, ut habet Ms.] λόγον ἀμφιδοξούμενον παράδειγμα τὸ πλοῖον εἶναι, τῶν μὲν ὡς τὸ αὐτὸ, τῶν δὲ ὡς οὐ τὸ αὐτὸ διαμένει, λεγόντων. *Navem autem in qua cum delecta juventute navigavit ſalvusque rediit Theſeus, triginta aptam remis conſervarunt Athenienſes ad uſque tempora Demetrii Phalerenſis, ſubtrahendo ligna vetuſtate carioſa, ſubjiciendo alia, ita ut cohærerent, unde & exemplum hac navis facta eſt philoſophis diſputantibus de ea quæſtione quæ de augeſcentibus dicitur, in qua hanc navem ad ultima tempora eandem fuiſſe affirmant hi, illi negant.* (Pag. 10. C.) In hac controverſia a philoſophis decertata prudenter Juriſconſulti ajentem partem prætulere. Et *Tertullianus* juris valde peritus libro de Reſurrectione carnis (*Cap.* 60.): *Navem procella diſſipatam vel carie diſſolutam, redactis & recuratis omnibus membris, eandem ſæpe conſpeximus, etiam titulo reſtitutionis glorianten.* Intellige manente carina, quomodo vox *reſoluta* [Immo *diſſoluta*] etiam ſumenda in *Pauli* verbis l. inter ſtipulantem. 73. §. ſacram. 5. D. de verb. oblig. Idque & apud *Tertullianum* præcedentia, & apud *Paulum* ſequentia evincunt. *Philo* de mundo: οὐ γὰρ δήπουθεν οὗ πάντα τὰ μέρη φθείρεται, φθαρτόν ἐστιν ἐκεῖνο, ἀλλ' οὗ πάντα τὰ μέρη ἅμα καὶ ἐν ταὐτῷ ἀθρόα κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον. *Non cujus partes pereunt utique interitui obnoxium eſt, ſed cujus omnes partes ſimul & eodem tempore pereunt.* (Pag. 1171. E.)

e *Quomodo Heraclitus*] Et *Epicharmus* apud *Diogenem Laertium.* (*Lib.* III. §. 11.)

### Gronovii.

9 *Vitæ civilis conſociatio*] Alia enim domeſticæ.

10 *Perfecta*] I, I. 14.

11 *Cujus prima productio*] Ex quo ante omnia exiſtit.

12 *Neminem noſtrum eundem*] Sic & *Pythagoras* apud *Ovidium* 15. Met. 214. *Noſtra quoque ipſorum ſemper requieque ſine ulla Corpora vertuntur, nec quod fuimusve ſumusve Cras erimus. Fuit illa dies, qua ſemina tantum Spesque hominum prima materno habitavimus alvo. Artifices natura manus admovit.* &c.

13 *De materia ſola*] Non etiam de forma, quæ tamen dat eſſe rei.



Digitized by Google

*Pag.402. A. T. I. Ed. Steph. III.pol. 3.* citante Platone * in Cratylo, & Seneca dicto loco, [14] in idem flumen bis nos non deſcendere: quod recte ſic corrigit Seneca: *Manet idem fluminis nomen, aqua tranſmiſſa eſt.* Sicut & Ariſtoteles flumen populo comparans dixit, flumina eadem vocari quanquam alia ſubeat ſemper aqua, alia decedat. Neque vero manet nomen inane. ſed & ἕξις illa, quam Conon definit [15] ἕξιν σώματος συνεκτικὴν, [16] Philo πνευματικὸν συνέχον, Latini quoque [17] ſpiritum vocant. Sic ergo populus, Auctore Alpheno & Plutarcho de ſera numinis vindicta, [18] idem hoc tempore putatur qui abhinc centum annis fuit, cum ex illis nemo nunc vivit: μέχρις ἂν ἡ ποιοῦσα καὶ συνδέουσα ταῖς ἐπιπλοκαῖς κοινωνία τὴν ἑνότητα διαφυλάττῃ. *quamdiu illa, quæ populum facit & mutuis nexibus vincit, communio jus unitatis ſuæ ſervat*; quæ ejuſdem Plutarchi in hac re verba ſunt. Et hinc ortus mos loquendi, ut populum qui nunc eſt alloquentes, ei tribuamus quæ eidem populo ante multa ſæcula acciderunt, ut videre eſt tum apud hiſtoricos, tum & [f] in libris ſacris, ut Marci X, 3. Joh. VI, 32. VII, 19. 22. Actor. VII, 38. Sic apud Tacitum Antonius Primus [19] Veſpaſiano militans milites [20] Tertianos veterum admonet, *ut ſub* [21] *M. Antonio Parthos,* [22] *ſub Corbulone Armenios repuliſſent.*

(*Pag. 559. A. T. II. Ed. Wech.* — *Hiſt. l. III. c. 24.*)

3. Ex odio itaque, non ex vero apud eundem [23] Tacitum Piſo [g] negat Athenienſes ſui temporis eſſe Athenienſes, quippe tot cladibus extinctos, ſed illuviem nationum. Nam [24] externa illa acceſſio de dignitate forte aliquid detraxerat, populum alium non fecerat. Nec id is ipſe ignoravit, cum illis ipſis ſui temporis Athenienſibus objectaret vetera, quæ [25] in Macedonas improſpere, violenter [26] in ſuos feciſſent. At ſicut particularum mutatio non efficit ut populus eſſe deſinat qui fuit, nec per annos quidem mille

GROTII.

f *In libris ſacris*] Adde *Matth.* XXIII, 35. *Act.* III, 22.

g *Negat Athenienſes ſui temporis eſſe Athenienſes*] Contra de iiſdem Athenienſibus *Julianus* Miſopogone. [Nil de *Athenienſibus* in Libro illo, qui adverſus *Antiochenſes* ſcriptus eſt. In animo forte habuit Auctor, quæ *Julianus* dicit in *Epiſt. ad Athenienſes*, ab initio, *pag.* 268, 269. Ed. Spanhem. *J. B.*]

GRONOVII.

14 *In idem flumen*] *Ovid.* d. l. v. 180. *Ut unda impellitur unda, Urgeturque eadem veniens urgetque priorem.*

15 Ἕξιν σώματος] Habitum qui corpus continet. Ἕξις *Galeno* definitur πνεῦμα συνέχον καὶ συγκρατοῦν τὰ μέρη.

16 *Philo*] *De mundo.*

17 *Spiritum*] D. l. 30. D. *de uſurp.*

18 *Idem hoc tempore*] Auctor ad 1 *Petri* III, 20.

19 *Veſpaſiano*] A. V. C. 812.

20 *Tertianos*] Tertiæ legionis.

21 *Marco Antonio*] Triumviro R. C. per P. Ventidium Baſſum legatum ejus A. V. C. 714.

22 *Sub Corbulone*] Neronis legato A. V. C. 816.

23 *Tacitum*] 2. Ann. 55.

24 *Externa illa acceſſio*] Quod multi peregrini in civitatem confluxiſſent, vixque ſupereſſent illi αὐτόχθονες.

25 *In Macedonas*] Prælio maximo ad Chæronean.

26 *In ſuos*] Miltiadem, Themiſtoclem, Ariſtidem, Socratem, Phocionem.

h *Fel*

le & amplius, ita fieri poſſe ut intereat populus negari non poteſt. Fit autem hoc dupliciter, interitu corporis, aut interitu ſpeciei ſive ſpiritus quem dixi.

IV. Corpus interit, [h] vel ſublatis [27] ſimul partibus ſine quibus corpus ſubſiſtere nequit, vel ſublata corporis ratione. Ad priorem modum refer populos mari abreptos, ut Atlanticæ populos, teſte * Platone, [i] & alios quorum † Tertullianus meminit, item eos quos terræ motus hauſit penitus, aut chaſma, quorum exempla ſunt apud [a] Senecam & [b] Ammianum Marcellinum, & alibi: & qui ſponte internecioni ſe dederunt, ut [c] Sidonii & [d] Saguntini. Ex antiquo Latio LIII. populos ſine veſtigiis interiiſſe, ait Plinius. [e] Quid ſi ex tali populo tam pauci ſuperſint, qui populum facere nequeant? jam poterit in illis ſubſiſtere dominium quod populus habet [28] ad modum privatorum: non ſiquid populo ut populo competit: quod & [f] de collegio ſentiendum eſt.

V. Corporis ratio tollitur, ſi cives aut ſponte ob peſtilentiam aut ſeditionem a ſocietate diſcedant, [k] aut vi [29] ita diſtrahantur ut coire non poſſint, quod bellis accidit interdum.

VI. Species interit, ſublata [g] aut omni aut perfecta juris communitate, ſive ſinguli perſonalem quoque ſervitutem ſubeant, ut [30] Mycenæi ab Argivis, [31] Olynthii a Philippo, [32] Thebani ab Alexandro venditi, [33] Brutii a Romanis publicis ſervitiis mancipati, ſive ea retenta imperio exuantur. Sic de [h] Capua narrat Livius placuiſſe Romanis, ut tanquam urbs habitaretur; [34] corpus nullum

* Pag. 25. C. Tom. III.
† L. de Pallio, p. 39. Ed. Salmas.
a Ep. 92.
b Lib. XVII. c. 7.
c Diod. XVI. Bibl. c. 45.
d Hiſt. Nat. III, 5.
e Livius, XXI, 14.
f L. 7. §. ult. D. quod cujusque univ. n. L. 12. §. 3. D. de capt.
g Ariſt. Polit. III, 2.
h Lib. XXVI. c. 16.

**GROTII.**

h *Vel ſublatis partibus ſine quibus corpus conſiſtere nequit, vel ſublata corporis ratione*] Servius in Fuldenſibus excerptis ad I. Æneidos: *Duobus generibus deletur exercitus, aut internecione, aut diſperſione.* (Ad vers. 70.)

i *Et alios quorum Tertullianus meminit*] Myunta apud *Vitruvium* (*De Architect.* IV, 1.): Helicen & Burin apud *Pauſaniam* (VII, 25.), *Strabonem* (*Geogr.* I. p. 59.), *Senecam* naturalium quæſtionum libro VI. c. 23. & 31. & in Anthologia.

k *Aut vi ita diſtrahantur*] Philo dicto jam libro de Mundo: *τὰ μὲν ἐκ διεστηκότων, αἰπόλια, βουκόλια, χοροί, στρατεύματα· ἢ πάλιν ἐκ συναπτομένων σώματα παγέντα τῇ διαστάσει καὶ διαιρέσει λύονται· Quæ ex diſtantibus ſunt, ut greges, armenta, chori, exercitus, non minus quam corpora ex connexis in unum coacta divortio ac diſſolutione intereunt.* (pag. 952. D.) Vide quæ ſupra de navi.

**GRONOVII.**

27 *Simul partibus*] Ipſo ſolo aut urbibus everſis, incolis deletis; aut diſturbata ſocietate civili, vita & libertate plerorumque ſalva. *Strabo* libro 9, 434. τὴν δ' ἔκλειψιν διττῶς ἀκουστέον. οὐ γὰρ ἀφανισθέντων τῶν ἀνθρώπων καὶ τὰς χώρας τελέως ἠρημωμένας, ἀλλὰ τὸ ὀνόματος τοῦ ἐθνικοῦ μηκέτι ὄντος μηδὲ συστήματος διαμένοντος τοιούτου.

28 *Ad modum privatorum*] Quod quiſque pro ſe poſſidet, non juriſdictionem, imperium, territorium.

29 *Ita diſtrahantur*] Ut Campani, *Liv.* 26, 34.

30 *Mycenæi*] Paulo poſt bellum Perſicum. *Pauſan.* 2, 113. & 7, 448. [Vid. *Diod. Sic.* Lib. XI. c. 65.]

31 *Olynthii*] *Juſtin.* 8, 3. [& *Diod. Sic.* XVI, 54.]

32 *Thebani*] *Juſtin.* 11, 3. & 4.

33 *Brutii*] *Gell.* 10, 3.

34 *Corpus nullum civitatis*] Hoc non de veris veteribuſque Campanis intelligen-

nullum civitatis, nec ſenatus, nec plebis concilium, nec magiſtratus eſſe, ſed ſine conſilio publico, ſine imperio multitudinem, l cui præfectus Roma miſſus jus redderet. Itaque m imaginem reipublicæ nullam Capuæ relictam dicit Cicero, priore ad populum contra Rullum. Idem dicendum de populis 35 in provinciæ formam redactis: item de his qui alterius populi ditionem ſubierunt. Sic n a Severo Byzantium Perintho, o Antiochia * Laodiceæ ſuppoſita a Theodoſio.

*Cic. I. contra Rullum*, c. 32. * *Theod.* v. *hiſtor. eccl.* c. 9. *Zon. in Valent. & Theod.*

VII. At vero ſi loco migraverit populus, ſive ſponte ob inediam, aut alia mala; ſive coactus, † ut 36 populus Carthaginenſis bello Punico tertio, ſi ſpecies quæ dixi maneat, p populus eſſe non deſinit, multoque minus ſi muri tantum urbis disjecti ſunt. Itaque cum ad pacem Græciæ jurandam *a* Lacedæmonii negarent admittendos Meſſenios, quod ejus urbis muri eſſent diruti, contra eos a communi ſociorum concilio res judicata eſt.

† *Flor. l.* II. *cap.* 15. a *Plut. Ageſilao*, p. 616. B.

VIII. 1. Neque refert quomodo gubernetur, regione, an plurium, an multitudinis imperio. Idem enim eſt populus Romanus ſub regibus, conſulibus, Imperatoribus. Imo etiamſi pleniſſimo jure regnetur, populus idem erit qui antea erat cum ſui eſſet juris, dum rex ei præſit, ut 37 caput iſtius populi, non ut caput 38 alterius populi. Nam imperium quod in rege eſt ut in capite, in populo manet ut in toto, cujus pars eſt caput: atque adeo rege, ſi electus eſt, aut regis familia extincta, jus imperandi ad populum redit, ut ſupra oſtendimus. Neque eſt quod Ariſtotelem hic mihi quis objiciat, qui reipublicæ forma mutata negat eandem eſſe civitatem, ſicut, inquit, harmonia non eadem eſt ubi 39 a Dorico modo in Phrygium tranſitur. 2. Sciendum

*Polit.* III, 3.

ligendum, ſed, quos illis ejectis ibi poſuerunt Romani, aratoribus.

GROTII.

l *Cui præfectus Roma miſſus jus redderet*] Vide *Feſtum* voce præfecturæ. *Velleius* libro II. (c. 44.) *Jus his reſtitutum poſt annos circiter* CLII. *quam bello Punico a Romanis Capua in formam præfecturæ redacta erat.* adde exempla in textu & notis allata ad libri I. c. 3. §. VIII.

m *Imaginem reipublicæ nullam*] Severus jus buleutarum dedit Alexandrinis, qui ſine publico conſilio vixerant ſub juridico. [*Spartian.* c. 17.]

n *A Severo*] Vide *Xiphilinum* Severo: *Herodianum* libro III. c. 6. adde quæ infra hoc libro II. cap. XXI. §. VII.

o *Antiochia Laodiceæ ſuppoſita*] Vide *Zonaram*.

p *Populus eſſe non deſinit*] Ut Geloi Phintiada tranſlati. *Diodorus* Siculus in fragmentis Peireſcianis.

GRONOVII.

35 *In provinciæ*] Nam provincia proprie populus erat extra Italiam vi & armis R. domitus, ita ut amiſſo omni jure ſuo annuos magiſtratus legeſque & jura Roma acciperet.

36 *Populus Carthaginenſis*] Juſſus eſt a Rom. migrare in locum 10000. paſſ. a mari remotum, & ibi novam urbem condere; factum tamen non eſt, ſed illi cum urbe perire, quam relinquere illam maluerunt.

37 *Caput iſtius*] Ut populo ſui nominis & ſeparati proprii que juris.

38 *Alterius*] Cujus hic ſit acceſſio ſine nomine.

39 *A Dorico*] *Apul.* in Flor. Æolium modum ſimplicem, Aſium varium, Lydium querulum, Phrygium religioſum, Dorium bellicoſum dicit. Addendus Ionius, floridus & mollis.

q *Unantur*

2. Sciendum enim eſt unius rei artificialis plures eſſe poſſe ſpecies, ſicut legionis ſpecies una eſt 40 qua regitur, altera 41 qua militat. Ita civitatis ſpecies una eſt, 42 conſociatio juris atque imperii; altera, 43 relatio partium inter ſe earum quæ regunt, & quæ reguntur. Hanc ſpectat politicus, illam juriſconſultus: quod nec Ariſtotelem latuit cum ita ſubjicit: *an vero exſolvenda ſint nomina necne, mutatâ gubernandi formâ, alia inſpectio eſt:* artis ſcilicet alterius, quam cum politica non confundit Ariſtoteles, ne quod in aliis culpat admittat ipſe, *μεταβαίνων ἐκ γένους εἰς γένος, ab uno tractandi genere ad alterum tranſitum faciens.* D. c. 3. Pol. lib. III.

3. Non deſinit debere pecuniam populus, rege ſibi impoſito, quam liber debebat: eſt enim idem populus, & dominium retinet eorum quæ populi fuerant, imo & imperium in ſe retinet, quanquam jam non exercendum a corpore, ſed a capite: unde parata eſt reſponſio ad controverſiam 44 ex facto nonnunquam agitatam, quo loco in conventibus ſedere debeat qui ſummum imperium in populum ante liberum accepit; eodem nimirum quo ipſe populus: ſicut in Amphictyonico conſeſſu Phocenſium (cc) locum accepit Philippus Macedo. ſic viciſſim qui regis fuerat locus, eum populus liber implebit.

IX. Quod ſi quando q 45 uniantur duo populi, non amittentur jura, ſed communicabuntur, ſicut 46 Sabinorum * primo, deinde 47 Albanorum jus in Romanos transfuſum eſt, & una facta reſpublica, ut Livius † loquitur. Idemque cenſendum de regnis, quæ non fœdere, aut eo duntaxat quod regem communem habeant, ſed vera unitate junguntur. * Liv. I, 13. † Libro I. c. 28.

X. Contra evenit, ut quæ una civitas fuerat dividatur, aut conſenſu

GROTII.

q *Uniantur duo populi*] Ut ex Celtis & Iberis facti Celtiberi, narrante *Diodoro*, (*Lib.* v. c. 33.). Vide ſi vacat, de hoc argumento *Reinkingium* libro I. claſſe IV. c. 17. n. 95. & quæ ibi citata.

GRONOVII.

40 *Qua regitur*] Deſcripta per legatos, tribunos, centuriones, ſignifero s, optiones, decuriones, cohortes, centurias, ſigna, contubernia.

41 *Qua militat*] Per caſtra, per opera, per acies, orbicularem, quadratam, phalangem, cornua.

42 *Conſociatio*] Quod qui in eam coierunt, habent eadem fora, leges eaſdem & conſuetudines, commune territorium, commoda & onera conſociata.

43 *Relatio*] Quod conſortio & communitate fruitur, & publica jura participat ex arbitrio & adminiſtratione vel unius vel paucorum vel multorum vel omnium.

44 *Ex facto*] Ex oborto caſu l. 35. D. *de hered. inſt.*

45 *Uniantur duo populi*] Junguntur in unum corpus. Ut ſub Ænea Trojani & Latini.

46 *Sabinorum*] Quiritium, vel a Curibus cum T. Tatio profectorum, rege Romulo.

47 *Albanorum*] Regnante Tullo Hoſtilio.

(cc) In Decreto *Amphictyonum*, quale refert DIOD. SICULUS, Lib. XVI. *Cap.* 61. nihil legitur de loco, quo *Philippus* ſeſſurus eſſet; ſed tantum illum duo habiturum ſuffragia, quemadmodum *Phocenſes* habebant. *J. B.*

r Ut

conſenſu mutuo, aut vi bellica, ſicut corpus imperii Perſici diviſum eſt in Alexandri ſucceſſores. Quod cum ſit, plura pro uno exiſtunt ſumma imperia, cum ſuo jure in partes ſingulas. Si quid autem commune fuerit, id aut communiter eſt adminiſtrandum, aut pro ratis portionibus dividendum. Huc referenda & diſceſſio, quæ ex conſenſu fit in colonias. 48 Nam ſic quoque novus populus ſui juris naſcitur: οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ δοῦλοι, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ ὅμοιοι εἶναι
*Libro I. c. 34.* ἐκπέμπονται, inquit Thucydides: *Non enim ut ſervi, ſed* [r] *ut pari jure ſint dimittuntur.* Idem * ſecundam coloniam a Corinthiis E-
** Cap. 27.* pidamnum deductam narrat ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, *ut pari jure eſſet.*
*Libro III. c. 11.* Rex Tullus apud Dionyſium Halicarnaſſenſem: τὸ δὲ ἄρχειν ἐκ παντὸς τῶν ἀποικιῶν τὰς μητροπόλεις ὡς ἀναγκαῖόν τι φύσεως νόμιμον, οὔτε ἀληθὲς οὔτε δίκαιον ἠξιοῦτο ὑφ᾽ ἡμῶν· *Ut omnino matrices urbes coloniis imperent, quaſi naturæ lege, id vero nos neque verum neque æquum arbitramur.*

XI. 1. 49 Nobilis eſt & illa quæſtio apud hiſtoricos & juriſconſultos, de his quæ Romani imperii fuerunt 50 cujus nunc ſint: multi ea nunc eſſe volunt Germanici ſive regni, ut olim vocabatur, ſive imperii (utro autem nomine appelles ad rem non refert) & neſcio quam ſurrogationem hujus imperii in illius locum ſibi confingunt, cum tamen (dd) notum ſatis ſit Germaniam magnam, id eſt Transrhenanam, totam maxima temporis parte fuiſſe extra complexum Romani imperii. Mihi non præſumenda videtur mutatio aut tranſlatio, niſi certis documentis probetur. Quare & 51 populum Romanum 52 eundem eſſe dico,

GROTII.

r *Ut pari jure ſint*] Salva tamen reverentia matricibus debita, de qua egimus lib. I. c. III. §. XXI. *Curtius* libro IV. *Carthaginem Tirii condiderunt, ſemper parentum loco culti.* (Cap. 2.)

GRONOVII.

48 *Nam ſi quoque*] Nam ſic quoque.

49 *Nobilis &c.*] Mirum eſt hoc loco ſummum virum, quum in præcipua quæſtione non male ſentiret, in tot ſalebras ſe conjeciſſe, totque monſtra & chimæras confinxiſſe, ut aliquid novum diceret, & Germanis potius ludibrium deberet, quam Gallis & Papæ parum placeret.

50 *Cujus nunc ſint*] Nempe illorum, qui poſſident, Papæ, Francorum, Hiſpanorum, Anglorum, Belgarum, Italiæ dynaſtarum, Turcarum, Hungarorum, Sarmatarum. Nomen & pauca imperii feuda in Italia, partes ad Rhenum & Danubium Germani obtinuere.

51 *Populum Romanum*] Populum Rom. eundem eſſe dico: ſitu & loco, non genere, non animis, non moribus, non potentia, funus & cadaver ſui.

52 *Eundem eſſe dico*] Juxta tradita ſect. 8. hujus capitis.

(dd) Hoc minimè probat, *Imperatores Germaniæ* non ſucceſſiſſe in locum *Impp. Romanorum*: quid enim obſtat, quominus illi alio titulo ſimul ſub ditione ſuâ habuerint regiones, quæ extra complexum Imperii Romani fuerant? Vera ratio eſt, quam tamen Auctor non adgnoſcit, jus Populi Romani dudum exſtinctum, eo tempore quo *Carolo Magno* ſe ſubjecit. Sed de tota hac quæſtione, quod ſatis erit, dicemus, Deo volente, in Notis noſtris Gallicis. Auctor heic paſſim ab Interpretibus & aliis Scriptoribus vapulat:

Digitized by Google

dico, qui olim fuit, quanquam extraneorum acceſſione admixtum, & 53 imperium penes eum manſiſſe, tanquam penes corpus in quo eſſet ac viveret. Nam quæ olim jure potuit facere populus Romanus, antequam Imperatores Romani regnarent, 54 idem faciendi 55 jus habuit, ut quiſque Imperator mortuus erat, 56 alio nondum exiſtente. Imo & 57 electio Imperatoris ad populum pertinebat, 58 & aliquoties a populo ſ per ſe, 59 aut 60 per

pulat: quorum tamen nonnulli ut heic *Gronovius*, aſperiùs eum exceperunt, ſuſpicionibuſque iniquis onerare conati ſunt. *J. B.*

GROTII.

ſ *Per ſe, aut per Senatum* ] Exempla paſſim electionum factarum a Senatu aut probatarum in Adriano, Pertinace, Juliano, Severo, Macrino, Maximo, Balbino, Aureliano, Tacito, Floriano, Probo, apud *Dionem*, *Spartianum*, *Capitolinum*, *Lampridium*, *Vopiſcum*. Ante Aurelianum ſex menſes imperium fuit ſine principe, ejuſque electionem miles ſenatui detulit iterum atque iterum. Pro Senatus jure egregia Albini epiſtola apud *Capitolinum*, (*Cap.* 13.) & Senatus epiſtola pro Gordianis. (*Apud eumdem*, Maximin. c. 15.) *Macrinus* in oratione: *Detulerunt ad me imperium: cujus ego, Patres conſcripti, interim tutelam recipio, tenebo regimen, ſi & vobis placuerit quod militibus placuit.* (Capitolin. in ejus vit. c. 6.) Tacitus Imperator apud *Vopiſcum* in probo (*Cap.* 7.) *Me quidem ſenatus principem fecit, de prudenti exercitus voluntate.* Apud eundem Vopiſcum *Probus*: *Recte atque ordine, Patres conſcripti, proximo ſuperiore anno factum, ut veſtra clementia orbi terrarum principem daret, & quidem de vobis, qui & eſtis mundi principes, & ſemper fuiſtis, & in veſtris poſteris eritis.* (Cap. 11.) *Majorianus* ad ſenatum in novellis: *Imperatorem me factum, Patres conſcripti, veſtræ electionis arbitrio & fortiſſimi exercitus ordinatione agnoſcite.*

GRONOVII.

53 *Imperium penes eum manſiſſe* ] Nempe in illa, quæ ex veteri copia retinere potuit. *Imperium penes eum manſiſſe* ] Quodnam? aut in quid? quidni ſui quidem potens ſit, ſed ſerviat ſacrificulo, in ipſa autem Italia tot dominos videat, ne quid de provinciis dicam? Si nihil aliud, certe deſiit habere imperium, quum id detulit Carolo Magno, atque ex eo tempore Francorum, & qui alii Germaniæ, ſive imperio, ſive regno dicere libeat, his ſucceſſere, imperio adjunctus fuit.

54 *Idem faciendi jus habuit* ] Si milites ſiviſſent. Perinde hoc eſt, ac ſi dicam, quæ olim jure facere potuit Francorum populus, quum electionem regum haberet, (quod ipſe ſcribit cap. 7. num. 20.) idem nunc eum faciendi jus habere. Neque enim unquam id abdicavit, ſed aulæ artibus & factione principum & ſua patientia amiſit.

55 *Jus habuit* ] Non niſi imaginarium: ipſum enim jus & omnia habebat miles.

56 *Alio nondum exiſtente* ] Lepidum hoc: ſed unde quæſo exiſtebat ille, qui ſi exſtiterat, populo non ſupererat jus faciendi? nam ſi jus erat populi, nemo exiſtere poterat, niſi quem populus feciſſet. Si aliunde exiſtente Imperatore, deerat jus populo faciendi, deerat & non exiſtente, ſed erat ejus a quo iſte exiſtebat.

57 *Electio Imperatoris ad populum pertinebat* ] Nempe ut ad Menedemum filius amiſſus: *Filium habeo, Chremes, & qui dixi habere me? immo habui.* Populus ille ad quem olim pertinebat electio Imperatorum in libera republica,

——— *qui dabat olim*
*Imperium, faſces, legiones, omnia,*
Sub Cæſaribus,
——— *nunc ſe*
*Continet, atque duas tantum res*
*anxius optat,*
*Panem & Circenſes* ———
Ut canit Juvenalis ſatyr. x.

58 *Et aliquoties a populo per ſe* ] Nunquam, ne ſemel quidem. Julius & Octavius

Octavius tyrannidi ſuæ ſpeciem addiderunt lege ad populum lata, ſed quam jam armis & multo ſanguine civili occuparant, vix ut reſtaret quiſquam, qui rempublic. vidiſſet, hoc eſt, vere Romanus. Hæc ſi electio eſt, omnes tyranni ſunt electi. Nihil enim negatur arma tenenti. *Phædrus* fab. 8.

*Ut mos eſt vulgi, paſſim & certatim ruunt*
*Feliciter, ſucclamant ipſi principes,*
*Illam oſculantur, qua ſunt oppreſſi, manum,*
*Tacite gementes triſtem fortunæ vicem.*

59 *Aut per ſenatum*] Quod improvide poſuerat hic, in notis incautius reddidit.

Non Hadriani: miles & Plotinæ gratia & ficta adoptio Trajani ipſum fecit. Honeſta oratio erat in literis ad ſenatum, *veniam petentis quod de imperio ſuo judicium ſenatui non dediſſet, ſalutatus ſcilicet præpoſtere a militibus Imperator, quod eſſe reſp. ſine Imperatore non poſſet*, ut eſt apud *Spartianum.* Sed hæ ipſæ literæ oſtendunt, jam fuiſſe, antequam a ſenatu eligeretur: hoc eſt, non electum eſſe. Olim cum poſt duos exercitus cum ducibus Scipionibus in Hiſpania prope internecione cæſos, reliquias collegiſſet, provinciam ſervaſſet, bina hoſtium caſtra cum ingenti illorum ſtrage cepiſſet L. Marcius a milite dux dictus, & in literis quas de rebus ab ſe geſtis ad ſenatum dabat, modicum titulum proprætoris nomini ſuo addidiſſet: *res geſta*, inquit *Livius*, *magnifica ſenatui viſa, titulus honoris (quod imperio, non populi juſſu, non ex auctoritate Patrum dato, PROPRÆTOR SENATUI ſcripſerat,) magnam partem hominum offendebat. Rem mali exempli eſſe, Imperatores legi ab exercitibus, & ſolemne auſpicatorum comitiorum in caſtra & provincias procul a legibus magiſtratibuſque ad militarem temeritatem transferri* &c. *Reſcribi de frumento & veſtimentis exercitus placuit, eam utramque rem curæ fore ſenatui, adſcribi autem PROPRÆTORI L. Marcio non placuit, ne id ipſum quod conſultationi reliquerant, pro præjudicato ferret.* Liv. 26, 2. Quin etiam ſtatim alium Imperatorem, cui ille tam bene meritus pareret, adoleſcentem 24. annorum, Publium Scipionem alterius, qui occubuerat in Hiſpania, filium miſerunt, ut apud *Liv.* dicto loco. Tum electio Imperatorum ad populum & ſenatum pertinebat, non quum ejuſmodi veniæ petitiones ſcriberentur.

Non Pertinacis: nam Lætus præfectus prætorio & electus cubicularius, occiſo Commodo, nocte intempeſta raptum e lecto in caſtra duxerunt, ubi Imperator a militibus appellatus eſt: nocte in palatium, poſtera demum luce in curiam venit, ſane abſtinens prælato igne, quæ pompa Auguſtorum erat: ſed (ut *Tacitus* de Tiberio ſcribit 1. annal. 7.) *ſignum prætoriis cohortibus, ut Imperator, dederat: excubiæ, arma, cætera aulæ: miles in forum, miles in curiam comitabatur. Ibi ſuſcipere ſe etiam imperium a ſenatu* dixit, inquit *Julius Capitolinus*, ſed continenter addit, *quod jam ſponte inierat.*

Non Juliani: palam enim ſub præconio emit, cum milites in muro caſtrorum vocaliſſimo homine poſito venale propoſuiſſent imperium, tradituroſque ei, qui plurimum pecuniæ polliceretur, pronunciaſſent, Julianus viritim dedit tricena millia ſeſtertium, hoc eſt, 750. coronatos, atque ita acceptus eſt.

Non Severi: nam triplici bello adverſus Julianum, adverſus Peſcennium Nigrum, adverſus Clodium Albinum peperit. Cumque occiſo Juliano ſenatus centum ad eum ſenatores miſiſſet ad gratulandum, rogandumque, excepit eos Interamne armatus circumſtantibus armatis, & quidem excuſſos, ne quid ferri haberent, ut narrat Spartianus, adeo parum eis fidebat. Enumerat deinde *Spartianus* poſitis nominibus ſupra XL. de ſenatu illuſtres viros, ab eodem ſine cauſæ dictione interfectos, quod eos aut Peſcennio aut Albino faviſſe ſuſpicaretur.

Non Opilii Macrini: nam & hic imperium arripuit, humili loco natus, & animi atque oris inverecundi, ut ſcribit *Capitolinus.* Deinde intereſt, inquit, ſcire cujuſmodi oratio fuerit, qua ſe excuſavit, ut & impudentia hominis noſcatur & ſacrilegium. In ea modeſtiſſimæ ſimulationis eſt illud: *Detulerunt* (milites) *ad me imperium,*

*cujus ego, P.C. interim tutelam recepi; tenebo regimen, ſi & vobis placuerit, quod placuit militibus.* Sed ut ſcirent nihil ipſis liberum relinqui, ſubjungit. *Quibus & ſtipendium dedi, & omnia Imperatoris more juſſi.*

Maximus ſane Pupienus & Cælius Balbinus (ſic enim corrigendum apud auctorem, nec fuit unus Maximinus Balbinus, ſed duo, & horum alter Maximus, non Maximinus) a ſenatu electi ſunt contra ſæviſſimum Maximinum. *Sed*, inquit Capitolinus, *mærentibus militibus, quod eum Imperatorem, quem ipſi delegerant, perdiderant, eos habebant quos ſenatus legerat.* Itaque optimos viros poſt paucos imperii menſes, ſeditione orta, indigniſſime occidêre.

Aureliano, qui titulum dant optimum, fingunt a Valeriano eum adoptatum Byſantii inſcio & imprudente ſenatu: quod vix credibile eſt: quum poſt Valerianum Gallienus filius ejus, deinde Claudius, tum Quintillus ante Aurelianum tenuerint imperium. Verum eſt a militibus in Pannonia apud Sirmium dictum Auguſtum: quo nuncio Romam perlato, miſer Quintillus, quem ſenatus legerat poſt XVII. diem imperii, cum ne prætorianus quidem miles ei accedere vellet, vel ab iis interemtus eſt, vel ipſe ſe occidit.

Ante Aurelianum ſex menſes vacuum fuiſſe imperium & electionem ſenatui iterum iterumque fuiſſe delatam non ſine errore memoriæ poſuit auctor. Ante Tacitum dicere voluit. Sic enim *Vopiſcus. De Imperatore deligendo exercitus retulit ad ſenatum, idcirco quod nullum de his faciendum putabat, qui tam bonum principem* (Aurelianum) *occiderant.* Verum ſenatus hanc eandem electionem in exercitum refudit, ſciens, non libenter jam milites accipere Imperatores eos, quos ſenatus elegerit. Denique id tertio factum eſt, ut per ſex menſes Imperatorem Romanus orbis non habuerit. Sed ſexto menſe poſt acceptum hunc Imperatorem pœnituit milites, quamquam principis optimi: itaque eum ex inſidiis occiderunt.

Cur vero allinit Flavianum, de quo *Vopiſcus: Hic frater Taciti germanus fuit, qui poſt fratrem arripuit imperium, non ſenatus auctoritate, ſed ſuo motu.*

Cur Probum, de quo ſtatim idem *Vopiſcus: occiſus eſt* (Florianus) *Tarſi a militibus*, qui Probum audierant regnare, quem omnis exercitus legerat: Tantus autem Probus fuit in re militari, ut illum ſenatus optaret, milites eligerent.

Pro ſenatus jure ait exſtare egregiam epiſtolam Albini. Non eſt epiſtola, ſed concio ad exercitum, ex qua nihil aliud colligas, quam quod dicitur, melius fore, *ſi ſenatus populi Romani ſolum illud vetus haberet imperium, nec in unius poteſtate res tanta conſiſteret.* Hoccine eſt ſenatui jus dare faciendi Imperatoris, quo ille per CCLX. annos caruerat? Clauditur autem ita ſermo: *Senatus imperet, provincias dividat, ſenatus nos conſules faciat: & quid dico ſenatus? vos ipſi & patres veſtri: eritis enim ipſi ſenatores.* Præclare vero ſenatores! ſcire licet, a quo ſenatu ille imperium exſpectet. Quis non intelligat artem viri? ſic ſolebant defectores ſenatus nomen præferre, donec ſuum approbaviſſent. Sic Galba conſalutatus Imperator, legatum ſe ſenatus ac populi Romani profeſſus eſt. *Sueton.* cap. 10. at ut occiſum Neronem cunctoſque in ſua verba juraſſe cognovit, depoſita legati, ſuſcepit Cæſaris appellationem. ibidem cap. 11. Sic ſuperior exercitus ad Rhenum, cum Galbam reſpiceret, ne reverentiam imperii exuere videretur in S. P. Q. R. Obliterata jam nomina, ſacramenta advocabat. *Tacitus* 1. hiſtor. 55. At mox: *ſpecioſis ſenatus populique Romani nominibus relictis Vitellio acceſſit: ſcires illum priore biduo non penes remp. fuiſſe:* ut ait ibidem cap. 57. Nihil verecundius Albinus.

Pro eodem ſenatus jure egregiam vult eſſe epiſtolam ſenatus pro Gordianis; at nihil ne in hac quidem, quod jus ullum ſenatui afferat. Ita loquuntur: *Diis faventibus Gordianum proconſulem virum ſanctiſſimum & graviſſimum ſenatorem, principem nominimus, Auguſtum appellavimus.* Nempe ut appellaverunt omnes a legionibus obtruſos. Nam in ipſa relatione dixerat Conſul: *Patres conſcripti Gordiani duo, pater & filius, magno Afrorum conſilio Imperatores ſunt nominati.* Jam igitur

60 per ſenatum facta eſt: quæ autem a legionibus modo his, modo illis fiebant electiones, 61 non erant ratæ 62 ex jure legionum (nam in vago nomine jus certum eſſe non poterat) ſed ex 63 approbatione populi.

2. Cum

appellati erant, cum ſenatus eorum partibus ſe applicuit.

Majorinum, cujus honeſta ad ſenatum verba proferuntur, ex magiſtro militum Auguſtum creavit Leo Thrax, Imperator Conſtantinopolitanus, & ad occidentale imperium regendum dimiſit. *Calviſius* ad A. C. 457. Illud certum eſt, comitia imperii Cæſarum nunquam penes populum Romanum, nunquam penes ſenatum fuiſſe, tamquam jus ſtabile ac proprium, & ut hodie penes Germanorum optimates principis ſui, penes Polonorum & Cimbrorum ordines regis eligendi jus eſt. Nata eſt hæc poteſtas inter arma, & a militibus delata: hos qui propitios habuiſſent, aut occupabant eam ipſi, aut liberis adoptatiſve relinquebant, aut cum collegis adſcitis communicabant. Primi duo adhibuerunt etiam populum, ſed per milites jam imperio potiti, & hi populo eidem reliquerunt conſulum prætorumque per ſuffragia creandorum imaginem. Tiberius & hoc populo detraxit, comitia ad ſenatum referens, nec populus ademtum jus queſtus eſt, niſi inani rumore, ut eſt apud *Tacitum*. Ex hoc tempore voluerunt quidem de imperio ſuo & ſenatus conſultum interponi, ſed poſtquam a milite acceptam in manu jam habebant poteſtatem. Soli Maximus & Balbinus non ordinario & quæſito jure, ſed per tumultum metu graviſſimo Maximini a ſenatu facti ſunt. *Tacitus* ultro poſtulante milite: quem tamen horum mox pœnituit, ut brevitas imperii illorum & triſtis eventus ſatis declarat. Itaque ſi hodiernus populus nihil habet amplius, quam tunc habuit in creatione Imperatoris, nihil habet.

60 *Per ſenatum*] Vix ſemel & iterum, & ſemper eventu parum felici.

61 *Ex jure legionum*] Profecto Imperatores jure ſuo faciebat miles, quo inſtruxerant eos, qui per eoſdem imperium invadebant: quis enim auderet offendere tot caligas, tot millia clavorum?

62 *Non ex jure legionum, ſed ex approbatione populi*] Falſum. Imo ex fide & conſenſu legionum: hæ faciebant, ſuſtinebant, deſtituebant, deſtruebant, ubi libuiſſet, principem, ſi non jure, at quaſi jure: populum Romanum jubebant plorare aut adulari. Poſt Julium & Auguſtum ne ſimulatio quidem interrogandi populi interpoſita eſt. Milites ſive in teterrimum hominem, ut Othonem, Vitellium, Heliogabalum, Maximinum incidiſſent, dum illi fidi & concordes eſſent inter ſe, erat & conſtabat Auguſtus, ut qui lege optima; ſive ſanctum meritumque virum arripuiſſent, mutato animo & pœnitentia illorum peribat: non illi nocebat deteſtatio populi, non hunc juvabat approbatio.

Convellit deinde diligenter, quod nemo erat objecturus. *Quotquot in orbe Romano eſſent, cives factos, ergo non ſolos urbem incolentes habuiſſe approbationem.* Similes habent labra lactucas. Qualis ſententia, talis objectio. Miles, ut dixi, rem habebat in manu, & riſiſſet, aut etiam male mulctaſſet utroſque tam urbanos quam municipes, ſi illi tam inepte ſerram duxiſſent, tam ſtultam litem ſuam feciſſent. Speciem retinuit urbs uſque ad Galbam: tum, ut bene Tacitus, *evulgatum imperii arcanum*, principes poſſe alibi quam Romæ fieri, nempe ubi maxima vis erat militum. Et hi, non de illo ſcilicet fonte imperii, hauriebant, & conſpectiſſimos honoratoſque apud ſenatum faciebant, ſed Afros, Pannonios, Syros, Thraces, quicunque placuiſſent, urbi imponebant.

63 *Approbatione populi*] Non voluntaria, ſed juſſa, imperata, neceſſaria, nec populi, ſed ſenatus. Populus nihil faciebat aliud, quam ut imaginem principis miſſam in urbem adoraret.

1 Fam

Digitized by Google

2. Cum his non pugnat quod 64 Antonini conſtitutione quotquot in orbe Romano ſunt, cives Romani effecti ſunt. Conſecuti enim ea conſtitutione ſunt ſubditi Romani imperii ea jura, quæ olim habebant 65 coloniæ, & 66 municipia, & 67 provinciæ togatæ, ut & honorum participes eſſent, & jure Quiritium uterentur: non ut in aliis populis itidem ut in populo urbis Romæ t fons imperii eſſet: quod facere in poteſtate Imperatorum non fuit, qui 68 habendi imperii modum ac cauſam 69 mutare non potuerunt. Nec quod Imperatores poſtea Conſtantinopoli quam Romæ habitare maluerunt, de jure populi Romani quicquam imminuit: ſed tunc quoque electionem factam 70 a parte ſui quæ 71 Conſtantinopoli

GROTII.

t *Fons imperii eſſet*] Senatus pro Gordiano apud *Herodianum* provincias hortatur πείθεσθαι Ῥωμαίοις ὧν δημόσιον ἄνωθεν τὸ κράτος ἐστιν, αὐτάτε φίλα καὶ ὑπήκοα ἐκ προγόνων· *Parere Romanis, quorum ab antiquo eſſet imperium, quibus veteri jure gentes alia amorem obſequiumque praſtarent.* (Lib. VII. c. 7. *Ed. Boecl.*) Apud eundem Maximus in allocutione ad milites: οὐ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἴδιον κτῆμα ἡ ἀρχὴ, ἀλλὰ κοινὸν τοῦ Ῥωμαίων δήμου ἄνωθεν, καὶ ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει ἡ τῆς βασιλείας ἵδρυται τύχη. ἡμεῖς δὲ διοικεῖν καὶ διέπειν τὰ τῆς ἀρχῆς μεθ' ὑμῶν ἐγκεχειρίσμεθα. *Non enim unius viri poſſeſſio eſt hoc imperium, ſed antiquitus res eſt populi Romani: in hac urbe principatus fortuna ſita eſt. nos vero vobiſcum, milites, in id electi ſumus, ut ea, quæ imperii ſunt, curemus ac tueamur.* (Lib. VIII. c. 7.) *Claudianus* de Roma:

*Armorum legumque parens quæ fudit in omnes*
*Imperium* ——————————

(De Sec. Conſ. Stilic. *verſ.* 136.)

GRONOVII

64 *Antonini conſtitutione*] L. 17. D. *de ſtatu hominum.*

65 *Coloniæ*] Oppida ex urbe Romana conſcriptis colonis diviſiſque inter eos ſedibus & fundis per triumviros d. c. propagata. [Vide de his omnibus eruditiſſimum Opus Illuſtris SPANHEMII, cui titulus *Orbis Romanus*, Lib. I. c. 9. 13. Lib. II. c. 6. 9. &c. *J. B.*]

66 *Municipia*] Oppida, quorum cives univerſi jus civitatis Romanæ acceperant. *Gell.* 16. noct. 13.

67 *Provinciæ togatæ*] Quæ itidem civitate donatæ: ut Gallia togata, quæ & Narbonenſis. [Immo *Gallia Narbonenſis* erat *Braccata*: ſed *Togata* erat *Gallia Ciſalpina*; ut omnibus notum. *J. B.*]

68 *Habendi imperii modum, ac cauſam mutare*] De cauſa concedo, ea enim erat militis, & tanto triſtior omnis imperii conditio, quod certam de ſucceſſione legem accipere non poterat, ſed a vago & mutabili legionum (h. e. nec generis optimi & conſilii fere nullius hominum) arbitrio pendebat. At modum habendi imperii fecerunt ſibi quiſque qualem voluerunt. Boni detulerunt aliquid ſenatui, indulgenter habuerunt populum, clementer provincias: mali in omnes, ſed præſertim in optimos, hoc eſt, ſenatum impune graſſabantur, quamdiu largitionibus continere poterant ſtudia caligatorum & gratiam. Unde præceptum Severi ad Baſſianum Caracallam: *Fili, cole militem, & contemne cæteros.*

69 *Mutare non potuerunt*] Si voluiſſent, quis impediiſſet, præter militem? Sed neque expediebat ipſis, & fons imperii erat, non Romæ, ſed ubi validiſſimus exercituum.

70 *A parte ſui*] Scilicet, ſi miles eſt pars populi, ſed tunc caput erat.

71 *Conſtantinopoli factam, ratam habuit*] Hactenus ut imaginem electi Imperatoris Romam miſſam adoraret, & fauſtis acclamationibus, id eſt adulatione proſequeretur. Plebiſcitum quidem nuſquam ullum factum accepimus: ubi legeretur illud ſolenne carmen: *Conſul populum jure rogavit, populuſque jure juſſit, quem ſenatus popu-*



Digitized by Google

In Eutrop. L. II. v. 135. nopoli habitabat, unde 72 Byzantinos Quirites vocat Claudianus, 73 ratam populus totus habuit: juriſque ſui monumentum non tenue ſervavit u in urbis ſuæ prærogativa, x & in honore conſulatus aliiſque rebus. Quare 74 jus omne quod hi qui Conſtantinopoli habitabant, ad eligendum Imperatorem Romanum habere poterant,

*Inque Conſtantinopolitanus Imperatorem creavit, is ut jure optimo Imperator eſſet.* Hoc enim eſt ratum habere. An ratum habet, qui ne reſpicitur quidem, nedum rogatur, ſed mutus ſilens, aut niſi cum vernili adulatione loquens patitur, accipitque, quicunque imponitur. Imo ipſa Roma & Conſtantinopolis, & totum imperium, donum, beneficium, pila ludicra erat militis. Inconſulto & ſatis invito populo Romano ſedem tranſtulit Conſtantinus, & umbram honoris, quæ reſtabat Romæ, cum ea diviſit. Jus tamen eligendi Imperatoris, nec habuerat Roma, nec acquiſivit Conſtantinopolis. Itaque nec Romanis, nec Conſtantinopolitanis rogatis, Conſtantini filii, ubi erant, ſumſerunt imperium: deinde Julianus in Gallia, Jovianus in Perſide, Valentinianus in Cilicia, & ſic cæteri.

GROTII.

u *In urbis ſuæ prærogativa*] Ait *Zonaras* (in Vit. *Conſtantini*) Romæ ſervata πρεσβεῖα, prælationem, quod inde veniſſet imperium. *Ammianus* lib. XIV. c. 6. de Roma: *Per omnes tamen quotquot ſunt partes ut domina conſpicitur & regina.* Claudianus Honorio agente Ravennæ (*De* VI. *Conſ. Honor.* verſ. 407.):

*Quem, precor, ad finem laribus ſejuncta poteſtas*
*Exſulat, imperiumque ſuis a finibus errat?*

x *Et in honore conſulatus*] Nam alter conſulum ex urbe Romana, & is quidem priorem habebat locum. *Procopius* in arcana hiſtoria.

GRONOVII.

72 *Byzantinos Quirites*] Imo quia Byzantium *nova Roma* appellabatur.

73 *Ratam populus*] Non ſuffragio aut comitiis, ſed, ut dictum, miſſam imaginem adorando.

74 *Jus omne Conſtantinopolitanorum pendebat a voluntate populi Romani*] Falſiſſimum. Imo quum poſt Honorium Theodoſii magni filium, ſine liberis defunctum, maneret diviſum imperium, & alius in occidente, alius in oriente reſideret Imperator, is qui Romæ agebat, non erat certus juſtuſque princeps, priuſquam a Conſtantinopolitano confirmaretur. Sic Theodoſius junior Romæ factum Joannem non agnovit, brevique potentia exuit, dato Valentiniano juniore ſucceſſore. Poſt Theodoſium Conſtantinopoli regnum obtinuit Marcianus, aſſumtus a Pulcheria ſorore Theodoſii, deinde Leo Thrax, & cæteri inconſulto populo Romano. Valentiniano Romæ Avitus Majorinus vel Majorianus, Severus, Anthemius, Olybrius, Glycerius, Julius Nepos, Romulus Auguſtulus ſucceſſerunt, qui omnes miſſi petitive Conſtantinopoli, aut per militem, injuſſu populi Romani, regnarunt. Poſt hos Odoacer Herulorum rex urbem & Italiam occupavit, everſus a Theodorico Gotho, cui Zeno Conſtantinopolitanus Imperator, ut eum a ſe averteret, Italiam invadendam monſtravit. Gothorum regnum per Beliſarium & Narſetem ſubruit Juſtinianus, & recuperata eſt Roma, jam appendix imperii, non caput: nam Romani ſtipendiarii erant Conſtantinopolitani Cæſaris, cui quotannis viritim ſolidum aureum pendebant. Stipendiarius ipſe Papa, cui pro confirmatione pecunia Conſtantinopolim mittenda erat, quam Conſtantinus Pogonatus demum Heraclii pronepos ei remiſit circa annum Chriſti 680. *Anaſtaſius* in vita Agathonis Papæ LXXXI. Ex eo regebatur urbs & Italia per præfectos Auguſtorum Orientis, qui *Exarchi* vocabantur, & Ravennæ reſidebant, & inde petebat jura, ille, quem tunc quoque Imperatorem fuiſſe populum vult *Grotius*. Mox majorem

Italiæ

Digitized by Google

Italiæ partem rapuere Longobardi, quorum rex Aiſtulphus A. C. 752. ultimum Exarchorum Eutychium Italia expulit. Adverſus hunc ſibi quoque imminentem Stephanus Papa A. C. 753. imploravit è Gallia Pipinum, cui pridem hereditario Majori domus (qui honos ſecundus a rege erat) & quum patris avique, tum ſuis rebus geſtis factioſo, poſtquam ultimum Merovæi poſterorum juſtum regem totondiſſet atque in monaſterium condidiſſet, & ſibi diadema impoſuiſſet, Papa auctoritatem præſtiterat, & laudando factum apud captas ſuperſtitione & opinione ſanctitatis Romanæ mentes faciliorem occupationem reddiderat. Pipinus victis Longobardis, de alieno liberalis, partem regni eorum tranſcribit Papæ; dein cum pacem Aiſtulphus non ſervaret, reverſus & iterum victor, propemodum quicquid ſub poſtremis fuerat Exarchis, Stephano donat: & hæc eſt origo illius, quod *Patrimonium Petri* appellatur Ipſe cum filiis ab eo creatur patricius, quod jus non erat Papæ, non populi Romani, ſed Conſtantinopolitani Imperatoris, ſive patricium accipias, ut in vetere populo Romano, quales allegerunt Julius, *Sueton.* cap. 41. Auguſtus, ut ipſe ſcribit in monumento Ancyrano: Claudius, *Sueton.* Othone cap. 1. Veſpaſianus, teſte *Tacito* in vita Agricolæ cap. 9. ſive ut poſtea Conſtantinus patricios dixit, quaſi patres Imperatoris, qui conſilium ejus participarent, quorum mentio apud *Juſtinianum* in tit. *quibus modis patr. poteſt. ſolvit.* Eadem cauſa veniendi in Italiam fuit Carolo Magno Pipini filio A. C. 770. quum regnum Longobardorum finitum eſt. Is donationem patris confirmavit: & ſic non populus Romanus, ſed Papa poſſedit, quod tunc dicebatur *Patrimonium Petri.* Reverentia tamen erat erga Francos: nam & præfectus urbi a Carolo ſtatutus commemoratur, & Leo tertius cum pontificium ſedem occupaſſet, claves & vexillum urbis in ſubjectionis ſignum Carolo miſit. Anno 799. idem Leo per ſeditionem male mulctatus, oculo etiam excuſſo confugit ad Carolum, eumque convenit Paderbornæ, & Romam tractum ſupplicio affectis trecentis, qui Papæ reſtiterant, clericis in Galliam relegatis, Auguſtum dixit. Secuta eſt paulo poſt Caroli cum Irene tranſactio, quam hujus ſucceſſor Nicephorus ratam habuit, & ita tranſiit imperii Romani quod ſupererat, ad Carolum. Ubi nullæ partes fuere populi Romani: nulla propria indignatio adverſus Irenen ob ſexum; ſed Papa preſſus a Longobardis (quorum antea ope juſtum in ſe exarchorum & Conſtantinopolitanorum imperium imminuerat) cum ab Orientis Auguſto, cui revera ſuberat, ſpes auxilii decollaſſet, ad potentiorem confugit, & eum patronum adoptavit. An hoc potuerit facere per ea, quæ tradit auctor de jure partis a corpore recedendi lib. 2. cap. 6. num. 5. an fidei quam imperio Conſtantinopolitano debebat, ſatisfecerit, multa & gravia tolerando priuſquam ad hoc ultimum remedium decurreret: Imo an ipſe Conſtantinopolitanos ſatis docuerit de periculo ſuo, & obteſtatus ſit, ni auxilio venirent, aliud præſidium ſibi quærendum eſſe, alia diſputatio eſt. Carolo certe jus hoc modo quæſitum & in poſteris ejus aliquamdiu continuatum, ab illis interpoſito tamen Conrado Franco e Germania, tranſiit ad Saxones: inde rurſum ad Francos Germanos per Conradum II. & Henricos, (quorum ejus nominis quarto primum extorſit Hildebrandus, qui ſe Gregorium ſeptimum dixit, jus quod adhuc in Pontifice creando Imperatores, in conſtituendis epiſcopis, agendis ſynodis habuerant, & ad ſe ſuoſque ſocios traxit) ab his, interveniente rurſus Lothario Saxone ad Suevos Conradum III. Fridericum Barbaruſſam, Henricum VI. Philippum: & Othone Saxone iterum medio ad Auſtriacos. Quorum principum jus Papæ quidem variis artibus ac tumultibus imminuerunt, & quaſi ad nihilum redegerunt, ſæpe etiam æmulos illis excitarunt: ſed hæc omnia facti ſunt, non juris; neque in his populus Romanus per ſe quidquam auſus eſt, aut potuit. Coronatio Romana non majus jus dat Romanis improbandi electionem Germanorum ſeptemvirorum, quam Francofurtenſibus aut Aquiſgranenſibus,

terant, pendebat a voluntate populi Romani: & cum illi y contra mentem ac morem populi Romani z feminæ Irenes ſubiiſſent imperium, ut alias cauſas omittamus, merito populus Romanus illam conceſſionem ſive expreſſam ſive tacitam revocavit, & per ſe Imperatorem legit, ac voce 75 primi civis, id eſt, epiſcopi ſui (quomodo & in Judaica republica, rege non exiſtente, prima erat ſummi Pontificis perſona) pronuntiavit.

3. Fuit autem hæc electio perſonalis in Carolum Magnum, & quoſdam ejus ſucceſſores: a qui ipſi jus imperii quod habebant in Francos, ut & in Longobardos, a jure imperii in Romanos, ut nova

quæ ibi fit fiebatque coronatio. In ea Papa miniſter eſt, perinde ut archiepiſcopi in Gallia, in Anglia, Hiſpania, cum coronant regem. Eſt igitur prorſus imaginaria & commenticia res, mirificus ille populus Romanus, ut Cadmæi fratres in Martis campo, natus eodem die ac ſublatus: qui jus habuerit creandi Cæſares vel Auguſtos, ex cujus approbatione ratæ forent electiones, quas legiones feciſſent: a cujus voluntate pendebat electio facta Conſtantinopoli: qui in Irena conceſſionem neſcio quam tacitam vel expreſſam revocarit: qui dignatus ſit ſcilicet eum quoque regem ſumere ſibi quem Germani feciſſent: qui Germanicæ electionis arbitrum probandæ vel improbandæ aut habuerit unquam aut retinuerit: qui primum civem habuerit epiſcopum, nempe ut in fabula Æſopi ranæ hydrum vel ciconiam: qui per illum primum civem teſtetur, quod nunquam cogitavit aut ſomniavit.

Inanis eſt labor temperare, quod nullum temperamentum admittit: & ut ait Plautus, *hercle miſerum eſt ingratum eſſe homini, quod facias bene*. Neque Germani jus ullum concedunt Papæ in electione Romani Imperatoris: nec Papa contentus eſt eo jure, quod liberaliter ei confert auctor: quaſi ſcilicet populus Romanus retentum jus per illum teſtetur. Nullam huic largitori gratiam referet Papa pro iſto miniſterio in populi jure pronunciando, quo fungatur tanquam ſyndicus populi Romani. Immo ille vult totum imperium Romanum, ut nunc vocatur, eſſe feudum Romanæ ſedis, & ſe ſolum eſſe monarcham, & habere utrumque gladium, & omnes reges eſſe ſuos vaſallos, & poſſe ab Imperatore ad ſe appellari, & quos dixerit duces, etiam vivo vigenteque Imperatore, eos altiori loco ſedere debere, quam quos fecerit Imperator, & paris vanitatis cætera.

GROTII.

y *Contra mentem ac morem populi Romani*] Nero in XIV. annalium *Taciti* (*Cap.* 11.) matrem accuſat: *Quod conſortium imperii, juraturaſque in feminæ verba prætorias cohortes, idemque dedecus ſenatus & populi ſperaviſſet*. Priſcus in excerptis legationum: ού γὰρ θηλειῶν, ἀλλ' ἀῤῥένων ἡ τῆς Ῥωμαϊκῆς βασιλείας ἀρχή· *Non enim feminarum, ſed marium eſt, Romani imperii principatus*. Lampridius poſt mortem Heliogabali: (Cap. 18.) *Cautum ante omnia, ne unquam mulier ſenatum ingrederetur, utque inferis ejus caput dicaretur devoveretur que per quem id eſſet factum*. Trebellius Pollio Herenniano: *Zenobia uſurpato ſibi imperio, diutius quam feminam decuit, rempublicam obtinuit*. [In XXX. Tyrann. c. 27.]

z *Feminæ Irenes ſubiiſſent imperium*] Dicto etiam ei ſacramento, quod habet *Zonaras*.

a *Qui ipſi jus imperii quod habebant in Francos, ut & in Longobardos, a jure imperii in Romanos, ut nova ex cauſa quæſito, ſollicite diſtinxerunt*] Vide ſynodum Pontigenenſem inter capitula Caroli Calvi. Et *Paulum Æmilium* lib. III. de Carolo Magno.

GRONOVII.

75 *Primi civis*] Hic Papam, dum ei blanditur, graviter offendit. Eſt autem ille Leo tertius circa annum D. 800.



Digitized by Google

nova ex cauſa quæſito, ſollicite diſtinxerunt. b Poſtea vero diviſo Francorum populo in occidentalem, qui Galliam nunc obtinet, & orientalem, qui Germaniam ſive Alemaniam tenet (duo Francorum regna vocat Friſingenſis) cum populus Francorum orientalis eligendo ſibi reges facere cœpiſſet (c nam & ad id tempus Francorum regum ſucceſſio 76 quaſi agnatica, non tam a jure certo, quam a populi ſuffragiis pependerat) placuit populo Romano, quo certius præſidium haberet, regem non proprium ſibi ſumere, ſed eum quem Germani feciſſent; d ita tamen ut jus ſibi aliquod retineret probandæ vel improbandæ electionis, quantum ſcilicet ea res ad ſe pertinebat.

4. Hæc quoque approbatio per epiſcopum edici & ſolemniter teſtata fieri peculiari coronatione ſolebat. quare ex electione ſeptem principum, qui Germaniæ corpus referunt, qui lectus eſt, jus habet imperandi Germanis ſecundùm eorum mores: ex approbatione vero populi Romani fit idem rex, aut Imperator Romanus, aut, ut hiſtorici ſæpe loquuntur, e Rex regni Italiæ: atque 77 eo titulo ſub ſe habet quæcumque populi Romani fuerunt, neque

GROTII.

b *Poſtea diviſo Francorum populo in occidentalem, qui Galliam nunc obtinet, & orientalem, qui Germaniam*] Vide *Withikindum* libro 1. & ibi notata *Meibomii*: & pactum Caroli & Henrici poſt capitula Caroli Calvi, & ad id notas viri magno judicio doctrinaque præditi *Jacobi Sirmundi*. Occidentalem illam Franciam Latinam *Wibbo* vocat, quod ibi ſermo Romanenſis vigeret, ut & nunc viget, cum Tranſrhenanæ nationes lingua Germanica uterentur.

c *Nam & ad id tempus Francorum regum ſucceſſio quaſi agnatica, non tam a jure certo, quam a populi ſuffragiis pependerat*] Obſervatum id Priſco in excerptis legationum, & Reginoni ad annum IↃCCCXVI. Carolus Magnus in teſtamento: *Quod ſi filius cuilibet horum trium filiorum.*

d *Ita tamen ut jus ſibi aliquod retineret probandæ vel improbandæ electionis*] Veriſſima res, & aperte teſtata *Wibboni* vita Conradi Salici.

e *Rex regni Italiæ*] Sic in excommunicatione Henrici diſtincte nominat Papa regnum Teutonicorum & Italiæ. Vide Ottonis privilegium Alderamo datum, editum à *Meibomio* poſt *Withikindi* Saxonica: & *Cranzium* Saxonicorum v. in juramento Ottonis quod *Gratianus* intulit in Diſtinctionem LXIII. *In Roma nullum placitum ſive ordinationem faciam de omnibus quæ ad te* (Papam) *aut Romanos pertinent, ſine tuo conſilio.* (c. 33.)

GRONOVII.

76 *Quaſi agnatica*] 2, 7. 23.

77 *Eo titulo ſub ſe habet*] Venditet has nænias hiſtoriæ ignaris. Germani gratiam facimus hujus tituli *Grotio*, nec Papæ quidem aut populo Romano quidquam debemus: utinam ne ab utroque pro maximis beneficiis eſſemus aliquoties ingratiſſime perfidiſſimeque tractati? Primum ſatis tituli eſt, quod ſuccedimus Carolo Magno in his partibus, ex quo poſteri ejus, inconſulto populo Romano, inconſulto Papa, ipſi per ſe, inter ſe ita comparaverunt, ut penes alium regnum Galliæ, penes alium Germaniæ & Italiæ regnum cum nomine Imperii Romani eſſent. Sic ſi deeſſet, ſatis tituli præberet Otho. Ut enim extincta Caroli ſtirpe, Italia a tumultuariis regibus *Hugone*, Lothario, Berengario diripiebatur, Papa Octavianus, qui ſe Joannem XII. dixerat, per legatos Othonem primum oravit, veniret & Italiam tyrannide liberaret.

neque pactionibus, aut derelicti occupatione, aut victoriæ jure in aliorum populorum imperium conceſſerunt. unde illud quoque intelligi facile poteſt, 78 quo jure epiſcopus Romanus, vacante imperio,

Venit A. C. 962. liberat, confirmat Pipini & Caroli donationes, coronatur. Sequenti anno cum idem Papa hoſtes Othonis contra interdictum ejus reciperet, Conſtantinopoli adverſus eum auxilia arceſſeret, Hungaros ad Germaniam infeſtandam ſollicitaret, ex urbe Cæſari faventes pelleret, alios interficeret, redit Otho, fugiente cum ſuis Papa. Romani jurejurando adiguntur, nunquam inſcio ipſo Papam electuros. Synodus Epiſcoporum Italiæ habetur, in qua Papa immanium ſcelerum accuſatus, & ſolenni citatione fide publica adeſſe juſſus, cum ob conſcientiam ſcelerum comparere non auderet, exuitur dignitate, & ſufficitur ei Leo VIII. Digreſſo Othone, perjuri Romani denuo recipiunt Joannem, & Leone profugo, Joanne mox, cum in adulterio deprehenſus eſſet, ab illis, quos tangit Atridas iſte dolor (honeſtum ſane & maxime Pontificium mortis genus) occiſo, eligunt Benedictum. Adeſt mox Imperator, urbem obſidet, & quamquam ſuperos & inferos moverent indigenæ (nam ſcena tragica in muris novus Papa diras & furias ejaculatus eſt in obſidentes) capit, Leonem reſtituit, Benedictum rurſus convocata ſynodo pontificalibus exutum Hamburgum relegat, ubi hodieque ejus ſepulcrum eſt. Leone mortuo, tandem Romani jurisjurandi memores legatos ad Othonem in Germaniam mittunt de novo Pontifice creando, qui per epiſcopos miſſos creat Joannem XIII. A. C. 965. Pœnituit mox non fuiſſe perjuros, prehenſum hominem in vincula condunt, & ad undecimum menſem Capuæ detinent. Repetit expeditionem trans Alpes cum valido firmoque exercitu Otho: urbem occupat: de rejecto Pontifice quæſtionem habet: urbanos convocat ad cauſam dicendam & auctores edendos: binos conſules publicatis bonis in exilium mittit: prætorem crinibus toto die ſuſpenſum, dein virgis cædit, aſino averſum per vias traducit, tandem de robore præcipitat cum XII. ſenatoribus. Varias ibi fert leges de monetis & proſequendis latronibus, & aliis rebus. Agnovit deinde & hunc Auguſtum Conſtantinopolitanus collocata filio Imperatoris Othoni II. non minus ſtrenuo, Theophania Nicephori Phocæ filia, cum dote, quicquid hactenus in Italia poſſideret.

Similia acta Fridericorum & Henricorum triſtiora novit. Et hi ſunt tituli Imperatorum noſtrorum, juſti ſatis, modo vires animique eſſent: non illa approbatio commenticia & e luto ficti illius populi Romani, qui idem jus hodieque habeat, quod olim habuerit. Verba Friderici apud Matthæum Pariſienſem: *Liberam imperii noſtri coronam tantum beneficio divino adſcribimus. Electionis primam vocem Moguntino Archiepiſcopo, deinde quod ſupereſt, cæteris ſecundum ordinem principibus. Recognoſcimus regalem unctionem Colonienſi, ſupremam vero, quæ imperialis eſt, ſummo Pontifici. Quicquid præter hæc eſt, ex abundanti eſt, a malo eſt.* Unctionem dicit, poſtquam jam creatus eſſet, non creationem aut electionem.

78 *Quo jure Epiſcopus*] Epiſcopum Romanum vacante imperio habere inveſtituras feudorum imperii Romani, fabula Gallica eſt, qui illi jus ducatus Mediolanenſis ſibi arrogant, quia Ludovici XII. avus Ludovicus Caroli VI. regis frater, ducta uxore ducis Mediolanenſis Viſcontii filia Valentina, caverat ſucceſſionem in Ducatu ſoceri, deficiente genere ejus virili; quas nuptiales tabulas confirmaſſe volunt Bonifacium IX. quum exauctoratione Venceſlai imperium vacaret. Sed quis Papæ hoc jus dedit? Deinde hanc inveſtituram pro nulla ſe habuiſſe demonſtrarunt Philippus Valentinæ frater, qui ſine liberis decedens Alphonſum Aragonum regem reliquit heredem: & Fridericus Imperator, qui Franciſcum Sfortiam eodem ducatu inveſtivit: & Maximilianus, qui filium hujus Ludovicum, ut ſcribit ipſe Belcarius commen-

perio, *f*inveſtituras tribuat feudorum imperii Romani, quia ſcilicet in populo Romano, tali tempore libero, primas obtinet. Solent autem quæ ſunt corporis alicujus g per primam perſonam corporis nomine expediri, ut alibi quoque diximus. Neque vero male Cynus & Raynerius tradidere, ſi Imperator Romanus morbo aut captivitate impediretur fungi imperio, poſſe ei vicarium dari ab ipſo populo Romano.

XII. Heredis perſonam, quoad dominii tam publici quam privati continuationem, pro eadem cenſeri cum defuncti perſona, certi eſt juris.

XIII. Victor autem victo quatenus ſuccedat, infra in effectibus belli explicabitur.

mentariorum de rebus Gallicis lib. 5, num. 12. ad an. Chr. 1493.

GROTII.

*f Inveſtituras tribuat feudorum imperii Romani* ] Nempe ut in imperio Germanico Palatinus & Saxo Vicarii imperii, diviſis partibus. Vide *Serranum* Ludovico XII.

g *Per primam perſonam corporis nomine expediri* ] Nam & in Poloniæ interregno Archiepiſcopus Gneſnenſis Regis locum tenet, in ſolio regio ſedet, tanquam primus inter Ordines. *Philippus Honorius* in diſſertatione de regno Poloniæ.

## CAPUT X.

### De obligatione quæ ex dominio oritur.

I. *Obligatio reddendæ domino rei alienæ unde & qualis.* [ *Exſtantia* (22) *reſtituere, & quantum in ſe eſt efficere ut reddantur.*

II. *Non exſtantibus,* ] *obligatio de reddendo eo quod quis lucriſecit ex alieno: quæ multis exemplis illuſtratur.*

III. *Bonæ fidei poſſeſſorem ad reſtitutionem non teneri, ſi res perierit.*

IV. *Eundem teneri ad reſtituendos fructus exſtantes:*

V. *Et conſumtos, niſi alias conſumturus non fuerit:*

VI. *Non eos, quos neglexit percipere.*

VII. *Non teneri eundem ad reſtitutionem rei, quam donavit alii, cum diſtinctione:*

VIII. *Nec ſi rem emtam vendiderit, ſimiliter cum diſtinctione.*

IX. *Quando pretium aut ejus partem ſervare poſſit, qui rem alienam bona fide emit.*

X. *Rem alienam emtam reſtitui venditori non poſſe.*

XI. *Qui rem habet, cujus ignoretur dominus, nemini teneri eam concedere.*

XII. *Ob*

GRONOVII.

(22) Uncinis heic à me incluſa, in nulla Editionum, quæ vivo Auctore prodierint, immo neque in primis poſt mortem ejus vulgatis, reperiuntur. *J. B.*



Digitized by Google

XII. *Ob cauſam turpem, aut alioqui debitam, acceptum non eſſe reſtituendum naturaliter.*
XIII. *Refellitur ſententia ſtatuens rerum, quæ pondere, numero, menſura conſtant, dominium ſine conſenſu domini tranſire.*

I. 1. EXplicatio, quantum inſtituto noſtro ſufficit, jure eo quod in perſonas aut res nobis competit, videndum etiam 1 quæ exinde naſcatur obligatio adverſum nos. Naſcitur autem hæc aut e rebus exſtantibus (rerum nomine jam comprehendam etiam jus in perſonas, 2 qua utile nobis eſſe poteſt) aut non exſtantibus.

2. E rebus exſtantibus obligatio hæc naſcitur, qua a tenetur is, qui rem noſtram habet in ſua poteſtate, efficere quantum in ſe eſt, ut in noſtram poteſtatem veniat. Quantum in ſe eſt, dico; neque enim obligatur ad impoſſibile, neque ad reddendam rem ſuis impenſis: ſed indicare tenetur, ut alter recipere ſuum poſſit. Nam ſicut 3 in rerum communium ſtatu obſervanda erat æqualitas

GROTII.

a TEnetur is, qui rem noſtram habet in ſua poteſtate, efficere quantum in ſe eſt ut in noſtram poteſtatem veniat] Inter præcepta jubentia legis Hebræis datæ eſt, ut res inventa reſtituatur domino. Præcepto jubente LXXIV. Fundamentum id habet tum in æquitate naturali, tum in Deuteronomii loco XXII, 1. *Chryſoſtomus.* 1 Corinth. v. 8. ταῦτα δὲ καὶ οἱ τῶν ἔξωθεν ἴσασι νόμοι, οἳ τὺς ἁρπάσοντας καὶ ἀφελομένυς ἀφέντες, ἐκείνυς κελεύυσιν ἀπαιτεῖν, παρ᾽ οἷς ἂν εὕροι τις τὰ αὐτῦ κείμενα ἅπαντα. *Hoc & ſæculi probant leges quæ jus nobis faciunt, omiſſo raptore aut fure, eos compellare qui res noſtras qualeſcunque ea ſint tenent.* Hieronymus ad Leviticum: *Multi ſine peccato putant eſſe, ſi alienum quod invenerint teneant, & dicunt: Deus mihi dedit Cui habeo reddere? Diſcant, hoc peccatum ſimile eſſe rapinæ, ſi quis inventa non reddat.* [At locus ille non eſt *Hieronymi*, ſed *Origenis*, ex *Hom.* IV. in Cap. 6. *Levit.* unde verſus eſt; ut in Editione Pithoeanâ Corporis Juris Canonici obſervatum. *J. B.*] *Auguſtinus* Sermone XIX. de verbis Apoſtoli: *Si quid inveniſti & non reddidiſti, rapuiſti.* Deinde: *Qui alienum negat, ſi poſſet & tolleret.* Utrumque Gratianus retulit in cauſæ XIV quæſtionem v. *Can.* 6. & 8. Idem *Auguſtinus* de Fide & operibus: *Sicut jure prædiorum tamdiu quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur, quamdiu ſe poſſidere ignorat alienum: cum vero ſcierit, nec ab alieno receſſerit, tunc malæ fidei poſſeſſor perhibetur, tunc juſte injuſtus poſſeſſor vocabitur.* Pertinet huc & lex Wiſigothorum lib. IX, tit. 1, c. 9. Interdum vero ob cauſas graves lex civilis intendit augetque hanc obligationem, ut in ſervo fugitivo lex Burgundica lib. 1, tit. VI. Bona quæ dominis per injuriam ademerat Domitianus, Nerva reſtitui juſſit. Habet id *Xiphilinus* (*pag.* 240. C. *Ed. H. Steph.*) Apud *Procopium* Gotthicorum II. Beliſarius: οἶμαι δ᾽ ἔγωγε τόν τε βιασάμενον, καὶ ὃς ἂν τὰ τῦ πέλας ἑκυσίως μὴ ἀποδιδῷ, τὸν αὐτὸν ἑκὼν γε εἶναι. *Mihi ita libet credere, pari loco eſſe res alienas ſponte retinentem, & non reddentem, cum raptore.*

GRONOVII.

1 *Quæ exinde naſcatur obligatio*] Aliorum rem noſtram tenentium: quid ob rem noſtram alii qui eam poſſident, nobis debeant.

2 *Qua utile nobis eſſe poteſt*] Non ſcilicet in pœnam.

3 *In rerum communium ſtatu*] Priuſquam privata dominia exſtiterunt.

b Inſ-

Digitized by Google

tas quædam; ut huic non minus quam alteri rebus communibus uti liceret; ita introducto dominio 4 hæc (bb) quaſi ſocietas inter dominos contracta eſt, ut qui rem alienam in ſua haberet poteſtate, eam domino redderet. Nam ſi dominii ea tantum fuiſſet vis ut 5 poſcenti domino reddenda res eſſet, nimis debile futurum fuiſſet dominium, & nimis ſumtuoſa cuſtodia.

3. Neque hic conſideratur bona quis an mala fide rei poſſeſſionem nactus ſit: alia enim obligatio eſt ex delicto, alia ex re. Lacedæmonii delicto ſe liberaverant, damnato Phœbida, qui Cadmeam Thebanorum arcem contra fœdus ceperat, ſed ipſi b injuſtitiæ accuſati quod arcem nihilominus retinerent. Eamque injuſtitiam, ut ſingularem, etiam ſingulari Dei providentia vindicatam notavit * Xenophon. Sic M. Craſſum & Q. Hortenſium reprehendit † Cicero, quod hereditatis partem retinuiſſent 6 ex teſtamento, quod falſum, ſed ſine eorum culpa, confectum erat. *Diod. l. xv. Plut. Pelopida, p. 280.* * *Hiſt. Græc. lib. v. c. 4.* † *De Officiis III. c. 18.*

4. Quia vero hæc obligatio 7 tanquam ex contractu univerſali omnes homines tenet, & jus quoddam rei domino parit, eo fit ut 8 ſingulares contractus, quippe tempore poſteriores, exceptionem inde accipiant. Inde lucem accipit illud Tryphonini: *Latro ſpolia quæ mihi abſtulit, poſuit apud Sejum inſcium de malitia deponentis: utrum latroni, an mihi reſtituere Sejus debeat? Si per ſe dantem, accipientemque, intuemur,* 9 *hæc eſt bona fides, ut commiſſam rem recipiat is qui dedit: Si totius rei æquitatem,* 10 *quæ ex omnibus perſonis, quæ* *L. Bona fides. 31. D. depoſiti, §. 1.*

GROTII.

b *Injuſtitiæ accuſati*] Ita judicat *Diodorus* libro xv. (c. 20.) *Plutarchus* Ageſilao: τὴν πόλιν ἔπεισεν εἰς αὐτὴν δέξασθαι τὸ ἀδίκημα, καὶ κατέχειν τὴν Καδμείαν δι' ἑαυτῆς. *Civitati perſuaſit ut in ſe culpam transferret, retinendo ſibi arcem Cadmeam.* (Pag. 609. B.) Simile facinus Bajazetis in Nicopoli apud *Leunclavium* lib. VI.

GRONOVII.

4 *Hæc quaſi ſocietas*] Inſtar taciti pacti cujuſdam interceſſit.

5 *Poſcenti domino*] Nonniſi poſcenti, ita ut ſi non poſceret, quod ignoraret ſuam rem te penes eſſe, id ſcienti tibi eam retinere liceret.

6 *Ex teſtamento*] L. Minucii Baſilii, quod ſubjecerunt quidam, & ſecum ſcripſerunt hæredes Craſſum & Hortenſium, ut illi lucro invitati contra veros hæredes hoc falſum teſtamentum potentia ſua tuerentur, quod & fecerunt.

7 *Tanquam ex contractu univerſali*] Pacto, in quod tacite omnes homines conſenſiſſe videntur.

8 *Singulares contractus*] Ut quod quis de re aliena non domino, tanquam domino, promiſit aut cum eo contraxit, id ſervare non teneatur vero domino invento, quo is ſuum recipiat.

9 *Hæc eſt bona fides*] Hoc conveniens eſt bonæ fidei & ſinceritati contractuum.

10 *Quæ ex omnibus perſonis*] Quæ tum demum conſtat, quum omnium perſonarum ad quas ea res pertinet, ratio habetur, nec cuiquam detrahitur, quod ſuum eſt.

(bb) Nullam ſocietatem, nullum pactum, heic intelligere neceſſe eſt. Vide quæ hac de re, ſimul & de toto argumento iſtius Capitis, diximus in Notis ad PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. XIII. alterius

Digitized by Google

*quæ negotio iſto continguntur, impletur, mihi reddenda ſunt, quod* (male legitur *quo*) *facto ſceleſtiſſimo ademta ſunt*. Recte autem addit: *Et probo hanc eſſe juſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit*, 11 *ut non diſtrahatur ab ullius perſonæ juſtiore repetitione*. Juſtior nimirum eſt repetitio domini ex jure illo quod ipſi 12 dominio æquævum diximus: unde etiam illud ſequitur quod apud eundem Tryphoninum eſt, ut qui rem ſuam ignorans depoſitam accepit, reddere eam non teneatur: & quod ibidem paulo ante quærebatur de bonis depoſitis ab eo cujus bona erant publicata, 13 hinc potius quam ex eo quod 14 de pœnarum utilitate adfert Tryphoninus, definiendum eſt.

5. Nam ad dominii naturam nihil refert, ex gentium, an ex civili jure oriatur: ſemper enim ſecum habet quæ ſibi ſunt naturalia, inter quæ eſt obligatio cujuſvis poſſeſſoris ad rem domino reſtituendam. Et hoc eſt quod ait Martianus, jure gentium 15 condici poſſe res ab his qui non ex juſta cauſa poſſident.

*L.25. D. de act. rer. amotar.*

Ex hoc fonte oritur illud quod ab Ulpiano eſt proditum *, qui rem alienam invenit, eum ita ad eam domino reddendam teneri ut εὕρετρον, hoc eſt, præmium inventionis petere non poſſit. Reddendi autem ſunt & fructus 16 ſalvis impenſis.

** L.43. §. 9. D. de furt.*

II. 1. De rebus non exſtantibus hoc humano generi placuit, ut ſi tu ex re mea factus es locupletior, me rem non habente, 17 in tantum tenearis, in quantum es factus locupletior: quia quatenus ex meo lucratus es, 18 plus habes, cum ego 19 minus habeam: introducta autem ſunt dominia ad ſervandam æqualitatem, in eo ſcilicet, ut quiſque ſuum haberet. c *Contra naturam eſſe*, ait Tullius, * *ex hominis incommodo ſuum augere commodum*. Et alibi: † *Illud natura non patitur, ut aliorum ſpoliis noſtras facultates, copias, opes augeamus*.

*Cajet. ad Th. 2, 2. 62. art. 6. L. 20. §. 6. D. de petit. hered.*

** De Off. III. c. 5. Vid. L. 206. D. de reg. jur. & ibi interpretes.*

*† Immo ibid.*

terius Editionis, ubi omnia accuratiùs exſequuti ſumus, quàm in primâ Editione, &, ut putamus, quàm ab ullo adhuc factum fuerat. *J. B.*

GROTII.

c *Contra naturam eſſe ex hominis incommodo ſuum augere commodum*] Caſſiodorus x, 16. *Hoc noſtris temporibus conſtemur inimicum, ut alter alterius lætetur incommodo*.

GRONOVII.

11 *Ut non diſtrahatur*] Ut ſi intelligatur, alium, quam cujus ad hoc uſque putatum eſt, id juſtius repetere, ei potius tribuamus.

12 *Dominio æquævum*] Simul cum introductis privatis dominiis natam & inter dominos quaſi contractum.

13 *Hinc potius*] Nempe quod contractum cum deponente ſolverit ille ſanctior humano generi contractus initus, domino rem reſtitui. Eſt autem poſt condemnationem dominus bonorum deportati fiſcus.

14 *De pœnarum utilitate*] Ut male meritus de publico, quo ſit exemplo aliis ad deterrenda maleficia, etiam egeſtate laboret.

15 *Condici*] Peti actione.

16 *Salvis impenſis*] Detracto eo quod bonæ fidei poſſeſſor in rem impendit.

17 *In tantum tenearis*] Tantum reſtituere debeas.

18 *Plus habes*] Quam jure ad te pertinet.

19 *Minus*] Quam me habere oportet.

20 Extra

2. Et hujus dicti tanta æquitas, ut multa hinc definiant juriſconſulti 20 extra legum præſcripta, ſemper ad ipſam æquitatem, ut evidentiſſimam, provocantes. Ex *a* actu ſervi 21 inſtitoris tenetur qui præpoſuit, ita niſi denunciaverit ne ei crederetur: At etiam ſi ſit facta 22 denunciatio, & ſervus ex eo contractu 23 peculium habeat, 24 aut in rem domini verſum ſit, 25 replicabitur de dolo. *Videtur enim*, inquit Proculus, *dolum malum facere, qui* 26 *ex aliena jactura lucrum quærat.* Ubi doli mali vox id omne ſignificat, quod naturali juri & æquitati repugnat.

a *L. Si quis mancipiis, 17. D. de inſt. act. §. 4.*

*b* Qui matre jubente pro filii 27 defenſore fidejuſſit, adverſus defenſorem mandati actionem non habet, nec proprie ejus geſſit negotium, quia 28 contemplatione matris fidejuſſit: Attamen ex Papiniani ſententia dabitur actio negotiorum geſtorum (29 utilis, ni fallor) in defenſorem, quia pecunia fidejuſſoris liberatur.

b *L. Quamquam, 6. ad SC. Vell.*

*c* Sic uxori quæ marito pecuniam donavit, 30 quam ex lege poſſet repetere, datur condictitia aut utilis vindicatio in rem ex pecunia comparatam; quia, inquit Ulpianus, locupletiorem eſſe maritum negari non poteſt: & hoc quæritur, quid ex re mulieris poſſideat.

c *L. Uxor marito, 55. D. de donat. inter vir. & uxor.*

*d* Si conſumſeris nummos quos mihi meus ſervus ſurripuerat, 31 peculiares putans, 32 condictio eo nomine mihi adverſus te competit, quaſi res mea ad te 33 ſine cauſa pervenerit.

d *L. 30. pr. verſ. ſecundum, D. de act. emt.*

*e* Pupilli 34 non tenentur commodati ſecundum leges Romanas; tamen utilis actio dabitur, ſi pupillus locupletior factus ſit.

e *L. 3. D. commodati.*

*f* Sic ſi aliena res pignori data & a creditore vendita fuerit, quantum ad creditorem, pro pretii accepti quantitate, liberatur debitor: quia, inquit Tryphoninus, 35 ex quali quali obligatione, occa-

f *L. Reſcriptum. 12. §. 1. de diſt. pignorum.*

20 *Extra legum præſcripta*] De quibus vetus jus nihil ſanxit.

21 *Inſtitoris*] Qui tabernis & negotiis ac mercimoniis domini præpoſitus eſt.

22 *Denuntiatio*] L. 47. pr. *de peculio.* l. 11. §. 2. & 3. D. *de inſtitor. act.* l. 17. §. 4. *ibid.*

23 *Peculium*] Aliquid ſeparatum a rationibus domini, quod eo permittente in lucrum ſuum occupet.

24 *Aut in rem domini*] De ſuo rem domini amplificaverit, neque expenſam redigere, manente tali denuntiatione, poſſit.

25 *Replicabitur de dolo*] Actionem habebit adverſus eam denuntiationem, tanquam dolo malo factam.

26 *Ex aliena jactura*] Ut hic dominus ex jactura ſervi.

27 *Defenſore*] Qui abſque mandato cum ſola ſatiſdatione pro reo in judicio poſtulat, in quo differt a procuratore, qui cum mandato, & tam pro actore quam pro reo.

28 *Contemplatione matris*] Matris perſonam & auctoritatem ſecutus.

29 *Utilis*] Non ex lege ipſa, ſed ex interpretatione, contra juris ſtricti rationem, ex æquitate introducta.

30 *Quam ex lege*] Quia vetitæ donationes inter virum & uxorem erant. l. 1. hoc tit.

31 *Peculiares*] De peculio ſervi.

32 *Condictio*] Actio in perſonam.

33 *Sine cauſa*] Non juſto titulo.

34 *Non tenentur commodati*] Non poſſunt conveniri actione de eo quod illis commodatum eſt.

35 *Ex quali quali*] Quantumvis illegitima, invalida obligatione pignoris rei alienæ, etſi nihil aliud, occaſione per debitorem data.

36 *Emtori*

Digitized by Google

occaſione debitoris redactum pretium æquius debitori proficiet, quam creditoris lucro cederet: ſed 36 emtori debitor tenebitur, ne ex aliena jactura lucrum ſibi quærat: 37 nam & ſi majores fructus a poſſeſſore creditor abſtuliſſet, univerſos in 38 quantitatem acceptos ferre deberet.

g *L. Si me & Titium, 32. D. de reb. cred.*

*g* Similiter ſi cum debitore meo, non tanquam meo, 39 ſed alienum debitorem putans egiſti, & mutuam ab eo accepiſti pecuniam, obligaris, non quia pecuniam tibi credidi, (hoc enim niſi inter conſentientes fieri non poteſt) ſed 40 quia pecunia mea quæ ad te pervenit, eam mihi a te reddi bonum & æquum eſt.

h *Acc. in d. l. reſcriptum.*

i *Jaſon. in d. l. ſi me & Titium.*

3. Poſteriores quoque juris interpretes ad facta ſimilia hæc recte producunt: nempe ut *h* cujus 41 latitantis bona venum ierant, 42 cum exceptionem haberet, is ad pecuniam ex bonis ſuis redactam admittatur; & *i* ut qui pecuniam patri credidit ad alendum filium, ſi pater ſolvendo non ſit, in ipſum filium bona materna habentem actionem habeat.

k *Soto l. IV. q. 7. art. 2. Covarr. ad c. peccatum. par. 11. §. 1. Silv. in verbo Reſtitutio n. 3. q. 6. Medina de contr. q. 10. Leſſ. l. 11. c. 14. Navar. 17. n. 7.*

His regulis duabus recte intellectis, non difficilis erit reſponſio ad eas quæſtiones quæ & a Juriſconſultis, *k* & a Theologis 43 internum animi tribunal inſtruentibus, proponi ſolent.

III. Primum enim apparet, bonæ fidei poſſeſſorem (nam malæ fidei poſſeſſor, 44 ultra rei rationem, ex facto ſuo tenetur) non teneri ad ullam reſtitutionem ſi res perierit: quia nec res ipſa apud eum eſt, nec lucrum ex re.

IV. Secundo, bonæ fidei poſſeſſorem teneri ad reſtituendos (cc) etiam fructus exſtantes rei: dico 45 fructus rei; nam induſtriæ fructus

GRONOVII.

36 *Emtori debitor*] Ab emtore, a quo dominus eam vindicavit, debitor, qui rem non ſuam creditori pignus dedit, conveniri poteſt, ne ex aliena re ipſe quidem debitor a creditore pignore vendito liberatus ſit; emtor autem pretio creditori dato & re ſimul careat.

37 *Nam & ſi majores*] Si creditor a debitore, qui bona fide alienum agrum poſſidet, pro uſuris ejus agri fructus redigat, & forte perceperit majores, quam quæ uſurarum quantitati reſponderent, id ad minuendam ſortem poſſeſſori proficere deberet.

38 *Quantitatem*] Debitam.

39 *Sed alienum*] Ejus qui te juſſit ab ſuo debitore mutuum ſumere.

40 *Quia pecunia mea quæ*] Verba legis 32. D. *de rebus cred.* in quibus aut delendum τὸ *quæ*, aut legendum *pecuniam meam*, & τὸ *eam* abundat, ut in illis, de quibus 1. obſerv. 23, p. 186.

41 *Latitantis*] Non facientis copiam conveniendi ſui. *Cicero* pro Quint. c. 19.

42 *Cum exceptionem*] Cum petitoris intentionem exceptione potuiſſet elidere & irritam reddere.

43 *Internum animi tribunal*] Judicium conſcientiæ de rebus lege non definitis.

44 *Ultra rei rationem*] Ab eo non tantum exigitur res, ſed etiam pœna ob rem male poſſeſſam.

45 *Fructus rei*] Qui ex ipſa per ſe naturaliter ſine induſtria poſſeſſoris proveniunt.

(cc) Non tenetur: quoniam, ut puto, ille, quamdiu fuit bonæ fidei Poſſeſſor, ſecundum Legem Naturalem eadem planè jura habuit, ac ſi verus Dominus fuiſſet. Id probavimus ad Caput

Digitized by Google

fructus etiam ſi ſine re non procederent, rei tamen non debentur. Cauſa hujus obligationis eſt ex dominio. nam qui dominus eſt rei, idem naturaliter dominus eſt fructuum rei.

V. Tertio, bonæ fidei poſſeſſorem teneri ad reſtitutionem & rei, & fructuum conſumtorum, 46 ſi modo alias quoque tantundem conſumturus fuerat: nam in hoc locupletior cenſetur. Sic laudatur circa initia imperii C. Cæſar Caligula, quod quibus regna reſtituit, adjecit & fructus medii temporis. *Suet. c. 16.*

VI. Quarto, non teneri eum ad reſtituendos fructus quos percipere neglexit: quia nec rem habet, nec quicquam quod rei loco ſuccedit.

VII. Quinto, ſi talis poſſeſſor rem ſibi donatam alii donaverit, non teneri eum 47 niſi omnino etiam ſine hac re donaturus tantundem fuiſſet: tunc enim lucrum erit rei ſuæ pepercifſe. * *Vid. L. 48. §. ult. D. De furtis.*

VIII. Sexto, ſi rem emtam vendiderit, * non teneri, niſi quatenus forte pluris † vendiderit: quod ſi donatum vendiderit, a teneri ad reſtituendum pretium, niſi forte prodegerit pretium, alias non prodacturus. † *L. 22. D. de petit. her. L. 25. eod.*

IX. 1. Septimo, rem alienam bona fide emtam reſtituendam, nec b poſſe erogatum pretium repeti. cui regulæ hæc addenda mihi videtur exceptio, d 48 niſi quatenus dominus rei ſuæ poſſeſſionem recipere ſine impendio aliquo probabiliter non potuit, ut puta ſi res apud piratas fuerit. Tunc enim deduci poterit quantum domi- a *L. 23. D. de reb. credit.* b *L. 3. 23. C. de rei vindic. L. 16. C. de evictionib.*

Caput Pufendorfii jam indicatum: ubi videre poterit Lector, quomodo in pleriſque caſuum ſequentium alias regulas tradamus, è principio ſimpliciſſimo & facillimo fluentes; quum definitiones Auctoris noſtri ſatis inter ſe non conſentiant, & difficultatibus plurimis obnoxiæ ſint. *J. B.*

G R O T I I.

d *Niſi quatenus dominus rei ſuæ poſſeſſionem recipere ſine impendio aliquo probabiliter non potuit*] Apud Terentium Heautontimorumeno Act. IV. Scena IV. (*verſ. 42, & ſeqq.*)

*— Sed illud quod tibi*
*Dixi de argento quod iſta debet Bacchidi;*
*Id nunc reddendum eſt illi. neque tu ſcilicet*
*Eo nunc confugies; quid mea? num mihi datum eſt?*
*Num juſſi? num illa oppignerare filiam*
*Meam me invito potuit? verum illud, Chreme,*
*Dicunt: jus ſummum ſæpe ſumma eſt malitia.*

Ubi & Eugraſium vide. Hæc æquitas etiam ab Hebræorum magiſtris probatur, & a Wiſigotthis libro I, tit. IX, c. 9, & c. 15. *Alc.* III, Præf. 29. *Menach.* V, Præf. 29. num. 26. *Straccham parte* II, num. 18.

G R O N O V I I.

46 *Si modo alias*] Niſi forte rem alienam ſi non poſſediſſet, arctius contentiuſque vixiſſet, ac minus ſumptuum feciſſet: ſi res illa non fuit cauſa, ut liberalius viveret.

47 *Niſi omnino etiam*] Niſi res bona fide poſſeſſa fuerit cauſa & occaſio donationis.

48 *Niſi quatenus*] Niſi emerit ab eo, unde neceſſario & domino emenda fuiſſet quodammodo, & ſine impenſa recuperari non potuiſſet.

a Cum

dominus impenſurus libenter fuerat. ipſa enim 49 facti poſſeſſio, præſertim recuperatu difficilis, eſt aliquid æſtimabile, & in hoc dominus poſt rem amiſſam cenſetur factus locupletior. Et ideo cum rei ſuæ emtio * ordinario jure non valeat, valere tamen eam ait *a* Paulus Juriſconſultus, ſi ab initio id convenit, 50 ut poſſeſſio quæ apud alterum eſt ematur *b*. Neque hic requiro ut emta res ſit e cum animo ut domino reſtitueretur, quo caſu 51 negotiorum actionem naſci, ſunt qui ajant, ſunt qui negent *c*. Nam negotiorum geſtorum actio ex lege civili naſcitur: nullum enim habet eorum fundamentorum, ex quibus natura obligationem inducit. Nos autem id quod naturale eſt hic quærimus.

2. Non diſſimile eſt quod de 52 funeraria ſcripſit *d* Ulpianus, juſtum judicem in ea non 53 meram negotiorum geſtorum actionem imitari, ſed ſolutius æquitatem ſequi, cum hoc ei actionis natura indulgeat. Et quod alibi idem ait, *e* ſi quis negotia mea geſſerit, non mei contemplatione, ſed ſui lucri cauſa, & circa res meas aliquid impenderit, *f* non quidem in id 54 quod dedit, ſed 55 in id quod ego locupletior ſum, habiturum actionem. Sic (dd) enim & domini rerum, quarum jactu levata eſt navis, partem recuperant ab aliis, *g* quorum res jactu ſervatæ ſunt: quia & qui rem alioqui perituram ſervavit, in hoc videtur locupletior.

X. Octavo, eum, qui rem alienam emit, non poſſe eam 56 reſtituere venditori ut pretium ſervet, quia ex quo res in ejus fuit poteſtate, jam, ut diximus, cœpit obligatio reſtituendi.

XI. Nono, eum qui rem habeat cujus dominus ignoratur, non teneri naturaliter eam rem pauperibus dare: f quanquam valde hoc pium ſit, & recte multis in locis conſtitutum. Ratio eſt, quia ex dominio nemo jus habet 57 præter dominum. Non eſſe autem

* *L. Sua, 16. D. de cont. emt.*
a *L. Si in emtione, 34. §. rei, 4. D. de contr. emt.*
b *L. Si laborante. 2. §. Si navis. 3. ad legem Rhodiam. Vid. Ægid. Reg. diſp. 31. dub. 7. num. 126. Hoſt. tit. de pœn. v. quid de prædam emmentibus.*
c *Bal. & Caſt. l. 1. D. de neg. geſt.*
d *L. & ſi quis, 14. §. idem Labeo. 13. D. de relig. & ſ. f. Balſamo ad can. x. Greg. Thaumat.*
e *L. Si pupilli, 6. §. ſed ſi quis. 3. D. de neg. geſt.* f *Cajet. 2, 2. 62. 6. Soto l. 4, q. 7. art. 2. Covar. d. loco.* g *L. 1. D. ad L. Rhod.*

**GROTII.**

e *Cum animo ut domino reſtitueretur*] Speculum Saxonicum II, 37. Landrecht tit. xv.

f *Quanquam valde hoc pium ſit*] Chryſoſtomus indicato jam loco.

**GRONOVII.**

49 *Facti poſſeſſio*] Poſſeſſio de facto ſive plena.

50 *Ut poſſeſſio quæ apud alterum eſt, ematur*] Ne ſcilicet de ea dominus judicio certandum haberet.

51 *Negotiorum actionem*] Contrariam, quæ datur geſtori ultro accedenti ad negotium alterius.

52 *Funeraria*] Quæ de impenſis funeris cauſa factis datur.

53 *Meram negotiorum*] Rigorem juris in illa actione.

54 *Quod dedit*] Quod ei abeſt non omne quod impendit.

55 *In id quod*] Quantum mihi imputare poteſt.

56 *Reſtituere venditori*] Cogere venditorem, ut pretio reddito illam recipiat, ſed debere eum reſtituere domino quicquid evenit de pretio.

57 *Præter dominum*] Eoque nec pauperes, nec pauperum curatores jus habent ejuſmodi rem *adéσποτον* poſcendi.

(dd) Heic *enim*, in omnibus Editionibus, poſitum pro *etiam*, errato, ut mihi videtur, typographico, quem tamen Auctor non animadvertit. Certè eſt id novum exemplum, non ratio jam dictorum. *J. B.*

g *Aliud*

autem, & non apparere, tantundem valent quoad eum cui non apparet.

XII. Decimo, *g* naturaliter quod ob cauſam turpem aut honeſtam, 58 ad quam quis obligabatur, acceptum eſt, non eſſe reſtituendum, quanquam hoc quoque non immerito legibus quibuſdam introductum eſt. Ratio eſt, *h* quia 59 ratione rei nemo tenetur, niſi res ſit aliena; hic autem dominium tranſit 60 ex prioris domini voluntate. g Aliud erit ſi in ipſo accipiendi modo vitium fuerit, puta 61 extorſio: hoc enim eſt aliud obligationis principium, de quo hic non agimus.

g *Trom.* 2. 2. 62. *art.* 5. *reſp. ad* 2. & *Cajet. ibi. Covar. p.* 2. §. 2. *ad cap. peccatum.* h 1 *Sam.* XII, 5. 6.

XIII. Addamus & hoc mendoſe à *i* Medina traditum, rerum alienarum in nos dominium tranſire ſine conſenſu domini, ſi res ſint tales, 62 quæ pondere, numero, & menſura æſtimari ſoleant. Nam res ejus generis 63 functionem quidem recipere dicuntur, id eſt, reſtitui poſſe per id quod genere idem eſt, ſed ita demum ſi conſenſus præceſſerit, aut ex lege aut more præceſſiſſe intelligatur, ut in mutuo; aut etiam ſi res, utpote conſumta, exhiberi nequeat. *k* At extra talem conſenſum, vel expreſſum, vel præſumtum, & extra neceſſitatem functio iſta locum non habet.

i *De reſt. q.* 10. k *L. Rogaſti.* 11. §. *ult. D. de reb. cred. & ſi cert.*

GROTII.

g *Aliud erit ſi in ipſo accipiendi modo vitium fuerit, puta extorſio*] Optime hæc diſtinguit Auguſtinus epiſtola LIV.

GRONOVII.

58 *Ad quam quis obligabatur*] Quam & ſine mercede facere debebat.

59 *Ratione rei*] Rem nemo reſtituere compellitur.

60 *Ex prioris domini*] Dominus quod deſit, eo dedit animo, ut fieret accipientis & ſuum eſſe deſineret: itaque apud accipientem non eſt alienum.

61 *Extorſio*] Si per vim & minas expreſſit.

62 *Quæ pondere, numero*] Quæ ſolent mutuæ dari, in mutuo autem alienantur inque dominium tranſeunt ſpecies creditæ, quæ ſcilicet utendo conſumuntur. Tales igitur res incidentes in non dominum Medina voluit ejus fieri, ut abuti poſſet illis, & reſtituendo tantumdem, non ipſis ſpeciebus liberaretur.

63 *Functionem quidem recipere*] L. 2. D. *de rebus cred.*

# CAPUT XI.

## De promiſſis.

I. *Refellitur ſententia ſtatuens ex promiſſis jus naturaliter non oriri.*

II. *Aſſertionem nudam non obligare.*

III. *Pollicitationem naturaliter obligare, ſed inde alteri jus non naſci.*

IV. *Quid ſit promiſſum unde alteri jus oritur.*

V. *Requiri ad hoc in promittente uſum rationis: ubi diſtinguitur jus naturale a legibus civilibus circa minores.*

VI. *Promiſſio errantis an & quatenus obliget naturaliter.*

VII. *Promiſſionem ex metu obligare, ſed qui metus cauſam dedit, teneri ad liberandum promiſſorem.*

VIII. *Id quod promittitur, ut promiſſio valeat, oportere in poteſtate ſit promittentis.*

IX. *An promiſſio ob cauſam vitioſam valeat naturaliter, per diſtinctionem explicatur.*

X. *Quid ſentiendum de promiſſione facta ad conſequendam rem jam ante debitam.*

XI. *Modus valide promittendi per nos ipſos.*

XII. *Modus valide promittendi per alios; ubi & de legatis mandata excedentibus.*

XIII. *Exercitoria & inſtitoria obligationes quatenus ex jure naturæ procedant, ubi & juris Romani error notatur.*

XIV. *Ad promiſſionis validitatem acceptationem requiri.*

XV. *An acceptatio innoteſcere debeat promiſſori, per diſtinctionem explicatur.*

XVI. *Revocari promiſſionem poſſe, mortuo ante acceptationem cui promiſſum erat.*

XVII. *An & internuntio mortuo, per diſtinctiones explicatur.*

XVIII. *An revocabilis ſit promiſſio, acceptione per alterum facta, per diſtinctiones explicatur.*

XIX. *Onus promiſſo adjici quo tempore poſſit.*

XX. *Quomodo convaleſcere poſſit invalida promiſſio.*

XXI. *Promiſſiones ſine cauſa naturaliter non eſſe irritas.*

XXII. *Qui factum alienum promiſit ad quid naturaliter teneatur.*

*Lib.* I, *c.* VI. *Lib.* V, *c.* I. I. 1. PErduxit nos ordo ad obligationem quæ ex promiſſis oritur: ubi ſtatim ſe nobis objicit vir eruditionis minime vulgaris Franciſcus Connanus. Is enim hanc defendit (aa) ſententiam, jure naturæ ac gentium 1 ea pacta, quæ non habent συνάλλαγμα, nullam inducere obligationem: honeſte tamen impleri, ſi modo talis res ſit, quam præſtare etiam citra promiſſum honeſtum ac virtuti alicui congruens fuerat.

I. 2. Adfert autem pro ſententia ſua non tantum Juriſconſultorum dicta, ſed & rationes has: quod non minor ſit culpa ejus qui temere nulla de cauſa pollicenti credit, quam ejus qui vanitatem
II. adhibuit promiſſionis: deinde quod fortunis omnium magnum immineat periculum, ſi promiſſo, quod ſæpe ex oſtentatione magis quam ex voluntate proficiſcitur, aut ex voluntate quidem, ſed
III. levi ac parum conſiderata, tenerentur homines: poſtremo, quod juſtum fuit 2 aliqua honeſtati cujuſque relinquere, nec ad neceſſitatem

GRONOVII.

1 EA pacta quæ non habent] Pacta nuda quæ placiti ſine ſteterunt, quæ neque traditione, neque ſtipulatione firmata ſunt.

2 *Aliqua honeſtati*] Eſſe quædam, in quibus experiamur quid ex officio facturi ſint homines, nulla lege cogente.

(aa) Confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 5. §. 9. & ſeqq. *J. B.*

tatem obligationis exigere: turpe eſſe promiſſa non implere, [3] non quod injuſte id fiat, ſed quod detegatur promiſſionis levitas.

Tullii quoque utitur teſtimonio, qui dixerit, nec promiſſa ſer- *De Offic. L. 10.*
vanda, quæ ſint iis quibus promiſeris inutilia, nec ſi plus tibi noceant, quam illi proſint cui promiſeris.

Quod [4] ſi res integra non ſit, vult deberi non quod promiſſum eſt, ſed [5] quod intereſt: cæterum pacta, quam ex ſe non habent vim, eam accipere aut ex contractibus, quibus inſunt aut adjiciuntur, aut ex rei traditione: unde naſci [6] partim actiones, [7] partim exceptiones, & vetitam repetitionem.

Quæ vero pacta vim obligandi ſecundum leges habeant, ut pacta ſtipulata, & alia quædam, habere eam [8] legum beneficio, quarum ea eſt efficacia, ut quod per ſe honeſtum eſt id efficere poſſint etiam neceſſarium.

3. Verum hæc ſententia, ita generaliter ut ab ipſo effertur accepta, conſiſtere non poteſt. Primum enim ſequitur inde inter reges & populos diverſos, pactorum, quamdiu nihil ex iis præſtitum eſt, vim eſſe nullam, præſertim iis in locis [9] ubi nulla certa forma fœderum aut ſponſionum reperta eſt. Tum vero ratio nulla reperiri poteſt, cur leges, quæ [10] quaſi pactum commune ſunt populi, atque hoc nomine vocantur ab Ariſtotele & * De- *Rhet. 1, xv.*
moſthene, obligationem pactis poſſint addere; voluntas autem ** Orat. I.*
cujuſque, hoc omni modo agentis ut ſe obliget, idem non poſſit, *adv. Ariſtogit. p.*
præcipue ubi lex civilis impedimentum non affert. Adde quod, *492. C. unde*
voluntate ſufficienter ſignificata, transferri rei dominium poteſt, *petita eſt.*
[11] ut ante diximus. quid ni ergo poſſit transferri & [12] jus in per- *L. 2. D. de*
ſonam, aut [13] ad transferendum dominium (quod jus ipſo [14] do- *legibus.*
minio minus eſt) aut ad aliquid agendum, quippe cum in actio- *§. Per tra-*
nes noſtras par jus habeamus atque in res noſtras? *ditionem,*

4. Accedit his [a] ſapientum conſenſus: nam quomodo dicitur a *40. Inſt. de*
Juriſ- *rer. diviſ.*

GROTII.

a *Sapientum conſenſus*] Ita ut & ſilentium in re moram non ferente vim ſponſionis habere velint Hebræi. *Baba Kama* cap. x, §. 4.

GRONOVII.

3 *Non quod injuſte*] Non quod in eo ſit injuria legibus vindicanda, ſed quod promiſſor non præſtando quod promiſit, ſe demonſtret vanum, inconſtantem, mendacem.

4 *Si res integra non ſit*] Si cœptum eſt impleri promiſſum, ſi arrha, vel ſymbolum datum.

5 *Quod intereſt*] Ejus cui promiſſum fuerat, rem præſtari.

6 *Partim actiones*] Ad exigendum aut petendum.

7 *Partim exceptiones*] Ad negandum.

8 *Legum beneficio*] Non natura.

9 *Ubi nulla certa*] Sicubi remanet priſca ſimplicitas & verbis nudis & fortuitis, non conceptis & certis formulis tranſigitur.

10 *Quaſi pactum commune*] Ob quam rationem Lycurgus leges ſuas Ῥήτρας id eſt, *pacta*, vocavit.

11 *Ut ante diximus*] 2, 6. 1.

12 *Jus in perſonam*] Obligatio.

13 *Ad transferendum dominium*] Nam actio in perſonam eſt, qua intendimus aliquem dare, facere oportere.

14 *Dominio minus*] Quanto ſcilicet ſpes minor eſt re præſenti.

 15 Quæ

Juriſconſultis, nihil eſſe tam naturale, quam voluntatem domini volentis rem ſuam in alium transferre ratam haberi; eodem modo dicitur, * nihil eſſe tam congruum fidei humanæ, quam ea [15] quæ inter eos placuerunt ſervare. Sic edictum [16] de pecunia conſtituta, ubi nulla in conſtituente debendi cauſa præceſſerat præter conſenſum, † favere dicitur naturali æquitati. Paulus quoque Juriſconſultus eum *a* ait natura debere quem jure gentium dare oportet, [17] cujus fidem ſecuti ſumus: quo in loco primum vox, *oportet*, [18] neceſſitatem quandam moralem ſignificat: neque vero admittendum eſt, quod ait Connanus, fidem ſecutos nos cenſeri, ubi [19] res integra eſſe deſiit: agebat enim eo loco Paulus de [20] condictione indebiti: quæ ceſſat ſi ex [21] qualicunque pacto ſolutum quid ſit, quia jam ante, [22] re adhuc integra, naturæ ac gentium jure dari oportebat, etiamſi [23] lex civilis ad [24] præſcindendas litium occaſiones auxilium ſuum [25] non præſtabat.

* *L.* 1. *D. de pactis.*
† *L.* 1. *D. de pecun. conſt.*
*a L. cum amplius*, 84. §. 1. *D. de reg. juris.*

5. M. autem Tullius in officiis tantam promiſſis vim tribuit, ut fundamentum juſtitiæ fidem appellet, quam & juſtitiæ ſororem dixit *b* Horatius, & Platonici ſæpe juſtitiam vocant ἀλήθειαν. quod fidelitatem tranſtulit *c* Apulejus: ac Simonides *d* juſtitiam definiebat, non modo acceptum reddere, ſed & verum dicere.

*De off. l.* 1. *c.* 7.
*b L.* 1. *Od.* 24.
*c Ap. de Platon. Phil. Mor.*
*d Apud Plat.* 1. *De Rep. p.* 331. *C. D. Ed. H. Steph.*

6. Sed ut bene res intelligatur, (bb) diſtinguendi ſunt diligenter tres gradus loquendi de [26] rebus futuris quæ noſtræ ſunt poteſtatis, aut fore putantur.

II. Primus gradus eſt [27] aſſertio explicans de futuro animum qui nunc eſt: & ad hanc, ut vitio careat, requiritur [28] veritas cogi-

GRONOVII.

15 *Quæ inter eos*] Poteſt excuſari, ut τὸ *eos* ad intellectum referatur, quaſi dixiſſet, fidei hominum. Suſpicor tamen Ulpianum ſcripſiſſe, quam ea quæ inter quos placuerunt ſervari. [Nihil mutare neceſſe eſt. Vide Clariſſ. NOODT. *Obſ.* 1. 4.

16 *De pecunia conſtituta*] Ubi quis id egit cum debitore, ut alio, ſed certo, die ac loco conſtituerit ſe ſoluturum. l. 4, & 5. D. *de conſ. pec.*

17 *Cujus fidem ſecuti ſumus*] Quicum contraximus, tanquam cum viro bono & fidem tueri ſolito.

18 *Neceſſitatem moralem*] Si non alia re, moribus duntaxat & inſtitutis aliquem obſtringi.

19 *Res integra eſſe deſiit*] Ubi jam aliquid agi ex illo ſimplici promiſſo incepit.

20 *Condictione indebiti*] Repetitione ejus, quod quum non deberetur, per errorem ſolutum eſt.

21 *Qualicumque pacto*] Quamvis nudo & ſine ſtipulatione.

22 *Re adhuc integra*] Nondum numerata pecunia.

23 *Lex civilis*] Quæ aliquid amplius requirebat quam pactum nudum.

24 *Præſcindendas*] *Recidendas* dicere voluit. 2. *obſerv.* 22.

25 *Non præſtabat*] Non juvabat eum, qui accepit, ad ultro petendum.

26 *Rebus futuris*] Nam in his fit promiſſum.

27 *Aſſertio explicans*] Dictum, quo indices, quid cum maxime facere cogites; non tamen adſeveres te nullo modo aliud facere velle.

28 *Veritas cogitationis*] Simplex animi & oris conſenſus.

(bb) Vide, in hanc rem, PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. V. §. 5. & ſeqq. *J. B.*

b Dem

cogitationis pro tempore præſenti, non autem ut in ea cogitatione perſeveretur. Habet enim animus humanus non tantum naturalem potentiam mutandi conſilium, ſed & jus. Quod ſi 29 in mutatione ſententiæ vitium ſit aliquod, aut accedit, id non eſt intrinſecum mutationi, ſed ex materia, puta quia prior ſententia erat melior.

III. Secundus gradus eſt, cum 30 voluntas ſe ipſam pro futuro tempore determinat, cum ſigno ſufficiente ad indicandam perſeverandi neceſſitatem. Et 31 hæc pollicitatio dici poteſt, quæ 32 ſepoſita lege civili obligat quidem, aut abſolute, aut ſub conditione, ſed jus proprium alteri non dat. Multis enim caſibus evenit, ut obligatio ſit in nobis, & nullum jus in alio: ſicut in debito miſericordiæ & gratiæ reponendæ apparet, quibus ſimile eſt hoc debitum conſtantiæ ſive fidelitatis. Itaque ex tali pollicitatione res pollicitantis retineri, aut is ipſe qui pollicitus eſt ad implendam fidem cogi jure naturæ non poterit.

IV. 1. Tertius gradus eſt, ubi 33 ad determinationem talem accedit ſignum volendi jus proprium alteri conferre: quæ perfecta promiſſio eſt, ſimilem habens effectum qualem alienatio dominii. Eſt enim aut 34 via ad alienationem rei, aut alienatio particulæ cujuſdam noſtræ libertatis. Illuc pertinent promiſſa dandi, huc promiſſa faciendi. Ejus quod dicimus inſigne nobis argumentum præbent divina oracula, quæ nos docent b Deum ipſum, qui nulla conſtituta lege obſtringi poteſt, contra naturam ſuam facturum niſi promiſſa præſtaret. Neh. IX, 8. Hebr. VI, 18. & X, 23. 1 Cor. I, 9. X, 13. 1 Theſſ. V, 24. 2 Theſſ. III, 3. 2 Tim. II, 13. Unde ſequitur, ut promiſſa præſtentur venire ex natura 35 immutabilis juſtitiæ, quæ Deo & omnibus his qui ratione utuntur, 36 ſuo modo

GROTII.

b *Deum ipſum*] Ita *Baldus* in l. 1. D. de pactis.

GRONOVII.

29 *In mutatione ſententiæ*] Si quis peccat mutando tale propoſitum, non peccat, quia jus mutandi non habuit, ſed quia cum utrumque & ſervandi & mutandi jus haberet, pejus elegit, in opere, non in actione.

30 *Voluntas ſe ipſam*] Cum quis adfirmat ſeſe ita & non aliter facturum.

31 *Hæc pollicitatio*] Infra num. 14.

32 *Sepoſita lege civili*] Nam per hanc non obligat.

33 *Ad determinationem*] Ubi non dicitur tantum, aut intra verba ſiſtitur, ſed incipitur actus aliquis præſtandi, etſi totum non impleatur. Ubi non effamur modo quid agere ſtatuerimus, ſed etiam initium ſit agendi, data quaſi arrha & pignore irrevocabilis propoſiti.

34 *Via*] Præparatio, *prærogativa*, ut veteres loquebantur. 4. *obſerv.* 1.

35 *Immutabilis juſtitiæ*] Juris naturalis immutabilis. 1, 1. 10. cujus exemplar excellens, perfectum, conſtans atque æternum, in Deo & ipſe Deus eſt, Deique beneficio in hominibus, quod ſatis ſit pro captu & modulo illorum.

36 *Suo modo*] Deo excellenter & perpetuo ac ſine varietate; hominibus pro captu ipſorum.



Digitized by Google

Prov. VI. 1. modo communis eſt. Accedit judicium Salomonis: *Fili mi, ſi quid ſpopondiſti alteri, 37 defixiſti externo volas tuas, illaqueatus es verbis oris tui: captus es enunciationibus oris tui.* Et hinc Hebræis promiſſio vocatur אסרה *vinculum*, & c voto comparatur, Numer. XXX, 4. 5. 6. Similis origo vocis ὑποσχέσεως notata Euſtathio ad
Vers. 349. ſecundum Iliados: ἁλίσκει γάρ πως καὶ κατέχει τὸν ὑποσχόμενον ὁ τὴν ἐπαγγελίαν δεξάμενος· d *Capit ac vincit quodammodo promiſſorem is, cui fit promiſſio.* Quem ſenſum non male ſecundo Metamorphoſeôn expreſſit Ovidius, ubi promiſſor ei cui promiſerat
Vers 52. ait: 38 *Vox mea facta tua eſt.*

2. His cognitis non difficulter reſpondebimus ad Connani argumenta. Nam juriſconſultorum dicta de pactis nudis, reſpiciunt e id, quod Romanis legibus erat introductum, quæ 39 deliberati animi ſignum certum conſtituerunt ſtipulationem. Neque nega-
V. de Benef. c. 21. mus ſimiles eſſe in aliis populis leges. *Quæ lex ad id præſtandum nos quod alicui promiſimus obligat?* ait Seneca de lege humana & f promiſſo non ſolenniter facto loquens.

3. Poſſunt autem naturaliter deliberati animi alia eſſe ſigna præter ſtipulationem, aut ſi quid ei ſimile ad actionem pariendam lex civilis poſtulat. Quod autem fit 40 animo non deliberato, id nos quoque ad vim obligandi non credimus pertinere; quod & Theophraſtus libro de legibus notaverat. imo & quod deliberato fit, ſed non eo animo ut jus proprium concedat alteri, ex eo negamus jus exigendi cuiquam naturaliter dari, quanquam non ſolam hinc honeſtatem, ſed & neceſſitatem quandam moralem naſci agnoſcimus. De eo autem quod ex Cicerone adducitur agemus infra, ubi de interpretatione pactorum ſermo erit. Sed quæ ad

GROTII.

c *Voto comparatur*] *Quaſi paciſcantur cum Diis homines oblatione votorum.* Schol. Horatii. (In III. *Od.* 29. verſ. 59.)

d *Capit ac vincit*] Inde vincula fidei dicta. Donatus ad Eunuchum. (*Act.* 1. Sc. 2. *verſ.* 22.

e *Id, quod Romanis legibus erat introductum*] Caute Paulus ſententiarum lib. II. tit. XIV. *Si pactum nudum de præſtandis uſuris interpoſitum eſt, nullius eſt momenti: ex nudo enim pacto inter cives Romanos actio non naſcitur.* §. 1.

f *De promiſſo non ſolenniter facto loquens*] Id eſt, non ſponſo. Sic epiſtola XIX. diſtinguit: *Jam non promittunt de te, ſed ſpondent.* Stipulatus & ſponſio, verborum ſolennitas dicitur Paulo lib. V. Sententiarum, (*Tit.* 7. §. 1.) & Cajo titulo de obligationibus quæ ex conſenſu fiunt. (II. 9. 4.)

GRONOVII.

37 *Defixiſti externo*] Manum tuam vinctam alieno tradidiſti.

38 *Vox mea*] At ibi ſol ad Phaëtontem, V. Fa. *temeraria*, dixit, *vox mea facta tuâ eſt*; ubi τὸ *tua* auferendi caſu, non nominativo, ut accipit *Grotius.*

39 *Deliberati animi*] Noluerunt eum putari decreſſe aut deliberato agere, qui rem non deduxiſſet in ſtipulationem.

40 *Animo non deliberato*] Non cum certa & demonſtrata deſtinatione in propoſito perſeverandi.

41 *Μίαν*

Digitized by Google

ad perfectæ promiſſionis vim (cc) requirantur videamus.

V. 1. Primum requiritur uſus rationis: ideo & furioſi, & amentis, & infantis nulla eſt promiſſio. Aliud cenſendum de 41 minoribus, hi enim etſi non ſatis firmum judicium habere credantur, ut & fœminæ, id tamen 42 nec perpetuum eſt, nec per ſe ſufficit ad actus vim elidendam.

2. Quando autem puer ratione uti incipiat, non poteſt certo definiri: ſed ex quotidianis actibus, aut etiam ex eo quod communiter in quaque regione accidit, deſumendum eſt. Itaque apud Hebræos valebat promiſſio quam feciſſet adoleſcens qui annum impleſſet decimum tertium: puella quæ duodecimum. Alibi leges civiles, juſta ratione motæ, quaſdam promiſſiones pupillorum ac minorum irritas pronuntiant, non apud Romanos tantum, ſed & apud Græcos, ut notatum Dioni Chryſoſtomo oratione LXXV. adverſus quaſdam 43 reſtitutionis beneficium introducunt: ſed hi effectus ſunt proprii legis civilis, ac proinde cum jure naturæ ac gentium nihil habent commune; niſi quod quibus locis obtinent, ibi eas ſervari etiam naturale eſt. Quare etiamſi peregrinus cum cive paciſcatur, tenebitur 44 illis legibus: quia qui in loco aliquo contrahit, tanquam ſubditus temporarius legibus loci ſubjicitur.

3. Plane aliud erit ſi in mari pactio fiat, aut in vacua inſula, aut per litteras inter abſentes. Talia enim pacta jure ſolo naturæ reguntur, ut & pacta eorum qui ſummam habent poteſtatem, 45 qua tales ſunt. Nam in his quæ 46 privatim agunt locum habent leges etiam quæ 47 irritum actum faciunt, ubi id in favorem ipſorum fit, (dd) non in pœnam.

VI. 1. De pacto errantis perplexa ſatis tractatio eſt. * Nam diſtingui ſolet inter errorem circa ſubſtantiam rei, & qui non ſit circa ſubſtantiam: 48 an dolus cauſam dederit contractui, an non: fueritne alter 49 quicum actum eſt doli particeps: ſitne actus 50 ſtricti juris an 51 bonæ fidei. Nam pro harum rerum varietate alios

* *Antonin. p. 2. tit. 1. c. 17. §. 6. Dd. ad l. contractus. de reg. jur. Covar. de contractibus. q. 57. Medina, c. de reſt. qu. 35.*

GRONOVII.

41 *Minoribus*] xxv. annis.

42 *Nec perpetuum eſt*] Quia interdum ſapiunt ante annos.

43 *Reſtitutionis*] In integrum, quæ redintegrandæ rei vel cauſæ actio eſt.

44 *Illis legibus*] Quibus civis, quæque in ea civitate valent.

45 *Qua tales ſunt*] Ipſam ſummam poteſtatem in ſe ſi conſideres.

46 *Privatim agunt*] Tanquam privati, emendo, vendendo, locando, conducendo, ſtipulando, ſpondendo &c.

47 *Irritum actum faciunt*] Contractum reſcindunt, ſi hoc ad honorem eorum & conditionem meliorem faciendam pertineat, non pro pœna ſit aut ignominia.

48 *An dolus*] An qui deceptus promiſit, videatur promiſſurus non fuiſſe, niſi deceptus eſſet.

49 *Quicum actum eſt*] An cui doloſe promiſſum eſt, & ipſe dolo egerit, ut *Tarpeja*.

50 *Stricti juris*] Præciſe ſervandum, quod dictum ſcriptumve eſt.

51 *Bonæ fidei*] Locum habet æquitas & benigna interpretatio.

(cc) Confer PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gentium*, Lib. 3. Cap. 6. *J. B.*

(dd) Vide infra, *Cap.* 14. hujus Libri, §. 2. *J. B.*

alios actus irritos pronuntiant ſcriptores, alios validos quidem, ſed ut arbitrio ejus qui læſus eſt reſcindi poſſint, aut reformari. Sed harum diſtinctionum pleræque veniunt ex jure Romano, tum 52 civili vetere, tum 53 prætorio: quædam etiam non ſatis veræ aut accuratæ ſunt.

2. At viam nobis reperiendæ naturali veritati pandit, quod de legum vi atque efficacia omnium ferme conſenſu receptum eſt, ut g ſi lex fundetur in 54 præſumtione aliqua facti, quod factum revera ita ſe non habeat, tunc ea lex non obliget, quia veritate facti deficiente, deficit totum legis fundamentum. Quando autem lex 55 in tali præſumtione ſit fundata, ex legis materia, verbis, & circumſtantiis colligendum. Similiter ergo dicemus, h ſi promiſſio fundata ſit in præſumtione quadam facti quod non ita ſe habeat, naturaliter nullam ejus eſſe vim: quia omnino promiſſor non conſenſit in promiſſum, niſi ſub quadam conditione quæ re ipſa non extitit: quo referenda eſt illa quæſtio apud Ciceronem de oratore primo * de eo, qui filium ſuum mortuum falſo credens alium inſtituerat heredem.

*Felin. c. 1. de conſtit. n. 40. Bald. in l. Cum quis C. de jur. & facti ignor. Covarr. in c. poſſeſſor. de reg. jur. in 6. p. 2. §. 6. n. 8 & Navarr. c. 12. n. 13.*

* *Cap.* 38.

3. Quod ſi promiſſor negligens fuit in re exploranda, aut in ſenſu ſuo exprimendo, (ee) & damnum inde alter paſſus ſit, tenebitur id reſarcire promiſſor, non ex vi promiſſionis, ſed ex damno per culpam dato, de quo capite infra agemus. Si vero adfuerit quidem error, ſed 56 in quo fundata non fuerit promiſſio, ratus erit actus, utpote non deficiente vero conſenſu: ſed hoc quoque caſu ſi is cui promittitur 57 dolo errori cauſam dederit, quicquid ex eo errore damni promiſſor fecit, reſarcire tenebitur, ex alio illo obligationis capite. Si pro parte fundata erit in errore promiſſio, valebit pro reliqua parte.

VII. 1. De

GROTII.

g *Si lex fundetur in præſumptione aliqua facti* ] Exemplum vide in l. mancipia, 5. C. de Servis fugitivis. apud *Gailium* lib. 1, obſ. 11, num. 7. apud *Molinæum* ad conſuet. Pariſ. tit. 1, §. 13. Gl. 3.

h *Si promiſſio fundata ſit in præſumtione quadam facti quod non ita ſe habeat* ] Seneca de beneficiis IV, c. XXXVI. *Demens eſt qui fidem præſtat errori.*

GRONOVII.

52 *Civili vetere* ] Ex XII. tabulis & aliis legibus.

53 *Prætorio* ] Ex eo quod in illis Prætores annui per edicta ſua emendarunt.

54 *Præſumptione aliqua facti* ] Legis cauſa ſit, fingi aliquid factum, quod revera factum non eſt.

55 *In tali præſumptione ſit fundata* ] Ejuſmodi cauſam habeat.

56 *In quo fundata* ] Qui non dederit cauſam promiſſioni; valebit promiſſum.

57 *Dolo errori* ] Arte aliqua interpoſita effecerit, ut promiſſor erraret.

(ee) Alia heic eſt ratio *Promiſſi merè gratuiti*, alia *Promiſſi mutui*. In priori, modo bonâ fide egerit Promiſſor, ad nihil amplius tenetur. In poſteriori, ex circumſtantiis judicandum, an ob negligentiam in re explorandâ, aut ſenſu ſuo exprimendo, Promiſſor teneatur. Dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

i *Infrà*

Digitized by Google

VII. 1. De eo quod metu fit, non minus implicita tractatio eſt. nam & hic diſtingui ſolet inter metum [58] gravem abſolute, vel ratione habita perſonæ [59] metuentis, & levem; illatum juſte & injuſte; ab eo, cui promittitur, vel ab alio: item inter [60] actus liberales & [61] oneroſos: & pro his diverſitatibus alii actus dicuntur [62] irriti, alii ad arbitrium promittentis [63] revocabiles, alii [64] in integrum reſtituendi: non ſine magna ſententiarum varietate circa hæc ſingula.

2. Ego omnino illorum accedo ſententiæ, qui exiſtimant, ſepoſita lege civili, quæ obligationem poteſt tollere aut minuere, eum qui metu promiſit aliquid, [ff] obligari: quia conſenſus hic adfuit, nec conditionalis, ut modo in errante dicebamus, ſed abſolutus. Nam ut recte ab Ariſtotele traditum eſt, qui naufragii metu [65] res ſuas jactat, vellet res ſervare ſub conditione, ſi naufragium non immineret; at abſolute vult res perdere, ſpectata ſcilicet temporis ac loci circumſtantia.

*Sylv. verb. metus, q. 8.*

*Eth. Nic. III. 6. 1.*

Sed illud ſimul veriſſimum cenſeo, ſi is cui promittitur metum intulerit non juſtum, ſed injuſtum, quamvis levem, atque inde ſecuta ſit promiſſio, eum teneri ad liberandum promiſſorem ſi promiſſor velit; non [66] quod inefficax fuerit promiſſio, ſed [67] ob damnum injuria datum, quod quam habeat exceptionem ex jure gentium, [i] infra ſuo loco explicabitur.

*Sylv. verb. reſtitutio. 2, dicto. 7. Navarr. c. 17. n. 15. & c. 22 n. 51. §. 7.*

3. Quod vero quidam actus reſcinduntur [k] ob metum ab alio in-

*Covarr. ad c. peccatum. p 2. §. 3. n. 7.*

GROTII.

i *Infra ſuo loco explicabitur*] Hoc libro, tit. XVII. §. 19. & libro III, c. XIX. §. 11.

k *Ob metum ab alio incuſſum*] Seneca naturam ſecutus libro IV. controverſiarum controverſia XXVII. *Ita reſcinduntur quæ per vim & neceſſitatem geſta ſunt, ſi vis & neceſſitas a paciſcente adhibita eſt. Nihil enim, inquit, mea, an tu cogaris, ſi non a me cogeris. Meam culpam oportet eſſe, ut mea pœna ſit.* confer quæ infra libro III, c. XIX. §. 4.

GRONOVII.

58 *Gravem abſolute*] Qui quemvis alium conſtantem virum perterrere poſſit.

59 *Metuentis*] Qui etſi aliis, non ei tamen perſonæ, cui factus eſt tolerabilis.

60 *Actus liberales*] Ubi promittitur per metum, quod poſſis facere ſalvo ſtatu & exiſtimatione. [Immo *Actus liberales* illi ſunt in quibus ex merâ *liberalitate* aliquis promittit: quum in *Oneroſis* promiſſio fit ab utraque parte. Mirum eſt, ita potuiſſe heic aberrare Virum Doctiſſimum. *J. B.*

61 *Oneroſos*] Quibus gravatur res familiaris aut fama. [Vid. ad Not. præced.]

62 *Irriti*] Ab initio nulli.

63 *Revocabiles*] Per illum, qui promiſit, mutabiles.

64 *In integrum*] Officio judicis reſcindendi.

65 *Res ſuas jactat*] Navis levandæ cauſa in mare abjicit.

66 *Quod inefficax*] Quaſi naturaliter obligatus non ſit, ſed quia metum inferens injuria damnum dedit, & pro eo ſatisfactionem debet.

67 *Ob damnum injuria datum*] 2, 17. 17.

(ff) Minimè obligatur. Vide quæ, poſt PUFENDORFIUM diximus. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 6. §. 9. & ſeqq. *J. B.*



Digitized by Google

* L. 14. §. 3. D. quod met. cauſ. incuſſum, * quam quicum actum eſt, ex lege eſt civili, quæ ſæpe etiam actus libere factos [68] ob judicii infirmitatem, aut irritos facit aut revocabiles. Quæ autem de [69] legum civilium vi atque efficacia ſupra diximus, eadem hic volumus haberi repetita. At quæ ad promiſſiones firmandas vis ſit jurisjurandi, infra videbimus.

VIII. 1. Materiam promiſſi (gg) quod attinet, eam oportet eſſe, aut eſſe poſſe [70] in jure promittentis, ut promiſſum ſit efficax. Quare primum non valent promiſſa facti per ſe illiciti: (hh) quia ad illa nemo jus habet, nec poteſt habere. At promiſſio, ut ſupra diximus, vim accipit ex jure promittentis, nec ultra extenditur. Plutarch. Apophtegm. Lacon. pag. 208. c. Ageſilaus de promiſſo interpellatus reſpondit: *ναὶ δῆτα, εἴ δ' ἐςὶ δίκαιον. εἰ δὲ μὴ, ἔλεξα μὲν, ὡμολόγησα δ' ὔ· bene, ſi juſtum eſt: ſin minus, dixi tantum, non & promiſi.*

2. Quod ſi res nunc non ſit in poteſtate promittentis, ſed eſſe aliquando poſſit, erit [71] in pendenti efficacia; quia tum promiſſio facta cenſeri debet ſub conditione, ſi res in poteſtatem venerit. Quod ſi conditio, qua res in poteſtatem promiſſoris venire poſſit, ipſa quoque [72] ſit poteſtativa, tenebitur promiſſor facere quidquid [73] moraliter æquum eſt ut ea impleatur.

3. Sed in hoc quoque genere lex civilis utilitatis cauſa multa irrita ſolet facere, quæ naturaliter obligarent: ut promiſſum futuri matrimonii factum ab eo eave, qui conjugem nunc habeat, & non pauca quæ a minoribus, aut filiis familiarum fiunt.

IX. Quæri hic ſolet, an promiſſio facta ob cauſam naturaliter vitioſam ipſa natura valeat, ut ſi quid promittatur homicidii perpetrandi cauſa. Hic ipſam promiſſionem vitioſam eſſe ſatis apparet: in hoc enim adhibetur, ut alter impellatur ad malum facinus. Sed non quicquid vitioſe fit [74] effectu juris caret, quod in prodiga donatione apparet. Hoc intereſt, quod [75] donatione facta jam ceſſat

GRONOVII.

68 *Ob judicii infirmitatem*] Ut in filiis familias S C. Macedoniano, in mulieribus Vellejano.

69 *Legum civilium*] Quæ ſcilicet plerumque fundantur in præſumtione facti.

70 *In jure*] In poteſtate.

71 *Erit in pendenti*] In ſuſpenſo habebitur, proferetur effectus.

72 *Sit poteſtativa*] Ejus generis, ut promiſſor eam præſtare aut accelerare poſſit.

73 *Moraliter*] Arbitratu boni viri.

74 *Effectu juris caret*] Irritum eſt per ſe, &, antequam reſcindatur a judice, invalidum.

75 *Donatione facta*] A prodigo.

(gg) Confer hæc de re PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 7. *J. B.*

(hh) De validitate & effectibus Promiſſorum aut pactorum illicitorum, fusè & novè egi ad PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gentium*, dicto Cap. 7. Lib. III. *Not.* 2. alterius Editionis. Principiorum autem ibi poſitorum uſum oſtendendi, eaque defendendi, in argumento inſigni, de Alea nimirum, occaſionem poſtea habui, duabus Epiſtolis, quæ reperiuntur in *Ephemeridibus Eruditorum Pariſienſibus*, Octobr. 1712. & Decembr. 1713. Edit. Amſtelod. *J. B.*

I Tam-

ceſſat vitioſitas: nam ſine vitio res relinquitur apud donatarium. At in promiſſis ob cauſam vitioſam manet vitium, quamdiu non perpetratum eſt crimen: tamdiu enim impletio ipſa promiſſi, ut mali illex, labem in ſe habet, quæ ceſſare incipit peracto crimine. Unde ſequitur uſque ad id tempus promiſſionis talis efficaciam eſſe in pendenti, ut modo dicebamus in promiſſa re quæ juris noſtri non eſt: crimine vero perpetrato, jam obligationis vim exſeri, quæ ab initio non intrinſecus defuit, ſed ab accedente vitio fuit impedita. Et hujus rei exemplum afferri poteſt in Juda Jacobi filio, * qui Thamari, quam meretricem putabat, promiſſam mercedem, [l] tanquam debitam, perſolvit. Quod ſi 76 injuſtitia promiſſarii cauſam promiſſioni dederit, aut 77 inæqualitas ſit in contractu, hæc quomodo ſint reſarcienda alia eſt quæſtio, m de qua mox videbimus. *Cajet. 2. 2. q. 32. art. 7.* * *Geneſeos XXXVIII.*

X. Quod vero promittitur ob cauſam ante debitam, non eo minus debetur, ſi jus naturale ſpectemus, ſecundum ea quæ de rei alienæ acceptatione 78 ſupra diximus: nam & ſine ulla cauſa promiſſum naturaliter deberetur. Sed hic quoque damnum per extorſionem datum, aut inæqualitas in contractu reparanda venient, ſecundum tradendas inferius leges.

XI. Modum promittendi quod attinet, is, ut de dominii tranſlatione diximus, requirit actum externum, id eſt ſignum ſufficiens voluntatis, quale interdum eſſe poteſt nutus, frequentius autem vox aut literæ.

XII. Sed & per hominem alterum (ii) obligamur, ſi conſtet de voluntate noſtra qua illum elegerimus, n ut inſtrumentum noſtrum ad hoc ſpeciatim, aut ſub generali notione. Et 79 in generali præpoſitione accidere poteſt, ut nos obliget qui præpoſitus eſt, agendo contra 80 voluntatem noſtram ſibi ſoli ſignificatam: quia hic 81 diſtincti ſunt actus volendi. unus quo nos obligamus ratum

GROTII.

l *Tanquam debitam*] Natura ſcilicet, ſecundum cujus legem tunc vivebatur. Aliter ex jure civili judicavit *C. Aquilius* teſte Valerio Maximo, lib. VIII, c. II, n. 2.

m *De qua mox videbimus*] Cap. XII, §. 9, 10, 11.

n *Ut inſtrumentum noſtrum*] Servius ad illud Æneidos IX. verſ. 361. *Hoſpitio cum jungeret abſens, per internuntios* ait. vide quæ ſupra ad caput VI, §. 2.

GRONOVII.

76 *Injuſtitia promiſſarii*] Qui publicum & tralatitium jus ſine pactione mercedis non impertiebat. *Sueton.* Octavio cap. I.

77 *Inæqualitas ſit in contractu*] Nulla proportio inter promiſſum & rem promiſſo quæſitam.

78 *Supra diximus*] Cap. præced. num. 11. & 12.

79 *In generali præpoſitione*] Si cui dederimus mandatum generale quod ad notitiam publicam pervenire patimur.

80 *Voluntatem noſtram ſibi ſoli*] Vel verbis vel ſcripto arcano, quibus derogamus mandato generali.

81 *Diſtincti ſunt actus*] Duæ diverſæ ac diſcordes ſignificationes voluntatis.

(ii) Confer PUFFENDORFIUM, *de Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 9. J. B.

Ad

Digitized by Google

ratum habituros quicquid ille in tali negotiorum genere fecerit; alter, quo illum nobis obligamus ut non agat niſi ex præſcripto, ſibi non aliis cognito. Quod notandum eſt o ad ea, quæ Legati promittunt pro Regibus ex vi inſtrumenti procuratorii, excedendo arcana mandata.

XIII. Atque hinc etiam intelligi poteſt [82] exercitoriam & [83] inſtitoriam, quæ [84] non tam actiones ſunt quam qualitates actionum, ipſo naturali jure niti. Adjiciendum hic eſt male Romanis legibus introductum, ut ex facto magiſtri [85] exercitores in ſolidum ſinguli tenerentur. Nam hoc nec naturali æquitati convenit, (kk) quæ ſatis habet ſi pro ſuis ſinguli partibus conveniantur, nec publice utile eſt. abſterrentur enim homines ab exercendis navibus, ſi metuant ne ex facto magiſtri quaſi in infinitum teneantur. Atque adeo apud Hollandos, ubi mercatura pridem maxime viguit, & nunc & olim lex illa Romana obſervata non eſt: imo contra, conſtitutum, ne exercitoria etiam univerſi amplius teneantur, quam ad æſtimationem navis, & eorum quæ in navi ſunt.

XIV. Ut autem promiſſio jus transferat, p [86] acceptatio hic * non minus quam in dominii tranſlatione requiritur, (ll) ita tamen ut [87] hic quoque [88] præcedens rogatio durare intelligatur, ac vim habere acceptationis. Nec obſtat quod [89] de pollicitationibus factis civitati jure civili eſt proditum: quæ ratio quoſdam induxit, ut

* *L. qui abſenti.* 38. *princ. D. de acq. poſſ.* *Gomez. tom.* II, *c.* 9. *n.* I.

GROTII.

o *Ad ea quæ legati promittunt pro regibus ex vi inſtrumenti procuratorii excedendo arcana mandata*] Vide exemplum apud *Marianam* XXVII, 18. Aliud apud *Guicciardinum* Tom. I.

p *Acceptatio hic non minus quam in dominii tranſlatione requiritur*] Tertullianus, ut Juriſperitus, libro de jejuniis: *Votum cum a Deo acceptatum eſt, legem in poſterum facit.* (c. 11.)

GRONOVII.

82 *Exercitoriam*] Qua in ſolidum tenetur exercitor navis ex contractu magiſtri quem navi præpoſuit, quemque magiſter navi impoſuit §. 2. Inſtit. *Quod cum eo qui in aliena.*

83 *Inſtitoriam*] Quæ in contractu ejus qui præpoſitus eſt tabernæ aut menſæ aliive negotio, datur adverſus præponentem in ſolidum.

84 *Non tam actiones ſunt*] Actionum ſpecies diſtinctæ a condictione, quæ datur in dominum, Quod juſſu ejus cum ſervo contractum eſt; quam hujus ad certa genera ſervorum accommodatio.

85 *Exercitores in ſolidum*] L. I. §. 20. D. *de exercitoria.*

86 *Acceptatio*] Conſenſus ejus cui promittitur.

87 *Hic quoque*] Quemadmodum in dominii tranſlatione. 2, 6, 2.

88 *Præcedens rogatio*] Si quis poſt promiſſum non quidem id ſibi placere declaraverit, ſed rogaverit antea ut promitteretur.

89 *De pollicitationibus*] *Pollicitatio* eſt offerentis ſolius promiſſum. l. 3. D. *de pollicit.*

(kk) At vero qui cum Magiſtro navis contraxit, cenſetur non cum hoc vel illo Exercitore, ſed cum omnibus in univerſum contraxiſſe. Rationi etiam ex utilitate publica petitæ, eſt quod opponi queat, validius forte. Plura dicemus, Deo favente, in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

(ll) De hoc jure *Acceptationis*, vide PUFENDORF. *de Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 6. §. 15. *J. B.*



Digitized by Google

ut jure naturæ ſolum promittentis actum ſufficere judicarent: nam lex Romana non hoc dicit, ante acceptationem pollicitationis plenam eſſe vim; ſed revocari vetat, q 90 ut acceptari ſemper poſſit: qui effectus non eſt naturalis, ſed 91 mere legitimus. cui non diſſimile eſt quod * pro infantibus & amentibus jus gentium introduxit. Nam pro his, ut poſſidendi res quæ poſſeſſione quæruntur, ita & acceptandi 92 animum jus ſupplet. *Molina diſput. 263.* ** Vide hoc libro, cap. III. §. 6. & IV. §. 10.*

XV. Illud etiam quæri ſolet, an ſatis ſit acceptationem fieri, an vero etiam innoteſcere debeat promiſſori, antequam promiſſio plenum effectum conſequatur. Et certum eſt utroque modo fieri poſſe promiſſionem, aut hoc modo: volo, ut valeat ſi acceptetur; aut hoc modo: volo, ut valeat ſi acceptatum intellexero. Et in his quidem quæ 93 ad mutuam pertinent obligationem, poſterior ſenſus præſumitur: (mm) in promiſſis vero 94 mere liberalibus potius eſt ut prior ſenſus credatur adfuiſſe, niſi aliud appareat.

XVI. Sequitur hinc, ante acceptationem, quippe jure nondum tranſlato, revocari promiſſum poſſe ſine injuſtitia, imo & 95 ſine inconſtantia, ſi revera eo animo factum ſit, ut ab acceptatione demum valere incipiat. Revocari etiam poſſe mortuo ante acceptationem eo cui promiſſum erat, quia videtur acceptatio in arbitrium ipſius collata, non heredum. Aliud enim eſt velle dare huic jus ad heredes tranſiturum, r aliud velle dare heredibus: multum enim refert in quem beneficium conferatur. Et hoc eſt quod Neratius reſpondit, * non videri ſibi principem quod ei, quem vivere exiſtimabat, conceſſiſſet, 96 defuncto conceſſiſſe. *L. 6. C. Si quis alteri vel ſibi. L. 4. D. de man. vind.* ** L. 191. D. de reg. juris.*

XVII. 1. Poterit etiam revocari mortuo eo 97 qui lectus erat voluntatis internuncius; quia in illius verbis poſita fuerat obligatio. Aliud in tabellario, qui non eſt inſtrumentum obligationis, ſed *L. Mandatum. 57. D. Mandati. Clarus libro IV. §. donatio. q. 12.*

GROTII.

q *Ut acceptari ſemper poſſit*] Vide ſimilem legem Wiſigotthorum l. v. tit. II. c. 6.

r *Aliud eſt velle dare heredibus*] Ideo ad vitandum ambiguum dici ſolebat: *Illi liberiſque ejus.* Servius ad IX. Æneidos. (*verſ.* 302.) Vide & legem Wiſigotthorum l. v. tit. II. c. 6.

GRONOVII.

90 *Ut acceptari*] Ut ea rata ſit & debeantur pollicita ex nuda promiſſione; quemadmodum vota quæ Deo fiunt, & quum ludi, munera, epulum, nummi per centurias Romæ pronunciarentur.

91 *Mere legitimus*] Jure civili introductus.

92 *Animum jus ſupplet*] Cum ipſi fateri animum non poſſint, jus conſtituit eum eſſe, quem oſtendunt in quorum tutela vel curatione ſunt.

93 *Ad mutuam pertinent*] Ubi pro promiſſo aliquid ille, cui promittitur, præſtare viciſſim debet.

94 *Mere liberalibus*] Pro quibus nihil præſtatur.

95 *Sine inconſtantia*] Crimine levitatis.

96 *Defuncto conceſſiſſe*] Ut ab heredibus peti poſſit.

97 *Qui lectus erat voluntatis*] Is, cui mandaveram, ut meo nomine ſuis verbis promitteret.

(mm) Contrarium mihi verius videtur. Fuſe dicemus, Deo dante, in Notis Gallicis ad hunc locum. J. B.

ſed perlator inſtrumenti obligatorii. Itaque literæ conſenſus indices per quemvis perferri poterunt. Diſtinguendum quoque inter miniſtrum, qui electus eſt [98] ut promiſſionem ſignificet, & inter eum, qui electus eſt [99] ut ipſe promittat. Priore caſu revocatio vim ſuam habebit, [100] etiamſi miniſtro non innotuerit: altero vero irrita erit revocatio; quia jus promittendi [1] ab ipſius voluntate pendebat, quæ voluntas necdum cognita revocatione [2] omni culpa vacabat. Sic etiam priore caſu [f] mortuo donatore poterit acceptari donatio, * ut perfecta [3] ab una parte, quanquam revocabiliter: quod apertius in [4] legatis conſpicere eſt. altero caſu non poterit, quia non facta eſt, ſed [5] mandata fieri.

*L. Si mandaſſem*, 13. *D. Mandati.*
* *L. Nec ambigi.* 6. *C. de don.*

2. In dubio autem mandantis voluntas fuiſſe cenſetur, ut impleatur mandatum, niſi magna mutatio inciderit, qualis eſt [6] mors mandantis. Poſſunt tamen ſuppetere conjecturæ quæ aliud * judicandum ſuadeant, quæ facile admittendæ ſunt, ut ſubſiſtat quod [7] pia de cauſa dari mandatum eſt. Ac ſimili modo definiri poteſt agitata olim controverſia, [8] an in heredem mandati detur actio, qua de re aliud M. Druſum prætorem, aliud Sextum Julium [9] edixiſſe refert ſcriptor ad Herennium lib. II.

*Covar. Lib.* 2. *Var. c.* 14. *n.* 16.
* *L. ſi pater*, 4. *D. de manumiſſ. vind.*

XVIII. 1. Solent & controverſiæ incidere de acceptatione (nn) pro altero facta: in quibus diſtinguendum eſt inter promiſſionem [10] mihi factam de re danda alteri, & inter promiſſionem [11] in ipſius nomen collatam cui res danda eſt. Si mihi facta eſt promiſſio, omiſſa inſpectione [12] an mea privatim interſit, quam introduxit jus Romanum, naturaliter videtur mihi acceptanti jus dari efficien-

*Covar. c. quamvis. p.* 2. §. 4. *n.* 13.

GROTII.

f *Mortuo donatore poterit acceptari donatio*] Vide librum de Tenuris Angliæ, c. 7.

GRONOVII.

98 *Ut promiſſionem ſignificet*] Qui tantum ut nuntius agit.

99 *Ut ipſe promittat*] Qui agit ut procurator.

100 *Etiamſi miniſtro*] Etiam non monito miniſtro, ne ſignificet, quia jus omne retinuit ſibi.

1 *Ab ipſius*] Procuratoris vel miniſtri.

2 *Omni culpa vacabat*] Et propterea habet effectum juris, teneturque promiſſor ratam eam habere.

3 *Ab una parte*] Donantis.

4 *Legatis*] Quorum teſtamento facto donationem mortis cauſa perfeciſſe videtur teſtator, ſed ea revocare poteſt, quamdiu vivit.

5 *Mandata fieri*] Et ſic abiit e poteſtate mandantis.

6 *Mors mandantis*] Priuſquam perficeretur mandatum.

7 *Pia de cauſa*] Eccleſiis, ſcholis, noſocomiis, pauperibus.

8 *An in heredem*] An heres præſtare teneatur, quod mandavit defunctus.

9 *Edixiſſe*] In edicto annuo promulgaſſe.

10 *Mihi factam de re*] Ut ſi dixerit promiſſor: *Promitto tibi me illi daturum.*

11 *In ipſius nomen*] Promitto illi per te datum iri.

12 *An mea privatim*] Ut ſi interſit acceptantis, obligetur promiſſor; ſin minus, non obligetur.

(nn) Confer PUFENDORFIUM, *de Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 9. §. 4, 5. cum Notis noſtris. *J. B.*

13 *Medio*

ficiendi, ut ad alterum jus perveniat, ſi & is acceptet: ita ut 13 medio tempore a promiſſore promiſſio revocari non poſſit; ſed ego cui facta eſt promiſſio 14 eam poſſim remittere. Nam is ſenſus juri naturæ non repugnat, & verbis talis promiſſionis maxime congruit. 15 neque nihil mea intereſt ſi per me alter beneficium acquirat.

*Alex. conſ. 2. c. 4. lib. 1. & ibi Car. Mol.*

2. Quod ſi promiſſio in nomen ejus collata eſt cui danda res eſt, diſtinguendum eſt, an qui acceptat, aut ſpeciale mandatum habeat acceptandi, aut ita generale, ut talis acceptatio ei incluſa cenſeri debeat: an vero non habeat. Ubi mandatum tale anteceſſit, diſtinguendum ultra non puto, ſitne 16 perſona ſui juris necne, quod Romanæ leges volunt, ſed plane ex tali acceptatione promiſſionem perfici: quia conſenſus poteſt & per miniſtrum interponi ac ſignificari. Velle enim cenſeor quod in alterius voluntate poſui, ſi & ille velit. Deficiente autem mandato, ſi alius 17 cui promiſſio facta non eſt, acceptet, volente promiſſore, tunc is erit effectus, ut promiſſori revocare promiſſionem non liceat, antequam is, quem ſpectat promiſſio, eam 18 ratam habuerit aut irritam: ſic tamen, ut medio illo tempore is qui acceptavit, 19 remittere promiſſum non poſſit, quia hic non adhibitus eſt 20 ad jus aliquod accipiendum, (oo) ſed ad adſtringendam promiſſoris fidem in ſuſtentando beneficio: ita ut promiſſor ipſe ſi revocet faciat contra fidem, non contra 21 jus proprium alicujus.

XIX. Ex ſuperioribus intelligi etiam poteſt, quid ſentiendum ſit 22 de onere adjecto promiſſioni. Id enim 23 fieri poterit quamdiu promiſſio completa nondum eſt per acceptationem, nec fide

GRONOVII.

13 *Medio tempore*] Dum nondum ad alterum pervenit.

14 *Eam poſſim remittere*] Promiſſorem obligatione ſolvere.

15 *Neque nihil mea intereſt*] Nam & ego ponor in gratiam.

16 *Perſona ſui juris*] Nam qui non eſt ſui juris, per ſe non poteſt mandare, ſed ex auctoritate illius in cujus poteſtate eſt.

17 *Cui promiſſio facta non eſt.*] Non enim dixit, Permitto tibi ut a me des, ſed Promitto illi te medio vel internuntio me daturum.

18 *Ratam habuerit aut*] Ratam habuerit vel repudiaverit.

19 *Remittere promiſſum*] Promiſſori obligationis gratiam facere.

20 *Ad jus aliquod accipiendum*] Ut aliquid faciat ipſe, ſed ut faciendi ab alio teſtis & vas ſit.

21 *Jus proprium alicujus*] Ejus qui locutus eſt.

22 *De onere adjecto*] Si ita promiſero, ut ille cui promitto, faciat aliquid ſibi grave in commodum tertii.

23 *Fieri*] Oneris adjici.

(oo) Difficile admodum eſt intellectu, quomodo acceptatio fuerit, quæ tamen nullum jus det acceptanti. Re vera heic eſt tantum nuda *pollicitatio*, ut Auctor vocat ſupra, §. 3. & quidem quæ nullum poteſt habere effectum, antequam is, quem ſpectat promiſſio, eam ratam habuerit: quum in pollicitatione factâ illi ipſi, quem ſpectat, nulla alia hujus acceptatio requiratur, ſi promiſſio imperfecta poſtea in perfectam mutetur. Plura dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

t Quia

Digitized by Google

*L. perfecta. 4. C. de donat. quæ ſub modo. Bart. in l. Qui Romæ. §. Flavius. de verborum oblig.*

fide interpoſita facta irrevocabilis. Onus autem in commodum tertii adjectum promiſſioni revocari poterit, quamdiu a tertio acceptatum non erit: quanquam non deſunt tam in hac quam in aliis quæſtionibus qui ſecus ſentiant. Sed recte rem inſpicienti facile elucet naturalis æquitas, ut multis probationibus non egeat.

XX. Solet & illud diſputari, quomodo 24 convaleſcere poſſit promiſſio 25 cui error cauſam dedit, ſi re cognita promiſſor ſtare velit promiſſo. Atque idem quæri poteſt de promiſſionibus, 26 quibus lex civilis impedimentum injicit ex metu aut cauſa alia, ſi iſta cauſa poſtea ceſſaverit. Nam ad hæc firmanda quidam 27 ſolum actum internum requirunt, quem conjunctum cum priore 28 actu externo ſufficere putant ad pariendam obligationem. Alii, quibus id diſplicet, ideo quia 29 actus externus non poteſt ſignum eſſe 30 actus interni ſequentis, requirunt novam verbis factam promiſſionem & acceptationem. Verior eſt media ſententia, actum quidem externum requiri, ſed non utique verbis factum, cum retentio rei promiſſæ ex parte ejus cui promiſſa eſt, & relictio ejus ex parte promittentis, aut ſimile aliquid, ſufficere poſſint ad ſignificandum conſenſum.

*Navarr. c. 22. num. 51. & 80. lib. III.*

*Sanc. l. II. de matrim. diſp. 32. n. 8.*

XXI. Hoc quoque omittendum non eſt, ne jura civilia cum naturali jure confundantur, neque promiſſiones 31 quæ cauſam expreſſam non habent, naturaliter eſſe irritas, non magis quam rerum donationes.

XXII. Neque eum qui 32 factum alienum promiſit ad id quod intereſt teneri, modo facere non omiſerit quod ex ſua parte ad id factum obtinendum facere poterat; niſi verba aut negotii natura obligationem inducant ſtrictiorem. *Velut perſoluta fide*, inquit * Livius, t *quia per eum non ſtetiſſet quin præſtaretur.*

*Covar. c. quamvis. p. 2. §. 5.*

** Lib. II. c. 32.*

GROTII.

t *Quia per eum non ſtetiſſet quin præſtaretur*] Confer quæ infra lib. III, c. XXI. §. 30.

GRONOVII.

24 *Convaleſcere*] Rata & efficax fieri.

25 *Cui error cauſam*] Vide Sup. Num. 6.

26 *Quibus lex civilis*] Quæ improbantur jure civili.

27 *Solum actum internum*] Deſtinationem animi.

28 *Actu externo*] Pronuntiatione verborum quibus promiſit.

29 *Actus externus*] Qui ſcilicet antea ex errore factus eſt.

30 *Actus interni*] Animi volentis rem ratam eſſe, etiamſi per errorem facta ſit.

31 *Quæ cauſam expreſſam*] Quibus non additur diſertis verbis, cur fiant.

32 *Factum alienum promiſit*] Si illud præſtare nequeat.

CA-

# CAPUT XII.

## De contractibus.

*I. Diviſio actuum humanorum qui aliis hominibus utiles ſunt: ac primum in ſimplices ac mixtos.*
*II. Simplices, in beneficos meros, aut cum mutua obligatione:*
*III. Et permutatorios: tum qui dirimunt,*
*IV. Tum qui communionem adferunt,*
*V. Mixtos eſſe principaliter,*
*VI. Aut per acceſſionem.*
*VII. Qui actuum contractus dicantur.*
*VIII. Æqualitatem in contractibus requiri: Primum, circa actus præcedaneos.*
*IX. Ad ſcientiam:*
*X. Ad libertatem volendi.*
*XI. Secundo, in ipſo actu, ſi ſit permutatorius.*
*XII. Tertio, in eo de quo agitur: quod explicatur.*
*XIII. Quæ æqualitas locum habeat in actibus mere aut partim beneficis.*
*XIV. Quomodo æſtimandum rei pretium in venditione: & ex quibus cauſis juſte creſcat aut minuatur.*
*XV. Quando naturaliter perfecta ſit venditio: & quando dominium tranſeat.*
*XVI. Monopolia quæ ſint contra jus naturæ, aut diligendi legem.*
*XVII. Pecuniæ functionem quomodo recipiat.*
*XVIII. De conductionis mercede naturaliter nihil remittendum ob ſterelitatem & ſimiles caſus: & quid ſi conductore primo impedito uti, res alii locata ſit?*
*XIX. Juſta merces quomodo creſcat & minuatur.*
*XX. Quo jure vetitæ ſint uſuræ.*
*XXI. Quæ commoda uſuræ nomine non veniant.*
*XXII. Legum civilium quæ circa hanc rem vis ſit.*
*XXIII. Qualis æſtimatio facienda in contractu averſi periculi, ſive aſſecurationis.*
*XXIV. Qualis in ſocietate, ubi multa ejus ſpecies explicantur.*
*XXV. De ſocietate navali.*
*XXVI. Jure gentium inæqualitatem, in quam conſenſum eſt, quoad actus exteriores non attendi: & quo ſenſu id naturale dicatur.*

I. ACtuum humanorum, qui ad aliorum hominum utilitatem tendunt, alii ſunt ſimplices, alii [1] compoſiti.

II. a Sim-

GRONOVII.

1 *Compoſiti*] Quos numero 5. mixtos appellat.

II. [a] Simplices alii [2] benefici, alii [3] permutatorii. Benefici aut meri, aut cum mutua quadam obligatione. Benefici meri, aut in præſens abſolvuntur, aut in futurum prominent. In præſens abſolvitur [4] factum utile, de quo nihil loqui neceſſe eſt, quando utilitatem quidem parit, ſed nullum juris effectum: item donatio, qua dominium transfertur, qua de re egimus ſupra cum de dominii acquiſitionibus ageretur. In futurum prominent promiſſiones tum dandi, tum faciendi, de quibus jamjam egimus. Benefici actus cum obligatione mutua ſunt, qui [5] aut de re diſponunt ſine alienatione, aut de facto ita ut aliquis effectus ſuperſit. Talis eſt circa rem uſus conceſſio, qui commodatio dicitur: in factis præſtatio operæ ſumtuoſæ, aut obligatoriæ, quæ dicitur mandatum, cujus ſpecies eſt depoſitum, præſtatio ſcilicet operæ in re cuſtodienda. His autem actibus ſimiles ſunt actuum promiſſiones, niſi quod, ut diximus, hæ in futurum prominent: quod & de actibus jam explicandis intellectum volumus.

III. 1. Actus permutatorii [6] aut dirimunt partes, aut communionem adferunt. Actus eos qui diremtorii ſunt, recte dividunt juriſconſulti Romani in [7] do ut des, facio ut facias, facio ut des: de quibus videri poteſt Paulus jurisconſultus in l. Naturalis. Digeſtis, Præſcriptis verbis. *Leg. 5. princ.*

2. Sed Romani ab hac diviſione eximunt quoſdam contractus, quos ipſi [8] nominatos vocant, non tam quod proprium habeant nomen (habet enim hoc & [9] permutatio, quam a nominatorum numero excludunt) quam quod ob uſum frequentiorem [b] vim quam-

GROTII.

a *Simplices alii benefici, alii permutatorii*] Ariſtoteles illa omnia δόσεις, hæc πράσεις nomine comprehendit. [Locus eſt *Rhetor.* Lib. 1. c. 5. p. 523. B. Tom. II. *Edit. Pariſ.* Sed agitur ibi de Alienatione, Ἀπαλλοτρίωσις, non autem de omnibus Contractibus. *J. B.*]

b *Vim quandam & naturam accepiſſent talem*] Vide *Vaſq.* lib. 1. controv. c. x. in fine.

GRONOVII.

2 *Benefici*] Gratuiti, in quibus nihil ex pacto redditur.

3 *Permutatorii*] In quibus ex pacto viciſſim agitur, datur, & accipitur.

4 *Factum utile*] Officium vel gratia præſens.

5 *Aut de re diſponunt*] Rei uſum gratificantur aut operæ ſedulitatem, ſic tamen ut actiones inde oriantur. Res, *commodatum.* Opera vel in faciendo vel in cuſtodiendo: illud *mandatum*, hoc *depoſitum.*

6 *Aut dirimunt*] Aut quæ inter ſe ſunt hominibus, æqualitate quadam ſeparant, aut diſſociata conjungunt.

7 *Do ut des*] *Emptione, venditione*, do ut facias, & facio ut des, *locatione conductione*: facio ut facias, *mandato.* Sed do ut facias, omiſit, quia id complectitur ſub locatione conductione. §. 1. Inſtitut.

8 *Nominatos*] Quibus nominatim lex XII. tabb. actionem dedit. *Innominati* quorum mentionem Decemviri non habuere, ſed quatenus alicui nominatorum ſimiles ſunt, per legis interpretationem JCti ex illis actionem conceſſerunt.

9 *Permutatio*] Nempe do ut des. *Vasq.* 1. Quæſt, var. 25.

c Si

Digitized by Google

quamdam & naturam accepiſſent talem, quæ etiamſi nihil eſſet dictum ſpecialiter, ex ipſo nomine ſatis poſſet intelligi: unde etiam certæ de illis proditæ erant actionum formulæ: cum in cæteris contractibus minus frequentibus 10 hoc tantum ineſſet, quod dictum erat, ac proinde non communis aliqua & uſitata, ſed accommodata ad ipſum factum daretur formula, quæ ideo 11 præſcriptis verbis dicebatur. Ob eandem cauſam uſus frequentioris in conventionibus nominatis, ſi requiſita quædam adeſſent, ut in venditione c ſi de pretio conveniſſet, etiam re integra, id eſt antequam a partium altera præſtitum eſſet aliquid, injungebatur implendi neceſſitas: cum in illis rarioribus re integra daretur 12 pœnitendi libertas, id eſt impunitas, quia lex civilis vim coactricem ſubtrahebat illis conventionibus, ut ſola contrahentium fide ſtarent.

3. At jus naturæ ignorat hæc diſcrimina: neque vero qui innominati ab illis dicuntur contractus, aut minus ſunt naturales, aut minus antiqui. imo permutatio, quæ innominatis acceſcetur, emtione & d ſimplicior eſt & 13 antiquior. Et Euſtathius ad Iliados x, ubi de certamine publico agitur, cui præmium conſtitutum eſt, quod apud Homerum eſt 14 *ἄρνυσθαι*, interpretatur *Vers. 160.*
15 *ἀν-*

GROTII.

c *Si de pretio conveniſſet*] Apud Hebræos perfecta non cenſetur venditio, ante traditionem veram vel imaginariam. [Vide SELDEN. *De Jure Nat. & Gent. Secund. diſcip. Hebr.* Lib. VI. c. 5.]

d *Simplicior eſt & antiquior*] Apparet id ex *Homeri* verſibus productis L. 1. D. de contrahenda emptione. *Tacitus* de Germanis (*Germ.* c. 5.): *Interiores ſimplicius & antiquius permutatione mercium utuntur.* Servius ad Eclogam IV. ad illud (*vers.* 39.): *mutabunt merces. quia antiqui res rebus mutabant.* Et ad illud Georg. III. (*vers.* 307.) *Vellera mutentur. ingenti pretio comparentur. Nam apud majores omne mercimonium permutatione conſtabat, quod & Cajus Homerico confirmavit exemplo.* Plinius libro XXXIII, c. 1. *quanto felicione ævo, cum res ipſæ permutabantur inter ſe, ſicut & Trojanis temporibus factitatum Homero credi convenit.* Libro ſexto, cap. XXII. de Seribus: *Fluminis ulteriore ripa merces propoſitas juxta venalia tolli ab his ſi placeat permutatio.* Mela de iiſdem (*Lib.* II. c. 7. n. 10. *Ed. Voſſ.*): *Seres interſunt, genus plenum juſtitiæ ex commercio, quod rebus in ſolitudine relictis abſens peragit.* De iiſdem *Ammianus* libro XXIII. (Cap. 6. pag. 413. *Ed. Vales Gron.*) *Cum ad coemenda fila vel quædam alia fluvium tranſierunt advenæ, nulla ſermonum vice, propoſitarum rerum pretia ſolis oculis æſtimantur.* Mela de Sarmatis, [Immo de *Satarchis*, II. 1. 95.] *Vice rerum commercia exercent.* De Colchis vide *Busbequium* epiſtola exoticarum III. de Lapponibus *Olaum* Magnum libro IV, c. 5.

GRONOVII.

10 *Hoc tantum ineſſet*] Ex iis id tantum peti poſſet, quod expreſſis verbis convenerat.

11 *Præſcriptis verbis*] Condictio incerti, quæ datur ex contractibus, qui non appellantur proprio nomine.

12 *Pœnitendi libertas*] Facultas recedendi ab eo, quod convenerat, ſine damno.

13 *Antiquior*] Quippe ante ſignatam pecuniam ubique locorum recepta.

14 Ἄρνυσθαι] Recipio propric *μισθὸν ἄρνυμαι* · ut *πωλῶ, πῶλον* · *ὠνοῦμαι, ὦνον.*

 e *Pecu-*

[15] *ἀντικαταλλάττεσθαι*, addens [16] *συνάλλαγμα γάρ τι καὶ τὰ τοιαῦτα*· nimirum facio ut des. Nos ergo naturam ſequentes, contractus omnes diremtorios, nullo nominatorum aut innominatorum diſcrimine, ad tria quæ diximus genera revocabimus.

4. Dicemus proinde dari ut detur, ſtatim quidem rem pro re, ut in ea quæ ſpecialiter dicitur permutatio, antiquiſſimum haud dubie commercii genus: aut [e] pecuniam pro pecunia, quod collybum Græci vocant, mercatores hodie cambium: aut rem pro pecunia, ut in emptione ac venditione: aut [17] uſum rei pro re: aut [18] uſum rei pro uſu rei: aut uſum rei pro pecunia, quod poſtremum locatio conductio dicitur. Uſus autem nomine hic intelligimus tum nudum uſum, tum eum qui cum fructu conjunctus eſt, ſive is ſit temporarius, ſive perſonalis, ſive hereditarius, ſive alio quovis modo circumſcriptus, ut apud Hebræos is qui durabat ad annum [19] Jubilæum. Datur vero, ut interpoſito tempore tantundem, & genere idem detur, in mutuo, quod locum habet in his quæ pondere, numero, menſura conſtant, [20] tam rebus aliis, quam pecunia.

*Ariſt. v. Eth. 8. 1. Polit. 9. D. de contrahen. emt. l. 1.*

5. Facti cum facto permutatio innumeras habere poteſt ſpecies pro factorum diverſitate. At facio ut des, aut pecuniam; (atque id quoque in factis quotidianæ utilitatis locatio conductio dicitur, in facto præſtandæ indemnitatis circa caſus fortuitos [21] averſio periculi, vulgo aſſecuratio, qui contractus olim vix cognitus nunc eſt inter receptiſſimos;) aut ut des rem, aut uſum rei.

IV. Actus autem communicatorii aut facta communicant, aut res, aut hinc res, inde facta ad utilitatem communem, quæ omnia veniunt ſocietatis nomine: in quo genere comprehenditur & bellica ſocietas, qualis illa apud nos frequens navium privatarum coitio adverſus piratas, aut alios invaſores, quam vulgo

22 Ad-

### GROTII.

e *Pecuniam pro pecunia*] De eo vide *Procopium* arcana hiſtoria. Nummus Illyrico advectus quondam in Italia mercis loco. *Plinius* libro XXXIII, c. 3.

### GRONOVII.

15 *Ἀντικαταλλάττεσθαι*] Contra permutare.

16 *Συνάλλαγμα*] Nam & hi contractus ſunt.

17 *Uſum rei pro re*] Pro pignore, ut quum Tiberius HS. millies gratuitum in triennium conceſſit iis, qui populo in duplum prædiis caviſſent, *Tacit.* 6. annal. 15. *Sueton.* Ti. 48. item pro uſuris.

18 *Uſum rei pro uſu*] Ut in ea, quæ dicitur Ἀντίχρησις, ſive contrarium mutuum, cum debitor fundum tradit creditori, ut pro uſuris pecuniæ ſuæ percipiat fructus e fundo fiduciato. l. 11. §. 1. *de pignor. & hypot.* l. 33. *de pignerat. act.*

19 *Jubilæum*] *Levit.* cap. 25.

20 *Tam rebus aliis*] Vino, oleo, frugibus l. 2. §. 1. D. *de reb. cred.*

21 *Averſio periculi*] Suſceptio vel redemptura periculi navium, *Livius* 25, 3. *Sueton.* Claud. 18. Conventio qua ſuſcipimus incertum periculum alteri expectandum ſub certa mercede. Grot. *Rechts-geleert.* 3, 24. p. 81.

22 *Ad-*

Digitized by Google

22 Admiralitatem nuncupant, Græci σύμπλοιαν aut ὁμόπλοιαν vocabant.

V. 23 Mixti autem actus ſunt, aut principaliter, aut per acceſſionem alterius. Sic ſi ſciens rem majoris emam, & quod plus eſt in pretio alteri condonem, partim donatio erit, partim emtio: ſi fabro pecuniam promittam, ut de ſuo auro mihi (aa) annulos faciat, partim emtio erit, partim conductio. Sic & in ſocietate accidit, ut alter factum & pecuniam, alter pecuniam tantum contribuat. Et in feudali contractu 24 rei feudalis conceſſio beneficium eſt, pactio autem 25 militaris operæ pro tutela, eſt facio ut facias. Quod ſi 26 onus penſionis accedat, eatenus miſcetur 27 cum emphyteuſi. Fœnus quoque nauticum mixtum quid eſt ex contractu mutui, & 28 periculi averſi.

VI. Per acceſſionem ad alterum actum fit mixtio, ut in fidejuſſione & pignoris datione. (bb) Nam fidejuſſio, ſi negotium ſpectes quod inter fidejuſſorem & principalem debitorem geritur, plerumque 29 mandatum eſt: ſin negotium quod inter creditorem & fidejuſſorem, qui nihil recipit, geritur, videtur actus mere liberalis: ſed quia contractibus oneroſis accedit, 30 inde cenſeri ſolet. Pignoris quoque datio per ſe videtur actus liberalis, qua detentio rei conceditur. ſed hæc quoque naturam trahit ex contractu, cui ſecuritatem præſtat.

VII. Omnes autem actus aliis utiles, extra mere beneficos, contractuum nomine appellantur. *L. Labeo. 19. D. de verb. ſignif.*

VIII. In contractibus natura 31 æqualitatem imperat, & ita quidem, ut ex inæqualitate 32 jus oriatur minus habenti (cc) Hæc æqualitas partim conſiſtit in actibus, partim in eo de quo agitur;

GRONOVII.

22 *Admiralitatem*] Societas commeatus navium ab diverſis dominis vel exercitoribus inſtructarum ad mutuam defenſionem. Grotius *Rechtsg.* 3, 22. p. 80.

23 *Mixti actus*] Quos dixit compoſitos, num. 1.

24 *Rei feudalis*] Prædii, pagi, vel vici. 1. 3. 23.

25 *Militaris operæ*] Ut vaſallus cum certo numero equitum vel peditum militet concedenti feudum, ſi bellum eum gerere contingat.

26 *Onus penſionis*] Si modicum tributum annuum in titulum imperii pendere juſſus ſit vaſallus.

27 *Cum emphyteuſi*] 2, 3. 19.

28 *Periculi averſi*] Nam ſi perierit navis, pecuniam perdit creditor.

29 *Mandatum eſt*] Videtur fide-juſſor eſſe auctor & mandator, ut ſua fide mutuum ſumat debitor.

30 *Inde cenſeri*] Habetur pro oneroſo.

31 *Æqualitatem*] Ut tantum nanciſcatur uterque contrahentium, neuter ab altero gravetur.

32 *Jus oriatur*] Actio erga eum quicum contraximus.

(aa) Verius eſt, heic eſſe meram Emtionem venditionem: quæ ſententia tandem prævaluit apud JCtos veteres. Vide §. 4. *Inſt. De Locat. conduct.* *J. B.*

(bb) Nulla eſt heic vera mixtio actuum. Vide PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. v. Cap. 2. §. 10. *J. B.*

(cc) Confer, in toto iſto argumento, eumdem PUFENDORF. *Lib.* v. *Cap.* 3. *J. B.*

tur, & in actibus, tum præcedaneis, tum principalibus.

*L. 1. D. de act. emti & vendit.* IX. 1. Ad præcedaneos 33 actus pertinet, quod is qui cum aliquo contrahit f vitia ſibi nota rei de qua agitur ſignificare debet: quod non civilibus tantum legibus conſtitui ſolet, ſed naturæ quoque actus congruit. Nam inter contrahentes propior quædam eſt ſocietas quam quæ communis eſt hominum. Atque hoc modo ſolvitur quod dicebat Diogenes Babylonius hoc tractans argumentum, 34 non celari omnia quæ tacentur: nec quidquid tibi audire utile eſt idem mihi dicere neceſſe eſſe, ut 35 de rebus cœleſtibus. nam g contractus natura utilitatis cauſa reperta propius quiddam exigit. Bene Ambroſius: *In contractibus etiam vitia eorum quæ veneunt* 36 *prodi jubentur, ac niſi intimaverit venditor, quamvis* 37 *in jus emtoris tranſcripſerit, doli actione vacuantur.* Lactantius dixerat: *Qui* 38 *vendentis errorem non redarguit, ut aurum parvo emat, aut qui non profitetur fugitivum ſervum, vel peſtilentem ſe domum vendere, lucro & commodo ſuo conſulens, non eſt ille ſapiens, ut Carneades videri volebat, ſed callidus & aſtutus.*

*Cic. de Off. III. c. 12.*

*Off. II. c. 10.*

*Libro V. c. 17.*

*Th. 2, 2. 77. art. 3. Bal. ad l. 1. de ædil. ed. Covarr ad c. peccatum. p. 2. §. 4. n. 6. d. loco.* 2. At non idem dicendum eſt de his 39 quæ rem non contingunt: ut ſi quis ſciat multas 40 naves in curſu eſſe quæ frumentum advehunt. nam tale quid indicare eſt quidem officioſum ac laudabile, ſæpe adeo ut omitti nequeat, niſi caritatis regula violetur; non tamen injuſtum, id eſt, non pugnans cum jure ejus, quicum negotium eſt: ita ut locum hic habere poſſit illud, quod idem ille Diogenes non incommode dicebat, referente M. Tullio: *Advexi, expoſui: vendo meum, non pluris quam cæteri: fortaſſe etiam minoris cum major eſt copia. cui fit injuria?* Non ergo generaliter ſequendum illud ejuſdem 41 Ciceronis, celare eſſe, cum tu quod ſcias,

*Cap. 13. ibid.*

GROTII.

f *Vitia ſibi nota*] Vide Scholiaſten ad illud *Horatii*, (II. Sat. III, 285.):
———*mentem niſi litigioſus*
*Exciperet dominus*———

g *Contractus natura utilitatis cauſa reperta propius quiddam exigit*] Valerius Maximus lib. VIII, c. II. n. I. *bonæ fidei venditorem, nec commodorum ſpem augere, nec incommodorum cognitionem obſcurare oportet.* Agitur ibi de ædibus dirui juſſis ab auguribus, quod emtorem venditor celaverat.

GRONOVII.

33 *Actus*] Rei, quæ agitur.

34 *Non celari*] Diſſimulata cenſeri debere.

35 *De rebus cœleſtibus*] *Neque ego nunc te celo, ſi tibi non dico, quæ natura Deorum ſit*, ad hæc verba *Ciceronis* reſpicit.

36 *Prodi*] Indicari à vendente.

37 *In jus emtoris*] Perfecta fuerit emtio, de dolo actione irrita fit.

38 *Vendentis errorem*] Venditorem ignorantem pretium rei, quam vendit, non docet.

39 *Quæ rem non contingunt*] Extra materiam ſunt, nec niſi ex accidenti eam afficiunt.

40 *Naves in curſu eſſe*] Ut ſi quis in caritate annonæ primus præſto fuerit cum frumento: ſciat autem complures propediem cum eadem merce naves adfore; is non neceſſe habet id indicare ab ſeſe emturis, atque ita lucrum ſuum minuere, id enim extra rem eſt.

41 *Ciceronis*] 3, officior. 13.

h Scientia

Digitized by Google

ſcias, id ignorare emolumenti tui cauſa velis eos quorum interſit ſcire: ſed tum demum id locum habet, cum de iis agitur quæ rem ſubjectam per ſe contingunt, ut ſi domus ſit peſtilens, ſi a magiſtratu dejici juſſa, quæ exempla ibidem videas.

3. At vitia ei quicum agas nota, ut 42 ſervitutem ædium quas 43 M. Marius Gratidianus C. Sergio Oratæ vendebat ab ipſo prius emtas, dici nihil attinet. h ſcientia enim utrinque par 44 pares facit contrahentes. Horatius (II. Epiſt. 11, 13.): *D. l. 1. D. de act. empti & venditi in fine.*

*Ille feret pretium pœnæ ſecurus, opinor:*
*Prudens emiſti vitioſum* ——————

Quod notatum & Platoni undecimo de Legibus. *Pag. 916. T. II. Ed. H. Steph.*

X. Neque vero tantum 45 in intellectu rerum, ſed & 46 in voluntatis uſu quædam contrahentibus inter ſe æqualitas debetur: non quidem ut ſi quis anteceſſit metus juſte incuſſus, is demi debeat; id enim contractui extrinſecum eſt: ſed nequis injuſte (dd) incutiatur contrahendi cauſa, aut ſi incuſſus eſt, ut dematur. Hoc ſpectantes Lacedæmonii reſciderunt emtionem agri, quam Elei poſſeſſoribus metu expreſſerant, *γνόντες μηδὲν δικαιότερον εἶναι, βίᾳ πριαμένους ἢ βίᾳ ἀφελομένους, παρὰ τῶν ἡττόνων λαμβάνειν· Arbitrati nihilo juſtius eſſe, 47 infirmioribus per emtionis titulum, quam vi mera rem extorquere*, quæ Xenophontis verba ſunt. Quod tamen quam exceptionem ex jure gentium habeat, ſuo loco videbimus. *Hiſtor. Gr. III. c. 2. §. 22.*

XI. 1. In ipſo actu principali hæc deſideratur æqualitas, ne plus exigatur quam par eſt. Quod in contractibus beneficis locum vix poteſt habere. Nam ſi quis pro commodato, aut opera in man- *Inſt. de mandato. §. ult. l. 1. §. Si quis ſervum. 9. D. depoſiti.*

GROTII.

h *Scientia utrinque par, pares facit contrahentes*] Edictum Theuderici, c. 141.

GRONOVII.

42 *Servitutem ædium*] Quam debent vicino, ne altius tollantur, ne luminibus officiant, ut onera vicini ſuſtineant, & ſimilia.

43 *M. Marius*] *Cic.* 2. de Offic. 16.

44 *Pares facit contrahentes*] Efficit, ut in contractu ſervata videatur æqualitas, etiam ubi eſt aliquid inæquale, quia volenti non fit injuria.

45 *In intellectu rerum*] Ut gnarus uterque vitii ſit & commodi rerum, de quibus contrahitur.

46 *In voluntatis uſu*] In cauſa conſenſus.

47 *Infirmioribus*] Imbecilliorem cogere ad vendendum, quam aperte ſpoliare. Eodem pertinet quod legibus Rom. vetitum fuit præſidibus provinciarum in ſuis provinciis negotiari, mutuamve pecuniam dare, aut fœnus exercere.

(dd) Addidi vocem *injuſte*, quæ in omnibus Edd. manifeſto deeſt, ut patet ex ſerie orationis, & oppoſitione τῶ *metus juſte incuſſus*. Vocabulum, ob ſimilitudinem ſequentis *incutiatur*, à Typographis omiſſum, non animadvertit Auctor ipſe; unde nil mirum ſi fugerit Editores. Contrarium τὸ *juſte* alibi omiſſum, ſimili incuria, videbimus, *Cap.* XX. hujus Libri, §. 40. ſub finem. *J. B.*



Digitized by Google

mandato aut depoſito exhibenda, aliquid mercedulæ ſtipuletur, non injuriam faciet, ſed 48 contractum miſcebit, id eſt ex gratuito efficiet ſemipermutatorium. At in permutatoriis omnibus ſollicite id obſervandum eſt. nec eſt quod dicat quiſpiam, id quod pars altera amplius promittit, donatum cenſeri. Neque enim ſolet hic eſſe tales contractus ineuntium animus, nec præſumendus eſt niſi appareat. Quod enim promittunt aut dant, credendi ſunt promittere aut dare tanquam æquale ei quod accepturi ſunt, utque ejus æqualitatis ratione debitum.

2. Joh. Chryſoſtomus: *ὅταν γὰρ ἐν τοῖς συμβολαίοις καὶ ἡνίκα δ' ἂν ἀγοράσαι δέῃ τι ἢ καὶ ἀποδόσθαι, φιλονεικῶμεν καὶ βιαζόμεθα ἔλαττον τῆς ἀξίας καταλαβεῖν καὶ πάντα ὑπὲρ τούτου ποιῶμεν, οὐ λῃστεία τὸ πρᾶγμα ἐστίν· Quoties enim in contractibus, & quoties emendum quid aut dependendum eſt, contendimus, omnique modo laboramus ut minus æquo pretio demus, nonne huic facto quoddam ineſt furtum?* Scriptor vitæ Iſidori apud Photium, Hermiam narrat, ubi quod emere vellet juſto forte minoris eſſet indicatum, adjeciſſe quod juſto pretio deerat, quod exiſtimaret aliter agere injuſtitiæ eſſe ſpeciem, ſed talis quæ plurimos lateret. Et in hunc ſenſum interpretantur Hebræi legem, quæ eſt i Levit. xxv, 14. & 17.

XII. 1. Reſtat æqualitas in eo de quo agitur, in hoc conſiſtens, 49 ut etiamſi nec celatum quicquam ſit quod dictum oportuit, nec plus exactum quam deberi putabatur, ſi in re tamen deprehendatur inæqualitas, quamquam ſine culpa partium, puta quod vitium latebat, aut de pretio errabatur, ea quoque ſit reſarcienda, & demendum ei qui plus habet, reddendumque minus habenti: quia in contractu id utrimque propoſitum aut fuit, aut eſſe debuit, ut uterque tantundem haberent.

2. Lex Romana hoc conſtituit non in quavis inæqualitate, minima enim non perſequitur, imo & occurrendum cenſet multitudini litium, ſed in ſatis gravi, 50 ut quæ dimidium juſti pretii excedit. Nimirum leges, ut ait Cicero, iniqua tollunt 51 quatenus teneri manu poſſunt, philoſophi 52 quatenus ratione & intelligentia. Hi vero qui legibus civilibus 53 ſubjecti non ſunt, id ſequi

d. loco.

**GROTII.**

i *Levitici* xxv, 14. 17.] Vide *Moſem de Kotzi*, præcepto jubente LXXXII.

**GRONOVII.**

48 *Contractum miſcebit*] Pro ſimplice mixtum faciet vel compoſitum.

49 *Ut etiamſi nec celatum*] Ubi neutri animus fuit fallendi alterum, & tamen contigit, ut alter mactaretur infortunio.

50 *Ut quæ dimidium*] L. 2. C. *de reſcind. vendit.*

51 *Quatenus teneri manu.*] Quæ ad exemplum pertinent, & in oculos hominum incurrunt.

52 *Quatenus ratione*] Quatenus lex ſumma virtutis atque officii ea deprehendit.

53 *Subjecti non ſunt*] Qui habent ſummum imperium.

k Quod

Digitized by Google

ſequi debent quod æquum eſſe ipſis ratio recta dictat: imo & illi qui legibus ſubjecti ſunt, quoties de eo quod fas piumque eſt agitur, ſi modo leges non jus dant aut tollunt, ſed juri duntaxat ob certas cauſas 54 auxilium ſuum denegant.

XIII. 1. Sed notandum eſt, quandam rei æqualitatem ſpectari & in contractibus beneficis, non quidem omnimodam ut in commutatoriis, ſed 55 ex ſuppoſitione ejus quod agitur, ne quis ſcilicet ex beneficio damnum ſentiat: ob quam rationem mandatarius 56 indemnis præſtari debet a ſumtibus factis, & damno in quod ex cauſa rei mandatæ incidit: & commodatarius rem tenetur reſarcire ſi periit, quia non ſolius rei ratione domino tenetur, id eſt, ex vi dominii, quomodo quivis poſſeſſor teneretur, ut ſupra didicimus, ſed & ratione 57 beneficæ acceptionis: k quod ita verum eſt, niſi omnino & apud dominum fuiſſet peritura. Hoc enim caſu nihil per commodatum 58 domino abeſt. Contra depoſitarius præter fidelitatem nihil recepit: ideo ſi periit res, non tenebitur: non rei ratione, quia non exſtat, nec locupletior eſt; nec acceptionis ratione, quia accipiendo beneficium non accepit, ſed dedit. In pignore, ut & in locato, 59 media via ſequenda eſt, ut qui rem accepit nec de caſu quovis teneatur ut commodatarius, & majorem tamen diligentiam quam depoſitarius præſtare debeat: quia pignoris acceptio eſt quidem gratuita, ſed accedere ſolet contractui oneroſo.

*Sylveſt. in verbo Bellum. p. 1. n. 7. Thom. 2, 2. 62. art. 6.*

2. Quæ omnia Romanis quidem congruunt legibus, ſed non ex illis primitus, ſed ex æquitate naturali veniunt. Quare eadem apud alias quoque gentes reperire eſt. Inter cæteros apud Hebræum Moſem Maimonidem libro III. ductoris dubitantium l cap. 43. Spectavit huc Seneca cum dixit, 60 *alios fidem debere, alios tutelam.* Ad hanc vero formam de cæteris quoque contractibus judicium eſt faciendum. Sed generali tractatione quantum inſti-

*VII, de Beneficiis. 19.*

GROTII.

k *Quod ita verum eſt, niſi omnino & apud dominum fuiſſet periturum*] Lex Wiſigotthorum lib. V, tit. V. c. I. 2. 3.

l *Capite* 43] Convenit cum *Exodi* loco cap. XXII, 6. 10. 11. 12. 13. *Moſes de Kotzi* præceptis jubentibus LXXXVIII. & LXXXIX.

GRONOVII.

54 *Auxilium ſuum*] Actionem, vel animadverſionem judicis.

55 *Ex ſuppoſitione*] Pro natura rei, quæ ſuſcipitur, quodque in ea præſumitur eſſe debere.

56 *Indemnis præſtari*] Recipere a mandante compenſationem impenſarum, quas rei mandatæ cauſa, & ſi quid damni fecit.

57 *Benefica acceptionis*] Quia in illius gratiam uſus rei conceſſus eſt.

58 *Domino abeſt*] Abeſt enim tantum, quod etiam abfuturum fuiſſet, ſi penes dominum manſiſſet, nec fuiſſet commodata.

59 *Media via*] Quia in his utriuſque verſatur utilitas. l. 23. *de reg. jur.*

60 *Alios fidem*] Alios ſatisfacere, ſi fidem adhibeant in re ſervanda, neque eam ipſi corrumpant, etſi ab alia accidente cauſa interierit, alios omnino ſalvam præſtare rem oportere.

inſtituto noſtro ſufficit abſoluta, ſpeciales quaſdam contractuum quæſtiones percurramus.

XIV. 1. 61 Menſura ejus (ee) quod res quæque valeat maxime naturalis eſt indigentia, ut Ariſtoteles recte oſtendit: quod in permutationibus rerum apud barbaros populos maxime ſpectatur. Non tamen hæc unica eſt menſura. Nam hominum voluntas, quæ rerum domina eſt, multas res magis deſiderat quam ſunt neceſſariæ. *Margaritis*, inquit Plinius, m *pretia luxuria fecit*. Et Cicero Verrina de ſignis: *Qui modus eſt in his rebus cupiditatis, idem eſt æſtimationis*. Et contra evenit ut res maxime neceſſariæ minoris ſint propter copiam. Quod Seneca multis exemplis oſtendit libro de Beneficiis VI, cap. 15. ubi & hoc addit: *Pretium cujuſque rei pro tempore eſt. cum bene iſta laudaveris, tanti ſunt quanto pluris venire non poſſunt*. Paulus juriſconſultus: 62 *Pretia rerum non ex affectu, nec utilitate ſingulorum, ſed* n *communiter funguntur*; id eſt, ut alibi explicat, * *quanti omnibus valeret*. Hinc fit ut res tanti æſtimetur, quantum pro ea communiter offerri aut dari ſolet, quod vix eſt ut non 63 aliquam latitudinem habeat, intra quam plus minuſve dari aut exigi poſſit, niſi ubi lex certum rebus pretium ἐν στιγμῇ, ut Ariſtoteles loquitur, id eſt, *in puncto* conſtituit.

Mor. Nic. v. 8.
Hiſt. Nat. IX, 35.
In Verr. IV. 7.
L. 63 D. ad L. Falc.
* L. 33. D. ad leg. Aquil.

2. In communi autem illo pretio o ratio haberi ſolet 64 laborum

GROTII.

m *Pretia luxuria fecit*] Idem libro XXXVII. de gemmis (c. 6.): *Singulorum libido ſingulis modum facit & maxime regum*. Et libro XXXII. *Quantum apud nos Indicis margaritis pretium eſt, tantum apud Indos in coralio: namque iſta perſuaſione gentium conſtant* (c. 2.) Auguſtinus de Civitate Dei libro XI, cap. 16. *Sed quid mirum, cum in ipſorum etiam hominum æſtimatione, quorum certe natura tantæ eſt dignitatis, plerumque carius comparetur equus quam ſervus, gemma quam famula? ita in tali libertate judicandi plurimum diſtat ratio conſiderantis a neceſſitate indigentis, ſeu voluptate cupientis, cum iſta quid per ſe ipſum in rerum gradibus pendat, neceſſitas autem quid propter quid expetat, cogitet; & iſta quid verum luci mentis appareat, voluptas vero quid jucundum corporis ſenſibus blandiatur, exquirat.*

n *Communiter funguntur*] Plin. lib. XVIII, c. 31. *Æqui patrisfamilias modus eſt, annona cujuſque anni uti.*

o *Ratio haberi ſolet laborum & expenſarum*] Nec improbat id *Auguſtinus* ad Pſ. LXX. *Sed ait ipſe mercator: affero ex longinquo merces: mercedem laboris mei unde vivam peto. dignus eſt enim mercenarius mercede ſua. de mendacio & perjurio agitur, non de negotio.*

GRONOVII.

61 *Menſura ejus*] Indicatio vel æſtimatio cujuſque rei hæc juſta eſt, quam facit caritas ejus vel copia & noſtra neceſſitas.

62 *Pretia rerum non ex*] Pretium rei debet ſtatui, non quod unus alterve vehementer appetens, aut magnas ex ea utilitates ſperans, pro illa daret, ſed quod ei ſenſus & opinio communis attribuit.

63 *Aliquam latitudinem habeat*] 1, 2. 1. n. 3.

64 *Laborum & expenſarum*] Res non tantum æſtimantur ex materia, ſed augetur pretium pro laboribus & ſumtibus, quos ſuſtinuerunt mercatores in ea comparanda.

(ee) Vide, de iis omnibus quæ ad *pretii* naturam & varia genera pertinent,

Digitized by Google

rum & expenſarum, quas mercatores faciunt: ſoletque ſubito quoque mutari ex copia & inopia ementium, pecuniæ, mercium. Cæterum poſſunt & quædam eſſe 65 rei accidentia æſtimabilia, ob quæ res licite ſupra aut infra commune pretium ematur vendaturve, puta 66 ob damnum conſequens, lucrum ceſſans, affectum peculiarem, aut ſi in gratiam alterius res vendatur ematurve, alioqui non emenda aut vendenda; quæ ipſa accidentia ei cum quo agitur indicanda ſunt. Ejus quoque damni aut lucri ceſſantis ratio haberi poteſt, quod ex pretii ſolutione 67 dilata aut 68 anticipata naſcitur.

XV. 1. De venditione (ff) & emtione notandum, etiam ſine traditione, ipſo contractus momento transferri dominium poſſe, atque id eſſe ſimpliciſſimum: ita p Senecæ venditio *alienatio eſt, & rei ſuæ juriſque ſui in alium tranſlatio*: nam & ita fit in permutatione. Quod ſi actum ſit, 69 ne ſtatim dominium tranſeat, obligabitur venditor ad dandum dominium, atque interim res erit 70 commodo & periculo venditoris: quare quod venditio & emtio 71 conſtat præſtando, ut habere liceat, & evictionem, item quod res periculo eſt emtoris, & ut fructus ad eum pertineant antequam dominium tranſeat, commenta ſunt juris civilis, quod nec ubique obſervatur: imo pleriſque legum conditoribus placuiſſe, ut ad traditionem uſque res commodo & periculo venditoris ſit, notavit Theophraſtus in loco, qui q apud Stobæum eſt, ubi & multa alia inſtituta reperias de ſolennitate venditionis, 72 de arrhabone, 73 de pœnitentia, multum differentia a jure Romano: ſicut & apud Rhodios perfici ſolitam venditionem & con- *Serm. 42.*

nent, PUFENDORFIUM *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. I. cum Notis noſtris, alterius Editionis. *J. B.*

GROTII.

p *Senecæ*] De beneficiis V, 10.

q *Apud Stobæum eſt*] Titulo de legibus.

GRONOVII.

65 *Rei accidentia æſtimabilia*] Fortuita, quæ mutent æſtimationem venalium.

66 *Ob damnum*] Si vendam rem, qua ubi caruero, ipſe damnum fecero aut lucro ſperato fraudabor, aut qua ego ipſe, vel quicumque compotes mirifice capimur & delectamur.

67 *Dilata*] Venditori.

68 *Anticipata*] Emtori.

69 *Ne ſtatim dominium*] Ut ex certo die res demum fiat emtoris: cujus caſus exemplum apud *Catonem* de R.R. cap. 80.

70 *Commodo & periculo*] Si fructum faciet, is erit venditoris; ſi deterior fiet, de pretio decedet.

71 *Conſtat præſtando*] Periculo judicii evictionis, ſi res mancipio data fuerat, vel ſi alius dominus rem emtam judicio ſuam eſſe vicerit & abſtulerit, ut regreſſus emtori ad venditorem ſit.

72 *De arrhabone*] Pignore pretii numerandi.

73 *De pœnitentia*] De reſcindendo contractu.

(ff) Circa hunc contractum, vide PUFENDORF. noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 5. *J. B.*

contractus quoſdam alios 74 relatione in acta, notavit in Rhodiaca Dion Pruſæenſis.

2. Illud quoque ſciendum, ſi res bis ſit vendita, ex duabus venditionibus eam valituram quæ in ſe continuit præſentem dominii tranſlationem, (gg) ſive per traditionem, ſive aliter. Per hanc enim 75 facultas moralis in rem abiit a venditore: quod non fit per ſolam promiſſionem.

XVI. 76 Monopolia r non omnia cum jure naturæ pugnant. nam poſſunt interdum a ſumma poteſtate permitti juſta de cauſa & pretio conſtituto: cujus rei exemplum nobis illuſtre præbet Joſephi hiſtoria (hh) cum is vice regia Ægypto præeſſet. Sic & ſub Romanis Alexandrini Indicarum & Æthiopicarum mercium habebant, ſ ut Strabo loquitur, μονοπωλίαν. Poteſt & a privatis inſtitui, 77 æquo duntaxat compendio. At qui, ut in 78 Velabro olearii, t de compacto id agunt, ut res ſupra pretium id quod ſummum nunc eſt in communi pretio vendantur, aut vi, aut fraude impediunt ne major copia importetur, aut ideo merces coëmunt ut vendant pretio quod tempore venditionis iniquum ſit,

*Ariſt. Pol. 1, 6, 11.*

GROTII.

r *Non omnia cum jure naturæ pugnant*] Nota Thaletis hiſtoria de olivitate, [quæ variè à variis refertur. Vide *Ariſt.* Politic. I, 11. *Diogen. Laërt.* 1, 26. ibique Intt.] Pythoclis inventum de plumbo Tyrio coëmendo, unde lucrum faceret Athenienſis populus, eſt apud *Ariſtotelem* œconomicôn II. (*pag.* 510. D. E. *Edit. Paris.* Tom. II.) de monopolio erinaceorum, quibus expoliuntur veſtes, vide *Plinium* VIII, 37. de monopolio ſerici, *Procopium* in hiſtoria arcana.

ſ *Ut Strabo loquitur*] Libro XVII. (p. 798.) vide & *Caſſiodorum* II, 4. & 26. [Iſtud quoque exemplum de *Alexandrinis*, non congruit. Inſpice *Strabonis* locum. *J. B.*]

t *De compacto id agunt*] Lex æqua & prudens eſt C. de monopoliis. & locus notabilis apud *Lyſiam* (Orat. XXI. Cap. 5.) adverſus frumenti venditores, qui pretium falſis rumoribus incendebant. Adde *Caſſiodorum* IX, 5. & c. quicumque, 9. cauſa XIV, quæſtione IV.

GRONOVII.

74 *Relatione in acta*] Ut non prius fuerint rati & firmi, quam per actuarium ſignati ſint in commentariis reipublicæ.

75 *Facultas moralis*] Jus competens. 1, 1. 4.

76 *Monopolia*] Quoties unus vel pauci ex compoſito ad ſeſe redigunt jus mercis vendundæ.

77 *Æquo duntaxat*] Lucro utique juſto & tolerabili, non nimio & iniquo vendentibus.

78 *Velabro*] Loco urbis Romanæ, ubi oleum erat venale, clandeſtinoque inter ſe pacto convenerant negotiatores, ut omnes eodem pretio venderent. *Plaut* Captiv. 3, 1. 29.

(gg) Ponit heic Auctor, in unâ venditione ab initio dominium tranſlatum, in alterâ non; nec diſcrimen omne petit ex traditione uni Emtorum factâ, ut perperam intellexit PUFENDORFIUS, dicto capite, §. 3. De vero ſenſu, & de re ipſâ, dicemus in notis noſtris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

(hh) Malè quadrat exemplum, ut obſervavit PUFENDORFIUS, dicto loco.

u Nam

ſit, injuriam faciunt, atque eam reparare tenentur. Quod ſi alio modo impediunt invectionem mercium, aut ideo coëmunt ut pluris vendant, pretio tamen pro temporis ratione non iniquo, faciunt quidem adverſus caritatis normam, quod multis evincit Ambroſius libro officiorum tertio, ſed proprie 79 jus alterius non violant. *Cap.* 6.

XVII. De pecunia ſciendum, eam naturaliter 80 functionem recipere, u non in 81 materia ſola, nec in ſpeciali 82 appellatione aut forma, ſed in genere 83 magis communi, qua ſcilicet comparatur ad res, aut omnes, aut maxime neceſſarias: 84 quæ æſtimatio, ſi aliud non convenerit, facienda erit tempore ac loco ſolutionis. Michaël Epheſius ad quintum Nicomachiorum: *Cap.* 8. ὡς ἐπὶ τῆς χρείας τοῦτο ἐπὶ τοῦ νομίσματος ἴδοι ἄν τις γινόμενον, ὡς γὰρ ἐπ' ἐκείνης οὐκ ἀεὶ ὁμοίως δεόμεθα καὶ ἐν χρείᾳ τῶν ἀλλοτρίων ἐσμὲν, οὕτως οὐδὲ τὸ νόμισμα ἀεὶ ἴσον δύναται, ἀλλὰ μεταπίπτει. καὶ τὸ πρότερον πλεῖον δυνάμενον ὕστερον ἢ ἔλαττον ἢ οὐδὲν ἰσχύει. ὅμως μᾶλλόν γε τοῦτο διαμένει καὶ δεῖ ὡς μέτρῳ αὐτῷ τῶν ἀλλασσομένων χρῆσθαι. *Quod de indigentia accidit, idem in nummo videre eſt. Nam ſicut ea non eadem ſemper, nec enim alienis rebus æque ſemper opus eſt nobis, ſic nec nummus idem ſemper valet, ſed mutatur, & cum prius plus valuerit, poſtea aut minus aut nihil valet:* x *diuturnius autem eſt nummi pretium: eoque* 85 *ut menſura aliarum quæ comparantur rerum uti ſolemus.* Cujus loci hic ſenſus eſt: quicquid adhibetur in hoc ut menſura ſit rerum aliarum, debet eſſe tale, ut per ſe 86 minime flectatur, talia autem ſunt in genere æſtimabilium, aurum, argentum, æs. per ſe enim ferme tantundem ubique, & ſemper valent: ſed prout res aliæ, quibus indigent homines, copioſæ

### GROTII.

u *Non in materia ſola, nec in ſpeciali appellatione aut forma, ſed in genere magis communi*] Non tam ex ſubſtantia quam ex quantitate l. 1. D. de contrah. emtione. Non corpora hic cogitanda ſed quantitas. l. Si is cui. §. 1. de ſolutionibus. *L.* 94.

x *Diuturnius eſt nummi pretium*] Publica ac perpetua æſtimatio. d. l. 1. D. *de contr. emt.*

### GRONOVII.

79 *Jus alterius*] Non committunt, de quo queri quis apud magiſtratum, aut quod magiſtratus vindicare poſſit.

80 *Functionem rec.*] Pati, ut alia pro alia, & aliud pro ea, & ipſa pro alio detur. l. 2. §. 1. D. *de reb. cred.*

81 *Materia*] Ut aurum pro argento & viciſſim.

82 *Appellatione aut forma*] Ut denarii pro ſeſtertiis, philippi pro thaleris, modo ſumma præſtetur quocumque genere bonæ monetæ.

83 *Magis communi*] Latius patente rerum commutabilium vel promercalium, quatenus illis æquatur, & pro illis vel expenditur vel accipitur.

84 *Quæ æſtimatio*] Quantum autem pro quaque expendi vel accipi debeat, niſi quid ſpeciale inter contrahentes cautum fuerit, colligendum ex tempore quo ſolvimus & loco: nam hæ duæ circumſtantiæ precia rerum variare ſolent.

85 *Ut menſura*] Ut eo aliæ res æſtimentur.

86 *Minime flectatur*] Ut ſemper idem ſit, minimumque habeat varietatis.

87 *Nunc*

pioſæ ſunt aut raræ, ita eadem pecunia ex eadem facta materia, eodem pondere, [87] nunc plus nunc [88] minus valet.

*L. 2. D. Locati.* XVIII. Locatio & conductio, (ii) ut recte a Cajo dictum eſt, proxima eſt venditioni & emtioni, eiſdemque regulis conſiſtit: reſpondent enim pretium penſioni ſive mercedi, & rei dominium facultati utendi. Quare ſicut [89] res domino perit, ita naturaliter ſterilitas, & alii caſus qui uſum impediunt, damno ſunt conductoris: neque eo minus locator jus habebit ad pecuniam promiſſam, quia ipſe facultatem utendi tradidit, quæ [90] eo tempore tantum valebat. quanquam & legibus & pactis immutari id poteſt. Si tamen locator, cum conductor primus re uti impeditus eſſet, [91] alii eam locaverit, quicquid conſecutus inde fuerit rependet primo conductori, ne ex re aliena fiat locupletior.

XIX. Et quod de venditione ſupra diximus, pluris rem vendi minoriſve emi poſſe, ſi [92] in gratiam alterius vendatur ematurve, alias non vendenda aut emenda, idem & de re aut opera locata conductave intelligendum eſt. Quod ſi una opera pluribus utilis eſſe poſſit, ut itineris ſuſceptio, & [93] locator pluribus ſe in ſolidum ſingulis obſtrinxerit, poterit de ſingulis mercedem paciſci quam ab uno exigeret, ubi lex non obſtat: quia quod illa opera ſecundo quoque utilis eſt, extrinſecum eſt contractui qui cum primo eſt initus, neque reſpectu primi quicquam minuit de æſtimatione.

*In cap. 25. Matthai qu. 171. & 172.* XX. 1. Circa mutuum quæri ſolet, quo jure vetitæ ſint uſuræ? & quanquam jure naturali vetitas eſſe [94] receptior eſt ſententia, contrarium tamen ſentit Abulenſis. Neque vero videntur argu-

GRONOVII.

87 *Nunc plus*] Ubi copioſæ res ſunt.

88 *Minus*] Ubi raræ.

89 *Res domino*] Quod emtum eſt traditumque, ſi intereat, non is, qui dominus fuit, ſed qui eſt in præſens, damnum ſentit. [Mira hallucinatio Viri Doctiſſimi, quam obiter notavimus, ad PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 6 § 2. Loquitur contra Auctor de re venditâ, nec dum traditâ, quamquam ipſo contractûs momento dominium tranſlatum fuerit, ſecundum ea quæ dixit ſupra, §. 15. *J. B.*

90 *Eo tempore*] Quum conducebatur.

91 *Alii eam locaverit*] Ita ſi primus conductor contractum ſervare & præſtare paratus ſit, quod inter ipſum & dominum convenit.

92 *In gratiam alterius*] Non quod venalem habeat aut ea indigeat, ſed ut petenti aut alienare coacto commodet aut gratificetur.

93 *Locator pluribus*] Cum compluribus ita convenerit, ut ſinguli omnem ſumtum præſtent, quaſi ſolo in uniuſcujuſque negotio occupetur.

94 *Receptior eſt*] Nullo jure ſunt vetitæ, ſi modeſtæ ſunt & civiles, niſi forte canonico, ex errore & mala interpretatione vocabuli nato, quaſi *uſuræ* non ſint, niſi immanes, mergentes, trucidantes. Atqui tam ſunt *unciæ*, *ſextantes*, *quadrantes* uſuræ quam *centeſimæ*.

(ii) Confer, de hoc contractu, PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 6. *J. B.*

*y Tan-*

Digitized by Google

argumenta, quæ in alteram adferuntur partem, talia eſſe ut aſſenſum extorqueant. Nam quod de mutuo dicitur gratuitum eſſe, y tantundem & de commodato dici poteſt: cum tamen pro uſu rei pretium exigere illicitum non ſit, ſed efficiat ut contractus 95 in aliud nomen tranſeat. Nec magis urget quod ſuapte natura 96 ſterilis eſt pecunia. Nam & domos & res alias natura infœcundas z hominum induſtria fructuoſas fecit. Illud ſpecioſius, (kk) quod hic 97 res pro re reddatur, uſus autem rei 98 a re diſtingui non poſſit, cum 99 in abuſu conſiſtat, ac proinde pro eo nihil 1 debeat exigi.

2. Sed notandum eſt, cum rerum, quæ uſu pereunt, aut in alterius dominium tranſeunt, 2 uſusfructus ſenatus conſulto introductus dicitur, non tamen effectum, ut proprius uſusfructus eſſet, de voce uſusfructus agi, quæ certe ſecundum ſuam proprietatem tali juri non congruit; non tamen ſequi inde jus tale nihil eſſe, aut non æſtimabile, cum contra certum ſit, ſiquis 3 proprietario tale jus cedat, pecuniam poſſe exigi eo nomine. Sic & jus illud nonniſi poſt tempus certum reddendi pecuniam aut vinum, eſt aliquid æſtimabile: 4 minus enim ſolvit qui tempore minus ſolvit. Atque ideo a 5 ἐν ἀντιχρήσει uſus pecuniæ cum fructibus

*L. 1, 2. D. de uſufr. ear. rer. q. uſu conſ.*

*L. 1. §. Si uſusfruct. 9. D. ad legem Falc.*

GROTII.

y *Tantundem & de commodato dici poteſt*] Valde enim affinia commodatum & mutuum, ut locatio & fœneratio. in l. unica. C. Theod. quod juſſu eſt: *pecuniam commodat.* Juſtinianus edidit *mutuam dat.* Nummos autem fœnore ſumtos, conductos dixit *Horatius* lib. 1, ſat. 2. (*vers.* 9.) ubi ſcholiaſtes *merces*, *uſura*.

z *Hominum induſtria fructuoſas fecit*] Nec enim debet ſterilis eſſe pecunia. l. quid ergo. 3. §. uſuras. 4. D. de contrar. & util. act. tutelæ. l. debitor. 7. D. de uſuris.

a Ἐν ἀντιχρήσει] l. cum debitor. 8. D. in quibus cauſis pignus. l. Si ea pactione. 14. C. de uſuris.

GRONOVII.

95 *In aliud nomen*] Ex *commodato* fiat *conductum.*

96 *Sterilis eſt*] Nihil non ſterile, quod tibi ſterile eſſe volueris: ut contra nihil non fructuoſum, quod cultura exercere, ut fructum ferat, volueris. *Salmaſ.* de uſur. cap. 8. p. 198.

97 *Res pro re*] Ut pecunia pro pecunia, oleum pro oleo, vinum pro vino.

98 *A re diſtingui*] Non poſſit conſiderari tanquam aliquid fructificans, fructum debens.

99 *In abuſu*] Quia quod mutuum ſumo, id ſumo, ut conſumam.

1 *Debeat exigi*] Qui hoc objiciunt, ludunt in vocibus, *Uſus* & *Abuſus.* Quaſi vero mutuum tantum ſumatur, ut conſumatur, & non potius, ut aliquid eo fructuoſum comparetur, ut domus, ager, merx cum lucro vendenda, quævis alia res utilis. *Salm.* de uſur. c. 8. p. 195.

2 *Uſusfructus SC.*] §. 2. Inſt. *de uſufr.*

3 *Proprietario*] Ei qui dominus eſt rei, cujus alius uſumfructum habet.

4 *Minus enim*] Ut plus petit, qui ante tempus petit. §. 33. Inſt. *de action.*

5 Ἀντιχρήσει] Pignore ita dato, ut donec pecunia credita ſolvatur, eo creditor utatur fruatur vicem uſurarum. Vide ſup. §. 3. num. 4.

(kk) Vide quæ Auctor uberius dicit, ad ſolutionem iſtius difficultatis, in Adnot. ad *Lucam*, VI. 35. *J. B.*

ctibus prædii compenſatur. Quæ vero a 6 Catone, 7 Cicerone, 8 Plutarcho, b & aliis contra uſuras dicuntur, ea 9 reſpiciunt non tam quod intrinſecum ei eſt, quam quod plerumque ei adeſt, eamque conſequitur.

3. Sed quicquid hac de re ſentire libeat, ſufficere nobis debet lex a Deo Hebræis data, quæ 10 vetat Hebræos Hebræis pecuniam dare fœnori (II) Eſt enim hujus legis materia, ſi non neceſſaria, certe c honeſta moraliter, unde & aliis maxime moralibus annumeratur Pſalmo, qui apud Hebræos eſt decimus quintus, apud Latinos d decimus quartus, & apud Ezechielem capite decimo octavo. quæ autem hujus generis ſunt, Chriſtianos quoque obligant, quippe vocatos ad majora virtutum ſpecimina: & quæ tunc officia homini Hebræo aut 11 alioqui circumciſo (nam hujus cum Hebræo par cauſa erat) præſtari jubentur, ea nunc præſtanda ſunt homini cuivis, e omni populorum diſcrimine per Euangelium ſublato, latiuſque extenſo proximi intellectu: quod præter cætera oſtendit inſignis Chriſti de homine Samarita apologus. Itaque Lactantius de officiis tractans hominis Chriſtiani: *Non dabit*, inquit, *in uſuras pecuniam. hoc eſt enim de alienis malis lucra captare.* Ambroſius: *Subvenire non habenti humanitatis eſt;*

*Verſ.* 5.
*Verſ.* 8.
*Luc.* x, 29.
*Epit. Inſt. c.* 4.
*De Officiis* III, *c.* 3.

GROTII.

b *Et aliis* ] Ut *Appiano* in civilibus. (*pag.* 382. B. *Ed. H. Steph.*)

c *Honeſta moraliter* ] Hebræi cenſent voce נשך ſignificari uſuram in pecunia: voce הרבית in quavis ſpecie. *Hieronymus* ad XVIII. Ezechielis: *Putant quidam uſuram tantum eſſe in pecunia: quod providens ſcriptura divina, omnis rei aufert ſuperabundantiam, ut plus non capias quam dediſti.* (Tom. V. pag. 440. A. *Ed. Baſil.*)

d *Decimus quartus* ] Et Pſ. CXII. *χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτείρων καὶ κιχρῶν· Vir bonus eſt, qui alterius miſeretur, eique pecuniam dat mutuam.* (vers. 5.)

e *Omni populorum diſcrimine per Euangelium ſublato* ] Chriſtianos *Arnobius* libro IV. (*Pag.* 152, 153. *Ed. Lugd. B.* 1651) ait eſſe *communicatores rei, & cum omnibus quos ſolidet germanitatis neceſſitudine copulatio.* Alibi: *qui omnes homines pro fratribus diligunt.*

GRONOVII.

6 *Catone* ] Fœneratorem eſſe pejorem fure, *de Re ruſt.* pr.

7 *Cicerone* ] *Paradox.* 6.

8 *Plutarcho* ] In vita Catonis.

9 *Reſpiciunt* ] Graves, immodicas, ſanguinolentas.

10 *Vetat Hebræos* ] Immo fuit hæc lex civilis, quam ea ferret reſpublica, conſtans ex hominibus æquatorum patrimoniorum per ſortes agri unicuique conceſſas. Itaque Hebræos alienigenis fœnerari licuit, *Deuter.* 15, 6. quod non permiſiſſet Deus, ſi fœnus per ſe ſe injuſtum eſſet. Sed & proprie lex hæc ad illos pertinet, qui propter egeſtatem mutuum petunt, non qui ſui commodi & lucri cauſa. Vide *Salmaſ.* de uſur. cap. 20, & 21. p. 618. & de fœn. trapez. pag. 203. & 210.

11 *Alioqui circumciſo* ] Proſelyto.

(II) Mutavit poſtea ſententiam Auctor, ut patet ex ejus *Epiſt.* 953. ad *Salmaſium* ſcriptâ; ſed inprimis ex Adnotationibus ad dictum caput *Luc.* VI. 35. quæ heic omnino conferri debent. De totâ autem materiâ *Fœnoris* & *Uſurarum*, abſolutiſſimum & pleniſſimum Opus exſtat ſummi Juriſconſulti, & non minus judicio, quàm eruditione, inſignis, Clariſſ. NOODTII, quod ſeorſim antea editum, inter Opera ejus poſtea recuſum eſt. *J. B.*

f *Pius*

*eſt; duritia autem* f *plus extorquere quam dederis.* Ipſe Cæſar * Auguſtus 12 notavit aliquos, quod pecunias levioribus uſuris mutuati, graviori fœnore collocaſſent. * *Suet. c.* 39.

XXI. Obſervandum tamen eſt, eſſe quædam g quæ ad uſuræ ſpeciem accedant, ac vulgo uſuræ eſſe videantur, cum tamen pacta ſint generis alterius: ut de repenſando damno, quod facit qui pecuniam dat mutuam, eo quod diu pecunia careat: item dé lucro ob mutui dationem ceſſante, deducto ſcilicet 13 incerto ſpei, & labore qui ſubeundus fuerat. Sic etiam pro impenſis ejus qui multis dat mutuam pecuniam, & in hoc paratam habet: & pro periculo amittendæ ſortis, ubi idonee non cavetur, ſi quid exigitur, uſura vere non eſt. Demoſthenes oratione in Pantænetum, eum, qui quod ex mercatura aut honeſta opera quæſivit h ſub modico lucello elocat, partim ut ſuum ſervet, partim ut gratum faciat alteri, negat fœneratorum odio prægravandum. *Pag.* 630. 631. *Ed. Baſ.* 1572.

XXII. Leges vero humanæ quæ concedunt aliquid ſtipulari pro uſu pecuniæ, aut rei alterius, ut apud Hollandos jam pridem conceſſum eſt aliis quidem i octo nummos in centum, mercatoribus

### GROTII.

f *Plus extorquere quam dederis*] Cyprianus de lapſis gravia peccata enumerans, addit *uſuris multiplicantibus fœnus augere.* Chryſoſtomus de jejunio v. *ἐὰν νηστεύσῃς, βλέπε μὴ δανείσῃς τὸ ἀργύριόν σου ἐπὶ τόκῳ. νηστεύεις; διάῤῥηξον βιβλίον συναλλαγμάτων χειρόγραφον·* *Si jejunes, vide ne pecuniam tuam collocaes fœnori. jejunas? rumpe violentorum pactorum cautiones.* Idem in caput ultimum 1. ad *Corinthios*, pecuniam fœnore partam non magis ſi in eleemoſynam detur, Deo acceptam eſſe ait, quam ſi detur ex quæſtu meretricio. *Auguſtinus* epiſt. LIV. *quid dicam de uſuris, quas etiam ipſæ leges & judices reddi jubent. Ita crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid vel eripit diviti, quam qui trucidat pauperem fœnore.* Maximus homilia III. de quadrageſima: *recte frater frequentabis eccleſiam, ſi greſſus tuos lethalibus laqueis avida illa non implicet & involvat uſura.* His adde Baſilium in ſermones Domini in monte, & quæ ex conciliis ſanctiſque ſcriptoribus collegit *Gratianus* cauſa XIV, quæſt. III. & IV.

g *Quæ ad uſuræ ſpeciem accedant*] Et ſi cum juris Romani conſultis loqui volumus, fœnus odioſum nomen eſt, uſura non item. *Uſuræ non propter lucrum petentium, ſed propter moram ſolventium infliguntur.* l. cum quidam 17. §. 3. D. de uſuris. *Cujacius* in paratitlo de nautico fœnore: *Fœnus eſt quod præter ſortem accedit lucri cauſa: uſura, quod accedit ne in damno verſetur creditor.* Sed quia plerique etiam uſurarum abuſi ſunt nomine, cœpit & hoc in ſequiorem ſumi partem: in bonum autem ſenſum ſubſtitui vox ejus quod intereſt.

h *Sub modico lucello*] Procopius Goth. III. in laudibus Germani, qui Juſtiniano propinquus: *χρήματα τοῖς δεομένοις ἅπασι δεδανεικὼς μεγάλα καὶ τόκον οὐδὲ ἴσον λόγῳ κεκομισμένος πρὸς αὐτῶν πώποτε·* *pecunias omnibus opus habentibus magnas dabat utendas, uſuram autem, quæ quidem talis dici mereretur, nunquam ab ipſis ſumebat.*

i *Octo nummos in centum*] Idem in Imperio conſtitutum.

### GRONOVII.

12 *Notavit aliquos*] Non de vulgo, ſed equites Romanos, quibus hoc ſordidum putavit: nec ob fœnus, ſed ob tale fœnus.

13 *Incerto ſpei*] Ut *Juſtin.* 38, 1. *incertum belli timens.* l. 20. C. *mand. incertum litis. Freher.* 1. Parer. 2.

 k *Im-*

ribus autem duodecim pro uſu annali exigere, ſiquidem vere ſtant intra compenſationem ejus quod abeſt, aut abeſſe poteſt, non pugnant cum naturali aut divino jure: ſin eum modum excedunt, [k] impunitatem præſtare poſſunt, jus dare non poſſunt.

XXIII. Contractus avertendi periculi, quem [l] aſſecurationem vocant, omnino nullus erit ſi [14] contrahentium alter rem de qua agitur, aut ſalvam quo deſtinabatur perveniſſe, [15] aut periiſſe ſciverit: non tantum ob paritatem quam exigit contractuum permutatoriorum natura, ſed quia propria materia hujus contractus eſt damnum ſub ratione incerti. Periculi autem hujus pretium ex communi æſtimatione petendum eſt.

XXIV. 1. [m] In ſocietate negotiatoria, (mm) ubi [16] confertur pecunia cum pecunia, ſi pecuniæ æquales ſint, æquales eſſe etiam oportet partes in damno & lucro; ſin inæquales fuerint, partes quoque fient pro rata. quod Ariſtoteles fine octavi Nicomachiorum ſic extulit: *Cap. 16.* *ἐν χρημάτων κοινωνίᾳ πλείω λαμβάνουσι οἱ συμβαλλόμενοι πλείω.* Atque idem habebit locum ſi [17] operæ aut æquales aut inæquales conferantur. Sed & opera cum pecunia, aut cum pecunia & cum opera conferri poteſt, ut dici ſolet.

*Plaut. Aſin. I. 3. 20.*

*Par pari datum hoſtimentum eſt, opera pro pecunia.*

*Navarr. 17. num. 250. Covarr. III, Var. cap. 2. Leſſ. lib. II, 2. 25. du. 3.*

2. Sed hæc collatio non uno modo fit: nam aut [18] opera confertur cum ſolo pecuniæ uſu, quo caſu [19] ſors domino perit, & ſi ſalva eſt, domino ſalva eſt: aut opera confertur cum ipſo dominio pecuniæ, quo caſu qui operam impendit particeps fit ſortis. In

**GROTII.**

k *Impunitatem præſtare poſſunt*] Ideo permiſſas ante ſe uſuras ad normam æquiorem reducere *Juſtinianus* ſui officii cenſuit: novellis XXXII. XXXIII. XXXIV.

l *Aſſecurationem*] Id damnum in ſe ſuſcipere dixit *Suetonius* Claudio. (c. 18.) Sic *Cicero* pecuniæ publicæ prædes accepit, ut populo cautum eſſet ſine vecturæ periculo, epiſtolarum II, 17.

m *In ſocietate*] Exemplum ſocietatis habes in delphinis apud *Plinium* lib. IX, c. 8. & in pinna ac pinnotere IX, 42. meminit & *Cicero* de finibus, (III, 19.)

**GRONOVII.**

14 *Contrahentium alter*] Is qui ſimulat ſe periculum, quod nullum eſt, ſubire, & pretium pro eo paciſcitur.

15 *Aut periiſſe*] Qui fingit ſeſe ut futurum metuere, quod jam evenit, quaſi tamen evitari poſſet, ut ſpe lucri alium illiciat in damnum certum.

16 *Confertur pecunia*] Ubi ambo, vel omnes contrahentes pecuniam contribuunt.

17 *Opera*] Artis, vel laboris adminicula.

18 *Opera confertur*] Ut cum alius operam, alius pecuniam præbeat, non tamen communis fiat pecunia, ſed pecuniæ ſimul operæque fructus.

19 *Sors*] Id quod collatum eſt.

(mm) Circa hunc contractum, confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 8.

a Pro

Digitized by Google

In prima ſpecie 20 comparatur cum opera non ſors, ſed periculum amittendæ ſortis, & lucrum quod probabiliter ex ea ſperari poterat. In altera 21 operæ pretium habetur quaſi ſorti adjectum, & pro eo quod valet in ipſa ſorte partem habet qui operam præſtat. Quod de opera diximus, idem & 22 de labore ac periculo navigationis, & ſimilibus intelligi debet.

3. Ut autem ſociorum aliquis lucri ſit particeps, immunis damni, eſt quidem præter naturam ſocietatis: poteſt tamen ita conveniri ſine injuria. fiet enim mixtus contractus ex ſocietate & ex contractu 23 averſi periculi, in quo ita ſervabitur æqualitas, ſi tanto 24 plus lucri ferat, quam alioqui laturus fuerat qui in ſe damnum recepit. Ut autem quis damnum ſentiat ſine lucro, ideo admittendum non eſt, quia ita naturalis eſt ſocietati utilitatum communio, ut ſine ea nequeat ſocietas conſiſtere. Quod autem dictum eſt a Juriſconſulto (a) non expreſſis partibus æquales intelligi, ita demum pro vero habendum eſt, ſi quæ conferuntur ſint æqualia. In ſocietate autem univerſorum bonorum non id quod hinc aut illinc obvenit, ſed quod probabiliter ſperari poterat, comparandum eſt. *Angelus verb. Societas 1. §. 7. Sylv. verbo Societas 1. quæſt. 2. Navarr. 17. num. 255. Covarr. & Leſſ. d. locu.*

XXV. 25 In ſocietate * navali adverſus piratas, utilitas communis eſt ipſa defenſio: interdum & præda. Solent autem æſtimari naves, & quæ in navi ſunt, atque ex his ſumma confici, ut damna quæ eveniunt, in quibus ſunt & 26 vulneratorum impendia, ferantur a dominis navium & mercium n pro parte quam habent in ea ſumma. Et hæc quidem, quæ diximus hactenus, ipſi juri naturæ ſunt conſentanea. a *L. Si non. D. pro ſocio.* * *Livius. lib.* XXIII. *c.* 49. *Ariſt.* III. *Polit. c.* 9.

XXVI. 1. Nec in his jure gentium voluntario quicquam mutatum apparet: uno excepto, quod 27 inæqualitas rerum in quam conſenſum eſt, (nn) ubi nec mendacium interceſſit, nec ejus quod dictum

GROTII.

n *Pro parte quam habent in ea ſumma*] Vide ſimile in l. Wiſigotthorum libro V, tit. V. c. 5.

GRONOVII.

20 *Comparatur cum opera*] Exiſtit æqualitas collationis, dum alter ſociorum laborat & exercitus eſt, alter pecuniam ſuam in periculum mittit, ceſſatque ex eo lucrari, quod alioqui potuiſſet.

21 *Opera pretium*] Tanti æſtimatur labor operantis, quanti ſors ab altero contributa.

22 *De labore ac periculo*] Et hæc conferri cum pecunia poſſe.

23 *Averſi periculi*] Aſſecurationis.

24 *Plus lucri*] Immo aliquando, etſi non plus ferat: poteſt enim ob certam ſpem lucri, diffidente altero, ut eum inducat, omnem metum in ſe recepiſſe. num. 26.

25 *In ſocietate navali*] Ammiralitate. Vide ſupra, §. 4.

26 *Vulneratorum*] Sauciorum curandorum.

27 *Inæqualitas rerum*] Si conſenſerunt ſocii res inæquales conferre, ubi nec dolus adhibitus eſt, & ſi quid in altera re incommodi erat, ſimpliciter confeſſus eſt, qui eam contulit, eas haberi pro æqualibus,

(nn) Confer heic PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap 3. §. 9. *J. B.*



Digitized by Google

dictum oportuit reticentia, in actionibus exterioribus pro æqualitate habetur: ita ut quomodo jure civili ante 28 conſtitutionem Diocletiani actio in foro nulla dabatur adverſus talem inæqualitatem, ita nec inter eos qui jure gentium ſolo ſociantur 29 exactio
*L.16.§.4. D. de minor. L. 22.§.f. D. locati.* aut coactio ſit eo nomine. Hoc enim eſt quod ait Pomponius, 30 in pretio venditionis & emtionis naturaliter licere ſe mutuo circumvenire: ubi licere eſt non quidem fas eſſe, ſed ita permitti ut 31 nullum contra proditum ſit remedium in eum qui ſe pacto velit defendere.

2. o Naturaliter autem eo in loco, ut & alibi interdum, poſitum eſt pro eo quod recepti paſſim moris eſt: quomodo apud
*1 Corinth. XI, 14.* Apoſtolum Paulum ipſa 32 natura docere dicitur viro turpe eſſe comam alere, cum tamen id neque repugnet naturæ, & multos apud populos uſitatum ſit. Sic idolorum cultores, non autem quoſvis homines φύσει ματαίους, id eſt, *natura vanos* appellat ſcri-
* XIII, 1. *Eph.* II, 3. ptor libri Sapientiæ, & τέκνα φύσει ὀργῆς Paulus * Apoſtolus, non tam ex ſua 33 quam ex Romanorum, apud quos tum vivebat, perſona loquens. Euenus poëta vetus:

*Gnomograph. Ed. Sylb. p. 131.*

φημὶ πολυχρόνιον μελέτην ἔμμεναι, φίλε, καὶ δὴ
ταύτην ἀνθρώποισι τελευτῶσαν φύσιν εἶναι.
*Quod 34 meditare diu durabile fiet, amice,*
*Atque id naturam credo mortalibus eſſe.*

Ejuſdem ſenſus dictum vetus apud Galenum extat: ἐπίκτητοι φύσεις τὰ ἔθη, *conſuetudo adſcititia eſt natura.* Apud Thucydidem ſi-
*Lib. III. c. 84.* mili notione dicitur τῶν νόμων κρατήσασα ἡ ἀνθρωπεία φύσις, *humana natura legum victrix.* Sic 35 πεφυσιωμένα dicunt (oo) Græci tum

### GROTII.

o *Naturaliter autem eo in loco*] Sic *Gellius* lib. IX, c. 10. de actu conjugali: *rem natura lege operiendam.*

### GRONOVII.

28 *Conſtitutionem Diocletiani*] L. 3. C. *pro ſocio.* [Immo *L.2.C. de reſcindenda venditione. J. B.*]

29 *Exactio vel coactio*] Diverſos populos, vel principes inde injuriam ſibi factam dicere poſſe, aut jus belli habere.

30 *In pretio venditionis*] More quotidiano evenire, & vix aliter fieri poſſe in tam brevi confinio æqui & iniqui, ut pars altera paulo plus ferat, & id patiendum ſtatuiſſe jura, ne inſanum in modum lites creſcant.

31 *Nullum contra proditum*] Non habeat actionem adverſus eum, a quo ſe circumventum putat, niſi dimidio amplius.

32 *Natura docere*] Conſuetudo illarum gentium, quæ quaſi tranſiit in naturam.

33 *Quam ex Romanorum*] Quia ſcilicet epiſtola ad Epheſios creditur data Romæ & miſſa Epheſum per Tychicum, ut in fine illius adſcriptum eſt. Vellem autem eo loco hic uſus non eſſet, quem omnes ſani theologi accipiunt, de natura corrupta per peccatum primorum parentum in omnes poſteros propagatum: *Vivebamus quaſi nati ad iram Dei provocandam.*

34 *Meditare*] Exercebis, agitabiſque ſæpe ac diu.

35 Πεφυσιωμένα] In naturam redacta.

(oo) In prima Editione legitur πεφυσιῶσθαι: ſed neutrum rectè ſe habet, eo quidem ſenſu, de quo heic agitur. In mentem revocavit Auctor ex vulgaribus Grammaticis *Clenardi & Antesignani*,

Digitized by Google

tum virtutes tum vitia poſtquam altas radices egerunt. Apud Diodorum vero Siculum legimus: τῆς φύσεως ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ἡττωμένης· *cum neceſſitas naturam, id eſt, robur animi vinceret.* Sic Pomponius Juriſconſultus cum dixiſſet jus Romanum non pati eundem 36 in paganis & teſtato & inteſtato decedere, addidit earum rerum 37 naturaliter inter ſe pugnam eſſe, cum tamen ea regula e ſolis Romanorum moribus pendeat, neque apud alios populos locum habeat, ac ne apud ipſos quidem Romanos p in militum teſtamento. L. jus noſtrum. 7. D. de R. I.

3. Evidens autem fuit utilitas ejus quod dixi juris introducendi, ad præcidendas controverſias infinitas, & ob incerta rerum pretia inter eos, 38 qui communem judicem non habent, inexplicabiles, quæ vitari non poterant ſi ob inæqualitatem a pactis diſcedere licuiſſet. *Hæc eſt emtionis atque venditionis ſubſtantia* (ajunt Imperatores, ſubſtantiæ nomine morem perpetuum ſignificantes) *quod emtor viliore comparandi, venditor cariore diſtrahendi* 39 *votum gerentes ad hunc contractum accedant, vixque* q *poſt multas contentiones, paulatim venditore de eo quod petierat detrahente, emtore autem huic quod obtulerat addente, ad certum conſentiant pretium.* Seneca ait hoc jus reſpiciens: *Quid intereſt quanti ſint, cum de pretio inter ementem & vendentem convenerit? Nihil venditori debet* 40 *qui bene emit.* Andronicus Rhodius ſenſu eodem: τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἑκουσίοις συναλλάγμασι κέρδος οὔτε ἄδικόν ἐστιν, οὔτε εὐθύνεται. τούτων γὰρ ἄδειαν ἔδωκεν ὁ νόμος· *Lucrum, quod* (pp) *voluntate contrahentium percipitur, nec injuſtum eſt, nec corrigitur. Ejus enim rei licentiam lex conceſſit.* L. Si voluntate. 8. C. de reſcind. vend. L. VI, de benef. 15. Nic. V. 5.

4. Is, quem indicavi paulo ante, ſcriptor vitæ Iſidori, minoris juſto emere, aut pluris vendere, vocat ἀδικίαν ὑπὸ μὲν τοῦ νόμου ἀφειμένην, τὸ δὲ δίκαιον ἀνατρέψασαν· *injuſtitiam a lege quidem permiſſam, ſed quæ re ipſa juſtum pervertat.*

*teſignani*, ubi φυσιώμενος exponitur, *in naturam verſus*: ſed φυσικώμενος dicendum, quod à φύσα, *flatus*, aut *follis*, ortum, ſignificat *inflatum*, *turgentem*, ut ibi notat *Sylburgius*, vir Linguæ Græcæ peritiſſimus, pag. 564. *Edit. Hanov.* 1602. *J. B.*

GROTII.

p *In militum teſtamento*] Imo & in paganorum teſtamentis ſæpe, ubi inofficioſi querela inſtituitur. l. 15. mater. l. nam etſi. 19. l. circa. 24. D. de inoff. teſtament. addita l. cum duobus. 13. C. eodem titulo.

q *Poſt multas contentiones*] Feſtus: *Cociones dicti videntur a cunctatione, quod in emendis vendendiſque mercibus tarde perveniant ad juſti pretii finem, itaque apud antiquos prima ſyllaba per U literam ſcribebatur.* Quintilianus declamatione pro civibus: *diu cocionatus eſt*, (Decl. XII, pag. 218. *Edit. Obrecht.*)

GRONOVII.

36 *In paganis*] Non militantibus. *Sueton.* Galb. 19.

37 *Naturaliter*] Ex natura rerum, quam lex & mos iis impoſuit.

38 *Qui communem judicem*] Qui diverſis imperiis ſunt ſubjecti.

39 *Votum gerentes*] Sperantes cupienteſque ambo cum lucro emtor acquirere, venditor alienare.

40 *Qui bene emit*] Vili. *Suet.* Jul. 50. *Martial.* 8, 10.

(pp) Vertendum erat: *quod in Contractibus voluntariis* &c. *J. B.*



Digitized by Google

# CAPUT XIII.

## De jurejurando.

I. *Juriſjurandi quanta vis ſit etiam ex paganorum opinione.*
II. *Animum deliberatum requiri, nempe ut quis jurare voluerit.*
III. *Verba jurantis obligare in ſenſu quo ea creditur accepiſſe cui juratum eſt.*
IV. *Juramentum dolo elicitum quando obliget.*
V. *Juramenti verba non extendenda ultra receptum loquendi morem.*
VI. *Juramentum non obligare de re illicita factum:*
VII. *Aut quod impediat majus bonum morale:*
VIII. *Aut ſi factum ſit impoſſibile:*
IX. *Quid ſi impoſſibile ſit ad tempus?*
X. *Jurari Deo nominato, & quo ſenſu:*
XI. *Sed & nominatis rebus aliis, cum reſpectu ad Deum.*
XII. *Juramentum eſſe etiamſi per falſos Deos juretur.*
XIII. *Effectus juriſjurandi: inde obligatio ex jurejurando duplex, tempore juriſjurandi, & poſtea: quod diſtincte explicatur.*
XIV. *Quando ex jurejurando jus quæratur homini & Deo, quando Deo tantum.*
XV. *Refellitur ſententia ſtatuens eum, qui pirata aut tyranno juravit, Deo non teneri.*
XVI. *Qui perfido juravit, an implere debeat, diſtinctione explicatur.*
XVII. *Cum Deo ſoli quis obligatus fuit, heredem ejus ad nihil teneri.*
XVIII. *Perjurum non eſſe, qui non implet nolenti impleri, aut ſublata qualitate ejus, cui ſub illa qualitate juratum eſt.*
XIX. *Quando irritum ſit, quod contra juramentum fit.*
XX. *Superiorum actus quid poſſit circa id, quod ſubditus juraverit, aut quod ſubdito juratum eſt, cum diſtinctionibus exponitur.*
XXI. *Monita Chriſti de non jurando, ad quale juramentum proprie pertineant.*
XXII. *Quæ fides injurata juramenti vim ex more habeat.*

I. 1. APud omnes populos & ab omni ævo [1] circa pollicitationes, promiſſa & contractus, maxima ſemper vis fuit juriſjurandi. (aa) Nam ut Sophocles ait Hippodamia:

Mens

GRONOVII.

1 *Circa pollicitationes*] Cap. 11. num. 14. Circa pollicitationes, promiſſa, & contractus, id eſt, ad ea omnia firmanda & corroboranda.

(aa) Confer PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 2. *J. B.*

a 4a

*Mens excitari jurejurando ſolet,*
*Ut bina diligenter evites mala,*
2 *Culpari amicis, & Deos offendere.*

*Nullum vinculum*, inquit Cicero, *ad adſtringendam fidem majores noſtri jurejurando arctius eſſe voluerunt.* Off. III.

2. Hinc gravis pœna perjuris imminere nunquam non credita: ut Heſiodus dixit de juramento: Theogon. verſ. 231.

——*Clades mortalibus unde*
*Adveniunt, quoties fallaci pectore jurant.*

a Ita ut poſteritas etiam majorum delicta lueret, quod non niſi de graviſſimis criminibus creditum: & 3 ſine facto voluntas quoque pœnam in ſe accerſeret: quorum utrumque Herodotus confirmat narratione de Glauco Epicydide, qui deliberaverat tantum, an juratam de depoſito fidem falleret: ubi hoc carmen Pythiæ adfert idem Herodotus: Lib. VI. c. 86.

4 *At juramento quædam eſt ſine nomine proles*
*Trunca manus & trunca pedes: tamen impete magno*
*Advenit, atque omnem* b *vaſtat ſtirpemque domumque.*

Et eandem hiſtoriam recitans Juvenalis ita concludit: Sat. XIII, 208.

*Has patitur pœnas peccandi ſola voluntas.*

3. Bene Cicero: *Eſt jusjurandum* 5 *affirmatio religioſa; quod autem affirmate quaſi Deo teſte promiſeris, id tenendum eſt.* Quod autem addit: *Jam enim non ad iram Deorum, quæ nulla eſt, ſed ad juſti-* Off. III. 29.

GROTII.

a *Ita ut poſteritas etiam majorum delicta lueret*] Vide *Servium* in excerptis Fuldenſibus ad I. Æneidos. [Nihil ibi invenio, quod ad rem faciat. Vide ipſum Poëtam, *Georg.* I. 502. *J. B.*]

b *Vaſtat ſtirpemque domumque*] Vide *Zachariam* V, 3. 4. & interpretem ejus loci *Chryſoſtomum* de ſtatuis XV.

GRONOVII.

2 *Culpari amicis*] Ne ſubeat infamiam perfidiæ & perjurii.

3 *Sine facto voluntas*] Ipſum pejerandi propoſitum, etſi perjurium ſecutum non eſſet, a Deo puniretur.

4 *At juramento*] Ἀλλ' Ὅρκου παῖς ἐςὶν ἀνώνυμος, οὐδ' ἔπι χεῖρες Οὐδὲ πόδες. Melius græce Ἀλλ' Ὅρκου, quam latine *At juramento*: primum quia Ὅρκος græcum eſt, *juramentum* latinum non eſt. Dein Ὅρκος genere maſculino aptius repræſentat perſonam patris quam ſacramentum, aut jusjurandum genere neutro. Significatur autem *Horcos* inſtar numinis, quem poëtæ fingunt jurandi veluti exactorem & præſidem; *Heſiodus* filium facit Ἔριδος Theog. 231. *Hyginus* Ætheris & Telluris. Sic etiam Horci ſubolem dicit hic Pythia, id eſt, aliquid poſterum & conſequens: intelligitur nimirum Animadverſio divina.

5 *Affirmatio religioſa*] Pronuntiatio rei alicujus, interpoſita ad veritatem ejus firmandam religione, ſeu veneratione divini nominis: unde in libb. vett. *religio judicum*, *religio teſtium*, *religio militum*, quia judices jurati judicabant, teſtes jurati teſtimonium dicebant, milites ſacramento rogabantur.

*juſtitiam & fidem pertinet* : ſi iræ nomine 6 perturbationem intelligit, non improbandum eſt; ſin qualemcunque nocendi 7 affectum aut voluntatem, minime eſt recipiendum, ut recte probat Lactantius. Nunc unde vis jurisjurandi oriatur, & quò pertingat uſque videamus.

*Lib. de Ira Dei.*

II. Primum quod de promiſſis & 8 contractibus diximus, & hîc habet locum, ut animus rationis compos & deliberatus requiratur. Quare ſi quis non putans ſe jurare verba protulerit jurantia, c ut 9 de Cydippe narratur, locum habere poteſt quod ei tribuit Ovidius (*Epiſt. Heroid.* XXI, 135.):

> d *Quæ jurat mens eſt: nil conjuravimus illa.*

ex Euripide deſumtum qui in Hippolyto dixerat, (*verſ.* 612.)

> *Jurata lingua eſt: e mente juravi nihil.*

*Soto l. VIII. q. I. art. 7. Covarr. ad c. quamvis. part. I. §. 5.*

Quod ſi quis volens jurare obligare ſe noluerit, non eo minus obligatur, quia obligatio a juramento eſt inſeparabilis, & effectus ejus neceſſarius.

III. 1. At ſi quis deliberato protulerit verba jurantia, animo tamen non jurandi, hunc non obligari ſunt qui tradunt, peccare tamen temere jurando. Sed verius eſt teneri eum vera facere dicta quorum Deum adhibuit teſtem. nam is actus, qui per ſe eſt obligatorius, ex animo deliberato proceſſit. Cui conſequens eſt ut quanquam plerumque verum eſt illud Tullii; *Quod* 10 *ex animi tui ſententia juraveris, id non facere perjurium eſt*; quo & illud pertinet quod apud Homerum jurans Ulyſſi Calypſo ait:

*De Offic. III. 29.*

> *ἀλλὰ τὰ μὲν νοέω καὶ φράσσομαι* ——
> *Verum animus quod ſentit idem loquar.*

*Odyſſ. L. V. verſ. 188.*

2. Id

GROTII.

c *Ut de Cydippe narratur*] Exſtat ſimilis narratio in metamorphoſibus Antonini Liberalis de Cteſylla & Hermochare, (*Cap.* I.)

d *Quæ jurat mens eſt*] Ibidem:

> *Conſilium prudenſque animi ſententia jurat,*
> *Et niſi judicii vincula nulla valent*, (verſ. 137, &c.)

mox:

> *Sed ſi nil dedimus præter ſine pectore vocem,*
> *Verba ſuis fruſtra viribus orba tenes.*
> *Non ego juravi: legi jurantia verba.*

& quæ ſequuntur.

e *Mente juravi nihil*] Quia de re honeſta tacenda, nutricis verba intellexerat Hippolytus, non de adulterio & inceſtu.

GRONOVII.

6 *Perturbationem*] Affectionem commotionemque animi, quæ judicium impedit ac tenebras offundit oculis mentis, ne verum cernant, ac ſæpe compellit ad ea, quorum mox pœnitet.

7 *Affectum aut*] Decretum puniendi pro merito.

8 *Contractibus diximus*] Cap. 11. num. 5.

9 *De Cydippe*] Quæ legerat in malo, quod Acontius amator in ſinum ejus miſerat, inſcripta vel inciſa hæc verba: *Juro me Acontio nupturam.*

10 *Ex animi tui ſententia*] Formula jurisjurandi proprii. *Briſſon.* lib. 8. de for. p. 711.

f Quæ

Digitized by Google

2. Id tamen hanc exceptionem habeat, niſi qui jurat ſciat, aut probabiliter credat, ab eo quicum negotium eſt, verba aliter accipi: nam dictis ipſis teſtem adhibens Deum, debet dicta facere vera f 11 quomodo putat intelligi. Et hoc eſt quod idem ait Cicero: *Quod ita juratum eſt, ut mens 12 deferentis* (bb) *conciperet fieri oportere, id ſervandum eſt.* Apud Tacitum legimus: *Trepidis & verba jurisjurandi per varias artes mutantibus, 13 queis flagitii conſcientia inerat.* *Hiſt. IV. 41.* Auguſtinus: *Perjuri ſunt qui ſervatis verbis exſpectationem eorum, quibus juratum eſt, deceperunt.* *Epiſtola CCXXIV.* Et g Iſidorus: *Quacunque arte verborum quis juret, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit ſicut ille cui juratur intelligit.* Atque hoc eſt quod dicitur h 14 liquido jurare. Ideo Metellus recte recuſavit jurare in legem 15 Apulejanam, quanquam erant qui dicerent legem 16 ob roga- *App. de bello civil. l. 1. p. 368. Ed. H. Steph.*

GROTII.

f *Quomodo putat intelligi*] Auguſtinus epiſtola CCXXIV. de illo locutus qui a Punicis caſtris egreſſus in caſtra redierat, inde Romam venerat: *ita non attenderunt qui illum Senatu moverunt, quid ipſe jurando cogitaſſet, ſed quid ab illo quibus juraverat exſpectarent.* Vide & ſequentia. Vide ad hanc rem pulchre dicta concilio Troſlejano tomo III. conciliorum. editionis Sirmondianæ. Et apud *Hincmarum* in opuſculo de divortio Lotharii & *Thietberga* ad interrogationem VI. ubi in hanc ſententiam recte de Deo dicitur:

*Qui non ut juras, ſed ut is juraſſe putavit*
*Cui juras, audit: ſic es utrique reus.*

In profeſſione jurata Hebræorum per Hiſpaniam: *Si non ea intentione perfeceris, ſicut a nobis me profitente audita atque intellecta ſunt.*

g *Iſidorus*] Lib. II. de ſummo bono cap. XXXI, I. citatur cauſa XXII. quæſt. V. c. quacumque. 9.

h *Liquido jurare*] Donatus ad illud in Andria (IV. 3. 12.):

*Quia ſi forte opus ad herum jurejurandum mihi,*
*Non appoſuiſſe, ut liquido poſſim.*

*Liquido; pure; & manifeſte.* χρεὼν μὴ ὑπονοθεύειν ἑτέρᾳ φράσει τὰ ῥήματα, ἀλλ' ὡς ἐπὶ λέξεων εἶχον, οὕτωσὶ καὶ δηλοῦν, ait in Alexio Nicetas fraudem Andronici Comneni culpans. *Oportuit non quæſita locutione verba adulterare, ſed ut concepta ea fuerant eloqui.* Qui & alibi, de Alexio contra ſenſum verba captante: τοῖς ῥήμασι τούτοις ἐγκαθίσας, ὡς αἱ μυῖαι τῷ μώλωπι· *ita verbis illis inſidebat ut muſca vibici.* Graviter in hanc regulam peccavit aula Arcadiana, quæ effecit ut Chalcedone occideretur is qui Conſtantinopolim, ſalute ipſi per jusjurandum promiſſa, venerat. *Sozomenus* lib. V. Adde quæ infra cap. XVI, 2.

GRONOVII.

11 *Quomodo putat*] Quemadmodum accepit ea ille, cui juratur.

12 *Deferentis*] Dictantis vel adigentis jusjurandum.

13 *Queis flagitii*] Qui meminiſſent ſe patraſſe, de quo jurejurando falſo tum temporis ibant ſeſe purgatum.

14 *Liquido jurare*] *Terent.* Andr. 4, 3. 13. l. 18. D. *de jurejurando.*

15 *Apulejanam*] *Appulejam* dicendum. L. Appuleji tribuni plebis. *Flor.* 3, 15.

16 *Ob rogationis vitium*] Quia per factionem & tumultum rogata erat. *Flor.* 3, 15.

(bb) Vox illa *deferentis* abeſt ab optimis Editionibus. Omnino agitur ibi de animo jurantis, non de ſenſu quam verbis ejus tribuit is, qui defert jusjurandum. Adeoque locus nihil ad rem facit, ut dudum obſervavimus ad PUFENDORFIUM noſtrum, dicto capite, §. 15. *Not.* 2. *J. B.*

 i *Pæni-*

Digitized by Google

rogationis vitium eſſe irritam, & juramentum in legem ita intelligendum, ſi lex rite rogata lataque eſſet.

*Pan. in c. Ultimo de jurejur. Sil. in verbo Juramentum. 4. q. 23. VI, 17. ibi Thom.*

3. Nam quanquam in promiſſis aliis facile ſubintelligitur tacita aliqua conditio, quæ promiſſorem exſolvat, id tamen in juramento admittendum non eſt; quò pertinet egregius ille locus Apoſtoli ad Hebræos: *Deus volens abundantiſſime heredibus promiſſionis oſtendere immutabilitatem conſilii ſui, fidem fecit jurejurando: ut per duas res immutabiles, in quibus fieri non poteſt ut fallat Deus*, (ita recte verti puto illud ψεύσασθαι, ſicut aperta locutio vocatur veritas, Dan. VII, 16. VIII, 26. X, 1.) *firmum habeamus ſolatium.* Quæ verba ut intelligantur, ſciendum eſt ſanctos ſcriptores de Deo ſæpe loqui 17 ἀνθρωποπαθῶς, & magis ſecundum id quod videtur nobis, quam quod eſt.

*Jonæ IV, 2.*

4. Nam Deus vere decreta ſua non mutat. Mutare tamen & i pœnitentia duci dicitur, quoties 18 aliter agit quam verba ſonare videbantur, nimirum k ob conditionem tacite intellectam, quæ ceſſat. Jer. XVIII, 8. Exempla videre eſt Gen. XX, 3. Exod. XXXII, 14. I Reg. XXI, 28. II Reg. XX, 1. Eſaiæ XXXVIII, 1. Jonæ III, 5. 11. Quo ſenſu etiam nos 19 fallere Deus improprie dici poteſt. Et ſolet vox ψεύσασθαι, quæ in dicto loco ad Hebræos apparet, ſignificationem habere eventus 20 ſpem fruſtrantis, ut videre eſt tum alibi, tum Levit. VI, 2. Joſue XXIV, 27. Eſai. LVIII, 11. Oſ. IX, 2. l Abac. III, 17. Facillime autem hoc procedit 21 in comminationibus, quia illæ jus nemini conferunt. In promiſſis interdum, ubi ſcilicet conditio tacita quædam ſubeſt.

5. Ideo duas res Apoſtolus nominat quæ immutabilitatem notant, promiſſionem, quia jus dat; & juramentum, quia 22 conditiones

### GROTII.

i *Pœnitentia duci dicitur*] Concilium Toletanum VIII, cap. 2. *Jurare namque Dei eſt a ſeipſo ordinata nullatenus convellere; pœnitere vero, eadem ordinata cum voluerit, immutare.* Retulit Gratianus in cauſam XXII, quæſt. IV. c. 9. Explica vero ut in textu noſtro.

k *Ob conditionem tacite intellectam*] *Senecam* vide naturalium quæſtionum II, 37.

l *Abac.* III, 17.] Adde *Jobum* XL, 28. *Oſeam* IX, 2.

### GRONOVII.

17 Ἀνθρωποπαθῶς] Verbis tranſlatis ab humanarum affectionum more.

18 *Aliter quam verba*] Quam prædixerat ſeſe acturum eſſe. Agit autem aliter, quia verbis licet ſimpliciter pronuntiatis tacita ſuberat conditio quæ non extitit.

19 *Fallere*] Sinere falli, & facere ut ſpes exſpectationeſque hominum improbæ ſint irritæ: quemadmodum fallere dicitur, in quo ſe noſtra fruſtratur opinio: ſi quid ſecus evenit, aut quis aliter facit, quam nos opinionis errore nobis finximus & perſuaſimus.

20 *Spem fruſtrantis*] Aliud demonſtrantis atque exhibentis, quam homines animis præceperant.

21 *In comminationibus*] Ut Deus (ſi id ita licet loqui) dicatur fallere, id eſt, non irrogare pœnam, quam fuerat minatus.

22 *Conditiones tacitas*] Excludit omnem cogitationem contrariam & expreſſiones verbis apertis non expreſſas.

m Sep-

Digitized by Google

ditiones tacitas & aliquo modo latentes repellit: ut videre eſt etiam Pſal. LXXXIX, 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. Nam aliud eſt ſi quas conditiones ipſa negotii natura aperte indicet. Quò nonnulli referunt id quod legitur Num. XIV, 30. Sed verius eſt terram promiſſam jurato dici ipſis, 23 non perſonis, ſed populo, poſteris ſcilicet eorum quibus Deus juraverat, com. 23. Talis autem promiſſio impleri quovis tempore poteſt, nec perſonis certis adſtringitur.

IV. 1. Ex his quæ diximus intelligi poteſt quid ſentiendum ſit de jurejurando quod dolo elicitum eſt. Nam ſi certum eſt, eum qui juravit aliquod factum m ſuppoſuiſſe, quod revera ſe ita non *Navarr.*
habeat, ac niſi id crediſſet non fuiſſe juraturum, non obligabit *c.12.n.13.*
juramentum. At ſi dubium ſit, an non etiam 24 ſine eo idem fuiſſet juraturus, ſtandum erit verbis, quia ſimplicitas quam maxima juramento convenit.

2. Atque huc refero jusjurandum, quod Joſue & primores *Joſue IX.*
populi Iſraëlitici Gabaonitis dederunt. Decepti quidem erant a Gabaonitis, e regione longinqua ſe venire fingentibus. At non (cc) inde ſequebatur Joſuam & primores, ſi ſciſſent ex vicinis populis eos eſſe, non fuiſſe eis parcituros. Nam quod dixerant Gabaonitis: *fortaſſis in medio mei habitas, quomodo tecum paciſcerer?* hunc habere ſenſum poteſt, ut interrogentur Gabaonitæ quale pactum

GROTII.

m *Suppoſuiſſe quod revera ſe ita non habeat*] Ut Hippolytus, de quo modo dix mus. Ad illud *Sophoclis* in Oedipode Coloneo, (*verſ.* 226.)

Ἀπάτα δ᾽ ἀπάταις
Ἑτέραις ἑτέρα παραβαλλομένα,
Πόνον οὐ χάριν ἀντίδοσιν ἔχει.
*Fraus ad fraudem ſuperaccedens,*
*Non benefactis, ſed atroce ſolet*
*Clade rependi.*

Sic ait. καὶ αὐτοὶ οὖν νομίζουσι προσδεδέχθαι αὐτὸν καὶ ἐπηγγέλθαι τὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ, ἀπατώμενοι καὶ οὐ πρότερον ἐπεγνωκότες, ὅτι οἰκείοις ἐνέχεται μιάσμασι· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό·

Ἡ γλῶσσ᾽ ὀμώμοχ᾽, ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.
Καὶ ἐκεῖνος γὰρ ἀπατηθεὶς ὤμοσε.

*Putant Thebani ſe ſuſcepto Oedipodi promiſiſſe incolumitatem, cauſa ab ipſo data, cum non ante didiciſſent piaculo eum domeſtico teneri.* Tale & illud·

*Jurata lingua eſt: mente juravi nihil.*
*Namque & Hippolytus deceptus juraverat.*

[In verbis Scholiaſtæ tria erant menda, quæ ſuſtuli. Sed & in ultimo verſu *Sophoclis*, pro ἀντίδοσιν ἔχει, optimæ Editiones, ut illa *H. Stephani*, habent, ἀντιδίδωσιν ἔχειν. Senſus autem totius loci hic eſt: *Qui ſeſe exponit periculo fraudis viciſſim excipiendæ ab eo in quem fraude uſus eſt, ille non beneficia, ſed moleſtias & dolorem ſibi repenſum iri, ſperare debet.* Ita, ni fallor, accuratior eſt verſio, quam Auctoris noſtri. *J. B.*]

GRONOVII.

23 *Non perſonis, ſed populo*] Non ſingulis, qui tum vivebant, ſed corpori, quod idem eſt ſuperſtite ſubole, etſi ſinguli iſti omnes ſint mortui. Vide ſupra cap. 9. n. 3.

24 *Sine eo*] Si id factum fuiſſe ignoraſſet aut non crediſſet.

(cc) At vide quæ diximus in PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 2. §. 7. *Not.* 1. *J. B.*

Digitized by Google

pactum deſiderent, 25 ſociale an deditionis; aut etiam ut oſtendant Hebræi licitum ſibi non eſſe cum quibuſdam populis fœdus inire ſociale: non etiam ut negent dedentibus ſe vitam relinqui poſſe. Lex enim divina, quæ eos populos internecioni devovebat,
*Deut. xx. 10. n ex legis alterius * comparatione ita erat intelligenda, ut locum haberet niſi ſi qui moniti ſtatim facerent imperata. Quod inter
1 Reg. ix. 21. alia probat hiſtoria Rahabæ, o cui ob bene merita parcitum eſt, & Solomonis, qui Cananæorum reliquias ſub imperium ac tributum accepit.

xi, 19. 20. 3. Atque huc pertinet quod in Joſuæ libro dicitur, nullam fuiſſe civitatem ex populis ſeptem quæ pacem fecerit; obduratos enim ne 26 gratia illis fieret. Quare cum credibile eſſet, ſi rem ipſam Gabaonitæ indicaſſent, quod præ metu non fecerunt, tamen vitam ſalvam ſub parendi conditione impetraturos fuiſſe, valuit
II. Sam. xxi, 6. jusjurandum, adeo quidem, ut & de eo violato poſtea pœnæ ſumtæ ſint graviſſimæ Deo auctore. p Ambroſius hanc tractans hiſtoriam: *Joſue tamen pacem quam dederat revocandam non cenſuit, quia firmata erat ſacramenti religione, ne, dum alienam perfidiam arguit, ſuam fidem ſolveret.* Nihilominus doli ſui pœnam aliquam ſuſtinuerunt Gabaonitæ, jam ſua deditione ſubditi facti Hebræorum. Addicti enim ſunt q perſonali cuidam ſervituti, cum ſi egiſſent aperte, potuiſſent 27 ad tributariam conditionem recipi.

V. Non tamen 28 ultra receptum loquendi morem extendenda eſt juramenti ſignificatio. Ideo perjuri non erant qui cum (dd) juraſſent non daturos ſe in matrimonium filias 29 Benjaminitis, raptas

GROTII.

n *Ex legis alterius comparatione.*] Imo & ex cauſa legi de internecione addita. *Exodi* XXIII, 33. *Deut.* VII, 4. ceſſat enim ea cauſa in illis qui præcepta filiorum Noæ ſuſcipiunt, & tributa pendunt. Ita *Maimonides*, & *Samſon Mi-coſi*, & *Moſes de Kotzi*, in præcepto jubente XV. & CXVIII.

o *Cui ob bene merita parcitum eſt*] Et Gazere habitantium in hiſtoria Joſuæ XVI, 10. Gergeſæos ad Chriſti uſque tempora ſuperſtites fuiſſe ex euangelio apparet *Matth.* VIII, 28. nam hi ab initio ſe dediderant. ideo omittuntur in hoſtium enumeratione. *Deut.* XX, 17. *Joſ.* IX, 1.

p *Ambroſius*] De Officiis III. c. 10.

q *Perſonali cuidam ſervituti*] Ut Bruttiani olim a Romanis. *Gellius* X, 3. *Feſtus* verbo Bruttiani.

GRONOVII.

25 *Sociale an deditionis*] Juris æqui, an quo in ditionem Hebræorum venirent.

26 *Gratia illis fieret*] Excidii vel internecionis.

27 *Ad tributariam conditionem*] Ita in ſocietatem ſuſcipi, ut Hebræorum vectigales vel ſtipendiarii eſſent.

28 *Ultra receptum loquendi*] Verba jurisjurandi ſtricte accipienda, ut non dilates aut amplius accipias interpretando, ſed hoc tantum, quod vulgo ſic dicitur.

29 *Benjaminitis*] Judic. 21, 7.

(dd) Hæc fuiſſet mera cavillatio, ſi juramentum, in ſe ſpectatum, validum fuiſſet. At vero & hoc, & alia omnia *comminatoria Juramenta*, quum ex illis nemini jus quæratur, & plerumque animo præ irâ non ſatis ſui compote fiant, nullam aliam obligationem, niſi ſeriæ pœnitentiæ, poſt ſe trahunt. Vide quæ ſcripſimus in dictum caput PUFENDORFII noſtri, §. 13. J. B.

r *Aliud*

raptas cum raptoribus vivere permiſerunt. [r] Aliud enim eſt dare, aliud amiſſum non repetere. Ambroſius de hoc facto: 30 *Qua indulgentia congruo intemperantia ſupplicio non videtur vacare, quando illis hoc ſolum permiſſum eſt ut rapta inirent conjugia, non connubii ſacramento.* Non diſſimile eſt quod Achæi, Romanis quædam non probantibus quæ ab ipſis facta & jurejurando firmata erant, rogarunt ut ipſi Romani quæ viderentur mutarent, nec Achæos religione obſtringerent irrita ea quæ jurejurando ſanxiſſent faciendi.

*De off. III. c. 14.*

*Livius lib. XXXIX. c. 37.*

VI. Ut valeat juramentum, [s] oportet obligatio ſit licita. Quare nullas vires habebit jurata promiſſio de re illicita, aut naturaliter, aut divina interdictione, aut etiam humana, de qua mox agemus. Bene [t] Philo Judæus: ἴστω δὲ πᾶς ἐνωμότως ἄδικα δρῶν, ὅτι εὐορκήσει μὲν οὔ, τὸν δὲ πολλῆς φυλακῆς καὶ ἐπιμελείας ἄξιον ὅρκον ἀνατρέπει, ᾧ τὰ καλὰ καὶ δίκαια ἐπισφραγίζεται. προστίθεται γὰρ ὑπαίτια ὑπαιτίοις, ἐν οὐ δέοντι γινομένοις ὅρκοις, οἷς πολὺ βέλτιον ἦν ἡσυχάζεσθαι, πράξεις παρανόμους. ἀπεχόμενος οὖν τοῦ ἀδικοπραγεῖν, ποτνιάσθω τὸν Θεὸν ἵνα μεταδῷ τῆς ἵλεω δυνάμεως αὐτῷ συγγνοὺς, ἐφ᾽ οἷς ἀβουλίᾳ χρησάμενος ὤμοσε. διπλάσια γὰρ αἱρεῖσθαι κακὰ, δυνάμενοι τὴν ἡμίσειαν αὐτῶν ἀποφορτίσασθαι, μανία καὶ φρενοβλάβεια δυσίατος· *Sciat quiſquis ob juramentum injuſti aliquid molitur agere, non ſe jurisjurandi obſervantem fore, ſed potius everſorem jurisjurandi, quod magna cura ac religione dignum eſt, & quo honeſta ac recta ſanciri ſolent. Addit enim culpam culpa, juramento non recte facto, & quo abſtinere ſatius fuerat actum illegitimum. Quare* 31 *ab injuſta actione abſtinens Deum veneretur, ut quæ ipſi eſt maxime propria,* 32 *miſericordiam [& temerarii juramenti veniam] ei impertiat. Nam dupla eligere mala, cum parte altera exonerari poſſis, inſanabilis eſt furor, & mentis inopia.* Exemplum dari poteſt in Davide, qui Nabali pepercit quem ſe occiſurum juraverat. 33 Cicero ſimile ponit

*I Sam. XXV.*

### GROTII.

[r] *Aliud eſt dare, alind amiſſum non repetere*] Οὔτε προτρεπομένων, οὔτε κωλυόντων, ait in hac hiſtoria *Joſephus* (*Antiq. Jud.* V. 2. pag. 149. E.) *Nec hortabantur Iſraëlitæ, nec prohibebant.* Seneca Excerptorum VI, 2. *Lex eum tenet qui juvat exulem, non qui patiatur juvari.* Symmachus: *Inanem metum divino animo veſtro tentat incutere, ſi quis aſſerit conſcientiam vos habere præbentium, niſi aetrahentium ſubieritis invidiam.* (Lib. X. Ep. 54.)

[s] *Oportet obligatio ſit licita*] Tractat hoc bene *Ambroſius* de Offic. I. & alii relati in cauſæ XXII. quæſtionem IV. Pertinet huc canon VII. concilii Hilerdenſis relati in tomum III. conciliorum Galliæ; & in Hincmari opuſculis non pauca.

[t] *Philo*] De ſpecialibus legibus, (*pag.* 771. *Edit. Paris.*)

### GRONOVII.

30 *Qua indulgentia*] Per quam indulgentiam non erant ſine aliqua pœna laſciviæ in Levitæ uxorem exercitæ: ea pœna erat invidia & infamia raptus.

31 *Ab injuſta actione*] Quam ob jusjurandum debet.

32 *Miſericordiam ei*] Remittat pœnam temerarii jurisjurandi.

33 *Cicero ſimile*] 3. *de Offic.* 25.

*Lib.* XI. c. II. ponit exemplum in voto Agamemnonis, 34 Dionyſius Halicarnaſſenſis 35 in conjuratione decemvirorum de republica occupanda. Seneca: *Herc. Oet.* verſ. 480.

> *Præſtare fateor poſſe me tacitam fidem,*
> *Si ſcelere careat: 36 interim ſcelus eſt fides.*

*Off.* I *c. ult.* Ubi *interim* valet *interdum*. Ambroſius. *eſt enim contra officium nonnunquam ſolvere promiſſum, ſacramentum cuſtodire.* u Auguſtinus: *ſi ad peccatum admittendum fides exhibeatur, 37 mirum eſt ſi fides appellatur.* Idem docet ſecunda ad Amphilochium Baſilius.

VII. 1. Imo etiamſi res quæ promittitur non ſit illicita, ſed x majus bonum morale impediens, ſic quoque non valebit jusjurandum: quia ſcilicet 38 profectum in bono Deo debemus, ita ut *Ubi ſupr.* ejus libertatem eripere nobis ipſis non valeamus. Huc pertinet inſignis ejus quem dixi Philonis Judæi locus, quem aſſcribere non pigebit: *εἰσὶ δ᾽ οἱ τὴν φύσιν ἄμικτοι καὶ ἀκοινώνητοι δι᾽ ὑπερβολὴν μισανθρωπίας γεγονότες, ἢ καὶ ὑπ᾽ ὀργῆς οἷα χαλεπῆς δεσποίνης ἐκβιασθέντες, ὅρκῳ τὴν ἀγριότητα πιστοῦνται τῶν ἠθῶν, οἵτινες οὔ φασιν ὁμοτράπεζον ἢ ὁμόροφον ἕξειν τὸν δεῖνα, ἢ πάλιν τῷ δεινὶ μὴ ῥέξειν ὠφέλειάν τινα ἢ παρ᾽ ἐκείνου τινὰ λήψεσθαι, καὶ μέχρι τελευτῆς· ſunt quidam adeo duro atque inſociabili ingenio, ſive odio humani generis, ſive dura domina iracundia ſubacti, ut morum feritatem jurejurando obfirment, ut ne hunc habeant menſa aut tecti ſocium, ne illi bene unquam faciant, ne quid ab eo ad mortem uſque accipiant.* Quod ait juraſſe quoſdam y ne huic vel illi unquam bene facerent, id Hebræi

**GROTII.**

u *Auguſtinus*] De bono conjugali c. 4. citatur dicta quæſtione. Vide & *Gailium* de pace publica lib. I, c. 4. §. 16. & de Alboino hiſtoriam apud *Paulum Warnafredi* lib. II, c. 26.

x *Majus bonum morale impediens*] Quale Honorii de pace nunquam facienda cum Alarico, *Zozimo* narrante, (*Lib.* V. Cap. 49. *Ed. Cellar.*) Vide c. inter cætera 22. dictâ jam quæſtione, & concilium Hilerdenſe in tomo III. conciliorum Galliæ canone 7. *Hincmarum* quoque dicto opuſculo ad interrogationem XIV. libro de divortio ad interrogationem VI. & XIV.

y *Ne huic vel illi unquam bene facerent*] Vide *Baba Kama* cap. IX. §. 10. & ibi notata a doctiſſimo *Conſtantino*.

**GRONOVII.**

34 *Dionyſius Halicarnaſſenſis*] 10, 68.

35 *In conjuratione decemvirorum*] Exemplum inutile. nam quod decemviri jurarunt inter ſeſe, erat, ne quis e collegio alteri adverſaretur, utque per omnem vitam retinerent imperium, & nemine admiſſo pari poteſtate forent &c. lib. 10, 68. Id irritum fuit, non quod ipſos pœnituerit, ſed quod receſſione plebis & exercituum coacti faſces depoſuerint. lib. II, 61. [At locus, quem Auctor in animo habuit, is eſt, quem in ora libri indicavi.]

36 *Interim ſcelus eſt fides*] Interdum promiſſum ſine ſcelere ſervari non poteſt.

37 *Mirum eſt ſi fides*] Indigna eſt fidei nomine.

38 *Profectum in bono*] Incrementa virtutum, vel ut ipſi, quantum poſſumus, ſtudeamus augeri moribus & virtutibus: idque ne faciamus, nullo jurejurando nos poſſumus obligare.



Digitized by Google

bræi vocabant נדר הנאה, id eſt, *εὐχὴν ὠφελείας*, *vocem de beneficentia*: שבע להטיב Lev. v, 6. 39 Hujus formula tradentibus Hebræorum magiſtris erat קרבן שאתה נהנה לי, aut קרבן כל מה דתהנה מני, cui convenit illa Syriaca in veteri verſione Matthæi xv, 5. קרבני מדם דתתהנא מני: græce *δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς*, id eſt, 40 *donum Deo dicatum ſit*, (id enim eſt קרבן *κορβᾶν*) *ſi quid unquam a me boni acceperis.*

2. 41 Votum, addita conſecrationis pœna, validum plane cenſebant Hebræorum magiſtri, peſſimi hac in parte juris divini interpretes, etiamſi adverſus parentes factum eſſet: quod dicto loco refellit Chriſtus, in cujus verbis *τιμᾶν* honorare eſt benefacere, ut collato Marci loco apparet; & Pauli 1 Tim. v, 3. 17. & Num. xxiv, 11. Sed etiamſi adverſus alios conceptum ſit, recte dicemus non obligare jusjurandum, quia, ut diximus, profectui adverſum eſt.

*Th. 2, 2. 89. art. 7. & ibi Cajet. Grat. c. ult. ſ. ult. cauſ. 22. qu. 4. Soto L. VII. q. 1. art. 3. circa 2.*

VIII. De impoſſibilibus dicere nihil attinet. Satis enim manifeſtum eſt ad omnino impoſſibile neminem obligari.

IX. De eo vero quod 42 pro tempore aut ex ſuppoſitione eſt impoſſibile, in pendenti eſſe obligationem, ita ut is qui 43 ex ſuppoſitione juravit, operam quam poteſt dare debeat, ut quod juravit poſſibile reddat.

X. Forma jurisjurandi verbis differt, re convenit. Hunc enim ſenſum habere debet, ut Deus invocetur, puta hoc modo: *Deus teſtis ſit*, aut, *Deus ſit vindex*, quæ duo in idem recidunt. Nam cum ſuperior puniendi jus habens z teſtis advocatur, ſimul ab eo perfidiæ ultio poſcitur: & qui ſcit omnia ultor eſt, ideo quia teſtis. Plutarchus: *πᾶς ὅρκος εἰς κατάραν τελευτᾷ τῆς ἐπιορκίας· omne jusjurandum in diras deſinit, ſi quis pejeraverit.* Huc pertinent fœderum formulæ antiquæ, quibus mos erat victimas adhiberi, ut apparet Gen. xv, 9. & ſequentibus. Ut illa Romana apud Livium: *tu Jupiter ita illum ferito ut ego hunc porcum.* Et alibi. * *Deos precatus*

*Quæſt. Rom. 44.*

*Lib. 1. c. 24.*

* *Lib. XXI. c. 45.*

GROTII.

z *Teſtis advocatur, ſimul ab eo perfidiæ ultio expoſcitur*] Ambroſius ad Valentinianum Imperatorem, (*Lib.* v. *Epiſt.* 30.) *quid eſt jurare, niſi ejus quem teſtare fidei tuæ præſulem, divinam potentiam confiteri?* vide formulam inſignem Chagani Avarorum apud *Menandrum* excerptis legationum.

GRONOVII.

39 *Hujus formula*] *Joſ. Scaliger* elencho Trihæreſii cap. 9. p. 260. Sed rectius *Salmaſius* de fœnore trapez. p. 220.

40 *Donum Deo dicatum*] Si quo te juvero, id *ἀνάθημα* vel Deo dicatum ſit, ut ſi tu eo utaris, ſacrilegium commitras & puniaris, quia rem Dei arripueris.

41 *Votum, addita*] Quod ita precibus iratis vovebatur Deo, ut conſecraretur in pœnam alicujus, ne iſte illo frueretur.

42 *Pro tempore aut ex ſuppoſitione*] Ut nunc eſt, aut niſi mutatio aliqua intervenit.

43 *Ex ſuppoſitione juravit*] Se quid facturum, ſi quid, de quo dubitatur, ita ſit, vel fieri contingat.

a *Plu-*

Digitized by Google

*catus ita ſe mactarent quemadmodum ipſe agnum mactaſſet.* Et apud † Polybium ac Feſtum: *a ſi ſciens fallo, ita me Dieſpiter ejiciat ut ego hunc lapidem.*

† *Hiſt.* III. 25.
a *Voce* Lapis.

XI. 1. Sed & nominatis rebus perſoniſve aliis jurari mos eſt vetus, ſive quod illas ſibi noxias imprecabantur, ut 44 ſolem, terram, cœlum, principem, ſive quod in illis puniri depoſcebant, ut 45 in capite, in liberis, in patria, in principe. Neque profanarum tantum gentium hic mos, ſed & Judæorum, ut idem ille a Philo nos docet. Ait enim non debere juraturos ob rem quamvis ſtatim ἐπὶ τὸν ποιητὴν καὶ πατέρα τῶν ὅλων ἀνατρέχειν, *ad rerum omnium auctorem ac parentem procurrere*, ſed jurare per parentes, cœlum, terram, univerſum. cui ſimile eſt quod Homeri interpretes notant, Græcos illos veteres non ſolitos προχείρως κατὰ τῶν θεῶν ὀμνύειν, ἀλλὰ κατὰ τῶν προτυγχανόντων, *facile per Deos jurare, ſed* b *per res alias præſentes*: ut 46 per ſceptrum, idque ipſum a juſtiſſimo rege Rhadamantho fuiſſe conſtitutum tradit * Porphyrius, & ad Ariſtophanem † Scholiaſtes. Sic a Joſephus per ſalutem Pharaonis juraſſe legitur, ex more apud Ægyptios recepto, quem ibi notat Abeneſdras; c Eliſæus b per vitam Eliæ. Neque vero Chriſtus Matthæi V, ut quidam exiſtimant, hæc juramenta vult minus eſſe licita quam quæ expreſſo Dei nomine fiunt: ſed cum Hebræi ea minus curarent, opinione quadam non diſſimili illius qui dixit, (ee) *Sceptrum non putat eſſe Deos*, oſtendit & hæc eſſe vera juramenta. Nam & Ulpianus optime dixit: c *Qui per ſalutem ſuam jurat, Deum jurare videtur*, d *reſpectu enim divini Numinis jurat.* Sic Chriſtus oſtendit d eum qui templum jurat, Deum jurare qui templo præſidet; & qui cœlum, Deum qui cœlo velut inſidet.

*Euſtath. ad Iliad.* I. verſ. 284.
* *De abſtin.* L. III. pag. 285.
† *In Aves*, verſ. 521.
a *Gen.* XLII, 15.
b II *Reg.* II, 2.
c L. 33. D. *de jurejur.*
d *Matthæi* XXIII, 21.

2. At Hebræi magiſtri iſtorum temporum exiſtimabant, non obſtringi homines juramentis per res conditas factis, nisi adjecta pœna, ut ſi res, de qua jurabatur, Deo conſecraretur. Hoc enim eſt

GROTII.

a *Philo*] De ſpecialibus legibus, (*pag.* 770. A. B.)

b *Per res alias*] De Socrate *Apollonius* apud Philoſtratum VI: ὤμνυ ταῦτα, οὐχ ὡς θεοὺς, ἀλλ᾽ ἵνα μὴ θεοὺς ὀμνύῃ. *Jurabat per iſta, non ut per Deos, ſed ne per Deos juraret* (c. 19.)

c *Eliſæus per vitam Eliæ*] Adde II *Regum* IV, 30. *Cant.* II, 7.

d *Reſpectu enim divini Numinis jurat*] Ita & *Gratianus* cauſa XXII. quæſtione I.

GRONOVII.

44 *Solem*] Ovid. 7, Met. 96. *Atque patrem ſoceri cernentem cuncta futuri Eventuſque ſuos & tanta pericula jurat.* Virgil 12. Æneid. 176. *Eſto nunc ſol teſtis & hæc mihi terra precanti.* Idem 6. Æneid. 351. *Maria aſpera juro.* Tacitus I, annal. 73. *Violatum perjurio numen Auguſti.*

45 *In capite, in liberis*] Virg. 9. Æneid. 300. *Per caput hoc juro, per quod pater ante ſolebat.* Plinius *lib.* 2. *ep.* 20. *qui ſibi per ſalutem filii pejeraſſet.*

46 *Per ſceptrum*] Homerus Ιλ. α. 234. Virgilius 12. *Æneid.* 206.

(ee) *Ovidii* eſt, *Remed. Amor.* verſ. 784. *J. B.*

e ſi

eſt juramentum κορβᾶν, ſive ἐν τῷ δώρῳ, cujus non dicto tantum Matthæi loco, ſed in Tyriorum quoque legibus mentio exſtabat, ut ex Joſephi contra Appionem diſputatione diſcimus: nec aliunde arbitrer Orientis populos (ff) dictos Græcis 47 καρβάνας, quæ vox apud 48 Æſchylum & Euripidem exſtat: καρβᾶνα δ' αὐδὰς, apud eundem Æſchylum. Huic errori dicto loco Chriſtus occurrit. Chriſtianos veteres Tertullianus juraſſe ait per ſalutem principis omnibus geniis auguſtiorem. Apud Vegetium * formula eſt, cujus & ſupra meminimus, qua Chriſtiani milites jurant non per Deum tantum, ſed & per majeſtatem Imperatoris, quæ ſecundum Deum humano generi diligenda eſt & colenda.

*Lib. I. p. 1046. 1047.*

*Apolog. c. 32.*

** Lib. II. c. 5.*

XII. Sed & e ſi quis per falſos Deos juraverit, obligabitur; quia quanquam ſub falſis notis generali tamen complexione numen intuetur: ideoque 49 Deus verus, ſi pejeratum ſit, in ſuam injuriam id factum interpretatur. Et ſanctos viros videmus non detuliſſe quidem unquam ſub ea forma jusjurandum, multo minus ita juraſſe, quod a Duareno (gg) permitti miror; ſed tamen ſi quibuſcum negotium erat adduci non poſſent, ut aliter jurarent, contraxiſſe cum eis, ipſos quidem ut oportebat jurantes, ab illis autem juramentum accipientes quale haberi poterat. Exemplum eſt in Jacobo & Labane Geneſ. XXXI, 53. f Hoc eſt quod ait Augu-

*Augustinus epiſt. ad Public. 154.*

*Citatur. c. movet, 16. Cauſ. XXII. q. I.*

GROTII.

e *Si quis per falſos Deos juraverit, obligabitur*] Liber Sapientiæ c. XIV. οὐ γὰρ ἡ τῶν ὀμνυμένων δύναμις, ἀλλ' ἡ τῶν ἁμαρτανόντων δίκη ἐπεξέρχεται ἀεὶ τὴν τῶν ἀδίκων παράβασιν. Quod ita vertit Latinus: *Non enim juratorum virtus, ſed peccantium pœna perambulat ſemper injuſtorum prævaricationem*, (verſ. ult.)

f *Hoc eſt quod ait Auguſtinus*] Sermone XXVIII. de verbis Apoſtoli; citatur c. Ecce dico: 10. cauſa XXII, quæſt. V.

GRONOVII.

47 Καρβάνας] Heſychius. Κάρβανοι, Ἕλληνες τοὺς βαρβάρους. οἱ δὲ τοὺς κᾶρας. Καρβανίζει, βαρβαρίζει.

48 *Æſchylum*] Agamem. 1070. Καρβάνῳ χερὶ Καρβᾶνα δ' αὐδὰν εὐαχοῦς *Barbaram vocem Facile intelligis.* Supplic. 124.

49 *Deus verus, ſi pejeratum*] Eadem cauſa eſt, quamobrem Deus τὴν ἀθεότητα ſæpe punierit, etiam in falſorum Deorum violatoribus: ut Cambyſe. *Juſtin.* 1, 9. Xerxe. 2, 12. Gallis. 24, 8. Pyrrho & Romano præſidio. 29, 18.

(ff) Veriſimilis non videtur mihi illa etymologia. Neque enim ſat noti erant *Græcis* veteres *Judæi*, ut à nomine juramenti apud hos uſitati illi petere potuerint vocem, quâ uterentur ad omnes Orientis populos deſignandos: & longè ante tempus juramenti illius introducti, vox Κάρβανος in uſu erat, quum reperiatur apud *Aeſchylum*, ab Auctore ipſo laudatum. In *Euripide* tamen, quem idem indicat, non reperio: neque illam notavit in Indice ſuo *Barneſius*, ceteroquin diligentiſſimus. Videtur Auctor cum iſto Poëta confudiſſe alium recentiorem, cujus locus adfertur in Lexicis, *Lycophronem* dico. *J. B.*

(gg) Non id permittit *Duarenus*, ſed tantum deferri juramentum illi, qui per *Mahometem*, e. g. juraturus eſt. Vide JCtum illum, Tract. priore ad Tit. *De Jurejurando*, Cap. XI. Tom. I. Opp. *Ed. Lugd.* 1579. p. 235. & Tract. altero, Cap. 4. pag. II. Tom. II. Adde quæ notavimus in ſæpius laudatum Caput PUFENDORFII, *De Jure N. & Gent.* §. 4. *Not.* 2. Edit. ſecundæ. *J. B.*



Digitized by Google

Auguſtinus: *Et qui per lapidem jurat, ſi falſum jurat, perjurus eſt.* Deinde: *Non te audit lapis loquentem, ſed punit Deus fallentem.*

XIII. 1. Effectus juramenti præcipuus eſt præcidere controverſias. Πάσης ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος, inquit divi-
*vi, 16.* nus ſcriptor ad Hebræos: *Omnis diſputationis finis eſt juramentum*
*De Leg.* *rem ſanciens.* Cui ſimile eſt illud Philoneum: ὅρκος μαρτυρία Θεοῦ
*Alleg.* Lib. περὶ πράγματος ἀμφισβητουμένου. *Dei teſtimonium eſt jusjurandum de*
II. pag. 99. *re de qua ambigitur.* Et illud non diſſimile Halicarnaſſenſis: * τε-
* *Antiq. Rom.* VI. λευταία δὲ πίστις ἅπασίν ἐστιν ἀνθρώποις Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις, ἣν
84. οὐδεὶς πώποτε ἀναιρήσει χρόνος, ἡ δι' ὅρκων καὶ σπονδῶν ἐγγυητὰς θεοὺς ποιουμένη τῶν συμβάσεων· g *Ultima fides inter homines tum Græcos, tum barbaros, quam nulla delebit ætas, eſt ea quæ per jurata pacta*
*Diod. Sic.* *ſponſores adhibet Deos.* Sic & Ægyptiis jusjurandum μεγίστη παρ'
L. I. c. 77. ἀνθρώποις πίστις, *maxima fides hominibus inter ſe.*

2. Duo ergo debet jurans, primum, 50 ut verba animo con-
*Apud Stob.* gruant, quod ἀληθορκεῖν vocat Chryſippus; alterum, ut 51 factum
*Serm.* 28. congruat verbis, quod idem appellat εὐορκεῖν. Qui in illo peccat h ψευδορκεῖν, qui in hoc ἐπιορκεῖν eidem Chryſippo dicitur ſatis diſtincte, quanquam confundi interdum hæc ſolent.

XIV. Et ſi quidem materia talis ſit, & verba ita concepta ut non ad Deum tantum ſed 52 & ad hominem referantur, jus haud dubie homini ex ipſo juramento quæretur, tanquam ex promiſſo aut contractu qui ſimpliciſſime intelligi debeat. Si vero aut verba hominem 53 non reſpiciant jus ei conferendo, aut reſpiciant quidem, ſed aliquid ſit 54 quod ei poſſit opponi, (hh) tunc ea vis erit jurisjurandi, ut homo quidem ille jus nullum conſequatur, at nihilominus qui juravit Deo obligetur ſtare jurejurando. Hujus rei

GROTII.

g *Ultima fides*] Procopius Perſicorum II. ὅρκους ὃ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ὕστατόν τε καὶ ὀχυρώτατον εἶναι δοκεῖ τὴν εἰς ἀλλήλους πίστεώς τε καὶ ἀληθείας ἐνέχυρον· *Jusjurandum quod ab hominibus habetur omnibus ultimum atque firmiſſimum & fidei mutuæ & veracitatis pignus.*

h Ψευδορκεῖν] Hoc ψευδορκεῖν vetatur Exodi XX. ἐπιορκεῖν Levitici XIX. ut Hebræi volunt præcepto jubente CCXL.

GRONOVII.

50 *Ut verba animo congruant*] Non aliud promptum in ore, aliud clauſum in pectore habeat, qui jurat.

51 *Factum congruat*] Ut præſtet adfirmetque rebus quod juravit.

52 *Et ad hominem*] Veluti, jure me ceſſurum tibi hac poſſeſſione.

53 *Non reſpiciant*] Veluti, juro me ceſſurum.

54 *Quod ei poſſit*] Ut ſpecies erroris aut metus.

(hh) In *Juramentis obligatoriis*, Juramentum eſt tantum acceſſio quædam, ad firmandam fidem promiſſorum. Adeoque ubi obligatio nulla eſt, tota vis jurisjurandi cadit. Vide quæ contra duplicem illam obligationem, quam Auctor ſibi fingit, poſt PUFENDORFIUM, diximus, Capite jam ſæpius laudato. Nonnulla etiam hac de re addemus, in Notis noſtris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*



Digitized by Google

rei exemplum eſt i in eo qui per metum injuſtum cauſam promiſſioni juratæ dedit. Nam hic 55 jus nullum conſequitur, aut tale quod reddere debeat, quia cauſam damno dedit. Sic videmus Hebræos reges & k a prophetis increpatos, & punitos a Deo, quod fidem juratam Babyloniis regibus non ſervaſſent. Laudat Cicero Pomponium tribunum qui ſervavit quod terrore coactus juraverat: * *tantum,* inquit, *temporibus illis jusjurandum valebat.* Quare non Regulus tantum redire in carcerem, ut maxime is fuerit injuſtus, debuit; ſed & decem illi quorum Cicero meminit, redire ad Annibalem: jusjurandum enim interceſſerat.

XV. 1. Neque hæc tantum 56 inter hoſtes publicos locum habent, ſed inter quoſvis. non enim perſona ſola reſpicitur cui juratur, ſed l is qui juratur Deus, qui ad obligationem pariendam ſufficit. Repudiandus ergo Cicero † cum ait perjurium nullum eſſe, ſi prædonibus pactum pro capite pretium non adferatur, ne ſi juratum quidem ſit: quia pirata 57 non ſit ex perduellium numero definitus, ſed communis hoſtis omnium, cum quo nec fides eſſe debeat, nec jusjurandum commune. Quod & de tyranno dictum ab eodem eſt alibi, & a Bruto apud Appianum: *οὐδὲν πιστὸν ἐστι Ῥωμαίοις πρὸς τυράννους, οὐδ᾽ ἔνορκον, cum tyranno Romanis nulla fides, nulla jurisjurandi religio.*

2. Atqui ſicut in jure gentium conſtituto differre hoſtem a pirata verum eſt, & 58 a nobis infra oſtendetur; ita hic ea differentia locum habere non poteſt, m ubi, etſi perſonæ jus deficiat, cum Deo negotium eſt: qua de cauſa juramentum 59 voti (ii) nomine nuncupatur. Neque id, quod ſumit Cicero, verum eſt, nullam eſſe cum prædone juris ſocietatem. Nam depoſitum ex ipſo

*Ezech.* XVII, 12. 13. 15.
* *Off.* III. 31. *Tolet. l.* IV, *c.* 22.
*Off.* III. 32.
*Th.* 2, 2. 89. *art* 7. *& ibi Cajet. Alex. Imol. in c. verum de jurejur. Soto l.* VIII, *q* I. *art.* 7.
† *De Offic.* III. 29.
*Civil.* II. pag 515. *Ed. Steph.*

GROTII.

i *In eo qui per metum injuſtam cauſam promiſſioni juratæ dedit*] Etiam vi extortum jusjurandum, ob Dei reverentiam ſervandum docet Auguſtinus epiſtolis CCXXIV. & CCXXV.

k *A prophetis increpatos*] Vide & Jerem. XXXIX, 5.

l *Is qui juratur Deus*] Gregoras, εἰς θεὸν ἡ ἐπιορκία τὸ τῆς περιφρονήσεως ἀνατίθησιν ἔγκλημα· *perjurium Deo culpam impingit negligentiæ.*

m *Ubi etſi perſonæ jus deficiat, cum Deo negotium eſt*] Plutarchus Lyſandro: ὁ ὅρκῳ παρακρουόμενος, τὸν μὲν ἐχθρὸν ὁμολογεῖ δεδιέναι, τοῦ δὲ Θεοῦ καταφρονεῖν· *qui juramento hoſtem circumvenit, is oſtendit a ſe hoſtem metui, Deum contemni.* (Pag. 437. c.)

GRONOVII.

55 *Jus nullum aut tale*] Aut omnino nullum aut ejuſmodi quod, ſi compellatur apud judicem, vindicare nequeat, ſed remittere neceſſe habeat. 2, 11. 7.

56 *Inter hoſtes publicos*] Eos quibus jus eſt bellandi.

57 *Non ſit ex perduellium*] Hoſtis armorum jus habens, quicum jura gentium ſervanda ſint.

58 *A nobis infra*] 3. 3. 1.

59 *Voti nomine*] Affirmationis religioſæ aut pollicitationis Deo factæ.

(ii) Impropriè ita dicitur. VOTUM *fit Deo;* JURAMENTUM, *per Deum,* ait ipſe Auctor, Adnot. in *Numer.* XXX, 3. Confer PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 2. §. 8.



n *Red-*

ipſo gentium jure n reddendum latroni, ſi dominus non apparet, recte a Tryphonino reſponſum eſt.

*L.* 31. *D. depoſiti.*

3. Quare probare non poſſum quod a quibuſdam eſt traditum, eum qui prædoni quicquam promiſerit, 60 momentanea ſolutione poſſe defungi, ita ut liceat ei quod ſolvit recuperare. Verba enim in juramento quoad Deum ſimpliciſſime atque adeo cum effectu ſunt intelligenda. Atque ideo qui redivit ad hoſtem clam, iterumque abiit, non ſatisfecit juramento de reditu, ut recte 61 a ſenatu Romano judicatum eſt.

XVI. 1. Illud vero Accianum: T. *Fregiſti fidem.*

*Apud Cicer. Offic.* III. 28.

A. *Quam neque dedi, neque do infideli cuipiam:*

*L. ſiquis,* 39. *in fine. D. de jurejurando.*

ita demum probari poteſt, 62 ſi jurata promiſſio aperte reſpectum habuerit alterius promiſſionis, o quæ ei quaſi conditio fuerit implicita, 63 non ſi diverſi generis ſint promiſſa, & citra reſpectum mutuum: tunc enim omnino ſervandum cuique erit quod ipſe juravit. Atque hoc nomine Regulum laudans ſic compellat Silius (*Lib.* VI. vers. 63, 64:)

*Qui, longum ſemper fama gliſcente per ævum,*
*Infidis ſervaſſe fidem memorabere Pœnis.*

2. Inæqualitatem in contractibus naturaliter locum facere aut reſcindendi aut reformandi contractus, ſupra diximus. Et quanquam 64 jus gentium aliquid in hac re mutavit, jure tamen civili, quod inter ejuſdem populi partes valet, rediri ſæpe ad illud quod natura licebat, 65 itidem ſupra monuimus. Sed hic quoque, ſi juramentum interceſſit, etiamſi perſonæ nihil aut minus debeatur, Deo fides erit præſtanda. Itaque Pſalmorum ſcriptor ubi viri boni vir-

*Auth. ſacramenta. C. ſi adv. vend. Pſal.* XV. 4.

GROTII.

n *Reddendum latroni*] Et ei qui regnum ſine jure invaſit, quomodo Oroferni depoſitum redditum a Prienenſibus. Polybius (*Excerpt. de Virt. & Vit.* p. 1470. *Ed. Amſt.*) & Diodorus Siculus in excerptis Peireſianis, (p. 334.)

o *Quæ ei quaſi conditio fuerit implicita*] C. pervenit, quod eſt III. de jurejurando. Adde l. lege fundo, 5. in fine D. de lege commiſſoria.

GRONOVII.

60 *Momentanea ſolutione*] Satisfeciſſe videri, ſi ſic ſolvat, ut ſtatim miſſis a magiſtratu armatis capiatur prædo, & cogatur, quod ei numeratum eſt, reſtituere.

61 *A ſenatu Romano judicatum eſt*] *Gell.* 7, 18.

62 *Si jurata promiſſio*] Si quod juraveris, habeat reciprocam fidem, quam fefellerit alter, cui fidem volumus non ſervare, quia nobis infidelis fuerit.

63 *Non ſi diverſi generis*] Si alia de re, alio loco & tempore juratum, non ſervaverit alter; tunc enim non valet compenſatio.

64 *Jus gentium aliquid*] Ut inæquale ex conſenſu partium ducat pro æquali. 2, 12. 26.

65 *Itidem ſupra*] 2, 2. 6.



Digitized by Google

virtutes enumerat, addit & hanc: *Juratus in damnum ſuum non tamen mutat*. (kk)

XVII. Verum illud notandum eſt, quoties non perſonæ jus naſcitur ex tali aliquo defectu, qualem diximus, ſed Deo obſtringitur fides, heredem ejus qui juravit non teneri. Quia ad heredem ſicut bona tranſeunt, id eſt, quæ in hominum ſunt commercio, ita 66 bonorum onera: non item alia quæ quis ex officio puta pietatis, gratiæ, fidei debuit. Hæc enim ad illud 67 quod ſtricte jus dicitur, inter homines non pertinent: ut alibi quoque oſtendere meminimus.

XVIII. Sed etiam ubi jus perſonæ non naſcitur, ſi tamen juramentum utilitatem ſpectet alicujus, p atque is eam nolit, non tenebitur qui juravit: q ſicut nec tenebitur ſi ceſſet qualitas ſub qua alicui juravit, ut ſi magiſtratus deſinat eſſe magiſtratus. Apud Cæſarem libro II. de bello civili, Curio Domitii qui fuerant milites ſic alloquitur: *Sacramento quidem vos tenere qui potuit, quum projectis faſcibus & depoſito imperio privatus & captus ipſe in alienam veniſſet poteſtatem?* Et mox ſacramentum ait capitis deminutione ſublatum. *Cap. 32.*

XIX. Illud quæritur, an quod contra juramentum fit, illicitum ſit tantum, 68 an & irritum? qua de re diſtinguendum arbitror, ut 69 ſi ſola fides ſit obſtricta, valeat actus contra juramentum factus, puta teſtamentum, venditio: non valeat autem ſi ita conceptum ſit jusjurandum, 70 ut ſimul contineat abdicationem plenam poteſtatis ad actum. Et hæc quidem naturaliter jusjurandum ſequuntur: ex quibus faciendum eſt judicium de regum juramentis, & his quæ exteri exteris jurant, 71 quando actus ex loco ſubjectionem non accepit. *c. dilecto. 25. de præbendis. Covar. in d. c. quamvis. p. 2. §. 2. n. 10.*

XX. r Nunc

GROTII.

p *Atque is eam nolit*] Plautus Rudente: *Jurisjurandi rogo gratiam facias*. (V. 3. 58.)

q *Sicut nec tenebitur ſi ceſſet qualitas*] Similia vide in L. ſi duas §. gentium. D. de excuſat. tut. & apud Gailium II, obſ. CXLIV. n. 8. & de Arreſtis X, 9. & apud Azorium inſtitutionibus moralibus V, 22. q. 6. parte I.

GRONOVII.

66 *Bonorum onera*] Juſta & legitima, ad quæ ex jure conſtituto obligamur.

67 *Quod ſtricte jus*] Ad juſtitiam διορθωτικὴν quam expletricem alibi vocat.

68 *An & irritum*] Ipſo jure nullum.

69 *Si ſola fides*] Si quis ſolummodo juraverit ſe non facturum.

70 *Ut ſimul contineat*] Si quis juraverit ſe cedere ac renuntiare poteſtati faciundi.

71 *Quando actus ex loco*] Ubi partes contrahentes non neceſſe habent ſe ſubmittere & obſequi legibus ac juri civili loci in quo contrahitur.

(kk) Alio modo Auctor videtur vertere verba illa in Adnotationibus ſuis ad hunc Pſalmum; quas videre poteris. Sed & ſequendo verſionem, qualis heic exhibetur, nil eſt, quod ſuadeat agi de illis Promiſſis jurejurando firmatis, in quibus reperitur læſio, propter quam nulla eſſent, ſi jusjurandum abeſſet. Dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

 r *Nunc*

Digitized by Google

XX. 1 Nunc quid ſuperiorum, id eſt, regum, patrum, dominorum, & maritorum in his quæ maritalis ſunt juris, imperia poſſint videamus. Superiorum actus hoc quidem efficere non poteſt, ut jusjurandum quatenus vere fuit obligatorium non ſit præſtandum: id enim juris eſt naturalis & divini. Sed quia actus noſtri non plene ſunt in noſtra poteſtate, ſed ita ut a ſuperioribus dependeant, (II) ideo duplex eſſe poteſt actus ſuperiorum circa id quod juratur, alter directus in perſonam jurantis, alter in perſonam cui juratur.

*Th. 2, 2. q. 89. art. 9.*

2. In perſonam jurantis dirigi poteſt, aut antequam juretur 72 irritum reddendo juramentum, quatenus jus inferioris ſub poteſtate ſuperioris continetur, aut poſtquam juratum eſt vetando ne impleatur. Nam inferior, qua inferior, obſtringere ſe non potuit niſi quatenus ſuperiori id placiturum eſſet: 73 ampliorem enim non habebat poteſtatem. Hoc modo lege Hebræa mariti uxorum, patres liberorum qui ſui juris nondum erant, juramenta irrita faciebant. Proponit hanc quæſtionem Seneca †: *Si lex lata erit, ne tu quiſquam faciat quod ego me amico meo facturum promiſeram?* & ſolvit: *Eadem lex me defendit qua vetat.* Sed & actus 74 ex utroque mixtus eſſe poteſt, ut ſi ſuperior conſtituat quod inferior juraverit hoc aut illo caſu, puta ex metu, aut imbecillitate judicii, ita demum valere ſi ab ipſo approbetur. Atqui ex hoc fundamento defendi poſſunt abſolutiones juramentorum, quæ 75 olim a * principibus, nunc ipſorum principum voluntate, quo magis cautum ſit pietati, ab 76 eccleſiæ præſidibus exercentur.

*c. Venientes, 19. de jurejurando. Fend. II. 55. princip. de prohibit. feud. alien. per Frider.* † *Lib. IV, de benef. 35.*

* *L. ult. ad mun. Modin. diſp. 249. c. ſi vero. de jurejur.*

3. In perſonam ejus cui juratur actus dirigi poteſt tollendo ab eo

### GROTII.

1 *Nunc quid ſuperiorum, id eſt, regum, patrum, dominorum, & maritorum in his quæ maritalis ſunt juris, imperia poſſint, videamus*] Auguſtinus epiſtola CCXL. & CCXLI.

2 *Olim a principibus*] Suetonius Tiberio 35. Sic & in Hiſpania diu uſurpatum notat Ferdinandus Vaſquius de ſucceſſ. creat. l. II, §. 18.

### GRONOVII.

72 *Irritum reddendo*] Declarando, ſi juret inferior, id inane fore, quod ille citra ſuam auctoritatem jus obligandi ſe non habeat.

73 *Ampliorem enim*] Quam ſub conditione ſuperioris conſentientis.

74 *Ex utroque*] Ex eo quod ſuperior, & ex eo quod inferior geſſerunt.

75 *Olim a principibus*] Sic Tib. equiti Rom. jurisjurandi gratiam fecit, ut uxorem in ſtupro generi compertam dimitteret, quam ſe nunquam repudiaturum ante juraverat. *Suet.* 35.

76 *Eccleſiæ præſidibus*] Quam bono exemplo eſt Eugenius IV. qui Ladiſlaum Pannoniæ regem jurejurando, quo pacem cum Amurathe II. Turcarum Imp. firmaverat, ſolvit, ipſumque regem cum multis millibus Chriſtianorum & nuntio ſuo Juliano Cardinale perdidit, A. Ch. 1444.

(II) Vide, præter §. 24. dicti Capitis II. Lib. IV. PUFENDORFII *De Jure Nat. & Gent.* ea, quæ obſervavimus ad libellum *De Officio Hom. & Civis*, Lib. I. Cap. XI. §. 6. *Not.* 3. tertiæ & quartæ Editionis. *J. B.*

eo jus quod ei partum eſt; aut etiam, ſi jus deſit, vetando ne quid ex tali juramento accipiat. idque duobus modis, ſive 77 in pœnam, ſive 78 ob publicam utilitatem, ex vi ſupereminentis dominii. Atque hinc intelligi poteſt, ſi jurans non ejuſdem ſit ditionis cum eo cui juratur, quid aut hujus aut illius rectores poſſint circa jusjurandum. Ipſe autem qui juratus aliquid promiſit nocenti 79 qua talis eſt, puta piratæ, non poteſt jus promiſſo quæſitum 80 pœnæ nomine ob id ipſum ei auferre: quia tunc verba nullum haberent effectum, quod omnino vitandum eſt. Similique de cauſa 81 compenſari non poterit quod promiſſum eſt, cum jure quod ante erat controverſum, ſi poſt motam controverſiam inita pactio fuerit.

4. 82 Poteſt & lex humana impedimentum quod certi generis actibus poſuerat, tollere, ſi juramentum aut qualecunque, aut certa forma acceſſerit: quod Romanæ leges fecerunt in iis impedimentis, quæ non directe publicam, ſed privatam jurantis utilitatem ſpectant. Quod ſi fiat, valebit actus juratus eo modo quo naturaliter 83 citra legem humanam fuerat valiturus, aut fidem tantum obſtringendo, aut jus etiam dando alteri, pro diverſa actuum natura quæ alibi a nobis explicata eſt.

XXI. 1. Notandum hic eſt obiter, quod in Chriſti præceptis & apud Jacobum de non jurando dicitur, proprie non 84 ad aſſertorium juramentum, t cujus apud Paulum Apoſtolum exempla exſtant aliquot, ſed ad 85 promiſſorium futuri incerti pertinere. Oſtendit hoc evidenter oppoſitio illa in verbis Chriſti: *audiſtis dictum antiquis, non pejerabis, ſed reddes Domino juramentum. Ego vero dico vobis, Ne jurate omnino.* Et ratio quam Jacobus adjicit: Matth. v. 33. Ep. v. 12.

μὴ

GROTII.

t *Cujus apud Paulum Apoſtolum exempla exſtant aliquot*] Rom. I, 9. IX, I. II Corinth. I, 23. XI, 31. Phil. I, 8. I Theſſ. II, 5. I Tim. II, 7.

GRONOVII.

77 *In pœnam*] Quia jurejurando promiſſum accepit, quod non debebat.

78 *Ob utilitatem publ.*] Quod reipublicæ intereſſet non fieri quod juratum eſt.

79 *Qua talis eſt*] Dum nocet, & ut injuriam ejus effugiat.

80 *Pœna nomine*] Ei non præſtetur promiſſum in pœnam facinoris.

81 *Compenſari non*] Finge litem mihi eſſe cum adverſario apud judicem: ea pendente, per intervenientem cauſam eidem jurato promiſi me aliquid ei præſtiturum, ſi quid ipſe viciſſim mihi præſtet. Hoc ego potius non poſſum abnuere promiſſum, quod alter non deſiſtat a lite mecum antea contracta, quia cum lis ambigua ſit, in promiſſo jus ei certum quæſitum eſt, quod ego privatus illi auferre nequeo.

82 *Poteſt & lex humana*] Poteſt magiſtratus vel rex, juris adminiſtrator, interdicti, quo aliquid vetuerat, gratiam facere, ſi quis id, quod vetitum eſt, facturum ſe juraverit.

83 *Citra legem humanam*] Si tale interdictum non extitiſſet, neque id ſuperior remiſiſſet.

84 *Ad aſſertorium*] Quod adfirmat defenditque rem factam.

85 *Promiſſorium*] Quod ſecuritatem facit promiſſioni, quo ſancitur promiſſum.

*μὴ εἰς ὑπόκρισιν πέσητε*, id eſt, *ne fallaces inveniamini.* nam eum ſenſum vox *ὑποκρίσεως* apud Helleniſtas habet, ut apparet Job. XXXIV, 30. Matth. XXIV, 51. & alibi.

2. Idem evincit illud in Chriſti verbis, *ἔστω δὲ λόγος ὑμῶν, ναὶ ναί, οὒ οὔ*, quod ſic Jacobus explicat, *ἤτω δὲ ὑμῶν τὸ ναὶ ναί, καὶ τὸ οὒ οὔ*· ubi manifeſte eſt figura quam 86 *πλοκὴν* rhetores vocant, ut in illo:

Virg. Ecl. VII. 70.

*Ex illo Corydon Corydon eſt tempore nobis.*

Et in altero ſimili: *ad illum diem Memmius erat Memmius.* Nam prius *ναὶ* & *οὒ* promiſſum ſignificat, poſterius ejus 87 implementum. Eſt enim *ναὶ* promittentis: unde per *ἀμὴν* explicatur Apoc. I, 7. eundemque ſenſum habet quod hic in Syriaco eſt, אין reſpondens Rabbinico הין & Arabicum نعم, quomodo apud juriſconſultos Romanos *μάλιστα*, (mm) & quidni? notæ ſunt reſpondentis ad ſtipulationem. Pro implemento promiſſionis ſumitur apud Paulum II Corinth. I, 20. cum ait omnia Dei promiſſa in Chriſto eſſe 88 *ναὶ καὶ ἀμὴν*. Hinc vetus Hebræorum dictum, (nn) *juſti hominis ναὶ eſt ναί, & non eſt non.*

3. Contra, quorum facta a dictis diſcrepant, apud eos eſſe dicitur 89 *ναὶ καὶ οὔ*, II Corinth. I, 18. 19. id eſt, *ναὶ* eorum eſſe *οὔ*, & *οὒ* eſſe *ναί*. Sic Paulus Apoſtolus ipſe exponit. nam cum negaſſet ſe *ἐλαφρίᾳ χρήσασθαι*, *levitate uſum*, addit ſermonem ſuum 90 non fuiſſe *ναὶ καὶ οὔ*. Feſtus varias referens ſententias de ſignificatione vocis *naucum*, ſic ſcribit: *quidam* (ajunt) *ex græco* u *ναὶ καὶ οὐχὶ levem hominem ſignificari.* Quod ſi *ναὶ καὶ οὒ* levitatem ſignificat, ſequitur, *ναὶ ναί, οὒ οὔ*, conſtantiam ſignificet.

De Decal. p. 756. C.

4. Idem ergo dicit Chriſtus quod x Philo: *κάλλιστον καὶ βιωφελέστατον καὶ ἁρμόττον λογικῇ φύσει τὸ ἀνώμοτον, οὕτως ἀληθεύειν ἐφ' ἑκάστου δεδιδαγμένῃ, ὡς τοὺς λόγους ὅρκους εἶναι νομίζεσθαι· optimum atque utiliſſimum & rationali naturæ convenientiſſimum eſt juramento abſtinere, atque ita ſe veracitati aſſuefacere, 91 ut verba pro juramento*

GROTII.

u *Ναὶ καὶ οὐχὶ*] Recte in hoc Feſti loco ſcripſeris *οὐκὶ*, ut ſæpe apud Homerum: id enim ad vocem nauci propius accedit.

x *Philo*] De decalogo.

GRONOVII.

86 *Πλοκὴν*] Quum vox repetita nunc perſonam vel rem, nunc perſonæ vel rei mores aut naturam ſignificat.

87 *Implementum*] Effectum.

88 *Ναὶ καὶ ἀμὴν*] i. Certa & indubitata.

89 *Ναὶ καὶ οὒ*] Eos promittere & non præſtare, ſecus facere ac dicunt.

90 *Non fuiſſe ναὶ καὶ οὒ*] Diſſonum facto.

91 *Ut verba pro juramento*] Ut quod dixeris vel promiſeris, perinde ſanctum habeas, ac ſi jusjurandum interpoſueris.

(mm) Vide *L.* 39. §. 1. *D. De Legat.* III. *L.* 1. §. 2. *De verb. obligat.* *J. B.*

(nn) Repetitur apud BUXTORFIUM, *Floril.* pag. 329. *J. B.*

Y Et

*mento accipiantur*. y Et alibi: ὁ τῦ σπυδαίυ λόγος ὅρκος ἔςω βέβαιος, ἀκλινὴς, ἀψευδέςατος· *Viri boni oratio pro juramento ſit firmo, immutabili, fallere neſcio*: & quod de Eſſenis Joſephus: πᾶν τὸ ῥηθὲν ὑπ' αὐτῶν ἰσχυρότερον ὅρκυ, τὸ δὲ ὀμνύειν αὐτοῖς περιίςαται· *quicquid dixerint validius eſt jurejurando: ac ſupervacua res ipſis habetur jurare*. Antiq. Jud. II. 7. p. 786. C.

5. Ab 92 Eſſenis, aut Hebræorum illis quos ſecuti ſunt Eſſeni, videtur hoc ſumſiſſe z Pythagoras, cujus hæc ſententia: μὴ ὀμνύναι Θεὺς· ἀσκεῖν γὰρ αὐτὸν δεῖν ἀξιόπιςον παρέχειν· *non jurandum per Deos: quemque enim id curare debere*, a 93 *ut nec jurato ſibi credatur*. Diog. Laert. VIII. 22. Scythæ de ſe ad Alexandrum Curtio * referente: *Jurando gratiam Scythas ſancire ne credideris: colendo fidem jurant*. * Lib. VII. c. 8. Cicero pro Roſcio Comœdo: † *Quæ pœna a Diis immortalibus perjuro, hac eadem mendaci conſtituta eſt. Non enim ex pactione verborum quibus jusjurandum comprehenditur, ſed ex perfidia & malitia, per quam inſidiæ tenduntur alicui, Dii immortales hominibus iraſci & ſuccenſere conſueverunt*. † Cap. 16. Solonis dictum celebratur: καλοκἀγαθίαν ὅρκυ πιςοτέραν ἔχε· *Ea eſto probitate, ut ei magis quam juramento credatur*. Apud Diog. Laert. I. 60. Clemens quoque Alexandrinus dixit viri boni eſſe, τὸ πιςὸν τῆς ὁμολογίας ἐν ἀμεταπτώτῳ καὶ ἑδραίῳ δεικνύειν βίῳ τε καὶ λόγῳ· *Fidem promiſſi oſtendere in verborum ac vitæ ſtabilitate & conſtantia*. Alexis Comicus;

Ὅρκος βέβαιός ἐςιν ἂν νεύσω μόνον.
*Nutus mei pro jurejurando valent.*

Narrat

GROTII.

y *Et alibi*] De ſpecialibus legibus. (pag. 769. C.)

z *Pythagoras*] Nam & Hermippus Pythagoricus Pythagoræ Philoſophiam ab Hebræis ductam dicebat, teſte Origene contra Celſum. Idem & Joſephus Hebræis prodidit, & Jamblichus Pythagoricus. [Locus *Joſephi* exſtat Lib. I. *contra Apion*. p. 1046. F. G. Verum probabile admodum eſt, legendum, ibi non Ἰυδαίων, ſed Ἰδαίων, ut conjecit Vir Eruditiſſimus *J. Clericus*, Tom. X. *Biblioth. Selecta*, pag. 162, *& ſeqq.* Quod ſpectat *Jamblichum*, voluit Auctor dicere *Porphyrium*: hic enim ex *Diogene* lib. *de Incredibilibus*, refert, *Pythagoram*, inter alios, *Hebræos* etiam inviſiſſe, & ab iis hauſiſſe quædam Philoſophiæ ſuæ dogmata, *de Vita Pythag.* §. 11. *Ed. Kuſteri*. Apud *Jamblichum* autem, nil tale reperitur. *J. B.*]

a *Ut nec jurato ſibi credatur*] Philo (*De Decal.* pag. 756. C.) Ἤδη γὰρ ὁ γε ὀμνὺς εἰς ἀπιςίαν ὑπονοεῖται· *Jam enim is a quo jusjurandum exigitur, perfidiæ eſt ſuſpectus.* Sophoclis Oedipode coloneo dixerat Oedipus:

Οὔτοι σ' ὑφ' ὅρκυ γ' ὡς κακὸν πιςώσομαι.
*Nolo te adigere jurejurando ut malum.*

reſpondet Theſeus:

Οὔκ ἂν πέρα γ' ἂν ἔδιν ἢ λόγῳ φέροις.
*Nec plus haberes inde quam vocis ſonum*.
(Verſ. 642, 643.)

M. Antoninus in viri boni deſcriptione: μήτε ὅρκυ δεόμενος· *nec opus habens jurejurando*. (Lib. III. §. 5.) Chryſoſt. de ſtatuis XV. εἰ μὲν πιςεύεις ὅτι ἀληθής ἐςιν ὁ ἀνὴρ, μὴ ἐπαγάγῃς τῦ ὅρκυ τὴν ἀνάγκην. εἰ δὲ οἶδας ὅτι ψεύδεται, μὴ ἀναγκάσῃς ἐπιορκεῖν· *Si credis veracem eſſe eum quicum tibi negotium eſt, noli ei jurisjurandi imponere neceſſitatem. quod ſi ſcis fore ut mentiatur, ne coge eum & pejerare.*

GRONOVII.

92 *Eſſenis*] I, 3. 3.

93 *Ut nec jurato*] Hoc ambiguum: vult autem non, ut non credant ſibi quamvis jurato, ſed ut credant ſibi quamvis non jurato.



Digitized by Google

Narrat 94 Cicero oratione pro L. Cornelio Balbo; Athenis cum 95 quidam apud eos qui ſancte graviterque vixiſſet, & teſtimonium publice dixiſſet, & jurandi cauſa ad aras accederet, una voce omnes judices ne is juraret reclamaſſe; eo quod nollent 96 religione videri potius quam veritate fidem eſſe conſtrictam.

*Pag. 164. Edit. Cantabr. Needh.* 6. A Chriſti dicto non diſcrepat Hieroclis illud ad aureum carmen: *ὁ σέβου ὅρκον ἐν ἀρχῇ παραγγείλας, τὴν ἀποχὴν τοῦ ὀμνύναι προστάττει περὶ τῶν ἐνδεχομένων, καὶ ἀόριστον τῆς ἐκβάσεως ἐχόντων τὸ πέρας. ταῦτα γὰρ καὶ μικρὰ καὶ μεταπίπτοντα, διὸ οὔτε ἄξιον ἐπ' αὐτοῖς ὀμνύναι, οὔτ' ἀσφαλές. Qui in principio dixerat, Juſjurandum reverere, eo ipſo præceperat abſtinere a jurando de his* b *quæ poſſunt fieri & non fieri, & incertum habent caſus exitum. Talia enim & parvi ducenda ſunt, & mutabilia ſunt, unde nec dignum de iis jurare, nec tutum.* Et Libanius in Chriſtiani Imperatoris laudibus ponit: *ἐπιορκίας τοσοῦτον ἀφεστατῶν, ὥστε καὶ πρὸς τὰς εὐορκίας ἔχειν εὐλαβῶς· a perjurio tantum abeſt, ut etiam vera jurare vereatur.* Euſtathius *Lib. XIV. vers. 171.* ad illud Odyſſeæ Ξ: *ἀλλ' ἤτοι ὅρκον μὲν ἐάσομεν·* ſic ait: *οὐ χρεία ὅρκου ἐν τοῖς ἀδήλοις πρὸς βεβαίωσιν, ἀλλ' εὐχῆς πρὸς ἀποτέλεσμα· In rebus incertis non ad aſſeverationem juramentum adhibendum, ſed preces pro bono exitu.*

*Can. in c. querelam de jurejur.* XXII. Ideo multis in locis vice jurisjurandi repertum eſt, ut c fides 97 datis dexteris, quæ erat *πίστις βεβαιοτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις*, * *firmiſſimum apud Perſas fidei vinculum*, aut alio quo ſigno obſtringatur, ea vi, ut ni impleatur promiſſio promiſſor non minus deteſtabilis habeatur quam ſi pejeraſſet. Præcipue de regi-

* *Diod. libro XVI. c. 43.*

GROTII.

b *Quæ poſſunt fieri & non fieri*] Bene hoc animadvertit *Chryſoſtomus* de ſtatuis XII. *ὅτι κἂν μὴ συναρπασθεὶς, μηδὲ ἄκων, μηδὲ ἀγνοῶν τοῦτο πάθῃ ὑπ' αὐτῆς τοῦ πράγματος φύσεως, καὶ ἑκὼν καὶ εἰδὼς ἀναγκασθήσεται ἐπιορκῆσαι πάντως· Etiamſi non eveniat id tibi quod impetu abreptus, aut coactus, aut nec cogitans juraveris, ipſa negotii natura id interdum ſecum feret ut & volens & ſciens falſum juraſſe deprehendaris.* Et mox: *σφαλερὸν μὲν οὖν καὶ περὶ ἑαυτοῦ τινα ὀμνύναι. πολλὰ γὰρ ὑπὸ τὴν τῶν πραγμάτων περιστάσεως βιαζόμεθα· Periculoſum igitur etiam de ſuo actu jurare; multa enim nobis eripit ipſa rerum natura ſubjecta caſibus.*

c *Fides datis dexteris*] Meminere *Euſtathius* ad Odyſſeæ Ω: *Ariſtophanis* Scholiaſtes ad Nubes, [*vers.* 81. Vide & in *Acharnens.* vers. 307. qui locus inſignior eſt.] *Crantzius* Saxonicorum XI, 27. In c. *Ad aures*, 3. *de his quæ vi metuſve cauſa*, æquantur juramentum & fides interpoſita.

GRONOVII.

94 *Cicero oratione pro L. Cornelio Balbo*] C. 5.

95 *Quidam*] Xenocrates. *Valer. Max.* 2, 10. ext. 2.

96 *Religione videri*] Fidem magis coli ab eo metu deorum quam inſita ingenio bonitate.

97 *Datis dexteris*] Sic legiones invicem ſibi dextras mittebant fidei & concordiæ inſigne, *Tacit.* 1. hiſt. 54, 2, 8. Et extant nummi antiqui cum junctis dextris, quibus adſcribitur *fides prætorianorum*, Antw. 7, 24. *Amor mutuus Augg. Caritas mutua Augg. Fides mutua Augg.* 57, 7. 8. *Concordia exercituum* 7, 23. *Concordia Augg.* 59, 12.

d *Bona*

Digitized by Google

regibus viriſque principibus dictum eſt uſitatiſſimum, fidem eorum pro jurejurando valere. Tales enim eſſe debent, ut cum * Auguſto dicere poſſint, d Bonæ fidei ſum: & cum Eumene, † vitam ſe potius poſituros quam fidem: quò & illud pertinet Guntheri Ligurino [*Lib.* III. *vers.* 511:]

*Pan. in c. ad aures. De his quæ vi vel metus cauſa. Jaſ. in l. III. §. jurari. D. de jurejur Mynſ. obſ. 17. Cent. I.*

*——nudo jus & reverentia verbo*
*Regis ineſſe ſolet, quovis juramine major.*

Laudat oratione pro Dejotaro a Cicero C. Cæſaris dexteram, non in bellis & præliis, quam in promiſſis & fide firmiorem. Et heroicis temporibus ſceptrum erectum pro regum jurejurando valuiſſe notatum b Ariſtoteli.

* *Suet.* c. 42.
† *Plut. arch. in Eum.* p. 585. F.
a *Cap.* 3.
b III. *Polit.* 14.

GROTII.

d *Bonæ fidei ſum*] De Euagora Salaminis rege Iſocrates: *ὁμοίως τὰς ἐν τοῖς λόγοις ὁμολογίας ὥσπερ τὰς ἐν τοῖς ὅρκοις διαφυλάττων.* Symmach. X, 19. *nunquam major ſpes quam in bonorum principum ſponſione.* Nicetas de Alexio Iſaaci fratre lib. III. *βασιλεῦσι παρὰ πᾶν ἕτερον εὐορκεῖν τιθέναι περὶ πλείστου χρέων· regibus jurisjurandi fides ante omnia alia ponenda eſt.*

# CAPUT XIV.

## De eorum qui ſummum imperium habent promiſſis & contractibus & juramentis.

I. *Refellitur ſententia ſtatuens reſtitutiones in integrum ex jure civili venientes ad regum actus, quà tales ſunt, pertinere: item regem ex juramento non teneri.*

II. *Ad quos regum actus leges pertineant, diſtinctionibus explicatur.*

III. *Jurejurando rex quando teneatur, aut non teneatur.*

IV. *Quatenus rex teneatur his quæ ſine cauſa promiſit.*

V. *Uſus ejus quod de legum vi circa regum contractus dictum eſt.*

VI. *Rex ſubditis obligari naturaliter tantum, aut & civiliter, quo ſenſu recte dicatur.*

VII. *Jus quæſitum ſubditis licite quomodo auferatur:*

VIII. *Rejecta hic diſtinctio quæſiti ex jure naturali aut civili.*

IX. *Contractus regum an leges ſint, & quando.*

X. *Quomodo ex regum contractibus teneantur omnium bonorum heredes.*

XI. *Quomodo ex iiſdem contractibus obligentur qui in regnum ſuccedunt:*

XII. *Et quatenus.*

XIII. *Beneficia regum quæ revocabilia ſint, quæ non, diſtinctione explicatur.*

XIV. *Contractibus invaſorum imperii an teneatur cujus erat imperium.*

I. 1. Pro-

I. 1. PRomiſſa, contractus, & juramenta Regum, & qui alii iis pares jus in republica ſummum obtinent, peculiares habent quæſtiones, tum de eo quod ipſis 1 in actus ſuos licet, tum de eo quod 2 in ſubditos, tum de eo quod 3 in ſucceſſores. Quod primum caput attinet, quæritur an ipſe rex, ut ſubditos ſuos, ita ſe quoque reſtituere in integrum, aut contractum irritum facere, aut a jurejurando ſe exſolvere poſſit. Bodinus cenſet

*Lib. 1. cap. VIII. pag. 135. Ed. Franc. 1622.*

iiſdem ex cauſis regem, (aa) ſive aliena fraude ac dolo, ſive errore circumventum, ſive metu, reſtitui poſſe, ex quibus ſubditus reſtitueretur, tum in iis quæ ad jura majeſtatis imminutæ, tum in iis quæ ad privata commoda pertinent. Addit, ne jurejurando quidem teneri regem, ſi ejuſmodi ſint pacta conventa, 4 a quibus diſcedere lex patiatur, etiamſi pacta honeſtati ſint conſentanea: non enim ideo teneri quia juraverit, ſed quia juſtis conventionibus quiſque teneatur, quatenus alterius interſit.

2. Nos, ut alibi diſtinximus, ita hic quoque diſtinguendum cenſemus inter actus Regis qui regii ſunt, & actus ejuſdem privatos. Nam in regiis actibus quæ rex facit eo loco habenda ſunt, quaſi communitas faceret: in tales autem actus ſicut 5 leges ab ipſa communitate factæ vim nullam haberent, quia 6 communitas ſeipſa ſuperior non eſt, ita nec leges regiæ. Quare adverſus hos contractus reſtitutio 7 locum non habebit: venit enim illa 8 ex jure civili. Non admittenda igitur exceptio regum adverſus contractus quos minores feciſſent.

II. 1. Plane

GRONOVII.

1 IN *actus ſuos*] Quatenus promiſſum, contractum, juramentum poſſint ſervare vel non ſervare.

2 *In ſubditos*] Quatenus ex promiſſo, contractu, juramento ſubjectis ſuis obligentur, num. 6.

3 *In ſucceſſores*] Quatenus ex his ipſis teneantur ſucceſſores, num. 10.

4 *A quibus diſcedere lex*] Quæ leges permittant non ſervari, aut quibus læſos & querentes in integrum lex reſtituit.

5 *Leges ab ipſa communitate*] Falſum puto: nam communitas quas leges poſuit ſingulis, poſuit & ſibi: quarum oneribus quum pareat, etiam beneficiis frui debet.

6 *Communitas ſeipſa ſuperior non eſt*] Cavillatio mera. Tenetur enim legibus ab ſeſe factis, & quandiu conſtant, eas agnoſcit ſuperiores. Unde in libera Republica legum imperia dicit *Livius* lib. 2. cap. 1. Adde locum lib. 10, 13. [Non Auctor, ſed Interpres, heic cavillatur, ut alibi monuimus, & dudum obſervaveramus ad PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VII. Cap. 6. §. 3. *Not.* 4. *J. B.*]

7 *Locum non habebit*] Durum tamen regis conditionem duriorem eſſe quam minimi privatorum; præſertim in iis rebus, in quibus fraus, dolus, error multo nocentior & damnoſior eſt, quam in rebus privatorum.

8 *Ex jure civili*] Jus quidem civile introduxit eam, ſed ex æquitate naturali. Sic argumentatur: Qui poteſt reſtitui, debet habere ſuperiorem. Rex non habet ſuperiorem. E. Limitanda major: Qui poteſt reſtitui a judice civili. Inſtat; Atqui reſtitutio juris eſt civilis. Immo origine juris naturalis, civilis modo & ſolennibus.

(aa) Non vult *Bodinus*, reſtitutionem illam Regis, ſive quà Regis, ſive quà Privati, fieri ex Legibus Civilibus, ſed ex æquitate naturali, cujus beneficium Regi denegari ſanè iniquum eſſet. De re ipſa plura dicemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

9 Non

II. 1. Plane ſi populus regem fecerit non pleno jure ſed additis legibus, poterunt per eas leges contrarii actus irriti fieri, aut omnino, aut ex parte, quia eatenus populus jus ſibi ſervavit. De iis autem actibus regum qui pleno jure regnant, ſed regnum [9] non ut proprium poſſident, quibus regnum aut regni pars aut res fiſcales alienantur, [10] egimus ſupra, & oſtendimus hos actus ipſo naturæ jure nullos eſſe, ut factos de re aliena.

2. At privati actus regis conſiderandi ſunt, non ut actus communitatis, ſed ut [11] actus partis, ac proinde facti eo animo, ut communem legum regulam ſequantur. Unde etiam leges, quæ actus quoſdam aut ſimpliciter, aut ſi is qui læſus eſt velit, irritos faciunt, locum & hic habebunt, quaſi ſub ea conditione contractum foret. Sic videmus reges quoſdam [12] adverſus fœnebre malum ſibi conſuluiſſe juris remediis. Poterit tamen rex ut aliorum ita ſuos actus his legibus ſolvere; quod an facere voluerit, ex circumſtantiis erit æſtimandum. Si fecerit, judicanda res erit ex mero jure naturali. Hoc addendum, ſi quæ lex actum irritum faciat, non in favorem agentis, ſed in pœnam, hanc in regum actibus locum non habituram, (bb) ut nec alias leges pœnales & quicquid vim habet cogendi. Nam punitio & coactio non poſſunt procedere niſi a voluntatibus diverſis: itaque cogens & coactum requirunt diſtinctas perſonas, neque ſufficiunt diſtincti reſpectus.

III. Juramentum autem Rex irritum reddere [13] antecedenter poteſt [14] ut privatus, ſi ſe ipſe poteſtate tale quid jurandi plane privaverit priore juramento: [15] conſequenter non poteſt, quia hic quoque perſonarum diſtinctio requiritur. Nam quæ conſequenter irrita redduntur, jam antea [16] exceptionem in ſe habebant, niſi ſuperior noluerit. at ita jurare ut tenearis niſi ipſe nolis,

GRONOVII.

9 *Non ut proprium*] Verum ex lege ut uſufructuarii. 1, 3, 11.

10 *Egimus ſupra & oſtendimus*] 2,6,4.

11 *Actus partis*] Privati contrahentis.

12 *Adverſus fœnebre malum*] Molliter excuſat, quod rex Hiſpaniæ Philippus II. debitoribus ſuis decoxit; & novas cum iis tabulas fecit a. C. 1596. Demetrius lib. 18. p. 754. [At idem Rex, biennio poſt, id revocavit, & agnovit debita, neceſſitateque ſummâ adactum ſe antea novas tabulas feciſſe profeſſus eſt, ut idem *Meteranus* (nam is eſt, qui heic *Demetrius* dicitur) refert, ſub finem ejuſdem Libri XVIII. Vide & Lib. ſequentem, *fol.* 417. Verſionis Gallicæ, qua utor, *Edit. Hag. com.* 1618. *J. B.*]

13 *Antecedenter*] Priuſquam juret.

14 *Ut privatus*] 2, 13, 20. An voluit, ut privati?

15 *Conſequenter*] Poſt factum.

16 *Exceptionem habebant*] Nempe in re licita.

(bb) Non quidem pœnam, quatenus coactionem involvit, & à Superiore proficiſcitur: ſed quatenus pertinet ad damnum datum alteri, cum quo contractum eſt, reparandum. Hoc enim reſpectu Rex poteſt & debet ſe ipſum ſubjicere legi. Oſtendimus id pleniùs in notis noſtris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

lis, perabſurdum eſt, & naturæ jurisjurandi contrarium. Etſi vero ex jurejurando jus quæri alteri non poſſit, 17 ob aliquod vitium in perſona, tamen eum qui juraverit Deo obſtringi ſupra oſtendimus: quod ad reges non minus quam ad alios pertinet, contra quam ſentit dicto loco Bodinus.

IV. Promiſſa quoque plena, & abſoluta, atque acceptata, naturaliter jus transferre demonſtratum ſupra eſt, quod itidem ad reges non minus quam ad alios pertinet, ita ut improbanda ſit hoc quidem ſenſu eorum ſententia, qui negant regem teneri unquam his quæ 18 ſine cauſa promiſit; quod tamen quo ſenſu locum habere poſſit mox videbimus.

V. Cæterum quod diximus ſupra, leges civiles regni locum non habere 19 in Regum pactis & contractibus, id recte vidit & Vaſquius. Sed quod infert emtionem & venditionem ſine certo pretio, locationem & conductionem non expreſſa mercede, emphyteuſin (cc) ſine ſcriptura, ſi a regibus fiant, valitura, non concedendum eſt: quia hi actus non a rege qua rege, ſed ab eo quaſi alio quovis fieri ſolent. In quo actuum genere tantum abeſt ut communes regni leges vim nullam habeant, ut etiam leges oppidi, ubi Rex habitat, valere credamus: quia ſpeciali ratione rex ibi ſe habet, ut illius cœtus membrum. Quæ tamen ut diximus ita procedunt, niſi circumſtantiæ oſtendant placuiſſe Regi ſuum actum ab illis legibus immunem facere. Aliud vero exemplum quod idem adfert Vaſquius de promiſſione quolibet modo facta, bene convenit, & ex his quæ ſupra diximus explicari poteſt.

VI. 1. Contractibus quos rex cum ſubditis iniit obligari eum naturaliter tantum, non civiliter, † Juriſconſulti fermé omnes ſentiunt, quod loquendi genus perobſcurum eſt. Nam (dd) naturalis obligatio interdum à juris auctoribus dicitur per abuſionem de eo quod fieri natura honeſtum eſt, quanquam non vere debitum, ut legata * integra ſine 20 detractione Falcidiæ præſtare, ſolvere debitum a quo quis 21 in pœnam creditoris erat liberatus, vicem

*Aug. ad L. Lucius 11. D. de evictione. Curt. Jun. conſ. 138. n. 4. Lib. II. Contr. Ill. c. 51. n. 34. Suar. lib. III. c. 35. n. 14.*

*† Bal. ad L. 1. D. de pactis. L. Princeps legibus, 31. D. de legibus. L. ult. C. de tranſ. L. Si aquam, 2. C. de ſervit. Dd. in c. 1. de Conſt. Bal. L. Si pecuniam. 10. C. de condict. ob cauſam: & in l. ex imperfecto, 3. C. de teſtam.*

** L. 1. C. ad l. Falc.*

*a L. Si pœna, 17. D. De condict. indeb.*

GRONOVII.

17 *Ob aliquod vitium*] Etſi fieri poſſit, talis ut ſit perſona, cui juratur, ut jus ei non quæratur, ut puta latronis, piratæ. cap. 13. num. 15.

18 *Sine cauſa*] Temere.

19 *In regum pactis*] Nempe cum externis regibus.

20 *Detractione Falcidiæ*] Quadrantis bonorum, qui lege Falcidia conceſſus eſt heredi, ſi legatis exhauſta ſit hereditas.

21 *In pœnam creditoris*] Velut proſcripti, aut cui aqua & igni interdictum eſt. [Loquuntur Jcti Romani, ut patet ex Legibus in margine indicatis, de iis qui Filio familias, contra Senatus conſultum Macedonianum, pecuniam mutuam dederunt. *J. B.*]

(cc) Verius eſt, Scripturam non requiri, ex naturâ illius contractus. Vide VINNIUM, in Tit. *Inſtit. De Locat. Conduct.* §. 3. *J. B.*

(dd) Confer, circa hanc diviſionem, PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 4. §. 5. *J. B.*

a Aben-

Digitized by Google

vicem *b* beneficio rependere, quæ omnia ceſſare faciunt 22 conditionem indebiti: interdum vero magis proprie id quod vere nos obligat, ſive inde jus alteri oriatur, ut in pactis, ſive non oriatur, ut in plena & firma pollicitatione. Maimonides Hebræus lib. III. Ducis dubitantium capite 54. tria hæc apte diſtinguit, & quæ non debentur ait venire benignitatis nomine, id eſt חסד, quam alii interpretes ad Prov. XX, 28. explicant פלגת חטנוה a *abundantiam bonitatis*; quæ debentur ex jure ſtricte ſumto, משפט *judicium* Hebræis vocari; quæ ex honeſtate, *juſtitiam* צדקה, id eſt æquitatem. ἔλεον, κρίσιν, πίστιν dixit interpres Matthæi XXIII, 23. ubi πίστιν vocat quæ 23 Helleniſtis plerumque eſt δικαιοσύνη. Nam κρίσιν pro eo quod ſtricte debetur reperias etiam 1. Macc. VII, 18. & VIII, 32.

*b* L. *Sed & ſi lege,* 25. §. *conſuluit,* 11. *D. De petit. hered.*

2. Civiliter quoque obligari ex actu ſuo dici quis poteſt, aut eo ſenſu, ut obligatio procedat non ex mero jure naturali, ſed ex jure civili, vel ex utroque, aut eo ſenſu, ut in foro actio inde detur. Dicimus ergo ex promiſſo & contractu Regis, quem cum ſubditis iniit, naſci veram ac propriam obligationem, quæ jus det ipſis ſubditis: ea enim eſt promiſſorum & contractuum natura, ut ſupra oſtendimus, etiam inter Deum & hominem. 24 Quod ſi tales ſint actus qui a rege, ſed ut a quovis alio fiant, etiam 25 civiles leges in eo valebunt: ſin actus ſit regis qua regis, ad eum civiles leges non pertinent. quod diſcrimen a Vaſquio non ſatis obſervatum eſt. neque tamen eo minus ex utrovis actu naſcetur actio, nempe ut 26 declaretur jus creditoris, ſed coactio ſequi non poterit, ob ſtatum eorum quibuſcum negotium eſt: nam ſubditis cogere eum, cui ſunt ſubditi, non licet, ſed æqualibus in æquales 27 id jus eſt a natura, ſuperiobus in ſubditos etiam ex lege.

*Jaſ. l. v. de cond. cauſa dat. Caſtal. de Imperio, q. III. verſ. 81. Vaſq. lib. I, contr. Ill. cap. 3. n. 1. Bod. 1, c. 8.*

VII. Sed

### GROTII.

a *Abundantiam bonitatis*] Huc pertinent ea quæ non ob aliam cauſam fiunt quam ut liberalitas & munificentia exerceantur, ut loquitur lex 1. D. de donationibus: χρηστότης ἐκ πηγῆς πλουσίας ἀπορρεῖ τῆς ἡμερότητος· *Ex ubere fonte manſueti ingenii manat beneficentia:* Plutarchus Catone majore, (pag. 339. A. Tom. I. *Ed. Wech.*)

### GRONOVII.

22 *Condictionem indebiti*] Ut quod his nominibus præſtiteris, aut ſolveris, repetere nequeas.

23 *Helleniſtis*] Iis qui Hebraica Græce reddebant & tractabant.

24 *Quod ſi tales ſint actus*] Si convenerit quidpiam regi cum cive ſuo, non ut regi, ſed ut patrifamilias, qui negotium ſuum regit.

25 *Civiles leges in eo*] Ut eorum nomine rex vel ejus procurator poſſint conveniri coram judicibus ab ipſo conſtitutis.

26 *Declaretur jus*] Vult ſubjectis eſſe jus conveniendi principis per libellum ſupplicem, & querendi ſibi non ſervari, quod rex promiſerit: ſed ſi contemnat id ille, non eſſe jus ſubjectis vi & armis cogendi eum ſervare quod promiſit.

27 *Id jus*] Nempe cogendi.

28 In

Digitized by Google

VII. Sed hoc quoque ſciendum eſt, poſſe ſubditis jus etiam quæſitum auferri per regem duplici modo, aut [28] in pœnam, aut ex vi ſupereminentis dominii. (ee) Sed ut id fiat ex vi ſupereminentis dominii, primum requiritur utilitas publica; deinde, ut ſi fieri poteſt compenſatio fiat ei qui ſuum amiſit, ex communi. Hoc ergo ſicut in rebus aliis locum habet, ita & in jure quod ex promiſſo aut contractu quæritur.

*Vaſq. lib. 1. contr. ill. c. 5. in pr. & l. 4. c. 1. Caſtr. lib. 1, conſ. 229.*

VIII. Neque ullo modo hic admittenda eſt diſtinctio quam adferunt nonnulli, juris quæſiti ex vi juris naturalis, (ff) & ejus [29] quod venit ex lege civili. nam in utrumvis par jus eſt regis, nec hoc magis quam illud ſine cauſa tolli poteſt. Ubi enim dominium aut jus aliud alicui legitimo modo partum eſt, id ne ſine cauſa ei auferatur juris eſt naturalis. Contra, ſi rex faciat, haud dubie tenetur reparare damnum datum: facit enim contra verum jus ſubditi. Hoc ergo differt jus ſubditorum & jus exterorum, quod jus exterorum (hoc eſt qui nulla ratione ſubditi ſunt) [30] ſupereminenti dominio nullo modo ſubeſt: nam de pœna infra videbimus: ſubditorum autem jus ei dominio ſubeſt, quatenus publica utilitas deſiderat.

IX. Ex his quæ diximus & hoc apparet, quam falſum ſit quod quidam tradunt, contractus Regum leges eſſe. Nam [31] ex legibus nemini jus adverſus Regem naſcitur: ideo ſi eas revocet nemini facit injuriam. Peccat tamen ſi ſine juſta cauſa id faciat. At ex promiſſis [32] & contractibus jus naſcitur. Contractibus ligantur contrahentes tantum, legibus ſubditi omnes. Poſſunt tamen quædam eſſe mixta ex contractibus & legibus, ut contractus [33] cum vicino rege, aut [34] cum publicano factus, qui ſimul pro lege publicatur, quatenus ei inſunt quæ ſubditis [35] obſervanda ſunt.

*Bal. in l. Cæſar. 15. D. de publicanis. Bart. in l. ſicut 7. D. quod cujuſque univerſitatis, nom. Jaſ. conſ. 1. col. 4. vol. 1. & alii allegati a Vaſq. d. c. 3. 1. n. 5.*

X. b Ve-

GRONOVII.

28 *In pœnam*] Si quis commiſerit, quare merito privetur illo jure.

29 *Quod venit ex lege civili*] Quaſi poſterius privato auferri a rege poſſit, non prius.

30 *Supereminenti dominio*] Et tamen eo quoque utuntur, qui naves peregrinas & neceſſitatem publicam in ſuis portibus attinent aut comprehendunt. Sed hoc poteſt excuſari tranſitu ad primævam communionem rerum, quam indulget neceſſitas.

31 *Ex legibus nemini*] Si quam legem non ſervet aut abroget rex, non poteſt eo nomine a privato in jus vocari.

32 *Et contractibus jus naſcitur*] Actio privatis ad conveniendum regem, etiam apud judices ab ipſo ſtatutos.

33 *Cum vicino rege*] Quo quod convenit, ut utriuſque ſubjecti præſtent in alterius territorio aut in mari, omnibus & ſingulis exequendum eſt.

34 *Cum publicano*] Cui portorium aut aliud vectigal locatur.

35 *Obſervanda*] Nempe in vectigalibus pendendis.

(ee) Vidè PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 5. §. 7. *J. B.*

(ff) Adde, quæ infra dicentur, Lib. III. Cap. 20. §. 9. *J. B.*

b *Venia-*

Digitized by Google

X. b Veniamus ad ſucceſſores: de quibus adhibenda diſtinctio eſt, ſintne omnium ſimul bonorum heredes, ut qui regnum 36 quod in patrimonio eſt, teſtamento, vel ab inteſtato accipiunt; an ſucceſſores regni duntaxat, puta ex electione nova, aut 37 ex præſcripto; ſive imitatione quadam vulgaris hereditatis, ſive aliter: an vero mixto jure ſuccedentes. Nam qui bonorum omnium ita ut regni heredes ſunt, quin promiſſis & contractibus teneantur dubitandum non eſt. Pro debitis enim etiam perſonalibus bona defuncti ut obligata ſint, ipſi rerum dominio coævum eſt.

XI. 1. c At qui in jus regni duntaxat ſuccedunt; aut partim in bona, in jus regni vero in ſolidum; quatenus obligentur, tam dignum eſt quæri, quam confuſe hactenus tractatum eſt. d Directe, hoc eſt ἀμέσως, hos ſucceſſores regni, qua tales, non obligari ſatis eſt manifeſtum. quia jus non accipiunt ab eo qui proxime deceſſit, 38 ſed a populo, ſive ea ſucceſſio propius accedat ad jus 39 hereditatum vulgarium, ſive abſit longius: de quo diſcrimine ſupra egimus.

2. Sed ἐμμέσως, id eſt e 40 per interpoſitam civitatem, obligantur etiam tales ſucceſſores: quod ſic intelligetur. Cœtus quilibet, non minus quam perſonæ ſingulares, jus habet ſe obligandi per ſe, aut per 41 majorem ſui partem. Hoc jus transferre poteſt tum expreſſe, tum per conſequentiam neceſſariam, puta imperium transferendo. nam in moralibus qui dat finem, dat ea quæ ad finem perducunt.

XII. 1. Non

GROTII.

b *Veniamus ad ſucceſſores* ] Vide Scriptores quibus utitur *Reinkingius* lib. 1, claſſe III, cap. 10.

c *At qui in jus regni duntaxat ſuccedunt* ] Vide *Aymonium* editum a Frehero p. 373.

d *Directe, hoc eſt ἀμέσως, hos ſucceſſores regni, qua tales, non obligari ſatis manifeſtum eſt* ] Sic Solomo obligatus non fuit eo promiſſo, quod Semei David fecerat. [Vide 1 *Reg.* II. 9. & quod ea de re dictum eſt apud PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. II. §. 13. J. B.

e *Per interpoſitam civitatem obligantur* ] Similia vide c. 1. de ſolutionibus. Propius ad rem facit c. Abbate, 3. de ſententiis & re judicata, ubi notanda verba: *Cum tam ſupradicti avi donatio quam locorum acquiſitio promiſſorum fuerint nomine regni facta.* Vide & *Treutl.* parte 1. diſput. VI. theſi 7. *Syr.* de pace religionis concl. 19.

GRONOVII.

36 *Quod in patrimonio* ] 1, 3, 12.

37 *Ex præſcripto* ] Lege regni.

38 *Sed a populo* ] Qui eam familiam & omnes ex ea orituros ſemel legit tanquam alium ex alio ſceptrum excepturos, & unicuique jus proprium dedit, perinde ac ſi omnes vivi ac præſentes fuiſſent: ita ut nemo a proximo, cui ſucceſſit, jus ſuum referat, ſed omnes a prima electione.

39 *Hereditatum vulgarium* ] 2, 7, 19.

40 *Per interpoſitam civitatem* ] Nam pro defuncti principis, ut capitis ſui, debitis obligatur civitas, ut corpus ejus: quod cum tranſierit ad ſucceſſorem, & hunc pro capite acceperit, oportet hunc onera corporis non ab ſe aliena putare.

41 *Majorem ſui partem* ] 2, 5, 17.



Digitized by Google

XII. 1. Non tamen in infinitum hoc abit. neque enim obligandi infinita poteſtas ad imperium recte exercendum neceſſaria eſt, ut nec ad tutelam aut curationem, ſed quatenus ejus poteſtatis natura exigit. *f* *Tutor domini loco habetur*, inquit Julianus *a*, *cum rem adminiſtrat, non cum pupillum ſpoliat.* quo ſenſu & illud intelligendum quod dixit Ulpianus *b*, 42 magiſtri ſocietatis pactum ſocietati non prodeſſe tantum, ſed & obeſſe. Neque tamen, ut quidam exiſtimant *c*, lex hæc 43 ad naturam 44 negotiorum geſtorum exigenda eſt, ut tum demum ratus ſit habendus actus, ſi utiliter geſtus ſit. Nam ad tales anguſtias reipublicæ imperantem redigere, ipſi reipublicæ eſſet periculoſum. Quare nec ſenſiſſe hoc credendus eſt populus cum imperium detulit. Sed quod a Romanis Imperatoribus in cauſa civitatis * reſponſum eſt, 45 valere transactionem quam magiſtratus feciſſent 46 in re dubia, non ſi indubitate id quod deberi poſſit remiſſum ſit, idem ad noſtram de populo toto quæſtionem referri debet ac poteſt, ſed ſervata proportione.

2. Sicut ergo leges non quævis ſubditos obligant †, poſſunt enim, etiam extra eas quæ jubent quod illicitum eſt, *g* eſſe quædam evidenter ſtultæ atque abſurdæ; ſic & contractus regentium ita obligant ſubditos, ſi probabilem habeant rationem, *h* quod

*a* *L. qui fundum. 7. §. ſi tutor, 3. D. pro empto. L. ab agnato. 12. D. de curatoribus. L. 22. pactum. C. de pactis. L. contra. 28. §. ſi curator, 1. D. de pactis.*
*b* *L. item, 14. D. de pactis.*
*c* *Alph. de Caſtro. l. 1. de leg. pœnalibus c. 5. Vict. in Relec. de poteſt Papæ. & conc. nu. 18.*

** L. Præſes, 12. C. De transaction.* † *Th. 1, 2. q. 95. art. 3. Pan. in c. quæ in eccleſiarum. num. 14. Felin. n. 60. Turrecrem. in c. ſententia 11. q. 3. concl. 6, & 7. n. 8. & 9. Alii in c. licet, de vot. Aguirre Apol. p. 1. n. 70.*

GROTII.

*f* *Tutor domini loco habetur, inquit Julianus, cum rem adminiſtrat, non cum pupillum ſpoliat*] Huc pertinent ea quæ habet *Camdenus* parte IV. Eliſabethæ anno CIƆ IƆ XCV; & quæ *Cromerus* habet de Georgii Bohemiæ regis ære alieno imprudenter ſuſcepto a Wladiſlao, lib. XXVII.

*g* *Eſſe quædam evidenter ſtultæ atque abſurdæ*] Ut lex Cabadis Perſarum regis apud *Procopium* & *Agathiam*. Hoc legis argumentum ad alienationes aptat Petrus, Legatus Juſtini II. ad Choſroën, agens de iis quæ Juſtinianus Saracenis promiſiſſe videbatur: οὐ γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔθος, φημὶ δὲ τὸ πλέον καὶ νόμος μὴ λυσιτελοῦντι, καὶ εἰ πέφυκε βασιλεὺς ὁ τὸ ἔθος ἰσχυροποιήσας ἤγουν νομοθετήσας, πολιτεία καταδικασθήσεταί ποτε· *Non enim ex unius hominis conſuetudine, aut etiam lege non utili, etiam ſi Imperator ſit qui morem talem firmaverit, aut lege ſanxerit, reſpublica unquam condemnabitur.*

GRONOVII.

42 *Magiſtri ſocietatis*] Qui præerat ſociis exercendi vectigalis publici, velut ſcripturæ aut portoriorum decumarumve. *Cicer.* 2. in Verr. 71. & 74. lib. 13, epiſt. 5. & 65.

43 *Ad naturam negotiorum*] Non ſtricte accipienda, ut ſit in impenſis a negotiorum geſtore factis.

44 *Negotiorum geſtorum*] Actionis contrariæ, quam qui ſe ultro negotiis aut litibus alienis obtulit, negotiorum geſtor habet, & ea præſtatur indemnis duntaxat in eo, quod communi hominum judicio utiliter geſſit.

45 *Valere tranſactionem*] Remiſſionem debiti.

46 *In re dubia*] Etiamſi ambiguum ſit, poſſitne illud debitum omne obtineri, an eo carendum ſit, ſive ob actionis, ſive ob debentis infirmitatem.

*h* Quod

Digitized by Google

h quod in dubio ob regentium auctoritatem præſumi debet. Quæ diſtinctio multo eſt melior, quam illa quæ a multis afferri ſolet de exitu 47 modicæ aut immodicæ læſionis. Non enim exitus in hac re, ſed probabilis ratio rei gerendæ ſpectanda eſt: quæ ſi adſit, & populus ipſe obligabitur, ſi quo caſu ſui juris eſſe inceperit, & ſucceſſores ut populi capita. Nam & ſi quid populus liber contraxiſſet, obligaretur is qui poſtea regnum pleniſſimo jure acciperet.

3. i Laudatur Cæſar Titus hoc nomine, quod beneficia a ſuperioribus conceſſa a ſe peti paſſus non eſt, cum Tiberius, & eum ſecuti, non aliter rata habuiſſent ſuperiorum beneficia, niſi eadem iiſdem & ipſi dediſſent. Titi exemplum ſecutus Imperator optimus Nerva in Edicto quod k 48 apud Plinium exſtat ſic ait: *Nolo exiſtimet quiſquam quæ alio Principe vel privatim vel publice eſt conſecutus, ideo ſaltem a me reſcindi, ut potius mihi debeat ſi illa rata & certa fecero, nec gratulatio ullius inſtauratis eget precibus.* At Hiſt. III. vero de Vitellio cum narraſſet Tacitus eum, nulla poſterûm cura, c. 55. laceraſſe imperium, vulgo 49 ad magnitudinem beneficiorum accurrente, quibuſdam & pecunia emercantibus, addit: *Apud ſapientes caſſa habebantur,* l *quæ neque dari neque accipi, ſalva republica, poterant.*

4. Illud

GROTII.

h *Quod in dubio ob regentium auctoritatem præſumi debet*] Sidonius lib. V. epiſtola XVII. *Quicquid ſpoponderit princeps, ſemper redhibet principatus.* Vide *Ambroſium* in laudibus Theodoſii, *Symmachum* lib. IV, epiſt. 7, & 19. lib. V, 37. Conc. Toletanum V, c. 6. C. *ceterum* 3. *de donationibus.* debita Juſtiniani, qui æs magnum reliquerat, a Juſtino imperii ſucceſſore perſoluta narrat *Corippus* lib. II.

i *Laudatur Cæſar Titus hoc nomine*] Hiſtoria apud *Suetonium* c. 8. apud *Xiphilinum* ex Dione, & apud *Victorem*, (*in Cæſarib.* c. 10.) Simile c. Juſtitiæ, 15. cauſa XXV, quæſt. I. *Gail.* obſ. II. LX, 15. Vide & Radevici hiſtoriam. *Gunterus Ligurinus* lib. V.

*Neve ſecuturi factum ſubvertere reges*
*Aut revocare queant, regali tuta ſigillo*
*Argumenta Duci, monumentaque certa reliquit.*

Et libro VIII.

*Tanta tamen clari fuit indulgentia regis,*
*Ut quicunque bona priſcorum munera regum*
*Hactenus iſta fide poſſederat, idque probare*
*Legitimis poterat vel demonſtrare tabellis,*
*Principis aſſenſu titulo gaviſus eodem*
*Nunc quoque poſſideat* ———

k *Apud Plinium*] X, Epiſt. 66.

GRONOVII.

47 *Modica aut immodica*] Ut contractus principis, tanquam populi obliget ſucceſſorem, ſi non eo nimis imperium gravetur: contrario caſu non obliget.

48 *Apud Plinium*] Lib. 10. poſt epiſt. 66.

49 *Ad magnitudinem*] Avide accipiente quæ ille prodige donaret.

GROTII.

l *Quæ neque dari neque accipi, ſalva republica, poterant*] Laudat & applicat *Mariana* ad immenſam munificentiam Friderici Regis Neapolitani XXIV, 16. A Nerone donata etiam ab emtoribus repetiit Galba, relicta decima. *Tacitus* hiſtoriarum I. (*Cap.* 20.) & *Plutarchus* (*in Galb.* Tom. II. pag. 1060. A.) Pertinax etiam a libertis ea exegit quæ



Digitized by Google

4. Illud hic addendum eſt, ſi quo caſu contractus incipiat vergere non ad damnum modo aliquod, ſed ad perniciem publicam, ita ut ab initio contractus 50 in extenſione ad illum caſum cenſendus fuiſſet injuſtus & illicitus, tunc 51 non tam revocari eum contractum poſſe, m quam declarari eum non ultra obligare, quaſi factum ſub conditione ſine qua juſte fieri non potuit.

● *Lib.* 1. *c.* 8. §. *Neque enim.*
† *Curt. Jun. conſ.* 138. *n.* 4. *conſ.* 157. *n.* 18. *Cravetta de ant. tem.* 2. *p.* 1. *partis princ. n.* 38. *Bell. in ſpec. prin. rubr.* 26. *Ant. Gabr. lib.* 1. *tit. de jure quaſ. non tollendo conc.* 6. *n.* 20. & *concl.* 7.

5. Quæ de contractibus diximus, eadem intelligenda ſunt n de alienatione pecuniæ populi, aut rei alterius quam ſecundum leges rex alienare bono publico poſſit. Nam hic quoque ſimilis adhibenda eſt diſtinctio, an probabilis donandi, aut aliter alienandi fuerit ratio.

6. At ſi contractus ad regni ejuſve partis aut patrimonii regalis, quatenus id Regi permiſſum non eſt, alienationem pertineant, non valebunt, ut facti de re aliena. Tantundem erit in 52 regnis reſtrictis, ſi quam materiam, aut actuum genus populus a poteſtate regia exceperit. Nam ut tales actus valeant, populi per ſe, aut per eos qui 53 populum legitime referunt, conſenſus requiritur, ut ex iis quæ de alienatione 54 ſupra diximus intelligi poteſt. Quibus diſtinctionibus adhibitis facile judicari poterit, juſtæ an injuſtæ fuerint exceptiones regum, qui priorum regum nomina exſolvere recuſarunt, quorum heredes non fuerant: quarum exempla apud Bodinum * videre eſt.

XIII. Illud quoque o a multis traditum, † beneficia Principum,

ſub ſpecie venditionis, Commodo Principe, lucrifecerant. [*Capitolinus*, Cap. 8.] Baſilius Macedo Imperator repetiit quæ Michaël Imperator elargitus fuerat. *Zonaras* de eo: ἐψήφιστο παρὰ πάντων τοὺς ἐξ οὐδεμίας χρήματα λαβόντας εὐλόγου λαβῆς, ἀναδιδόναι ταῦτα, ἢ τό γε δὴ μετριώτερον ἥμισυ· *Communi conſenſu placuit, ut qui pecunias nulla probabili ex cauſa accepiſſent, partim totas, partim dimidium redderent.* Vide eundem Iſaacio Comneno. De donationibus Ludovici XI. vide *Serranum* Carolo VIII. De ejuſdem donationibus, etiam quæ Eccleſiis factæ, non ſervatis, *Philippum Cominæum* lib. IX. *Marianam* vero de donationibus quas Arragoniæ rex Ramirus fecerat, reſciſſis, libro X, c. 16. de Iſabellæ donationibus reſciſſis per ipſam XXVII, II. *Cromerum* de Caſimiri regis Poloniæ teſtamento partim probato, partim improbato, XII.

m *Quam declarari eum non ultra obligare*] C. Suggeſtum eſt, 9. de decimis. Exemplum in Actis Alfonſi & Sanctii apud *Marianam* lib. XII, c. ultimo: apud *Camdenum* dicto anno clɔ Iɔ XCV. & anno clɔ Iɔ XCVII. in controverſia Hanſeatica.

n *De alienatione*] Habes huc pertinentia in Conciliis Galliæ tomo III.

o *A multis traditum*] Vide citatos per *Reinkingium* libro II, claſſe II, cap. 8. num. 26. & ſequentibus.

GRONOVII.

50 *In extenſione ad illum caſum*] Interpretatione productus & applicitus ad hunc eventum.

51 *Non tam revocari*] Non neceſſe eſſe, ut ſolenniter reſcindatur, ſed ſufficit teſtari & ſignificare principem ſe eo non teneri.

52 *Regnis reſtrictis*] Quæ non pleno jure tenentur, ſed certis legibus.

53 *Populum legitime referunt*] Ordines vel Status.

54 *Supra*] 2, 6.

p *Has*

Digitized by Google

pum, quæ liberaliter ſunt conceſſa, ſemper poſſe revocari, ſine diſtinctione transmittendum non eſt. Sunt enim quædam beneficia quæ rex de ſuo facit, & quæ, niſi adſit 55 precarii clauſula, vim habent perfectæ donationis. p Hæc revocari non poſſunt, 56 niſi quod ſubditos attinet in pœnam, aut ob utilitatem publicam cum compenſatione ſi fieri poteſt. Sunt alia quæ 57 vinculum duntaxat legis demunt ſine ullo contractu. Et hæc ſunt revocabilia. Quia ſicut lex ſublata univerſaliter reponi univerſaliter ſemper poteſt, ita & particulariter ſublata particulariter reponi. Nullum enim hic jus quæſitum eſt adverſus legis auctorem.

XIV. Contractibus vero eorum, qui ſine jure imperium invaſerunt, non tenebuntur populi aut veri reges. nam hi jus obligandi populum non habuerunt. De in rem verſo tamen tenebuntur, id eſt quatenus locupletiores facti ſunt.

GROTII.

p *Hæc revocari non poſſunt*] Vide Afflictum deciſ. CXXVIII. num. 10.

GRONOVII.

55 *Precarii clauſula*] Ut tamdiu valeant, quamdiu non fuerit aliter conſtitutum.

56 *Niſi quod ſubditos attinet*] Quando ſubjectis conceſſa ſunt, ob crimen rebellionis aut ſeditionem ſimileve delictum, aut ſi ea reipublicæ detrimento eſſe cœperint: & tum tamen pro jure quæſito, quod aufertur, aliquid par illis reſtituendum.

57 *Vinculum legis demunt*] In quibus ſimpliciter conceditur, quod alicui civitati vel corpori collegiove aut familiæ vel perſonæ profuturum eſt, nulla mentione pacti cum illis initi, præter legem omnes obligantem.

# CAPUT XV.

## De federibus ac ſponſionibus.

I. *Publicæ conventiones quæ.*
II. *Dividuntur in fœdera, ſponſiones, pactiones alias.*
III. *Federum & ſponſionum diſcrimen, & in quid ſponſiones obligent.*
IV. *Rejecta diviſio federum quam Menippus fecit.*
V. *Federum diviſio in ea quæ idem ſtatuunt cum jure naturæ: & unde id natum.*
VI. *Et ea quæ aliquid adjiciunt: quæ ſunt æqualia;*
VII. *Aut inæqualia, quæ rurſum dividuntur.*
VIII. *Federa cum his qui alieni ſunt a vera religione licita eſſe jure naturæ:*
IX. *Nec univerſaliter prohiberi lege Hebræa;*
X. *Nec Chriſtiana.*
XI. *Cautiones circa talia federa.*
XII. *Chriſtianos omnes obligatos ad fedus ineundum adverſus hoſtes Chriſtianiſmi.*
XIII. *Si plures federatorum bellum gerant, cui potius opem ferri oporteat, diſtinctionibus explicatur.*
XIV. *An tacite renovatum cenſeatur fedus.*

 XV. *An*

Digitized by Google

XV. *An partis alterius perfidia alteram liberet.*

XVI. *In quid teneantur ſponſores ſi ſponſio improbetur, ubi de Caudina ſponſione.*

XVII. *An ſponſio non improbata obliget ex notitia & ſilentio, diſtinctionibus explicatur, ubi de ſponſione Luctatiana.*

*L. Conventi num. 5. D. de pactis.* I. CONventiones Ulpianus diviſit in publicas & privatas: & publicam expoſuit non ut quidam putant definitione, ſed exemplis additis, *quæ fit per pacem*, (aa) quod primum exemplum eſt: *quoties inter ſe duces belli quædam paciſcuntur*; quod ſecundum. Publicas ergo conventiones eas intelligit, quæ niſi 1 jure imperii majoris 2 aut minoris fieri nequeunt, qua nota differunt non tantum a contractibus privatorum, ſed & a contractibus regum circa negotia privata. Quanquam ex privatis quoque iſtis belli cauſa naſci ſolet, frequentius tamen ex publicis. Ideo poſtquam de conventionibus generaliter a nobis tractata ſunt ſatis multa, quædam addenda ſunt quæ ad excellentiorem hanc ſpeciem pertineant.

II. Publicas has conventiones, quas Græci συνθήκας vocant, dividere poſſumus in federa, ſponſiones, pactiones alias.

III. 1. De federum & ſponſionum diſcrimine adiri poteſt 3 Livius libro IX. ubi recte nos docet federa eſſe quæ fiunt juſſu ſummæ poteſtatis, & in quibus ipſe populus iræ divinæ obſtringitur ſi minus ſtetur dictis. Ea apud Romanos peragi 4 per feciales ſolebant addito 5 patre patrato. Sponſio autem eſt, ubi hi qui a poteſtate ſumma mandatum ejus rei non habent 6 aliquid promittunt, quod illam proprie tangit. Apud Saluſtium legimus: *Senatus uti par erat decrevit, ſuo atque populi injuſſu nullum potuiſſe fedus fieri.* Hieronymus Syracuſarum rex cum Annibale, ut narrat Livius, ſocietatem fecerat: at poſtea Carthaginem miſit ad fedus ex ſocietate faciendum. Quare a quod apud Senecam patrem eſt: *Imperator fedus percuſſit, videtur populus percuſſiſſe Romanus, & federe*

*Cap. 5.* *Bell. Jugurth c. 43.* *Lib. XXIV. c. 6.*

GROTII.

a *Quod apud Senecam patrem eſt*] Contr. IV, 25.

GRONOVII.

1 J*Ure imperii majoris*] Ab ipſo principe vel populo.

2 *Aut minoris*] A legatis utrorumque vel præfectis ſummæ rei.

3 *Livius libro IX.*] c. 9.

4 *Per feciales*] Sacerdotes Deæ Fidei, qui ante omnia fidem publicam in fœderibus & belli cauſis examinatis, rebus repetundis & bellis dicendis curabant, *Liv.* 4, 30.

5 *Patre patrato*] Primo fecialium, qui omnium nomine loquebatur in rebus repetendis ac bello indicendo, *Liv.* 1, 32.

6 *Aliquid promittunt*] Et pollicentur ſe operam daturos atque effecturos, ut ille populus vel princeps, pro quo promittunt, id ratum habeat.

(aa) Vide Clariſſ. NOODTII Librum *de Pactis & Tranſactionibus*. Cap. 7. *J. B.*

b In

Digitized by Google

*dere continetur :* ad 7 antiquos eos pertinet , qui ſpeciale ejus rei mandatum acceperant. At b in regnis , regum eſt fœdus facere. Euripides Supplicibus (*vers.* 1188 , *& ſeqq.*)

*——τόνδε δ' ὀμνύναι χρεὼν*
*Ἄδραςον. ὗτος κύριος τύραννος ὢν*
*Πάσης ὑπὲρ γᾶς Δαναϊδῶν ὁρκωτομεῖν.*
*—— Adraſtum hunc opus*
*Jurare : namque is jus habet regni potens*
*Ut civitatem fœdere obſtringat ſuo.*

Legendum enim ibi , ut diximus , *ὁρκωτομεῖν* , (bb) non *ὁρκωτομεῖ.*

2. Sicut autem magiſtratus populum non obligant , ita nec minor pars populi : quod 8 pro Romanis eſt adverſus Gallos Senonas : (cc) nam major pars populi erat apud 9 Dictatorem Camillum. 10 biſariam autem , ut apud Gellium eſt , cum populo agi non poteſt. *Livius,* v. 49.

3. Sed ubi 11 qui jus populi non habent , de eo quod populi eſt ſpoponderunt , videamus in quid teneantur. Putet forte aliquis hoc caſu ſponſores fidem liberaſſe , ſi operam omnem dediſſent , ut id quod ſpoponderunt fieret , ſecundum ea quæ de promiſſo tertii facto

GROTII.

b *In regnis , regum eſt fœdus facere*] Vide quæ infra lib. III , c. XX. §. II. & ſequentibus. *Servius* ad illud II. Æneidos (*vers.* 161.)

*——Servataque ſerves*
*Troja fidem ; ——*

*Quia quod rex promittit videtur reſpublica promittere.* Et ubi Æneas ſingulari certamine pugnaturus prius cum Latino fœdus facit ; *Turnum*, ait , *non induxit jurantem , quia præſente rege non habet poteſtatem* (In Aen. XII, 212.)

GRONOVII.

7 *Antiquos eos*] Qui Imperatores fuerant liberæ reipublicæ ante Cæſares.

8 *Pro Romanis adverſus*] Non hoc purgat Romanos , ſed quia majus imperium erat penes Camillum. Alioquin ea major pars eum circumſtabat , antequam dictator diceretur , quam tamen nihil jure agere ſe poſſe cenſuit.

9 *Dictatorem Camillum*] M. Furium , qui ab exſilio revocatus Dictatorque dictus cum exercitu intervenit , Gallis aurum , quod ob diſceſſum ſtipulati erant , penſantibus , & id pactum pro nullo habuit , *Liv.* 5. 46. & 49. *Flor.* I. 15 , & 22.

10 *Biſariam cum populo*] Gellius 13. 15. *non poſſunt eodem tempore diverſis locis , vel a diverſis magiſtratibus haberi comitia.* Livius 7 , 16. *Ne quis populum ſevocaret , capite ſanxerunt.*

11 *Qui jus populi non*] Qui à populo non acceperunt poteſtatem ipſum obligandi.

(bb) Ita quidem legitur in omnibus Edd. iſtius Operis : ſed pro voce illâ , Linguæ Græcæ ignotâ , voluit ſcribere Auctor ὁρκωμοτεῖν & ὁρκωμοτεῖ , ut habent omnes Editiones *Euripidis.* Ceterum emendatio illa fugit diligentiſſimum *Barneſium* , qui aliàs de ea aliquid dicere non omiſiſſet. *J. B.*

(cc) Non tenebantur Galli ſcire , *Camillum* Dictatorem creatum fuiſſe , neque inquirere , major an minor pars Populi *Capitolio* includeretur : tum ibi Senatum , civium partem auguſtiorem , videbant. Plura dicemus , Deo dante , in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

facto c 12 ſupra diximus: ſed negotii hujus, 13 cui contractus ineſt, natura obligationem 14 multo ſtrictiorem deſiderat. Nam qui contrahendo aliquid de ſuo dat, aut promittit, is viciſſim præſtari reipſa ſibi aliquid vult: unde & jure civili, quod facti alieni 15 promiſſiones repudiat, promiſſio tamen 16 ratam rem haberi ad id quod intereſt obſtringit.

IV. Federa Menippus regis Antiochi ad Romanos Legatus, referente d Livio, magis ex uſu ſuo quam ex præſcripto artis ita diviſit, ut diceret tria eſſe eorum federum, quæ inter ſe paciſcerentur reges civitateſque, genera: unum cum bello victis dicerentur leges, quo in genere quid victum habere, quo mulctari eum vellet, victoris eſſe arbitrium: alterum, cum 17 pares bello æquo federe in pacem atque amicitiam venirent. tunc repeti reddique per conventionem res, & ſi quarum turbata bello poſſeſſio ſit, eas aut 18 ex formula juris antiqui, aut 19 ex partis utriuſque commodo componi: tertium eſſe genus, cum qui hoſtes nunquam fuerint ad amicitiam ſociali federe inter ſe jungendam coëant: quos nec dicere leges, nec accipere.

*Lib.* xxxiv *c.* 57.

V. 1. At nobis accuratius inſtituenda partitio eſt, ut primum dicamus federa alia idem conſtituere, quod juris eſt naturalis, alia aliquid ei adjicere. (dd) Prioris generis federa non tantum fieri ſolent inter hoſtes qui a bello diſcedunt, ſed olim & fiebant ſæpe, & aliquo modo erant neceſſaria inter eos qui ante nihil contraxiſſent. id inde ortum, quod regula illa juris naturalis, cognationem inter homines quandam eſſe a natura, ac proinde nefas eſſe alterum ab altero lædi, ut olim ante diluvium, ita rurſus aliquo poſt diluvium tempore malis moribus eſſet obliterata, e ita ut latro-

GROTII.

c *Supra diximus*] Hoc lib. c. XI, §. XXII.

d *Livio*] Adde *Diodorum Siculum* Exc. leg. IV.

GRONOVII.

12 *Supra diximus*] 2, 11, 22.

13 *Cui contractus*] Quod non eſt nudum promiſſum, vel actus beneficus merus, ſed actus cum obligatione, qui dicitur contractus 2, 12, 1.

14 *Multo ſtrictiorem*] Ut aliquid amplius debeant ſponſores, nempe uti ſe ſiſtant aut dedantur iis quibus ſpoponderunt, uti duces in fœdere Samnitico & Numantino.

15 *Promiſſiones repudiat*] Declarat irritas §. 2. Inſt. *de inutil. ſtipul.*

16 *Rem ratam haberi*] Quam facit procurator alterius in rem agens §. 1. Inſt. *de Satiſd.* l. 2. D. *rem ratam haberi.*

17 *Pares bello*] Dum neutra pars ſuperior aut inferior eſt altera: quamdiu nondum eſt inclinatus ſtatus belli.

18 *Ex formula juris antiqui*] Prout olim conventum erat, aut res ſeſe habebat ante bellum: ut reſtituantur in ſtatum quo fuerant, antequam turbæ inciderent.

19 *Ex partis utriuſque*] Ut habeantur eo modo, qui dum paciſcuntur, optimus viſus eſt, *Juſtin.* 8, 4.

(dd) Confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. IX. *J. B.*

GROTII.

e *Ita ut latrocinari & prædas agere in externos, nullo bello indicto, pro licito haberetur*]

Digitized by Google

trocinari & prædas agere in externos nullo bello indicto, pro licito *Præf. adv.*
haberetur: quod 20 Σκυθισμὸν vocat Epiphanius. *Hær. &*

2. Hinc illa f apud Homerum, an prædones eſtis? 21 amica *Lib. I. p. 4.*
interrogatio, g cujus & Thucydides meminit, & in 22 Solonis *& ſeqq.*
* lege veteri collegia ἐπὶ λείαν ἐρχομένων· quippe, ut † Juſtinus *Ed. Patav.*
ait, ad Tarquinii tempora latrocinium maris gloria habebatur: & ** L. ult. D.*
illud 23 in Romano jure, ut ſi cum gente aliqua neque amicitiam, *de collegiis.*
neque hoſpitium, neque fedus amicitiæ cauſa factum habeatur, *† Lib.*
hi hoſtes quidem non ſint: quod autem ex Romano ad eos per- *XLIII. c. 3.*
venerat, illorum fiat, & liber homo Romanus ab eis captus ſervus fiat. idemque ſit, ſi quis inde ad Romanos perveniat: & hoc quoque caſu 24 poſtliminium detur. Sic Corcyrenſes olim ante belli Peloponneſiaci tempora hoſtes Athenienſium non erant, ſed nec pacem cum illis nec inducias habebant, ut ex oratione Corinthiorum apud Thucydidem apparet. De Boccho Salluſtius: *Lib. I.*
★ *nobis neque bello neque pace cognitus.* Hinc in barbaros prædam *c. 40.*
exercere laudatum † Ariſtoteli, & ipſa 25 vox hoſtis veteri Latio ** Bell. Jug.*
nihil niſi externum ſignificabat. *c. 22.*

3. Sub hoc genere comprehendo & federa quibus cavetur, ut *† Politic.*
utrinque jus hoſpitii, ut jus commercii ſit, quatenus iſta 26 ſub *I. 8.*
jure

*beretur*] Cæſar de Germanis, (*Bell. Gall.* VI. 23.) *Latrocinia nullam habent infamiam quæ extra fines cujuſve civitatis fiunt.* Accedit teſtis *Tacitus* de moribus Germaniæ, (*Cap.* 14. & 26.) & *Saxo* libro XIV, & alibi. Idem de Tyrrhenis ſcriptum eſt *Servio* ad VIII. 429. & X. Æneidos, & de aliis gentibus ad primum Æneidos. *Diodoro Siculo* (*Lib.* V. Cap. 34.) de Luſitanis: quicum *Plutarchus* conſentit Mario: τὸ ληστεύειν ἄχρι τότε τῶν Ἰβήρων ἐχὶ κάλλιστον ἡγουμένων· *ad id tempus Hiſpanis latrocinari inter pulcherrima habebatur.* (Pag. 408.) Simile eſt quod Judæi damnum datum ei qui nec Judæus ſit, nec Judæis federatus, ſarciendum negant. [Vide *Baba Kama*, Cap. I. §. 2, pag. 13. *Ed. Conſtantini l'Empereur. J. B.*]

f *Apud Homerum*] Odyſſeæ γ, ubi Scholiaſtes ἐκ ἄδοξον ἦν παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ληστεύειν, ἀλλ' εὔδοξον. *Latrocinari apud antiquos non tantum infamia carebat, ſed inſuper glorioſum ducebatur.* (Ad verſ. 71.)

g *Cujus & Thucydides meminit*] Libro I. additque ἐκ ἔχοντές πω αἰσχύνην τέτε τε ἔργε, φέροντος δέ τι καὶ δόξης μᾶλλον· *nondum infamiam habebat id vitæ genus, quin potius laudi tribuebatur.* (Cap. 5.)

GRONOVII.

20 Σκυθισμὸν] Quod Scythæ plerique morem eum vagandi & invadendi aliena retinuiſſent, quum aliis gentibus jam placuiſſet vita cultior.

21 *Amica interrogatio*] Quæ fit & accipitur ſine offenſa ejus, qui interrogatur.

22 *Solonis lege*] Longe aliter de verbis Solonis, quæ extant l. ult. D. de Collegiis & corporibus, *Salmaſius* ad jus Attic. & Romanum. Legit enim ἢ καπηλείων κοινωνοὶ ἢ ἐμπορικῶν. At emendatio illa minimè neceſſaria eſt. Vide omnino Ampliſſ. BYNCKERSHOEK. *Obſerv. Jur. Civ.* Lib. I. Cap. 16. *J. B.*

23 *In Romano jure*] L. 5. §. 1. D. *De Capt. & poſt. rev.*

24 *Poſtliminium*] Ut liber ſit ac ſui juris, perinde ac ſi captivus ex hoſtium cuſtodia evaſiſſet.

25 *Vox hoſtis*] *Cicero* I. offic. 12.

26 *Sub jure naturali*] Nec ulterius porriguntur, neque adjiciunt aliquid juri naturali 2, 2, 13.



Digitized by Google

jure naturali veniunt, qua de re egimus alibi. Utitur hoc diſcrimine Arco, in oratione ad Achæos apud Livium, ubi non de ſocietate ait quæri, ſed de commercio præbendi repetendique juris: nempe ne ſervis Macedonum apud ſe perfugium eſſet. Hoc genus totum conventionum Græci ſtricte εἰρήνην vocant, & opponunt σπονδαῖς, ut tum alibi videre eſt, tum in oratione Andocidis de pace cum Lacedæmoniis.

*Liv. lib. XLI. c. 24. 29.*

VI. 1. Conventiones quæ juri naturæ aliquid adjiciunt, aut æquales ſunt, aut inæquales. h Æquales ſunt quæ utrimque eodem modo ſe habent αἳ ἴσως καὶ κοινῶς ἐν ἀμφοτέροις ἔχωσι, ut Iſocrates in Panegyrico loquitur: quo illud Virgilii pertinet (*Aen.* XII, 190, 191.)

*Orat. III. pag. 271. Ed. Wech. Pag. 78. A. Ed. Steph.*

*Nec mihi regna peto, paribus ſed legibus ambas*
*Invictas gentes æterna in federa mittam.*

Græci iſtas vocant modo 27 συνθήκας ſimpliciter, modo 28 συνθήκας ἐπὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, ut apud Appianum & Xenophontem videre eſt, 29 has magis proprie σπονδὰς, & quatenus minus dignos reſpiciunt 30 προστάγματα, aut συνθήκας ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων, quas (ee) Demoſthenes in oratione de Rhodiorum libertate fugiendas ait his qui libertatem amant, quia ad ſervitutem accedant proxime.

2. Utriuſque modi federa 31 aut pacis aut 32 ſocietatis alicujus fiunt cauſa. Æqualia pacis, ut quæ de reſtituendis captivis, rebus captis, & 33 ad ſecuritatem conveniri ſolent, qua de re agendum erit infra in belli effectibus & conſectaneis. Æqualia ſocietatis, aut ad commercia pertinent, aut ad belli communitatem, aut ad res alias. Æquales de commerciis pactiones variæ eſſe poſſunt, puta utrinque 34 ne vectigal ullum ſolvatur, quod
in

GROTII.

h *Æquales ſunt*] Sic *Plinius* Parthos ait cum Scythis ex æquo degere. (*Hiſt. Nat.* VI. 2⟨5⟩) Pompejus apud *Lucanum* de eadem Parthorum gente (VIII, 232.)

*——— Solus*
*Ex æquo me Parthus adit.*

GRONOVII.

27 Συνθήκας] Compoſitiones.

28 Συνθήκας ἐπὶ ἴσῃ] Compoſitiones pari & æqua lege.

29 *Has magis proprie*] Inæquales.

30 Προστάγματα] Juſtinus *legem parendi dicere* 2, 3. *legem pacis ſtatuere* 9, 5.

31 *Aut pacis*] Ut ceſſent hoſtilia.

32 *Societatis*] Ut præſtentur auxilia mutua.

33 *Ad ſecuritatem*] Ut tuto liceat altrinſecus verſari.

34 *Ne vectigal*] Tale Romanorum & Maſſilienſium. *Juſtin.* 43, 5.

(ee) Immo locus ille eſt ISOCRATIS, in *Archidam.* En ipſa verba: Καί τοι χρὴ τοὺς βουλομένους, ἐλευθέρους εἶναι, τὰς μὲν, ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων συνθήκας φεύγειν, ὡς ἐγγὺς δουλείας οὔσας· Pag. 126. C. *Ed. H. Steph.* Confudit Auctor, ideo quòd in laudatâ Oratione *Demoſthenis* aliquid legerat de *Rhodiis*, quod huc tendit, quamquam alio modo, *pag.* 79. C. *Ed. Baſil.* 1572. *J. B.*

i Συμ-

Digitized by Google

in vetere erat federe Romanorum 35 & Carthaginienſium, excepto eo quod 36 ſcribæ & 37 præconi dabatur, aut ne majus ſolvatur quam in præſens, aut ad certam quantitatem.

3. Sic & in bellica ſocietate ut auxilia præſtentur paria equitum, peditum, navium, ſive ad omne bellum quod Græci i ξυμμαχίαν vocant, & explicat Thucydides τὺς αὐτὺς ἐχθρὺς καὶ φίλυς νομίζειν, *eoſdem hoſtes & amicos habere*: quod & apud Livium ſæpe reperias, ſive 38 ad tuendos fines duntaxat, quod ἐπιμαχίαν, ſive ad certum bellum, aut in certos hoſtes, aut in omnes quidem, ſed exceptis ſociis, ut in federe inter Pœnos & Macedonas, quod apud Polybium * eſt: quomodo & Rhodii † Antigono & Demetrio per fedus auxilia promiſerunt in hoſtes quoſvis, excepto Ptolemæo. Poteſt, ut diximus, æquale fedus & ad res alias pertinere, k ut ne in confinio alterius alter arces habeat, ne ſubditos alterius alter defendat, ne iter alterius hoſti præbeat.

*Lib.* III. c. 75.

* *Lib.* VII. c. 2.

† *Plutarch. in Demetr.* p. 899. A.

VII. 1. Ex æqualibus qualia ſint inæqualia facile eſt intelligi. Promittuntur autem inæqualia aut ex parte digniori, aut ex minus digna. Ex parte digniori, ut ſi quis auxilia promittat 39 nec reſtipuletur, 40 aut majora promittat: Ex parte indigniori inæqualia, aut ut Iſocrates dicto Panegyrico loquitur, 41 τὰ τὺς ἑτέρυς ἐλαττῦντα παρὰ τὸ δίκαιον, ſunt ea quæ diximus προϛάγματα aut ἐπιτάγματα vocari. Et hæc ipſa aut cum imminutione ſunt imperii, aut ſine ejus imminutione.

2. Cum imminutione imperii, ut in ſecundo federe Carthaginienſium cum Romanis, ne cui Carthaginienſes bellum facerent, injuſſu populi Romani. Ab eo tempore, ut Appianus loquitur, Καρχηδόνιοι Ῥωμαίοις ὑπήκυον ἔνσπονδοι, *Carthaginienſes Romanis ex federe morem gerebant*. Poteſt addi huic generi 42 deditio conditionata, niſi quod illa non imminutionem, ſed 43 tranſlationem totius imperii continet, qua de re diximus alibi. Talem autem con-

*Liv.* XXX. 37.

ven-

GROTII.

i *Ξυμμαχίαν vocant*] Veteres ὁμαιχμίαν. Zoſimus lib. v. (c. 42.)

k *Ut ne in confinio alterius alter arces habeat*] Exemplum vide apud *Procopium* Perſicorum I.

GRONOVII.

35 *Et Carthaginienſium*] Quod paulo poſt ejectos reges factum eſt, *Polyb.* 3, 22.

36 *Scribæ*] Qui in portu annotabat, quæ naves, quas merces adveherent.

37 *Præconi*] Qui proclamabat venales merces: quod præconium vocat *Cato* de Re Ruſt.

38 *Ad tuendos fines*] *Guarantie*, ut Athenienſium & Corcyræorum.

39 *Nec reſtipuletur*] Nec caveat eadem reddi ſibi, ſi quo caſu oppugnetur.

40 *Aut majora*] Ut præſtet aliquid pro majoribus viribus potentior, quod alter non præſtet.

41 *Τὰ τὺς ἑτέρυς*] In quibus altera pars plus æquo deprimitur.

42 *Deditio conditionata*] Sub deditione & juribus quibuſdam reſervatis.

43 *Tranſlationem imperii*] Ab eo, qui ſe dedit, ad eum cui deditur 2, 5, 31.

Nam

ventionem federis nomine & alibi Livius appellat, ut libro IX.
Cap. 20. *Theates Apuli impetraverunt ut fedus daretur, neque ut æquo tamen federe, ſed ut in ditione populi Romani eſſent.*

3. Sine imminutione imperii onera aut tranſitoria ſunt, aut manentia. Tranſitoria, 44 de ſolvendo ſtipendio, de 45 mœnibus diruendis, 46 ut locis quibuſdam decedatur; ut dentur 47 obſides, elephanti, naves. Manentia, ut de imperio ac 48 majeſtate comiter colenda, cujus federis quæ ſit vis 49 alibi diximus. Huic proximum eſt ut 50 hoſtes & amici habeantur quos velit partium altera: ne cui exercitui, cui cum altero bellum ſit, per fines tranſitus commeatuſve detur. Tum illa minora, ne arces certis locis ædificare, ne exercitum ducere, ne naves habere ultra numerum definitum, ne urbem condere, ne navigare, ne militem certis locis conſcribere liceat: ne ſocios oppugnare: ne commeatu hoſtes juvare: ne recipere eos qui aliunde veniunt: ut federa prius facta cum aliis dirimantur: quorum omnium exempla apud Polybium, Livium, & alios videre eſt.

4. Solent autem federa inæqualia contrahi, non tantum inter
*Apud Liv. ubi ſupra, XXXIV, 57.* victores & victos, ut Menippus cenſebat, ſed & inter potentiores & impotentiores, etiam qui bello inter ſe experti non ſunt.

VIII. De federibus frequens eſt quæſtio, licitene ineantur cum his qui a vera Religione alieni ſunt: quæ res in jure naturæ dubitationem non habet. Nam id jus ita omnibus hominibus commune eſt, ut Religionis diſcrimen non admittat. Sed de jure divino quæritur, ex quo hanc quæſtionem tractant 1 non Theologi
*Th. 2, 2. q. 10. art. 9. Oldr. conſ. 71. Decian. III conſ. 20.* tantum, ſed & Juriſconſultorum nonnulli, inter quos Oldradus & Decianus.

IX. 1. Videamus primum de jure divino veteri, acturi deinde de novo. Fedus, 51 non nocendi cauſa, cum alienis a Religione contrahere ante Moſis legem licuit. Exemplum eſt in federe
** Gen. XXXI, 44.* * Jacobi cum Labane: ut jam de Abimeleco nihil dicam, † quando
*† Geneſ. XXVI, 28, 29.* non ſatis conſtat eum fuiſſe idololatram. Neque id lex per Moſem data mutavit. Exemplo ſint Ægyptii, haud dubie tunc idololatræ. *a* Hos tamen averſari vetantur Hebræi. Excipiendi ſunt
*a Deuteron. XXIII, 7.* 52 po-

GROTII.

1 *Non Theologi tantum*] Puta *Antoninus, Cajetanus, Toletus, Molina, Valdeſius, Malderus.*

GRONOVII.

44 *De ſolvendo ſtipendio*] Ut quod pro hac expeditione militi debetur, dependatur. *Liv.* 5, 27. lib. 8, 36. lib. 9, 42. lib. 10, 5.

45 *Mœnibus diruendis*] *Liv.* 34, 17.

46 *Ut locis quibuſdam*] *Liv.* 8, 11. lib. 27, 45. lib. 37, 45.

47 *Obſides, elephanti, naves*] *Liv.* 30, 37. lib. 38, 38.

48 *Majeſtate comiter*] *Liv.* 38, 11. *Cic.* pro Balb. 16.

49 *Alibi*] 1, 3. 21.

50 *Hoſtes & amici*] *Liv.* 38, 11.

51 *Non nocendi*] De non invadendis finibus, & ut ſit utriuſque populi civibus in alterius terris ſecuritas.

52 *Po-*

52 populi ſeptem divina ſententia damnati, cujus ſententiæ exſe-
cutores erant delegati Iſraëlitæ *b* nam his in idololatria perſtanti- *b Deut.*
bus, & imperium detrectantibus, parcere vetantur, quibus iti- *VII, 1. &*
dem decreto divino additi ſunt *c* Amalecitæ. *ſeqq.*

2. Fœdera quoque 53 commerciorum, & quæ his ſimilia ad *c Deut.* *XXV, 17,*
utilitatem communem, aut alterius partis pertinent, inire cum *& ſeqq.*
profanis licet per legem. nihil enim reperitur quod obſtet. Et
exempla habemus federum, *d* quæ David & Solomo cum Hiro- *d II. Sam.*
mo Tyriorum rege fecerunt: ac notandum in ſacra hiſtoria *e* dici *V, 11.*
fedus hoc a Solomone factum juxta ſapientiam quam Deus ei *e I Reg. V,*
dederat. *12.*

3. Lex quidem Moſis *f* ſpecialiter imperat benefacere populari- *f Levit.*
bus, ἀγαπᾶν τὸν πλησίον· præterea 54 peculiaris victus & morum *XIX, 18. &*
ratio Judæis præſcripta familiarem cum hominibus cæteris con- *Deuter.*
ſuetudinem vix patiebatur. At hinc non ſequitur aut benefacere *XXII, 1.*
extraneis non licuiſſe, aut etiam laudabile id non eſſe, quod male
inde collegit poſteriorum magiſtrorum prava interpretatio: unde
illud Juvenalis de Judæis, (*Sat.* XIV, 103.)

*Non monſtrare vias eadem niſi ſacra colenti.*

quo loco exemplum 55 monſtrandæ viæ minime moleſta neque
ſumtuoſa beneficia indicat, quæ ignotis etiam tribuenda Cicero
*g* dicit & *h* Seneca. Eodem pertinet Taciti illud de iiſdem: *i Apud* *g De Offic.*
*ipſos fides obſtinata, miſericordia in promptu, adverſus omnes alios ho-* *I, 16.*
*ſtile odium.* Sic in novi federis hiſtoria legimus *k* ſæpe, non ſoli- *h De Benef.*
tos Judæos convivere 56 συγχρῆσθαι, συνεσθίειν, κολλᾶσθαι, προ- *IV, 29.* *i Hiſt. V, 5.*
σέρχεσθαι alienigenis. Et Apollonius Molo Judæis objiciebat, ὅτι *k Joan. IV,*
μὴ παραδέχοιντο τοὺς ἄλλαις προκατειλημμένους δόξαις περὶ Θεοῦ, μηδὲ *9. Act. X,*
κοινωνεῖν ἐθέλοιν τοῖς καθ' ἑτέραν συνήθειαν βίον ζῆν προαιρουμένοις· *non* *28. XI, 3.*
*admitti ab eis qui de Deo ſentirent alia, nec quicquam ipſis commune* *& alib.*
*eſſe cum his qui inſtitutis differrent:* Amici Antiochi apud Diodorum *Apud Joſe-*
Judæos accuſant: μόνους ἁπάντων ἐθνῶν ἀκοινωνήτους εἶναι τῆς πρὸς *phum, L.*
ἄλλο ἔθνος ἐπιμιξίας, καὶ πολεμίους ὑπολαμβάνειν πάντας· *ſolos ex* *II. contr.*
*omnibus populis inſociabiles eſſe extraneis, ita ut cæteros pro hoſtibus* *Apion. p.* *1079. C.*
*ducant.* Sequitur de iiſdem: μηδενὶ ἄλλῳ ἔθνει τραπέζης κοινωνεῖν τὸ *Eclog. ex*
παράπαν, μηδὲ εὐνοεῖν, *cum nulla gente alia menſam habere commu-* *Lib. 34.*
*nem, neque bene eos aliis velle.* Mox eis tribuitur μισανθρωπία *odium* *apud Phot.*
*humani generis.* Et apud Philoſtratum, Tyanenſis de Judæis: *Vit. Apoll.* *Tyan. L. V.* *c. 33. Ed.* *ab Olear.*

**GRONOVII.**

52 *Populi ſeptem*] I, 2. 2.

53 *Commerciorum*] Ut liceat navigare, & merces hinc inde transportare.

54 *Peculiaris victus*] Quod juſſi erant tot vulgaribus aliorum cibis abſtinere, ut immundis.

55 *Monſtrandæ viæ*] Ut ſit nemini non Judæo promiſcuum aliquod aut tralatitium officium facere, licet id non magis gravet, quam ſi digito monſtres viam prætereunti.

56 Συγχρῆσθαι] Uti familiaribus, una cibum capere, jungi & conglutinari, coire & conſueſcere.

m Abra-

*οἳ βίον ἄμικτον εὑρόντες, οἷς μήτε κοινὴ πρὸς ἀνθρώπους τράπεζα· vitæ genus adeo ſecretum ab humano commercio repererunt, ut ne menſam quidem cum aliis communem habeant.* Sicut & paſſim Judæis apud Joſephum objicitur, *τὸ ἄμικτον, τὸ ἀσύμφυλον, ἡ διαίτης ἀμιξία, inſociabilis vivendi ratio.*

*Joann.* IV. 4. At hunc non eſſe legis ſenſum Chriſtus nos docuit exemplo
7. ſuo, cum a Samaritide femina aquam accipere non recuſavit,
* 1 *Sam.* legis ubique obſervantiſſimus. Sed & olim * David apud popu-
XXVII *&c.* los irreligioſos perfugium ſibi quæſiverat, nuſquam eo nomine
† *Ant.* reprehenſus. Apud Joſephum † Solomoni templum dedicanti, &
VIII. 2. oranti ut Deus ibi etiam alienigenarum preces exaudiret, hæc tri-
pag. 265. buitur oratio: *ἡμεῖς οὐκ ἀπάνθρωποι τὴν φύσιν ἐσμὲν, οὐδὲ ἀλλοτρίως πρὸς τοὺς οὐχ ὁμοφύλους ἔχομεν· non ſumus inhumano ingenio neque male affecti erga extraneos.*

5. Excipiendi ab hac regula non illi tantum populi quos ſupra diximus, ſed inſuper Ammonitæ & Moabitæ, de quibus ſcriptum eſt Deut. XXIII, 6. *Non quæres proſperitatem eorum* (ita rectius hoc loco verteris שלמם quam pacem eorum) *nec bonum eorum ullis diebus tuis unquam.* Quibus verbis 57 federa benefica cum illis populis vetantur, non etiam jus belli conceditur: aut certe, quæ Hebræorum quorundam ſententia eſt, vetatur pax ab illis peti, non etiam oblata accipi. Certe 58 jus belli in Ammonitas
* *Jud* XI, Hebræis negatur Deut. II, 19: neque * Jephthes arma in eos
16. movit, niſi poſt tentatas æquæ pacis vias, neque David † niſi
† II *Sam.* atrocibus injuriis laceſſitus. De ſocietate bellica quæſtio ſupereſt.
X. 6. Ante legem, hanc quoque non illicitam fuiſſe cum profanis
*Gen.* XIV. gentibus, exemplo apparet m Abrahami, impios Sodomitas bello adjuvantis. Nec lege Moſis quicquam generaliter hac in re mutatum legitur. Atque ita videmus ſenſiſſe n 59 Aſmonæos, legis & peri-

GROTII.

m *Abrahami*] Idem cum Eſcole & Anero fœdus fecit. (*Gen.* XIV. 13.) Sic & David cum Achi & Naaſo, Solomon cum Ægyptiis, Aſa cum Benadado. [Vide I. *Sam.* XXVII. II. *Sam.* X, 2. I. *Reg.* III. I. & XV. 19.

n *Aſmonæos legis & peritos & reverentes admodum*] Laus eorum eſt in Thargumo Chaldaico, in libris Maccabaicis, in epiſtola ad Hebræos. Horum exemplum ſecuti Imperatores & reges Chriſtiani federa aut cum non Chriſtianis, aut cum non ſane Chriſtianis fecere, Conſtantinus cum Gothis & Vandalis, Juſtinianus cum Longobardis: cum Saracenis, Alanis, Gepidis, Francis, Suevis, Vandalis, Theodoſius, Honorius, Leo, Heraclius, Baſilius, Iſaacius Angelus, Palæologus: cum Mauris reges Hiſpaniæ Alfonſus Hiſpalenſis, Ramirus, Alfonſus Caſtus, Sanctius Caſtellæ, Ferdinandus cognomine Sanctus: Petrus Legionis rex: Alfonſus Caſtellæ rex prudentiſſimus: cum Tartaris Rodolphus Habspurgenſis. Adi *Johannem de Carthagena* libro III, c. I. de jure belli Romani Pontificis, c. I. Julius II. Pontifex Turcis uſus.

GRONOVII.

57 *Fœdera benefica*] Quæ non modo ſecuritatem, ſed etiam mutua officia & honores præſtant ineuntibus.

58 *Jus belli*] Ut liceat eos nihil lædentes bello laceſſere.

59 *Aſmonæos*] I, 4. 7. *num.* I.

o *Ad*

Digitized by Google

& peritos & reverentes admodum, ut ex religioſa ſabbathi obſervatione, 60 permiſſa ſola ſui tutela, non alio armorum uſu, apparet. Et hi tamen cum Lacedæmoniis & Romanis fœdus pepigere, approbantibus ſacerdotibus & populo: imo pro eorum ſalute ſacra publice fecerunt. Quæ vero contra adferuntur, cauſas habent peculiares. *I Macc. VIII. & XII.*

7. Nam ſi quos reges aut populos, extra eos qui in lege expreſſi erant, exoſos ſibi & infortunio damnatos per Prophetas Deus ſignificaſſet, eorum tutelam ſuſcipere aut cum iis arma ſociare haud dubie nefas erat. Huc illud pertinet Prophetæ o ad Joſaphatum de rege Iſraelis: *Te ne improbo opitulari, & eos diligere* p *qui Deum oderunt? At ob hoc ipſum exarſit in te Dei ira.* Nam infelicem belli exitum Micheas propheta jam ante prædixerat. Et alterius prophetæ ad Amaſiam: *Ne ito tecum exercitus Iſraelitarum: nam non adeſt Deus Iſraelitis, ulli inquam Ephraimitarum.* Hoc vero non venire ex natura federis, ſed ex perſonæ peculiari quadam qualitate, vel hinc evincitur, quod graviter increpitus eſt Joſaphatus, etiam diris additis, eo nomine quod commercii cauſa ſocietatem iniiſſet cum Ochozia rege Iſraelitarum, ſimilem ei, quam David & Solomo inierant cum Hiramo, quos eo nomine partim non reprehenſos, partim laudatos diximus. Nam quod additur Ochoziam impie egiſſe, debet ad totam ejus vitam referri, ob quam Deus ipſi omnibuſque ejus conatibus infenſus fuerit: quomodo hæc hiſtoria explicatur in libro cui nomen Conſtitutiones Clementis VI, capite XVIII. *II Paralip. XIX, 2.* *Ibid. XXV, 7.* *Ibid. XX, 37.*

8. Notandum & hoc, pejorem fuiſſe cauſam eorum qui 61 a Jacobo orti Deum bene cognitum deſeruerant, quam populorum extraneorum. Nam in defectores illos cæteri populares armabantur q lege quæ exſtat Deut. XIII, 13.

9. Eſt & ubi culpantur federa, ob 62 animi vitium unde procedebant: ita a Propheta reprehenſus Aſa, * quod ad ſocietatem ** II Paral. XVI, 2, 7. Eſai. VIII, 6.*

Syri

GROTII.

o *Ad Joſaphatum*] Joſephus: ᾐτιᾶτο τὴν πρὸς Ἄχαβον συμμαχίας ἄνθρωπον ἀσεβῆ καὶ πονηρόν. *accuſabat eum ſocietatis initæ cum Achabo homine impio ac ſcelerato.* (Antiq. Jud. IX. I. p. 297.B.)

p *Qui Deum oderunt*] Gratianus Valenti patruo contra Scythas opem petenti ſcripſit, ὡς οὐ δεῖ τῷ ἐχθρῷ τοῦ θεοῦ συμμαχεῖν· *fas non eſſe ſocialia arma jungere cum eo qui Dei ſit hoſtis.* Zonaras.

q *Lege quæ exſtat Deut.* XIII, 13.] Adde exemplum Joſuæ c. XXII.

GRONOVII.

60 *Permiſſa ſola ſui*] Ut ſabbato liceret tantummodo hoſtem aggreſſum repellere, non ultro aggredi, quamvis occaſio & ſpes victoriæ præſens appareat.

61 *A Jacobo orti*] Quales erant X tribus revulſæ a domo Davidica per Jeroboamum, qui & idololatriæ illis auctor fuerat, ne ſi quotannis Hieroſolymam proficiſcerentur ad templum viſendum, redirent ad reverentiam regum; a quibus deſciverant.

62 *Animi*] Intentionis, conſilii, propoſiti.

63 *Vitiat*

Digitized by Google

a Ibid. XVI, 12. Ambr. ad Rom. cap. 3. Auctor. imperfect. oper. ad Matth. c. XVI. b II Sam. XXIV. c II Reg. XX, 13. d Esa. XXXI, 1. e I Reg. III, 1. f Deuter. XXVIII, 7. g Prov. I, 15. XIII, 20. XXII, 24. XXIV. 1.

Syri ſe contuliſſet Deo diffiſus: quod oſtenderat cum res Deo ſacratas ad Syrum mitteret. Sed nempe Rex idem culpatus *a* quod in medicis ſpem poſuiſſet, non in Deo. Non ergo ex hac hiſtoria magis ſequitur, per ſe aut generaliter malum eſſe ſocietatem contrahere cum talibus quales erant Syri, quam medicos conſulere. Multa enim non illicita 63 vitiat animus, ut *b* cenſum in Davide, *c* theſaurorum oſtenſionem in Ezechia. Sic *d* alibi fiducia in Ægyptio poſita reprehenditur, cum tamen Solomoni *e* cum Ægyptio affinitatem contrahere licuerit.

10. Quibus & hoc addendum eſt, *f* Hebræos ſub ſtatu legis veteris diſertas habuiſſe promiſſiones victoriæ ſi legem obſervarent, quo minus recurrendum habebant ad humana auxilia. Exſtant quidem & apud Solomonem *g* ſententiæ non paucæ, de vitandis conſortiis impiorum. Sed hæc prudentiæ monita ſunt, non legis præcepta: & illa ipſa monita, ut moralia pleraque, plurimas habent exceptiones.

Victoria de Indis relect. 1. n. 15. & 17. Franc. Arias de bello n. 192. Cajet. 2, 2. q. 40. art. 1. Molin. tract. II. diſp. 112. * Matthæi V, 45. † Adv. Marcion. L. 4. c. 16.

X. 1. Lex autem Euangelii nihil hac in parte mutavit: imo magis etiam favet federibus, quibus hi qui a Religione alieni ſunt, in cauſa juſta ſublevantur, quia beneficentiam in quoſvis homines, data occaſione, non liberam modo reliquit & laudabilem, ſed & ſub præcepto poſuit. * Nam Dei exemplo, qui ſolem oriri facit bonis & malis, & pluvia utroſque humectat, jubemur nullum hominum genus a beneficiis noſtris excludere. Bene Tertullianus. † *Quamdiu 64 intra Iſraëlem erat ſacramentum, merito in ſolos fratres miſericordiam mandabat. At ubi Chriſto dedit gentes hereditatem & poſſeſſionem terminos terræ, & 65 cœpit expungi quod dictum eſt per Oſee: Non populus meus populus meus, & non miſericordiam conſecuta miſericordiam conſecuta, Natio ſcilicet; exinde Chriſtus in omnes legem fraternæ benignitatis extendit, 66 neminem excludens in miſeratione, ſicut in vocatione.*

Gal. VI, 10. lib. VII, cap. III. Off. 1, c. 30. Nic. IV. c. 12.

2. Quæ accipi oportet ſalva gradus differentia, ut in omnes ſimus benefici, præcipue tamen in religionis conſortes. In Clementis conſtitutionibus legimus: *πᾶσιν οὖν δίκαιον διδόναι ἐξ οἰκείων πόνων: προτιμητέον δὲ τοὺς ἁγίους· Omnibus largiendum de noſtra opera: ſed ita ut ſanctorum potior habeatur ratio. Perfecta liberalitas*, inquit Ambroſius, *fide, cauſa, loco, tempore commendatur, ut primum opereris circa domeſticos fidei.* Simile eſt illud Ariſtotelis: *οὐ γὰρ ὁμοίως προσήκει συνήθων καὶ ὀθνείων φροντίζειν· Neque enim par eſt æqualem curam ſubiri pro externis & pro amicis.* 3. Con-

GRONOVII.

63 *Vitiat animus*] Quæ per ſe ſunt innoxia, ſed culpantur, quia parum pio propoſito ſuſcipiuntur.

64 *Intra Iſraëlem erat ſacramentum*] Penes ſolos Iſraëlitas fœdus & Eccleſia.

65 *Cœpit expungi*] Impleri & q. ſolvi, quia pecuniâ ſolutâ expungitur vel deletur nomen debitoris in tabulis expenſi.

66 *Neminem excludens*] Omnium miſertus, ut omnes vocat.



Digitized by Google

3. Convictus etiam familiaris cum hominibus qui alieni ſunt à Religione non prohibetur: ac ne cum illis quidem, quorum pejor cauſa eſt, & qui a diſciplinæ Chriſtianæ regula deficiunt, omne interdicitur commercium, ſed familiare extra neceſſitatem, non etiam * quod emendandis ipſis ſpem præbet. Illud vero quod apud Paulum eſt, † *Ne jugum ducite cum alienis a fide: quod enim conſortium eſt juſtitiæ cum iniquitate, aut quæ commixtio eſt luci cum tenebris, aut quæ concordia eſt Chriſto cum Satana, aut quæ pars credenti cum non credente?* ad eos pertinet 67 qui in idoliis convivabantur, atque ita aut idololatriam committebant, aut certe committentium ſpeciem præbebant. Oſtendunt ſequentia: *Quæ conſenſio templo Dei cum idolis?* ſimilia illis quæ in priore ad Corinthios eoſdem: *Non poteſtis fieri participes menſæ Domini & menſæ dæmoniorum.*

** II Theſſ. III, 15.* *† II Corint. VI, 14. & ſeqq.* *I Cor. X, 21.*

4. Neque ab eo quod ſubeunda ſponte non ſunt profanorum imperia, nec conjugia cum eis contrahenda, recte procedet argumentum. Nam in utroque hoc caſu apparet majus periculum, aut certe plus difficultatis injici veræ Religionis uſui. Adde quod magis perpetua ſunt iſta vincula: & in matrimonio liberior electio, cum fœdera ex temporum & locorum occaſione ſumenda ſint. Sicut autem benefacere profanis malum non eſt, ita nec opem eorum implorare, ſicut Cæſaris & Tribuni auxilium Paulus invocavit.

*Sylv. verbo bellum 1. n 5. concl. 3. Pan. in c. quod ſuper. de voto.*

XI. 1. Nulla ergo hic intrinſeca aut univerſalis eſt pravitas, ſed † ex circumſtantiis æſtimanda. Cavendum enim ne nimia commixtio contagium adferat 68 infirmis; quam ad rem utile erit ſedes diſtingui, ſicut Iſraëlitæ ſeorſim ab Ægyptiis habitarunt. Neque enim ratione caret illud Anaxandridæ:

*Apud Athenæum, VII, 13. p. 299, 300.*

Οὐκ ἂν δυναίμην συμμαχεῖν ὑμῖν ἐγώ.
Οὔθ' οἱ τρόποι γὰρ ὁμονοοῦσ', οὔθ' οἱ νόμοι
Ἡμῶν· ἀπ' ἀλλήλων δὲ διέχουσιν πολύ.
*Ego eſſe veſter non queam commilito,*
*Quando nec leges, nec mores conſentiunt,*
*Sed multis inter ſe intervallis diſcrepant.*

Quo

GROTII.

† *Ex circumſtantiis æſtimanda*] Vide orationem Phartazæ ad Lazos apud *Agathiam* III. *Saxo* libro IX. in verbis Ludovici regis Francorum ad Haraldum: *Nullam poſſe animorum intervenire concordiam diſſona ſacra complexis, quamobrem petitorem opis primum religionis contubernio opus habere, neque magnorum operum conſortes exiſtere poſſe, quos ſuperna venerationis formula diſparaſſet.*

GRONOVII.

67 *Qui in idoliis convivabantur*] Accedebant ad epulas, de hoſtiis falſorum deorum inſtructas: quoties enim ſacrificarent, parvum quiddam de extis (proſicias dicebant) adolebant in altaribus: de reliqua hoſtia vel victima epulabantur vocatis amicis, & ſi quod inſuper ſupereſſet, in macellum mittebant.

68 *Infirmis*] Quibus ſcandalo & offenſioni ſit noſtra cum pravæ ſuperſtitionis cultoribus converſatio.

Eo ſ Lat-

Lib. I. c. 2. §. 9. n. 3. Quo pertinent & ea quæ alibi attulimus de religione Judæorum & Chriſtianorum in commilitio cum paganis.

Sylveſt. in verbo bellum, p. 1. n. 9. v. 3. * Libro I. c. 82. 2. Sed & ſi ex ſocietate tali 69 profanæ opes magnum ſint habituræ incrementum, abſtinendum erit extra ſummam neceſſitatem: In qua locum habet, quod in ſimili re dixit Thucydides. * *ἀνεπίφθονον δὲ, ὅσοι ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐπιβουλευόμεθα, μὴ Ἕλληνας μόνον, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους, προσλαβόντας διασωθῆναι·* *His qui inſidiis impetuntur, ut nos ab Athenienſibus, invidia fieri non debet ſi ſalutem quærunt non Græcorum modo ſed & barbarorum auxiliis.* Non enim 70 jus quodvis ſufficit ad id committendum, quod religioni, ſi non directe, indirecte tamen nociturum Matth. VI, 33. putetur. Quærendum enim primo loco eſt regnum cœleſte, id eſt, Euangelii propagatio.

Frod. l. IV, hiſtoria Remenſis c. 6. 3. Optandum eſſet, ut multi hodie principes ac populi in animum admitterent liberam & piam vocem Fulconis Archiepiſcopi quondam Remenſis, Carolum Simplicem ſic admonentis: *Quis non expaveſcat vos* ſ *inimicorum Dei amicitiam velle, ac in cladem & ruinam nominis Chriſtiani pagana arma & fœdera ſuſcipere deteſtanda? Nihil enim diſtat utrum quis ſe paganis ſociet, an abnegato Deo idola colat.* Exſtat apud Arrianum dictum Alexandri: *ἀδικεῖν μεγάλα τοὺς στρατευομένους ἐναντία τῇ Ἑλλάδι παρὰ τοῖς βαρβάροις, παρὰ τὰ δόγματα τὰ τῶν Ἑλλήνων·* *graviter eos delinquere qui adverſum Græcos Barbaris militarent, contra Græcorum jura.*

1 Cor. XII. 18. 26. XII. Illud hic addam, cum omnes Chriſtiani unius corporis membra ſint, quæ jubentur alia aliorum dolores ac mala perſentiſcere, ſicut id ad ſingulos pertinet, ita & ad populos qua populi ſunt, & ad reges qua reges pertinere. Neque enim pro ſe quiſque tantum, ſed & pro mandata ſibi poteſtate ſervire Chriſto debet. Hoc autem præſtare reges & populi non poſſunt, graſſante armis hoſte impio, t niſi alii aliis auxilio ſint: quod commode fieri nequit, niſi fedus eo nomine ineatur: quod fedus jam olim initum fuit, & princeps ejus creatus conſenſu communi 71 Romanus Imperator. Debent ergo Chriſtiani omnes ad cauſam hanc

com-

GROTII.

ſ [*Inimicorum Dei amicitiam velle*] Exemplum in Mancafa apud Nicetam rebus Iſaaci Angeli lib. II. Prædicatur pietas Emanuelis ducis Sabaudiæ, qui Cyprum ope Turcæ recuperare cum poſſet, noluit.

t [*Niſi alii aliis auxilio ſint*] Ad hanc rem vide *Marianam* libro XXX. *Parutam* libro IV. *Bizarum* VII. & XII.

GRONOVII

69 [*Profana opes*] Si ab ſocietate noſtra cum infidelibus & averſis a religione noſtra iſtorum in univerſum potentia contra omnes, qui nobiſcum ſunt religione conjuncti, etſi in præſens cauſa differant.

70 [*Jus quodvis*] Cauſa quæ non ſit maximi momenti, licet juſta, tantum valere apud quemquam debet, ut eam defendat ac tueatur cum detrimento notabili omnis Chriſtiani nominis.

71 [*Romanus Imperator*] Fridericus III. a. C. 1461. Videnda *Becleri* diſputatio *de Paſſagiis*.

communem pro virium modo viros aut pecunias conferre : quod quominus faciant non video quomodo poſſint excuſari, niſi ſi qui bello inevitabili, aut 72 non diſſimili malo domi diſtinentur.

XIII. 1. Solet ſæpe & illa incidere quæſtio, ſi plures bellum gerant, utri potius opem ferre debeat qui utrique eſt federatus. Hic primum ſciendum eſt, quod & ſupra diximus, 73 ad injuſta bella nullam eſſe obligationem. Quare u qui federatorum juſtam habet belli cauſam præferendus, ſi cum 74 extraneo res ſit. Etiam ſi cum alio federato: Sic oratione de Megalopoli oſtendit Demoſthenes, Meſſeniis ſociis contra Lacedæmonios item ſocios opem ferri ab Athenienſibus debere, ſi ab his incipiat injuria. Sed id ita verum; niſi convenerit hoc quoque ne adverſus eum auxilia mittere liceat. In pactione Hannibalis cum Macedonibus erat: *Hoſtium hoſtes erimus, exceptis regibus, civitatibus, & portubus quibuſcum fedus nobis & amicitia eſt.* Pag. 83. C. Polyb. L. VII. c. 2.

2. Quod ſi federati inter ſe committantur cauſis utrinque injuſtis, quod accidere poteſt, utraque parte abſtinendum erit. Sic in Leuctrica Ariſtidis quinta dicitur, *εἰ μὲν ἐπ' ἄλλους ἐκάλουν ῥᾳδίως ἄν· ἐπ' ἀλλήλους δὲ καλούντων, οὐκ ἐθέλειν χωρεῖν·* (ff) *ſi quidem in alios auxilium poſcerent, facile eſſe negotium : ſin ſociorum alter in alterum. nolle ſe miſceri.*

3. Quod ſi federati in alios bellent juſta quiſque de cauſa, ſi utrique auxilia mitti poſſunt, puta in milite aut pecunia, mittenda erunt, ut fit circa 75 creditores perſonales. At ſi ipſius qui promiſit præſentia requiritur, 76 quæ individua eſt, ratio poſtulat

x ut

GROTII.

u *Qui federatorum juſtam habet belli cauſam præferendus* ] Vide infra libro II, c. XXV. §. 4. In fidelitate Feudali dicitur : *Et ſi ſcivero velle te aliquem juſte offendere, & inde generaliter vel ſpecialiter fuero requiſitus, meum tibi, ſicut potero, præſtabo auxilium.* (Feud. II. 7.)

GRONOVII.

72 *Non diſſimili malo*] Diſſenſione ob religiones.

73 *Ad injuſta bella*] Etiamſi quis ſocietatem armorum promiſerit, ſi ſocium videat bellum palam injuſtum aggredi, non teneri ex promiſſo talem ſocium juvare.

74 *Extraneo*] Non fœderato.

75 *Creditores perſonales*] Chirographarios l. un. Cod. *Etiam ob chirographariam pec. pig. ten.* qui ſolo chirographo ſibi de pecunia credita caverunt; nam inter hos pecunia debitoris, ſi quæ libera eſt, in concurſu creditorum dividitur. Alii ſunt hypothecarii l. 1. §. 3. D. *de ſeparat.* l. 8. C. *qui bon. ced. poſſ* quibus pignore vel hypotheca proviſum eſt. Ex utriſque, quibus ob favorabilem crediti cauſam ante alios exigundi jus vel privilegium conceſſum eſt, *privilegiarii* l. 10. Princ. D. *de Pactis.*

76 *Quæ individua eſt* ] Neque enim poteſt quiſquam eſſe ſimul duobus locis.

(ff) Locus eſt *Tom.* II. pag. 220. *Ed. Paul. Steph.* ſed ubi, ſi expendatur ſeries orationis, manifeſta patebit agi, non de juſtitia aut injuſtitia belli, ſed de eo quod prudentia poſtulabat. *J. B.*



Digitized by Google

x ut præferatur cum quo antiquius eſt fedus; quod (gg) Acarna-
* Lib. IX. c. 25. nes Spartanis dicunt apud * Polybium: eodemque pertinet Con-
† Liv. VII. 31. ſulis Romani reſponſum Campanis datum: † *amicitias ita inſtitui par eſt,* y *ne qua vetuſtior amicitia ac ſocietas violetur.*

a Sylveſt. in verb. bellum p. 1. n. 7. 4. Sed addenda exceptio, *a* niſi fedus poſterius ultra promiſſionem aliquid habet, z 77 quod quaſi dominii tranſlationem in ſe contineat, puta ſubjectionis aliquid. a Nam & ſic in venditione dicimus priorem præferri, niſi poſterior dominium transtulerit.
b Lib. VI. c. 10. Sic Nepeſinis apud Livium *b* deditionis, quam ſocietatis, fides ſanctior. Diſtinguunt hæc alii ſubtilius; ſed quæ dixi, ut ſimpliciora, ita veriora arbitror.

Dec. conſ. 4c7. XIV. Finito tempore fedus tacite renovatum intelligi non debet, niſi ex actibus qui nullam aliam interpretationem recipiunt: non enim facile 78 præſumitur nova obligatio.

Dec. conſ. 265. & Cep. 451. 455, 461. XV. Si pars una fedus violaverit, poterit altera a federe diſcedere: nam capita federis 79 ſingula conditionis vim habent. Exemplo ſit illud apud Thucydidem:
L. I. C. 71. λύυσι τὰς σπονδὰς ὐχ οἱ δι' ἐρημίας ἄλλοις προσιόντες, ἀλλ' οἱ μὴ βοηθῦντες οἷς ἂν ξυνομόσωσι· *Soluti federis culpam ſuſtinent, non qui deſerti ad alios ſe conferunt, ſed qui quam jurati promiſerant opem, re non præſtant.* Alibi apud
Lib. IV. c. 23. eundem: ὅ, τι δ' ἂν τύτων παραβαίνωσιν ἑκάτεροι καὶ ὁτιῦν, τότε λελύσθαι τὰς σπονδάς· *Sed ſi vel tantillum ex dictis pars alterutra transgrederetur, rupta fore pacta.* Sed hoc ita verum eſt, ni aliter convenerit: quod fieri interdum ſolet, ne ob quaſvis offenſas a federe diſcedere liceat.

XVI. 1. Sponſionum tot eſſe materiæ poſſunt, quot federum. Diſtant enim hæc 80 perſonarum facientium poteſtate. Sed duo ſunt quæ de ſponſionibus quæri ſolent: (hh) Primum ſi improbe-
tur

**GROTII.**

x *Ut præferatur cum quo antiquius eſt fedus*] Vide de Feudis lib. IV, cap. 31. [Secundum diviſionem *Cujacii*: at *Lib.* II. *Tit.* 28. in fin. Ed. vulg.]

y *Ne qua vetuſtior amicitia ac ſocietas violetur*] Χρὴ φίλοις κατ' ἐχθρῶν συμμαχεῖν, ὐ κατὰ φίλων· *amicis auxilia ferenda contra hoſtes, non contra amicos,* dicit Ptolemæus Athenienſibus apud *Appianum* in legationum excerptis. [Sed aliò pertinet hic locus, ut patet ſtatim; nimirum ad caſum, de quo ſupra, §. 13. *n.* 1. in fine. [*J. B.*]

z *Quod quaſi dominii tranſlationem in ſe contineat*] Vide *Radevicum* II, 7.

a *Nam & ſic in venditione*] Edicto Theodorici, c. 138.

**GRONOVII.**

77 *Quod quaſi dominii*] *Flor.* 1, 16. *Erat cum utriſque fœdus, ſed hoc Campani ſanctius & prius omnium ſuorum deditione fecerant.* Adde 2, 12. 15.

78 *Præſumitur nova obligatio*] Quia plerumque habet aliquid oneroſi.

79 *Singula conditionis*] Ut ſi unum illorum migret vel non ſervet, pars altera alteram ſolvat.

80 *Perſonarum facientium*] *Fœdera* non faciunt niſi ſummæ poteſtates, aut earum mandato miniſtri: *ſponſiones* miniſtri ſine poteſtate ac mandato.

(gg) Immo *Aetoli*, adverſus *Acarnanes*, ore *Chlaneæ* Legati loquentes. Inſpice locum, quem diſtinctiùs in margine indicavi. *J. B.*

(hh) Confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 9. §. 12, 13. *J. B.*

b *Mi-*

Digitized by Google

tur a rege aut civitate ſponſio, in quid teneantur ſponſores, [81] ad id quod intereſt, an ad reſtituendam rem in eum ſtatum in quo erat ante ſponſionem, an ad [82] corpus dedendum. Prima ſententia videtur juri civili Romano congruere: ſecunda æquitati, quam in Caudina controverſia tribuni plebis L. Livius & Q. [83] Mælius urgebant: tertia uſu probata eſt, ut exemplis ſponſionum duarum nobilium [84] Caudinæ & Numantinæ apparuit. Sed illud ante omnia tenendum, eum qui ſummum imperium habet [85] nullam in partem obligari. Bene enim Romanis Poſthumius: *Hoſti nihil ſpopondiſtis: civem neminem pro vobis ſpondere juſſiſtis; nil ergo vobis nec nobiſcum eſt, quibus nihil mandaſtis, nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egiſtis.* Bene idem: *Injuſſu populi nego quicquam ſanciri poſſe, quod populum teneat:* & hoc non minus recte: *ſi quid eſt in quod obligari populus poſſit, in omnia poteſt.* Liv. IX. 9. Ibid.

2. Ergo nec ad id quod intereſt, nec ad reſtitutionem populus tenebatur: cum quo ſi negotium ſibi eſſe voluiſſent Samnites, retinere exercitum apud Furculas Caudinas debuerant, & Romam legatos mittere qui cum Senatu ac populo de pace ac fœdere agerent, ut [86] quanti ipſis eſſet exercitus incolumitas id ipſi æſtimarent. (ii) Tum demum ſi pactis ſtatum non eſſet, potuiſſent dicere, quod & ab ipſis & a [87] Numantinis dictum ait Vellejus, [88] publicæ violationem fidei non debere [89] unius lui ſanguine.

3. Majori ſpecie dici poteſt b milites omnes fuiſſe obligatos. Et certe æquum id eſſet, ſi ipſorum juſſu ac nomine contractum foret

GROTII.

b *Milites omnes fuiſſe obligatos* [Sic Numantini, ſi ſponſio non probaretur, exercitum ſibi dedendum cenſebant, ea ſponſione liberatum. [Hoc habere videtur ex *Oroſio*, Hiſt. V. 5. Ceterum idem modo laudatus Clar. *Thomaſius*, de hac quoque *Sponſione Romanorum Numantina* Diſſertationem ſcripſit, numero XIV. in eodem volumine. *J. B.*]

GRONOVII.

81 *Ad id quod intereſt*] Æſtimationem commodi, quod ex effectu habuiſſet is, cui ſponſio facta eſt & pro ea ſatisfactionem.

82 *Corpus dedendum*] Sponſoris.

83 *Mælius urgebant*] Et ipſi Samnites *Liv.* 9, 11.

84 *Caudina & Numantina*] *Flor.* 1, 16. & 2, 18.

85 *Nullam in partem*] *Salluſtius* Jugurt. 39. *Senatus ita, uti par fuerat, decernit, ſuo atque populi injuſſu nullum potuiſſe fœdus fieri.*

86 *Quanti ipſis eſſet*] Quid vellent concedere Samnitibus, ut exercitum ab illis obſeſſum & clauſum recuperarent incolumem.

87 *Numantinis*] Nam cum his quoque juxta turpe fœdus ictum eſt.

88 *Publicæ violationem*] Populum vel principem a perfidiæ crimine non excuſari, ſi, quo ne ſervet ſuo nomine promiſſum, ſæviat in miniſtrum promittendi, aut dedat, ut in eum ſæviatur.

89 *Unius*] Sponſoris.

(ii) Imprudenter quidem egerunt *Samnites:* ſed non minus propterea violatæ fidei publicæ rei fuerunt *Romani*. Oſtendit id Celeberrimus JCtus Hallenſis, CHRISTIANUS THOMASIUS, Diſſertatione ſingulari *De ſponſione Romanorum Caudina*, quæ ſexta eſt inter Lipſienſes. Plura dicemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*



Digitized by Google

ſoret a ſponſoribus, ut in pacto 90 quod Hannibal fecit cum Macedonibus factum videmus. Quod ſi c fide ſponſorum & d ſexcentorum, quos imperarunt, obſidum fuerunt contenti Samnites, habent quod ſibi imputent. Rurſum ſi ſponſores 91 præ ſe tulerunt poteſtatem publico nomine contrahendi, ex damno per dolum dato ad reſtitutionem tenebantur. Si id non apparet, tenebantur ad id 92 quod intererat ex vi negotii ratum haberi. Et hoc caſu non corpora tantum ſed & bona ſponſorum fuiſſent obligata Samnitibus, niſi pœnam vice ejus quod intereſt 93 expreſſiſſent. Nam de obſidibus convenerat, ut 94 capite luerent ſi pacto non ſtaretur. De ſponſoribus an eadem dicta ſit pœna in obſcuro eſt. Pœnæ autem ſtipulatio tali modo facta efficit, ut ſi factum præſtari nequeat, nihil aliud 95 ſit in obligatione: ſuccedit enim 96 certum loco incerti quod intereſt. Erat autem communis iſtorum temporum ſententia, etiam 97 vitam valide poſſe obligari.

4. Apud 98 nos autem, qui aliter ſentimus, exiſtimo tali ſponſione bona primum ad id quod intereſt, & ſi ea non ſufficiant, corpus ad ſervitutem obligari. e Fabius olim * Maximus cum pactum quoddam ejus cum hoſtibus factum ſenatus improbaſſet, fundum

* Scriptor de vir. Ill c. 43.

GROTII.

c *Fide ſponſorum* ] Ii erant conſules duo, quæſtores duo, præfecti IV, tribuni XII, narrante *Appiano*. Hi omnes dediti ex Caudino ſponſu: ex Numantino conſul ſolus, cæteris parcitum, ob Tiberium Gracchum, ut in Gracchorum vita narrat *Plutarchus*, (*pag.* 827. A.)

d *Sexcentorum quos imperarunt obſidum* ] Pontius filius apud *Appianum*: *τῶν τε ἱππέων ἐπιλέξομαι τοὺς ἐπιφανεστάτους, ὅμηρα τῶνδε τῶν συνθηκῶν, ἕως ἅπας ὁ δῆμος ἐπιψηφίζῃ. equitum potiſſimos deligam, qui obſides ſint, donec populus pacta firmet.* Satis eſſe obſides tenentis arbitrio relinqui cenſuere Luſitani in re ſimili. *Mariana* XXI, 12. Qui deditos accipiunt, pœnam remittere cenſentur. *Polybius* excerpto CXXII.

e *Fabius olim Maximus* ] Diodorus Siculus in excerptis Peireſcianis, *Valerius Maximus* IV, c. VIII. [Non *Diodorus Siculus*, ſed *Dion Cocceianus*, habet id, de quo Auctor noſter loquitur. Vide *pag.* 597. Excerptorum illorum, ab *H. Valeſio* editorum. *J. B.*]

GRONOVII.

90 *Quod Hannibal fecit* ] *Polybius lib.* 7, 2.

91 *Præ ſe tulerunt* ] Mentiti ſunt, ſe habere quam non habebant.

92 *Quod intererat* ] Quod pro ratione rei quæ agebatur æſtimari poterat velle ſibi præſtari Samnites, ſi pactum ratum non eſſet.

93 *Expreſſiſſent* ] Diſerte & clare in formula pacti poſuiſſent.

94 *Capite luerent* ] *Liv.* 9, 5.

95 *Sit in obligatione* ] Quam pœna ſcilicet.

96 *Certum loco incerti* ] Ante pœnam non definitam incerta erat æſtimatio ejus, quod intereſt, & poterat in quantumvis extendi. At poſtquam ea definita eſt, ceſſat æſtimatio incerti, & ſubit in ejus locum id, de quo convenerat certum.

97 *Vitam valide poſſe* ] 2, 21. 11. 3, 2. 6.

98 *Nos qui aliter ſentimus* ] Qui putamus hominem vitæ ſuæ dominum non eſſe, ut poſſit eam obligare, aut caput ſuum pignori opponere.

f Bru-

fundum ſuum ducentis millibus vendidit, & fidei ſatisfecit. Samnites vero [f] Brutulum Papium induciarum ruptorem ſimul cum bonis ſuis dedendum recte † cenſuerunt. † *Plut. Fabio Maximo, p. 178. Livius lib.* VIII. c. 39.

XVII. 1. Altera quæſtio eſt, an ſponſio obliget ſummam poteſtatem 99 ex notitia & ſilentio. Hic diſtinguendum primum an pure facta ſit ſponſio, an ſub conditione ſi rata haberetur a ſumma poteſtate. Nam hæc conditio non impleta (debent autem conditiones diſerte impleri) nullam facit ſponſionem. Quod recte convenit in ſponſionem Lutatii cum Pœnis: accedebat quod ea ſe populus, quia ſuo injuſſu facta erat, teneri negaverat: itaque publico conſilio aliud de integro fedus factum erat. *Liv. l.* XXI. c. 19. *Polyb. libro* III. c. 29.

2. Videndum deinde, an præter ſilentium res aliqua acceſſerit. nam ſine re aut facto aliquo, ſilentium non ſatis probabilem voluntatis conjecturam ſuppeditat, ut ex his, quæ de dominii derelictione 100 ſupra diximus, intelligi poteſt. Sed ſi actus aliqui acceſſerint, qui ad aliam cauſam probabiliter referri nequeant, tum recte intelligitur actus ratus eſſe habitus: quomodo probatum id quod cum Gaditanis convenerat, notat Cicero pro Balbo. *Cap.* 15, *& ſeqq.*

3. Silentium adverſus Carthaginienſes urgebant Romani, de pactione cum Aſdrubale facta. Sed cum illa pactio verbis concepta eſſet negantibus, ne Pœni amnem Iberum tranſirent, vix erat ut ſilentium ſolum ad inducendam ratihabitionem facti alieni valeret, quippe cum factum proprium nullum ſecutum eſſet, niſi aliquando Pœnus Iberum tranſire volens prohibitus à Romanis eſſet, eorumque dicto Pœni paruiſſent. talis enim actus vim habet actus poſitivi, nec manet intra fines 1 nude abnutivos. Quod ſi Lutatii pactio plures habuiſſet partes, & cæteras partes a jure communi abeuntes obſervatas a Romanis ſemper appareret, jam ſatis firma eſſet conjectura probatæ pactionis. *Polyb. & Liv. dictis locis.*

4. Reſtabat hic dicere aliquid de pactionibus, quas duces & milites non de eo quod ſummi eſt imperii, ſed de re privata ſua aut ſibi permiſſa faciunt: ſed de his agendi oportunior erit locus ubi ad ea quæ in bello accidunt perventum erit.

GROTII.

f *Brutulum Papium*] Dion excerpto legationum v.

GRONOVII.

99 *Ex notitia & ſilentio*] Eo quod actum a legato ſuo vel præfecto reſciverit, nec contradixerit.

100 *Supra diximus*] 2, 43.

1 *Nude abnutivos*] Quibus tantummodo aliquid negatur fieri debere, non ponitur, quid fieri debeat.

# CAPUT XVI.

## De interpretatione.

I. *Quomodo promiſſa obligent exterius.*

II. *Verba, ſi alia conjectura abſint, intelligenda ex proprietate populari.*

III. *Verba artis ex arte.*

IV. *Conjecturis uſum eſſe ex ambiguitate vocum, ex ſpecie repugnantiæ, aut quia ſponte ſe ingerunt:*

V. *Ut ex materia:*

VI. *Ex effectu:*

VII. *Ex conjunctis: origine, aut etiam loco:*

VIII. *Quo pertinet conjectura ex ratione movente, quæ quando & quomodo locum habeat.*

IX. *Diſtinctio ſignificationum in laxas & ſtrictas.*

X. *Diſtinctio promiſſorum in favorabilia, odioſa, mixta, aut media.*

XI. *Rejecta circa actus populorum aut regum differentia contractuum bonæ fidei, aut ſtricti juris*

XII *Ex dictis diſtinctionibus ſignificationum & promiſſorum regulæ formantur circa interpretationes.*

XIII. *An ſociorum nomine futuri veniant, & quatenus: ubi de fœdere Romanorum cum Aſdrubale, & ſimilibus controverſiis.*

XIV. *Quomodo interpretandum, Ne alter populus alterius injuſſu bellum gerat.*

XV. *De illis verbis, Liberam fore Carthaginem.*

XVI. *Quæ pacta perſonalia habenda, quæ realia, diſtinctionibus explicatur.*

XVII. *Fœdus cum Rege initum extendi ad Regem regno pulſum:*

XVIII. *Non ad regni invaſorem.*

XIX. *Promiſſum ei qui primus hoc fecerit, ſi plures ſimul fecerint, cui debeatur.*

XX. *Conjectura ſe ultro offerens: aut extendit, & quando id fiat:*

XXI. *Ubi & de mandato per aliud implendo:*

XXII. *Aut reſtringit: idque vel ex defectu originario voluntatis, qui colligitur ex abſurdo:*

XXIII. *Ex ceſſatione rationis unica:*

XXIV. *Ex materia defectu:*

XXV. *(Obſervatio circa conjecturas proxime dictas:)*

XXVI. *Vel ex caſus emergentis repugnantia cum voluntate: qui ſumitur ex illicito:*

XXVII. *Ex onere nimium gravi, habita ratione actus.*

XXVIII. *Ex ſignis aliis, ut ubi partes ſcripti inter ſe committuntur:*

XXIX. *Quæ tum regulæ obſervandæ ſint.*

XXX. *Scripturam in dubio ad contractus validitatem non requiri.*

XXXI. *Regum contractus interpretationem ex jure Romano non ſumere.*

XXXII. *Verba conditionem acceptantis, an offerentis, magis ſpectanda, per diſtinctionem explicatur.*

I. 1. Ipſum

Digitized by Google

I. 1. IPſum qui promiſit ſolum ſi ſpectamus, ſponte id præſtare obligatur in quod obligari voluit. 1 *In fide quid ſenſeris non quid dixeris co it andum*, inquit Cicero. Sed quia 2 interni De Off. 1.
actus per ſe ſpectabiles non ſunt, & certi aliquid ſtatuendum eſt, c. 13.
ne nulla ſit obligatio, ſi quiſque ſenſum quem vellet 3 ſibi affingendo liberare ſe poſſet; ipſa dictante naturali ratione jus eſt ei, cui quid promiſſum eſt, promiſſorem cogere ad id quod recta interpretatio ſuggerit. nam alioqui res exitum non reperiret: quod
4 in moralibus pro impoſſibili habetur. Hoc forte ſenſu cum de Pag. 378. D. Ed. H.
pactis egiſſet Iſocrates 5 præſcriptione adverſus Callimachum, Steph.
τούτῳ, inquit, νόμῳ κοινῷ πάντες ἄνθρωποι διατελοῦμεν χρώμενοι, ut recte eum locum emendavit vir eminentiſſimæ eruditionis Petrus Faber, (aa) *hac lege communi homines inter nos perpetuo utimur*, nec Græci tantum, ſed & Barbari, ut paulo ante idem dixerat.

2. Huc illud pertinet in antiqua federum formula apud Livium: Lib. 1.
*Sine dolo malo* a *utique ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt.* Rectæ c. 24.
interpretationis menſura eſt 6 collectio mentis ex ſignis maxime probabilibus. (bb) Ea ſigna ſunt duûm generum, verba & conjecturæ aliæ: quæ 7 aut ſeorſim conſiderantur, aut 8 conjunctim.

II. Si nulla ſit conjectura quæ ducat aliò, verba intelligenda ſunt ex proprietate, b non grammatica 9 quæ eſt ex origine, ſed populari ex uſu,

*Quem penes arbitrium eſt, & jus & norma loquendi.* Hor. ſt. Art. Poët. vers. 72.

Stulto

GROTII.

UTique ea hic hodie rectiſſime intellecta ſunt] Voca interpretanda, ut communiter ſumuntur, notant Hebræi ad *Num.* XXX.

b *Non grammatica quæ eſt ex origine*] Bene *Procopius* Vandalicorum I. ubi de voce agit Federatorum: τῷ χρόνῳ τὰς προσηγορίας, ἐφ' ὧν τέθειντο, ἥκιστα ἠξίωσε τηρεῖν. ἀλλὰ τῶν πραγμάτων ἀεὶ περιφερομένων ᾗ ταῦτα ἄγειν ἐθέλουσιν ἄνθρωποι, τῶν πρόσθεν ὠνομασμένων ὀλιγωρήσαντες· *longa dies non ſolet ſervare voces in quibus primum data ſunt ſenſu. vertuntur enim res ipſa quà volunt homines, vocabula illa primitus impoſita rebus nihil curantes.*

GRONOVII.

1 *In fide*] Scilicet data. Ubi quid promiſeris vel receperis.

2 *Interni actus per ſe*] 2. 4. 3.

3 *Sibi affingendo*] Dicendo ſe non hoc quod poſcitur, ſed aliud cogitaſſe & intellectum voluiſſe.

4 *In moralibus*] In practicis, in prudentiis & artibus; in his materiis, quæ agendo explicantur.

5 *Præſcriptione*] Παραγραφικῷ ſive Exceptione, qua demonſtrat adverſario contra ſeſe actionem non eſſe.

6 *Collectio mentis*] Indagatio & explanatio ſententiæ dictorum.

7 *Aut ſeorſim*] Ut extra ſignificationem verborum aliunde arceſſantur.

8 *Conjunctim*] Ut conjecturæ petantur ex verbis.

9 *Quæ eſt ex origine*] Multis enim verbis longe aliam ſignificationem impoſuit uſus, quam ea primitus ex origine acceperant.

(aa) In toto iſto Capite perpetuo conferendus PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 12. cum Notis noſtris. *J. B.*

(bb) In Opere *Semeſtrium*, Lib. I. Cap. 7. in fine. *J. B.*



Digitized by Google

Stulto ergo perfidiæ effugio uſi ſunt c Locri, cum polliciti ſe pactis ſtaturos quamdiu terram hanc inſiſterent & capita humeris geſtarent, terram calceamentis injectam, & aliorum capita humeris impoſita abjecerunt, quaſi eo modo religione ſe poſſent exſolvere, quæ hiſtoria apud Polybium exſtat: ac ſimilis perfidiæ exempla aliquot apud Polyænum, quæ tranſcribere nihil opus eſt, quia controverſiam non habent. Ejuſmodi fraudibus recte dixit Cicero adſtringi, non diſſolvi perjurium.

*De Off.* III. c. 32.

III. d In artium autem vocabulis, quæ populus vix capit, adhibenda erit artis cujuſque prudentum definitio, ut quid ſit majeſtas, quid parricidium, quæ 10 ad finitivum ſtatum referunt oratoriæ artis magiſtri. Vere enim dictum a Cicerone Academicarum primo: *Dialecticorum verba nulla* 11 *ſunt publica, ſuis utuntur: & id quidem commune omnium fere eſt artium.* Sic ſi in pactis de exercitu dictum fuerit, definiemus exercitum eſſe eam militum multitudinem, quæ palam fines hoſticos auſit invadere. nam paſſim opponunt hiſtorici id quod furtim fit aut latrocinantium more, & quod juſto fit exercitu. Quare pro viribus hoſtium æſtimandum, quæ copiæ exercitum faciant. Cicero exercitum vocat ſex legiones & auxilia. Polybius Romanum exercitum plerumque ait conſtitiſſe 12 ſexdecim millibus (cc) Romanorum, viginti ſociorum. at minor quoque numerus implere poteſt ejus nominis menſuram. Nam Ulpianus exercitui præeſſe eum ait, qui vel uni legioni cum auxiliis præeſt: id eſt, ut Vegetius * exponit, decem millibus peditum, duobus millibus equitum. Et Livius in octo millibus (dd) ſpeciem ponit juſti exercitus. Pari modo

*Cap.* 7.

*Parad.* VI.

*L.* 2. *D. de his qui not. infamia.*

* *Libro* III. *cap.* I. *De Re Milit.*

GROTII.

c *Locri*] Polybius lib. XII. (c. 4.) Simile quod Bœoti urbem polliciti reddere, non ſtantem ſed everſam reddidere. *Thucyd.* v. (*Cap.* 42.) & quod Mahumetes Sultanus, Eubœa capta, eum diſſecuit cui caput incolume fore promiſerat.

d *In artium autem vocabulis*] Auguſtinus in rhetoricis: *Ut multa nova tam a technicis & mathematicis quam a philoſophis cognominantur, accipere debemus non tam pro ſolito uſu conſuetudinis, quam pro conditione præcepti.*

GRONOVII.

10 *Ad finitivum ſtatum*] Conſtitutionem ex definitione, quum in controverſia eſt, quo nomine factum appelletur *Cic.* I. de Invent. 8. Ad Herennium I, 12. *Finitionem* vocat *Quintil.* 7, inſt. 3.

11 *Sunt publica*] Vulgo & indoctis nota.

12 *Sexdecim millibus*] Quatuor legionibus, ſingulas 4000. ped. 300. equ. *Polyb.* I, cap. 16. *Vegetius* 2, 2. *Romani legiones habent, in quibus ſingulis ſena millia, interdum amplius, militare conſueverunt.* cap. 6. *Legio plena, quæ habet pedites ſex millia centum, equites* I) CCXXVI.

(cc) Nimirum peditum. Sed accedebat præterea etiam Equitatus, ut ex ſequentibus patet, *Hiſt.* Lib. III. Cap. 72. Vide & *Iſ. Caſauboni* Notam in *Lib.* I. *Cap.* 16. pag. 21. Ed. Amſt. *J. B.*

(dd) Prima Editio ſola habet heic in margine, *Lib.* XXV. Locus eſt *Cap.* 6. *Speciem juſti exercitûs feciſſemus.* Sed reliquiæ cladis Cannenſis, de quibus heic agitur, & quæ *Venuſiam* redierant, erant tantum quatuor millia hominum, ut narravit ſupra Hiſtoricus, *Lib.* XXII. *Cap.* 54. init. *J. B.*

e *Ars*

modo de claſſe erit æſtimandum. Sic e arx eſt locus, qui arcere hoſtilem exercitum ad tempus poſſit.

IV. 1. Conjecturis aſſumtis opus eſt, ubi verba aut verborum complexio ſunt πολύσημα, id eſt, *plures ſignificationes recipiunt.* Hunc locum Rhetores vocant 13 ἐξ ἀμφιβολίας. Dialectici ſubtilius, ſi in una voce ſenſus eſſe plures poſſent, ὁμωνυμίαν, ſi in complexione, ἀμφιβολίαν. Similiter conjecturis opus eſt, quoties in pactis eſt ἐναντιοφανεία, *ſpecies quædam repugnantiæ.* Tunc enim conjecturæ quærendæ ſunt, quæ partes alias aliis concilient, ſi fieri poteſt. nam ſi certa ſit pugna, quod poſterius inter contrahentes placuit, prioribus derogabit: quia uno tempore nemo contraria potuit voluiſſe; & ea natura eſt actuum qui a voluntate pendent, ut novo actu voluntatis diſcedi inde poſſit, 14 ſive μονομερῶς *ex parte una*, ut in lege & teſtamento, ſive conjunctim, ut in contractibus & pactis. Hunc locum Rhetores vocant 15 ἐξ ἀντινομίας. Et his quidem caſibus, verborum evidens obſcuritas cogit recurrere ad conjecturas.

2. Interdum vero ipſæ conjecturæ ita evidentes ſunt, ut ſponte ſe ingerant, etiam contra receptionem verborum ſignificatum. Hunc locum Græci Rhetores vocant περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας. Latini 16 ex ſcripto & ſententia ſcripti. Loci autem ex quibus voluntatis conjecturæ promuntur, præcipui ſunt 17 ex materia, ex effectu, ex conjunctis.

V. f Ex materia, ut vox diei, ſi triginta dierum pactæ ſint induciæ, non debet de diebus 18 naturalibus, ſed 19 civilibus intelligi: id enim materiæ congruit. Ita verbum 20 donare * ſumitur pro

*Everh. in loco a ſubjecta materia*

* L. 15. §. 4. D. Locati conducti.

GROTII.

e *Arx eſt locus, qui arcere hoſtilem exercitum ad tempus poſſit*] Servius ad 1. Æneidos: *Arces dictæ ab eo quod eſt arceo, quod inde hoſtes arcentur, hoc eſt prohibentur.* (Ad verſ. 20.)

f *Ex materia*] Tertullianus de pudicitia: *ex materia dicti dirigendus eſt ſermo.* Idem habet libro de Reſurrectione carnis. [In hoc opere leguntur verba ab Auctore adlata, niſi quòd pro voce *ſenſus* malè ſcripſerit *Sermo.* Cap. 37. In Libro autem *de Pudicitia* Cap. 8, *& ſeqq.* ex hac regula nonnulla loca Scripturæ interpretari conatur *Tertullianus*; verba autem ipſa regulæ non reperio. *J. B.*

GRONOVII.

13 Ἐξ ἀμφιβολίας] *Ex ambiguo*, ad Herenn. 1, 12. *Ambiguum* vel *amphiboliam*, Quintil. 7, 9.

14 *Sive μονομερῶς*] Sive ſufficiat unius perſonæ voluntas, ut cum legiſlator legem, teſtator teſtamentum mutat; ſive plures & minimum duos conſentire oportet.

15 Ἐξ ἀντινομίας] Ex arbitrariis legibus, ad Herenn. 1, 11. *Antinomian*, Quintil. 7, 7.

16 *Ex ſcripto & ſententia*] 1. ad Herenn. 11. *ex ſcripto & voluntate*, Quintil. 7, 6.

17 *Ex materia*] Cum aliquid in noſtrum commodum interpretamur ideo, quia verba in tali materia ita accipi ſoleant.

18 *Naturalibus*] Qui conſtant, dum ſol eſt ſupra hemiſphærium noſtrum.

19 *Civilibus*] Qui ſunt 24. horarum l. 8. D. *de Feriis & dilat.* Gell. 3, 2

20 *Donare pro tranſigere*] Litem finire remittendo de jure ſuo ante ſententiam judicis, *Sueton.* Calig. 40.

g Com-

pro tranſigere ex negotii qualitate. Sic armorum vox, quæ modo belli inſtrumenta, modo milites armatos ſignificat, pro materia aut hunc aut illum in modum erit interpretanda. Ita homines qui reddere promiſit, vivos non mortuos reddere debet, contra quam cavillati ſunt 21 Platæenſes. Et ferrum deponere juſſi, ſatisfecerunt ſi gladium deponant, 22 non & fibulas, (ee) quod Pericles argutabatur: & exitus ex urbe liber intelligi debet, ita ut & iter tutum ſit, contra quam fecit 23 Alexander. Et pars dimidia navium in diviſione, integrarum intelligi debet, non ſectarum, contra quam (ff) Romani Antiocho fecerunt. De ſimilibus idem eſto judicium.

*Everb. in loco ab abſurdo.*

VI. Ex effectu, in quo præcipuum eſt ſi vox ex uſu receptiore ſumta effectum poſt ſe traheret a ratione alienum. In ambigua enim voce ea potius accipienda eſt interpretatio †, quæ vitio caret. Itaque non admittenda (gg) Braſidæ cavillatio *, qui pollicitus agro Bœoto ſe deceſſurum, negabat agrum Bœotum eſſe quem exercitu inſideret, quaſi de bellica poſſeſſione non de finibus antiquis ea vox intelligenda eſſet: quo ſenſu inanis fuerat pactio.

† *L. In ambigua. D. de legibus.*
* *Thuc.* IV. c. 98.

*Everb. in loco a conjunct. duarum leg.*

VII. g Conjuncta ſunt aut origine, aut etiam loco. Conjuncta origine ſunt, quæ ex eadem voluntate proficiſcuntur, etiamſi alio loco & occaſione dicta, unde conjectura naſcitur, quia 24 in dubio voluntas creditur ſibi fuiſſe conſentiens. Sic apud Homerum quod dictum erat inter Paridem & Menelaum * ut victori Helena cederet, ex † poſterioribus ita erit exponendum, ut victor is demum intelligatur qui alterum occiderit. Rationem reddit Plutarchus: a οἱ δικασταὶ τῷ μηδὲν ἀμφισβητήσιμον ἔχοντι προστίθενται, τὸ ἀμφίσβητον ἐάσαντες· *judices accedunt ei quod minus ambiguum eſt, omiſſo eo quod eſt obſcurius.*

* *Iliad.* III. 92, 93.
† *Ibid.* vers. 281, 309.
a *Plut. Symp.* IX, 13.

VIII. Inter ea quæ & loco conjuncta ſunt, vim præcipuam habet

GROTII.

g *Conjuncta ſunt aut origine, aut etiam loco*] Bene *Auguſtinus* contra Adimantium c. 4. *Particulas quaſdam de ſcripturis eligunt quibus decipiant imperitos, non connectentes quæ ſupra & infraſcripta ſunt, ex quibus voluntas & intentio ſcriptoris poſſit intelligi.*

GRONOVII.

21 *Plataenſes*] *Thucydid.* initio l. 2. (c. 5. 6.)

22 *Non & fibulas*] Quibus adſtringebat pallia.

23 *Alexander*] *Diod. Sic.* 17, 84. *Polyænus* Str. 4, 3, 20. *Alexand.* 257. [Adde *Plutarchum*, Vit. Alex. p. 698. C. quam forte laudare voluit Vir Doctiſſimus, in fine iſtius Notulæ. *J. B.*]

24 *In dubio*] Ubi non exploratum eſt aliquem voluntatem mutaſſe, creditur idem velle quod aliquando ſe voluiſſe ſignificavit.

(ee) Refert id FRONTINUS, *Strategem.* Lib. IV. Cap. 7. num. 17. *J. B.*

(ff) Narrat illud VALERIUS MAXIM. *Lib.* VII. *Cap.* 3. §. 4. Verum aliter LIVIUS, XXXVIII, 39. *J. B.*

(gg) Non *Braſida*, Ducis *Lacedæmoniorum*, ſed Præconis ab *Athenienſibus* miſſi. Inſpice locum *Thucydidis*, in ora libri diſtinctiùs deſignatum. *J. B.*

h Ratio

habet h 25 ratio legis, quam cum mente multi confundunt, cum unum ſit ex indiciis quibus mentem venamur. Eſt tamen inter conjecturas hæc validiſſima, ſi certo conſtet aliqua ratione tanquam cauſa unica voluntatem fuiſſe motam. nam ſæpe rationes ſunt plures: interdum & 26 præter rationem voluntas ſemet ex vi libertatis ſuæ determinat, quod ad obligationem producendam ſufficit. Hoc modo (hh) donatio ob nuptias facta vim non habebit, ſi nuptiæ ſecutæ non ſint.

IX. Cæterum ſciendum eſt, voces multas habere ſignificationes plures, alteram ſtrictiorem, alteram laxiorem: quod multis ex cauſis evenit, aut quia ſpecierum uni nomen generis adhæret, ut in vocibus 27 cognationis & adoptionis, item in nominibus 28 maſculinis quæ etiam pro communibus ſumi ſolent ubi deſunt communia; aut quia uſus artis latius patet quam uſus popularis, ut i 29 mors in jure civili ad deportationem producitur, cum apud populum aliud ſignificet.

X. Simul notandum eſt, eorum quæ promittuntur alia eſſe (ii) favorabilia, alia odioſa, alia mixta, aut media. Favorabilia ſunt quæ 30 æqualitatem in ſe habent, & quæ communem ſpectant utilitatem, quæ quo major eſt atque latius patet, eo major eſt promiſſi favor, ut eorum quæ ad pacem faciunt major quam ad *Ak. v. reſp. 17.*

GROTII.

h *Ratio legis*] Cicero pro A. Cæcina: *non alia eſt ratio juris in hoc genere duntaxat, utrum me tuus procurator dejecerit, is qui legitime procurator dicitur omnium rerum ejus qui in Italia non ſit, abſitve reipublicæ cauſa, quaſi quidam pæne dominus, hoc eſt, alieni juris vicarius: an tuus colonus, aut vicinus, aut cliens, aut libertus, aut quivis, qui illam vim dejectionemve tuo rogatu, aut tuo nomine fecerit.* (Cap. 20.)

i *Mors in jure civili ad deportationem producitur*] Vide *Guicciardinum* libro XVI. ubi de pactis Caroli V. ad Mediolanenſem ducatum pertinentibus ſermo.

GRONOVII.

25 *Ratio legis cum mente*] Ratio eſt cauſa quæ legiſlatorem movit, ut legem poneret; mens, ſententia ſeu id quod ex verbis recte acceptis colligitur.

26 *Præter rationem voluntas*] Non ratio, ſed libido, ſed fortuitus animi motus facit decernere, conſentire, promittere.

27 *Cognationis*] Nam *cognatio* in genere eſt vel *agnatio* vel *cognatio* in ſpecie: *adoptio* eſt vel *arrogatio* vel *adoptio.*

28 *Maſculinis*] L. 1. *de V. S. Verbum hoc*, Si QUIS, *tam maſculos quam feminas complectitur.*

29 *Mors in jure*] Sic deportati pro mortuis habentur. l. 4. §. 2. D. *de bon. libert.* L. 1. §. 8. *de bon. poſſ. cont. tabb.*

30 *Æqualitatem*] In quibus par & æqualis utriuſque partis ſit conditio, atque ambabus conſulitur.

(hh) Exemplum iſtud non ſuo loco poſitum, quum partineat ad ſuperiora, *Si certo conſtet aliqua ratione tanquam cauſſa unicâ* &c. Deinde ibi nihil obſcurum, nihil ambiguum: & exceptio manifeſto ſequitur ex naturâ ipſius rei. *J. B.*

(ii) Diſtinctionem illam nec ſatis certo fundamento niti, & parum utilem eſſe, oſtendimus, poſt alios, in Notis noſtris ad PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* §. 12, *& ſeqq.* Capitis huic reſpondentis, & antea indicati. *J. B.*

k Ad

ad bellum, & belli 31 ob tuitionem ſuſcepti major quam aliis de cauſis. Odioſa ſunt quæ partem alteram tantum, aut plus alteri onerant, & quæ pœnam in ſe continent, & quæ actus faciunt irritos, & quæ de prioribus aliquid immutant. Quod ſi mixtum ſit aliquid, ut mutans quidem priora, ſed pacis cauſa, id pro magnitudine boni aut mutationis modo favorabile, modo odioſum cenſebitur, ita tamen ut, cæteris paribus, favor cenſeatur potior.

*Gl. in l. non poſſunt. D. de legibus.*

XI. Diſcrimen 32 actuum bonæ fidei & ſtricti juris, (kk) quatenus ex jure eſt Romano, ad jus gentium non pertinet. Poteſt tamen aliquo ſenſu huc aptari, ut ſcilicet ſi quibus in regionibus actus aliqui 33 formam quandam habeant communem, ea quatenus immutata non eſt, actui ineſſe intelligatur: in aliis autem actibus, qui per ſe ſunt indefiniti, qualis eſt donatio, & liberalis promiſſio, magis ſtetur dictis.

XII. 1. His poſitis hæ tenendæ ſunt regulæ. In non odioſis ſumenda verba ſecundum totam proprietatem uſus popularis, & ſi plures ſint, eam quæ latiſſima eſt; quale eſt ut maſculinum ſumatur pro genere communi, & indefinita locutio pro univerſali. Sic 34 verba hæc, *unde quis dejectus eſt*, etiam ad eum reſtituendum pertinebunt 35 qui vi vetitus eſt ad ſuum accedere. nam vox laxius ſumta fert eam ſignificationem, ut recte Cicero pro A. Cæcina diſputat.

*Bart. in l. Si is qui pro emtore, D. de uſuc. Covar. III. Var. c. 5. n. 5. Tiraq. in leg. connub. Gl. 5. n. 11.*

2. In favorabilioribus, ſi is qui loquitur jus intelligat, aut peritorum juris conſilio utatur, verba laxius ſumenda, ut etiam includant 36 ſignificationem artis, aut quam lex dedit. k Ad ſignificationes autem plane improprias non recurrendum, niſi alioqui abſurdum aliquid, aut 37 pacti inutilitas ſequeretur. Ex contra-



GROTII.

k *Ad ſignificationes autem plane improprias non recurrendum, niſi alioqui abſurdum aliquid, aut pacti inutilitas ſequeretur*] Vide exemplum in l. cum virum, 16. C. de Fideicommiſſis.

GRONOVII.

31 *Ob tuitionem*] Ad fines ſuos defendendos quam ad acquirendum aut ulciſcendum.

32 *Actuum bonæ fidei &*] §. 28. inſtit. *de action.* Infr. 3, 21. 16.

33 *Formam quandam*] Continere aliquid & ſecum trahere vulgo exiſtimentur, adeo ut iſto actu nominato alterum quoque factum intelligatur. Hoc ideo monet, quia in ſtricti juris actiones tantummodo venit illud quod nominatim conventum eſt, & quod ipſi contractui ineſt ex definitione juris: at in bonæ fidei judiciis multa veniunt, quæ nominatim non placuerunt, ſed quæ præſtari æquum bonumque ducit officium judicis.

34 *Verba hæc, Unde quis*] In interdicto recuperandæ poſſeſſionis, quod *Unde vi* appellatur §. 6. Inſtit. *de Interd.*

35 *Qui vi vetitus*] Cui vi & manu præcluſus eſt aditus ad prædium ſuum. non tantum de illo qui tractus inde aut exturbatus eſt.

36 *Significationem artis*] Non populari tantum uſu ſumantur.

37 *Pacti inutilitas*] Ut pactum vanum ſit & effectu careat.

(kk) Vide eumdem PUFENDORFIUM, *Lib.* V. *Cap.* 2. §. 8. *J. B.*



Digitized by Google

rio verba etiam ſtrictius quam fert proprietas ſumenda erant, ſi id neceſſarium erit ad vitandam iniquitatem vel abſurditatem: at ſi non talis eſt neceſſitas, ſed manifeſta æquitas vel utilitas in reſtrictione, ſubſiſtendum erit intra arctiſſimos terminos proprietatis, niſi circumſtantiæ aliud ſuadeant.

3. In odioſis vero etiam [38] ſermo figuratus aliquantulum admittitur, quo onus vitetur. Itaque in donatione & juris ſui remiſſione, verba, quantumvis generalia, reſtringi ſolent ad ea de quibus veriſimiliter eſt cogitatum. Et in hoc rerum genere [39] occupatum nonnunquam id demum intelligetur, quod ſpes ſit poſſe retineri. Sic auxilia promiſſa ab una tantum parte intelligentur deberi impendiis ejus qui poſtulabit. Bart. iv. conſ. 92.

XIII. 1. Illuſtris eſt quæſtio, ſociorum nomine veniant tantum qui erant federis tempore, an & futuri, ut in federe facto inter populum Romanum & Carthaginienſem poſt bellum de Sicilia: [40] *Utriuſque populi ſocii ab utroque populo tuti ſunto.* Hinc Romani inferebant, etiamſi fedus cum Aſdrubale ictum de Ibero amne non tranſeundo, nihil ipſis prodeſſet, quod Carthaginienſes id ratum non habuiſſent, tamen ſi Carthaginienſes factum Annibalis oppugnantis Saguntinos, quos poſt fedus Romani ſocios adſciverant, probarent, bellum indici ipſis poſſe tanquam federe violato. Rationes ita [41] Livius exponit: *Satis cautum erat Saguntinis, ſociis utrorumque exceptis. nam neque additum erat iis qui tunc eſſent,* [1] *nec, ne qui poſtea aſſumerentur. & cum aſſumere novos liceret ſocios, quis æquum cenſeret,* [42] *aut ob nulla quenquam merita in amicitiam recipi, aut receptos in fidem non defendi, tantum ne Carthaginienſium ſocii aut ſollicitarentur ad defectionem, aut ſua ſponte deſciſcentes reciperentur?* Quæ ferme ad verbum [43] de Polybio ſumta apparet. Quid dicemus? Quin verbum ſociorum & ſtrictam illam de iis qui erant federis tempore, & ampliorem alteram ſignificationem quæ ad futuros quoque porrigitur, recipere poſſit ſalva ratione recti ſermonis, dubitandum non eſt. Utra ergo præferenda ſit interpretatio, ex regulis ante traditis erit viden-

Lib. xxi. c. 19.

Hiſt. l. iii. c. 29.

GROTII.

1 *Nec, ne qui poſtea aſſumerentur*] Quod additum in pace Peloponneſiaca inter Lacedæmonios & Athenienſes. Thuc. lib. v. (c. 18.)

GRONOVII.

38 *Sermo figuratus*] Tralatus, diſcedens a proprietate verborum.

39 *Occupatum*] Ut in agris arcifiniis, 2, 3, 16. [Non agitur de tali occupatione, ut attendenti ſatis patet. J. B.

40 *Utriuſque populi ſocii*] Polybius 3, 27. τὴν ἀσφάλειαν ὑπάρχειν παρ' ἑκατέρων τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις.

41 *Livius lib. XXI*] 19.

42 *Aut ob nulla quenquam*] Aut nullius in poſterum populi erga ſe merita facere tanti debere vel Rom. vel Pœnos, ut ob illa fœdus ei ſociale darent; aut ſi dediſſent, pericula eorum deſtituere & indefenſos prodere.

43 *De Polybio Hiſt. l. III.*] 29.

Quo

Digitized by Google

dendum: ſecundum quas dicimus, (ll) futuros non comprehendi, quia agitur de federe rumpendo, quæ odioſa eſt materia: & de adimenda Carthaginienſibus libertate, eos qui injuriam ipſis feciſſe crederentur armis cogendi; m quæ libertas eſt naturalis, nec temere abdicata cenſetur.

2. Ergo Romanis adſciſcere in ſocietatem Saguntinos, aut adſcitos defendere non licuit? Imo vero licuit, non ex vi federis, ſed ex jure naturali, quod federe non erat abdicatum: ita ut Saguntini apud utroſque eo eſſent loco, quaſi nihil de ſociis conveniſſet: quo caſu nec Carthaginienſes contra fedus erant facturi, ſi in Saguntinos arma moverent quæ juſta arbitrarentur, *Polyb. hiſt. L. III. c. 25.* nec Romani ſi eos defenderent. Plane ſicut Pyrrhi tempore inter Carthaginienſes & Romanos convenerat, ut ſi eorum populorum alter cum Pyrrho fedus faceret, ita faceret ut jus auxilia mittendi ei, quem Pyrrhus bello impeteret, ſalvum maneret. Non dico juſtum utrinque bellum eſſe potuiſſe; ſed n nego pertinuiſſe hoc ad federis violationem: quomodo in quæſtione de *Lib. III. c. 26.* auxilio Mamertinis miſſo a Romanis diſtinguit Polybius, an juſtum id fuerit, & an per fedus licuerit.

3. Et hoc ipſum eſt, quod Corcyrenſes apud Thucydidem ** Lib. I. c. 35.* * dicunt Athenienſibus, licere ipſis ſibi auxilia mittere, nec obſtare quod Athenienſes habebant cum Lacedæmoniis fedus, quando per id fedus novos ſocios adſciſcere liceret. Atque eam ſententiam ſecuti ſunt Athenienſes poſtea, imperato ſuis, ne in *Ibid. c. 45.* Corinthios pugnarent, niſi ubi ii deſcendere pararent hoſtiliter in Corcyram, aut in aliquod ſolum ditionis Corcyrenſium, ne ſcilicet fedus rumperent. Non pugnat autem cum federe, ut quos alii offenderent, hi defenderentur ab aliis,

o ma-

GROTII.

m *Qua libertas eſt naturalis, nec temere abdicata cenſetur*] Romani Samnitibus Sidicinos bello petere volentibus, petentibuſque ut id per Romanos fieri liceret, reſponderunt, *nihil intercedi, quo minus Samniti populo pacis bellique liberum arbitrium ſit.* Livius lib. VIII. (c. 2.) In Antiochi federe eſt: *Si qui ſociorum populi Romani ultro bellum inferrent Antiocho, vim ei arcendi jus eſto: cum ne quam urbem aut belli jure teneat, aut in amicitiam accipiat.* Livius XXXVIII. (c. 38.) *Polybius* in excerptis legationum 35. [*Sidicini* nequaquam ſocii erant *Romanorum*, ut patet ex fine *Cap.* I. præcedentis apud *Livium.* In fœdere autem cum *Antiocho* agitur tantum de jure defenſionis, quod in omni pacto tacitè exceptum cenſeri debet. *J. B.*]

n *Nego pertinuiſſe hoc ad federis violationem*] *Procopius* Perſicorum II. ἔφασκέ τε ὡς αὐτὸς οὐ λύει τὰς Περσῶν τε καὶ Ῥωμαίων σπονδὰς, ἐπεὶ αὐτὸν ἐς ταύτας οὐδέτεροι ἐσεγράψαντο· *dicebat Alamundarus rex Saracenorum, non violari a ſe qua inter Perſas Romanoſque convenerant, quandoquidem ipſe a neutra parte conventis inſcriptus eſſet.*

(ll) Comprehenduntur etiam *futuri*, ut oſtendemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*

o Me-

Digitized by Google

o manente de cætero pace. Juſtinus de his temporibus agens: *Inducias, quas proprio nomine condixerant, ex ſociorum perſona rumpebant, quippe quaſi minus perjurii contraherent, ſi ferentes ſociis auxilia potius quam ſi aperto prælio dimicaſſent.* Sic & in oratione de Haloneſo, quæ inter Demoſthenicas legitur, apparet pace quadam Athenienſium cum Philippo cautum, ut quæ ea pace non comprehenderentur Græciæ civitates liberæ eſſent: ſi quis vim inferret, defendere eas in pace comprehenſis liceret. Et hoc quidem exemplum eſt in fœdere æquali. *Libro IIII c. 7.* *Pag. 31. A.*

XIV. In fœdere inæquali ponemus alterum, ſi convenerit ne alter fœderatorum injuſſu alterius bellum gerere poſſit; quod
44 poſitum fuiſſe in fœdere Romanorum & Carthaginienſium poſt bellum Punicum ſecundum, ſupra memoravimus. ſicut & poſitum fuit in fœdere 45 Macedonico cum Romanis, ante Perſeum regem. Cum belli gerendi nomen, & ad omne bellum pertinere poſſit, & ad id quod infertur, non quod repellitur, in dubio *Livius, lib. XLIII. c. 25.*
46 arctiorem hic ſignificatum ſumemus, ne (mm) nimium coarctetur libertas.

XV. Ejuſdem generis eſt illud, quod Romani promiſerant,
p 47 liberam fore Carthaginem: quod quanquam ex natura actus de pleniſſima poteſtate intelligi non poterat, (belli enim ſuſcipiendi jus & alia quædam 48 pridem amiſerant) aliquam tamen illis relinquebat libertatem, & minimum tantam, ut alieno imperio urbem ſedibus transferre non tenerentur. Fruſtra ergo vocem Carthaginis urgebant Romani, dicentes civium multitudinem, (nn) non urbem ſignificari: (quod quanquam improprium

concedi

GROTII.

o *Manente de cætero pace*] Sic poſt tempora memorata Corcyrenſes decrevere, Ἀθηναίοις μὲν ξύμμαχοι εἶναι κατὰ τὰ ξυγκείμενα, Πελοποννησίοις δὲ φίλοι· *Velle ſe Athenienſibus ex pactis ſocietatem armorum præſtare, & cum Peloponneſiis ſervare amicitiæ jura.* [THUCYDID. III. 70.]

p *Liberam fore Carthaginem*] Diodorus Siculus ſic refert excerpto legationum 27. manſura illis νόμους, χώραν, ἱερὰ, τάφους, ἐλευθερίαν· *leges, regionem, ſacra, ſepulchra, libertatem.*

GRONOVII.

44 *Poſitum fuiſſe*] *Livius* 30, 37. *Bellum neve in Africa, neve extra Africam injuſſu pop. Rom. gererent.*

45 *Macedonico cum Romanis*] Livius 33, 30. *Bellum extra Macedoniam ne injuſſu ſenatus gereret.* Lib. 42, c. 25. *fœdus cum Philippo ictum, cum ipſo eo poſt mortem patris renovatum, in quo diſerte prohiberi eum extra fines arma efferre, prohiberi ſocios pop. Romani laceſſere bello.*

46 *Arctiorem hic*] Nempe ut intelligatur tantum, quod infertur.

47 *Liberam fore Carthaginem*] Bello Punico tertio imminente, ſi facerent imperata, datis CCC obſidibus, & armis traditis. Quod cum feciſſent, juſſerunt eos cæteris rebus ſalvis cedere ſedibus, & 10000 paſſuum a mari aliam urbem condere.

48 *Pridem amiſerant*] Pace poſt bellum Punicum ſecundum facta.

(mm) Immo quia ſui ipſius defenſio eſt jus à naturâ conceſſum, quo nemo poteſt ullo pacto ſeſe exuere. *J. B.*

(nn) Ubi de *Urbe* aliquâ ſermo fit, quamquam ut multitudo Civium ſpectetur, tamen non ſine ſolo & ædificiis, quæ ſedes ſunt Populi, intelligitur. *J. B.*

concedi poteſt, 49 ob attributum quod civibus magis quam urbi convenit.) Nam in voce, liberam relinqui, *αὐτόνομον*, ut Appianus ait, manifeſta erat captio.

Pag. 48. Ed. H. Steph. XVI. 1. Huc & illa frequens quæſtio referenda eſt de 50 pactis perſonalibus ac 51 realibus. (oo) Et ſiquidem cum populo libero actum ſit, dubium non eſt, quin quod ei promittitur ſui natura reale ſit, quia ſubjectum eſt 52 res permanens. Imo etiamſi ſtatus civitatis in regnum mutetur, manebit fedus, quia manet idem corpus, etſi mutato capite, & ut ſupra diximus, imperium quod per regem exercetur non deſinit imperium eſſe populi. Excipiendum erit, ſi appareat cauſam fuiſſe propriam ei ſtatui, ut 53 ſi liberæ civitates libertatis tutandæ cauſa fedus contrahant.

*L. jure gentium. 7. §. pactum, 8. D. de pactis.* 2. At ſi cum rege contractum ſit, non ſtatim perſonale erit cenſendum fedus: nam ut recte dictum eſt a Pedio & Ulpiano, plerumque perſona pacto inſeritur, 54 non ut perſonale pactum fiat, ſed ut demonſtretur cum quo pactum factum eſt. Quod ſi adjectum ſit federi ut perpetuum ſit, aut factum in bonum regni, aut cum ipſo & ſucceſſoribus: ſicut ſolere adjici in federibus, *καὶ τοῖς ἐκγόνοις, & poſteris*, ait Libanius in defenſione Demoſthenis, aut ad tempus definitum, jam ſatis apparebit reale eſſe. Tale videtur fuiſſe q fedus Romanorum cum Philippo Macedonum rege, quod cum Perſeus ejus filius ad ſe pertinere negaret, bellum eo nomine exortum eſt. Sed & alia verba, & ipſa interdum materia conjecturam ſuppeditabunt non improbabilem.

3. Quod ſi pares ſint 55 in utrumque conjecturæ, ſupererit, (pp) ut favorabilia credantur eſſe realia, odioſa vero perſonalia. Federa pacis cauſa facta, aut commerciorum, favorabilia ſunt. Quæ belli cauſa, non odioſa omnia, ut quidam cenſent, ſed

56 inxi-

GROTII.

q *Fœdus Romanorum cum Philippo Macedonum rege*] Livius lib. XLII. (c. 25.)

GRONOVII.

49 *Ob attributum*] Vocem adjectivam, *liberam*.

50 *Pactis perſonalibus*] Quæ intra perſonam ſtant, & cum ea finiuntur.

51 *Realibus*] Quæ ad rem pertinent, & quamvis mutata perſona manent ſtabilia.

52 *Res permanens*] 2, 9. 3.

53 *Si liberæ civitates*] Sic Etruſci Vejentibus, cum hi bello adverſus Romanos regem creaſſent, negarunt auxilia, quamdiu ſub rege eſſent. *Liv.* 5, 1.

54 *Non ut perſonale*] Non ut ad eum ſolum pertineat, ſed ut appareat, quicum ſive ipſius ſive alieno nomine actum ſit.

55 *In utrumque*] Ut & perſonale & reale interpretari poſſis.

(oo) Confer PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 9. §. 6, & ſeqq. *J. B.*

(pp) Quum diſtinctio illa ſit incerta & lubrica admodum, tutius eſt ſtatuere, in dubio Fœdera cum Rege inita cenſenda eſſe realia, quoniam in dubio Rex intelligitur egiſſe tamquam Caput Civitatis, & ejus utilitatis cauſſâ. Vide Celeberrimi THOMASII *Jurisprudentiam Divinam*, Lib. III. Cap. 25. num. 10. *J. B.*

r *Vide*

Digitized by Google

56 ἐπιμαχίαι, id eſt, federa tuendi ſe cauſa, propius ad favorem accedunt, ξυμμαχίαι magis ad onera. Ad quæ accedit quod in federe ad bellum quodvis, 57 præſumitur ratio habita r prudentiæ & pietatis ejus quicum agitur, ut qui non modo non injuſte, ſed nec temere bellum ſuſcepturus videretur.

4. Quod vero dici ſolet, 58 ſocietates morte finiri, huc non adfero: pertinet enim hoc ad ſocietates privatas, & juris eſt civilis. *Decius, lib. 1. Conſ. 22.* Jure ergo an injuria ſ Fidenates, t Latini, Etruſci, Sabini a federe diſceſſerint mortuis Romulo, Tullo, Anco, Priſco, Servio, dijudicari a nobis recte non poteſt, cum non extent federum verba. Cui non diſſimilis eſt illa apud Juſtinum controverſia, *Lib. 1. c. 7.* an civitates quæ Medorum tributariæ fuerant, mutato imperio conditionem mutaſſent. Spectandum enim an in conventione 59 fidem Medorum elegiſſent. Minime vero admittenda eſt Bodini argumentatio, federa ad regum ſucceſſores non tranſire, quia *Lib. v, c. ult.* juramenti vis perſonam non exeat. (qq) Poteſt quippe juramenti obligatio 60 perſonam tantum obſtringere, & ipſa promiſſio obligare heredem.

5. Neque enim verum eſt quod ſumit, federa jurejurando veluti

## GROTII.

r *Vide Parutam* libro v, & VII.

ſ *Fidenates*] Vide *Dionyſium Halicarnaſſenſem* libro III. (c. 6.)

t *Latini*] De Appulis, [Immo *Apiolanis*. DION. HALICARN. *Antiq. Rom.* III. 42.] & Latinis, idem eodem libro III. de Turno Herdonio & Latinis, idem libro IV. (c. 46.) *Ammianus* libro XXVI. *Perſarum rex manus Armeniis injectabat, eos ad ſuam ditionem ex integro vocare vi nimia properans, ſed injuſte; cauſando quod poſt Joviani exceſſum, cum quo fedus firmaverat & pacem, nihil obſtare debeat, quo minus ea recuperaret quæ ante ad majores ſuos pertinuiſſe monſtrabat* (Cap. 4.) Similia de Juſtiniani pactis cum Saracenis vide apud *Menandrum Protectorem*. Adde quæ Helvetii cauſantur poſt mortem Henrici III. apud *Thuanum* libro XCVII, in anno CIↃ IↃ LXXXIX. Vide & inſignem locum apud *Camdenum* in anno CIↃ IↃ LXXII. ubi de federe antiquo Gallorum cum Scotis.

## GRONOVII.

56 Ἐπιμαχίαι] 2, 11, 6.

57 *Præſumitur ratio habita*] Bene exiſtimaſſe utrumque contrahentium de altero, & credidiſſe inter ſe, neutrum temere aut injuſte agere.

58 *Societates morte finiri*] §. 5. Inſtit. *de ſociet.*

59 *Fidem elegiſſent*] Reſpectum habuerint præciſe ad Medorum gentem & bonos mores. Verbum juris l. 57. D. *mandati*. l. 3. D. *de probat.*

60 *Perſonam tantum obſtringere, & ipſa promiſſio*] Ergo concedit jurisjurandi vim perſonam non exire? & ſi ſucceſſor nolit ſtare jurato a deceſſore, tantummodò eum promiſſum non ſervare; non etiam perjurium contrahere? Videtur potius neganda Major. Quod non exit perſonam, non obligat ſucceſſorem. Nam in actibus regiis, princeps & ſucceſſor una ſunt perſona: uterque repræſentat populum, qui heri & hodie unus. Deinde jurisjurandi vis non exit perſonam, quoties quis pro ſe tantum & ſuo nomine, non etiam alieno & pro alio jurat. Rex autem jurat pro populo, cujus pars eſt ſucceſſor.

(qq) Confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 2. §. 17. cum noſtris Notis, alterius Editionis. *J. B.*



8 H

Digitized by Google

uti firmamento inniti, cum plerumque in ipſa promiſſione ſatis ſit efficaciæ, cui majoris religionis cauſa jusjurandum additur. P. Valerio Conſule juraverat plebs Romana conventuros ſe juſſu Conſulis. Mortuo illi ſuccedit L. Quintius Cincinnatus. Cavillantur Tribuni quidam, quaſi non teneretur religione populus. Sequitur Livii judicium: *Nondum hæc quæ hoc tenet ſeculum negligentia Deûm venerat: nec interpretando ſibi quiſque jusjurandum & leges aptas faciebant; ſed ſuos potius mores ad ea accommodabant*. (Lib. III. c. 20.)

XVII. Sane cum rege initum fedus manet, etiamſi Rex idem aut ſucceſſor regno a ſubditis ſit pulſus. Jus enim regni penes ipſum manet, utcunque poſſeſſionem amiſerit: quò pertinet Lucani illud de Senatu Romano (*Lib.* v. vers. 29.)

*non unquam perdidit ordo*
*Mutato ſua jura loco.*

XVIII. Contra, ſi alieni regni invaſor volente vero rege, aut oppreſſor populi liberi, antequam ſufficiens populi conſenſus accedat, bello impetatur, nihil eo fiet contra fedus: quia [u] hi poſſeſſionem habent, jus non habent. Et hoc eſt quod Nabidi dicebat T. Quintius: *Amicitia & ſocietas nobis nulla tecum, ſed cum Pelope rege Lacedæmoniorum juſto ac legitimo facta eſt*. Qualitates autem iſtæ in federibus regis, ſucceſſoris, & ſimiles, jus proprie ſignificant, & odioſa eſt invaſorum cauſa. (Livius lib. XXXIV. c. 32.)

XIX. Tractaverat olim Chryſippus hanc quæſtionem, an præmium promiſſum ei, qui primus ad metam perveniſſet, debeatur utrique ſi ſimul [61] pervenerint., an neutri. Et ſane [x] vox primi ambigua eſt, nam aut eum ſignificat [62] qui omnes antecedit, aut quem nemo. Sed quia virtutum præmia favorabilia ſunt, (Apud Plutarch. De Stoic. repugn. p. 1045. D.)

(rr) ve-

GROTII.

u *Hi poſſeſſionem habent, jus non habent*] Sic Valens non accepit excuſationem Gotthorum regis, qui *Procopio* purpuræ invaſori auxilia ſe miſiſſe dicebat. excuſationem vaniſſimam dicit *Ammianus* libro XXVII. (c. 5.) Apud Græcos ſcriptores eadem hiſtoria, ſed ſub Scytharum nomine. ita enim Gotthos vocabant. Sic Juſtinianus negabat fedus ſe rupturum cum Gizericho factum, ſi Gelimerem bello impeteret, qui juſto regi Ilderico cum regno libertatem eripuerat. Vide *Cardinalem Tuſcham* pp. verbo Tyrannus concl. 309, num. 6. *Cacheranum* decif. LXXIX, num. 35.

x *Vox primi ambigua eſt*] Vide *Albericum de Roſate* de ſtatutis qu. 106. & 107.

GRONOVII.

61 *Pervenerint, an neutri*] Cujus controverſiæ tollendæ cauſa veteres ſolebant interdum *hieran* facere, ut loquitur *Seneca* ep. 83. hoc eſt, coronam, quam uterque meruiſſe videbatur, alicui Deo ſacrare & in templo ſuſpendere. *Ovid.* 13, Met. 381.

62 *Qui omnes, aut quem nemo*] Priori modo unus tantum primus eſt, poſteriori plures eſſe poſſunt.

y *Scipio*]

Digitized by Google

(rr) verius eſt concurſuros ad præmium, quanquam liberalius y Scipio, Cæſar, Julianus his, qui pariter muros aſcenderant, ſolida præmia tribuerunt. Et hæc quidem dicta ſunto de interpretatione ea, quæ verborum ſignificationi propriæ vel impropriæ aptatur.

XX. 1. Eſt & aliud interpretandi genus, ex conjecturis, extra ſignificationem verborum, eorum ſcilicet quibus promiſſio continetur: idque duplex, 63 vel extendens vel 64 coarctans. Sed quæ extendit interpretatio difficilius procedit, facilius quæ arctat. Nam ſicut in rebus omnibus, ut effectus non ſequatur, ſatis eſt unam deeſſe cauſarum, ut naſcatur, omnes convenire oportet; 65 ita & in obligatione conjectura extendens obligationem non temere admittenda eſt: multoque hic difficilius quam in caſu de quo ſupra dicebamus, ubi verba largam aliquam ſignificationem, etſi minus receptam admittunt. Nam hic 66 extra verba promittentia conjecturam quærimus, quæ valde certa eſſe debet, ut obligationem inducat, nec ratio ſimilis ſufficit, ſed oportet eadem ſit; nec id ſemper ſatis eſt, ut dicamus ex ratione faciendam extenſionem: quia ut modo dicebamus, ſæpe ratio ita movet, 67 ut voluntas tamen ſit cauſa per ſe ſufficiens, etiam ſine ratione illa.

*Everb. in loco a ratione legis ad reſtrictionem. & in loco a ratione legis ad extenſionem.*

2. Ut ergo talis extenſio recte fiat, opus eſt ut conſtet rationem, ſub quam venit caſus quem volumus comprehendere, eſſe cauſam unicam & efficacem, quæ promittentem moverit, eamque rationem ab eo 68 conſideratam in ſua generalitate, quia alioqui promiſſio futura fuiſſet iniqua aut inutilis. Hæc quoque pars tractari ſolet a rhetoribus in loco περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, cujus ſpeciem unam ponunt, quoties ſemper eandem ſententiam dicimus:

GROTII.

y *Scipio*] Capta Carthagine nova in Hiſpania. [Refert id *Livius*, XXVI. 48. *J. B.*]

GRONOVII.

63 *Vel extendens*] Ut plus accipiatur, quam verbis expreſſum ſit.

64 *Coarctans*] Ut minus.

65 *Ita & in obligatione*] Ut obligatio latius pateat, omnia adeſſe oportet: ut anguſtior, ſufficit minimum abeſſe.

66 *Extra verba promittentia*] De eo negotio, quod in formula pacti expreſſum non eſt, ſed eodem trahere volumus.

67 *Ut voluntas tamen*] i. Num. 7.

68 *Conſideratam in ſua generalitate*] Ut etiam complectatur caſus non expreſſos.

(rr) Heic potius mihi videtur diſtinguendum, an actus, cujus præſtationi prœmium promiſſum eſt, poſſit *iterari*, *aut non*. *Si prius*, jubendi ſunt illi, qui prœmium ambiunt, iterum e. g. curſum inſtituere. Si poſterius, vel ipſum *prœmium* ſine incommodo aut onere nimio multiplicari poteſt, vel *non poteſt*. Si *poteſt*, utrique ſolidum prœmium dandum quum uterque meritus ſit. *Sin minus* prœmium vel *dividi* poteſt, & tunc inter illos æquis partibus dividendum; vel *in commune poſſideri*, & ita poſſidebitur; vel neutrum fieri poteſt, & tunc vel ex *ſorte*, vel ex *pacto*, res uni adjudicanda. Quæ omnia fuſiùs deducemus & probabimus in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

mus: ſed & alter locus 69 *κατὰ συλλογισμὸν per ratiocinationem* huc pertinet: nimirum ubi 70 ex ſcripto ducimus quod ſcriptum non eſt, ut loquitur Quintilianus. Et quæ a juriſconſultis traduntur z de his, 71 quæ in fraudem fiunt.

3. Exemplum ſit a in pactione, ne quis locus muris cingatur, facta eo tempore cum non aliud eſſet muniendi genus. Is locus ne aggere quidem cingi poterit, ſi ſatis conſtet prohibendi muros unicam fuiſſe cauſam ne muniretur is locus. Vulgo ſolet exemplum adferri de conditione, ſi poſthumus ſit mortuus, ab eo ſcripta 72 qui poſthumum omnino exſpectabat, ut 73 ſententia diſpoſitionis producatur ad eum caſum, 74 ſi is poſthumus natus non eſſet, quia conſtet voluntatem loquentis motam fuiſſe conſideratione non exſtituræ prolis: quod ipſum non apud juriſconſultos tantum, ſed & b apud Ciceronem, & Valerium (ſſ) Maximum invenire eſt.

4. Cicero cauſam hanc adfert oratione * pro Cæcina: *Quid? verbis ſatis hoc cautum erat? minime. Quæ res igitur valuit? voluntas:*

a Lib. I. c. 39. & II. c. 32. de Orat.
b Bruto: c. 52, 53.
* Cap. 30.

GROTII.

z *De his, quæ in fraudem fiunt*] Bene *Seneca* excerptis controverſiarum VI, 3. *Circumſcriptio ſemper crimen ſub ſpecie legis involvit: quod apparet in illa, legitimum eſt: quod latet, inſidioſum.* *Quintilianus* controverſia (immo *Declamat.*) CCCXLIII. *Neque enim unquam decurritur ad hanc legem* (nempe de circumſcriptione) *niſi cum rectum jus nequitia excluſum eſt.* Exemplum habes apud *Plinium* hiſtoriæ naturalis libro XVIII: *quippe etiam lege Stolonis Licinii incluſo modo IↃ jugerum, & ipſo ſua lege damnato, cum ſubſtituta filii perſona amplius poſſideret.* (Cap. 3.) Eſt eadem hiſtoria apud *Valerium Maximum* VIII, c. VI, 3. Vide aliud exemplum apud *Tacitum* annalium XV. (Cap. 19.) de fictis adoptionibus. Aliud in novella Emanuelis Comneni, quæ eſt in jure Græco-Romano.

a *In pactione, ne quis locus muris cingatur, facta eo tempore cum non aliud eſſet muniendi genus*] *Fuſius Arellius* in controverſia, quæ eſt apud *Senecam* decima libro II. *hunc eum animum fuiſſe ſine dubio jurantium, ut vi non diducerentur, cum illud quoque caverint, ne morte dividerentur.*

b *Apud Ciceronem*] Etiam de inventione II. (c. 42.)

GRONOVII.

69 *Κατὰ συλλογισμὸν*] *Quinctil.* inſtit. 7, 8.

70 *Ex ſcripto ducimus*] Colligimus, elicimus.

71 *Quæ in fraudem*] Cum ſalvis verbis legis aut pacti ſententia eluditur: quoties quod lex aut pactio fieri noluit, diſerte autem fieri non vetuit, id fit.

72 *Qui poſthumum*] Qui certum habebat ſe uxorem gravidam relinquere, cum moreretur.

73 *Sententia diſpoſitionis*] Teſtamenti aut cujuſcumque ultimæ voluntatis.

74 *Si is poſthumus natus non eſſet*] Si abortum paſſa ſit, aut ante partum cum fœtu obierit uxor vidua.

(ſſ) Nihil hac de re exſtat apud *Valerium Maximum*, nec in Capite *De ratis Teſtamentis & inſperatis*, ubi locus eſſet aptus, nec alibi, quod ſciam. Sed in Cap. præced. *Lib.* VII. *Cap.* 7. n. 1. exemplum legitur, quod ad hanc regulam poteſt referri, quamquam contrario modo: nimirum Patris, qui, quum Filium ſuum in bello occubuiſſe falſo crederet, alios inſtituerat heredes. Hoc, ut videtur, anſam dedit errori Auctoris noſtri, memoriæ vitio duo diverſa confundentis. *J. B.*

c Una

*luntas: quæ ſi tacitis nobis intelligi poſſet, verbis omnino non uteremur: quia non poteſt, verba reperta ſunt, non 75 quæ impedirent, ſed quæ indicarent voluntatem.* Mox in eadem oratione dicit idem jus eſſe, ubi perſpicitur c una atque eadem cauſa æquitatis, id eſt, rationis quæ ſola moverat: Ita interdictum, *unde tu me vi dejeceris hominibus coactis armatiſve*, locum habere adverſus omnem vim quæ ad caput & vitam pertineat. *Ea enim*, inquit, *pleruinque fit* Cap. 22.
*per homines coactos armatoſque: quæ ſi 76 alio conſilio, eodem periculo facta ſit, eodem jure eſſe voluerunt.* In declamatione patris Quin- Decl. 350.
tiliani exemplum hoc eſt: *Cædes videtur ſignificare ſanguinem & ferrum. ſi quis alio genere homo fuerit occiſus, ad illam legem revertemur. Si inciderit in latrones,* (tt) *aut in aquas præcipitatus, ſi in aliquam 77 immenſam altitudinem dejectus fuerit, eadem lege vindicabitur qua ille qui ferro percuſſus ſit.* Similis eſt argumentatio Iſæi oratione de Pyrrhi hereditate, cum ex eo quod teſtamentum Attica lege vetitum eſſet fieri filia invita, infert, 78 ne adoptionem (uu) quidem ea invita permitti.

XXI. Atque hinc ſolvenda eſt celebris illa quæſtio, quæ & apud Gellium eſt de mandato, an impleri poſſit non per idem Lib. 1. c.
ſed per aliud æque utile, aut utilius quam erat id quod mandator 13.
præſcripſerat. (xx) Id enim ita demum licet, ſi conſtet quod præſcriptum erat, non præſcriptum fuiſſe 79 ſub ſpeciali ſua forma,

### GROTII.

c *Una atque eadem cauſa æquitatis*] Sic in ſponſam alterius adulterium committi probat *Philo* de ſpecialibus legibus, addita cauſa: *αἱ γὰρ ὁμολογίαι τοῖς γάμοις ἰσοδυναμοῦσι* (Pag. 788. A.) *Idem valent ſponſalia quod nuptiæ.* Sic in lege per Moſem data, ſub bovis nomine intelliguntur omnia animantia manſueta: ſub nomine putei foſſa quævis, *Exodi* XXI, 28. & 35. *Chaſſanæus* Catalogo Gloriæ mundi v. parte, conſid. 49.

### GRONOVII.

75 *Quæ impedirent*] Incertam, ambiguam, obſcuram redderent. [Minimè: ſed quæ efficerent quominus voluntas effectum haberet. *J. B.*]

76 *Alio conſilio, eodem periculo*] Alia via & modo, eodem juſto metu.

77 *In immenſam altitudinem*] De tecto excelſo vel turri in humile ſolum, de jugo aut cacumine montis ſaxei in vallem, de plano in profundam foveam.

78 *Ne adoptionem*] Quia una utriuſque ratio eſt, ne a filia invita hereditas abeat,

79 *Sub ſpeciali ſua forma*] Non ut juſſum facias modo, ſed juſſam rem definitam facias, quo alia eveniat; illam vero aliam vel non omnino, vel difficilius eventuram appareat, ſi ſic feciſſes, ut ille juſſerat.

(tt) Editio *Obrechti* habet: *Si occiderit in Latinas aut* &c. quod omnino rectius eſt. *J. B.*

(uu) Locus eſt *pag.* 400. *Edit. Wech.* ſed ubi hoc tantum dicitur, Patrem qui ſolas filias, ex juſto matrimonio natas, relinquit, neminem poſſe adoptare, heredemque ſcribere, niſi cui priùs filiam in matrimonium collocaverit, juxta Legem *Athenis* conſtitutam. Deceptus eſt Auctor ab Interprete Latino infeliciſſimo, qui *ἐπὶ ταύταις* vertit, *in illarum* [filiarum] *arbitrio*: & *ἀπὸ τῶν θυγατέρων*, *inſciis filiabus, non conſultis*: quum hæc ſignificent, non ſine illis uxoribus ductis ab eo, qui teſtamento heres inſtituitur. *J. B.*

(xx) Confer PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. v. Cap. 4. §. 5. *J. B.*



Digitized by Google

ma, d ſed ſub conſideratione generaliore, quæ aliter quoque obtineri poſſit: quomodo eum qui fidejubere erat juſſus, mandare poſſe creditori, ut tertio pecuniam numeret, a Scævola reſponſum eſt. Cæterum ubi de eo non ſatis conſtat, retinendum eſt quod apud Gellium eo loco legitur, 80 diſſolvi imperantis officium, ſiquis ad id quod facere juſſus eſt, non obſequio debito, ſed conſilio non deſiderato reſpondeat.

*L. ult. D. Mandati.*

XXII. Reſtringens interpretatio extra ſignificationem verborum quæ promiſſionem continent, aut 81 ex defectu petitur originario voluntatis, aut 82 ex caſus emergentis repugnantia cum voluntate. Defectus voluntatis originarius intelligitur ex abſurdo, quod alioqui evidenter ſequeretur; ex ceſſatione rationis e quæ ſola plene & efficaciter movit voluntatem; & ex materiæ defectu. Primum in eo fundamentum habet, quod nemo credendus eſt velle abſurda.

XXIII. Secundum, ex eo quod 83 contentum in promiſſione, ubi ratio talis additur, aut de ea conſtat, 84 non conſideratur nude, ſed quatenus ſub ea ratione venit.

XXIV. Tertium, in eo quod materia de qua agitur ſemper intelligenda eſt 85 obverſari animo loquentis, etiamſi verba latius pateant. Hæc quoque interpretandi ratio a Rhetoribus tractatur in loco περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας, & titulum habet, cum dicitur 86 non ſemper eadem ſententia.

XXV. 1. Sed

GROTII.

d *Sed ſub conſideratione generaliore*] *Quintilianus* controverſ. [immo *Declam.*] CCLVII. *Servi quædam liberius ex bona mente faciunt, & aliquando indicium fidei putant pretio empta mancipia, non paruiſſe.* Exemplum habes in excerptis legationum in illa parte, quomodo legationes obeundæ accipiendæque ſint; & in iis quæ Johannes Juſtinianeorum ducum unus fecit contra Beliſarii verba, Gothicorum II, & IV.

e *Quæ ſola plene & efficaciter movit voluntatem*] Exemplum in l. *Adigere* 6. §. *quamvis*. 2. D. *de jure patronatus*.

GRONOVII.

80 *Diſſolvi imperantis officium*] Auctoritatem imperii ſubverti.

81 *Ex defectu originario*] Quod credibile eſt ab initio hanc voluntatem paciſcentis non fuiſſe.

82 *Ex caſus emergentis*] Aut fuiſſe quidem, ſed non, ſi tale quid contingeret, quod intervenit. [Non hic eſt ſenſus auctoris: ſed caſum, de quo agitur, talem eſſe, ut in mentem non venerit loquenti, nec venire potuiſſe præſumatur; quum in priori ſpecie, ubi eſt *defectus originarius voluntatis*, caſus excipiendus cenſeatur ab initio obverſatus eſſe animo loquentis, & jam tum adeo ab illo exceptus, *J. B.*]

83 *Contentum in promiſſione*] Res promiſſa.

84 *Non conſideratur nude*] Non promiſſa eſt omni modo, ſed ob impellentem rationem, ſine qua promiſſum non eſſet. Ut cum apud *Sueton.* colligitur Tiberium neceſſitate magis quam judicio adſcitum ſucceſſorem ab Auguſto, quia præfatus ſit in teſtamento: *Quoniam ſiniſtra fortuna C. & L. filios mihi eripuit, Ti. hæres eſto.* c. 25.

85 *Obverſari animo*] Atque ita qui ſenſus extra materiam eſt, animo ejus obverſatus non videtur.

86 *Non ſemper eadem*] Iiſdem verbis de negotiis diverſis.

§ In

XXV. 1. Sed de ratione notandum eſt, ſub ea comprehendi ſæpe quaſdam res 87 non ſecundum exiſtentiam, ſed ſecundum potentiam moraliter conſideratam, quæ ubi locum habet, reſtrictio facienda non eſt. Sic ſi cautum ſit, ne exercitus aut claſſis aliquò ducatur, non poterit duci, etiam animo non nocendi. Quia in pactione non certum damnum, ſed periculum qualecunque ſpectatum eſt.

2. Solet & hoc diſputari, an promiſſa in ſe 88 habeant tacitam conditionem, ſi res maneant quo ſunt loco: quod negandum eſt, niſi apertiſſime pateat ſtatum rerum præſentem in unica illa quam diximus ratione incluſum eſſe. Sic paſſim in hiſtoriis legimus Paſſal. 89 legatos a ſuſcepto itinere domum rediiſſe deſerta legatione, legato. c. quod res ita mutatas intelligerent ut tota legationis materia aut 19. cauſa ceſſaret.

XXVI. 1. Repugnantia caſus emergentis cum voluntate ſolet & ipſa ab oratoriæ artis magiſtris referri ad eum, quem dixi locum περὶ ῥητοῦ καὶ διανοίας. Eſt autem duplex: nam aut voluntas colligitur 90 ex naturali ratione, aut ex alio ſigno voluntatis. Dijudicandæ voluntati ex naturali ratione Ariſtoteles, qui hanc partem accuratiſſime tractavit, propriam virtutem tribuit in intellectu γνώμην, ſive εὐγνωμοσύνην, id eſt, *æquiprudentiam*, in voluntate vero ἐπιείκειαν, id eſt, *æquitatem*, quam ſapienter definit, 91 correctionem ejus [f] in quo lex deficit ob univerſalitatem: quod ad teſtamenta quoque & pacta ſuo modo referri debet. Nam quia caſus nec prævideri omnes poſſunt nec exprimi, ideo libertate quadam opus eſt eximendi caſus, quos qui locutus eſt ſi adeſſet eximeret: non tamen 92 temere; id enim eſſet 93 dominum ſe facere actus alieni; ſed ex ſufficientibus indiciis.

2. Certiſſimum indicium eſt, 94 ſi quo caſu ſequi verba illicitum

GROTII.

f *In quo lex deficit ob univerſalitatem*] Seneca IV, controverſia 27. *in lege, inquis, nihil excipitur. ſed multa quamvis non excipiantur intelliguntur: & ſcriptum legis anguſtum eſt, interpretatio diffuſa. quædam vero tam manifeſta ſunt ut nullam cautionem deſiderent.*

GRONOVII.

87 *Non ſecundum exiſtentiam*] Non quæ jam nunc ſint & reſpiciantur, ſed ex quibus exiſtere poſſit quod reſpicitur.

88 *Habeant tacitam conditionem*] Intelligantur non aliter impleri debere, quam ſi &c.

89 *Legatos a ſuſcepto*] Ut Titus a patre miſſus ad gratulandum Galbæ, qui occiſus interim erat Othone ſucceſſore, *Tacit.* 2, hiſt. 1.

90 *Ex naturali ratione*] Quod homo ſanus & ſuæ ſpontis id ita eſſe vel eo caſu voluiſſe non potuit.

91 *Correctionem*] Exceptionem a lege, quod cum poſſit aliquo modo ſub eam trahi, revera tamen definitum non eſt, quia univerſalia tantum, non etiam ſingularia perſequitur.

92 *Temere*] Ex nulla vel levi ratione.

93 *Dominum ſe facere*] Pro arbitrio mutare atque interpolare, quod non eſt noſtri, ſed alieni arbitrii.

94 *Si quo caſu ſequi*] Talis ſit caſus, ut adhærendo verbis fiat res vetita.



Digitized by Google

tum eſſet, id eſt, pugnans cum naturalibus aut divinis præceptis. Talia enim, 95 cum obligationis capacia non ſint, eximenda ſunt neceſſario. *Quædam*, ait Quintilianus pater, *etiamſi nulla ſignificatione legis comprehenſa ſint, natura tamen excipiuntur*. Ita qui promiſit depoſitum gladium reddere, non reddet furenti, ne aut ipſi periculum creet, aut aliis innocentibus. Sic nec reddetur res depoſita ei, qui depoſuit, 96 ſi dominus eam repetat. *Probo*, inquit Tryphoninus, *hanc eſſe juſtitiam, quæ ſuum cuique ita tribuit, ut non diſtrahatur ab ullius perſona juſtiore repetitione*. Ratio eſt, quia, 97 ut alibi notavimus, introducti ſemel dominii ea vis eſt, ut rem domino cognito non reddere omnino injuſtum ſit.

*Decl.* 315.

*L. bona fides.* 32. *D. depoſiti.*

XXVII. 1. Secundum erit indicium, ſi 98 verba ſequi non quidem per ſe & omnino illicitum ſit, ſed æque rem æſtimanti nimis grave atque intolerabile: 99 ſive abſolute ſpectata conditione humanæ naturæ, ſive comparando perſonam & rem, de qua agitur, cum ipſo fine actus. Sic qui rem ad dies aliquot commodavit, intra eos dies repetere eam poterit, ſi ipſe valde egeat: quia actus tam benefici ea eſt natura, ut non credendus ſit quiſquam ad magnum ſuum incommodum ſe voluiſſe obligare. Sic qui auxilium fœderato promiſit, excuſabitur quamdiu ipſe domi periclitatur, in quantum copiis opus habet. Et g conceſſio immunitatis vectigalium & tributorum intelligetur 1 de quotidianis & anniverſariis, non de iis, quæ ſumma neceſſitas exigit, & quibus carere reſpublica non poteſt.

*Molin. diſp.* 294. *Sylv verb. commodatum n* 4. *Leſſ. l.* 11. *c.* 27. *dub.* 5.

*Ang. ad l.* 7. *ad l. Rhod. Vaſq. contr. Ill. c.* 31.

2. Ex quibus apparet nimis laxe dictum a Cicerone, * non ſervanda promiſſa quæ ſint iis quibus promiſeris inutilia, nec ſi plus tibi noceant quam illi proſint cui promiſeris. Nam an res utilis ſit futura ei, cui promiſſa eſt, 2 judicare promiſſor non debet, niſi forte in caſu furoris, de quo ſupra diximus: & ut promiſſum promiſſorem non obliget, non ſatis eſt 3 quodlibet nocu-

* *De Offic.* 1. 10.

GROTII.

g *Conceſſio immunitatis* ] Vide *Roſenthalium* de Feudis cap. V. concl. LXXXVI. num. 2. *Heig.* Illuſtrium XVIII, num. 16. parte I. *Cothmannum* conſ. XI, 32. *Clarum* §. feudum. XXIX, 2. *Andream Knich* de Veſtitis Pactis. parte II, c. 5, num. 20. *Henricum* Bocer de Collectis cap. IV, 12.

GRONOVII

95 *Cum obligationis* ] Cum ad ea nemo poſſit obligari.

96 *Si dominus* ] Is, ad quem jure pertinet, quamvis eam, qui depoſuit, aliquamdiu poſſederit.

97 *Ut alibi notavimus* ] 2, 10. 1.

98 *Verba ſequi* ] Proprietati verborum in interpretando inhærere.

99 *Sive abſolute* ] Vel cuivis homini pro captu noſtræ fragilitatis, vel ei, qui promiſit.

1 *De quotidianis & anniverſariis* ] Perpetuis & ſolennibus.

2 *Judicare promiſſor* ] Neque hoc dicit *Cicero:* intelligit enim, quæ revera omnium ſanorum judicio ſunt inutilia, non unius promiſſoris.

3 *Quodlibet nocumentum* ] Qualecumque damnum, quod inde ſentiat promiſſor.

h Quod

Digitized by Google

nocumentum in promiſſorem, ſed tale oportet ſit, h quod pro natura actus credi debeat exceptum. Sic qui operas vicino ad dies aliquot promiſit, non tenebitur, ſi eum 4 morbus ſonticus patris aut filii detineat. Et hoc recte Cicero de Officiis primo: *Si conſtitueris te cuipiam advocatum 5 in rem præſentem eſſe venturum, atque interim graviter ægrotare filius cœperit, non ſit contra officium non facere quod dixeris.* Cap. 10.

3. In eundem ſenſum accipiendum, nec ultra trahendum eſt, i quod apud Senecam legimus: *6 Tunc fidem fallam, tunc inconſtantiæ crimen audiam, ſi 7 cum omnia eadem ſint, quæ erant promittente me, non præſtitero promiſſum, alioqui quicquid mutatur, libertatem facit de integro conſulendi, & meam fidem liberat. Promiſi 8 advocationem: poſtea apparuit per illam cauſam 9 præjudicium in patrem meum quæri. promiſi me peregre una iturum: ſed iter infeſtari latrociniis nuntiatur. In rem præſentem venturus fui: ſed æger filius, ſed puerpera uxor tenet. Omnia eſſe debent eadem quæ fuerint cum promitterem, ut promittentis fidem teneas.* Omnia intellige, pro actus ejus de quo quæritur natura, ut jam modo expoſuimus. De Benef. l. IV, c. 35.

XXVIII. Diximus alia quoque eſſe poſſe ſigna voluntatis quæ oſtendant 10 caſum eximendum. Inter ea ſigna nihil validius eſt quam

GROTII.

h *Quod pro natura actus credi debeat exceptum*] Vide *Carolum Molinæum* ad conſuetudines Pariſienſes tit. 1, §. 2 gl. IV. n. 3. *Ferd. Vaſquium* de ſucceſſionum creatione libro II, §. XVIII. num. 80. *Antonium Fabrum* rerum in Sabaudia judicatarum libro IV, tit. 30. *Zaſium* in l. ſtipulatio hoc modo. 61. num. 3. de verborum obligationibus. Adde c. quemadmodum. 25. *de jurejurando* & *Alciatum* ad c. *cum contingat*, eodem titulo.

i *Quod apud Senecam legimus*] Ejuſdem hæc ſunt, capite XXXIX, lib. IV. de beneficiis: *Ad cœnam quia promiſi ibo, etiamſi frigus erit. Surgam ad ſponſalia, quia promiſi, quamvis non concoxerim, ſed non ſi febricitavero. Sponſum deſcendam, quia promiſi: ſed non ſi ſpondere in incertum jubebis, ſi fiſco obligabis. Subeſt, inquam, tacita exceptio, ſi potero, ſi debebo, ſi hæc ita erunt. Effice ut idem ſtatus ſit cum exigitur, qui fuit, cum promitterem. deſtituere levitas non erit, ſi aliquid intervenit novi. quid miraris, cum conditio promittentis mutata ſit, mutatum eſſe conſilium? eadem mihi omnia præſta & idem ſum. Vadimonium promittimus, tamen deſeritur. Non in omnes datur actio, deſerentem vis major excuſat.* Uſi ſæpe hoc effugio Angli. Vide *Camdenum* in anno CIↃ IↃ XCV. tum in controverſia cum Batavis, tum in altera cum Anſeaticis.

GRONOVII.

4 *Morbus ſonticus*] Gravis, quo vita periclitatur.

5 *In rem præſentem*] In foro & judicio præſto fore.

6 *Tunc fidem fallam*] Judicabor fidem fefelliſſe & levitatis infamiam ſubiiſſe.

7 *Cum omnia eadem*] Quoties nihil ex transverſo interveniens faciem rerum ac temporum variaverit.

8 *Advocationem*] Me alicui advocatum fore.

9 *Præjudicium*] Aliquid ſtatui, quo cauſa patris mei pendens in lite fiat deterior.

10 *Caſum eximendum*] Tali caſu non voluiſſe fieri, quod quis voluit fieri.

k *Cicero*

Digitized by Google

quam verba 11 alio loco poſita, non ubi directe pugnant, quæ eſt ἀντινομία, cujus ſupra meminimus, ſed cum velut inſperato ex ipſo rerum eventu inter ſe committuntur, quam Rhetores Græci vocant τὴν ἐκ περιστάσεως μάχην.

XXIX. 1. In hac diſceptatione utra pars ſcripti 12 cum ex caſu ſit colliſio prævalere debeat, regulas quaſdam ex antiquis auctoribus k Cicero poſuit, quæ ut ſpernendæ neutiquam ſunt, ita mihi non ſuo ordine videntur collocatæ. Nos eas hunc in modum digeremus. l Ut quod permittit 13 cedat ei quod jubet: (yy) quia qui permittit aliquid ita permittere videtur, niſi aliud quid obſtet, quam de quo ibi agitur: ideoque, ut ait 14 Scriptor ad Herennium, plus valet 15 ſanctio permiſſione. *Lib. II. c. 10.* Ut quod faciendum eſt certo tempore, ei præferatur quod quovis tempore fieri poteſt: unde ſequitur, ut plerumque pactio 16 vetans vincat jubentem, quia pactio vetans obligat ad quodvis tempus, jubens non item, niſi aut tempus ſit expreſſum, aut juſſio tacitam prohibitionem contineat. Inter eas pactiones, quæ ſupradictis qualitatibus pares ſunt, ut præferatur quod magis eſt peculiare, & ad rem propius accedit: nam ſolent ſpecialia efficaciora eſſe generalibus: & in prohibitionibus, ut quæ pœnam adjunctam habet, ei quæ pœna vacat, & quæ majorem pœnam minatur, ei, quæ minorem, præferatur. Tum vero, ut ſuperet quod cauſas habet aut magis honeſtas, aut magis utiles. Extremo loco, ut (zz) quod poſtremo dictum eſt vincat.

2. Illud

GROTII.

k *Cicero poſuit*] De Inventione ſecundo, (*Cap.* 49.) & ibi *Marius Victorinus*.

l *Ut quod permittit, cedat ei quod jubet*] Quintilianus declamatione CCC. LXXIV. *Semper potentior lex eſt quæ vetat, quam quæ permittit.* Donatus Phormione actu 1. ſcen. 2. (*vers.* 76.) *Bene jubet: minorem enim vim habet ea lex quæ aliquid permittit, quàm illa quæ aliquid jubet.* Vide *Ciceronem* Verrina II. (*Cap.* 51.) & quæ habet Connanus libro I, c. 9.

GRONOVII.

11 *Alio loco poſita*] Non conjuncta & proxima illis, quibuſcum pugnant.

12 *Cum ex caſu ſit colliſio*] Caſu colliduntur & eventu, *Quintil.* 7, 7.

13 *Cedat ei*] Minus obligans urgensque credatur, quàm, &c.

14 *Scriptor ad Herennium libro II.*] cap. 10.

15 *Sanctio permiſſione*] Quod imperatur, neceſſarium; quod permittitur, voluntarium eſt. *Cic.* 2, de Invent. 49.

16 *Vetans obligat ad quodvis*] Quod vetatur omnino, quamvis non definito tempore, habet tamen certum tempus, omne videlicet; quod autem jubetur infinite, tempus habet nullum, ſed quovis fieri poteſt.

(yy) Modo ſcilicet Permiſſio ſit generalis, juſſum autem particulare: alias id quod jubetur univerſaliter cedit Permiſſioni particulari; ut ad PUFENDORFIUM obſervatum eſt. *J. B.*

(zz) Regula illa heic non benè aptatur. Illa enim valet, ubi omnimoda & perpetua eſt repugnantia inter utramque partem ſcripti: quum heic agatur de colliſione in certis tantum caſibus. Plura dicemus in Notis noſtris Gallicis ad hunc locum. *J. B.*]

m Præ-

Digitized by Google

2. Illud ex ſuperioribus hic repetendum eſt, pactorum juratorum eam eſſe vim, ut intelligi debeant ſecundum receptiſſimam proprietatem, & ut omnes reſtrictiones tacitas, & ex natura rei non omnino neceſſarias, quam maxime repudient. Quare & ſi juratum pactum cum non jurato pugnet certo eventu, m præferendum erit (aa) cui adeſt jurisjurandi religio.

XXX. Solet & hoc quæri, an in dubio contractus perfectus cenſeri debeat antequam ſcriptura confecta ſit, & tradita. Nam *Appiani*
id Murena cauſabatur adverſus ea, quæ inter Syllam & Mithri- *Mithr.*
datem convenerant. Mihi apertum videtur, ni aliud convenerit, pag. 214.
n credendum, ſcripturam adhiberi, ut 17 monumentum contra- *Ed. H.*
ctus, non ut ſubſtantiæ ejus partem. Alioqui exprimi id ſolet, *Steph.*
ut in induciis cum Nabide: * *Ex qua die deſcripta conditiones edita* * *Livius*
*Nabidi forent*. *lib.* XXXIV. c. 35.

XXXI. Illud vero non admittam quod † quibuſdam placuit, † *Alc.* v,
contractus regum & populorum quantum fieri poteſt interpretan- *conſ.* 17.
dos ex jure Romano: niſi appareat inter quoſdam populos jus illud civile in his, quæ juris ſunt gentium, etiam pro jure gentium receptum eſſe. quod temere præſumendum non eſt.

XXXII. De eo vero, quod Plutarchus in Sympoſiacis movet, IX. *Symp.*
conditionem offerentis, an accipientis verba attendi magis de- 13.
beant, ita videtur, cum 18 accipiens hic ſit qui promittit, ejus verba formam dare negotio, ſi abſoluta & in ſe perfecta ſint. Nam ſi 19 per affirmationem reſpiciant verba offerentis, tunc ea ipſa

GROTII.

m *Præferendum erit cui adeſt jurisjurandi religio*] Acontius apud Ovidium:

> *Promiſit pater hanc: hæc & juravit amanti:*
> *Ille homines, hæc eſt teſtificata Deam.*
> *Hic metuit mendax, hæc & perjura vocari:*
> *Num dubitas, hic ſit major, an ille metus?*

(Epiſt. Heroid. XX, 159. & ſeqq.)

n *Credendum ſcripturam adhiberi, ut monumentum contractus, non ut ſubſtantiæ ejus partem*] L. in re. 4. & l. ſi res geſta. 5. D. *de fide inſtrumentorum*, l. pactum quod bona fide, 17. C. de pactis. ſic legem contractus quæ eſt 17. C. *de fide inſtrumentorum*, interpretantur *Bartolus* & *Johannes Faber*, *Salicetus*, quorum ſententia in judiciis contra *Baldum* & *Caſtrenſem* prævaluit. *Mynſingerus* decade X, conſ. XCI. *Neoſtadius* de pactis antenuptialibus, obſervatione XVIII. quare non ſatis probabile eſt, quod *Ligniacus* adfert de inſtrumento a rege ſubſcripto, ſed nondum addito ſigillo & ſecretarii manu, libro II. rerum Italicarum *Guicciardini*.

GRONOVII.

17 *Monumentum contractus*] Unde notitia haberi poſſit de contractu; non ut ex ea demum contractus auctoritatem accipiat.

18 *Accipiens hic ſit*] Qui enim offert, facit optionem vel electionem ejus, utrum duorum aut quid e pluribus velit.

19 *Per affirmationem*] Si accipiens non totum dicat, quod vult, ſed tantum, accipio, vel, maxime, vel, ita ſit.

(aa) Hoc nititur falſa hypotheſi, de quâ ſuo loco monuimus. *J. B.*

1 *Supra*

Digitized by Google

ipſa ex natura vocum relativarum repetita in promiſſione videbuntur. Antequam vero accepta ſit conditio, ne eum quidem teneri qui obtulit certum eſt nullum enim adhuc jus quæſitum eſt, ut ex his quæ de promiſſione ſupra diximus apparet. Et hæc oblatio conditionis minus eſt promiſſione.

## CAPUT XVII.

### De damno per injuriam dato, & obligatione quæ inde oritur.

I. *Culpam obligare ad reſtitutionem damni.*
II. *Damnum intelligi quod pugnat cum jure ſtricte dicto.*
III. *Accurate diſtinguendam aptitudinem a jure ſtricte dicto, ubi concurrunt.*
IV. *Damnum & ad fructus pertinere.*
V. *Ad lucrum ceſſans quomodo?*
VI. *Damnum dare facientes primario:*
VII. *Et ſecundario:*
VIII. *Item non facientes quod debent: primario,*
IX. *Et ſecundario:*
X. *Qualis efficacia circa actum ad hoc requiratur.*
XI. *Quo ordine teneantur.*
XII. *Obligationem extendi etiam ad damnum conſequens.*
XIII. *Exemplum in homicida:*
XIV. *In eo qui alteri vim intulit:*
XV. *In adultero & ſtupratore:*
XVI. *In fure, raptore, & aliis:*
XVII. *In eo qui cauſam promiſſioni dedit per dolum aut metum injuſtum.*
XVIII. *Quid ſi metu juſto naturaliter?*
XIX. *Quid de metu quem jus gentium pro juſto habet?*
XX. *Poteſtates civiles quatenus teneantur ex damno per ſubditos dato: ubi quæſtio de prædis in mari actis in ſocios contra imperium publicum.*
XXI. *Naturaliter ex animalis ſui aut navis ſua facto ſine culpa neminem teneri.*
XXII *Damnum dari, & adverſus famam & honorem, & quomodo reparetur.*

I. SUpra diximus ejus, quod nobis debetur, fontes eſſe tres, pactionem, maleficium, legem. De pactionibus ſatis tractatum. Veniamus ad id quod ex maleficio naturaliter debetur. Maleficium hic appellamus culpam omnem, ſive in faciendo, ſive in non faciendo, pugnantem cum eo, quod aut ² homines com-

GRONOVII.

1 SUpra diximus] 2, 1. 2.
2 Homines communiter] Vulgo omnes.

a Ex

communiter, aut pro ratione certæ 3 qualitatis facere debent. a Ex tali culpa obligatio naturaliter oritur, ſi damnum datum eſt, (aa) nempe ut id reſarciatur.

II. 1. b Damnum 4 forte a demendo dictum, eſt τὸ ἔλαττον, cum quis minus habet ſuo, ſive 5 illud ſuum ipſi competit ex mera natura, ſive accedente facto humano, puta dominio, aut pacto, ſive ex lege. Natura homini ſuum eſt vita, 6 non quidem ad perdendum, ſed ad cuſtodiendum, corpus, membra, fama, honor, 7 actiones propriæ. Dominio & pactis quomodo ſuum quid cuique ſit, 8 ſuperior tractatio docuit, tum quoad res, tum quoad jus in actiones alienas. Simili modo ex lege jus ſuum cuique oritur, quia idem aut plus lex poteſt quam in ſe ac ſua ſinguli. Sic pupillus jus habet 9 exactam quandam diligentiam exigendi a tutore, reſpublica a magiſtratu, nec reſpublica tantum, ſed & 10 cives ſinguli, quoties lex id expreſſe aut per ſufficientem conſequentiam ſignificat.

2. At ex ſola aptitudine, quod jus minus proprie dicitur, & 11 ab aſſignatrice juſtitia ſpectatur, non oritur verum dominium, ac proinde reſtitutionis obligatio: quia non id alicui ſuum eſt ad quod aptus eſt: *πλεονεκτεῖ οὐδὲν*, ait Ariſtoteles, *ὁ οὐ βοηθήσας χρή-* Nic. v, c. 4.
*ματι δι' ἀνελευθερίαν· Contra proprie dictam juſtitiam nihil committit, qui pecunia ſua alteri non ſuccurrit, præ tenacitate.* Cicero pro Cn. Plancio: *Eſt hac conditio liberorum populorum, poſſe ſuffragiis vel* Cap. 4.
*dare. vel detrahere quod velit cuique.* & tamen mox ſubdit, accidere ut populus faciat, quod velit, non quod debeat, voce debendi ſumta in laxiore ſignificatu.

III. Sed

GROTII.

a *Ex tali culpa obligatio naturaliter oritur* ] Ἀμελίας δίκη Græcis. [apud HESYCHIUM, qui exponit, ζημίας δίκην *J. B.*] Vide in decretalibus titulum *de injuria & damno dato*, & Digeſtis *ad l. Aquiliam* & vicinas rubricas.

b *Damnum forte a demendo dictum* ] Ita *Varro* libro IV. *Damnum a demtione, cum minus re factum quam quanti conſtat.* (Pag. 41. *Ed. H. Steph.*) Alii magis probant derivari a græco δαπάνη, ut ſit *dapnum*, deinde *damnum*, ut ὕπνος, *ſopnus*, *ſomnus*. Nec abſurde deducas a græco δάμνω quod eſt βιάζω, aut ex ζημία *damia*, *damnum*, ut *regia*, *regnum*.

GRONOVII.

3 *Qualitatis* ] Perſonæ, quam gerunt.

4 *Forte a demendo* ] *Scaliger* a δαπάνη. A demtione *Varro* l. 4. de L. L. & *Iſidorus* 5. Orig. 27. Quid ſi a δαμάω, δάμνημι.

5 *Illud ſuum* ] 1, 1. 5.

6 *Non quidem ad perdendum* ] Ut eam ipſe ſibi auferre poſſit. 2, 15. 16.

7 *Actiones propriæ* ] Quas jure ſuo tractat, & in quibus eum non oportet impediri.

8 *Superior tractatio* ] 2, 6. 1.

9 *Exactam quandam* ] Non tantum ut dolum aut culpam caveat. l. 23. *D. de R. Juris.*

10 *Cives ſinguli* ] Hinc Tiberius, bonum & ſalutarem principem ſervire debere & univerſis civibus ſæpe, & plerumque ſingulis. *Sueton.* c. 29.

11 *Ab aſſignatrice* ] 1, 1. 7. & 8.

(aa) Confer, in toto iſto capite, PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. III. Cap. 1. *J. B.*

12 Mo-

Digitized by Google

Thom. & Cajet. 2, 2. q. 62. art. 2. Soto, lib. IV, q. 6. Leſſius, lib. II. c. 12. dub. 18. & Covar. ad c. peccatum. p. 2. §. 7.

* Soto lib. IV, q. 7. Leſſ. lib. II. c. 12. dub. 16. n. 3.

a L. in quantitates, 73. §. magno 1. D. ad legem Falcid.

Thom. 2, 2. 62. art. 4. Soto, lib. IV. q. 6. art. 5.

III. Sed cavendum hic, ne confundantur quæ diverſi generis ſunt. Nam cui 12 magiſtratus collatio mandata eſt, is reipublicæ tenetur ad eligendum eum qui dignus ſit, & ad hoc exigendum reſpublica jus habet proprium. quare ſi ex indigni electione damnum fecerit reſpublica, ille 13 reſarcire tenebitur. Sic etiam civis aliquis non indignus, etſi jus proprium ad officium aliquod non habeat, habet tamen 14 verum jus petendi juxta alios: in quo jure ſi per vim aut dolum impediatur, jam non totius rei expetitæ ſed incerti illius damni æſtimationem exigere poterit. * Simile erit in eo, cui ne quid legaret teſtator, vi vel dolo fuit impeditus. nam 15 capacitas legati jus quoddam eſt, cui id eſt conſequens, ut libertatem teſtatoris in eo impedire injuria ſit.

IV. Minus autem quis habere, ac proinde damnum feciſſe intelligetur, non in re tantum, ſed & in fructibus 16 qui proprie rei fructus ſunt, ſive illi percepti ſunt, ſive non, ſi tamen ipſe eos percepturus fuerat, deductis impenſis quibus res melior facta eſt, aut quæ ad fructus percipiendos fuerunt neceſſariæ, ex regula quæ nos vetat locupletiores fieri cum aliena jactura.

V. Sed & 17 ſpes lucri ex noſtro æſtimabitur, non ut 18 illud ipſum, a ſed 19 ſecundum propinquitatem ad actum, ut in ſemente ſpes meſſis.

VI. Tenentur autem, præter ipſum qui per ſe & ἀμέσως damnum dat, alii quoque faciendo aut non faciendo. (bb) Faciendo alii

GRONOVII.

12 *Magiſtratus collatio*] Jus eligendi & ordinandi præfuturos oppido, pago, provinciæ, ærario, aut cuicumque parti publicæ adminiſtrationis.

13 *Reſarcire tenebitur*] *Novell.* 128. cap. 16. quæ *Juliano Anteceſ.* 124. capit. 556. p. 193. *Quod ſi talis adminiſtrator parum idoneus videatur, jubemus alium in loco ejus ſubrogari cum decreto epiſcopi & habitatorum ejuſdem civitatis; ſcientibus nominatoribus, quod ſi aliquod per eum civitati adlatum ſit detrimentum, de propriis facultatibus hoc reſarcire cogantur.* Ita leg. nam & præceſſit: *quod reliquatus fuerit pater* (is ipſe quem & adminiſtratorem appellat) *civitatis, ab eo exigatur periculo eorum, qui denominatores ejus fuerint.*

14 *Verum jus petendi*] Ambiendi cum ὁμοτίμοις ſive ſimilibus jure civibus; inde actio apud *Quintilianum* decl. 252. *Paraſitus raptor candidata.*

15 *Capacitas legati*] Poſſe ex teſtamento aliquid capere.

16 *Qui proprie rei fructus*] Non debentur ſingulari curæ induſtriæque poſſeſſoris, qualis a domino expectari nequeat.

17 *Spes lucri*] Quo veriſimiliter fuiſſem potitus, niſi rem meam alter poſſediſſet, aut ea me frui prohibuiſſet.

18 *Illud ipſum*] Non quanti lucrum ſolidum foret, id ſi percepiſſem; ſed arbitrio boni viri, prout propior aut longinquior a ſperato eventu abfui; prout plus aut minus periculi reſtabat ad eventum conſequendum, ſi non intercepta ſpes fuiſſet ab eo qui damnum dedit.

19 *Secundum propinquitatem*] Prout facilior ac pronior ad id fuerit via.

(bb) Vide quæ fuſè notavimus ad Libellum PUFENDORFII, *De Offic. Hom. & Civ.* Lib. I. Cap. I. §. 27. tertiæ & quartæ Edd. ubi de concurſu ad facinus alienum accuratiùs, quàm uterque Auctorum noſtrorum, egimus. *J. B.*

c Lan-

alii primario, alii ſecundario: primario, qui jubet, qui 20 conſenſum requiſitum adhibet, qui adjuvat, 21 qui receptum præſtat, aut qui alio modo in ipſo crimine participat.

VII. Secundario, qui conſilium dat, c laudat, aſſentatur. *Quid enim intereſt* d *inter ſuaſorem facti & probatorem?* ait Cicero Philippica ſecunda. *Cap. 12.*

VIII. Non faciendo item primario aut ſecundario: primario, qui cum 22 ex jure proprie dicto debeat vetare præcepto, e aut opem ferre ei cui fit injuria, id non facit. Is Chaldæo Paraphraſtæ Levit. XX, 5. סעד obfirmator dicitur.

IX. Secundario, qui aut non diſſuadet cum debeat, aut factum reticet quod notum facere debebat. Illud autem debere in his omnibus referimus ad jus proprium quod juſtitia expletrix reſpicit, ſive illud ex lege ſive ex qualitate exoritur. Nam ſi debeat 23 ex caritatis norma, peccabit quidem omittendo, non tamen ad reparationem tenebitur, cujus origo eſt jus aliquod proprium, ut ante diximus. *Leſſ. lib. II, c. 13. dub. 10.*

X. Sciendum quoque hos omnes quos diximus ita teneri, ſi vere cauſa fuerint damni, id eſt, momentum attulerint, aut ad totum damnum, aut ad partem damni. Nam ſæpe accidit 24 in agentibus vel negligentibus 25 ſecundarii ordinis, interdum etiam in quibuſdam qui ſunt ordinis 26 primarii, ut etiam 27 ſine eorum actu aut neglectu is qui damnum dedit certus fuerit id ipſum dare: *Th. 2, 2. q. 62. art. 6. Soto lib. IV. q. 7. art. 3.*

GROTII.

c *Laudat*] Totilas in oratione ad Gotthos, apud *Procopium* Gotthicorum III. ὁ γὰρ ἐπαινέσας τὸν δεδρακότα, οὐδέν τι ἧσσον τῶν πεπραγμένων αἰτουργὸς γίνεται· *Nam qui facientem aliquid laudat, & ipſe rei facta auctor habendus eſt.* Ulpianus in L. I. c. de ſervo corrupto. *Et ſi erat ſervus omnimodo fugiturus, vel furtum facturus, hic vero laudator ejus propoſiti fuerit, tenetur. non enim oportet laudando augeri malum.*

d *Inter ſuaſorem facti & probatorem*] Applicat hoc dictum Probo præfecto *Ammianus* libro XXVII. (*Cap.* II.) lege Langobardica lib. IV, tit. IV. etiam conſulens ad compoſitionem vocatur. Vide *Rom.* I. in fine, & ibi veteres ſcriptores.

e *Aut opem ferre ei cui fit injuria, id non facit*] *Nicetas Choniates* Michaële Comneno: ὁ ἐμπρησμὸς, οὐ μόνον τοῦ ἀνάψαντος, ἀλλὰ καὶ τοῦ κατασβέσαι δυναμένου, δρᾶσαι δέ τι τοιοῦτον ὅλως μὴ βουληθέντος· *Incendium non ei tantum imputatur qui facem intulit, ſed & ei, qui prohibere cum poſſet, omnino noluit.*

GRONOVII.

20 *Conſenſum requiſitum*] Qui, cum ſine conſenſu ac nutu ejus damnum mihi dare non poſſet adverſarius, petenti ut liceret, indulſit.

21 *Qui receptum*] L. I. §. 2. D. *de receptat.*

22 *Ex jure proprio*] Ratione perſonæ, muneris, poteſtatis.

23 *Ex caritatis norma*] Ut vir bonus aut homo Chriſtianus.

24 *In agentibus vel negligentibus*] Qui damnum dant faciendo vel omittendo.

25 *Secundarii*] Num. 7. 8.

26 *Primarii*] Num. 6. & 8.

27 *Sine eorum actu vel neglectu*] Etſi nihil illi faciendo vel omittendo peccaverint.



Digitized by Google

Cajetan. ad 9. 62. art. 6. Medin. q. 7. dare: quo caſu illi quos dixi [28] non tenebuntur. Quod tamen non ita intelligendum eſt, ut ſi alii defuturi non fuerint, puta qui ſuaderent, aut juvarent, non teneantur qui ſuaſerint, aut juverint, ſi abſque ope aut conſilio qui dedit damnum daturus id non fuiſſet. Nam & illi alii ſi ſuaſiſſent aut adjuviſſent, tenerentur.

Leſſ. lib. II, cap. 13. dub. 5. ib. dub. 4. XI. Tenentur autem primo loco ii, [29] qui imperio aut alio modo aliquem impulerunt ad factum: his deficientibus patrator facinoris: & poſt eum cæteri, [30] in ſolidum ſinguli qui ad actum cauſam dederunt, [f] ſi totus actus ab ipſis quamquam non ſolis proceſſit.

Excerpt. Contr. V. 5. XII. Qui vero de actu tenetur, [g] ſimul tenetur de his quæ illum ex actus vi ſunt conſecuta. [h] In Senecæ controverſia quadam hoc tractatur in ſpecie platani incenſæ ex qua domus arſerat, ubi hanc ponit ſententiam: *Etiamſi partem damni dare noluiſti, in totum quaſi prudens dederis tenendus es.* [31] *ex toto enim noluiſſe debet, qui imprudentia defenditur.* Ariarathes Cappadocum rex eo

Strabo XII. pag. 539. quod Melani amni exitum per laſciviam obſtruxerat, cum ejus perrumpentis impetu elatus Euphrates rapta parte Cappadocum terræ, magna & Galatis & Phrygibus damna intuliſſet, permiſſo Romanis judicio, talentis trecentis diſpendium ſarcivit.

Leſſ. lib. II, c. 9. dub. 19. XIII. Exemplo hæc ſint. Homicida injuſtus tenetur ſolvere impenſas, ſi quæ factæ ſunt in medicos, & iis quos occiſus alere ex officio ſolebat, puta parentibus, uxoribus, liberis dare tantum, quantum [32] illa ſpes alimentorum, ratione habita ætatis occiſi,

Diod. l. IV. c. 31. valebat: ſicuti Hercules legitur Iphiti a ſe occiſi liberis mulctam pependiſſe, quo facilius expiaretur. Michael Epheſius ad quintum Nicomachiorum Ariſtotelis: *ἀλλὰ καὶ ὁ φονευθεὶς ἔλαβε τρόπον τινά. ὃ γὰρ ἡ γυνὴ ἢ οἱ παῖδες, ἢ οἱ συγγενεῖς τοῦ φονευθέντος ἔλαβον, τρόπον τινὰ ἐκεῖνος δέδεται· Sed & qui occiſus eſt, accipit aliquo modo. Quæ enim uxor ejus & liberi & cognati accipiunt, ipſe quodammodo accipit.*

Lo-

GROTII.

f *Si totus actus ab ipſis, quanquam non ſolis proceſſit*] *Lex Langobardica* lib. I, tit. IX. 5.

g *Simul tenetur de his quæ illum ex actus vi ſunt conſecuta*] Vide *Thomam* prima ſecundæ quæſt. XX. art. 5. & l. ſi ſervus ſervum. 27. §. ſi quis inſulam 8. D. *ad l. Aquiliam.*

h *In Seneca controverſia*] Excerptis V, 5.

GRONOVII.

28 *Non tenebuntur. Quod tamen*] Sed ita, ſi conſcii non fuerint illius eventus, quamvis rem adjuverint faciendo vel non faciendo.

29 *Qui imperio aut*] Qui primario aut ſecundario in cauſa fuerunt.

30 *In ſolidum*] Ad omne damnum ſarciendum.

31 *Ex toto enim noluiſſe*] Omnino nec in parte, neque in toto damnum dare non voluiſſe intelligitur, qui ſic ſe defendit, ut dicat ſe inſcio atque imprudente datum eſſe.

32 *Illa ſpes alimentorum*] Prout magis aut minus deſtituti ſunt qui alebantur, & prout lautius aut arctius contentiuſque, qui occiſus eſt, eos fovere potuiſſet per ætatem.

i Qui

Digitized by Google

Loquitur de homicida injuſto, id eſt, qui non habuit jus id faciendi unde mors ſequitur. Quare ſi quis jus habuerit, ſed in caritatem peccaverit, ut 33 qui fugere noluit, non tenebitur. Vitæ autem in libero homine æſtimatio non fit, ſecus in ſervo, qui vendi potuit.

*Leſſ. dub. 11. Navarr cap. 15. num. 22.*

XIV. 1 Qui mutilavit, ſimiliter tenebitur ad impenſas & ad æſtimationem ejus quod jam, qui mutilatus eſt, 34 minus poterit lucrari. Sed ſicut ibi vitæ, * ita & hic cicatricis in libero homine æſtimatio non fit. De 35 conjectione in carcerem idem dicendum.

* *L. ult. D. De his qui effud. vel dej.*

XV. Sic adulter & adultera tenentur non tantum indemnem præſtare maritum ab alenda prole, ſed & legitimis liberis rependere, ſi quod damnum patiuntur ex concurſu ita ſuſceptæ ſobolis ad hereditatem. Qui virginem imminuit vi, aut fraude, tenetur ei rependere 36 quanti minoris ipſi valet ſpes nuptiarum: imo & ducere tenetur, ſi ea promiſſione corporis uſuram impetraverit.

*Leſſ lib. 11. c. 10. dub. 6.*

*Leſſ. lib. 11. c. 10. dub. 2. & 3.*

XVI. Fur & raptor tenentur rem ſubtractam reddere cum ſuo 37 incremento naturali, & 38 cum ſequente damno aut ceſſante lucro: & ſi res perierit, æſtimationem 39 non ſummam, 40 non infimam, ſed mediam. In hac claſſe ponendi & illi qui legitima † vectigalia fraudant. Similiter tenentur qui 41 judicio injuſto, 42 accuſatione injuſta, teſtimonio injuſto damnum dederunt.

*Ib. c. 12. dub. 17.*

† *Leſſ. lib. 11, c. 33. dub. 8.*

XVII. Sed & qui contractui aut promiſſioni cauſam dedit dolo, vi, aut metu injuſto, 43 tenetur eum quicum actum eſt in inte-

*Covar. c. peccatum. p. 2. §. 5.*

### GROTII.

1 *Qui mutilavit, ſimiliter tenebitur ad impenſas & ad æſtimationem ejus, quod jam qui mutilatus eſt minus poterit lucrari*] Idem apud Hebræos ſervatum, *Baba Kama* cap. VIII. §. 1. & apud Anglos & Danos, quorum fedus vide apud doctiſſimum *Pontanum* diſſertatione de mari.

### GRONOVII.

33 *Qui fugere noluit*] Sed aggredientem expectavit & necavit interea, dum ipſe ſeſe defendit.

34 *Minus poterit lucrari*] Corpus habet non tam ſufficiens operis, eoque mereri mercedes nequit quantas ſolebat.

35 *Conjectione in carcerem*] Si quis injuria detinens aliquem in vinculis prohibuit operas præbendo rem facere.

36 *Quanti minoris ipſi*] Quanto ob pudorem amiſſum nunc longius abeſt a ſpe honeſti matrimonii.

37 *Incremento naturali*] Cum fructibus, quos res per ſe ſine manu & induſtria hominis erit factura.

38 *Cum ſequente damno*] Quanto deterior eſt cum reddit, quantoque minus utilitatis & commodi præbere poteſt.

39 *Non ſummam*] Quanti eſt, cum plurimi.

40 *Non infimam*] Quanti, cum minimi.

41 *Judicio injuſto*] Si judex litem ſuam fecerit. pr. Inſt. *de oblig. ex quaſi delict.*

42 *Accuſatione injuſta*] Ut calumniatores. §. 1. Inſt. *de pœna temere litig.* Utrorumque meminit *Horat.* 2, ſat. 1. *Cervius iratus leges minitatur & urnam: Grande malum Turius, ſi quis ſe judice certet.*

43 *Teneturn eum*] 2, 13. 17.



Digitized by Google

integrum reſtituere, quia ille jus habuit, tum ne deciperetur, tum ne cogeretur; illud ex natura contractus, hoc ex naturali etiam libertate. His annumerandi ſunt * qui id quod ex officio facere tenebantur facere noluerunt, niſi pecunia accepta.

*Covarr. c. peccat. p. 2. §. 3.*
*Leſſ. lib. II, c. 17. dub. 6.*

XVIII. At [44] qui cauſam dedit, cur vim pati, aut metu cogi debeat, habet quod ſibi imputet: nam [45] involuntarium ex voluntario ortum habens moraliter pro voluntario habetur.

*Bodin. L. v. De Republ. c. 6.*
** De Off. III. c. 29.*
*Lib. III. c. 13. & ſeq.*

XIX. At gentium conſenſu ſicut introductum eſt, ut bella omnia ſummæ poteſtatis auctoritate utrinque geſta & indicta [46] pro juſtis habeantur, quoad effectus externos, qua de re infra dicemus: ita & hoc, ut [47] talis belli metus hactenus pro juſto habeatur, ne quod ita obtentum eſt repeti poſſit. Atque hoc ſenſu admitti poteſt diſtinctio Ciceronis, * inter hoſtem, [48] quicum multa jura habemus, ut ait, communia, ex gentium conſenſu ſcilicet, & piratas ac latrones. Nam hi ſi quid metu expreſſerunt repeti poteſt, niſi jusjurandum interceſſerit: quod illi, non item. Quare quod Polybio videtur juſtam fuiſſe Carthaginienſibus cauſam belli Punici ſecundi, quod Romani ab ipſis mercenariorum ſeditione occupatis bello denuntiato Sardiniam inſulam & pecuniam expreſſiſſent, habet naturalis æquitatis aliquam ſpeciem, ſed a jure gentium abit, ut alibi explicabitur.

*Plutarch. in Cimon. p. 483. C.*

XX. 1. Ex neglectu tenentur reges ac magiſtratus, qui ad inhibenda latrocinia & piraticam non adhibent ea quæ poſſunt ac debent remedia: quo nomine damnati olim ab Amphictyonibus Scyrii. Quæſitum memini ex facto, cum patriæ noſtræ rectores poteſtatem prædarum in mari ex hoſte agendarum [49] per codicillos plurimis dediſſent, & eorum nonnulli res amicorum rapuiſſent, deſertaque patria mari vagarentur, ac ne revocati quidem redirent, an rectores eo nomine tenerentur, aut quod malorum hominum uſi eſſent opera, aut quod [50] cautionem non exegiſſent. Dixi eos in nihil amplius teneri, quam ut noxios, ſi reperiri poſſent, punirent aut dederent: præterea [51] in bona raptorum jus reddi

### GRONOVII.

44 *Qui cauſam dedit*] Negando ſcilicet quod jure ab eo petebatur.

45 *Involuntarium ex voluntario*] Coactio, quam quis meruit recuſando, quod omnino illi faciendum erat, non putatur invito inhibita, ſed ipſum cogi voluiſſe exiſtimatur.

46 *Pro juſtis habeantur quoad effectus*] Quæ bello quamvis injuſte illato acquiſita ſunt, pro jure acquiſitis procedant.

47 *Talis belli metus*] Ut quod belli quamvis injuſte illati terrore ac formidine expreſſum eſt, tamen, ſi jus armorum habuerit, qui expreſſit, jure teneat, idque ab eo poſt intervallum repeti nequeat.

48 *Quicum multa*] Adverſus quem quod vi, armis, terrore, dolo bono geritur, jure fieri exiſtimatur.

49 *Per codicillos*] *Acte van Octroy.*

50 *Cautionem non exegiſſent*] Prædes ac fidejuſſores dare, de non lædendis ſociis, juſſiſſent.

51 *In bona raptorum jus reddi*] Querentibus officio judicum permitterent ex bonis raptorum, quæ eſſent in patria, quatenus poſſent, reſarcire ſua damna.

k Gal-

reddi curarent. Nam ipſos injuſtæ prædationis cauſam non fuiſſe, nec quicquam de ea participaſſe: prohibuiſſe etiam legibus ne amicis noceretur: cautionem ut exigerent nullo jure fuiſſe obligatos, cum poſſent, etiam ſine codicillis, omnibus ſubditis hoſtem ſpoliandi poteſtatem facere, [52] quod & factum olim eſſet: neque talem permiſſionem cauſam eſſe cur damnum datum eſſet ſociis, cum poſſent privati etiam ſine permiſſu tali naves armare & in mare progredi. Mali vero an futuri illi eſſent provideri non potuiſſe: neque vero vitari poſſe quo minus & malorum opera utamur, alioqui nullum colligi poſſe exercitum.

2. Neque vero ſi quid milites, aut terreſtres, aut nautici contra imperium amicis nocuiſſent, reges teneri: quod k Galliæ * & Angliæ teſtimoniis probatum. Ut vero ſine culpa ſua ex miniſtrorum facto quiſquam teneatur, non eſſe juris gentium, ex quo dijudicanda eſſet hæc controverſia, ſed juris civilis, nec generalis, ſed [53] adverſus nautas & alios quoſdam ex rationibus peculiaribus introductum. Atque in eam partem a [54] ſupremi auditorii judicibus contra Pomeranos quoſdam pronuntiatum eſt, idque ad exemplum rerum in cauſa non diſpari, ante duo ſæcula, judicatarum.

* *Conſt. Galliæ tom. III. tit. 3. conſtitutione ann. 1583. c. 44.*

XXI. Illud quoque notandum eſt, [55] ut mancipium aut animal quod damnum, aut pauperiem fecit, noxæ dedatur, itidem ex jure civili eſſe (cc) Nam dominus, qui in culpa non eſt, natura ad nihil tenetur: ut nec is, cujus navis ſine ipſius culpa navi alterius damnum dedit; quamquam multorum populorum legibus? ut & noſtra, damnum tale [56] dividi ſolet ob culpæ probandæ difficultatem.

XXII. Sed damnum, ut diximus, etiam adverſus honorem & famam datur, puta verberibus, contumeliis, maledictis, calumniis, irriſu, aliiſque ſimilibus modis. In quibus non minus quam in furto atque aliis criminibus [57] vitioſitas actus ab effectu diſcernenda eſt. Nam illi pœna reſpondet, huic damni reparatio, quæ fit

*Leſſ. lib. II, c. 11. dub. 19. 25. 27. Soto lib. IV, q. 6. art. 3.*

GROTII.

k *Galliæ*] Vide etiam tomo conſtitutionum III, tit. II. conſtitutione anni cIɔ Iɔ XLIII. cap. 44.

GRONOVII.

52 *Quod & factum*] 3, 4. 1.

53 *Adverſus nautas*] Exercitoria & inſtitoria actione. 2, 11. 13.

54 *Supremi auditoru judicibus*] *Hoogen Raad.*

55 *Ut mancipium aut animal*] Videndi titt. *de noxalibus actionibus*, & *ſi quadrupes pauperiem fecerit.*

56 *Dividi ſolet*] Ut dimidium ejus ſuſtineat dominus navis lædentis, dimidium corruptæ.

57 *Vitioſitas actus ab effectu*] Ipſa culpa ſive injuria a damno per culpam vel injuriam dato.

(cc) Hoc verum quidem eſt de Animali bruto, quod, utpote Ratione deſtitutum, damnum propriè dictum dare nequit. At alia eſt ratio de Mancipio; ut oſtendemus, Deo dante, in Gallicis noſtris Notis ad hunc locum. *J. B.*

 l Ex-

ſit culpæ confeſſione, [1] exhibitione honoris, teſtimonio innocentiæ, & per ea quæ his ſimilia ſunt. quanquam & pecunia tale damnum rependi poterit, ſi læſus velit, quia pecunia communis eſt rerum utilium menſura.

GROTII.

[1] *Exhibitione honoris, teſtimonio innocentia*] Vide exemplum Viviani qui accuſationis injuſtæ pœnitentia ductus eſt, apud *Caſſiodorum* IV, 41.

# CAPUT XVIII.

## De legationum jure.

I. *Obligationes quaſdam ex jure gentium naſci, ut jus legationum.*

II. *Inter quos locum habeat.*

III. *An ſemper admittenda legatio.*

IV. *Adverſus legatos periculoſa molientes defenſionem licitam, non exactionem pœnæ.*

V. *Legationis jure non teneri eum, ad quem legatus miſſus non eſt.*

VI. *Hoſtem ad quem miſſus eſt legatus teneri:*

VII. *Nec opponi poſſe jus talionis.*

VIII. *Jus hoc & ad comites legatorum porrigi: ſi legati voluerint.*

IX. *Et ad bona mobilia.*

X. *Exempla obligationis, ſine cogendi jure.*

XI. *Quanti ſit hoc jus legationis.*

I. HActenus ea memoravimus, quæ ex jure naturæ debentur nobis, paucis duntaxat additis de gentium jure voluntario, quatenus ab eo aliquid erat juri naturæ ſuperadditum. Reſtat veniamus ad obligationes quas ipſum per ſe jus illud gentium, quod voluntarium dicimus, induxit. quo in genere (aa) præcipuum eſt caput de jure legationum. Paſſim enim legimus ſacra legationum, [a] ſanctimoniam legatorum, jus gentium illis debitum,

GROTII.

[a] S*Anctimoniam legatorum*] Pomponius l. *ſi quis.* ult. D. de legationibus: *ſi quis legatum hoſtium pulſaſſet, contra jus gentium id commiſſum eſſe exiſtimatur, quia ſancti habentur legati: & ideo ſi cum legati apud nos eſſent gentis alicujus, bellum cum eis indictum ſit, liberos eos manere. Id enim juri gentium conveniens eſſe. Itaque eum, qui legatum pulſaſſet, Quintus Mucius dedi hoſtibus, quorum erant legati, ſolitus eſt reſpondere.* Lege Julia de vi publica tenetur, quod ad legatos, oratores, comiteſve attinebit, ſi quis eorum quem pulſaſſe ſive injuriam feciſſe arguetur, *Ulpiano* reſpondente in l. *lege Julia.* 7. D. *ad legem Juliam de vi publica. Joſephus* antiquæ hiſtoriæ libro XV. (*Cap.* 8.) multum prædicat legatorum ſanctimoniam, quibus ait commune cum angelis Dei nuntiis nomen. *Varro* lib. III. de Lingua Latina: *Sancta ſunt corpora legatorum. Cicero* Verrina III. *Legatorum jus divino humanoque vallatum præſidio, cujus tam ſanctum & venerabile nomen eſſe debet, ut non modo inter ſociorum jura, ſed & hoſtium tela incolume verſetur.* Scriptor vitæ Epaminondæ:

[Immo

Digitized by Google

tum, jus divinum humanumque: ſanctum inter gentes jus legationum, federa ſancta gentibus, fedus humanum: ſancta corpora legatorum: Papinio, (*Thebaid.* II. 486.)

*Sanctum populis per ſecula nomen.*

Cicero de haruſpicum reſponſis: *Sic enim ſentio, jus legatorum cum hominum præſidio munitum, tum etiam divino jure eſſe vallatum.* Itaque hoc violare non injuſtum tantum eſſe, b ſed & impium omnium confeſſione, ait Philippus in epiſtola ad Athenienſes. *Cap.* 16. *Apud Demosth. p.* 62. *A.*

II. 1. Sed primum ſciendum eſt, qualecunque eſt hoc jus gentium de quo videbimus, ad eos legatos pertinere, quos mittunt qui ſummi imperii ſunt compotes inter ſe. nam qui extra hos legati

[Immo *Pelopida.* CORN. NEPOS, c. 5. n. 1.] *Cum legationis jure ſe tectum arbitraretur, quod apud omnes gentes ſanctum eſſe conſueſſet.* *Diodorus Siculus* in excerptis Peireſianis, *pag.* 349. τὴν ἄδειαν vocat τῆς τῶν πρεσβευτῶν ἀσυλίας· *ſecuritatem a legatorum ſanctimonia.* Apud *Papinium* lib. II. (*Theb.* verſ. 373.

*tutique regreſſus*
*Legato.*)

*Chryſoſtomus*: καὶ οὐδὲ τον κοινὸν νόμον ᾐδέσθησαν, ὅτι ὁ πρεσβεύων οὐδέποτε πάσχει τι κακόν· *ne commune quidem fas hominum reveriti ſunt, quod tutos præſtat legatos ab omni malo.* Servius ad XI. Æneidos, (*vers.* 101.) *ab omni injuria tectus jure gentium.* Ne omnia loca enotem, adde *Livium* lib. I. de Laurentibus. (cap. 14.) *Dionem Chryſoſtomum* de lege & conſuetudine, *Vellejum Paterculum* initio lib. II. *Menandrum Protectorem*, Epiſtolam *Felicis* ad *Zenonem* in appendice *codicis Theodoſiani* data a *Sirmondo.* Totilas apud *Procopium* Gothicorum III. πᾶσι μὲν, ὡς ἐπὶ πλεῖστον εἰπεῖν, νόμος βαρβάροις, τὸ χρῆμα τῶν πρεσβέων σέβειν· *omnibus ut generatim loquar, barbaris mos legatos venerari.* Idem de barbaris dixit *Scafnaburgenſis.* *Aimonius* regi Clodovæo hæc dicta tribuit: *Ad extremum pro divinis ſimul humaniſque legibus, quæ injuriarum immunes ſanciunt debere eſſe eos qui mediatores hoſtilium efficiuntur armorum. Inter arma namque ſola legatio pacis ſequeſtra eſt. Exuit hoſtem qui legatione fungitur.* Vide & *Radevicum* in appendice. De Polonis vide *Cromerum* libro XX. de Turcis *Leunclavium* libro VIII. & libro XVII. de Mauris *Marianam* libro XII. [Apud *Varronem* non exſtant verba, quæ tamquam ex illo adfert Auctor, circa initium Notæ iſtius. Errorem hauſit è nota *Dionyſ. Gothofredi* in *L.* 17. *D. De Legation.* ubi hic pro verbis *Varronis* laudat, quod *Cujacius* dicit *Obſerv.* XII. 5. poſt indicatum *Varronis* fragmentum è *Lib.* III. *De Vita populi Rom.* quod ſervavit NONIUS MARCELLUS, p. 529. *Edit. Mercer.* Apud *Vellejum Paterculum* etiam, Lib. II. Cap. 2. initio, nihil eſt quod huc faciat; & Auctor ipſe locum illum, juxta verum ſenſum, ſupra adtulit, *Cap.* XV. §. 16. *num.* 2. in fine. *J. B.*]

(aa) Jus *Legationum*, in ſe ſpectatum, verè oritur à Jure Naturali, ut oſtendit PUFENDORFIUS, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. 3. §. 23. Quæ autem privilegia moribus gentium tantum originem debent, illa nemo tenetur Legatis concedere, niſi velit, & pacto vel expreſſo, vel tacito, ad illa concedenda ſeſe obſtrinxerit. *J. B.*

GROTII.

b *Sed & impium*] Ἔργον ἀσεβὲς ait *Plutarchus* in vita Æmilii, narrans Gentii factum, p. 261. *Joſephus* libro XV. hiſtoriæ antiquæ: τοῦτο τὸ ὄνομα καὶ πολεμίους πολεμίοις διαλλάττειν δύναται. ποῖον οὖν μεῖζον ἂν γένοιτο ἀσέβημα ἢ πρέσβεις ἀποκτεῖναι τοὺς ὑπὲρ τοῦ δικαίου διαλεγομένους; *Hoc nomen & hoſtes hoſtibus valet reconciliare; quid ergo fieri magis impium poteſt, quam legatos occidere pro æquitate loquentes?*

gati ſunt 1 provinciales, 2 municipales, atque alii, non jure gentium, quod inter gentes eſt diverſas, ſed 3 jure civili reguntur.
Lib. I. c. 32. Legatus apud Livium publicum ſe nuntium populi Romani vocat. Apud eundem Livium * alibi ſenatus Romanus 4 jus legationis externo, non civi comparatum ait: & Cicero † ut oſtendat non eſſe legatos mittendos ad Antonium: *Non enim*, inquit, *cum Annibale res eſt, hoſte reipublicæ, ſed cum cive.* Qui autem externi habendi ſint ita clare expoſuit Virgilius, ut nemo juriſconſultorum poſſit clarius:

* Lib. VI. c. 17.
† Philipp. V. 10.
Æn. VII, 369.

*Omnem equidem ſceptris terram quæ libera noſtris*
5 *Diſſidet, externam reor.*

2. c Qui ergo impari junguntur federe, cum ſui juris eſſe non deſinant, jus habebunt legationis: immo & hi 6 qui ex parte ſubditi ſunt, ex parte non ſunt, pro ea parte qua non ſunt ſubditi. At reges qui bello ſolenni victi, 7 regnoque exuti ſunt, cum aliis regni bonis & jus legandi perdiderunt. Ideo 8 Perſei a ſe victi caduceatores retinuit P. Æmilius.

3. In bellis vero civilibus neceſſitas interdum locum huic juri facit, extra regulam, d puta cum ita diviſus eſt populus in partes quaſi æquales, ut dubium ſit ab utra parte ſtet jus imperii; aut cum jure admodum controverſo de regni ſucceſſione duo decertant. Nam hoc eventu gens una pro tempore quaſi duæ gentes habe-

GROTII.

c *Qui ergo impari junguntur federe*] *Cromerus* XXX.

d *Puta cum ita diviſus eſt populus*] Vide de legatis civitatis Toleti ad regem, *Johannem Marianam* libro XXII, 8. de Flandris *Crantzium* Saxonicis XII, 33.

GRONOVII.

1 *Provinciales*] A diœceſibus, ſatrapiis, nomis, ut in Ægypto dicebantur.

2 *Municipales*] Ab oppidis.

3 *Jure civili reguntur*] Pro privatis habentur.

4 *Jus legationis externo*] Securitatem inter inimicitias publicas præſtari legato alienigenæ nec noſtræ ditionis: non ejus populi qui noſtro imperio eſt obnoxius.

5 *Diſſidet*] Separata eſt a noſtro regno vel territorio.

6 *Qui ex parte*] Ut qui de alieno regno feuda poſſident.

7 *Regnoque exuti*] Videtur hoc nimis crudum, neque admittendum, niſi tantum temporis intervallum interceſſerit, ut illi regnum pro derelicto habere poſſint credi.

8 *Perſei a ſe victi caduceatores*] Liv. 44, 45. & 46. Sed retinuiſſe putes caduceatores Perſei, non quod regno exutum jus habere mittendi non putaret, ſed quod ingenti fiducia exuendi hominem regno, pacem ei dare nollet, & quod ſine accepta mittendi venia occurrerant. Livius 32, 11. Idem lib. 6. 37. 45. *Ideo nihil illis mali, ſed per eos reſponſum Perſeo non dedit.* [Video tamen, quum poſtea tres Legati à *Perſeo* ad *Paullum Aemilium* mitterentur, cum literis, in quibus *Rex Perſeus Conſuli Paullo ſalutem* dicebat, ſine reſponſo ac ſine literis eam legationem dimiſſam eſſe: unde *ſenſit Perſeus, cujus nominis obliviſcendum victo eſſet:* itaque *alteras literas cum privati titulo* miſit. Liv. XLV. 4. Unde colligitur, neque tales legatos à *Paullo* tamquam ſanctos & inviolabiles haberi debuiſſe. J. B.]

e *Fla-*

Digitized by Google

habetur. Ita e 9 Flavianos accuſat Tacitus, quod ſacrum etiam inter exteras gentes legatorum jus in Vitellianis civili rabie temeraſſent. Piratæ & latrones, qui civitatem non faciunt, jure gentium niti non poſſunt. Tiberius cum ad eum Tacfarinas legatos miſiſſet, indoluit, quod deſertor & prædo 10 hoſtium more ageret: quæ verba ſunt Taciti. Sed interdum tales qui ſunt, jus legationis nanciſcuntur fide data, * ut olim fugitivi in ſaltu Pyrenæo.

*Hiſt.* III. c. 80.

* *An.* III. c. 73. *Caſ. l.* III. *de bello civ.* c. 19.

III. 1. Duo autem ſunt de legatis quæ ad jus gentium referri paſſim videmus; prius f ut admittantur, deinde ne violentur. De priore locus eſt Livii, ubi Hanno ſenator Carthaginienſis in Annibalem ſic invehitur: *Legatos ab ſociis, & pro ſociis venientes bonus Imperator veſter in caſtra non admiſit: jus gentium ſuſtulit.* Quod tamen non ita crude intelligendum eſt: g non enim omnes admitti præcipit gentium jus: ſed vetat ſine cauſa rejici. Cauſa eſſe poteſt ex eo qui mittit, ex eo qui mittitur, ex eo ob quod mittitur.

*Lib.* XI. c. 10.

2. Meleſippus Lacedæmoniorum legatus, auctore Pericle, dimiſſus eſt extra fines agri Attici, quod ab hoſte armato veniret. Sic h ſenatus Romanus * negavit ſe Carthaginienſium legationem admittere poſſe, quorum exercitus eſſet in Italia. Perſei adverſus Romanos bellum molientis † legatos non admiſerunt Achæi. Sic Totilæ ſæpe perfidi legationem rejecit Juſtinianus, *a* & Gothi, qui Urbini erant, Beliſarii oratores. Cynethenſium quoque, ut gentis ſceleratæ, legatos undique pulſos narrat *b* Polybius. Secundi exemplum eſt in Theodoro, qui *ἄθεος* vocabatur, *c* quem a Ptolemæo ad ſe miſſum audire Lyſimachus noluit: idemque aliis evenit peculiaris odii cauſa. Tertium quod diximus locum habet, i ubi

*Thuc. l.* II. c. 12.

* *Zonar. Tom.* 2.

† *Liv. l.* XLI c. 29.

a *Procop. l.* II. & III.

b *Libro* IV. c. 21.

c *Diog. Laert.* II. 102.

GROTII.

e *Flavianos accuſat Tacitus* ] Et Magnentium *Zoſimus* libro II. Μαγνέντιος δὲ καθ᾽ ἑαυτὸν ἔστρεφε γνώμην, πότερον χρὴ Φίλιππον ἄπρακτον ἀποπέμπειν, ἢ κατέχειν παρ᾽ ἑαυτῷ τὸν ἐπὶ τοῖς πρέσβεσι πατοῦντι θεσμόν. *Magnentius apud animum ſuum volvebat, deberetne Philippum irritum dimittere, an apud ſe retinere calcato jure legationum.* Is Philippus à Conſtantio venerat, (*Cap.* 47. *Ed. Cellar.*)

f *Ut admittantur* ] *Donatus* ad prologum Hecyræ: *Oratorem audire oportere jus gentium eſt.* (Ad vers. 1.)

g *Non omnes admitti præcipit gentium jus* ] Vide *Camdenum* in anno CIↃ IↃ LXXI. quæſtionum ibi propoſitarum quarta,

h *Senatus Romanus negavit ſe Carthaginienſium legationem admittere poſſe, quorum exercitus eſſet in Italia* ] De hoc Romanorum more vide *Servium* ad VII. Æneidos, (*vers.* 168.)

GRONOVII.

9 *Flavianos accuſat* ] Ut & L. Opimium *Vellejus*, quod Fulvii Flacci filium, quem pater legatum de conditionibus miſerat, interfecerit. lib. 2, 7.

10 *Hoſtium more ageret* ] Uſurparet jus, quod ſolis conceſſum eſt, qui pares poteſtate atque imperio bello contendunt.



Digitized by Google

d II Regum *xviii.* 36. i ubi cauſa mittendi aut ſuſpecta eſt, ut Rhabſacis d Aſſyrii legatio ad populum concitandum merito ſuſpecta erat Ezechiæ, aut non ex dignitate aut temporibus conveniens. Sic Ætolis denuntiarunt Romani, e ne quam legationem mitterent, niſi permiſſu Imperatoris: Perſeo ne Romam mitterent, f ſed ad Licinium: & Jugurthæ g legatis edictum k intra decem dies Italia excederent, ni regnum & regem deditum veniſſent. Optimo autem jure rejici poſſunt, quæ nunc in uſu ſunt legationes aſſiduæ, quibus quam non ſit opus docet mos antiquus, cui illæ ignoratæ.

e *Livius lib.* XXXVII. c. 49. f *Lib.* XXXII. c. 36. g *Salluſt. Bell. Jug.* c. 30.

IV. 1. l De non violandis legatis difficilior eſt quæſtio, & varie a claris hujus ſæculi ingeniis tractata. Videndum autem habemus de legatorum perſonis, deinde de comitibus eorum ac bonis. De perſonis alii ita ſentiunt, jure gentium vim duntaxat injuſtam a legatorum corporibus arceri: cenſent enim 11 privilegia ex jure communi interpretanda. Alii non omnibus de cauſis putant legato vim inferri poſſe, ſed ita demum ſi jus gentium ab eo læſum ſit, quod ſatis late patet: nam in jure gentium jus naturæ includitur, ita ut ex omnibus delictis puniri jam legatus poſſit, niſi quæ 12 ex mero jure civili oriuntur. Reſtringunt hoc alii ad ea, quæ contra ſtatum reipublicæ, aut dignitatem ejus ad quem legatus mittitur, fiunt: quod ipſum ſunt qui periculoſum putant, & querelas exponendas ei qui miſit, ejuſque arbitrio permittendum legatum. Sunt & qui putant conſulendos 13 reges aut gentes quarum nihil intereſt: quod 14 prudentiæ eſſe poteſt, juris non poteſt.

2. Rationes quas pro ſe quiſque afferunt nihil definite concludunt: quia jus hoc non ut jus naturale 15 ex certis rationibus certo oritur, ſed ex voluntate gentium modum accipit. Potuerunt autem

GROTII.

i *Ubi cauſa mittendi aut ſuſpecta eſt*] Sic Andreas Burgus Cæſaris legatus in Hiſpaniam non admiſſus: *Mariana* libro XXIX. Simile apud *Cromerum* libro XX.

k *Intra decem dies Italia excederent*] Carolus Quintus Imperator legatos Galliæ, Venetorum, & Florentinorum ad bellum ſibi indicendum miſſos deduci juſſit in locum, qui a comitatu ſuo abeſſet triginta milliaria. *Guicciardinus* libro XVIII. *Bellajus* libro III. (fol. 103. *Edit. Pariſ.* 1573.)

l *De non violandis legatis*] *Menander Protector* de Juſtino II. Imperatore: ὁ δὲ παρὰ τὸν κοινὸν τῶν πρεσβευτῶν θεσμὸν, εἶχεν ἐν δεσμοῖς· *Ille Avarorum legatos contra jus legationum in vinculis habuit.* Vide *Ern. Cothmannum* reſponſo XXXII, num. 29. & ſequentibus, volumine V.

GRONOVII.

11 *Privilegia ex jure communi*] Eatenus admittenda, quatenus recepto juri non derogant.

12 *Ex mero jure civili*] Edicto aliquo aut conſtitutione reipublicæ ad ſolius illius ſtatum pertinente.

13 *Reges aut gentes*] In delictis legatorum ſumendos eſſe arbitros & ſequeſtros, qui extra cauſam ſint.

14 *Prudentiæ, non juris*] Quod ſi quis fecerit, prudenter egiſſe judicabitur; nemini tamen id facere, ſi recte facere velit, neceſſum eſt.

15 *Ex certis rationibus*] Non ex morali turpitudine vel neceſſitate.

autem gentes, aut omnino cavere legatis, aut cum certis exceptionibus. nam & hinc utilitas ſtat pœnæ in gravia delinquentes, & inde utilitas legationum, quarum mittendarum facilitas ſecuritate quanta poteſt eſſe maxima optime promovetur. Spectandum ergo quo uſque gentes conſenſerint: quod ex ſolis exemplis evinci non poteſt. Exſtant enim ſatis multa in partem utramque. Recurrendum igitur tum ad ſapientum judicia, tum ad conjecturas.

3. Judicia duo habeo maxime illuſtria, Livii alterum, alterum Salluſtii. Livii hoc eſt de legatis Tarquinii, qui proditionem concitaverant Romæ: *Quanquam viſi ſunt commiſiſſe, ut hoſtium loco* Lib. II.
*eſſent*, 16 *jus tamen gentium valuit*. Videmus hic (bb) etiam ad c. 4.
eos qui hoſtilia patrant 17 jus gentium extendi. Salluſtii dictum ad comites legationis, de quibus mox dicemus, non ad legatos ipſos pertinet: ſed recte a majori, id eſt, minus credibili, ad minus, id eſt, magis credibile procedet argumentatio. Is ita ait: *Fit reus magis* 18 *ex æquo bonoque, quam ex jure gentium*, (cc) *Bomilcar comes ejus, qui Romam fide publica venerat*. Bonum & æquum, id eſt, merum naturæ jus patitur pœnas exigi, ubi reperitur qui deliquit: at jus gentium legatos & qui his ſimiles fide publica veniunt excipit. Quare ut rei fiant legati contra jus eſt gentium, quo vetari multa ſolent quæ jus naturæ permittit. *Bello Jug. c. 39. Ed. Waſſ.*

4. Conjectura quoque hinc ſtat. Verius enim eſt privilegia ita intelligenda, ut 19 aliquid tribuant ultra jus commune. Quod ſi legati ab injuſta tantum vi tuti eſſent, nihil in eo magni eſſet, (dd) nihil præcipui. Adde quod 20 ſecuritas legatorum utilitati, quæ ex pœna eſt, præponderat. Nam pœna haberi poteſt per eum qui legatum miſit volentem: & ſi nolit, ab ipſo exigi bello, tanquam criminis approbatore. Objiciunt aliqui ſatius unum plecti, quam bello multos involvi. atqui ſi is qui legatum miſit factum ejus probet, legati pœna bello nos non eximet. Parte vero altera valde

GRONOVII.

16 *Jus tamen gentium valuit*] Maluerunt tamen eis parcere ob commune jus legatorum, quam afficere ſupplicio, quod eo jure indignos ipſi ſe reddidiſſent.

17 *Jus gentium extendi ad eos*] Hos quoque jure gentium inviolabiles eſſe.

18 *Ex æquo bonoque quam*] Bono magis exemplo, quam conceſſo jure. *Tacit.* I, annal. 38.

19 *Aliquid extra jus*] Amplius quam omnibus conceſſum eſt tralatitio jure.

20 *Securitas legatorum*] Omnium ſive recte agentium, ſive peccantium, res eſt magis ad exemplum pertinens quàm pœna peccantium.

(bb) Immo ex iſto loco contrarium inferri poteſt; ut oſtendemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis, ubi & quæ ad jus iſtud Legationis pertinent, accuratiùs exponentur, ex principiis, non fictitii illius Gentium Juris voluntarii, ſed ipſius Juris Naturalis. *J. B.*]

(cc) Locus iſte malè quoque huc trahitur, ut patet vel ex Interpretibus, qui verum ejus ſenſum dudum expoſuerunt. *J. B.*

(dd) Abundè ſufficit, ſi non ob quævis delicta jure ſuo excidat Legatus. *J. B.*

m Aut

valde in lubrico locatur ſalus legatorum, ſi actuum ſuorum rationem 21 alii reddere debeant, quam a quo mittantur. Nam cum plerumque diverſa, ſæpe & adverſa ſint conſilia eorum qui mittunt legatos, & qui accipiunt, vix eſt ut non ſemper aliquid in legatum dici poſſit, quod criminis accipiat ſpeciem. Et quanquam quædam ſunt ita manifeſta, ut dubitationem non habeant, ſufficit tamen 22 ad æquitatem & utilitatem legis univerſalis periculum univerſale.

5. Quare omnino ita cenſeo, placuiſſe gentibus ut communis mos, qui quemvis in alieno territorio exiſtentem ejus loci 23 territorio ſubjicit, exceptionem pateretur in legatis, ut qui ſicut fictione quadam habentur 24 pro perſonis mittentium (*ſenatus faciem ſecum attulerat, auctoritatem reipublicæ*, ait de legato quodam M. Tullius) ita etiam fictione ſimili 25 conſtituerentur quaſi extra territorium. unde & civili jure populi apud quem vivunt non tenentur. Quare ſi tale ſit delictum quod contemni poſſe videatur, aut diſſimulandum erit, m aut e finibus jubendus excedere legatus, quod Polybius ei factum narrat qui Romæ obſidibus fugiendi cauſam præbuerat. Unde obiter datur intelligi, quod alio tempore legatus Tarentinorum, 26 qui idem deliquerat, virgis cæſus eſt, id eo eveniſſe, n quod Tarentini victi ſub Romanis eſſe cœpiſſent. Si crimen ſit atrocius, & ad publicum malum ſpectans, o remittendus erit legatus ad eum qui miſit, cum poſtulato

*Phil.* VIII. c. 8.

*Liv.* V. 36.

GROTII.

m *Aut e finibus jubendus excedere legatus* ] Fecit id Stephanus Poloniæ rex Moſcis. *Thuanus* libro LXXIII, in anno cIↃ IↃ LXXXI. Eliſabetha Scoto, & Hiſpano. Utrumque habes apud *Camdenum* in an. cIↃ IↃ LXXI, & cIↃ IↃ LXXXIV.

n *Quod Tarentini victi ſub Romanis eſſe cœpiſſent* ] Sic Carolus V. legato ducis Mediolanenſis, ut ſubditi ſui, imperavit ne a comitatu ſuo abſcederet. *Guicciardinus* libro XVIII.

o *Mittendus erit legatus ad eum qui miſit* ] *Dion* in excerptis legationum: ὅτι νεανίσκοι τινὲς καρχηδονίων πρέσβεις τε εἰς τὴν Ῥώμην ἐλθόντες, ὑβρίσαντες ἐπέμφθησαν μὲν εἰς τὴν καρχηδόνα καὶ ἐξεδόθησαν σφίσιν, οὐκ ἔπαθον δὲ ὑπ' αὐτῶν δεινὸν οὐδὲν, ἀλλ' ἀφείθησαν· *Cum juvenes quidam legati a Carthagine Romam veniſſent, ibique contumelioſe quædam feciſſent, miſſi ſunt Carthaginem, traditique Carthaginienſibus, ab his vero nihil illis nocitum eſt, ſed dimiſſi ſunt incolumes.*

GRONOVII.

21 *Alii reddere* ] *Tacit.* 1, annal. 6. *eam eſſe conditionem imperandi, ut non aliter ratio conſtet, quam ſi uni reddatur.*

22 *Ad æquitatem &* ] Æquum & utile eſt, ut hæc ſingularia non attendantur, quia ſi non omnibus liberaverimus legatum, ex illis ſingularibus per interpretationem poterit teneri de omnibus.

23 *Territorio ſubjicit* ] 2. 5. 1. & 32.

24 *Pro perſonis mittentium* ] Repræſentant dominorum dignitates, & prout illi ampliores ſunt, majoribus honoribus adficiuntur.

25 *Conſtituerentur quaſi extra territorium* ] Haberentur & conſiderarentur, quaſi non habitarent nobiſcum, neque in finibus territorii noſtri eſſent. *Plinius* 5, 25. *Palmyra urbs nobilis ſitu, velut terris exemta a rerum natura, privata ſorte inter duo imperia ſumma, Romanorum Parthorumque, & prima in diſcordia ſemper utrinque cura.*

26 *Qui idem deliquerat* ] Obſidibus fugæ occaſionem dederat. *Livius* 25, 7.



Digitized by Google

ſtulato ut eum puniat aut dedat, quomodo Gallos poſtulaſſe legimus, ut ſibi dederentur Fabii.

*6.* Sed, quod ſupra diximus aliquoties, 27 humana jura omnia ita eſſe comparata, ut non obligent in ſumma neceſſitate, id de hoc quoque præcepto ſanctimoniæ legatorum obtinebit. Verum is 28 apex neceſſitatis non eſt 29 in ſumtione pœnæ, quam & aliis in caſibus tolli jure gentium infra apparebit, cum de ſolennis belli effectibus agemus: multo minus in loco, tempore, ac modo ſumendæ pœnæ, ſed in præcautione gravis mali, præſertim publici. Quare ut obviam eatur imminenti periculo, ſi alia nulla eſt ratio idonea, & retineri & 30 interrogari legati poterunt. Ita conſules Romani Tarquinii p legatos deprehenderunt, q 31 literarum in primis habita cura, ut Livius loquitur, ne interciderent.

7. Quod ſi vim armatam intentet legatus, ſane occidi poterit, non per modum pœnæ, ſed per modum naturalis defenſionis. Sic Fabios, quos 32 violatores juris humani Livius vocat, Galli occidere potuerunt. Itaque apud Euripidem Heraclidis Demophon fecialem ab Euryſtheo miſſum & vi ſupplices abripere conantem vi prohibuit, & cum ille diceret, (ee) *Lib. v. c. 36.*

*Tun' fecialem cadere huc miſſum audeas?*

reſpondet, *Ni fecialis dexteram a vi temperet.*

Huic

GROTII.

p *Legatos deprehenderunt*] Pelopidas in vincula conjectus ab Alexandro Pheræo, quod, legatus cum eſſet, Theſſalos ad libertatem concitaret. *Plutarchus*, (*pag.* 292.) & Latinus ſcriptor vitæ Pelopidæ. (*Corn. Nep. c.* 5.)

q *Literarum in primis habita cura*] Vide *Serranum* in Henrico IV. [Aut potius Auctorem Supplementi *Montliardum*, pag. 844. *Edit. Francof.* 1627. quâ uſus videtur Auctor. Neque enim *Serranus* ultra regnum *Caroli VII.* proceſſit. Ceterum agitur ibi, de eo qui à Secretis erat Legato *Hiſpaniæ*, propter proditionem, ſimul cum *Macrargo*, in cuſtodiam dato. *J. B.*]

GRONOVII.

27 *Ita comparata humana jura*] Quæ vel gentes vel civitates ſibi ſtatuerunt, ut ab iis ſit regreſſus ad jus primævæ communitatis.

28 *Apex neceſſitatis*] Inexcuſabilis & inevitabilis neceſſitas.

29 *In ſumtione pœnæ*] Sed in ſe conſervando. 2, 2. 6.

30 *Interrogari*] Examinari *more reorum Salluſt.* Catil. 31. & *teſtium Suet.* Octav. 56.

31 *Literarum*] Quas a Juniis, Vitelliis, Aquiliis nobilibus adoleſcentibus conſpiratis ad Tarquinium acceperant. *Liv.* 2, 4.

32 *Violatores juris*] Quia ad quos miſſi fuerant de pace legati, adverſus eos ſine auctoritate publica ſumtis armis pugnaverant. *Liv.* 5, 36.

(ee) Chorus eſt, qui loquitur heic, non Fecialis, *vers.* 272. Quamquam & in *Excerptis ex Trag. & Com. Græcis*, Auctor, neſcio quare, id Feciali tribuat. *J. B.*

r *Copræ*

Digitized by Google

Huic feciali nomen fuiſſe [r] Copreo, [ſ] & quia vi ageret a populo Athenienſi interfectum narrat Philoſtratus † vita Herodis. Diſtinctione non diſſimili ſolvit [33] Cicero * quæſitum illud, an patrem patriæ proditorem filius accuſare debeat. Vult enim debere ad avertendum periculum imminens, non autem vitato jam periculo in facti pœnam.

† *Vit. Soph.* II. 5.
* *Off.* III. 23.

V. I. Ea vero quam dixi lex, de vi legatis non inferenda, intelligenda eſt eum obligare ad quem miſſa eſt legatio, atque ita demum ſi admiſit, quaſi ſcilicet ab eo tempore [34] tacita pactio interceſſerit. Cæterum denuntiari & poteſt & ſolet, ne mittantur legati; alioqui pro hoſtibus fore: ut Ætolis † a Romanis eſt denuntiatum, & olim [35] a Romanis * Vejentibus edictum ni faceſſerent urbe, daturos [36] quod Lars Tolumnius dediſſet: & Romanis a † Samnitibus, [37] ſi quod adiiſſent in Samnio concilium, haud inviolatos abituros. Non pertinet ergo hæc lex ad eos per quorum fines, non accepta venia, tranſeunt legati. nam [t] ſiquidem ad

† *Liv.* XXXVII. c. 12.
* *Idem l.* IV. c. 58.
† *Livius*, X, 12.

GROTII.

[r] *Copreo*] Vide Iliados O. (vers. 639.)

[ſ] *Et quia vi ageret*] Sic interpretandum, quod Theodahatus Gotthus Juſtiniani legatis dicit apud *Procopium* Gotthicorum I. σεμνὸν μὲν τὸ χρῆμα τῶν πρέσβεων καὶ ἄλλως ἔντιμον καθέστηκεν εἰς πάντας ἀνθρώπους. τοῦτο δὲ τὸ γέρας εἰς τόδε οἱ πρέσβεις ἐν σφίσιν αὐτοῖς διασώζουσιν, ἰσότε σφετέρα ἐπιεικείᾳ φυλάξωσι τὸ τῆς πρεσβείας ἀξίωμα. κτεῖναι γὰρ ἄνδρα πρεσβευτὴν ἐνδίκως νενομίκασιν ἄνθρωποι, ὅταν ἢ εἰς βασιλέα ὑβρίσας φαίνηται, ἢ γυναικὸς ἄλλῳ ξυνοικούσης εἰς εὐνὴν ἔλθοι· *Sanctum apud homines legatorum nomen, plerumque honoris. Sed hoc jus legati ſibi tamdiu ſervant, quamdiu ſua modeſtia legationis dignitatem tuentur. Ita enim exiſtimant homines, fas eſſe vel interficere legatum, ſi is in principem ad quem mittitur ſit injurioſus, aut alienum matrimonium violet.* Legati vero, cum oſtendiſſent longiſſime ſe abeſſe ab adulterii ſuſpicione, quorum ne exitus quidem ſine cuſtode eſſent, addunt prudenter: τοὺς λόγους δὲ ἴσως ἂν ἐκ τοῦ πέμψαντος ἀκηκοὼς εἴπῃ, οὐκ αὐτὸς τὴν ἐντεῦθεν αἰτίαν, ἤν γε οὐκ ἀγαθοὶ τύχωσιν ὄντες, εἰκότως ἂν λάβοι. ἀλλ' ὁ μὲν κελεύσας φέροιτο δικαίως τὸ ἔγκλημα τοῦτο. τῷ δὲ πρεσβευτῇ τὸ τὴν ὑπουργίαν ἐκτελέσαι περίεστι μόνον· *Si legatus ea dixerit quæ audivit a principe qui ipſum miſit, ea ſi non fuit commoda, præſtare non ipſe debet culpam, ſed qui eum miſit: ipſi quippe nihil aliud conceſſum eſt quam miniſterio mandato fungi.* Vide & *Camdenum* indicato jam loco anni cIↃ IↃ LXXI.

GRONOVII.

33 *Cicero Offic. III.*] 23.

34 *Tacita pactio*] De ſecuritate illius, qui miſſus eſt.

35 *A Romanis Vejentibus*] Immo a Vejenti ſenatu legatis Romanis. *Liv.* 4, 58.

36 *Quod Lars Tolumnius*] Qui legatos Romanos ad ſe miſſos interfecerat.

37 *Si quod concilium*] Publicum aliquem conventum.

GROTII.

[t] *Siquidem ad hoſtes eorum eunt, aut ab hoſtibus veniunt*] Siculi Athenienſium ſocii legatos Syracuſanorum miſſos ad civitates alias cepere; *Thucydides* lib. VII. (c. 32.) Sic & Argivi cepere legatos Athenis a factione paucorum miſſos & Argos perduxere. idem *Thucydides* libro VIII. (c. 86.) Legatos Ætolorum ad Romanos intercepere & pretium eis extorſere Epirotæ. horum unus literis Romanorum liberatus. *Polybius* in excerptis legationum num. 27. De Gallorum ad Turcam legatis quos in Pado Hiſpani cepêre & occiderunt,

Digitized by Google

ad hoſtes eorum eunt, aut ab hoſtibus veniunt, aut alioqui hoſtilia moliuntur, interfici etiam poterunt, quod * Athenienſes fecerunt legatis inter Perſas & Spartanos, Illyrii legatis *a* inter 38 Eſſios & Romanos: multoque magis 39 vinciri, quod conſtituit *b* Xenophon in quoſdam, Alexander in eos, *c* qui Thebis & Lacedæmone ad Darium miſſi erant, Romani in *d* legatos u Philippi ad Annibalem, & *e* Latini in legatos Volſcorum.

2. Tale ſi nihil ſit, & male tractentur legati, x non illud jus gentium de quo agimus, ſed amicitia & dignitas aut ejus qui miſit, aut ejus ad quem eunt, violata cenſebitur. Juſtinus *f* de Philippo poſteriore Macedonum rege: *Legatum deinde ad Annibalem jungendæ ſocietatis gratia cum epiſtolis mittit: qui comprehenſus & ad ſenatum* (Romanum) *perductus incolumis dimiſſus eſt, non in honorem regis, ſed ne, dubius adhuc, indubitatus hoſtis redderetur.*

VI. Cæterum admiſſa legatio y etiam 40 apud hoſtes, tanto magis 41 apud inimicos, præſidium habet juris gentium. Caduceatoribus in bello pacem eſſe dixit Diodorus Siculus. Lacedæmonii, qui Perſarum feciales interfecerant, *g* eo dicuntur συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, *confudiſſe omnium hominum jura. Si quis legatum hoſtium pulſaſſet, contra jus gentium id commiſſum eſſe exiſtimatur, quia ſancti habentur legati*, inquit * Pomponius. Et Tacitus hoc jus de quo agimus vocat, † *hoſtium jus & ſacra legationis & fas gentium.* Cicero prima Verrina: *a Nome legati inter hoſtes incolumes eſſe debent?* Seneca de ira: *b Violavit legationes rupto gentium jure.* Livio *c* cædes ruptura jus gentium, ſcelus, cauſa nefanda, cædes impia *d* dicitur, in hiſtoria legatorum, quos Fidenates occiderant. Et alibi: *e Legatis in periculum ad-*

* *Thuc. l.* II. c. 67.
a *App. de bello Ill.* p. 760.
b *Lib.* VI. *de exp. Cyri* c. 3. §. 7.
c *Ar. lib.* II. c. 15.
d *Livius lib.* XXIII. c. 33.
e *Dion. Halic.* VI. 25.
f *Lib.* XXIX. c. 4.
g *Herodot.* VII. 137.
* *L. ult. D. de legation.*
† *Ann.* I. c. 42.
a *Cap.* 33.
b *Lib.* 3. c. 2.
c *Lib.* IV. c. 17.
d *Ibid.* c. 32.
e *Lib.* XXIV. c. 33.

derunt, vide judicia *Paruta* libro XI. *Bizari* libro XXI. de Flandriæ civitatum legatis ad Gallum captis a Maximiliano *Crantzium* Saxonicorum XII, 33. Laudatur Beliſarii clementia, quod Gelimeris legatis in Hiſpaniam miſſis & ab Hiſpania reverſis Carthaginem, quæ jam facta erat Romanorum, pepercerit. *Procopius* Vandalicorum I. [Secundum exemplum, è *Thucydide* petitum, non adcuratè refertur. Legati enim per proditionem traditi fuere *Argivis* à Paraliis. *J. B.*]

u *Philippi ad Annibalem*] Vide *Appianum* in excerptis legationum num. 19.

x *Non illud jus gentium de quo agimus*] Aliud ſit ſi quis extra fines ſuos inſidias ponat legatis alienis. eo enim jus gentium violaretur. Et hoc continetur in Theſſalorum oratione contra Philippum, apud *Livium*, (XXXIX. 25.)

y *Etiam apud hoſtes*] Vide loca modo producta ad §. I. *Donatus* ad illud Eunuchi: CONVENIRE ET COLLOQUI. *Sic pronunciandum eſt, ut quaſi dicat, liceat per te, miles, quod etiam inter hoſtes & in bello licet.* (In Act. III. Scen. 2. vers. 14.)

GRONOVII.

38 *Eſſios*] Iſſæos ab inſula *Iſſa* Illyrico objacente.

39 *Vinciri*] Cuſtodiæ dari. *Juſtin.* 2, 15.

40 *Apud hoſtes*] Inter quos bellum declaratum eſt.

41 *Apud inimicos*] Inter quos ſine bello ſimultas eſt.

z *Nihil*

Digitized by Google

f Lib. IV. c. 2. *adductis ne belli quidem jura relicta erant.* Curtius: f *Caduceatores qui ad pacem eos compellerent miſit, quos Tyrii contra jus gentium occiſos præcipitaverunt in altum.* Merito ſane: nam & in bello plurima incidunt negotia, quæ niſi per legatos tranſigi non poſſunt, & ipſa pax vix eſt ut aliter coëat.

VII. Solet & illud quæri, an jure talionis interfici, aut male tractari legatus poſſit ab eo veniens qui tale quid patraverit. Et ſunt quidem ultionis talis exempla in hiſtoriis ſatis multa. ſed nimirum hiſtoriæ non tantum quæ juſte, ſed & quæ inique, iracunde, impotenter facta ſunt memorant. Jus gentium non tantum mittentis cavet dignitati, ſed & ejus qui mittitur ſecuritati. quare 42 cum hoc quoque tacite contrahitur. Huic ergo fit in-
*App. de bello Pun. p. 19. Ed. H. Steph.* juria, 43 etiam ſi ei qui miſit nulla fiat. Non igitur magnanime tantum, ſed & ex jure gentium Scipio, qui poſtquam legati Romanorum a Carthaginienſibus male eſſent habiti, ductis ad ſe Carthaginienſium legatis, & quid fieri deberet interrogatus reſpondit, z nihil tale quale factum eſſet a Carthaginienſibus. Ad-
* *Lib. XXX. c. 25.* dit Livius * dixiſſe eum, nihil ſe facturum inſtitutis populi Romani indignum. Valerius Maximus conſulibus Romanis in facto
† *Lib. VI, c. 6. n. 2.* ſimili, † ſed antiquiore hanc tribuit vocem: *Iſto te metu, Hanno, fides civitatis noſtræ liberat.* Nam tunc quoque Cornelio Aſinæ, contra jus legationis, injectæ a Pœnis catenæ fuerant.

VIII. 1. Comites quoque & 44 vaſa legatorum 45 ſui generis ſanctimoniam habent, unde in antiquo 46 fecialium carmine
* *Livius, I, 24.* * erat: *rex, facisne me tu regium nuntium populi Romani Quiritium?*
† *L. lege Jul. 7. D. ad l. Jul. de vi publ.* 47 *vaſa comiteſque meos?* Et lege Julia † de vi publica teneri pronuntiantur non modo qui legatos, ſed & qui comites eorum injuria

GROTII.

z *Nihil tale quale factum eſſet a Carthaginienſibus*] *Diodorus Siculus* in excerptis Peireſcianis: Σκιπίων οὐκ ἔφη δεῖν πράττειν ὃ τοῖς καρχηδονίοις ἐγκαλοῦσιν· *dixit Scipio, non eſſe id faciendum quod ipſi in Carthaginienſibus accuſarent.* (Pag. 290.) & Romani ipſi legatos, jam comperto Carthaginienſium facto, dimiſerunt. Vide *Appianum.* Conſtantius Titianum a Magnentio ad ſe miſſum remiſit, quanquam Philippum a Conſtantio miſſum ad ſe retinebat Magnentius. *Zoſimus* libro II. (*Cap.* 49. *Ed. Cellar.*) Vide & hiſtorias apud *Cromerum* libris XIX. & XXI. & *Parutam*, de legatis Venetis in itinere in Galliam retentis, lib. VII.

GRONOVII.

42 *Cum hoc quoque tacite*] Quoties admittitur legatus, perinde eſt ac ſi fides ipſi quoque detur, fore ut ſalvus ſit atque incolumis.

43 *Etiamſi ei qui miſit*] Violando nempe legatum ejus, qui noſtrum ante violavit.

44 *Vaſa legatorum*] Supellex, ſarcinæ.

45 *Sui generis ſanctimoniam*] Non tantam, quantam legati, aliquam tamen.

46 *Fecialium carmine*] Verbis ſolennibus.

47 *Vaſa comiteſque meos*] Facisne ſarcinas & comites meos, ſarcinas & comites nuntii publici, & propterea eodem jure immunitatis & ſecuritatis gaudentes, quo me, ut arripi detinerique nullo prætextu queant.

a *Sancta*

juria affecerunt. Sed hæc a ſancta ſunt acceſſorie, & proinde 48 quatenus legato videtur. Itaque ſi quid comites gravius deliquerint, poſtulari a legato poterit ut eos dedat. b Vi enim abſtrahendi non ſunt: quod cum factum eſſet ab * Achæis in Lacedæmonios quoſdam, qui cum legatis Romanis erant, (ff) vociferati ſunt Romani jus gentium lædi. quò referri etiam poteſt Salluſtii judicium de Bomilcare, quo ſupra uſi ſumus. Quod ſi dedere eos nolit legatus, eadem ſcilicet facienda erunt 49 quæ modo de legato diximus.

* *Pauſ. libro* VII. *Seu Achaic.* c. 14. *pag.* 219. *Ed. Wech.* 1583

2. Ipſe autem legatus an juriſdictionem habeat in familiam ſuam, & c an jus aſyli in domo ſua pro quibuſvis eò confugientibus, (gg) ex conceſſione pendet ejus apud quem agit. Illud enim juris gentium non eſt.

IX. Bona quoque legati mobilia, & quæ proinde habentur perſonæ acceſſio, pignoris cauſa, aut ad ſolutionem debiti capi non poſſe, nec 50 per judiciorum ordinem, nec, quod quidam volunt, 51 manu regia, verius eſt. nam omnis coactio abeſſe a legato debet, tam quæ res ei neceſſarias quam quæ perſonam tangit, quo plena ei ſit ſecuritas. Si quid ergo debiti contraxit, &, ut fit, 52 res ſoli eo loco nullas poſſideat, ipſe compellandus erit amice, & ſi detrectet, is qui miſit, ita ut ad poſtremum uſurpentur 53 ea, quæ adverſus debitores extra territorium poſitos uſurpari ſolent.

X. 1. Nec metuendum eſt quod quidam putant, ne ſi id juris ſit nemo inveniatur qui cum legato contrahere velit. Nam & regibus qui cogi nequeunt non deſunt creditores, & apud quoſdam populos moris fuiſſe docet * Nicolaus Damaſcenus, ut de con-

* *Excerpt. Peireſc. p.* 522. *è Stob.* Serm. 42.

GROTII.

a *Sancta ſunt acceſſorie, & proinde quatenus legato videtur*] Vide *Fraxini Canai* epiſtolas, paginis 75 & 279.

b *Vi enim abſtrahendi non ſunt*] *Serranus* Henrico IV. [Aut potius Auctor Supplementi, eodem loco, quem indicavimus, in §. 4. Not. *q. J. B.*]

c *An jus aſyli in domo*] Diſtingui ferme hac in re ſolent crimina. Vide *Parutam* libro X. ubi rex Galliæ hanc ob cauſam iratus pacatur. Vide eundem libro IX.

GRONOVII.

48 *Quatenus legato videtur*] Quatenus ea ſancta & jus ſuum participantia velit, adeo ut vaſa poſſit obligare aut alienare, comites ad pœnam tradere.

49 *Quæ modo de legato*] Ut querela deferatur ad mittentem.

50 *Per judiciorum ordinem*] Ordinarios judices.

51 *Manu regia*] Vi ſuperioris dominii.

52 *Res ſoli*] Immobiles, prædia, fundos, domos, villas.

53 *Ea, quæ adverſus*] Dentur repreſſalia.

(ff) Exemplum iſtud malè refertur & aptatur. Conſule locum *Pauſaniæ*, quem in orâ libri diſtinctiùs indicavimus. *J. B.*

(gg) Vide Celeberrimi THOMASII Diſſertationem *De iure azyli, Legatorum ædibus competente*, quæ inter Lipſienſes XVI. numero eſt. *J. B.*

contractibus 54 qui in creditum iiſſent jus nullum redderetur, non magis ſcilicet quam adverſus ingratos: ita ut cogerentur homines, aut pariter implere contractum, aut contenti eſſe nuda fide debitoris. Et optat hunc rerum ſtatum d Seneca: *Utinam quidem perſuadere poſſemus, ut pecunias creditas tantum a volentibus acciperent: utinam nulla ſtipulatio emtorem venditori obligaret: nec pacta conventaque impreſſis ſignis cuſtodirentur. Fides potius illa ſervaret, & æquum colens animus.* Perſis quoque Appianus ait diſplicuiſſe: e τὸ κιχρᾶσθαι ὡς ἀπατηλόν τε καὶ φιλοψευδές, *pecuniam creditam ſumere, ut quæ res fraudibus & mendaciis eſſet obnoxia.*

Civil. I. pag. 382.

2. De Indis idem narrat † Ælianus: cui conſentit Strabo his verbis: * Δίκην δὲ μὴ εἶναι πλὴν φόνου καὶ ὕβρεως. οὐκ ἐπ' αὐτῷ γὰρ τὸ μὴ παθεῖν ταῦτα. τὰ δ' ἐν τοῖς συμβολαίοις ἐπ' αὐτῷ ἑκάστῳ· ὥστε ἀνέχεσθαι δεῖ, ἐάν τις παραβῇ τὴν πίστιν. ἀλλὰ καὶ προσέχειν ὅτῳ πιστευτέον, καὶ μὴ δικῶν πληροῦν τὴν πόλιν· *Judicia non eſſe niſi de cæde & injuria: quia homo præſtare non poſſit ne in ea incidat: at contractus in cujuſque eſſe poteſtate: ideo 55 ferendum ſi quis fidem violet: & ante videndum cui quiſque credat, non autem litibus implendam civitatem.* A Charonda quoque conſtitutum fuit, a ne quis actionem haberet qui 56 de pretio habuiſſet fidem: quod & f Platoni placuit. Notatum & b Ariſtoteli: παρ' ἐνίοις δὲ τούτων οὐκ εἰσὶ δίκαι, ἀλλ' οἴονται δεῖν στέργειν κατὰ πίστιν συναλλάξαντας· *apud quoſdam de his rebus judicia non ſunt: exiſtimant enim homines contentos eſſe debere fide quam ſunt ſecuti:* Et alibi: c ἐνιαχοῦ τ' εἰσὶν νόμοι, τῶν ἑκουσίων συμβολαίων δίκας μὴ εἶναι, ὡς δέον ᾧ ἐπίστευσε διαλυθῆναι πρὸς τοῦτον καθάπερ ἐκοινώνησεν· *Eſt ubi leges de* (hh) *credito jus reddi vetant, quaſi privatim tantum cum eo agendum ſit, cum quo quis contraxit, & cujus fidem ſecutus eſt.* Quæ contra hanc ſententiam adferuntur ex jure Romano, non ad noſtros legatos ſed ad provinciales aut municipales pertinent.

† *Var. Hiſt.* Lib. 4 c. 1.
* *Lib.* 15. p. 709.
a *Stob. de leg.*
b *Ethic. Nic.* VIII. 15.
c *Ibid.* IX, 1.

XI. Bellorum, quæ ob male habitos legatos ſuſcepta ſunt plenæ

GROTII.

d *Seneca*] De Beneficiis III, 15.

e Τὸ κιχρᾶσθαι] Τὸ ὀφείλειν χρέος pro eodem dixit *Herodotus Clio*, (ſeu *Lib.* I. c. 138.)

f *Platoni*] VIII. de Legibus, (*pag.* 849, 850. *Tom.* II. *Ed. H. Steph.*)

GRONOVII.

54 *Qui in creditum iiſſent*] Quibus mutuum factum eſſet, nulla daretur actio creditori. l. 2. D. *de reb. cred.* & *res in creditum abire*. l. 5. *de tributor. act.* l. 3. *ad SC. Macedon.*

55 *Ferendum ſi quis*] Non puniendum lege, cum ſatis ſit punitus amiſſo pudore.

56 *De pretio habuiſſet fidem*] De pecunia accipienda pro re vendita crediſſet emtoris promiſſioni.

(hh) Vertendum erat, *de contractibus voluntariis*, ut Græca ſonant. Ceteroquin vide quæ diximus ad PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 2. §. 3. Not. 1. *J. B.*

g Pro-

Digitized by Google

næ ſunt g profanæ hiſtoriæ. Exſtat & h in ſacris libris memoria belli quod eo nomine David geſſit adverſus Ammonitas. Nec aliam cauſam juſtiorem exiſtimat Cicero adverſus Mithridatem. 2 *Sam*. x. *Pro Leg. Man.* c. 5.

GROTII.

g *Profana hiſtoria*] Romani ob id bellum ſuſcepere in Senonas. *Appianus* excerpto legationum 4. & 10. In Illyrios & Ligures. *Polybius* excerpto legationum 125. & 134. In Iſſios. *Dion.* exc. legationum. 11. In Corinthios. *Livius* libro LII. Epitom. In Tarentinos. *Dionyſius Halicarnaſſenſis* excerpto legationum 4. (p. 709, 710. *Ed. Oxon.*) Francorum & Germanorum exempla habes apud *Aimoinum* libro III, cap. LXI. & LXXXVIII. & *Witikindum* libro II.

h *In ſacris libris*] Vide *Chryſoſtomum* ad Stagirium libro III.

# CAPUT XIX.

## De jure ſepulturæ.

I. *Ex eodem jure gentium naſci jus humandi mortuos.*
II. *Unde ortum?*
III. *Deberi & hoſtibus.*
IV. *An & inſigniter facinoroſis?*
V. *An & his, qui ſe interfecerint?*
VI. *Quæ alia ex jure gentium debeantur.*

I. 1. EX jure gentium, (aa) quod ex voluntate ortum habet, debetur & corporum mortuorum ſepultura. Dion Chryſoſtomus inter mores, ſive ἔθη. quæ τοῖς ἐγγράφοις, id eſt, *ſcripto juri* opponit, poſt legatorum jura commemorat μὴ κωλύειν τοὺς νεκροὺς θάπτειν, *non prohibere quominus ſepeliantur mortui*: Et Seneca pater inter jura non ſcripta, ſed omnibus ſcriptis certiora ponit 1 humum porrigere cadaveri. Naturæ id jus appellant Hebræi Philo ac * Joſephus; & φύσεως θεσμοὺς, Iſidorus † Peluſiota: ut ſolere ſub naturæ nomine comprehendi mores communes naturali rationi conſentaneos alibi diximus. Apud Ælianum eſt: *a* τῆς φύσεως τῆς κοινῆς ἀπαιτούσης τὸν μηκέτι ζῶντα κατακρύψαι· *cum mortuum condi ipſa imperet communis natura.* Idem alibi: *b* τὰ κοινὰ καὶ ἴσα πᾶσιν ἀνθρώποις vocat γῆν καὶ ταφὴν, *terram ac ſepulturam hominibus cunctis communia & ex æquo debita.* a Leges ho-

περὶ ἔθους. *Libro* 1. *contr.* 1. * *Jud. Bell.* v. 2. † *Epiſt. alt. edit.* 491. a *Lib.* XII. c. 64. b *Lib.* XIII, c. 30.

GROTII.

a LEges hominum] Φύσεως θεσμοὺς, naturæ leges. *Euſ.* hiſt. VIII, 19.

GRONOVII.

1 *Humum porrigere*] Erat hæc ſuperſtitio veterum, non præterire cadaver in via ſtratum, niſi gleba terræ injecta vel lapide. *Horat.* 1, Od. 28. *Petronius* cap. 74. *tralatitia humanitate laudare.*

(aa) Jus iſtud *Sepulturæ* à Lege Naturali quoque oritur. Vide quæ diximus ad PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. Cap. 3. §. 23. *Not.* 9. alterius Editionis. *J. B.*

 b Nó-

Digitized by Google

hominum, *νόμους βροτῶν* dixit Euripides *c* Supplicibus, *κοινὸν νόμιμον* *d* Ariſtides, Lucanus *e* hominum ritus, terrarum leges & mundi federa * Papinius, ſortis humanæ commercium † Tacitus, ſpem communem orator *f* Lyſias. Qui impedit, hominem exuere, *g* Claudiano dicitur; naturæ dedecus facere, Leoni *h* Imperatori: *τὴν ὁσίαν ὑβρίζειν*, *fas violare i* Iſidoro Peluſiotæ.

2. Et quia veteres jura hæc hominibus bene moratis communia, quo ſanctiora viderentur, ad Deos referebant auctores, ut legationis, ita & hoc jus Diis aſſcribi paſſim videmus. Itaque in dicta tragœdia *k* Supplicibus b *νόμον δαιμόνων* Deorum legem dictam invenies, & apud Sophoclem Antigone Creonti, qui Polynicem humari vetuerat, ita reſpondit (*vers.* 460, *& ſeqq.*)

> *Decreta quippe hæc nec ſupremus Jupiter*
> *Nec fas Deorum Manium dictaverat,*
> *Queis alia jura debet humanum genus,*
> *Nec id valere credidi juſſus tuos,*
> *Ut jura non conſcripta, ſed nutu Deûm*
> *Conceſſa, ſempiterna, mortalis ſatus*
> *Violare poſſes. non enim nuper vigent,*
> *Sed ævo ab omni: initia in occulto latent.*
> *Nonne ergo forti corde, ſepoſito metu*
> *Mortalis iræ, par Deis magnis fuit*
> *Me gerere morem?*

3. Iſocrates de bello agens Theſeos adverſus Creontem ita loquitur: *Quis neſcit, quis non didicit, vel in* 2 *Dionyſiis ex tragœdiarum auctoribus, quæ Adraſto mala circa Thebas contigerint, cum reducere volens Oedipodis filium, generum autem ſuum, Argivorum plurimos perdidit, ipſoſque* 3 *ductores vidit interemtos: ipſe vero cum dedecore ſuperſtes, cum inducias ad humandos mortuos obtinere non potuiſſet, ſupplex Athenas venit, quam tunc civitatem Theſeus regebat, eumque oravit ne viros tales inſepultos jacere pro nihilo duceret, neve pateretur proculcari antiquum morem, & jus patrium, quo omnes homines inter ſe utuntur, non quaſi ab humana natura condito, ſed tanquam imperato a divina potentia: quæ cum ille audiiſſet, ſine mora legationem Thebas decernit.* Idem mox c Thebanos reprehendit

c *Vers.* 378.
d *Panathen* Tom. I. p. 202. B.
e *Phars.* VII. 801.
* *Theb.* XII. 642.
† *Ann.* VI. c. 19.
f *Orat. funebr. ſeu* XXXI. c. 3.
g *Bello Gild. vers.* 397.
h *Nov.* LIII.
i *d. loco.*
k *Vers* 563.

*Panathenaico*, p. 268. *Ed. H. Steph.*

GROTII.

b *Νόμον δαιμόνων*] *Sophocles* Ajace (*vers.* 1149.) idem *θεῶν νόμους* dixit in Antigone.

c *Thebanos reprehendit*] Pacto, non prælio, obtentum a Thebanis jus ſepeliendi vult *Plutarchus* Theſeo (*pag.* 14.) At prælio *Pauſanias* Atticis (*c.* 39.)

GRONOVII.

2 *Dionyſiis*] Liberalibus ſive Bacchanalibus, quibus agebantur tragœdiæ, imo & inventæ putantur: unde ſcenici hiſtriones *Διονυσιακοὶ τεχνῖται.* *Ælianus* 2, 3.

3 *Ductores*] Amphiaraum, Tydea, Hippomedonta, Capanea, Parthenopæum, generum Polynicen.

d *La-*

Digitized by Google

hendit (bb) quod civitatis ſuæ decreta legibus divinis antehabuiſſent: ejuſdemque hiſtoriæ & alibi meminit, * Panegyrico, Helenæ † encomio, Plataica ‡ oratione: Herodotus quoque † Calliope, Diodorus Siculus hiſtoriarum *a* quarto, Xenophon hiſtoriæ Græcæ *b* ſexto, & Lyſias *c* ea quæ eſt in honorem ſepultorum: poſtremo Ariſtides in Panathenaico, (cc) qui bellum hoc ſuſceptum ait pro communi natura hominum.

4. Et paſſim apud laudatos auctores videmus egregia virtutum nomina huic officio tribui. Nam 4 humanitatem vocant (dd) † Cicero (*a*) & d Lactantius, humanitatem ac manſuetudinem (*b*) Valerius Maximus, miſericordiam & religionem (*c*) Quintilianus, miſericordiam & humanitatem (*d*) Seneca, *οἶκτον τῆς κοινῆς φύσεως miſerationem communis naturæ* * Philo, ſortis humanæ commercium † Tacitus, miſericordiam & pietatem (*e*) Ulpianus, (*f*) Modeſtinus memoriam humanæ conditionis: clementiam (*g*) Capitolinus: *δίκην*, ſive juſtitiam * Euripides & Lactantius: opus benignum † Prudentius. Contra Donatiſtas, qui Catholicorum corpora ſepeliri vetabant, impietatis accuſat (*h*) Optatus Milevitanus. Apud Papinium, (*Theb.* XII, 165.)

*bello cogendus & armis*
5 *In mores hominemque Creon.*

( ) Spar-

* *Pag.* 52. † *Pag.* 214. ‡ *Pag.* 306. † *Lib.* IX. *c.* 27. a *Cap.* 67. b *Cap.* 5. §. 38. *Ed. Oxon.* c *Cap.* 3. † *Cic. Orat. pro Quintio.* a *Lact. l.* VI, *inſt. c.* 12. b *Val. Max. l.* V, *c.* 1. c *Quint. lib.* XII, *c. ult. inſt. orat.* d *Sen. de beneſ. lib.* V, *c.* 20. f *L.* 27. *ff. de cond. inſt.*

* *Lib. de Joſeph.* p. 530. B. † *Annal.* VI. 19. e *L.* 14. §. 7. *D. de relig.* g *Capitol. in M. Anton. Philoſoph. c.* 13. * *Supplic.* vers. 379, 526, 530. † *Cathem.* Hymn. X, 63. h *Opt. l.* VI.

### GROTII.

d *Lactantius*] Cujus & hoc eſt lib. VI, c. 12. *Ultimum illud & maximum pietatis officium eſt, peregrinorum & pauperum ſepultura.*

### GRONOVII.

4 *Humanitatem*] *Juſtinus* II, 12. *idque eum non amoris, ſed* HUMANITATIS *cauſa feciſſe.*

5 *In mores hominemque*] Ad mores communi omnium hominum ſenſu receptos.

(bb) Non: ſed ut oſtendat, quanta eſſet auctoritas *Athenienſium*, obſervat, eos, qui *Thebis* plurimum poterant, majorem rationem habuiſſe illorum poſtulationis, quàm Legum ab ipſo Numine latarum, de jure ſepulturæ: Τὰς δὲ κυρίας ὄντας Θηβῶν οὕτω διαθεῖσαν, ὥσθ' ἑλέσθαι μᾶλλον αὐτὰς ὁμμᾶται τοῖς λόγοις ὑπὸ τῆς πόλεως ἐκπεμφθεῖσιν, ἢ τοῖς νόμοις τοῖς ὑπὸ τοῦ Δαιμονίου καταςαθεῖσι. Pag. 269. C. Auctor, dum feſtinans legeret, nec ad ſeriem orationis adtenderet, verba, ὑπὸ τῆς πόλεως, intellexit de *Thebis*; quum de *Athenis* agatur. *J. B.*

(cc) Locus eſt *pag.* 204. A. Tom. I. *Ed. Paul. Steph.* Sed ibi agitur de alio bello, nimirum de expeditione adverſus *Amazonas*: quod exemplum, quum ſtatim ſubjiciatur illi, de quo Auctor heic, ideo unum idemque eſſe putavit; eo faciliùs, quòd ibi eſt ἐνταῦθα. *J. B.*]

(dd) Nullibi in Oratione *Ciceronis*, ad quam remittit margo, reperitur vox *humanitatis*, juri ſepulturæ adcommodata. Originem erroris, in hoc & aliis locis laudatis, oſtendent Notæ noſtræ Gallicæ: harum enim modus non patitur, ut omnia dicamus, præſertim in iſto & præcedenti Capite, quæ omnium maximè talibus ἀβλεψίαις ſcatent. *J. B.*



Digitized by Google

(*i*) Spartianus tales ait eſſe ſine humanitatis reverentia: (*k*) Livius ſævitiam vocat 6 ultra humanarum irarum fidem. e Homerus dixerat ἀεικέα ἔργα. Eorum qui ſupervacaneam facerent ſepulturam, (*l*) Lactantius impiam vocat ſapientiam. Eandem ob cauſam impius Eteocles (*m*) Papinio.

i *Spart. vita Caracallæ*, c. 4.
k *Lib.* VIII. c. 24.
l *Lib.* VI. c. 12.
m *Theb.* III. vers. 98.

II. 1. Quæ primum cauſa moris hujus introducendi fuerit ut corpora humo tegerentur, ſive 7 condita prius, ut apud (*n*) Ægyptios, ſive cremata, ut apud Græcos pleroſque, ſive ita uti ſunt, quem morem eſſe antiquiſſimum notavit (*o*) Cicero & poſt eum f Plinius, de eo non idem omnibus videtur. Nam Moſchion exiſtimat occaſionem datam ex gigantea feritate mandendi homines, cujus abolitæ ſignum ſepulturam. ita enim ait:

n *Genes.* L. 2. *Tacit Hiſt.* V. 5.
o *De Legib.* II, 22.

*Tunc morte raptos imperatum legibus*
*Mandare terra, pulveremve inſpargere*
*Necdum ſepultis, ne darentur conſpici*
*Abominanda ſigna paſtus priſtini.*

2. Aliis videntur hoc modo homines velut ſponte ſolviſſe debitum, quod alioqui vel ab invitis repetit natura. Nam hominis corpus g ex terra ortum terræ deberi, non Deus tantum Adamo edixit, ſed & Græci Latinique paſſim agnoſcunt. Cicero ex Euripidis Hypſipyle:

*Tuſc. qu.* III. 25.

*Reddenda terra terra.*

Et quod apud Salomonem legimus pulverem quidem ad terram redire 8 quale fuerat, ſpiritum autem ad Deum qui dederat, Euripides

*Eccl.* XII, 9.

GROTII.

e *Homerus dixerat* ἀεικέα ἔργα] Idem Iliados Ω Jovem & Deos Achilli iratos fuiſſe dicit, ob male tractatum corpus Hectoris, [*vers.* 113, *& ſeqq.* Locus autem in contextu laudatus, eſt *Iliad.* XXII, 395. & XXIII, 24. *J. B.*]

f *Plinius*] Hiſtoriæ naturalis VII, 54. ubi & hoc: *Sepultus intelligitur quoquomodo conditus: humatus vero, humo contectus.*

g *Ex terra ortum terra deberi*] *Job.* X, 9. *Philo* in Flaccum: ἀνθρώποις ἡ φύσις οἰκειότερον χωρίον ἀπένειμε γῆν, οὐ μόνον ζῶσιν, ἀλλὰ καὶ ἀποθανοῦσιν, ἵν' ἡ αὐτὴ καὶ τὴν πρώτην ὑποδέχηται γένεσιν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ βίου τελευταίαν ἀνάλυσιν· *Proprium hominibus locum natura terram tribuit, nec vivis tantum, ſed & mortuis, ut eadem quæ primos ſuſcepit natales, ſuſcipiat & ex hac vita exitum.* (Pag. 991, C.) Attamen, ſicut nullum eſt in homine factum laudabile, cujus non veſtigium in alio aliquo animantium genere Deus poſuerit, ita & in hac re evenit. de Formicis *Plinius* libro XI, 30. *Sepeliuntur inter ſe viventium ſola, præter hominem.* At is ipſe de Delphinis lib. IX, 8. *conſpectique jam defunctum portantes ne laceraretur a belluis.* Et de Apibus *Virgilius* (*Georg.* IV. 265.)

*Tum corpora luce carentum,*
*Exportant tectis, & triſtia funera ducunt.*

Servius: *cum exſequiali ſcilicet pompa.*

GRONOVII.

6 *Ultra humanarum irarum*] Ad quas credibile non eſt quemquam hominem iratum procedere.

7 *Condita*] Circumlita unguentis, *Kirchm.* de Funer. I, 8.

8 *Quale fuerat*] Vulg. *unde erat.* LXX, ὡς ἦν.

9 *Man-*

Digitized by Google

ripides hoc ipſum argumentum ex perſona Theſei in Supplicibus tractans ſic ait (*verſ.* 531, & *ſeqq.*)

*Jam ſinite terra mortuos gremio tegi:*
*Res unde quæque ſumſerat primordium*
*Eo recipitur: ſpiritus cœlo redit,*
*Corpuſque terra: jure nec enim 9 mancupi,*
*Sed brevis ad ævi tempus utendum datur:*
*Mox terra repetit ipſa quod nutriverat.*

Lucretius ſimiliter de terra (*verſ.* 1260.)

*Omniparens eadem rerum eſt commune ſepulchrum.*

Cicero de legibus II. ex Xenophonte: *redditur terra corpus*, & *ita locatum ac ſitum quaſi operimento matris obducitur.* Plinius quoque ſcripſit, terram nos 10 naſcentes excipere, natos alere, ſemelque editos ſuſtinere ſemper, noviſſime complexam gremio jam a reliqua natura abdicatos, ut matrem operire. *Cap.* 22. *Hiſt. Nat.* II. 63.

3. Sunt qui reſurrectionis ſpem a primis humani generis parentibus, hoc veluti monumento, poſteris conſignatam putant. Nam & 11 ob reviviſcendi promiſſum adſervanda corpora docuiſſe (ee) Democritum Plinius teſtis eſt, libro ſeptimo, capite quinquageſimo quinto. Chriſtiani autem ſæpe morem honeſte condendi corpora ad hanc ſpem referunt. Prudentius: *Hymn.* x, 53. & *ſeqq.*

*Quidnam ſibi ſaxa cavata,*
*Quid pulchra volunt monumenta,*
*Niſi quod res creditur illis*
*Non mortua, ſed data ſomno?*

4. Simplicius eſt, cum homo cæteris animantibus præſtet, indignum viſum ſi ejus corpore alia animantia paſcerentur: quare inventam ſepulturam ut id quantum poſſet caveretur. Miſeratione homi-

GRONOVII.

9 *Mancupi*] *Lucret.* 3, 1021. *Vitaque mancupio nulli datur, omnibus uſu.*

10 *Naſcentes excipere*] Ex more, quo recens natos humi deponere ſolebant, donec ab agnoſcentibus eos patribus tollerentur. Unde *Statius* Epithal. Stellæ: *tellure cadentem Excepi gremio.* *Sueton.* Octav. 5. Ner. 6.

11 *Ob reviviſcendi promiſſum*] Quod ſpem faceret promitteretque Democritus, fore, ut mortui aliquando in vitam redirent.

(ee) Non id dixit *Democritus*: ſed ecce verba PLINII, quorum ſenſum mutavit Auctor, dum ex memoria citaret, vel feſtinanter legeret: *Similis eſt & de adſervandis corporibus hominum, ac reviviſcendi, promiſſa Democrito vanitas, qui non revixit ipſe.* Agitur ibi tantum de reſurrectione quadam, cujus imaginem ſibi finxerat Philoſophus, quamque *Plinius* vocat *adſervationem corporum* humanorum. Auctor vel legit, vel in mente habuit, quaſi verba ſic poſita eſſent. *De adſervandis corporibus hominum*, OB REVIVISCENDI PROMISSA. *J. B.*



Digitized by Google

hominum cuſtodiri corpora h ab incurſu avium ferarumque dixit
Decl. VI. Quintilianus. Apud Ciceronem de Inventione primo: * *a feris*
p. 95. Ed. Obrecht. *vexatus*, 12 *communi honore in morte caruit.* Et apud Virgilium
* Cap. 55. legimus (*Aen.* X, 557, *& ſeqq.*:)

*non te optima mater*
*Condet humo, patriove onerabit membra ſepulchro:*
*Alitibus linquêre feris.*

Jer. XXII, 19. 1 Reg. XXI, 19. Et Deus inviſis ſibi regibus minatur apud prophetas, futurum, ut aſini ſepulturam habeant, ut canes eorum ſanguinem lingant.
Lib. VI. c. 12. Nec aliud in ſepultura conſiderat Lactantius cum ait: *Non enim patiemur figuram & figmentum Dei, feris ac volucribus in prædam jacere*;
De Tob. c. 1. & Ambroſius, cujus hæc verba ſunt: *Nihil hoc officio præſtantius*, 13 *ei conferre, qui jam tibi non poteſt reddere: vindicare a volatilibus, vindicare a beſtiis conſortem naturæ.*

5. Sed etſi tales abeſſent injuriæ, proteri tamen ac lancinari corpus humanum, alienum merito videtur ab iſtius naturæ dignitate. Unde non abit illud in Sopatri controverſiis: ὅτι τὸ θάπτειν καλὸν, καὶ ὅτι τοιοῦτον ἡ Φύσις ἐξεῦρε τοῖς σώμασιν, ἵνα μὴ διαλυόμενα μετὰ θάνατον γυμνὰ, καθάπερ αἰσχύνηται. τοῦτο τῇ Φύσει καλὸν,

GROTII.

h *Ab incurſu aviumferarumque*] Vide vaticinium de Jeroboami poſteritate in pœnam peccatorum ejus, 1 Regum XIV, 11. Et *Tertullianum* de Reſurrectione. de Ægiſtho Homerus odyſſeæ Γ. (*vers.* 258.)

Τῷ κε οἱ οὐδὲ θανόντι χυτὴν ἐπὶ γαῖαν ἔχευον,
Ἀλλ' ἄρα τόνγε κύνες τε καὶ οἰωνοὶ κατέδαψαν.
*Ergo nec leviter glebam injecere peremto*,
*Illius ut volucres lacerarent oſſa caneſque.*

De Ægiſtho loquitur, quem ut adulterum & regni invaſorem Argivi inſepultum abjecerant, [immo abjecturi fuiſſent, ſi *Argis* fuiſſet. Inſpice locum. *J. B.*] cujus tamen reliquias humanior terræ dedit Oreſtes, ut mox dicetur. Menelaus de Ajace in *Sophocle*, (*Ajac.* vers. 1083.)

Ἀλλ' ἀμφὶ χλωρὰν ψάμαθον ἐκβεβλημένος
Ὄρνισι φορβὴ παραλίοις γενήσεται.
*Sed ille arenis jactus in pallentibus,*
*Gratum marinis pabulum alitibus dabit.*

Sed hoc quoque ibi prohibet Ulyſſes, prudentiæ exemplar. *Sophocles* Antigone in ipſius Antigones laudem, (*vers.* 711, & ſeqq.).

Ἥτις τὸν αὑτῆς αὐτάδελφον ἐν φοναῖς
Πεπτῶτ' ἄθαπτον, μήθ' ὑπ' ὠμηστῶν κυνῶν
Εἴασ' ὀλέσθαι, μήθ' ὑπ' οἰωνῶν τινος.
*Illa obſitum cruore germanum ſuum*
*Non inſepultum ſivit alitibus feris,*
*Canibuſque fieri pabulum mordacibus.*

*Appianus* civilium 1. de interfectis juſſu Marii: ταφήν τε οὐδενὶ ἐξῆν ἐπιτελεῖν εἰς οὐδένα τῶν ἀναιρουμένων, ἀλλ' οἰωνοὶ καὶ κύνες ἄνδρας τοιούσδε διεσπάσαντο· *Nec cuiquam licebat quenquam interfectorum ſepelire, ſed viros tam egregios lacerabant aves & canes*, (pag. 394. *Ed. Steph.*) *Ammianus Macellinus* principio libri XVII. de Juliano: *Sollicituſque ne diræ volucres conſumerent corpora peremtorum, ſine diſcretione cunctos humari mandavit.* (Cap. 1.)

GRONOVII.

12 *Communi honore*] Qui omnibus habetur mortuis.

13 *Ei conferre*] Beneficium dare.

καλὸν, τῦτο φιλάνθρωπον. τῦτο τοῖς ὅλοις δοκεῖ, εἴτε θεοὶ εἴτε τινὲς ἥρωες ταύτην μετὰ θάνατον τοῖς ἀνθρώποις τὴν τιμὴν κατεςήσαντο. ἐπειδὴν καὶ ὐκ εὔλογον τὰ τῆς φύσεως ἀπόῤῥητα μετὰ τὴν τελευτὴν ἅπασι δείκνυσθαι, γῇ κρύπτειν τὸν ἄνθρωπον νενομίκαμεν ἄνωθεν, ἵνα τῷ καλύπτεσθαι μνήματι λάνθανῃ τὸ σῶμα διαλυόμενον· *Honeſtum eſſe humare mortuos, & ab ipſa natura quaſi conceſſum corporibus, ne velut probro afficiantur poſt mortem ſi nuda diffluant.* [*hoc naturâ eſſe honeſtum, hoc humanum.*] *placere id omnibus, ſive Dei fuerint ſive ſemidei, qui hunc functis vita corporibus honorem indulſerunt. Quia enim a ratione alienum eſt,* 14 *natura humana arcana poſt mortem omnibus conſpicua exponi, morem inde ab antiquo accepimus humana corpora ſepeliendi, ut monumento condita clam & procul a conſpectu tabeſcant.* quo & illud pertinet Gregorii Nyſſeni in epiſtola ad Letoium: ὡς μὴ ἀνακαλυφθῆναι τῷ ἡλίῳ i τὴν ἀσχημοσύνην τῆς φύσεως, *ne ſoli oſtendatur id quod dedecori eſt humana natura.*

6. Hinc eſt quod officium ſepeliendi, non tam 15 homini, id eſt, perſonæ, quam k humanitati, id eſt naturæ humanæ præſtari dicitur: unde publicam hanc humanitatem dixerunt * Seneca & † Quintilianus, tralatitiam a Petronius. Cui conſequens eſt, ut nec inimicis nec hoſtibus invideri ſepultura debeat. De inimicis egregia eſt apud Sophoclem diſſertatio (ff) Ulyſſis pro humando Ajace, ubi hoc inter cætera:

* *De benef. lib. v, c. 20.* † *Quint. Decl. vi.* a *Satyric. c. 114.*

> *Menelae, poſt tot dicta ſapienter, cave*
> *Injurioſus ſis in hominem mortuum.*

Rationem reddit Euripides Antigone: *Fragment. vers. 39, 40.*

> *Mors jurgiorum finis eſt mortalibus:*
> *Num majus aliud quid poteſt letho dari?*

Idem Supplicibus (*vers. 528, 529.*)

> *Fecere vobis ſiquid Argivi male,*
> *Cecidere; in hoſtes iſta vindicta eſt ſatis.*

Et

GROTII.

i Τὴν ἀσχημοσύνην τῆς φύσεως] Simili modo *Agathias* dicit moris eſſe τὰ αἰσχυντηλὰ τῶν ὠδίνων ἐπικαλύπτειν· *Obtegere puerperii pudorem.* (Lib. v.) Ita quam nihil natura ſimus apparet in ortu & interitu. Quod ut ſignificarent Sapientes Hebræi, vetuere, ne plebeiæ aut ſummæ fortunæ qui eſſent, aliuſmodi faſciis involverentur, aut modo nati aut mortui.

k *Humanitati, id eſt naturæ humanæ præſtari dicitur*] *Servius ad* XI. Æneidos: *Sepultura enim beneficium generaliter debetur univerſis*, (ad vers. 106.)

GRONOVII.

14 *Natura humana arcana*] Illud ſecretum, quam vilibus elementis conſtet, quod tam ſpecioſum in vivo corpore apparet.

15 *Homini, id eſt, perſona*] Defuncto exhiberi, non propter ipſum, ſed propter reverentiam communis naturæ, ob cauſam humani generis communem.

(ff) Non *Ulyſſis*, ſed Chori, *vers.* 1110, & ſeq. *J. B.*

 l Quare

Digitized by Google

Et Virgilius (*Æn.* XI, 104.)

*Nullum cum victis certamen & æthere caſſis.*

Quam ſententiam citans ſcriptor ad Herennium addit: (gg) *Nam quod malorum eſt extremum, accidit illis jam.* Papinius: *Theb.* XII, 573.

*bellavimus: eſto:*

*Sed cecidere odia, & triſtes mors obruit iras.*

Et eandem cauſam reddit Optatus Milevitanus: *Si inter viventes fuerat certamen, odia veſtra vel mors aliena compeſcat. jam tacet cum quo ante litigabas.*

III. 1. [l] Quare & hoſtibus publicis deberi ſepulturam omnes ſentiunt. Belli hoc jus κοινὸν ἐν τοῖς πολέμοις vocat * Appianus, belli commercia † Philo. Tacitus: *a Ne hoſtes quidem ſepulturam invident.* Dio *b* Chryſoſtomus ſervari hoc jus ait etiam ἐν τοῖς πολεμίοις, apud hoſtes. addit: κἂν εἰς ἐσχάτην ἔχθραν προέλθωσι· *etiamſi ad ſummum odia proceſſerint.* De eadem re agens *c* Lucanus hominum ritus in hoſte ſervandos dixit. Sopater idem qui ſupra: τίς πόλεμος ταύτης τῆς τιμῆς τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐστέρησε, τίς ἔχθρα μνησικακήσασα πρὸς τὰ πλημμελήματα παραβῆναι τὸν θεσμὸν τοῦτον ἐνέσχετο; *Quod bellum hoc ultimo honore humanum privavit genus? quæ inimicitia eouſque extendit malefactorum memoriam, ut hanc legem violare auderet?* Is quem dixi Dio Chryſoſtomus oratione de lege: διὰ τοῦτον τοὺς ἀποθανόντας οὐδεὶς ἔτι κρίνει πολεμίους, οὐδὲ τὴν ἔχθραν καὶ τὴν ὕβριν εἰς τὰ σώματα αὐτῶν ἐπιδείκνυται· *propter hanc mortuos nemo hoſtes judicat; neque ira & contumelia in eorum corpora extenditur.*

2. [m] Et paſſim exſtant exempla. Sic *d* Hercules ſuos hoſtes, Alexander * victos ad Iſſum, Hannibal † C. Flaminium, P. *e* Æmilium, Tiberium *f* Gracchum, [n] Marcellum, Romanos quæſivit

* *Pag.* 63.
† *In Flacc.* p. 974. A.
a *Annal.* I. 22.
b *Orat. de conſuetud.*
c *Phars.* VII. 801.
d *Ælian. V. Hiſt.* XII. 27.
* *Diod. Sic.* XVII. 40.
† *Livius*, XXII. 7.
e *Ibid. c.* 52.
f *Idem*, XXV. 17.

**GROTII.**

[l] *Quare & hoſtibus publicis deberi ſepulturam omnes ſentiunt*] *Philo* in Flaccum: ἤδη δὲ καὶ τοὺς πεσόντας ἐν τῷ πολέμῳ τῶν ἐχθρῶν ταφῆς ἀξιοῦσιν, οἱ μὲν ἐπιεικεῖς καὶ φιλάνθρωποι ταῖς οἴκοθεν δαπάναις, οἱ δὲ τὴν ἔχθραν καὶ πρὸς τοὺς νεκροὺς ἀποτείνοντες, ὑπόσπονδα τὰ σώματα διδόντες ὑπὲρ τοῦ μὴ τῆς τελευταίας χάριτος ἀμοιρῆσαι τῶν νομιζομένων· *Etiam qui in bello occubuerunt eos homines ſolent ad ſepulturam dare, illi quidem quibus bonitatis & humanitatis plus eſt, ſuopte impendio, alii vero qui odia & in mortuos extendunt, ſub pactis dantes corpora, ne careant eorum quæ mos imperat honore ultimo*, (pag. 974. A. *Ed. Paris.*)

[m] *Et paſſim exſtant exempla*] *Joſephus* in legibus: θαπτέσθωσαν δὲ καὶ οἱ πολέμιοι· *Sepeliantur & mortui* [*hoſtes.* Ant. Jud. IV. 8. p. 127. B.] Agamemnon Trojanos ſepelit *Iliados* H. (*vers.* 396, *& ſeqq.*) Antigonus Pyrrhum apud *Plutarchum*, (pag. 406.) Vide eundem in vita Theſei, (*pag.* 14. A.)

[n] *Marcellum*] *Plutarchus* Marcello, [*pag.* 316. Adde CICERONEM, *De Senect.* c. 20.]

(gg) Nullibi in *libris ad Herennium* hoc reperitur. Habet Auctor ex ALBERICO GENTILI, *De Jure Belli*, Lib. II. Cap. 24. pag. 459. *Edit. Hanov.* ubi locus plenius adfertur, tamquam ex III. *Rhet. ad Herenn.* qui liber, ut ipſe poſtea obſervat, *pag.* 591. non eſt *Ciceronis*, ſi Virgiliana habet. *J. B.*

o *Fe-*

vit ad ſepulturam. *Credas*, inquit Silius *a* Italicus, 16 *Sidonium cecidiſſe ducem.* Idem *b* Hannoni a Romanis præſtitum, Mithridati a *c* Pompejo, a *d* Demetrio multis, Archelao regi ab *e* Antonio. In Græcorum adverſus Perſas militantium juramento erat: *Socios* (hh) *omnes ſepe iam: bello victor etiam barbaros:* & paſſim in hiſtoriis legas impetratam *νεκρῶν ἀναίρεσιν*, o *facultatem tollendi mortuos.* Apud Pauſaniam in Atticis *f* exemplum eſt: *τοὺς δὲ Μήδους Ἀθηναῖοι μὲν θάψαι λέγουσιν, ὡς πάντως ὅσιον ἀνθρώπου νεκρὸν γῇ κρύψαι·* *Medos Athenienſes a ſe ſepultos ajunt, quia qualemcumque mortuum terra condi fas ſit.*

3. Quare Hebræorum veterum interpretatione Pontifex Maximus, *g* cum 17 alioqui rei ulli funebri intereſſe vetaretur, repertum tamen hominem p inſepultum ſepelire etiam jubebatur. Chriſtiani vero tanti fecerunt ſepulturam; *h* ut ejus cauſa, ſicut ad pauperes alendos, aut ad captivos redimendos, vaſa eccleſiæ etiam 18 initiata conflari aut vendi licite exiſtimaverint.

4. Sunt quidem & exempla in contrarium, ſed communi judicio damnata.

*Hunc oro* q 19 *defende furorem:*

eſt apud Virgilium (*Aen.* x, 905.)

*hominemque cruentus*
*Exuit, & tenuem caſis invidit arenam.*

apud *i* Claudianum. Diodorus Siculus: *k* *τὸ πολεμεῖν τῶν ὁμοφύλων τοῖς τεθνηκόσι θηριῶδες.* *ferinum eſt bellum gerere cum mortuis qui ejuſdem naturæ fuerint.*

IV. 1, De inſigniter tamen facinoroſis video eſſe dubitandi cauſas. Lex divina Hebræis data, ut omnis virtutis ita & humanitatis

a *De B. Pun.* XIV. 389.
b *Val. Max.* V. 1. 2.
c *App. Alex.* p. 250.
d *Vid. Plutarch.* in ejus Vit. p. 896. A.
e *Idem, Vit. Ant.* p 917. B.
f *Lib.* 1. c 32.
g *Levit.* XXI, 1. & *ſeqq.*
h *Ambroſ. Offic.* II. 28.
i *De Bell. Gild.* 397.
k *Biblioth.* V. 29.

GROTII.

o *Facultatem tollendi mortuos*] Vide infra lib. III, c. XX. §. 45.

p *Inſepultum ſepelire etiam jubebatur*] Idem ex jure pontificio Romano *Servius* notat (ad *Aeneid.* VI, 176.)

q *Defende furorem*] Interpretatur Servius, *Inimicorum iram & poſt fata ſævire cupientem.*

GRONOVII.

16 *Sidonium*] Aliquem de Pœnis aut ſociis, non Romanum, hoſtem.

17 *Alioqui rei funebri*] *Levit.* 21, 1. & 11. qui mos etiam tranſiit ad Romanos, *Tacit.* 1, annal. 62.

18 *Initiata*] Conſecrata, dedicata, & jam uſibus ſacris imbuta.

19 *Defende*] Arce, prohibe, ut: *Solſtitium pecori defendite.*

(hh) Habet hoc Auctor procul dubio è DIODORO SICULO: ſed dum pravam interpunctionem ſequitur, feſtinanter legendo, ſenſum planè alienum nobis offert. En verba Græca: Ἀλλὰ τοὺς ἐν τῇ μάχῃ τελευτήσαντας τῶν συμμάχων πάντας θάψω· καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τῶν βαρβάρων, οὐδεμίαν τῶν ἀγωνισαμένων πόλεων ἀνάστατον ποιήσω. &c. Id eſt: *Sed ſocios in prœlio mortuos omnes ſepeliam: ubi vero bello Barbaros vicero, nullam urbium devictarum vaſtabo* &c. Lib. XI. Cap. 29. pag. 258. *Ed. H. Steph.* Vides ibi de Sepulturâ hoſtium nequaquam agi. *J. B.*



Digitized by Google

nitatis magiſtra, illos ipſos qui ſuſpenſi patibulo erant (quod valde ignominioſum cenſebatur. Num. XXV, 4. Deut. XXI, 23.

*a Bell. Jud. IV. 15. p. 882. F.* 2 Sam. XXI, 13.) eodem die ſepeliri jubet. Hinc *a* Joſephus tantam Judæis ait eſſe curam ſepulturæ, ut eos etiam quorum corpora ad publicum ſupplicium damnata ſunt, ante ſolis occaſum tollant & humo mandent: & alii Hebræorum interpretes addunt exhibitam hanc reverentiam divinæ imagini ad quam homo ſit conditus. Ægiſthum, qui 20 adulterium cæde regis cumulaverat, a regis interfecti filio Oreſte humo mandatum Homerus memorat Odyſſeæ * tertio. Sed & apud Romanos Ulpianus *b* corpora eorum qui capitis damnantur cognatis ait neganda non eſſe: imo & quibuslibet petentibus danda cenſuit *c* Paulus juriſconſultus. Et Diocletianus ac Maximianus Imperatores ita reſponderunt: *d obnoxios criminum digno ſupplicio affectos* r *ſepultura tradi non vetamus.*

* Vers. 309, 310.
b *Leg.* 1. *ff. de cad. punit.*
c *L.* III. *ibid.*
d *L.* II. *C. de relig.*

2. Legimus quidem in hiſtoriis exempla eorum, ſ qui inſepulti abjecti ſunt, frequentiora civilibus quam externis bellis: & hodie videmus quorundam damnatorum corpora diu in publico conſpectu relinqui: *e* qui tamen mos an laudandus ſit diſputant, non politici tantum, ſed & theologi.

e *Rochus de conſuetud. fol.* 12. *Abb. in c ex parte. de ſepult. Sylveſt. in verb. ſepultura, quaſt.* 13.

3. Contra, laudatos videmus qui ſepeliri juſſerunt corpora eorum, qui id ipſum aliis non permiſerant, ut Pauſaniam Lacedæmoniorum regem, qui incitatus ab Æginetis ut Perſarum factum 21 in Leonidem ſimili facto ulciſceretur, conſilium ut ſe ac Græco nomine indignum rejecit. Apud Papinium Theſeus 22 Creontem ſic alloquitur (*Theb.* XII, 780:)

*vade atra daturus*
*Supplicia, extremique tamen ſecure ſepulchri.*

*Joſ. ant.* XIII, *c.* 13. *& Gorionid.* Alexandrum quoque Jannæum regem, qui in mortuos populares valde contumelioſus fuerat, ſepelierunt Phariſæi. Quod ſi Deus interdum ſepulturæ jactura quoſdam puniit, fecit hoc ſuo jure ſupra leges conſtitutus. Et quod Goliathi caput David ſervavit oſten-

**GROTII.**

r *Sepultura tradi non vetamus*] Hujus Romanorum moris mentio eſt apud *Philonem* contra Flaccum, (*pag.* 977. A.)

ſ *Qui inſepulti abjecti ſunt*] Id ἀταφίᾳ ὑβρίζειν τὸν νεκρὸν dixit *Joſephus* in morte Judæorum regis Alexandri, (*Ant. Jud.* l. XIII. c. 23. p. 463. D.) Adde Quintilianum declamatione quarta, (*pag.* 58. *Ed. Obrecht.*)

**GRONOVII.**

20 *Adulterium cæde*] Agamemnonem patruelem & Mycenarum vel Argivorum regem occiderat, quum uxorem ejus Clytemneſtram pellexiſſet ad adulterium.

21 *In Leonidem*] Ad Thermopylas ſumma cum gloria mortui cadaver capite abſciſſo in crucem ſuſtulit Xerxes. *Herod.* lib. 9. c. 77, 78.

22 *Creontem*] Qui Argivos victos & cæſos in obſidione Thebarum ſepultura prohibebat.

t *Plebs*

Digitized by Google

oſtentui, factum ſcilicet in alienigenam, Dei contemtorem, & ſub ea lege quæ proximi nomen ad ſolos Hebræos porrigebat.

V. 1. Unum tamen notatu non indignum, de ſepeliendis mortuis regulam apud ipſos Hebræos habuiſſe exceptionem (ii) eorum qui ipſi ſibi mortem conſciverant; quod Joſephus † nos docet. Nec id mirum, cum in hos aliud ſupplicium conſtitui non poſſit qui mortem pro ſupplicio non habent. Sic (*a*) Mileſiæ virgines a voluntaria morte abſterritæ, & t plebs olim Romana, quanquam improbante (*b*) Plinio. 23 Sic & 24 Cleomenis corpus, qui ſe interfecerat, * Ptolomæus ſuſpendi juſſit. Et u paſſim receptum, ait Ariſtoteles (*c*), ut ignominia aliqua afficiantur qui ſibi mortem conſciverunt: ubi Andronicus † Rhodius id exponens ait, ſepultura eorum corpora prohiberi. quod inter alia Demonaſſæ Cypri Reginæ ſcita laudat Dion * Chryſoſtomus. Neque huic mori obſtat quod Homerus, Æſchylus, Sophocles, Moſchio, & alii monent, *a* nihil ſentire mortuos: quare nec damno nec pudore affici. Satis enim eſt, id quod mortuis accidit, a vivis metui, ut hoc pacto a peccato retrahantur.

2. Optime enim 25 Platonici contra Stoicos, & ſi qui alii ſervitutis &[illegible]6 morbi fugam, imo & ſpem gloriæ pro juſta cauſa mortis

† *Lib.* III, *c.* 25. *de Bel. Jud. Hegeſ. libro* III, *c.* 17.
a *Gel. l.* XV. *cap.* 10, *Plut. de mul. virt.* T. II. pag. 249.
b *Plinius lib.* XXXVI, *c.* 15.
* *Plutarch. Ag. & Cleom. vit.* p. 823.
c *Nic.* V, 15.
† *Pag.* 332.
* *Orat.* LXIV.
a *Vide Stob. tit.* 126. *& Soph. Ajace.*

GROTII.

t *Plebs olim Romana*] *Servius* ad 12. Æneidos: *Sane ſciendum quod cautum fuerat in Pontificalibus libris, ut qui laqueo vitam finiſſet inſepultus abjiceretur. Unde merito ait* INFORMIS LETHI, *quaſi mortis infamiſſimæ. Ergo cum nihil ſit hac morte deformius, Poëtam etiam pro Regina dignitate dixiſſe accipiamus. Caſſius autem Hemina ait Tarquinium Superbum, cum cloacas facere populum coëgiſſet, & ob hanc injuriam multi ſe ſuſpendio necarent, juſſiſſe corpora eorum cruci affigi. Tunc primum turpe habitum eſt mortem ſibi conſciſcere*, (ad vers. 603.)

u *Paſſim receptum*] Athenis *Æſchinis* tempore ejus qui ſe interfeciſſet manus ſeorſim a corpore ſepeliebatur. *Æſchines* in Creſiphontem, (*pag.* 309. E.) Adde *Hegeſippum* lib. III. cap. 17.

GRONOVII.

23 *Sic*] Nempe minando cadavera fore inſepulta, ſi quæ ſibi manus attuliſſet.

24 *Cleomenis corpus*] At non id ideo factum, quod in ſe ſæviſſet, verum ex odio, quod Rex Spartanus exſul & ſe non dimitti videns, conſpirationem contra Philopatora fecerat, & ſeditionem cœptaverat.

25 *Platonici contra Stoicos*] *Seneca* 3. de Ira, 15.

26 *Morbi*] *Corn. Nepos* in Attici vita. *Plinius* 1, epiſtol. 12. *Seneca* epiſt. 77.

(ii) Exceptio illa hoc tantum efficiebat, ut cadavera eorum, qui ſibi ipſi mortem conſciverant, uſque ad Solis occaſum manerent inſepulta. Ita diſertè JOSEPHUS, loco in orà libri indicato: Τοὺς γοῦν ἀνελόντας ἑαυτοὺς, παρὰ μὲν ἡμῖν, μέχρις ἡλίου δύσεως ἀτάφους κρύπτειν ἔκριναν, καί τοι καὶ πολεμίους θάπτειν θέμιστον ἡγούμενοι &c. HEGESIPPUS autem loquitur de moribus & legibus aliorum Populorum: *Hæc non ſolum moribus* hominum, ſed etiam legibus, interdicta accipimus: namque alii inſepultos projici jubent eos, qui ſe in ferrum dejecerunt. .. alii dextram manum abſcindunt defunctis* &c. Hoc ultimum genus pœnæ receptum erat *Athenis*, ut Auctor ipſe obſervat mox, Nota *u*, ult. ſeu in num. iſtum 1. §. 5. *J. B.*

x *Dam-*

mortis voluntariæ admittebant, ſentiunt retinendum animum in cuſtodia corporis, nec injuſſu ejus, a quo ille nobis eſt datus, ex hac vita demigrandum; quam in rem multa videre eſt apud Plotinum, Olympiodorum, & Macrobium ad ſomnium Scipionis. (kk) Hanc ſententiam ſecutus Brutus olim Catonis factum, quod

*Plutarch. Vit. Brut. p. 1002. E.* imitatus poſtea eſt, x damnaverat, ὡς οὐχ ὅσιον οὐδ' ἀνδρὸς ἔργον ὑποχωρεῖν τῷ δαίμονι, καὶ μὴ δέχεσθαι τὸ συμπῖπτον ἀδεῶς, ἀλλ' ὑποδιδράσκειν· *quippe nec pium cenſens nec virile cedere fortunæ, & imminentia adverſa, quæ ferenda fortiter erant, ſubterfugere.* Et

*Strab.* XV. p. 718. Megaſthenes notabat ab Indorum ſapientibus reprehenſum 27 Calani factum, neque enim eorum placitis probari y talem exitum hominum vitæ impatientium. Nec aliena Perſarum ut videtur

*Lib.* V. c. 12. ſententia, quorum rex Darius apud Curtium, *alieno ſcelere, quam meo mori malo.*

3. Ideo Hebræi mori vocabant ἀπολύεσθαι, id eſt, *dimitti*, ut videre eſt non tantum Luc. II, 29. ſed & in Græca verſione, Gen. XV, 2. & Num. XX. in fine; quod genus loquendi & Græcis uſitatum. Themiſtius de anima: ἀπολύεσθαι τὸν ἀποθνήσκοντα, καὶ τὴν τελευτὴν ἀπόλυσιν καλοῦσιν· *cum qui moritur ajunt dimitti, & mortem dimiſſionem vocant.* Apud Plutarchum in conſ[ol]atione le-

*Pag.* 108. C. Tom. II *Ed. Wech.* gimus hoc ſenſu: ἕως ἂν ὁ Θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς· *donec Deus ipſe nos dimittat.*

4. z Nonnulli tamen Hebræorum de lege ſe non interficiendi unam

GROTII.

x *Damnaverat* ] Et Philoſophorum non pauci extra Stoicos. *Seneca* epiſt. LXX. *Invenies etiam profeſſos ſapientiam, qui vim afferendam vitæ ſuæ negent, & nefas judicent ipſum interemtorem ſui fieri. Expectandum eſſe exitum quem natura decrevit.* Procopius Gotthicorum IV. βίαιος καταστροφὴ ἄχρηστος καὶ ἄνοια προπετής, τὸ δὲ εἰς θάνατον θράσος, ἀνόητον τοῦτο δραστηρίου πρόσχημα οὐκ εὐπρεπὲς τοῖς γε σώφροσιν εἶναι δοκεῖ. καί τοι καὶ τοῦτο ἐκλογίζεσθαι χρὴ, μή τι δόξητε εἰς τὸ θεῖον ἀγνωμονεῖν, &c. *Violentus vitæ exitus res inutilis & plena inſipientiæ impetus, & illa in mortem ferens audacia, conſilio cum careat, prudentibus judicatur immerito ſibi fortitudinis nomen uſurpare. Tum vero & illud cogitandum, ne in Deum ſitis ingrati.*

y *Talem exitum hominum vitæ impatientium* ] Idem Arabibus viſum, non minus quam Indis & Perſis ex *Jobo* diſcas III, 21.

GRONOVII.

27 *Calani* ] Gymnoſophiſtæ, qui præſente Alexandro & exercitu ejus, ut oſtenderet contemtum doloris & mortis, vivus ultro in rogo ſe cremandum præſtitit. *Ælianus* var. 2, 14. 5. 6.

(kk) Confer PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. II. c. 4. §. 19. *J. B.*

GROTII.

z *Nonnulli tamen Hebræorum* ] Variaſſe Hebræorum ſuper hac quæſtione ſententias cognoſcas ex Joſepho, ubi (*De Bell. Jud.* I, II. p. 732.) de morte Phaſaëlis & de deliberatione Herodis (*Ant. Jud.* XVII. 9. p. 599. B.) agitur. Judæi ad Petronium, Philone recitante: ἀνακερασόμεθα τὸ ἴδιον αἷμα ἐπικατασφάξαντες ἑαυτούς. ἀποθανόντων τὸ ἐπίταγμα γενέσθω. Μέμψαιτ' ἂν οὐδὲ θεὸς ἡμᾶς, ἀμφοτέρων στοχα-

Digitized by Google

unam cauſam excipiunt, tanquam 28 εὔλογον ἐξαγωγὴν, ſi quis videat ſe deinceps victurum in probrum ipſius Dei. Nam quia non nobis, ſed Deo in vitam noſtram jus eſſe ſtatuunt, (ut recte * Joſephus ſuos edocet) exiſtimant 29 præſumtam Dei voluntatem ſolam eſſe quæ mortis anticipandæ conſilium abſolvat. Atque huc referunt Samſonis exemplum, qui in ſuo corpore veram religionem videbat eſſe deriſui, & Saulis, qui gladio incubuit, ne a Dei ſuisque hoſtibus illuderetur. nam hunc 30 reſipuiſſe volunt poſtquam Samuelis umbra mortem ipſi prædixerat, quam gnarus ſibi imminere ſi pugnaret, prælium pro patria & Dei lege non detrectavit, æternam inde laudem meritus Davidis etiam præconio: a quo & ii qui Saulem cum honore ſepelierant, recte facti teſtimonium retulerunt. Tertium eſt exemplum Razis Hieroſolymitani ſenatoris in hiſtoria Maccabaica. Sed & in Chriſtiana hiſtoria exempla legimus ſimilia eorum, qui mortem ſibi intulerunt, a ne tormentis adacti Chriſti religionem ejurarent, & virginum quæ b ne pudicitiam amitterent in flumen ſe jecerunt, quas & in martyrum cenſum Eccleſia retulit. Sed de his tamen c quid Auguſtinus ſentiat videre eſt operæ pretium.

* *Bell. Jud.* III. 25. p. 852. E. F.

*1 Samuel.* XXXI, 4.

*2 Maccab.* XIV, 37.

*Lib.* I. *de Civit. Dei c.* 26. *Epiſt.* 61. *ad Dulc.* & *l.* II, *c.* 23. *contra ſecundam Gaud. epiſt.*

5. Alte-

στοχαζομένους, καὶ τῆς πρὸς τὸν αὐτοκράτορα εὐλαβείας, καὶ τῆς πρὸς τοὺς καθωσιωμένους νόμους ἀποδοχῆς· γενήσεται δὲ τοῦτο ἐὰν ὑπεκστῶμεν ἀβιώτου βίου καταφρονήσαντες· *miſcebimus inter nos ſanguinem, morte ſponte ſumta. tum mortuis iſta imperentur. Ne Deus quidem nos culpet in duo intentos, ut & Imperatorem revereamur & ſacratas leges cuſtodiamus. Id autem ita demum efficere dabitur, ſi abeamus hinc contemta vita minime vitali.* (De Legat. ad Cajum, *pag.* 1026. B. C.)

a *Ne tormentis adacti Chriſti religionem ejurarent* ] Vide *Euſebium*.

b *Ne pudicitiam amitterent* ] Narrat *Cicero* nobiliſſimas virgines ſe in puteos abjeciſſe, & morte voluntaria nefariam turpitudinem depuliſſe, oratione de provinciis conſularibus, (*Cap.* 3.) Tale eſt & quod de Mileſiis virginibus memorat *Hieronymus* adverſus Jovinianum, (*Lib.* I. pag. 48. Tom. II. *Ed. Baſil.*) & epigramma vetus *Anthologiæ* lib. III. 29. tit. de juvenibus, incipiens ὠχόμεθ᾽ ὦ Μίλητε. Narrant & Judæi feminam in navi ad ſtuprum expetitam, cum a marito quæſiiſſet an & mari merſa corpora eſſent reſurrectura, iſque id affirmaſſet, jeciſſe ſe in mare. Chriſtianarum autem mulierum plurima ſane habemus exempla. Feminarum Antiochenarum ſub Diocletiano: Sophroniæ ſub Maxentio, in *Martyrologiis*, *Zonara*, *Sexto Aurelio*. Alias Antiochenas ſub Choſroë addit *Procopius* Perſicorum II. Laudat virgines, quæ morte pudorem ſervarant, *Ambroſius* (*de Virginib.* Lib. III. p. 97. *Edit. Pariſ.* 1569.) *Hieronymus* in commentariis ad finem capitis primi Jonæ: *Unde & in perſecutionibus non licet mihi propria perire manu, abſque eo ubi caſtitas periclitatur.*

GRONOVII.

28 Εὔλογον ἐξαγωγὴν ] εὐλόγιστον· Laudabilem exceſſum vel eductionem.

29 *Præſumtam Dei* ] Si quis intelligat certis & non fallentibus indiciis, Deum velle, ut vitæ renuntiet.

30 *Reſipuiſſe* ] Vera pœnitentia peccatorum veniam a Deo obtinuiſſe.

GROTII.

c *Quid Auguſtinus ſentiat* ] Cui addere licet *Chryſoſtomum* Gal. I, 4. & *Concilium Aurelianenſe* III. *Oblationes defunctorum qui in aliquo crimine fuerint interemti, recipi debere cenſemus, ſi tamen*

Digitized by Google

5. Alteram quoque exceptionem apud Græcos obtinuiſſe video, quam Locri opponebant Phocenſibus, (a) ὅτι παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι κοινὸς νόμος ἐστὶν ἀτάφους ῥίπτεσθαι τοὺς ἱεροσύλους· *communem Græcis omnibus morem eſſe ut ſacrilegi inſepulti abjiciantur.* Sic & Dion Pruſæenſis Rhodiaca [31] τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀνοσίους ait ſepultura orbari. Idem Athenis [d] in proditores conſtitutum narrat Plutarchus * Antiphonte. Sed, ut ad inſtitutum me recipiam, ob negatam ſepulturam bellum juſte ſuſcipi cenſuerunt veteres conſenſu magno: ut ex illa Theſei hiſtoria apparet quam tractant Euripides dicta tragœdia Supplicibus, & Iſocrates eo quem adduximus loco.

a Diod. lib. XVI. c. 25.

* Tom. II. p. 834. A.

VI. Sunt & alia quædam quæ ex jure gentium voluntario debentur, ut longo tempore poſſeſſa, ſucceſſiones ab inteſtato, & quæ ex contractu quantumvis inæquali veniunt. Nam hæc omnia quanquam ex jure naturæ ortum aliquatenus habeant, accipiunt tamen ex humana lege firmitatem quandam, ſive adverſus conjecturæ incerta, ſive adverſus exceptiones quaſdam quas alioqui ratio naturalis videtur ſuggerere: ut ſupra obiter a nobis de jure naturæ agentibus oſtenſum eſt.

*men non ipſi ſibi mortem probentur propriis manibus intuliſſe.* Et tamen is ipſe *Auguſtinus* lib. I, de Civitate Dei c. 16: *At per hoc & quæ ſe occiderunt nequicquam hujuſmodi paterentur, quis humanus affectus eis nollet ignoſci? Capitulare* autem *Francicum* libro VI, 70. *De eo qui ſemetipſum occidit aut laqueo ſe ſuſpendit, conſideratum eſt, ut ſi quis compatiens velit eleëmoſynam dare, tribuat, & orationes in pſalmodiis faciat; oblationibus tamen & miſſis ipſi careant: quia incomprehenſibilia ſunt judicia Dei, & profunditatem conſilii eius nemo poteſt inveſtigare.* Vide & ibidem VII, 344.

d *In proditores*] At *Nicetas* libro III. vitæ Alexii fratris Iſaaci, cum narraſſet mortem Johannis Comneni Craſſi, qui per ſeditionem imperium affectaverat, ſic loquitur: μετὰ δὲ τὸ σῶμα ἐκεῖθεν ἀρθὲν, κυσὶ καὶ ὄρνισι βορὰ παρατίθεται· ὃ καὶ θηριῶδες μικροῦ καὶ ἀπάνθρωπον ἅπασιν ἐδόκει· *Poſt corpus inde ablatum, canibus & avibus eſca ponitur: quod ab humanitate alienum ac pæne ferinum omnibus videbatur.*

GRONOVII.

31 Τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀνοσίους] Impios & profanos.

# CAPUT XX.

## De Pœnis.

I. *Pœnæ definitio & origo.*

II. *Spectare pœnam ad juſtitiam expletricem, & quomodo.*

III. *Pœnam certæ perſonæ naturaliter non deberi, ſed exigi pœnam licite, quoad jus naturæ, ab eo qui paria non deliquerit.*

IV. *Pœnam utilitatis alicujus cauſa exigendam inter homines aliter quam apud Deum, & quare.*

V. *Quo ſenſu ultio naturaliter ſit illicita.*

VI. *Utili-*

Digitized by Google

VI. *Utilitas pœnæ triplex.*
VII. *Pœna ad utilitatem ejus qui deliquit: eamque a quolibet exigi naturaliter, cum diſtinctione tamen:*
VIII. *Item ad utilitatem ejus in quem peccatum eſt; ubi de ultione licita jure gentium:*
IX. *Item ad utilitatem quorumlibet.*
X. *Quid lex Euangelica circa hanc materiam conſtituerit.*
XI. *Solvitur argumentum ſumtum a Dei miſericordia in Euangelio patefacta:*
XII. *Et a præciſione pœnitentiæ.*
XIII. *Rejiciuntur imperfectæ diviſiones pœnarum.*
XIV. *Chriſtianis privatis non eſſe tutum pœnam exigere, etiam ubi jure gentium id licet:*
XV. *Aut ſponte ad accuſationem proſilire:*
XVI. *Aut judicia capitalia affectare.*
XVII. *Leges humanæ quæ interfectionem ad pœnam permittunt an jus dent, an impunitatem ſolam, diſtinctione explicatur.*
XVIII. *Actus internos non eſſe punibiles inter homines:*
XIX. *Nec actus externos quos fragilitas humana nequit vitare:*
XX. *Nec actus quibus ſocietas humana nec directe, nec indirecte læditur: cujus rei cauſa redditur.*
XXI. *Rejicitur ſententia ſtatuens ignoſcere nunquam licere.*
XXII. *Oſtenditur id licere ante legem pœnalem:*
XXIII. *Non tamen ſemper:*
XXIV. *Etiam poſt legem pœnalem.*
XXV. *Quæ ad id faciendum probabiles cauſæ intrinſecæ:*
XXVI. *Quæ extrinſecæ.*
XXVII. *Refellitur ſententia ſtatuens nullam eſſe juſtam cauſam diſpenſandi, niſi quæ per modum exceptionis tacita inſit legi.*
XXVIII. *Pœnæ taxatio ex merito.*
XXIX. *Spectari hic cauſas impellentes, quæ inter ſe comparantur.*
XXX. *Item cauſas quæ a peccando abſtrahere debuerant: ubi de gradibus præceptorum decalogi, quæ proximum tangunt, & alia quædam.*
XXXI. *Item aptitudinem peccantis ad utrumque, quæ varie ſpectatur.*
XXXII. *Meritum pœnæ extendi poſſe ad majus nocumentum quam quod peccans intulit: & quare.*
XXXIII. *Rejicitur ſententia de proportione harmonica in pœnis.*
XXXIV. *Minui pœnam ex caritate niſi major caritas obſtet.*
XXXV. *Facilitas peccandi quomodo ad pœnam incitet: item conſuetudo peccandi quomodo ad pœnam incitet, aut ab ea retrahat.*
XXXVI. *Clementiæ uſus ad pœnas minuendas.*
XXXVII. *Ad ſuperiores locos referuntur quæ Hebræi & Romani in pœnis ſpectari volunt.*
XXXVIII. *De bello ad pœnam.*
XXXIX. *An juſtum ſit bellum ob delicta inchoata, diſtinctione explicatur.*
XL. *An reges & populi bellum recte inferant ob ea quæ contra jus naturæ fiunt, non tamen ad-*

*adverſus ipſos ipſorumve ſubditos, explicatur, rejecta ſententia ſtatuente naturaliter ad pœnam exigendam requiri juriſdictionem.*

XLI. *Diſcernendum jus naturæ a moribus civilibus late receptis:*

XLII. *Et a jure divino voluntario non omnibus cognito.*

XLIII. *In jure naturæ diſcernenda manifeſta a non manifeſtis.*

XLIV. *An ob delicta in Deum bellum ſuſcipi poſſit.*

XLV. *Notitiæ de Deo maxime communes quæ, & quomodo primis decalogi præceptis indicentur.*

XLVI. *Qui has primi violant puniri poſſe.*

XLVII. *Non item alios, quod oſtenditur argumento legis Hebrææ.*

XLVIII. *Bella juſte non inferri iis, qui Chriſtianam religionem amplecti nolunt:*

XLIX. *Juſte inferri iis, qui Chriſtianos ob ſolam religionem crudeliter tractant:*

L. *Non etiam his, qui circa legis divinæ interpretationem hallucinantur: quod auctoritatibus & exemplis illuſtratur.*

LI. *At illis juſte, qui in Deos quos putant impii ſunt.*

I. 1 SUpra cum de cauſis ex quibus bella ſuſcipiuntur agere cœpimus, 2 facta diximus duplici modo conſiderari, aut ut reparari poſſunt, aut ut puniri. Priorem partem jam abſolvimus. Supereſt poſterior quæ eſt de pœnis: quæ res eo diligentius tractanda eſt nobis, quod origo ejus & natura minus intellecta multis errationibus cauſam dedit. (22) Eſt autem pœna generali ſignificatu *Malum paſſionis, quod infligitur ob malum actionis.* Nam quanquam pro pœna quibuſdam 3 injungi opera quædam ſolent, ea tamen opera ſpectantur tantum qua moleſta ſunt, atque ideo ad paſſiones ſunt referenda. Quæ vero incommoda patiuntur aliqui ob 4 morbum contagioſum, aut 5 corpus mutilum, aut alias 6 impuritates, quales multæ exſtant in lege Hebræa, puta arceri cœtibus aut 7 functionibus, proprie pœnæ non ſunt, quanquam ob ſimilitudinem quandam & per abuſionem eo vocabulo appellantur.

2. Inter ea vero quæ natura ipſa dictat licita eſſe & non iniqua, eſt & hoc, ut qui male fecit malum ferat, quod antiquiſſimum & Rhadamantheum jus vocant philoſophi, ut 8 alibi diximus.

GRONOVII.

1 *SUpra cum de cauſis*] 2, 1. 2.
2 *Facta*] Injurias illatas.
3 *Injungi opera*] Ut damnatis ad remum, in metallum, in antliam. *Suet.* Ti. 51. ad foſſam faciendam. Ner. 31.
4 *Morbum contagioſum*] Ut lepram. *Levit.* 13.
5 *Corpus mutilum*] *Deuter.* 23, 1.
6 *Impuritates*] *Levit.* 15.
7 *Functionibus*] Muneribus & officiis civilibus ſacriſve.
8 *Alibi*] 1, 2. 5.
(22) In toto iſto capite perpetuo conferendus PUFENDORFIUS *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. c. 3. cum Notis noſtris, præſertim alterius Editionis. *J. B.*

2 Pla-

mus. Spectat eodem dictum Plutarchi libro de exilio: τῷ Θεῷ ἕπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου τιμωρὸς, ᾗ χρώμεθα πάντες ἄνθρωποι φύσει πρὸς πάντας ἀνθρώπους, ὥσπερ πολίτας· *juſtitia Deum comitatur, ultrix in eos qui adverſus legem divinam delinquunt: qua omnes homines natura utimur adverſus omnes homines ut cives.* Pag. 601. B.

a Plato dixit, ἐκεῖνο οὐδεὶς οὔτε θεῶν οὔτ᾽ ἀνθρώπων τολμᾷ λέγειν ὡς οὐ τῷ γε ἀδικοῦντι δοτέον δίκην· *nec Deorum nec hominum quiſquam hoc dixerit, injuſte agenti non luendam pœnam* In Eutyphr. Tom. I. p. 8. D. Ed. H. Steph. Et Hierax juſtitiam ex parte hac tanquam nobiliſſima definiebat τιμωρίας ἀπαίτησιν παρὰ τῶν προηδικηκότων, *pœna exactionem ab iis qui priores læſere*, & Pag. 124. Ed. Needham. Hierocles ἰατρικὴν πονηρίας, *malitia medicatricem.* b Lactantii dictum eſt: *Non exiguo falluntur errore, qui 9 cenſuram ſive humanam ſive divinam acerbitatis & malitiæ nomine infamant, putantes nocentem dici oportere qui nocentes afficit pœna.* De ira Dei 2. 17.

3. Quod vero diximus pœnæ, quæ proprie ita nominatur, omnino hoc ineſſe ut delicto reddatur, notatum & Auguſtino eſt, I. Retract. c. 9. qui dixit: *omnis pœna, ſi juſta eſt, peccati pœna eſt:* quod ad pœnas etiam quæ a Deo irrogantur pertinet, quanquam in illis interdum ob humanam ignorantiam, ut idem ſcriptor loquitur, *latet culpa ubi non latet pœna.*

II. 1. Sed an ad aſſignatricem, an vero ad expletricem juſtitiam pœna pertineat, diverſi diverſum ſentiunt. Quidam enim quia 10 qui plus peccavit gravius, qui minus, levius puniuntur, & quia 11 pœna quaſi a toto parti datur, ideo ad aſſignatricem juſtitiam pœnas referunt.

Sed quod primum illi ponunt, aſſignatricem juſtitiam toties locum

GROTII.

a *Plato*] Verba ejus ſic poſuit *Irenæi* interpres libro III, c. XIV. *Et Deus quidem, quemadmodum & vetus ſermo eſt, initium & medietates omnium quæ ſunt habens, recte perficit, ſecundum naturam circumiens: hunc autem ſemper conſequitur juſtitia ultrix in eos, qui deficiunt a lege divina.*

b *Lactantii dictum eſt*] Convenit huc & illud Beliſarii apud *Procopium* Vandal. I. πρῶτον δ᾽ ἂν τοῦ δικαίου γένοιτο γνώρισμα, ἡ τῶν ἀδίκως ἀνῃρηκότων ποινή· *Primum juſtitiæ documentum erit, pœna exacta de injuſtis interfectoribus.* Adde *Agathiam* lib. V. ubi de Anatolio.

GRONOVII.

9 *Cenſuram*] Damnationem vel exactionem ſupplicii. Λιτότης.

10 *Qui plus peccavit, gravius*] Non hoc differunt διανεμητικὴ & συναλλακτικὴ juſtitia, quod altera tribuat paria diverſis, altera plus minuſve: neque ubi modo plus, modo minus tribuitur, ibi ſtatim reſpectus eſt perſonarum. Sic enim contractus quoque pertinerent ad διανεμητικὴν, quippe pretioſiorem mercem præbenti plus redditur pretii, viliorem minus. Sed hæc eſt differentia, quod plus minuſve aliis atque aliis tribuitur per juſtitiam διανεμητικὴν æſtimatis perſonis, per συναλλακτικὴν æſtimatis inter ſe rebus, nullo perſonarum diſcrimine.

11 *Pœna quaſi a toto*] Statuunt enim a juſtitia præſcribi & regi vel negotium privatæ perſonæ cum privata, idque facere τὴν συναλλακτικὴν, vel reipublicæ cum ſingulis, idque eſſe διανεμητικῆς quæ fuit ſententia *Thomæ Aquin. Horneji*, Ethic. 3, 11. 23.

 c *Æqua-*

Digitized by Google

locum habere, 12 quoties inter terminos plures duobus inſtituitur æqualitas, verum non eſſe 13 in principio operis hujus oſtendimus: deinde quod magis nocentes gravius, minus nocentes levius puniuntur, id per conſequentiam duntaxat evenit, non quod hoc primo ac per ſe ſpectetur. Nam primo ac per ſe ſpectatur
1, ſat. III. 78, 79. c 14 æqualitas inter culpam & pœnam: de qua Horatius:

*Cur non*
*Ponderibus moduliſque ſuis ratio utitur, ac res*
*Ut quaque eſt ita ſuppliciis delicta coërcet?*

Et alibi (*Ibid.* vers. 117, 118.

*Adſit*
*Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas,*
*Nec ſcutica dignum horribili ſectere flagello.*

* vers. 2, 3. † CV. Eodem ſpectat lex divina Deuteron. * xxv. & novella † Leonis.

2. Sed nec alterum quod illi ponunt magis verum eſt, pœnas omnes venire ex toto ad partem, quod ex his 15 quæ dicenda ſunt apparebit. Tum vero oſtenſum a nobis ſupra eſt, veram juſtitiæ aſſignatricis rationem nec in tali æqualitate, nec in proceſſu a toto ad partem proprie conſiſtere, ſed in habenda 16 ratione ejus apti-

GROTII.

c *Æqualitas inter culpam & pœnam*] *Seneca* de Ira II, 6. *Iniquus erit ſi æqualiter iraſcetur inæqualibus. Tacitus* annalium III. (cap. 50.) *Sin flagitia & facinora ſine modo ſunt, ſuppliciis & remediis principis moderatio, majorumque & veſtra exempla temperant, & vana a ſceleſtis, dicta a maleficiis differunt: eſt locus ſententiæ, per quam neque huic delictum impune ſit, & nos clementiæ ſimul ac ſeveritatis non pœniteat.* Ammianus libro XXVIII. c. I. *Orature ne delictis ſupplicia ſint grandiora.* Scholiaſtes ad *Horatium*, (init. Sat. 3. Lib. I.) *Si in minimis peccatis etiam maxima pœna conſumuntur, reſtat ut maxima peccata aut maneant impunita, aut nova ſupplicia adinveniantur.* Lex Wiſigothorum libro XII, tit. III. cap. I. *Nam quædam leges ſicut culparum habent diverſitates, non ita diſcretas in ſe continent ultiones, ſed permixta ſcelera tranſgreſſorum ad unius permittuntur legis pœnale judicium. Nec ſecundum modum culpæ modus eſt adhibitus pœnæ, cum major minorque tranſgreſſio non unius debeat multiationis prædemnari ſupplicio: præſertim cum dominus in lege ſua præcipiat: pro menſura peccati, erit & plagarum modus.* Vide infra hoc capite, §. XXVIII. & XXXII. & lib. III, c. XI. §. [In loco TACITI, legendum mihi videtur: *Sin flagitia & facinora*, ETSI *ſine modo ſunt* &c. alias non conſtat ſenſus, quem nec *Freinshemius* in paraphraſi, nec alii interpretes, ſatis expediunt: & facilè à Librariis omitti potuit particula *etſi*, propter ſequentem *ſine*. Quâ de re judicium penes Criticos eſto. *J. B.*]

GRONOVII.

12 *Quoties inter terminos*] Ubi obſervatur proportio geometrica.

13 *In principio operis*] I, I. 8. ubi contra nos id ſatis commode dici probavimus.

14 *Æqualitas inter culpam*] Medium rei ſive proportio arithmetica.

15 *Quæ dicenda*] *Num.* 7.

16 *Ratione ejus aptitudinis*] Nodum in ſcirpo quærit: hanc enim ipſam rationem aptitudinis *Ariſtoteles* & ejus ſectatores explicant per æqualitatem geometricam.

d Quod

Digitized by Google

aptitudinis, quæ jus ſtricte dictum in ſe non contineat, ſed 17 occaſionem ei det. Quanquam vero is qui punitur aptus aut dignus eſſe debet puniri, non eo tamen id ſpectat ut ipſi accedat aliquid, quod aſſignatrix juſtitia poſtulat. Nec tamen qui expletricem juſtitiam, quam vulgo commutatricem vocant, in pœnis exerceri volunt, magis ſe explicant. Ita enim negotium hoc conſiderant, quaſi nocenti aliquid reddatur, ſicut in contractibus fieri ſolet. 18 Decepit eos vulgaris locutio, qua dicimus pœnam deberi ei qui deliquit, quod plane eſt ἄκυρον. nam cui proprie debetur aliquid, is in alterum jus habet. Sed cum deberi alicui pœnam dicimus, nihil volumus aliud quam æquum eſſe ut puniatur.

3. Verum tamen eſt in pœnis primo ac per ſe exerceri expletricem juſtitiam, quia ſcilicet qui punit, ut recte puniat, jus habere debet ad puniendum, quod jus ex delicto nocentis naſcitur. Atque hac in re eſt aliud [d] quod ad contractuum naturam accedit: quia ſicut qui vendit, etiamſi nihil peculiariter dicat, obligaſſe ſe cenſetur ad ea omnia quæ 19 venditionis ſunt naturalia, ita

GROTII.

d *Quod ad contractuum naturam accedit*] Sæpe hoc notat *Servius*, ad IV. Æneidos, (*vers.* 695.) *nam qui excedunt delinquendi modum, ipſi ſibi pœnam ſanciunt.* Ibidem (in *vers.* 699.) *damnare eſt debito liberare, unde* DAMNABIS TU QUOQUE VOTIS. Ad X. Æneidos, (*vers.* 32.) LUANT PECCATA. *luant, id eſt, abſolvant. Dicimus autem & luo pœnam. ſed melius eſt hic peccatum. nam peccatum ſolvitur pœna. qui enim crimini tenetur obnoxius, pœna eum a priſtina liberat obligatione: Contra, luo pœnam, non procedit, quaſi pœna ſolvatur. Auctoritas tamen iſta confundit licenter, more quo ſolet poni vel a ſequenti quod præcedit, vel a præcedenti quod ſequitur.* Idem locutio ſacræ ſcripturæ frequens indicat. Nam, ut *Tertullianus* ait de oratione, (*Cap.* 7.) *Debitum in ſcripturis delicti figura eſt, quod perinde judicio debeatur, & ab eo exigatur.* *Chryſoſtomus* oratione de terræ motu, quæ eſt tomo V. de divite illo agens qui Lazaro opponitur, & explicans vocem ἀπέλαβες, quæ eſt in illo Euangelii loco, (*Luca* XVI. 25) ἐχρεωστοῦντο αὐτῷ τιμωρίαι, ἐχρεωστοῦντο αὐτῷ ὀδύναι· *debebantur ipſi pœnæ, debebantur ipſi dolores.* Idem II. de pœnitentia: τὰ ἁμαρτήματα εἰς ὀφειλήματα ἀναγράφεται· *peccata ad debiti genus referuntur.* Auguſtinus III. de libero arbitrio: *Itaque ſi non reddit faciendo juſtitiam, reddet patiendo miſeriam: quia in utroque verbum illud debiti ſonat. Hoc enim etiam modo dici potuit: ſi non reddit faciendo quod debet, reddet patiendo quod debet.*

GRONOVII.

17 *Occaſionem ei det*] Dat enim præmia, honores, pecuniam: ex quibus datis jus proprie dictum & ad res & ad actus proficiſcitur.

18 *Decepit eos*] Immo decepit auctor ſeſe: non enim conſiderant nocentem, tanquam cui aliquid debeatur & reddatur, ſed tanquam qui aliquid debeat & reddat. Inde *ultor* vel *vindex* *ſumere, exigere, expetere* pœnas, noxius *dare, luere, pendere, ſolvere* dicuntur. Noxius pœnam reipublicæ *debet* ac legibus: hæc *facultas*, hoc *ſuum* proprie reipublicæ & legum eſt: itaque jus in eum habent, qui peccavit, etſi non civem. 2, 5. 32. Conceſſit autem ſuperius τὸ ſuum & facultatem hoc modo conſideratam pertinere ad juſtitiam συναλλακτικὴν ſive τὴν ἐκ συναλλάγμασι διορθωτικήν. 1, 1. 5. & 8. Adde ipſum ad *acta Apoſt.* 7, 60.

19 *Venditionis naturalia*] De ſubſtantia illius contractus.



Digitized by Google

ita qui deliquit ſua voluntate ſe videtur obligaſſe pœnæ, quia crimen grave non poteſt non eſſe punibile, ita ut qui directe vult peccare, per conſequentiam & pœnam mereri voluerit: quo ſenſu Imperatores cuidam † ajunt, *e ipſe te huic pœna ſubdidiſti*, & qui ſceleratum capiunt conſilium * ſua mente (bb) jam tum puniti, id eſt, ſua voluntate pœnæ meritum contraxiſſe dicuntur: & 20 Tacito *a* mulier quæ ſe ſervo conjunxiſſet in ſervitutem ſui (cc) conſenſiſſe dicitur, quia id pœnæ in tales erat conſtitutum.

† *L. Imperatores* 34. *D. de jure fiſci.*
* *L. ult. c. ad l. Jul. Maj.*
a *Ann.* XII. c. 53.
b *Cap.* 2.

4. Michaël Epheſius ad quintum *b* Nicomachiorum Ariſtotelis: *γέγονε τρόπον τινὰ δόσις καὶ λῆψις ὅ ἐςι τὸ συναλλάσσειν· λαβὼν γὰρ χρήματα ἢ ἄλλο τι κλέψας, δέδωκεν ἀντ᾽ ἐκείνων εὐθύνας· eſt hic quodammodo datio & acceptio, in quibus conſiſtit natura contractuum: nam qui res aut aliud quid furatus eſt, pro eo dat pœnas* Idem poſterius: *c συναλλάγματα οἱ παλαιοὶ ἐκάλουν οὐ μόνον ἃ ἑκόντες συνετίθεντο πρὸς ἀλλήλους ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν νόμων διηγορευμένα· contractus a veteribus appellabantur non tantum, quæ mutuis conventionibus conſtant, ſed & 21 quæ legibus ſunt vetita.*

c *Ad Cap.* 4.

III. 1. Sed hujus 22 juris ſubjectum, id eſt, cui jus debetur, per naturam ipſam determinatum non eſt. Dictat enim ratio maleficium poſſe puniri, non autem quis punire debeat: niſi quod ſatis indicat natura convenientiſſimum eſſe ut id fiat ab eo 23 qui ſuperior eſt: non tamen ut omnino hoc demonſtret eſſe neceſſarium, niſi vox ſuperioris eo ſumatur ſenſu, ut is qui male egit eo ipſo ſe 24 quovis alio inferiorem cenſeatur feciſſe, & quaſi ex hominum cenſu detruſiſſe *f* in cenſum beſtiarum quæ homini ſubjacent,

GROTII.

e *Ipſe te huic pœna ſubdidiſti*] Philo fine libri primi de vita Moſis: *αὐτοὶ γάρ τοι σπεύδοντες ἁμαρτάνειν, σπεύδετε καὶ πρὸς τιμωρίας· peccare dum feſtinatis, ad pœnas ferendas feſtinatis.* (Pag. 652. D.)

f *In cenſum beſtiarum*] Sic & *Moſes Maimonides* ad Deut. XXXIII.

GRONOVII.

20 *Tacito*] 12 annal. 53.

21 *Quæ legibus ſunt vetita*] Hi ſunt, qui contractus involuntarii dicuntur *Ariſtoteli συναλλάγματα ἀκούσια, λαθραῖα, βίαια.* Interpres Heinſianus lib. 5. cap. 5. ethicor.

22 *Juris ſubjectum*] Poſſeſſor, perſona capax, dominus, exactor, 1, 5. 17.

23 *Qui ſuperior eſt*] Qui poteſtatem habet in eum, qui peccavit.

24 *Quovis alio inferiorem*] Agnoſcit hoc Cainus *Geneſ.* 4. *καὶ ἔσαι πᾶς ὁ εὑρίσκων με ἀποκτενεῖ με· omnis igitur qui invenerit me, occidet me.*

(bb) In omnibus Editionibus erat heic *ſuo merito*: ſed contra lectionem omnium corporis Juris Codicum, quos quidem viderim, & præter mentem etiam Auctoris noſtri, qui, dum exponit *ſuâ voluntate*, manifeſto oſtendit, ſe legiſſe *ſuâ mente*: quamquam ipſe erratum non animadverterit, etiam quum in Editione ann. 1632. adderet voces ſequentes *jam tum*, quæ in primâ Editione deſunt. *J. B.*

(cc) Apud TACITUM legendum omnino, ut edidit RYCQUIUS: *Statuiturque, ut ignaro domino ad id prolapſa, in ſervitute: ſin conſenſiſſet, pro libertâ haberetur.* Vide ibi J. FR. GRONOV. Notam. Sic locus nil ad rem facit. *J. B.*

g *Nam-*

Jacent, quod a theologis quibuſdam eſt proditum. Democritus: * *φύσει τὸ ἄρχειν οἰκήϊον τῷ κρείσσονι, natura evenit ut melior ſequiori imperet.* Et Ariſtoteles † ait deteriora comparata eſſe in uſum meliorum, tam in his quæ a natura ſunt, quam quæ ab arte.

*Th. 2, 2. quaſt. 64. art. 3. & ibi Cajet.*
* *Apud Stob. Serm.* 47.
† *Politic.* VII. 14.

2. Cui conſequens eſt, ut ſaltem ab æque nocente æque nocens 25 puniri non debeat: quo Chriſti ſententia pertinet: *qui veſtrum ſine peccato eſt* (tali ſcilicet) *primum lapidem mittat*, Joh. VIII, 7. Quod ideo dixit, quia eo ſæculo corruptiſſimi erant Judæorum mores, adeo ut qui ſanctiſſimi videri volebant, in adulteriis & ſimilibus flagitiis volutarentur, ut videre eſt Rom. II, 22. Idem ergo quod Chriſtus dixerat, dixit & Apoſtolus: *quapropter inexcuſabilis es, ô homo, quiſquis alium damnas: nam hoc ipſo quod damnas alterum, te ipſum condemnas, quando eadem facis tu qui alterum damnas.* Illud Senecæ huc pertinet: *non poteſt ullam auctoritatem habere ſententia, ubi qui damnandus eſt damnat.* Et alibi (dd) *faciet nos moderatiores reſpectus noſtri*, 26 *ſi conſuluerimus nos*, g *numquid & ipſi aliquid tale commiſimus?* Ambroſius apologia Davidis: *unuſquiſque de alio judicaturus de ſe ipſo primum judicet, nec minora in alio errata condemnet cum ipſe graviora commiſerit.*

*Lib. II. c. I.*

IV. 1. Altera quæſtio eſt de fine pœnis propoſito. Nam quæ diximus hactenus id duntaxat oſtendunt, nocentibus injuriam non fieri ſi puniantur. Inde vero non ſequitur omnino puniendos. Neque id verum eſt: multis enim nocentibus multa & Deus & homines condonant, eoque nomine laudari ſolent. Celebre eſt Platonis * dictum, 27 *οὐ γὰρ ἐπὶ κακῷ δίκη γίγνεται οὐδεμία·* & alibi, † 28 *οὐχ ἕνεκα τοῦ κακουργῆσαι δίδοται δίκη, (οὐ γὰρ τὸ γεγονὸς ἀγένη-*

* *De leg.* L. IX, pag. 854. D.
† *Lib.* XI. p. 934. A.

GROTII.

g *Nunquid & ipſi tale aliquid commiſimus*] Pertinet huc & *Ambroſii* locus ſermone XX. in Pſalmum, *Beati immaculati*, ad verſiculum, *Miſerationes tuæ domine*, (Serm. XX. c. 4. p. 1593.) C.) citatus cauſa III. quæſtione VII. (c. 4.) item *Caſſiodori* VI, 21.

GRONOVII.

25 *Puniri non debeat*] Hinc indignatio M. Cælii ad *Ciceronem* epiſtol. 14. *Scis Appium cenſorem hic oſtenta facere? de ſignis & tabulis, de agri modo, de ære alieno acerrime agere? perſuaſum eſt ei cenſuram lomentum & nitrum eſſe. Errare mihi videtur: nam ſordes eluere vult, venas ſibi omnes & viſcera aperit.* Et *Velleji* de cenſura Pauli & Planci 2, 95. *cum alteri vis cenſoris, alteri vita deeſſet, Paulus vix poſſet implere cenſuram, Plancus timere deberet, ne quidquam objicere poſſet adoleſcentibus, aut objicientes audire, quod non agnoſceret ſenex.*

26 *Si conſuluerimus*] Interrogaverimus conſcientiam noſtram.

27 *Οὐ γὰρ*] Non enim propter peccatum ſumitur pœna.

28 *Οὐχ ἕνεκα*] Non ideo, quod peccatum eſt, exigitur ſupplicium (factum enim fieri infectum nequit) ſed propter exemplum vel tempus futurum.

(dd) Præcedens locus ubinam exſtet, divinare nequeo: Auctor enim neque heic, neque in Adnotationibus ad *Joann.* VIII, 7. ubi ſimiles congeſſit, ullum indicium dat, unde inveſtigari queat. Hic autem legitur *De Ira*, Lib. II. Cap. 28. *J. B.*



Digitized by Google

ἀγένητον ἴσως ποτὲ) τοῦ δὲ εἰς τὸν αὖθις ἕνεκα χρόνου. Quod ita
a De Ira, l. 1, c. 16. vertit *a* Seneca: *nemo prudens punit quia peccatum eſt, ſed* 29 *ne peccetur. Revocari enim præterita non poſſunt: futura prohibentur.*
b Ibid. II. 31. Idem alibi: *b ne homini quidem nocebimus quia peccavit, ſed ne peccet: nec unquam ad præteritum, ſed ad futurum pœna referetur:* 30 *non enim iraſcitur, ſed cavet.*
c Lib. III. c. 44. Apud Thucydidem *c* Diodorus de Mitylenæis ad Athenienſes verba faciens: ἤν τι γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας αὐτοὺς, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω, εἰ μὴ ξυμφέρον· *ut maxime illos injuſte egiſſe pronuntiem, non & interficiendos cenſebo, niſi id expediat.*

2. Sed hæc in hominibus punientibus vera ſunt: nam homo ita homini alteri ipſa conſanguinitate alligatur, h ut nocere ei non debeat, niſi boni alicujus conſequendi cauſa. In Deo alia res
d Gorgia, p. 525. B. eſt, ad quem Plato *d* dictas ſententias male extendit. Dei enim actiones niti poſſunt ipſo ſummi dominii jure, præſertim ubi meritum hominis ſpeciale accedit, etiamſi finem nullum ſibi proponant extra ipſas: & ita
e Moſes Maimonides in directore dubitantium lib. II, c. 13. & Rab. Imm. ad Prov. XVI, 4. *e* Hebræi quidam explicant illud Solomonis quod ad hanc materiam pertinet: כל פעל יהוה למענהו וגם רשע ליום רעה. Ut ſenſus ſit, *res ſingulas Deus facit propter ipſas, etiam impium ad diem malum:* id eſt, etiam tum cum impium punit, non alio fine hoc facit quam 31 ut puniat. Quamquam, etiamſi receptiorem ſequamur interpretationem, eodem res recidet: ut dicatur Deus feciſſe omnia propter ſe, id eſt, jure ſummæ libertatis & perfectionis, nihil extra ſe quærens aut reſpiciens: ſicut Deus dicitur αὐτοφυὴς, quia non eſt natus ex aliquo. Certe pœnas quorundam valde perditorum a Deo non ob aliud exigi ſacra verba teſtantur, cum dicunt
* Deuteron. XXVIII, 63. Eſai. I, 24. Prov. I, 26. * eum voluptatem capere ex ipſorum malo, ſubſannari atque irrideri impios a Deo. Tum vero & extremum judicium, poſt quod nulla exſpectatur emendatio, imo & in hac vita pœnæ quædam 32 inconſpicuæ ut obduratio, verum eſſe, quod contra Platonem dicimus, evincunt.

3. At homo cum hominem ſibi natura parem punit, 33 aliquid ſibi

GROTII.

h *Ut nocere ei non debeat niſi boni alicujus conſequendi cauſa*] *Caſſiodorus* [aut potius *Petrus*] *Bleſenſis* de Amicitia: *quod ſi manus una caſu aliquo forte lædat alteram, illa quæ læſa eſt non repercutit, nec ſe erigit in vindictam.*

GRONOVII.

29 *Ne peccetur*] Ut alii exemplo pœnæ a ſimili peccato abſterreantur.

30 *Non enim iraſcitur, ſed*] Judex damnans & puniens non iræ obſequitur, ſed prudentiæ: neque id potiſſimum agit, ut ulciſcatur, ſed ut conſulat in reliquum, ne aut qui deliquit, iterum, aut alius ſimile quid delinquat.

31 *Ut puniat*] Puniendo juſtitiam demonſtret, etiamſi ad neminem exemplum pertineat.

32 *Inconſpicua*] Quæ non incurrunt in oculos, ſed in animis ſentiuntur patientium.

33 *Aliquid ſibi debet habere &c. Non debere in malo*] Non id tantum ſpectare, ut malum habeat noxius, ſed potiſſimum ut propter eum punitum minus ſit malorum.



Digitized by Google

ſibi debet habere propoſitum. Et hoc eſt quod ajunt † ſcholaſtici, non debere in malo cujuſquam acquieſcere ulciſcentis animum. Sed & ante ipſos Plato *a* in Gorgia, eos qui quemquam morte puniunt, aut exilio, aut multa, non hoc *βούλεσθαι ἁπλῶς*, *ſimpliciter velle*, ſed *boni alicujus cauſa*, *ἕνεκα τοῦ ἀγαθοῦ*. Et [i] Seneca ad vindictam veniendum *b non quaſi dulce ſit vindicare, ſed quaſi utile*. Etiam Ariſtoteles ſeptimi de republica capite XIII. ait, quædam eſſe honeſta ſimpliciter, quædam ob aliquam neceſſitatem: & poſterioris exemplum ponit in pœnarum exactione.

† *Thom.* 2. 2. *quæſt.* 108. *Silv. verb. vindicta.*
a *Pag.* 468. B.
b *De Ira*, II. 32.

V. 1. Quod ergo a mimo dictum eſt: *c*

*Læſo doloris remedium inimici dolor:*

& a Cicerone, dolorem pœna mitigari, Plutarcho *d* ex Simonide, 34 *Γλυκὺ καὶ οὐ σκληρὸν ὥσπερ ἀλγοῦντι τῷ θυμῷ καὶ φλεγμαίνοντι θεραπείαν καὶ ἀναπλήρωσιν προσφέρειν*: congruit quidem 35 ei naturæ [k] quam homo cum beſtiis habet communem: eſt enim ira ut in beſtiis ita in homine *ζέσις περικαρδίου αἵματος δι' ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως*, ut recte definit *e* Euſtratius, [l] *fervor ſanguinis circa cor ob appetitum reponendi doloris*, qui appetitus adeo per ſe caret ratione, ut ſæpe feratur in ea, quæ non læſerunt, ut in fœtus feræ quæ læſit; [m] aut in ſenſu carentia, ut in lapidem quo ictus eſt canis. At talis appetitus in ſe ſpectatus [n] non convenit 36 parti rationali, cujus eſt imperare affectibus; ac proinde nec juri naturæ, quia 37 id eſt dictatum naturæ rationalis ac ſocialis qua talis eſt. Dictat autem ratio homini nihil agendum quo noceatur homini alteri, niſi id bonum aliquod habeat propoſitum. In ſolo autem inimici dolore, ita nude ſpectato, nullum eſt bonum niſi falſum &

c *Publ. Syr.* vers. 340.
d *Vit. Arat.* pag. 1048. E.
e *In Ethic. Nic.* VI. 1.

### GROTII.

i *Seneca*] Ejuſdem eſt libro eodem de Ira ſecundo, capite XII. *Exſequar, quia oportet, non quia dolet.* [Immo *Lib.* I.]

k *Quam homo cum beſtiis habet communem*] Inde iſta Homerica (*Iliad.* IV. 23. *χόλος δέ μιν ἄγριος ᾕρει*. *illum fera prenderat ira.* Item (*Iliad.* IX. 625.)

*Ἄγριον ἐν στήθεσσι θέτο μεγαλήτορα θυμόν.*
*Efferat ipſe animum magnum ſibi pectore in alto.*

Item (*Ibid.* vers. 492.)

*Ἀλλ' Ἀχιλεῦ δάμασον θυμὸν μέγαν.*
*Magnum animum ſed Achille doma.*

l *Fervor*] Inde *σβέσσαι χόλον*, *bilem extinguere*, apud *Homerum* [*Iliad.* IX. 674.]

m *Aut in ſenſu carentia*] *Seneca* de Ira libro II, c. 26. *His iraſci quam ſtultum eſt, quæ iram noſtram nec meruerunt nec ſentiunt.* Braſiliani, feri homines, de ferro, ita ut de homine ſe vindicant. [Vide JOANN. LERIUM, *Itin. Braſil.* p. 163.]

n *Non convenit parti rationali, cujus eſt imperare affectibus*] Vide quæ in hanc rem *Seneca* de Ira libro I, c. 5.

### GRONOVII.

34 *Γλυκὺ καὶ*] Dulce & non aſperum quaſi ægroto animo & inflammato medicinam adhibere ſatisfactionem.

35 *Ei naturæ*] Facultati animi, *τῷ θυμικῷ*.

36 *Parti rationali*] *Τῷ λογικῷ καὶ ἡγεμονικῷ.*

37 *Id eſt dictatum naturæ*] I, I. 10.



Digitized by Google

& 38 imaginarium: ut in 39 divitiis ſupervacuis; multiſque aliis rebus ejuſmodi.

2. Atque hoc ſenſu ultionem improbant in hominibus non Chriſtiani modo doctores, o ſed & philoſophi, ut Seneca: *Inhumanum verbum eſt & quidem pro juſto receptum ultio, & a contumelia non differt* 40 *niſi ordine. Qui dolorem regerit, tantum excuſatius peccat.* Imo, ſi Maximo Tyrio credimus, *ὁ τιμωρῶν τοῦ προεξάρξαντος ἀδικώτερος*, *iniquior eſt qui ſe ulciſcitur eo qui prior nocuit.* Muſonius, *id*, ait, *cogitare quomodo quis remordeat mordentem, & nocenti noceat, fera eſt, non hominis.* Apud Plutarchum Dion is 41 qui ſapientiam Platonicam in actus civiles convertit: *τὸ ἀντιμωρεῖσθαι τοῦ προαδικεῖν νόμῳ δικαιότερον ὁρίσθαι, φύσει γινόμενον ἀπὸ μιᾶς ἀσθενείας· ultionem legis arbitrio juſtiorem cenſeri illata injuria: at ſi natura ſpectetur ex eodem animi morbo naſci.*

Lib. II, de Ira c. 32.

Diſſ. II. p. 24, 26. Ed. Paris.

Vit. Dion. p. 979. A.

3. Pugnat ergo cum natura hominis in hominem agentis alieno dolore, 42 qua dolor eſt, ſatiari. Atque adeo quo hominum quiſque minus valet rationis uſu, eo ad vindictam eſt pronior. Juvenalis (*Sat.* XIII, 180, *& ſeqq.*)

*At vindicta bonum vita jucundius ipſa.*
p *Nempe hoc* 43 *indocti, quorum præcordia nullis*
*Interdum aut levibus videas flagrantia cauſis:*
*Quantulacunque adeo eſt occaſio, ſufficit iræ.*
*Chryſippus non dicet idem, nec mite Thaletis*
*Ingenium,* 44 *dulcique* 45 *ſenex vicinus Hymetto,*
*Qui partem accepta ſæva inter vincla cicuta*

46 Ac-

GROTII.

o *Sed & Philoſophi*] *Plato* Gorgia. Vide de eo *Theodoretum* libro XX. curationis.

p *Nempe hoc indocti*] *Seneca* de Ira l. 13. *At qui iracundiſſimi infantes ſeneſque & ægri ſunt, & invalidum omne naturâ querulum eſt.*

GRONOVII.

38 *Imaginarium*] Ut Vitellii, qui ſe paviſſe oculos ſpectata inimici morte jactabat. *Tacit.* 3, hiſt. 39.

39 *Divitiis ſupervacuis*] Caligulæ, qui ſuper immenſos aureorum acervos patentiſſimo diffuſos loco nudis pedibus ſpatiabatur, & toto corpore aliquamdiu volutabatur. *Suet.* c. 42.

40 *Niſi ordine*] Quia præcedit contumelia, ſequitur ultio.

41 *Qui ſapientiam Platonicam*] Quod ait de ſe & Catone *Cicero*: *nos philoſophiam quæ quibuſdam otii eſſe ac deſidiæ videtur, in forum atque in rempublicam & in ipſam aciem deduximus.* 15, familiar. 4. Similiter idem de Demetrio Phalereo. 3, de legib. 6.

42 *Qua dolor eſt*] Ita ut nihil aliud in eo quæratur, & ſpectetur quam dolor.

43 *Indocti*] Stoicorum ſermo, qui doctum dicebant ſolum ſapientem, ſeu qui ſecundum virtutem viveret. Ἰδιώτης, *Arrian.* diſſ. 3, 19. Ἡ πρώτη διαφορὰ ἰδιώτου καὶ φιλοσόφου· *Seneca* 7, de Benef. 17. *Duo ſunt beneficia: unum, quod dare niſi ſapiens ſapienti non poteſt, hoc eſt, abſolutum & verum beneficium: alterum vulgare, plebejum, cujus inter nos imperitis commercium eſt.*

44 *Dulcique Hymetto*] Propter mel celebratum, quod ibi faciebant apes.

45 *Senex*] Socrates.

q *Nemo*

Digitized by Google

*46 Accuſatori nollet dare. Plurima felix*
*Paulatim vitia atque errores exuit omnes,*
*Prima docet rectum ſapientia: quippe minuti*
*Semper & infirmi eſt animi exiguique voluptas*
*Ultio: continuo ſic collige, quod vindicta*
q *Nemo magis gaudet quam femina.*

Eodem ſenſu Lactantius: *imperiti & inſipientes ſiquando accipiunt injuriam cæco & irrationabili furore ducuntur, & iis qui ſibi nocent vicem retribuere conantur.* Lib. VI. c. 18.

4. Liquet ergo ab homine hominem non recte puniri tantum puniendi cauſa. quæ ergo utilitates rectam faciant pœnam videamus.

VI. 1. Pertinet autem huc pœnarum partitio, quæ eſt apud Platonem 47 Gorgia, & Taurum philoſophum ad eum locum cujus verba Gellius recitat libro VI, cap. XIV. nam partitiones iſtæ ex fine deſumtæ ſunt, niſi quod cum duos fines Plato poſuiſſet, 48 emendationem & 49 exemplum, tertium addidit Taurus r 50 τιμωρίαν, quam Clemens Alexandrinus definit, κακοῦ ἀνταπόδοσιν εἰς τὸ τοῦ τιμωροῦντος συμφέρον ἀναφερομένην· *mali retributionem quæ ad exigentis utilitatem refertur.* Ariſtoteles, qui omiſſa pœna exemplari, hanc ſolum ſpeciem cum emendatione ponit, adhiberi eam dicit, * τοῦ ποιοῦντος ἕνεκα ἵνα ἀποπληρωθῇ, *exigentis cauſa ut ei ſatisfiat* 51 Plutarchus quoque eam non omiſit, cum dixit: αἱ ὑπὸ χεῖρα τοῖς τολμωμένοις ἀπαντῶσαι τιμωρίαι καὶ τῶν μελλόντων εἰσὶν ἐπισχέσεις ἀδικημάτων, καὶ μάλιστα τὸ παρηγοροῦν τοὺς πεπονθότας ἔνεστιν αὐταῖς· *quæ facinus ſtatim ſubſequuntur pœnæ, non modo in poſterum inhibent delinquendi audaciam, ſed & injuria affectos*

* Rhet. I, cap. 10.

GROTII.

q *Nemo magis gaudet quam femina*] Terentius Hecyra (III. 1. 30.)

*Pueri inter ſeſe quam pro levibus noxiis*
*iras gerunt.*
*Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.*
*Itidem mulieres ſunt ferme, ut pueri,*
*levi ſententia.*

Ammianus Marcellinus libro XXVII. de ira ſic loquitur: *hanc eſſe ulcus animi diuturnum, interdumque perpetuum, prudentes definiunt, naſci ex mentis mollitie conſuetum, id aſſerentes argumento probabili, quod iracundiores ſunt incolumibus languidi, & feminæ maribus, & juvenibus ſenes, & felicibus ærumnoſi.* (Cap. 7. pag. 536. *Ed. Vales. Gron.*)

r Τιμωρίαν] Tria hæc νουθεσίαν, τιμωρίαν, κόλασιν, emendationem, ſatisfactionem, exemplum, etiam *Chryſoſtomus* ponit in I ad *Corinth.* XI, 32.

GRONOVII.

46 *Accuſatori*] Anyto aut Melito.

47 *Gorgia*] Pag. 357. (*Ed. Wech.* at p. 525. A. B. Tom. I. *Ed. H. Steph.*)

48 *Emendationem*] Ut corrigatur & melior fiat, qui peccavit.

49 *Exemplum*] Ut alii peccare caveant.

50 Τιμωρίαν] Satisfactionem: ut injuria dematur & in poſterum ſecuritas præſtetur læſo.

51 *Plutarchus*] *De ſera Numinis vindicta*, p. 548. E.

ſ *Dolere*

Digitized by Google

*affectos maxime conſolantur*. Et hæc proprie eſt quam idem Ariſto-
*Ethic. Nic.* teles refert ad *δικαιοσύνην συναλλακτικὴν*, *juſtitiam* quam ipſe *com-*
*v. 7, 8.* *mutatricem* vocat.

2. Sed ſubtilius iſta examinanda ſunt. Dicemus ergo, in pœnis reſpici aut utilitatem ejus qui peccarit, aut ejus cujus intererat non peccatum eſſe, aut indiſtincte quorumlibet.

VII. 1. Ad horum trium finium primum pertinet 52 pœna, quæ philoſophis modo *νουθεσία*, modo *κόλασις*, modo *παραίνεσις*
* *L. 20. D.* dicitur, Paulo * Juriſconſulto pœna quæ conſtituitur in emen-
*De Pœnis.* dationem, *σωφρονισμοῦ ἕνεκα* † Platoni, Plutarcho *a ἰατρεία ψυχῆς*
† *De Legg.* *animi medicatrix*, quæ hoc agit ut eum qui peccavit reddat me-
*L. XI. p.* liorem medendi modo, qui eſt per contraria. Nam quia omnis
*933. E.* 
*a De ſera* actio præſertim vero 53 deliberata ac frequens, quandam gignit
*Num. vind.* ſui 54 proclivitatem, quæ adulta habitus dicitur, ideo vitiis, quam
*p. 550. A.* primum fieri poteſt, adimenda eſt 55 illecebra, quod fieri rectius
*559. F.* nequit, quam ſi ſ dolore quodam ſubſequente ſaporem amittant
*b De Phil.* dulcedinis. Platonici recitante *b* Apulejo: *gravius & acerbius eſt*
*Mor. p.* *omni ſupplicio ſi noxio impunitas differatur, nec hominum interim ani-*
*304. Ed.* *madverſione plectatur*. Apud *c* Tacitum eſt: *corruptus ſimul & cor-*
*Amſt.* 
*Scriv.* *ruptor ager & flagrans animus haud levioribus remediis reſtinguendus*
*c Annal.* *eſt, quam libidinibus ardeſcit*.
*III. 54.* 2. Punitionem quæ huic fini inſervit natura cuivis eſſe licitam,
*Th. 2, 2.* qui judicio valeat, & ejuſmodi generis aut paribus vitiis non te-
*q. 33. 3.* neatur, ex ea quæ verbis fit caſtigatione apparet.

*Plaut.* *Amicum caſtigare ob meritam noxiam,*
*Trinum.* 56 *Immune eſt facinus, verum in ætate utile.*
*I. 1. 1.*

In verberibus vero & aliis quæ coactionis aliquid continent, diſcrimen t inter perſonas quibus id liceat aut non liceat non eſt factum a natura (neque enim potuit, niſi quod ratio parentibus in liberos

GROTII.

ſ *Dolore quodam ſubſequente*] *Seneca* de Ira I, 5. *quemadmodum quadam haſtilia detorta, ut corrigamus, adurimus, & adactis cuneis, non ut frangamus, ſed ut explicemus, elidimus: ſic ingentia vitia prava dolore corporis animique corrigimus*. Idem de Ira II, 27. *In his erunt boni magiſtratus, parenteſque, & judices, quorum caſtigatio ſic accipienda eſt, quomodo ſcalpellum, & abſtinentia, & alia quæ profutura torquent*.

t *Inter perſonas quibus id liceat*] Vide *Auguſtinum* enchiridio cap. 72.

GRONOVII.

52 *Pœna, quæ philoſophis*] Latinis *admonitio*.

53 *Deliberata ac frequens*] Quæ fit ἐκ προαιρέσεως, ex propoſito & deſtinato, ac ſæpius repetitur.

54 *Proclivitatem*] Propenſionem & facilitatem ad eam iterandam.

55 *Illecebra*] Blanda illa Siren, illa ſuavitas, quæ in peccatum trahit atque illicit.

56 *Immune eſt facinus*] Pro quo non penditur vectigal, quod licet facere ſine munere atque onere civili: vel pro quo nemo munis eſt ſive munificus.

57 Com-

Digitized by Google

liberos ejus juris uſurpationem pro affectus neceſſitudine peculiariter commendat) ſed a legibus, quæ 57 communem illam generis humani propinquitatem, 58 vitandarum rixarum ergo, 59 ad proximos affectus reſtrinxerunt, ut videre eſt tum alibi, tum Codice Juſtinianeo, titulo de emendatione propinquorum: quo & illud pertinet Xenophontis ad milites: *εἰ μὲν ἐπ' ἀγαθῷ ἐκόλασά τινα, ἀξιῶ ὑπέχειν δίκην, οἵαν καὶ γονεῖς υἱοῖς καὶ διδάσκαλοι παισί. καὶ γὰρ ἰατροὶ τέμνουσιν ἐπ' ἀγαθῷ· ſi quem ut prodeſſem verberavi, pœnam debere me profiteor, qualem parentes filiis, & magiſtri diſcipulis. Nam & medici ægrotum ſuo ipſius bono urunt ac ſecant.* Lactantius libro VI. *Jubet Deus ut manus noſtras ſuper minores ſemper habeamus, hoc eſt, ut peccantes eos aſſiduis verberibus corrigamus, ne amore inutili & indulgentia nimia educentur ad malum & ad vitia nutriantur.* De Exped. Cyr. L. V. c. 8. §. 8. Ed. Oxon. Cap. 19. n. 8.

3. Hoc vero puniendi genus ad mortem 60 pertingere non poteſt, niſi eo modo quem 61 reductivum vocant, quo negationes reducuntur ad rerum oppoſitarum genera. Nam ſicut Chriſtus dixit melius quibuſdam futurum fuiſſe, id eſt, non tam male, ſi nati nunquam eſſent, ita ingeniis inſanabilibus melius eſt, id eſt, minus eſt malum emori quam vivere, quando certum eſt vivendo pejores evaſuros. De talibus Seneca loquitur, cum ait interdum 62 ut pereant intereſſe pereuntium. Jamblichus *: *καθάπερ τῷ ὑποπύῳ βέλτιον τὸ καίεσθαι τοῦ διαμένειν, οὕτω καὶ τῷ μοχθηρῷ τὸ τεθνάναι τοῦ ζῆν· quomodo ſuppurato melius eſt uri quam ſic manere, ita improbo mori quam vivere.* Talem vocat † Plutarchus *ἑτέροις γε πάντως βλαβερὸν, αὑτῷ τε βλαβερώτατον, cæteris noxium quidem, at ſibi maxime.* Et Galenus cum morte puniri homines dixiſſet, primum ne vivi noceant, deinde ut alii pœnæ metu deterreantur, addit: *καὶ τρίτον ἐστὶ καὶ αὐτοῖς ἐκείνοις ἄμεινον τεθνάναι, διεφθαρμένοις οὕτω τὴν ψυχὴν ὡς ἀνίατον ἔχειν τὴν κακίαν· tertio & ipſis expedit mori ita corruptis animo ut ad ſanitatem perduci nequeant.* Marc. XIV, 21. De Ira Lib. I. c. 5. Vid. & cap. 16. * Protreptic. c. 2. † De ſera Num. vind. p. 551. E.

4. Sunt qui hos ipſos eſſe putant quos Johannes Apoſtolus ait 1 Joh. V, 16.

u ad

GRONOVII.

57 *Communem illam generis*] Quæ omnibus melioribus dabat caſtigandi ſontes facultatem.

58 *Vitandarum*] Ne lites injuriarum augerentur.

59 *Ad proximos affectus*] Neceſſitudines vel neceſſarios. Sic Claudius in recognitione equitum, juvenem probri plenum, ſed quem pater ſibi probatiſſimum affirmabat, ſine ignominia dimiſit, habere dicens cenſorem ſuum. *Suet.* 16.

60 *Pertingere*] *Pertinere* voluit dicere, id eſt, *extendi, porrigi.*

61 *Reductivum*] Quo quid alicui non directe adeſt, ſed per applicationem aut interpretationem: ut quum bonum alicui dicitur, quod non nocet, etiamſi nec magnopere proſit. 1, 1. 10.

62 *Ut pereant, intereſſe*] Sic Neroni conjurationem quidam imputabant, tanquam aliter illi, niſi morte, ſuccurrere non poſſent. *Sueton.* Ner. 36.

u *Ad*

u ad mortem peccare. Sed quia fallacia ſunt ejus rei argumenta, dictat caritas neminem temere habendum pro deplorato, ita ut hoc quidem ſine animadverſio, non niſi raro admodum, locum habere poſſit.

VIII. 1. x Utilitas ejus cujus intererat non peccatum eſſe in eo ſita eſt, ne poſthac tale quid patiatur ab eodem aut ab aliis. *Noct. Att. VI. 14.* Gellius ex Tauro hanc ſpeciem ſic deſcribit, *cum dignitas auctoritaſve ejus in quem eſt peccatum tuenda eſt, ne prætermiſſa animadverſio contemtum ejus pariat & honorem levet.* Sed quod 63 de auctoritate læſa dicit, idem 64 de libertate cujuſque aut alio jure læſo intelligendum eſt. *Ann. XIV. 61.* Apud Tacitum legimus: *conſuleret ſecuritati juſta ultione.* Ne qui læſus eſt ab eodem malum patiatur, tribus modis curari poteſt: primum ſi tollatur qui deliquit, deinde ſi 65 vires nocendi ei adimantur, poſtremo ſi malo ſuo dedoceatur delinquere, quod cum emendatione de qua jam egimus conjunctum eſt. Ne ab aliis lædatur qui læſus eſt, punitione non quavis, ſed aperta atque conſpicua quæ ad exemplum pertinet, obtinetur..

2. Ad hos ergo fines, & intra æqui terminos ſi dirigatur vindicatio, etiam privata, ſi jus nudum naturæ, id eſt, 66 abductum a legibus divinis humaniſque, & ab his quæ non neceſſario rei accidunt, reſpicimus, non eſt illicita: ſive fiat ab ipſo qui læſus eſt, ſive ab alio, quando hominem ab homine adjuvari naturæ eſt conſentaneum. Atque hoc ſenſu admitti poteſt quod *De Inven. II. c. 22.* Cicero cum jus naturæ eſſe dixiſſet id, quod nobis 67 non opinio ſed innata vis affert, inter ejus exempla collocat vindicationem, quam

GROTII.

u *Ad mortem peccare*] Τοὺς ἀνίατα νοσοῦντας. morbo tentos inſanabili hos vocat *Chryſoſtomus* 2 Corinth. XIII, 9. *Julianus* ſecundo libro de Conſtantio: *διττῶν δὲ ὄντων τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τῶν μὲν ἀποφαινόντων ἐλπίδας ἀμείνους, καὶ οὐ πάντῃ τὴν θεραπείαν ἀπεστραμμένων, τῶν δὲ ἀνίατα πλημμελούντων· τούτοις δὲ οἱ νόμοι θάνατον λύσιν τῶν κακῶν ἐπενόησαν, οὐκ εἰς τὴν ἐκείνων μᾶλλον, εἰς δὲ τὴν τῶν ἄλλων ὠφέλειαν· cum duo ſint delictorum genera, alia quidem quæ ſpem præbent rerum meliorum, neque curationem penitus repudiant, alia vero hominum inſanabiliter peccantium: huic generi leges mortem malorum exitum reperere, non tam ipſorum quam omnium aliorum bono*, (Orat. II. p. 89. B. *Ed. Spanhem.*)

x *Utilitas ejus cujus intererat non peccatum eſſe*] Etiam hujus rei in feris imago quædam. *Leo in adultera pœnam conſurgit. Plinius* hiſtoriæ naturalis VIII, 16.

GRONOVII.

63 *De auctoritate læſa*] Perſonarum publicarum.

64 *De libertate*] Privati cujuſvis.

65 *Vires nocendi ei adimantur.*] Debilitando aut vinculis coërcendo. *num.* 9.

66 *Abductum a legibus*] Id quod dictat recta ratio nondum adſtricta legibus: præterquam in paucis caſibus, ubi ex contingenti mutatur res, ut ſi parentes, ſi mentis homo commotæ injuriam intulerit, ſi ipſe cauſam dederit non miſerendo prior.

67 *Non opinio*] Qualiſcumque perſuaſio, ſed ingenita ſententia & judicium animi.

y *Hoc*

Digitized by Google

quam 68 gratiæ opponit: ac ne quis ambigeret quantum eo nomine vellet intelligi, vindicationem definit, *per quam vim ac contumeliam, 69 defendendo aut ulciſcendo, propulſamus a nobis ac noſtris, qui nobis cari eſſe debent, & per quam peccata punimus.* Mithridates in oratione quam ex Trogo exſcripſit Juſtinus: *adverſus latronem ſi nequeant pro ſalute, pro ultione tamen ſua omnes ferrum ſtringere.* Hoc ipſum 70 *ἀμύνης νόμον* vocat in vita * Arati Plutarchus. Libro XXXVIII. c. 4. * Pag. 1048. E.

3. y Hoc naturali jure defendens ſe Sampſon adverſus Palæſtinos, † inſontem ſe teſtatur fore ſi Palæſtinos qui ſe malo affecerant malo viciſſim afficeret: Et poſt peractam ultionem eadem ſe tuetur ratione, a dicens ſe ipſis feciſſe quod ipſi ſibi feciſſent priores. Platæenſes apud Thucydidem: b *ὀρθῶς ἐτιμωρησάμεθα κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεστῶτα, τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι· merito eos ulti ſumus, jure apud omnes recepto, ut hoſtilia parantem ulciſci liceat.* Demoſthenes, oratione adverſus Ariſtocratem, c communem ait eſſe legem inter homines, ut eum qui noſtra vi rapiat ulciſci nobis fas ſit. Et Jugurtha apud Salluſtium, d cum dixiſſet Adherbalem vitæ ſuæ eſſe inſidiatum, addit, populum Romanum 71 *neque pro bono neque pro recto facturum ſi ab jure gentium ſe prohibuerit*: id eſt 72 ab ultione. Ariſtides orator & a poëtis, & a legum auctoribus, & a 73 proverbiis, & ab oratoribus, & omnibus denique hoc ait probari e *ἀμύνεσθαι τοὺς ὑπάρξαντας. ultionem ſumi de his qui injuriam facere aggreſſi ſunt.* Maccabæos laudat z Ambroſius, f quod etiam ſabbato a ulti ſunt innocentium necem fratrum ſuorum. Idem adverſus Judæos incenſam a Chriſtianis 74 baſilicam graviter querentes diſputans, ſic ait: g *At certe*

† *Judic.* XV. 3.
a *Ibid.* verſ. 11.
b *Lib.* III. c. 56.
c *Pag.* 437. A.
d *Bell. Jug.* c. 25.
e *Orat. pro quatuor vir. Tom.* III. p. 259. A.
f *De Off.* l. 1, c. 40.
g *Ep.* 29. p. 562. C.

GROTII.

y *Hoc naturali jure*] Φόνον φόνῳ λελύσθαι· Romulus de Tatio occiſo a Laurentibus, *cædem cæde penſatam*, apud *Plutarchum*, (*Vit. Rom.* p. 32. C.) Beliſarius apud Procopium Vandalicorum I. φύσει γὰρ πρόσεστι τοῖς ἀδικουμένοις ἡ πρὸς τοὺς βιαζομένους ἔχθρα· *naturalis enim eſt læſi hominis in eum qui vim intulit inimicitia.*

z *Ambroſius*] Eundem vide oratione contra Symmachum.

a *Ulti ſunt innocentium necem fratrum ſuorum*] Vide *Joſephum* Antiquæ hiſtoriæ XIII, I. de vindicata Johannis morte.

GRONOVII.

68 *Gratia*] In qua amicitiarum & officiorum alterius memoria, alterius remunerandi voluntas continetur. cap. 53.

69 *Defendendo*] Arcendo, prohibendo.

70 *Ἀμύνης νόμον*] Ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ, quo verſu Homerico (extat cum alibi, tum Ιλ. ω v. 369.) Claudius ſæpe pro teſſera utebatur. *Sueton.* cap. 42.

71 *Neque pro bono, neque pro recto*] Apud *Salluſtium* eſt, *neque recte neque pro bono*, cap. 22. *Cæſar.* 5, Gall. 7. *nihil hunc ſe abſente pro ſano facturum.*

72 *Ab ultione*] Puta jure gentium permiſſa.

73 *Proverbiis*] Dictis per allegoriam & ſententiis vulgi uſu receptis.

74 *Baſilicam*] Qua pro proſeucha, vel ſynagoga utebantur.

b *Jus*

Digitized by Google

*certe ſi jure gentium agerem, dicerem 75 quantas baſilicas Judæi tempore imperii Juliani incenderint:* ubi b jus gentium vocat par pari referre. Nec aliter apud Tacitum a Civilis: *egregium pretium laboris cepi, necem fratris, & vincula mea, & ſæviſſimas hujus excercitus voces, quibus ad ſupplicium petitus jure gentium pœnas repoſco.*

a Hiſt. IV. c. 32.

4. Sed quia in rebus noſtris & noſtrorum 76 affectu corrumpimur, ideo ſimul multæ familiæ 77 in unum locum convenerunt, judices conſtituti, & his ſolis data poteſtas vindicandi læſos, ademta cæteris quam natura indulſerat libertate. Lucretius (*Lib.* v. vers. 1147, *& ſeqq*)

*Acrius ex ira quod enim ſe quiſque parabat*
*Ulciſci, quam nunc conceſſum eſt legibus æquis,*
*Hanc ob rem eſt homines* 78 *pertaſum vi colere ævum.*

Pag. 730. A. Demoſthenes in Cononem: *προείρηται ἐν τοῖς νόμοις εἶναι τούτων ἑκάστου τὴν δίκην, μὴ τῇ τοῦ προστυχόντος* (ee) *ὀργῇ, μηδὲ βουλήσει ταῦτα κρίνεσθαι· placuit de omnibus his injuriis* c *ex legibus judicium exerceri, non*

GROTII.

b *Jus gentium vocat par pari referre*] Sic & *Livius* libro I. *cum Laurentes jure gentium agerent*, (c. 14.)

GRONOVII.

75 *Quantas baſilicas*] Quot Chriſtianorum templa, vel eccleſias.

76 *Affectu corrumpimur*] Nimio illarum amore facile ultra fines terminoſque juſtæ vindicationis provehimur.

77 *In unum locum convenerunt*] In civitatem coierunt.

78 *Pertaſum vi colere*] Potius viſum legibus quam armis diſceptare. *Juſtin.* 43, 4.

(ee) Eſt apud DEMOSTHENEM, ὀργῇ, *irâ:* neque vocem mutare neceſſe eſt. *J. B.*

GROTII.

c *Ex legibus judicium exerceri, non autem ex cujuſque impetu atque arbitrio*] Tyndareus adverſus Oreſtem ſic declamat in *Euripidis* Oreſte, (*vers.* 491, *& ſeqq.*)

Πρὸς τόνδ' ἀγών τις ἂν σοφίας ἥκει πέρι;
Εἰ τὰ καλὰ πᾶσι φανερὰ, καὶ τὰ μὴ καλὰ,
Τούτου τίς ἀνδρῶν γένοιτ' ἀσυνετώτερος;
Ὅστις τὸ μὲν δίκαιον οὐκ ἐσκέψατο,
Οὐδ' ἦλθεν ἐπὶ τὸν κοινὸν Ἑλλήνων νόμον.
Ἐπεὶ γὰρ ἐξέπνευσεν Ἀγαμέμνων βίον
Πληγεὶς θυγατρὸς τῆς ἐμῆς ὑπὲρ κάρα
(Αἴσχιστον ἔργον, οὐ γὰρ αἰνέσω ποτέ)
Χρῆν αὐτὸν ἐπιθεῖναι μὲν αἵματος δίκην
Ὁσίαν, διώκοντ' ἐκβαλεῖν τε δωμάτων
Μητέρα, τὸ σῶφρον τ' ἔλαβεν ἂν τῆς συμφορᾶς,
Καὶ τοῦ νόμου τ' ἂν εἴχετ' εὐσεβής τ' ἂν ἦν.
Νῦν δ' εἰς τὸν αὐτὸν δαίμον' ἦλθε μητέρι,
Κακὴν γὰρ αὐτὴν ἐνδίκως ἡγούμενος,
Αὐτὸς κακίων ἐγένετο μητέρα κτανών.
Ἐρήσομαι δὲ, Μενέλεως, τοσόνδε σε.
Εἰ τόνδ' ἀποκτείνειεν ὁμόλεκτρος γυνή,
Χ' ὁ τοῦδε παῖς αὖ μητέρ' ἀνταποκτενεῖ,
Κἄπειθ' ὁ κείνου γενόμενος φόνον φόνῳ
Λύσει, πέρας δὲ ποῖ κακῶν προβήσεται;

*Huic me jubes certare de ſapientia?*
*Quæ pulchra quæque fœda ſi cunctis patent,*
*Iſto homine tandem quis fuit dementior,*
*Qui nec quod æquum eſt mente pervidit ſua,*

Nec

*non autem ex cujuſque impetu atque arbitrio.* Quintilianus: 79 *injuria compenſatio non ſolum juri inimica, ſed paci: eſt enim lex. forum, judex, niſi quem jure* 80 *vindicari pudet.* Imperatores Honorius & Theodoſius: * *idcirco judiciorum vigor jurisque publici tutela in medio conſtituta, ne quiſquam ſibi ipſi permittere valeat ultionem.* Rex Theodoricus: † *hinc eſt quod legum reperta eſt ſacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulſu.*

Declam. XIII.

* L. nullus 14. C. de Judæis.

† Caſſiod. lib. IV, ep. 10.

5. Manet tamen vetus naturalis libertas, primum in locis 81 ubi judicia ſunt nulla, ut in mari. Quò forte referri poteſt quod Cajus 82 Cæſar a privatus adhuc piratas, a quibus captus fuerat, claſſe tumultuaria perſecutus eſt, ipſorumque naves partim fugavit, partim merſit, & cum proconſul negligeret animadvertere in captos piratas, ipſe eos in mare reverſus cruci ſuffixit: Idem locum habebit in locis deſertis, aut ubi 83 Nomadum more vivi-

a Vell. Pat. l. II c. 42. & Plut. in Cæſ. p. 708.

*Nec quod per omnem Græciam leges jubent?*
*Namque ubi Agamemno ſpiritum efflarat ſuum,*
*Transverberatus a mea nata caput,*
*(Quod turpe facinus abſit ut dicto probem)*
*Tunc ille rite debuit matrem ream*
*Peragere cædis e lare ejectam ſuo.*
*Ita temperate pertuliſſet miſeriam,*
*Pœnas petiſſet jure, ſervaſſet pium.*
*Nunc ſubiit illum, quod prius matrem, nefas.*
*Illam malam vocat ille, non injuria:*
*Sed pejor illa eſt ipſe dum matrem necat.*
*Menelaë, ſi permittis hoc te interrogo:*
*Irata ſi uxor conjugem occidet ſuum,*
*Hanc ultor ipſe filius tradet neci,*
*Et rurſus illo genitus hanc cædem nova*
*Cæde expiabit, fine quo ſtabunt mala?*

Quæ poſtrema plena prudentiæ materiam diſſerendi & philoſophis & oratoribus præbuerunt. Maximus Tyrius in diſſertatione an referenda injuria, (*Diſſertat.* II. pag. 22. *Ed. Davis.*) εἰ γὰρ ὁ ἀδικηθεὶς ἀμύνεται, ἀεὶ μεταβαίνει τὸ κακὸν ἀπ' ἄλλου πρὸς ἄλλον, καὶ μεταπηδᾷ καὶ διαδέξεται ἀδικία ἀδικίαν. εἰ γὰρ τῷ αὐτῷ τούτῳ δικαίῳ τῷ παθόντι συγχωρεῖς ἐπεξιέναι εἰς τὸν ἀδικήσαντα, ἐπαναχωρεῖ αὖθις ἀπ' ἐκείνου πρὸς τὸν αὐτὸν ἡ τιμωρία. τὸ γὰρ δίκαιον ἐπ' ἀμφοῖν ἴσον. ὦ Ζεῦ καὶ οἷον πεποίηκας, δικαιοσύνην ἐξ ἀδικημάτων; καὶ ποῖ βαδιεῖται τὸ κακὸν, καὶ ποῦ στήσεται· *Nam ſi is qui paſſus eſt injuriam ultionem ſumet; tranſibit malum ab hoc ad illum velut ſaltu quodam, & injuſtitia injuſtitiæ ſuccedet; quippe ſi hoc jure poſito concedis ei qui malum pertulit vindicare in eum qui fecit, ſequitur ut rurſus ab hoc ad illum ſe referat ultio, eſt enim juſtum, par utrique parti. Si id ita eſt, quid nobis feciſti, Jupiter, juſtitiam ex injuriis conflatam? & quo procedet, ubi vero ſtabit hoc malum?* Ariſtides oratione de pace: τίς γὰρ τῶν Ἑλλήνων λειφθήσεται, εἰ διὰ τοὺς προτέρους ἀπολωλεκότας, οἱ μετ' αὐτοὺς ἀεὶ ταὐτὸ τοῦτο πείσονται; *quis enim Græcorum erit reliquus, ſi propter eos qui jam periere ſuperſtites alii perpetuo idem malorum ferent.* (Tom. II. p. 78. C. *Ed. P. Steph.*) Habet idem Ariſtides ſenſum ſimilem, in Leuctrica ſecunda.

### GRONOVII.

79 *Injuria compenſatio*] Privata vindicta.

80 *Vindicari pudet*] *Ne ſcilicet turpi judicio conflictetur*, ut de fratribus loquitur *Cicero* 9, famil. 25.

81 *Ubi judicia ſunt nulla*] 1, 3. 2.

82 *Cæſar privatus adhuc*] Videtur legationem liberam habuiſſe, ut ſolebant illuſtres viri & juvenes Romani peregrinantes: itaque, quod fecit, tanquam legatus pop. Rom. fecit.

83 *Nomadum more*] Sine moribus, ſine lege, ſine juſto imperio. *Salluſt.* Jug. 18.



Digitized by Google

* Apud Stob. de Legibus. † Lib. II. c. 118.

vivitur. d Sic apud Umbricos narrat Nicolaus * Damaſcenus ſibi quemque fuiſſe ultorem: quod & apud Moſchos hodie impune fit, poſt tempus aliquod aditi judicis. Nec aliunde origo 84 ſingularium certaminum quæ ante Chriſtianiſmum e Germanicis nationibus uſitata, alicubi necdum ſatis deſueta ſunt. Ideo apud † Vellejum Paterculum mirantur Germani, cum Romanæ jurisdictionis formam conſpicerent, quod injurias juſtitia finiret, quod ſolita armis diſcerni jure terminarentur.

a Sen. 1, de Clem. 20. b Vers. 272, & ſeqq. c L. 11, q. 10. ſuper Joſue. d De Rep. Lib. v. p. 471. B. Tom. II. Ed. H. Steph.

6. 85 Lex Hebræa propinquo occiſi permittit ut extra aſyli loca homicidam interficiat: recteque notant interpretes Hebræi 86 talionem pro mortuo manu exigi poſſe; pro ſe, ut puta in vulnere, non niſi per judicem, quia ſcilicet difficilior a eſt moderatio ubi proprius dolor accedit. Parem morem, privatim vindicandæ cædis apud vetuſtiſſimos Græcos fuiſſe apparet ex Theoclymeni verbis quæ apud Homerum ſunt b Odyſſeæ O. Sed maxime frequentia ſunt hujus moris exempla inter eos 87 qui communem judicem non habent. Hinc *juſta bella definiri ſolent*, c Auguſtino teſte, *quæ ulciſcuntur injurias:* & Plato bellicum certamen probat, d *μέχρις οὗ ἂν οἱ αἴτιοι ἀναγκασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀναιτίων ἀλγούντων δοῦναι δίκην· donec qui in culpa fuerint cogantur innocentibus dolore affectis pœnas pendere.*

IX. 1. Utilitas indiſtincte quorumlibet, qui finis erat tertius, eaſdem habet partes quas illa quæ ad læſum pertinet. Nam aut hoc agitur, ne qui uni nocuit aliis noceat, quod fit eum tollendo 88 aut debilitando, ſive conſtringendo ita ut nocere nequeat, aut emendando: aut f ne alii impunitate illecti aliis quibuſvis moleſti ſint, quod ex ſuppliciis conſpicuis obtinetur, quæ Græci παραδείγ-

### GROTII.

d *Sic apud Umbricos*] An Umbros in Italia ſignificatos voluit? [Vide VALESIUM in *Excerpt. Peireſc.* p. 513.] Apud Afrorum multos idem moris fuiſſe teſtis eſt *Leo Afer* lib. II. c. de Teſechis, & capite de Teijeuta, & alibi.

e *Germanicis nationibus*] Gotthos ſuos corrigens rex Theudericus apud *Caſſiodorum* III, 23. *Remove conſuetudines abominanter inolitas. verbis ibi potius, non armis res tractetur.* & 24. *Cur ad monomachiam recurritis? quid opus eſt homini lingua, ſi cauſam manus agit armata?* Trachonitis in oriente, νόμος πάντα τρόπον ἐπεξιέναι τοὺς τῶν οἰκείων φονέας· *mos omnibus modis ultionem ſumere de propinquorum homicidis.*

f *Ne alii impunitate illecti aliis quibuſvis moleſti ſint*] *Polybius leones ob hominum appetitum crucifixos vidit, quia cæteri metu pœnæ ſimilis abſterrerentur eadem noxa.* Plin. lib. VIII, c. 16.

### GRONOVII.

84 *Singularium certaminum*] Vide *extraict pour l'antiquité des duels*, dans les *memoires de Monſ. de Bethune* to. 4. p. 323.

85 *Lex Hebræa*] *Numer.* 35, 19.

86 *Talionem pro mortuo*] Ob occiſum propinquum cuivis de homicida pœnam ſumere licuiſſe; de auctore vulneris, qui ſauciatus eſſet, ipſi nemini.

87 *Qui communem judicem*] Qui diverſarum ſunt civitatum, aut aliis atque aliis magiſtratibus parent.

88 *Aut debilitando*] Pro quibus dixit num. 8. vires nocendi adimendo.

g Sic

δείγματα, 89 Latini exempla vocant: quæ ideo adhibentur * ut unius pœna metus ſit multorum, ut pœnæ † genere deterreri cæteri poſſint, ut leges loquuntur, ἵνα ἄλλοι πρόνοιαν ποιῶνται καὶ φοβῶνται, ut a Demoſthenes.

2. Hujus quoque juris poteſtas naturaliter penes unumquemque eſt. g Sic Plutarchus b virum bonum ait a natura 90 magiſtratum deſignari, & quidem perpetuum: nam ipſa naturæ lege ei principatum deferri, qui agat juſta. Sic ſapientem nunquam eſſe privatum Naſicæ exemplo probat c Tullius; & Lollium 91 non unius

* L. 1. C. ad L. Jul. rep.
† L. 7. C. Ad L. Fab. de plag.
a Orat. in Near. p. 528. B.
b Præcept. polit. p. 817. B.
c Tuſc. qu. IV. 23.

### GROTII.

g *Sic Plutarchus*] Idem Pelopida, (p. 290.) ὁ γὰρ πρῶτος, ὡς ἔοικε, καὶ κυριώτατος νόμος τῷ σώζεσθαι δεομένῳ τὸν σώζειν δυνάμενον ἄρχοντα κατὰ φύσιν ἀποδίδωσι· *Prima eademque antiquiſſima lex eum qui ſervare poteſt ei qui ſalute opus habet naturaliter magiſtratum deſignat.* Et Philopœmene: τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας ἀναλαβὼν οὔτε νόμον, οὔτε χειροτονίαν περιμείναντας, ἀλλ' ὡς διὰ παντὸς ἄρχοντι τῷ κρείττονι κατὰ φύσιν ἑπομένους· *Suſcepit cives ſuos qui neque legum neque ſuffragiorum tempus expectaverant: ſed ipſum ſequebantur naturæ lege, quæ ſemper potiorem vult imperare deterioribus.* (Pag. 363. A.) Similia apud eum habes fine vitæ T. Flaminii. Scriptor de cauſis corruptæ eloquentiæ, de oratoribus agens (*Cap.* 36.) *Hi ne privati quidem ſine poteſtate erant, cum & populum & ſenatum conſilio & auctoritate regerent.* Chryſoſtomus II ad Corinthios VII, 13. de Moſe: καὶ πρὸ τῆς χειραγωγίας δημαγωγὸς ἦν διὰ τῶν ἔργων. διὸ καὶ σφόδρα ἀνοήτως ἔλεγε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἑβραῖος ἐκεῖνος· τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; τί λέγεις; τὰ ἔργα ὁρᾷς, καὶ περὶ τῆς προσηγορίας ἀμφιβάλλεις, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἴδοι τέμνοντα τὸν ἰατρὸν ἄριστα, καὶ τῷ πεπονηκότι μέλει τοῦ σώματος βοηθοῦντα, λέγοι, τίς σε κατέστησεν ἰατρὸν καὶ τέμνειν ἐκέλευσεν; ἡ τέχνη, ὦ βέλτιστε, καὶ ἡ νόσος ἡ σή· οὕτω καὶ τοῦτον ἡ ἐπιστήμη τοιοῦτον ἐποίησε· καὶ γὰρ τέχνη τὸ ἄρχειν ἐστὶν, οὐκ ἀξίωμα μόνον καὶ τέχνη τεχνῶν πασῶν ἀνωτέρα· *Etiam antequam manu populum educeret, dux erat ipſis factis. Valde igitur ſtulte Hebræus ille ei dixit: quis te conſtituit nobis principem ac judicem? Quid dicis? facta vides, & de nomine facis controverſiam; velut ſi quis medicum videat optime ſecantem ac ſic opitulantem ægro corporis membro, deinde ei dicat, quis te conſtituit medicum, quis ſecare præcepit? ars, mi bone vir, & morbus tuus. ſic & Moſem ſua peritia talem fecit; nam & imperare non dignitas tantum eſt, ſed & ars, & quidem artium omnium ſublimiſſima.* Tractat idem ſcriptor hoc ipſum argumentum ad Eph. III. in fine: ἡ ἀδικία ἡ σὴ καὶ ἡ ὠμότης, φησὶν, αὕτη με κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δικαστήν· *tua*, inquit, *injuſtitia, tua feritas me conſtituit principem & judicem.* [PLUTARCHI locus, cujus occaſione omnia iſta addita ſunt, non ſatis adcuratè refertur, ut inſpicienti patebit. Præterea illorum ſententia poſſet videri repugnare principiis Auctoris noſtri, ut oſtendemus, Deo dante, in Gallicis noſtris Notis. *J. B.*]

### GRONOVII.

89 *Latini exempla*] *Terent.* Eun. 5, 6. *Uterque exempla in te edens.* Plautus Moſt. 5, 1. 17. *Faciam ego exempla in te.* Juſtin. 18, 7. *Statuam in te exemplum.* Liv. 29, 27.

90 *Magiſtratum deſignari*] Jus quoddam imperandi aliis habere; quo pertinet, quod apud *Horatium* pueri ludentes, *rex eris*, ajunt, *ſi recte facies.* l. 1, ep. 1.

91 *Non unius anni conſulem*] 4. Od. 9. Sic Stoici ſolum ſapientem dicebant eſſe regem. *Horat.* 1. ſat. 3. *dives. qui ſapiens eſt. Et ſutor bonus & ſolus formoſus & eſt rex.* Seneca Thyeſte. v. 341. & ſeqq.

 h *Ante*

unius anni conſulem Horatius vocat : & Euripides Iphigenia in Aulide, (*vers.* 375.)

*Mente qui prudente pollet is magiſtratum gerit.*

Quæ tamen in republica intelligenda ſunt, 92 quatenus ejus leges id ferunt.

*Apud Stob. Serm.* 44. 3. De hoc naturali jure ita loquitur Democritus : ipſius enim verba quia notabilia ſunt adferam. Primum de jure beſtias interficiendi ſic illi videtur : *κατὰ δὲ ζώων φόνε καὶ μὴ φόνε ὧδε ἔχει· τὰ ἀδικέοντα καὶ θέλοντα ἀδικεῖν ἀθῷος ὁ κτείνων, καὶ πρὸς εὖ ἐς ὧ τῦτο ἔρδειν μᾶλλον ἢ μή· de occidendis aut non occidendis animantibus ita ſe res habet: quæ injuriam faciunt aut facere volunt 93 quiſquis occiderit, purus eſt, adeo quidem ut hoc feciſſe quam non feciſſe ſit rectius.* Et mox : *κτείνειν χρὴ τὰ πημαίνοντα παρὰ δίκην πάντα περὶ παντός· ea quæ injuſte nobis nocent omnino & omnia fas occidere.* Et certe non improbabile eſt hoc more vixiſſe viros probos h ante diluvium, antequam Deus ſuam voluntatem de vertendis in hominum alimenta animantibus cæteris prodidiſſet. Rurſus : *ὅκως περὶ κιναδέων τε καὶ ἑρπετέων γεγράφαται τῶν πολεμίων, ὅτω καὶ κατ' ἀνθρώπων δοκεῖ μοι χρεὼν εἶναι σκοπεῖν· Quæ vero de vulpibus & de inimicis ſerpentibus ſcripſimus, eadem in hominibus facienda videntur.* Tum vero ſubjungit : *κιξάλλην καὶ ληςὴν πάντα κτείνων τις ἀθῷος ἂν εἴη, καὶ αὐτοχειρίῃ καὶ κελεύων καὶ ψήφῳ· furem & latronem qui quocumque modo occiderit, ſive 94 manu, ſive 95 juſſu, ſive 96 ſuffragio, innocens eſt.* Ad quos locos reſpexiſſe mihi videtur Seneca, cum ait : *cum cervices noxio præcidi imperabo, eo*

*Lib.* 1. *de Ira, c.* 16. *vultu animoque ero* i *quo ſerpentes & animalia venenata percutio.* Et

GROTII.

h *Ante diluvium*] Aliquos & poſtea moris primævi memores. ita Dicæarchus & alii quos teſtes citat *Hieronymus* contra Jovinianum, (Tom. II. p. 78. *Edit. Baſil.*)

GRONOVII.

92 *Quatenus ejus*] Nequis privata auctoritate publicam induat perſonam, & mereatur in ſe dici Plautinum Stich. 2, 2. 28. *Sine ſuffragio populi ædilitatem hic quidem gerit.*

93 *Quiſquis occiderit, purus eſt*] Inſons. *Ovidius* lib. 15, 108. *Noſtrumque petentia letum Corpora miſſa neci ſalva pietate fatemur.* *Iſocrates* Panathen. 634. τὸν δὲ πόλεμον ὑπελάμβανον ἀναγκαιότατον μὲν καὶ δικαιότατον τὸν μετὰ τῶν ἀνθρώπων πρὸς τὴν ἀγριότητα τὴν τῶν θηρίων γινόμενον.

94 *Manu*] Exſecutor, lictor.

95 *Juſſu*] Magiſtratus.

96 *Suffragio*] Judex.

GROTII.

i *Quo ſerpentes & animalia venenata percutio*] Καθάπερ ἐν ἔχεις καὶ σκορπίες καὶ ὅσα ἰοβόλα, πρὶν δακεῖν ἢ τρῶσαι καὶ συνόλως ὁρμῆσαι, θεασάμενοι μόνον χωρὶς ὑπερθέσεως κτείνομεν, προφυλαττόμενοι διὰ τὴν ἐνυπάρχεσαν ἐν αὐτοῖς κακίαν, τὸ μηδὲν παθεῖν. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἀνθρώπες ἄξιον τιμωρεῖσθαι, οἳ φύσεως ἐπιλαχόντες ἡμέρε διὰ τὴν κοινωνίας αἰτίαν λογικὴν πηγὴν, ἐπιτηδεύσει πρὸς θηρίων ἀτιθάσσων ἀγριότητας μεταβάλλεσιν, ἐν ἡδονῇ καὶ ὠφελείᾳ τιθέμενοι τὸ κακῶς ποιεῖν ὅσες ἂν δύναν-

Digitized by Google

Et alibi: * *ne viperas quidem & natrices, & ſi qua morſu aut ictu nocent, effligeremus, ſi ut reliqua manſuefacere poſſemus, aut efficere ne nobis aliiſque periculo eſſent. Ergo ne homini quidem nocebimus quia peccavit, ſed ne peccet.* * Sen. de Ira. Lib. II. c. 31.

4. Sed cum & facti inquiſitio ſæpe magnam diligentiam, & pœnæ æſtimatio multum prudentiæ & æquitatis deſideret, ne dum quiſque 97 de ſe nimium præſumeret, aliis non credentibus, rixæ orirentur, eo placuit hominum juſtis 98 communitatibus eos deligere quos optimos ac prudentiſſimos putarent, aut fore ſperarent. Idem Democritus: οὐκ ἂν ἐκώλυον οἱ νόμοι ζῆν ἕκαστον κατ' ἰδίαν ἐξουσίαν, εἰ μὴ ἕτερος ἕτερον ἐλυμαίνετο. Φθόνος γὰρ στάσιος ἀρχὴν ἀπεργάζετο· *non prohibuiſſent utique leges ſuo quemque arbitrio vivere, niſi alter alterum offenſum iiſſet. Invidia enim ſeditioni molitur exordium.* Apud Stob. Serm. 38.

5. Sed ſicut in ultione factum modo diximus, ita & in hac ad exemplum punitione manent veſtigia ac reliquiæ priſci juris, in iis locis atque inter eas perſonas quæ certis judiciis non ſubſunt: ac præterea in quibuſdam caſibus exceptis. Sic Hebræorum Deuter. XIII, 9. mori-

νοντας· *ſicut ergo viperas & ſcorpios & quæ alia veneno nocent, priuſquam aut mordeant, aut ullum in nos impetum faciant, ſtatim ſine mora occidimus, præcaventes ne quid patiamur mali ab ea quæ in ipſis eſt malignitate; eundem ad modum & homines puniri par eſt, qui naturam nacti manſuetam, propter fontem rationis quæ ad ſocietatem trahit, inſtitutis in ferarum ſævitiam tranſeunt, utilitatique ac voluptati habent nocere quam poſſunt plurimis.* Hæc Philo de ſpecialibus legibus II. (*pag.* 793. A.B.) Claudius Neapolitanus apud *Porphyrium* lib. I. de non eſu animalium: οὐκ ἔστι γὰρ ὅστις ἰδὼν ὄφιν οὐκ ἔκτεινε δυνάμενος, ὡς μήτ' αὐτὸς δηχθείη μήτ' ἄλλος ἁπλῶς ἄνθρωπος· *nemo eſt qui ſerpentem ſibi conſpectum ſi poſſit non occidat, ne aut ipſe ab eo vulneretur aut alius.* (Pag. 32.) Vide, ſi vacat, & ſequentia. ibidem non multo poſt: ὄφιν καὶ σκορπίον, κἂν μὴ ἐπίωσιν ἡμῖν, κτείνομεν, ἵνα μηδ' ἄλλος πρὸς αὐτῶν τι πάθῃ, τῷ κοινῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀμυνόμενοι· *ſerpentem & ſcorpium, etiamſi ab iis non impetamur, occidimus, ne cui noceat alii, & vindictam hanc præſtamus humano generi.* (Pag. 40. *Ed. Lugd.* 1620.) Porphyrius ipſe libro II. ὥσπερ γὰρ οἰκειότητος οὔσης ἡμῖν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους τοὺς κακοποιοὺς, καὶ καθάπερ ὑπό τινος πνοῆς ἰδίας φύσεως καὶ μοχθηρίας φερομένους πρὸς τὸ βλάπτειν τὸν ἐντυγχάνοντα, ἀναιρεῖν ἡγούμεθα δεῖν καὶ κολάζειν ἅπαντας, οὕτως καὶ τῶν ἀλόγων ζώων τὰ ἄδικα τὴν φύσιν καὶ κακοποιὰ, πρός τε τὸ βλάπτειν ὡρμημένα τῇ φύσει τοὺς ἐμπελάζοντας, ἀναιρεῖν ἴσως προσήκει· *ſicut enim, quanquam ſocietas nobis quædam eſt cum hominibus malis, etiamſi qui ſuopte ingenio ac malitia veluti vento vehemente aguntur, ut cuivis ſine diſcrimine noceant, tamen eos omnes recte a nobis puniri cenſemus; ita & mutorum animantium ea quæ ſui natura ſunt injuſta & nocere amantia, quæque impetu ingenii ſui feruntur in obvii cujuſque perniciem, occidere ratione non caret.* (Pag. 159.) Et hoc eſt quod vult Pythagoras apud *Ovidium* Metam. XV. *Noſtrumque petentia letbum Corpora miſſa neci ſalva pietate fatemur.* (vers. 108, 109.)

GRONOVII.

97 *De ſe nimium præſumeret*] Plus juſto ſibi tribueret, in peritia vel jure judicandi.

98 *Communitatibus*] Civitatibus vel ſocietatibus juris communicandi cauſa initis.

moribus Hebræus a Deo & Dei lege deficiens, aut ducem ſe ad falſos cultus præbens, k illico a quovis homine (ff) poterat interfici. l 99 Judicium zeli id vocant Hebræi, quod a * Phinea (gg) primo exercitum ajunt, & inde abiiſſe in morem. Sic Judæum quendam Græcis ſe ritibus polluentem occidit a Mathatias. Sic trecenti alii Judæi a popularibus ſuis occiſi referuntur, libro qui vulgo dicitur Maccabæorum tertius. Nec alio obtentu inſtituta lapidatio in b Stephanum, & conjuratio in c Paulum: multaque alia exempla ejuſcemodi exſtant & m apud Philonem, & apud Joſephum.

* *Num.* xxv.
a 1 *Maccab.* II. 24.
b *Actor.* VII, 57.
c *Act.* XXIII, 13.

6. Tum vero apud multos populos & dominis in ſervos & parentibus in liberos manſit jus puniendi plenum, etiam ad mortem uſque. Sic Spartæ l Ephoris licuit civem occidere extra judicium. Et ex his quidem quæ diximus quale ſit circa pœnas jus naturæ, & quo uſque manſerit intelligi poteſt.

X. 1. Nunc

GROTII.

k *Illico a quovis homine poterat interfici*] Adde locum *Joſephi* XII, 8. *Moſem Maimonidem* ad XIII. articulos, & Directoris libro III, c. 41.

l *Judicium zeli*] Vide 1 *Maccab.* II, 24. 26.

m *Apud Philonem*] Cujus & hoc in libro de ſacrificantibus: κολαστέον ὡς δήμιον καὶ κοινὸν ἐχθρὸν ὄντα, ὀλίγα φροντίσαντας οἰκειότητος, καὶ τὰς παραινέσεις αὐτοῦ διαγγελτέον πᾶσι τοῖς εὐσεβείας ἐρασταῖς, οἱ ἀνυπερθέτῳ τάχει ταῖς κατ' ἀνδρὸς ἀνοσίου ἐπιδραμοῦνται τιμωρίαις, κρίνοντες εὐαγὲς τὸ κατ' αὐτοῦ φονᾶν· *puniendus talis ut hoſtis publicus omnium, ſpreta qualicunque cum eo neceſſitudine, ejuſque ſuaſiones vulganda omnibus pietatem amantibus, ut ſine mora accurrant undique ad expetendum de viro impio ſupplicium, firme credentes ſanctam eſſe rem ejuſmodi hominis interficiendi appetitum.* (Pag. 855. E.) Et alter locus non minus inſignis circa finem de monarchia (*lib.* 1. p. 818, 819.)

GRONOVII.

99 *Judicium zeli*] Tale judicium in Saxonibus & Weſtphalis fertur inſtituiſſe Carolus M. *Chronicon Colon.* vetus pag. CXIV. *Æneas Silv.* in ſtatu Europæ cap. 29. p. 74. in Germanicis *M. Freheri* to. ſecundo. *Revius* in Daventria ad ann. 773. pag. 13. & ad ann. 1394. p. 89. & ad ann. 1463. p. 114. *Veem-ſchepen* dicebantur.

l *Ephoris licuit civem*] Hoc habet ex *Iſocratis* Panathenaico pag. 644. (271. B. *Ed. H. Steph.*) Sed de Ilotis loquitur *Iſocrates*, qui tantum non ſervorum loco erant, non de civibus. Adde *Cragium* lib. 2, cap. 4. p. 78. [Non videtur loqui *Iſocrates* de *Ilotis*, ſive Servis publicis: verum de *Plebe*, quam vocat πλῆθος, δῆμος, περιοίκους, & diſtinguit ab οἰκέταις. Plura dicemus in Notis Gallicis ad hunc locum. Sed obſervari debuiſſet, quod ſtatim adtendenti patet, exemplum minimè aptum eſſe: quum *Ephori* eſſent Magiſtratus, & quidem poteſtate maximâ præditi; qui proinde, etiam ubi indictâ cauſſâ aliquem civem occidebant, auctoritate publicâ id agere cenſebantur. *J. B.*]

(ff) Non ſimpliciter, ſed poſtquam accuſatus & damnatus fuerat à Judicibus. Vide PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 5. §. 13. & Clariſſimum CLERICUM in locum *Deuteron.* de quo agitur. *J. B.*

(gg) Reſpublica Hebræa nondum tunc temporis prorſus conſtituta erat, quemadmodum fuit poſtea. Vide eumdem Doctiſſimum Interpretem, quem modo laudavi, in *Num.* XXV, 7. & Celeberrimi J. FR. BUDDEI Diſſertationem *De Jure Zelotarum in Gente Hebræa*, §. 34, & ſeqq. *J. B.*

a *Caſti-*

Digitized by Google

X. 1. Nunc illud videndum eſt, num lex euangelica libertatem illam arctius circumſcripſerit. Certe, a ut alibi diximus, non mirum eſt, quædam quæ natura & per leges civiles licent vetari lege divina, eaque perfectiſſima, & præmium promittente 3 natura humana majus: ad quod conſequendum non immerito virtutes requiruntur, quæ 4 ſola naturæ præcepta excedant. n Caſtigationes quæ neque infamiam neque damnum permanens relinquunt, & pro ætatis aut 5 alterius qualitatis ratione ſunt neceſſariæ, ſi ab iis fiant quibus leges humanæ id permittunt, puta a parentibus, tutoribus, dominis, magiſtris, nihil habere quod cum præceptis euangelicis repugnet, ex ipſa rei natura ſatis intelligi datur. Sunt enim hæc remedia animorum non minus innocentia, quam 6 pharmaca ſenſui ingrata.

2. De ultione aliter ſentiendum eſt. Nam quatenus duntaxat 7 animum dolentis exſatiat, illicitam eſſe etiam naturaliter, tantum abeſt ut Euangelio conveniat, ſupra oſtendimus. Lex vero Hebræa non modo vetat 8 odium aſſervari in proximum, id eſt, popularem, Levit. XIX, 17. ſed & communia quædam beneficia talibus inimicis impendi præcipit, Exod. XXIII, 4. 5. Quare proximi nomine ad omnes homines prolato per Euangelium, patet a nobis requiri, non modo ne noceamus inimicis, verum etiam ut benefaciamus, quod & diſerte imperatur Matthæi V, 44. Lex tamen Hebræis graviores injurias permittebat ulciſci, non manu, ſed adito judice. At Chriſtus idem nobis non permittit, quod apparet ex illa oppoſitione, *audiſtis dictum fuiſſe, oculum pro oculo:* & mox: *ego vero dico vobis.* Quanquam enim quæ ſequuntur de arcenda injuria proprie agunt, & hanc quoque licentiam aliquatenus ſaltem reſtringunt, multo tamen magis ultionem improbare cenſenda ſunt, quia veterem permiſſionem o ut 9 imperfectiori tempori congruentem rejiciunt: *οὐκ ἀδίκου τῆς δικαίας ἀμύνης οὔσης, ἀλλὰ κρείττονος τῆς ἀνεξικακίας; non quod iniqua ſit juſta ultio, ſed quod*

GROTII.

n *Caſtigationes*] *Servorum filiorumque peccata non coërcere, peccatum eſt.* Lactantius de Ira Dei c. 18. ubi plura ad hanc rem.

o *Ut imperfectiori tempori congruentem*] *Oculum pro oculo, quæ, ſi dici poteſt, injuſtorum juſtitia eſt.* Auguſtinus in expoſitione Pſalmi CVIII. citatus C. ſex differentiæ 23. 1. *Cauſ.* 23. quæſt. 3.

GRONOVII.

a *Ut alibi diximus*] 2, 1. 10.

3 *Natura humana*] Vitam recidivam & æternam poſt mortem.

4 *Sola natura*] Minus permittant & plus præſtent quam naturæ legibus conceſſum aut præceptum eſt.

5 *Alterius qualitatis*] Perſonæ lo- cive.

6 *Pharmaca ſenſui*] Medicamentum vel antidotum amarum, aut olens.

7 *Animum dolentis*] Satisfacit cupiditati ulciſcendi.

8 *Odium aſſervari*] Ali.

9 *Imperfectiori tempori*] Quod fuit ſub lege Moſis ante Chriſtum.



Digitized by Google

*quod ei præſtet patientia*, ut eſt in conſtitutionibus Clementis lib. VII, cap. XXIII.

3. Qua de re ſic loquitur p 10 Tertullianus : *novam plane patientiam docet Chriſtus, etiam* 11 *vicem injuriæ prohibens permiſſam* 12 *a Creatore oculum exigente pro oculo, & dentem pro dente, contra ipſe alteram amplius maxillam offerri jubens, & ſuper tunicam pallio quoque cedi. Plane hæc* 13 *Chriſtus adjecerit, ut ſupplementa conſentanea diſciplinæ Creatoris. Atque adeo hoc ſtatim* 14 *renuntiandum eſt,* 15 *an diſciplina patientiæ prædicetur penes Creatorem. Sic*
* VII, 10. *per * Zachariam præcipit, ne unuſquiſque malitiam fratris ſui meminerit, ſed nec proximi. Nam & rurſus : malitiam, inquit, proximi ſui unuſquiſque ne recogitet. Multo magis patientiam indixit injuriæ, qui indixit oblivionem. Sed & quum dicit, mihi vindictam & ego vindicabo, proinde patientiam docet* 16 *vindictæ exſpectatricem.* 17 *In quantum ergo non capit, ut idem videatur & dentem pro dente, ocu-*

GROTII.

p *Tertullianus*] Adverſus Marcionem IV. (*Cap.* 16.) Idem libro de Patientia : *Chriſtus gratiam legi ſuperducens ampliandæ adimplendæque legi adjutricem ſuam patientiam præfecit, quod ea ſola ad juſtitiæ doctrinam retro defuiſſet.* (Cap. 6.) *Chryſoſtomus* ad Epheſios cap. IV, 13. διὰ τοῦτο ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ καὶ ὀδόντα ἀντὶ ὀδόντος, ἵνα τὰς ἐκείνου δήσῃ χεῖρας, οὐχ ἵνα τὰς σὰς ἀντεξαγάγῃ, οὐχ ἵνα τῶν σῶν ὀφθαλμῶν ἀπείρξῃ τὴν βλάβην μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τοὺς ἐκείνου διατηρήσῃ σώους. ἀλλ' ὅπερ ἐζήτουν, τίνος ἕνεκεν συγκεχωρημένης ἀμύνης, ἐνεκαλοῦντο οἱ τῷ πράγματι κεχρημένοι; mox : συγγινώσκει ὁ θεὸς τοῖς ὑπὸ τῆς ἐπηρείας ἴσως συναρπασθεῖσι καὶ ἐπὶ τὴν ἄμυναν ὡρμηκόσι, διὸ λέγει ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ. καὶ πάλιν. ὁδοὶ μνησικάκων εἰς θάνατον. εἰ δὲ ἔνθα ὀφθαλμὸν ἀντὶ ὀφθαλμοῦ πηροῦν ἐξῆν, τοσαύτη κεῖται τιμωρία τοῖς μνησικάκοις, πόσῳ μᾶλλον τοῖς καὶ παρέχειν ἑαυτοὺς πρὸς τὸ παθεῖν κακῶς κελευσθεῖσι· *ea de re dicit, oculum pro oculo, dentem pro dente, ut illius manus cohibeat, non ut tuas excitet contra, ut non tuis tantum oculis noxam arceat, ſed & illius oculos ſalvos præſtet. ſed quod quærebam hoc erat, cur ultione permiſſa culpantur ii qui ad eam decurrunt?* mox : *ignoſcit Deus iis, quos ſi forte contumelia ſenſus abripuit & ad ultionem tulit impetus; ob id dicit, oculum pro oculo : at alibi : viæ iracundorum ad mortem, quod ſi, ubi oculum vice oculi eruere permiſſum eſt, tanta eſt iracundi pœna, quanto magis apud eos qui mala paſſi præbere ſe ulterioribus injuriis jubentur?*

GRONOVII.

10 *Tertullianus*] Adv. Marc. 4, 16. p. 925.

11 *Vicem injuriæ*] Juſte redditam injuriam pro injuria.

12 *A Creatore*] Deo Patre in V. T.

13 *Chriſtus adjecerit*] Vult Chriſtum non ſtatuiſſe aliquid novum & adverſum illi ſententiæ, ſed addidiſſe & ſuppleſſe, quod minus erat expreſſum, & tamen ei conſentiens.

14 *Renuntiandum*] Explorandum, quærendum. *De Cor.* 4. *His igitur exemplis renuntiatum eſt, poſſe etiam non ſcriptam traditionem in obſervatione defendi.*

15 *An diſciplina patientiæ*] An etiam in V. T. Deus pater præcipiat, injuriam ferendam potius quam vindicandam, ut Chriſtus nihil inconveniens priori permiſſioni introduxiſſe videatur.

16 *Vindicta exſpectatricem*] Quæ vindictam non ſumit ipſa, ſed exſpectat, donec a Deo ſumatur.

17 *In quantum ergo non capit, ut idem*] Quam certum & planum eſt non poſſe videri eundem.

18 *In*

*oculum pro oculo, in vicem injuriæ exigere, qui non modo vicem, ſed etiam ultionem, etiam recordationem & recogitationem injuriæ prohibet, 18 in tantum aperitur nobis quomodo oculum pro oculo & dentem pro dente conſuerit, non 19 ad ſecundam injuriam talionis permittendam, quam prohibuerat interdicta ultione, ſed 20 ad primam coërcendam quam prohibuerat oppoſita talione, ut unuſquiſque reſpiciens licentiam ſecundæ injuriæ a prima ſemetipſum contineret. Facilius enim vim comprimi ſcit 21 repræſentatione talionis, quam repromiſſione ultionis. Utrumque autem conſtituendum fuit pro natura & fide hominum, ut qui Deo crederet, ultionem a Deo exſpectaret: qui minus fideret, leges talionis timeret.*

4. *Hanc legis 22 voluntatem de intellectu laborantem, dominus & ſabbati, & legis, & omnium paternarum diſpoſitionum Chriſtus & revelavit & 23 compotem fecit, mandans alterius quoque maxillæ oblationem, ut tanto magis vicem injuriæ extingueret, quam & lex per talionem voluerat impediſſe, certe quam 24 prophetia manifeſte coërcuerat, & memoriam injuriæ prohibens & ultionem ad Deum redigens. Ita ſi quid Chriſtus 25 intulit, non adverſario, ſed adjutore præcepto, non deſtruxit diſciplinas Creatoris. Denique 26 ſi in ipſam rationem patientiæ præcipiendæ, & quidem tam plenæ atque perfectæ conſideremus, non conſiſtet 27 ſi non eſt Creatoris, qui vindictam repromittit, 28 qui judicem præſtat. Alioqui ſi tantum patientiæ pondus non modo non repercutiendi, ſed & aliam maxillam præbendi, & non modo non remaledicendi, ſed etiam benedicendi, & non modo non retinendi tunicam, ſed amplius & pallium concedendi is mihi imponit, qui non ſit me defenſurus, 29 in vacuum patientiam præcepit, non exhi-*

GRONOVII.

18 *In tantum aperitur*] Tam certum & planum fit nobis.

19 *Ad ſecundam injuriam*] Ut per talionem nova injuria inferatur: quæ & *Senecæ* ſententia eſt, quum *contumeliam ab ultione non* ait *differre niſi ordine.*

20 *Ad primam coërcendam*] Ut deterreret ab injuria inferenda.

21 *Repræſentatione talionis*] Si ſtatim ſequatur præſens & juxta gravis pœna, quam ſi promittatur futura ultio.

22 *Voluntatem de intellectu*] Sententiam, de qua poterat ambigi & diſputari.

23 *Compotem fecit*] Confirmavit, valere juſſit.

24 *Prophetia*] *Zacharia.*

25 *Intulit, non adverſario*] Introduxit non contrario ſed ſubſerviente ac ſecundante præcepto.

26 *Si in ipſam rationem conſideremus*] Vulgo *conſiderem.* Si præſtarem patientiam injuriæ ob hanc rationem, ob quam præcipitur, nempe quod confidere debeo Deum eam ulturum, vana foret ſpes mea, niſi & Deus una cum patientia præcepit illam rationem, hoc eſt, niſi oſtendit ſe omnino ultorem fore: quod & fecit in parte, quum conceſſit judici oculum pro oculo, dentem pro dente exigere. [Nodum in ſcirpo quærit Vir Doctiſſimus. Vult *Tertullianus*, niſi Creator eſſet potentiſſimus, qui talem præcipit patientiam, non ſatis cauſſæ fore, cur illam quis in ſe ſuſciperet. *J. B.*]

27 *Si non eſt Creatoris*] Ea ſcilicet ratio.

28 *Qui judicem*] Lege, cum judicem præſtat.

29 *In vacuum*] Sine ratione, fruſtra.



Digitized by Google

*exhibeat mihi mercedem præcepti, patientiæ dico fructum, quod eſt ultio, quam mihi permiſiſſe debuerat ſi ipſe non præſtat, aut ſi mihi non permittebat ipſe præſtaret, quoniam & diſciplinæ intereſt injuriam vindicari. Metu enim ultionis omnis iniquitas refrænatur.* 30 *Cæterum paſſim emiſſa libertate, dominabitur utrumque oculum effoſſura, & omnem dentem excitatura præ impunitatis ſecuritate.*

5. Cenſet, ut videmus, Tertullianus non modo Chriſtianis 31 poſtulationem talionis eſſe vetitam, ſed ne Hebræis quidem permiſſam, tanquam quæ vitio careret, ſed majoris mali vitandi cauſa. Quod quin verum ſit de tali poſtulatione, quæ ex odio venit, non eſt dubitandum, ut ex ſuperioribus apparet. Nam hanc improbatam etiam illis qui inter Hebræos ſapientia excellebant, nec legis verba tantum ſed 32 & propoſitum intuebantur,
Pag. 982. D. ex Philone apparet, apud quem Judæi Alexandrini in Flacci Judæorum vexatoris calamitate ita loquuntur: *οὐκ ἐφηδόμεθα, ὦ δέσποτα, τιμωρίαις ἐχθρῶν, δεδιδαγμένοι πρὸς τῶν ἱερῶν νόμων ἀνθρωποπαθεῖν· non delectamur, ô domine, ultione de inimico, nam* q *ex ſacris legibus didicimus hominum miſereri* Et huc pertinet quod Chriſtus a nobis indiſtincte exigit, ut omnibus remittamus qui in nos deliquerunt. Matth. VI, 14. 15. id eſt, 33 ob ſenſum mali noſtri malum illis nec 34 procuremus, nec optemus: nam id qui
* De Mallii conſ. vers. 224. facit, ut cum * Claudiano loquar, *ferus eſt*, 35 *legumque videtur vindictam præſtare ſibi.* Quam ob cauſam Lactantius † dictum
† L. VI, c. 18. illud Ciceronis *a* commemorans: *juſtitiæ primum munus eſt, ne cui noceat niſi laceſſitus injuria*. ait ſimplicem veramque ſententiam
a De Offic. I. 7. duorum verborum adjectione corruptam: & *b* Ambroſius idem illud Ciceronis dictum vacare ait Euangelii auctoritate.

b Offic. I. 28. 6. Quid autem de ultione dicemus, non quatenus præteritum reſpicit, ſed quatenus 36 in futurum cavet? Sane & hanc condonari vult Chriſtus, primum r ſi qui nos læſit teſtimonia probabilia det

GROTII.

q *Ex ſacris legibus didicimus hominum miſereri* ] Vide *Origenem* adverſus Celſum.

r *Si qui nos læſit teſtimonia probabilia det pœnitentis animi* ] Vide *Moſem Maimonidem* citatum ab eruditiſſimo *Conſtantino* libro de damno dato c. VIII. §. VII.

GRONOVII.

30 *Cæterum paſſim* ] Alioquin effrenis graſſaretur iniquitas, & non unum tantummodo, ſed utrumque oculum effoderet, nec dentem unum, ſed omnes excuteret.

31 *Poſtulationem talionis* ] Apud judicem vel magiſtratum.

32 *Et propoſitum* ] Mentem, ſententiam verbis latius patentem.

33 *Ob ſenſum mali noſtri* ] Nemini dolorem demus aut dari velimus ob id tantummodo, quia ille nobis dedit.

34 *Procuremus* ] Comparemus, dari curemus, importemus.

35 *Legum vindictam* ] Quod reipublicæ & legum cauſa facere debet, id facere animi cauſa vel ob ſuam voluptatem.

36 *In futurum cavet* ] Ne iterum vel ab alio vel ab eodem ſimilis injuria fiat.

ſ Hæc

det pœnitentis animi, Lucæ XVII, 3. Epheſ. IV, 32. Coloſſ. III, 13. quibus locis de pleniore quadam remiſſione agitur, id eſt, quæ etiam in jus veteris amicitiæ reſtituat eum qui peccavit; unde ſequitur, ut nihil ab eo pœnæ nomine exigi debeat. Præterea etiamſi abſint talis pœnitentiæ ſigna, damnum haut nimium grave inſuper habendum Chriſtus præcepto dimittendæ tunicæ docet. Quin & Plato dixit non referendum malum *εἴ τι δεῖ ἡμᾶς τῶνδε χαλεπώτερα πάσχειν, etiamſi quid gravius patiendum nobis immineat*, In Criton. p. 49. B. qui ſenſus & apud Maximum Tyrium exſtat. Ὕβρεως δίκην, id eſt, actionem ob acceptam contumeliam aliquam (qualem Chriſtus alapæ nomine indicat) negabat Muſonius aut ſe inſtituturum, aut cuiquam ut inſtitueret auctorem fore: multo enim rectius condonari talia.

7. Quod ſi diſſimulatio magnum ſecum periculum ferat, 37 ea cautione contenti eſſe debemus, quæ quam minimum noceat. Nam ne apud Hebræos quidem in uſu erat talio, ut Joſephus & alii Hebræorum doctores notant, ſed ſolebat qui læſus erat ultra impendia a ſe facta, de quibus ſeorſim lex exſtat Exod. XXI, 19. ( ſ hæc enim eſt 38 ſimpli reſtitutio nihil pœnale continens) pro talione t pecuniariam mulctam accipere: quod & Romæ factum docet apud Gellium Favorinus. Sic Joſephus domini noſtri Jeſu educator, cum uxorem ſuam adulterii compertam crederet, u divortio ſe liberare maluit, quam committere ut traduceretur: atque id feciſſe dicitur quia juſtus erat, id eſt, vir probus ac facilis: ad quem locum (hh) Ambroſius ait, non tantum ab ultionis atrocitate, ſed etiam x ab accuſationis ſeveritate alienam eſſe juſti perſonam; ſicut & ante Lactantius * dixerat, *neque accuſare quemquam crimine capitali juſto licebit.* y Juſtinus de Chriſtianorum accuſatoribus agens: *nolumus*, ait, *eos puniri, qui in nos calum-*

Lib. XX. c. 1.

Matth. I. 19.

* Inſt. div. lib. 6. c. 20.

GROTII.

ſ *Hæc enim eſt ſimpli reſtitutio nihil pœnale continens*] *Lex Wiſigotthorum* VI, 13.

t *Pecuniariam mulctam*] Vide eundem *Conſtantinum* d. cap. VIII. §. 1.

u *Divortio ſe liberare maluit*] *Auguſtinus* libro II. de Adulterinis conjugiis: *fornicantem (quod verius dicitur) non licet homini Chriſtiano adulteram conjugem occidere, ſed tantum dimittere.*

x *Ab accuſationis ſeveritate*] Vide *Hincmarum* de divortio ad interrogationem V, in fine. c. laicos. *cauſ.* 2. *quæſt.* 7. & ibi *Panormitanum*. Gail. de Pace publica VIII, 3. Adde c. Accuſaſti, *de accuſationibus*, ita ut eſt apud *Brocardum*.

y *Juſtinus*] Ejuſdem eſt: *μηδὲ μικρὸν ἀμείβεσθαι μηδένα βουλόμενοι, ὡς ὁ καινὸς νομοθέτης ἐκέλευσε· ne minimum quidem ulciſci quenquam volentes, ut novus legis conditor præcepit.* Adde quæ infra §. XV.

GRONOVII.

37 *Ea cautione*] Sic in futurum providere, ut ei, qui læſerit, quantum fieri poteſt, parcamus.

38 *Simpli reſtitutio*] Qua tantummodo exigitur quod nobis abeſt alterius injuria; nec quid amplius pœnæ nomine poſcitur. §. 22. 23. 24. 25. *Inſtit. de action.*

(hh) Locus eſt in *Pſalm.* 118. Serm. 7. Cap. 5. pag. 1473. D. *Ed. Paris.* 1569. J. B.

z Quæ

*luminantur.* 39 *Sufficit illis ſua pravitas & rerum bonarum ignorantia.*

8. Reſtant pœnæ quæ non privato, ſed publico bono conſulunt: partim tollendo aut coërcendo nocentem ne cui noceat, partim deterrendo alios ſeveritate exempli, quas non ſublatas a Chriſto certiſſimo argumento 40 alibi probavimus, quod cum ſua daret præcepta ſimul teſtabatur ſe nihil legis tollere. Lex autem Moſis, quæ in his rebus, quamdiu ſtabat reſpublica, ſtare debebat, magiſtratibus rigide imperabat ut homicidia & alia quædam crimina punirent: Exod. XXI, 14. Num. XXXV, 31, & ſeqq. Deut. XIX, 13. Quod ſi Chriſti præcepta conſiſtere potuerunt cum lege Moſis z quatenus ſupplicia etiam capitalia irrogabat, a poſſunt & cum humanis legibus divinam hac in parte imitantibus conſiſtere.

XI. 1. Sunt qui ut contrariam ſententiam tueantur adferunt ſummam Dei lenitatem in novo federe, quæ proinde hominibus, etiam magiſtratibus ut Dei vicariis, ſequenda ſit: quod aliquatenus verum eſſe non negamus, ſed non tam late patet quam illi volunt. Nam Dei ingens miſericordia in novo federe patefacta præcipue ſpectat 41 peccata contra primævam legem, aut etiam contra legem Moſis commiſſa ante acceptam Euangelii notitiam, Actor. XVII, 30 Rom. III, 25. Actor XIII, 38 Hebr. IX, 15. Nam quæ poſtea committuntur, præſertim ſi adſit contumacia, comminationem habent b judicii multo 42 ſeverioris, quam illud fuit quod per Moſem eſt inſtitutum, Hebr. II, 2. 3. X, 29. Matth. V, 21. 22. 28. Neque vero in altera tantum vita, ſed & in hac ipſa in tales culpas Deus non raro animadvertit. 1 Cor. XI, 30. Ac talium facinorum indulgentia non ſolet impetrari, c niſi ipſe

GROTII.

z *Quatenus ſupplicia etiam capitalia irrogabat*] Phariſæorum circa pœnas ἐπιείκειαν prædicat *Joſephus*. Hinc tot legum ad publicas pœnas pertinentium exceptiones, & illud, ut ubi omnino mors inferenda eſt, inferatur quam leniſſime. quod eſt in *Talmude* titulo *Ketuboth*.

a *Poſſunt & cum humanis legibus, divinam hac in parte imitantibus, conſiſtere*] *Auguſtinus* quæſtionum euangelicarum libro I, quæſtione X.

b *Judicii multo ſeverioris quam illud fuit quod per Moſem eſt inſtitutum*] *Chryſoſtomus* idem dicit, tum in oratione ad patrem fidelem, tum ſecunda de jejunio.

c *Niſi ipſe homo de ſe quaſi pœnas exegerit*] *Peccator ante veniam deflere ſe debet. Tertullianus* de Pœnitentia, (c.6.) *Ambroſius* in Pſal. XXXVII. *Chryſoſtomus* in I ad Corinthios Hom. XXVIII. & in Matthæum Hom. XLII. Adde 2 *Cor.* VII, 9. & 10.

GRONOVII.

39 *Sufficit illis*] Satis ſupplicii eſt illis.

40 *Alibi probavimus*] I, 2. 8.

41 *Peccata contra primævam*] Adamo datam, ab eo propagata in univerſum genus humanum.

42 *Severioris, quam*] Moſes enim tantum pœnas, quas mortalis exigere judex poteſt, ſanxit: Chriſtus & gehennam minatur.

d *Sic*

Digitized by Google

ipſe homo de ſe quaſi pœnas exegerit, 1 Cor. XI, 31. 43 gravi quodam mœrore, II Cor. II, 7.

2. Urgent iidem ſaltem pœnitentia ductis dandam impunitatem. Sed ut omittam de vera pœnitentia hominibus vix eſſe ut conſtet, nec quemquam non impune ſua malefacta laturum, ſi eam quovis modo profiteri ſufficiat, Deus ipſe non ſemper pœnitentia ductis omnem remittit pœnam. quod vel Davidis exemplo apparet. Sicut ergo pœnam legis, id eſt mortem violentam aut alioqui immaturam, remittere potuit Deus, ita ut non levibus malis afficeret eum qui deliquerat, d ſic nunc quoque poteſt *Syneſ.*
pœnam remittere mortis æternæ, atque interim peccatorem aut *ep. 44.*
morte immatura ipſe punire, aut velle etiam ut ſic per magiſtratum puniatur.

XII. 1. Rurſum 44 alii hoc accuſant, quod cum vita ſimul ſpatium ad pœnitendum præciditur. Sed ſciunt hujus rei a piis magiſtratibus ſummam haberi rationem, nec quemquam ad ſupplicium rapi, niſi dato tempore quo peccata ſua agnoſcere ac ſerio deteſtari poſſit; e qualem pœnitentiam, 45 etiamſi opera morte intercluſa non ſequantur, acceptam Deo eſſe poſſe, latronis cum Chriſto crucifixi exemplum probat. Quod ſi dicatur vitam longiorem ad magis ſeriam reſipiſcentiam prodeſſe potuiſſe, reſponderi poterit, inveniri interdum, quibus merito dici poſſit f illud Senecæ: * *quod unum bonum tibi ſupereſt, repræſenta-* * *L. 1, de*
*bimus mortem*: ut & illud ejuſdem: † *quo uno modo poſſunt de-* *Ira c. 16.*
*ſinant mali eſſe*; quod Euſebius philoſophus dixerat; 46 ἐπειδὰν οὐχ † *Ibid. c.*
οἷόν τε ἄλλως καὶ τοῦτόγε οὖν τῷ τρόπῳ ἀπολυθέντες τοῦ ἐνταῦθα δεσμοῦ *15.*
τῆς κακίας πορίσωνται φυγήν.

2. Hæc ergo, ſupra ea quæ operis initio diximus, reſponſa ſunto illis qui ſupplicia, aut omnia, aut capitalia, ſine ulla exceptione

### GROTII.

d *Sic nunc quoque poteſt pœnam remittere mortis æternæ, atque interim peccatorem aut morte immatura ipſe punire*] Hieronymus in cap. I. in Nahum, qui locus relatus eſt in c. 6. *cauſa* XXIII. *quæſtionem* V. *Agathias* lib. V, ex Platone.

e *Qualem pœnitentiam etiamſi opera morte intercluſa non ſequantur*] *Hieronymus* ad Damaſum, citatus in c. importuna, 58. *de pœnitentia*. diſt. I.

f *Illud Senecæ*] Cujus & hoc eſt de Beneficiis VII, 20. *ingeniis talibus vita exitus remedium eſt, optimumque eſt obire ei qui ad ſe nunquam rediturus eſt.* item: *eadem manu beneficium omnibus dabo: illi reddam, quando ingeniis talibus vitæ exitus remedium eſt.* Ibid.

### GRONOVII.

43 *Gravi quodam mœrore*] Vera pœnitentia, quæ adjunctam habet deprecationem, animum ſeſe emendandi, & fidem remiſſionis per Chriſtum.

44 *Alii hoc accuſant*] In ſuppliciis per magiſtratum exactis.

45 *Etiamſi opera*] Bona opera, per quæ agnoſcatur ſerium emendationis propoſitum.

46 Ἐπειδὰν οὐχ οἷόν τε] Quando nequeunt aliter, ut vel hoc modo liberati ex iſtis vinculis malitiæ inveniant fugam.

g *Exem-*

Digitized by Google

ptione Chriſtianis prohibita volunt, contra quam nos Apoſtolus docet, qui cum regio officio uſum gladii incluſiſſet 47 ut exercitium divinæ ultionis, alibi orandum ait, ut reges Chriſtiani fiant, & 48 qua reges ſunt, innocentibus ſint præſidio: quod, quæ etiam poſt Euangelium propagatum magnæ partis hominum eſt improbitas, obtineri non poteſt, niſi quorundam morte reprimatur aliorum audacia, quippe cum ne ſic quidem inter tot cruces & ſupplicia ſontium ſatis tuta ſit innocentia.

3. Neque tamen abs re erit Chriſtianis rectoribus, ſaltem ex parte aliqua, imitandum proponere g exemplum Sabaconis Ægyptii regis, pietatis nomine laudatiſſimi, a quo capitales pœnas 49 in damnationem ad opus mutatas feliciſſimo ſucceſſu narrat * Diodorus: etiam ad Caucaſum gentes quaſdam ait † Strabo: *μηδένα ἀποκτείνειν τῶν ἐξαμαρτόντων τὰ μέγιστα· nemini mortem irrogaſſe, quamvis peſſima merito.* Neque ſpernendum illud Quintiliani: a *nemo dubitabit, quin, ſi nocentes mutari in bonam mentem aliquo modo poſſint, ſicut poſſe interdum conceditur, ſalvos eſſe eos magis e republica ſit quam puniri.* Notat Balſamo leges Romanas, quæ mortis pœnam irrogabant, h a poſterioribus Imperatoribus Chriſtianis mutatas pleraſque i 50 in alia ſupplicia, quo & acrius damnatis inureretur pœnitentia, & magis ad exemplum proficeret pœna diuturnior.

* *Lib.* I. c. 65.
† *Lib.* XI. p. 520.
a *Lib.* XII, 3. *Inſt. Orat.*

XIII. 1. Ex ea autem quam nos fecimus enumeratione finium pœnæ, apparet nonnihil prætervisum a Tauro philoſopho, ex quo ita Gellius: *Quando igitur aut ſpes magna eſt ut is qui peccavit 51 citra pœnam ipſe ſe ultro corrigat, aut ſpes contra nulla eſt*

*Noct. Attic.* VI. 14.

GROTII.

g *Exemplum Sabaconis Ægyptii regis*] Imo & Romanorum magna ex parte, quorum nemo poſt legem Porciam mortis aut verberum ſupplicio affici potuit, niſi perduellis, aut ab ipſo populo damnatus. [De *Lege Porcia*, vide *Livium*, X. 9.]

h *A poſterioribus Imperatoribus Chriſtianis*] Vide quæ infra hoc libro cap. XXIV. §. 11. vide apud *Nicetam* libro I. juramentum Iſaaci Angeli. Idem Johannis Comneni imperium ſine morte cujuſquam fuiſſe ait. Vide de Zenone *Malchum* & *Auguſtini* epiſtolam CLVIII. & CLIX. ad Marcellinum comitem, citatum c. circumcelliones. I. *cauſa* XXIII. *quæſt.* V. & capitulis ſequentibus. & *Chryſoſtomum* adverſus Judæos, ubi de Caini pœna.

i *In alia ſupplicia*] Ad opera maxime. *Auguſtinus* epiſtola CLX: *alicui utili operi integra eorum membra deſerviant.* Vide & *Nectarii* epiſtolam ad *Auguſtinum*, quæ eſt CCI.

GRONOVII.

47 *Ut exercitium divinæ*] Per quem Deus ultionem, quam ſibi reſervavit, exercet.

48 *Qua reges ſunt*] Etiam poteſtatem ſuam, perque uſum gladii.

49 *In damnationem ad opus*] Quum ingentibus aggeribus Ægypti urbes adverſus Nili violentiam muniret, omnes, qui capital feciſſent, in id opus miſit, nemine occiſo per carnificem.

50 *In alia ſupplicia*] In mulctas, exſilia, pœnales operas.

51 *Citra pœnam ipſe ſeſe*] Ut Cæſaris milites apud *Sueton.* cap. 68.

k Ut

Digitized by Google

*eſt emendari eum poſſe & corrigi, aut jacturam dignitatis in quam peccatum eſt metui non neceſſum eſt, aut non id peccatum eſt,* 52 *cujus exemplo neceſſario metu ſuccurrendum ſit, tum quicquid ita delictum eſt, non ſane dignum eſſe impenenda pœna ſtudium viſum eſt.* Nam ita loquitur quaſi 53 uno fine ſublato tollatur pœna, cum contra omnes ceſſare oporteat ut pœnæ locus non ſit. Deinde illum finem omittit, cum homo inemendabilis vitæ eximitur, ne plura aut graviora peccet: & quod de jactura dignitatis dixit, etiam ad alia damna quæ metuuntur, extendendum fuit.

2. Melius Seneca cum dixit: *In vindicandis injuriis hæc tria* 54 *lex ſequuta eſt, quæ princeps quoque ſequi debet,* k *ut aut eum quem punit emendet, aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat, aut ut ſublatis malis ſecuriores cæteri vivant.* Nam hic ſi per cæteros intelligas, non minus qui læſi jam ſunt, quam qui lædi adhuc poſſunt, plenam habebis partitionem, niſi quod ad illud *ſublatis* addendum fuit, 55 aut repreſſis. Nam & vincula & quæcunque eſt virium deminutio eo pertinet. Minus perfecta eſt illa alio loco ejuſdem Senecæ diſtributio: *Hoc ſemper in omni animadverſione ſervabit, ut ſciat alteram adhiberi ut emendet malos, alteram ut tollat.* Illud Quintiliani dictum aliquanto etiam imperfectius: * *Omnis pœna non tam ad delictum pertinet quam ad exemplum.*

*De Clem. Lib. 1. c. 22.* — *L. 1. de Ira c. ult.* — * *Declam. 274.*

XIV. Ex his quæ dicta ſunt hactenus colligi poteſt 56 quam non tutum ſit Chriſtiano homini privato, ſive ſui, ſive publici boni cauſa, l pœnam ſumere de improbo quoquam, præſertim capitalem, m quanquam id jure gentium nonnunquam permitti diximus: unde laudandus eſt mos eorum populorum apud quos 57 navigaturi inſtruuntur mandatis a publica poteſtate ad perſequen-

GROTII.

k *Ut aut eum quem punit emendet, aut ut pœna ejus cæteros meliores reddat*] Hæc duo etiam *Philo* poſuit in legatione: ὅτι καὶ ἡ κόλασις νουθετεῖ καὶ σωφρονίζει πολλάκις μὲν καὶ τοὺς ἁμαρτάνοντας· εἰ δὲ μὴ, πάντως γοῦν τοὺς πλησιάζοντας. αἱ γὰρ ἑτέρων τιμωρίαι βελτιοῦσι τοὺς πολλοὺς φόβῳ τοῦ μὴ παραπλήσια παθεῖν· *pœna ſæpe corrigit & emendat etiam eum qui peccavit: quod ſi id non eveniat, certe alios quorum ad notitiam pervenit. multos enim meliores faciunt aliena ſupplicia paris mali formidine*, (pag. 992. B.)

l *Pœnam ſumere de improbo quoquam*] Vide quædam ſupra poſita lib. 1, c. III. §. 3.

m *Quanquam id jure gentium nonnunquam permitti diximus*] Hoc capite, §. 8.

GRONOVII.

52 *Cujus exemplo neceſſario*] Quod non verendum eſt, ne quis imitetur, ſi non puniatur.

53 *Uno fine ſublato*] Ex tribus num. 6. propoſitis.

54 *Lex ſecuta eſt*] Legiſlator reſpexit.

55 *Aut repreſſis*] Coërcitis, ut ſuperſint quidem, ſed graſſari deſinant.

56 *Quam non tutum*] Grave ac periculoſum conſcientiæ atque animæ hominis Chriſtum profeſſi.

57 *Navigaturi*] Privatis impendiis atque exercitoribus.

n Ut

Digitized by Google

quendos piratas, ſiquos in mari repererint: ut data occaſione uti poſſint, non quaſi auſu ſuopte, ſed ut publice juſſi.

XV. Cui non diſſimile eſt quod multis in locis receptum eſt, n ut ad accuſationes criminum non admittantur 58 quibus id libet, ſed 59 certi homines quibus id muneris publica poteſtate impoſitum eſt: ut nihil quiſquam faciat ad alienum ſanguinem fundendum, niſi officii neceſſitate. Huc ſpectat Eliberinæ Synodi canon: *delator ſi quis exſtiterit fidelis, & per delationem ejus aliquis fuerit proſcriptus vel interfectus, placuit eum* 60 *nec in fine accipere communionem.*

XVI. Sed & illud ſimul ex antedictis intelligitur, minime conſultum eſſe homini vere Chriſtiano, ac ne ipſum quidem decere, o ut ad munera publica, quæ de ſanguine judicium habent, ſua ſponte ſe ingerat, juſque vitæ ac necis in cives ſibi tanquam omnium excellentiſſimo & Deo cuidam inter homines deferri æquum exiſtimet ac profiteatur. Nam certe quod Chriſtus monet (*Mat.* VII. 1.) periculoſum eſſe de aliis judicare, quia quale judicium in alios ferimus, tale nobis in paribus cauſis a Deo ſit exſpectandum, omnino huc etiam pertinet.

XVII. 1. Quæſtio eſt non ignobilis, an leges humanæ quæ interfectionem 61 quorundam hominum permittunt, interfectoribus 62 jus verum præſtent etiam apud Deum, an tantum inter homines impunitatem. Poſterius hoc * Covarruviæ & † Fortunio placet, quorum ſententia adeo diſplicet Ferdinando a Vaſquio ut nefandam vocet. Dubium non eſt, ut alibi quoque diximus, 63 utrumvis legem facere poſſe in certis caſibus. Utrum autem voluerit,

* *Covarr. de Matrim. Part.* 2. *c.* 7. *n.* 12.
† *Fort. tractatu de ult. fine legum illat.* 11.
a *Vaſq. L.* IV, *cont. ill. c.* 8.

GROTII.

n *Ut ad accuſationes criminum non admittantur*] *Chryſoſtomus* de Pœnitentia VIII. Καλὸν μὲν ἦν, ὅπερ εἶπον, καὶ τὰς χρηματικὰς δίκας φθάνειν διαλύσεσι φιλικαῖς. ἵνα πρὸς τῷ τέλει τῆς δίκης κυβερνήσῃς τὸν φίλον· ἐγκληματικὰς δὲ μηδὲ διαλύεσθαι γένοιτο, ἀλλὰ μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐγγυμνάζειν· *optimum itaque, ut dixi, etiam privatas lites antevertere benignis tranſactionibus, ut amicum dirigas ad id quod lites ſibi propoſitum habent: publicorum autem judiciorum accuſationes non dicam tranſigendo abrumpere, ſed nunquam eas incipere.*

o *Ut ad munera publica, quæ de ſanguine judicium habent, ſua ſponte ſe ingerat*] An ſapienti capeſſenda ſit reſpublica vide *Senecam* de otio ſapientis.

GRONOVII.

58 *Quibus id libet*] Ut olim moris fuit, quum judicia publica dicta ſint, quod cuivis e populo executio illorum daretur. §. 1. *Inſtit. de publ. jud.*

59 *Certi homines*] Fiſcales ſive Advocati fiſci. Et primum inſtituit Adrianus Aug. *Spartian.* cap. 20.

60 *Nec in fine*] Ne moribundum quidem accipere euchariſtian, ſive corpus & ſanguinem Domini myſticum.

61 *Quorundam hominum permittunt*] Puta privatis & nulla poteſtate publica præditis.

62 *Jus verum*] Innocentiam; an excuſatos eos apud Deum reddant.

63 *Utrumvis legem*] Aliquando qui ex lege interficit, Deo inculpatum haberi, aliquando tantum forenſibus judiciis ſolvi.

p Accu-

Digitized by Google

voluerit, partim ex verbis legis, partim ex materia intelligendum eſt. Nam 64 ſi dolori lex indulget, pœnam humanam tollit, non vitium, ut in marito qui adulteram uxorem p aut 65 adulterum occidit.

2. Si vero periculum reſpicit futuri mali ex dilatione pœnæ, cenſenda eſt jus ac poteſtatem publicam privato concedere, ita 66 ut jam privatus non ſit.

Hujus generis eſt lex illa in Codice Juſtinianeo ſub rubrica, quando liceat unicuique ſine judice ſe vindicare vel 67 publicam devotionem, ubi cuicumque licentia datur ſupplicio ſubjugandi milites populatores hac addita ratione: *melius enim eſt occurrere in tempore, quam poſt exitum vindicare. Veſtram igitur vobis permittimus ultionem, & quod ſerum eſt punire judicio ſubjugamus edicto, ut nullus parcat militi cui obviare telo oporteat ut latroni.* Et lex ſubſequens de opprimendis deſertoribus: *cuncti*, inquiens, *adverſus latrones publicos deſertoreſque militiæ jus ſibi ſciant pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis indultum.* Huc & illud pertinet Tertulliani: q *In reos majeſtatis & publicos hoſtes omnis homo miles eſt.* L. 1. L. 2. Apolog. c. 2.

3. Atque in hoc differt 68 jus occidendi exſules, quos bannitos vocant, 69 ab iſtarum legum ſpecie, quod ibi præcedit ſpecialis ſententia, hîc generale edictum, r accedente facti evidentia, vim latæ ſententiæ obtinet.

XVIII. Nunc

GROTII.

p *Aut adulterum occidit*] Vide *Auguſtinum* de Civitate *Dei* citatum c. quicunque, 33. *cauſa* XXIII. *quæſtione* VIII. Et c. inter hæc 6. ſequente, *cauſa* XXXIII. *quæſt.* II.

q *In reos majeſtatis & publicos hoſtes omnis homo miles eſt*] *Agathias* lib. IV. (in Orat. *Ruſtici*) οὐ γὰρ στρατηγοῖς μόνοις ἢ τοῖς ἄλλοις δυνατωτάτοις ὁ τῆς εὐνοίας ἐθέλει σκοπὸς ἐμφύεσθαι, καὶ προσιζάνειν, ἀλλὰ παντὶ τῷ βουλομένῳ βατὸν ἤπου καὶ προσῆκον τῆς ἐν ᾗ τέτακται πολιτείας ὑπεραλγεῖν, καὶ τὸ κοινῇ συνοῖσον εἰς δύναμιν κατορθοῦν· *non ſolis ducibus aliiſve potentibus innaſci ſolet atque immorari bene agendi propoſitum, ſed cuique volenti & licet & honeſtum eſt ejus in qua vivit reipublica malis commoveri, & publicas utilitates pro ſuis viribus promovere.* Vide quæ ſupra hoc capite, §. IX.

r *Accedente facti evidentia*] *Quintilianus* declamatione CCLX. *quædam ſunt reipublica læſæ, ad quorum pronuntiationem oculi ſufficiunt.*

GRONOVII.

64 *Si dolori lex indulget*] Si vindictæ cauſa comparata eſt, ſi ſuccurrit imbecillitati atque infirmitati animi humani, qui in tali caſu vindictæ ardorem ægre exercet.

65 *Adulterum occidit*] L. 24. D. *ad l. Jul. de adult.* & patre, qui adulterum filiæ. l. 22. §. 2. ibidem.

66 *Ut jam privatus non ſit*] Fictione juris pro miniſtro publico habeatur.

67 *Publicam devotionem*] i. Sacramentum militare adverſus latrunculos & milites deſertores; nam milites proprie devovere ſe pro Imperatore atque imperio cenſentur, *queis fortes acuit devotio mentes*, ut *Claudianus* canit. *Lucanus* 3, 311. *Accipe devotas externa in prælia dextras.* Sueton. Jul. 67. *Juſtin.* 14, 9.

68 *Jus occidendi exſules*] Quintil. decl. 305. *Exſulem intra fines deprehenſum liceat occidere.*

69 *Differt ab iſtarum*] Exſulem occidere non licet, niſi proprio de ipſius perſona judicio exſul declaratus & huic pœnæ ſubjectus ſit: iſtos ex perpetua & ſemel in omnes promulgata conſtitutione principis, modo conſtet deſertores & latrones eſſe.

 [Quæ-

Digitized by Google

XVIII. Nunc illud videamus, ſintne omnes 70 actus vitioſi tales ut puniri ab hominibus poſſint. Pro certo habendum eſt, non omnes eſſe tales. Primum enim 71 actus mere interni, etiamſi caſu aliquo, puta per confeſſionem ſubſecutam, ad notitiam aliorum perveniant, puniri ab hominibus non poſſunt, quia, ut alibi diximus, naturæ humanæ congruum non eſt ut ex actibus mere internis jus aut obligatio inter homines naſcatur. Et hoc ſenſu accipiendum eſt quod dictant 72 leges Romanæ: *cogitationis pœnam neminem mereri.* Id tamen non obſtat quo minus actus interni, ſ 73 quatenus in externos influunt, in æſtimationem veniant non ſui proprie, ſed actuum externorum, qui inde meriti ſui accipiunt qualitatem.

XIX. 1. Secundo, puniri ab hominibus nequeunt actus 74 inevitabiles naturæ humanæ. Quanquam enim peccatum eſſe non poteſt niſi quod libere fit, ab omni tamen omnino peccato & ſemper abſtinere ſupra humanam eſt conditionem, unde cognatum homini eſſe peccare inter philoſophos Sopater, Hierocles *, t Seneca †, u inter

* *In Aur. carm. Pyth.* p. 192. *Ed. Needham.*
† *II. Controv.* 12.

GROTII.

ſ *Quatenus in externos influunt*] Ita *Sayrus* lib. III, Theſauri cap. 6.

t *Seneca*] Ejuſdem eſt eodem (*lib.* I.] de Ira c. 14. *Nemo invenitur qui ſe poſſit abſolvere.* Capite 9. dixerat, [immo *Lib.* II.] *inter cætera mortalitatis incommoda & hæc eſt caligo mentium, nec tantum neceſſitas errandi, ſed errorum amor.* Poſtea cap. 27. *quis iſte eſt qui ſe profitetur omnibus legibus innocentem?* & libro III, c. 26. *omnes mali ſumus.* De clementia 1, 6. *Peccavimus omnes: alii gravia, alii leviora, alii ex deſtinato, alii forte impulſi, aut aliena nequitia ablati: alii in bonis conſiliis parum fortiter ſtetimus, & innocentiam inviti ac renitentes perdidimus. Non delinquimus tantum, ſed uſque ad extremum ævi delinquemus. Etiam ſi quis tam bene purgavit animum, ut nihil obturbare eum amplius poſſit ac fallere, ad innocentiam tamen peccando pervenit.* *Procopius* Gotthicorum III. in oratione Beliſarii: τὸ μὲν ἂν μηδ' ὁπωσοῦν ἁμαρτάνειν ἔστι ἀνθρώπινον καὶ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἔξω· *nihil plane delinquere neque hominis eſt, neque id rerum fert natura.* Adde *Baſilium* Imperatorem cap. 50. {Fallor, an Auctor *Baſilium Imp.* heic dixit pro MANUELE *Palæologo*, in cujus *Præceptis de Educatione Principis*, Cap. 50. *Edit. Baſil.* 1578. video ſententiam hûc adprimè facientem. Nec poſſum jam expendere, an gemina forte reperiantur eodem capite libri, qui ſub hoc titulo, Κεφάλαια παραινετικὰ, tribuitur BASILIO *Macedonio.* Ceterum, ut hoc obiter notem, dictæ *Manuelis* ὑποθῆκαι βασιλικῆς ἀγωγῆς fugerunt oculos, an diligentiam, Clar. FABRICII, in *Bibliotheca Græca* eximio Opere. *J. B.*]

GRONOVII.

70 *Actus vitioſi*] Pœnæ objectum, vel ſubjecta materia.

71 *Actus mere interni*] Cogitationes de ſuſcipiendis ſceleribus. 2, 4. 3.

72 *Leges Romanæ: Cogitationis*] L. 18. D. *de pœnis. Rittershuſ.* 7, ſacr. lect. 12.

73 *Quatenus in externos influunt*] Quatenus præcedunt externos vel cum eis conjunguntur, æſtimentur, non quaſi ſua natura pœnam judici debeant, ſed quaſi qui modificent, gravioreſque aut leviores reddant externos, eoque pœnam illorum vel augeant, vel minuant.

74 *Inevitabiles naturæ*] Infirmitates communes, quas nemo debet alienas a ſe putare.

u *Inter*

u inter Judæos Philo, inter hiſtoricos *a* Thucydides, inter Chriſtianos plurimi prodiderunt. *Si puniendus eſt*, inquit *b* Seneca, *cuicumque pravum maleficumque ingenium eſt, pœna neminem excipiet.* Sopater vero: ἕως ἄν τις ὡς ἀναμαρτήτους κολάζῃ, τὸ μέτρον ὑπερβαίνει τῆς κατὰ φύσιν ἐπανορθώσεως· *Si quis homines puniat tanquam qui ab omni peccato vacare poſſint, menſuram excedit ejus quæ ſecundum naturam eſt correctionis.* Quod x Diodorus *c* Siculus vocat συναδικεῖν τὴν κοινὴν ἀνθρώπων ἀσθένειαν, *injurium eſſe adverſus communem hominum imbecillitatem*: alibi, *d* τῆς ἀνθρωπίνης καὶ κοινῆς ἀσθενείας ἐπιλανθάνεσθαι; *oblivisci infirmitatis ejus quæ communis eſt humano generi.* Is quem dixi Sopater diſſimulanda ait τὰ μικρὰ καὶ συνήθη τῶν ἁμαρτημάτων, *culpas minores & quaſi quotidianas.*

a Lib. III c. 45.
b De Ira lib. II, c. 31.
c Lib. XIII. c. 21.
d Lib. XVII. c. 38.

2. Imo dubitari poteſt an hæc recte & proprie (ii) peccata dicantur, cum 75 libertatem quam in ſpecie habere videntur, in ſua generalitate conſiderata, non habeant. Plutarchus Solone: δεῖ δὲ πρὸς τὸ δυνατὸν γράφεσθαι τὸν νόμον, εἰ βούλεται χρησίμως ὀλίγους, ἀλλὰ μὴ πολλοὺς ἀχρήστως κολάζειν· *oportet legem ſcribi ſecundum id quod obtineri poteſt, ſi quis velit 76 paucos utiliter, non multos inutiliter punire.* Sunt & quædam non humanæ ſimpliciter naturæ, ſed 77 huic & nunc inevitabilia, y ob 78 corporis concretionem in animum tranſeuntem, aut adultam conſuetudinem, quæ tamen puniri ſolet non tam in ſeſe, quam z ob culpam præcedentem, quia aut neglecta ſunt remedia, aut ultro attracti in animum morbi. Pag. 90. A.

XX. 1. Tertio, punienda non ſunt peccata, 79 quæ nec directe

### GROTII.

u *Inter Judæos Philo*] De Moſe libro III. p. 675. c. addi poteſt *Abeneſdras* ad Jobum V, 7. & Rabbinus *Iſraël* c. 8.

x *Diodorus Siculus*] Idem in fragmentis: μὴ συκοφαντεῖν ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν· *non oportet per calumniam traducere infirmitatem humanæ naturæ.* (E Lib. XXVI. Eclog. 1.)

y *Ob corporis concretionem in animum tranſeuntem*] Seneca de Ira libro II, cap. 18. *morum varietates mixtura elementorum facit, & proinde in aliquos magis incumbunt ingenia, prout alicujus elementi major vis abundavit.* Alibi hæc ea vocat, quæ attribuit conditio naſcendi & corporis temperatura. Epiſtola XI.

z *Ob culpam præcedentem*] Vide c. inebriaverunt. 9. *cauſa* XV. *quæſt.* 1.

### GRONOVII.

75 *Libertatem quam*] Etſi fiant ſponte, ſi ſingulos caſus reſpicias, tamen ſi univerſum genus conſideres, agnoſcas facile quamdam neceſſitatem, per quam *ſuos quisque manes patimur.*

76 *Paucos utiliter*] Ut ſerviant exemplo pœnæ ad alios deterrendos.

77 *Huic & nunc*] Certis perſonis certiſque temporibus.

78 *Corporis concretionem*] Temperamentum præcipuorum quatuor humorum, ſanguinis, bilis, pituitæ, melancholiæ: unde medicorum dictum: *mores animi ſequuntur temperamentum corporis.*

79 *Quæ nec directe*] Quibus nemo læditur, aut quæ puniri neminis intereſt.

(ii) Merito hoc rejicit & confutat PUFENDORFIUS, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. 1. Cap. 5. §. 8. *J. B.*



a *Niſi*

Digitized by Google

recte nec indirecte ſpectant ad ſocietatem humanam, aut ad hominem alterum. Ratio eſt, quia nulla eſt cauſſa cur non talia peccata relinquantur Deo punienda, qui & ad ea noſcenda eſt ſapientiſſimus, & ad expendenda æquiſſimus, & ad vindicanda potentiſſimus. Quare ab hominibus punitio talis inſtitueretur plane ſine utilitate, ac proinde mendoſe. Excipiendæ hinc ſunt pœnæ emendatoriæ, quæ cauſam habent ut qui peccavit melior fiat, etiamſi forte id aliorum non interſit. Puniendi quoque non ſunt actus oppoſiti virtutibus 80 quarum natura coactionem omnem repudiat, in quo genere ſunt miſericordia, liberalitas, gratiæ relatio.

L. III. de Ben. c. 6. 2. Tractat hanc quæſtionem Seneca, an ingrati vitium impunitum eſſe debeat; & 81 cur non debeat, adfert multa, ſed hoc Idem eod. lib. c. 7. præcipuum, quod & ad alia ſimilia extendi poteſt: *cum res honeſtiſſima ſit referre gratiam: deſinit honeſta eſſe* 82 *ſi neceſſaria eſt*, id eſt, honeſtatis gradum excellentem amittit, quod ſequentia indicant: *non enim magis laudabit quiſquam gratum hominem, quam eum qui depoſitum reddidit, aut quod debebat* 83 *citra judicium ſolvit.* Mox: *non eſt glorioſa res gratum eſſe*, a 84 *niſi tutum eſt ingratum fuiſſe.* Aptari ad hujus generis vitia poteſt illud Senecæ patris in controverſiis: b *ego reum* 85 *non laudari deſidero, ſed abſolvi.*

XXI. Sequitur illud tractemus, an ignoſcere aut veniam dare liceat interdum. c Negant enim Stoici, ut videre eſt in fragmento

GROTII.

a *Niſi tutum eſt ingratum fuiſſe*] Idem *Seneca* de Beneficiis I, c. I. *Ita demum turpe eſt non reddere* (beneficia nempe) *ſi & licet.* Pater *Seneca* controverſiarum V, 34. *Dicis mihi, hoc facere non oportet; huic rei æſtimatio immenſa eſt, itaque nulla vindicta eſt.* Auguſtinus lib. II, c. 83. contra Petilianum: *ſic igitur quod adverſus vos leges conſtituta ſunt, non eis bene facere cogimini, ſed male facere prohibemini.*

b *Ego reum non laudari deſidero, ſed abſolvi*] Eſt hoc V, contr. 33. ſimile libro IV. controverſia 25. *Non ſperamus, ut probet* [Flamininum *Judex*], *ſed ut* dimittat. Et in Excerptis VI. 8. *Multum intereſt objurges, an punias.* Sunt enim quædam ut Cimone ait *Plutarchus*: ἐλλείμματα μᾶλλον ἀρετῆς τινος, ἢ κακίας πονηρεύματα· *deliquia magis virtutis alicujus quam ex vitio crimina*, (pag. 480. A.)

c *Negant enim Stoici*] Contra eos bene *Diodorus Siculus* in fragmentis, (E Lib. XXI. Eclog. 8.) συγγνώμη τιμωρίας αἱρετωτέρα· *venia melior pœna exactione.* Pro Chriſtianis ſententiam dicet *Cyprianus* epiſtola LII. *alia eſt philoſophorum & Stoicorum ratio, qui dicunt omnia peccata paria eſſe, & virum gravem non facile flecti oportere. Inter Chriſtianos autem & philoſophos plurimum diſtat.*

GRONOVII.

80 *Quarum coactionem*] Neceſſe eſt enim, ut ſponte fiat, & ἐκ προαιρέσεως, quod virtutis nomen obtineat.

81 *Cur non debeat*] Intellige, puniri.

82 *Si neceſſaria*] Si ad eam legibus & metu adigimur.

83 *Citra judicium*] Non coactus in foro ſententia judicis.

84 *Niſi tutum eſt*] Liberum ab animadverſione magiſtratus.

85 *Non laudari deſidero*] Non magnum & eximium, ſed inſontem apparere.

d Non

Digitized by Google

to apud Stobæum, titulo de magiſtratu, in oratione Tullii pro Murena, & in fine librorum Senecæ de clementia, ſed levi argumento. *Venia, ajunt, debita pœnæ remiſſio eſt: ſapiens autem quod facere debet facit.* Hic fraus latet in illa voce *debita.* Nam ſi intelligas eum qui peccavit pœnam debere, id eſt ſine injuria puniri poſſe, 86 jam non ſequetur ſi quis non puniat, facere quod facere non debet. Si vero ita accipias debitam eſſe pœnam a ſapiente, id eſt, omnino oportuiſſe exigi, dicemus id non ſemper accidere, ac propterea hoc ſenſu pœnam poſſe eſſe non debitam, ſed licitam tantum. Atque id verum eſſe poteſt tum ante legem pœnalem, tum poſt eam poſitam. *Senec. de Clem. II. 7.*

XXII. 1 Ante legem pœnalem conſtitutam dubium tamen non eſt quin pœnæ locus eſſe poſſit, quia naturaliter qui deliquit in eo ſtatu eſt, ut puniri licite poſſit: ſed [d] non ideo ſequitur debere eam exigi: quia 87 hoc pendet ex connexione finium, ob quos pœna inſtituta eſt, cum ipſa pœna. Quare ſi fines illi per ſe 88 morali æſtimatione neceſſarii non ſint, aut alii fines ex oppoſito occurrant non minus utiles aut neceſſarii, aut fines pœnæ propoſiti alia via obtineri poſſint, jam apparet nihil eſſe quod ad pœnam exigendam præciſe obliget. Sit primi exemplum in 89 peccato pauciſſimis cognito, cujus proinde publica traductio non neceſſaria ſit, aut damnoſa etiam: quò illud pertinet Ciceronis de Zeuxi quodam: *Adductum in judicium fortaſſe dimitti non oportuerit: 90 conquiri vero ad judicium neceſſe non fuit.* Secundi in eo qui bene 91 merita aut ſua aut parentum repenſari digna culpæ opponit: nam, ut ait Seneca, (kk) *beneficium ſuperveniens injuriam apparere non patitur.* Tertii in eo qui verbis emendatus eſt, aut læſo verbis ſatisfecit ut ad eos fines pœna jam opus non ſit. *Ad Q. fr. Ep. I, 2. c. 2.* *De Benef. VI. 6.*

2. Et

**G R O T I I.**

d *Non ideo ſequitur debere eam exigi*] *Julianus* de Euſebia: οὐδὲ γὰρ εἰ σφόδρα ἐπιτήδειοί τινές εἰσι πάσχειν κακῶς καὶ κολάζεσθαι, τούτους ἐκ παντὸς ἀπολέσθαι χρεών· *non enim, ſiqui ſunt meritò male tractari punirique, hos perire utique neceſſe eſt.* (Orat. III. p. 115. B. Ed. Spanhem.)

**G R O N O V I I.**

86 *Jam non ſequetur*] Poteſt enim quivis debitum ſibi remittere ac condonare.

87 *Hoc pendet ex*] Utrum omnino exigenda pœna ſit an non, conſtituendum eſt pro conſecutione certa vel dubia finium, qui num. 6. expreſſi ſunt, punitionis ex ipſa pœna.

88 *Morali æſtimatione*] Judicio prudentis & boni viri.

89 *Peccato paucis cognito*] In quo plus prodeſt ignorantia vitii quam cognitio virtutis. *Juſtin.* 2, 2.

90 *Conquiri neceſſe non*] Ut Trajanus conſtituit de Chriſtianis. *Plin.* 10. ep. 98.

91 *Merita culpæ opponit*] Ut Horatius in parricidio ſororis. *Flor.* 1, 3. Adde *Cicer.* in Vatin. 6.

(kk) Sed in Mss. & optimis Editionibus ita locus ſeſe habet: *Sic beneficium ſuperveniens* INJURIA *adparere non patitur.* Quod planè alium ſenſum exhibet: & ne quidem ſecundum lectionem vitioſam verba ad rem facerent. *J. B.*



e Ut

Digitized by Google

2. Et hæc pars una eſt clementiæ a pœna liberans : quam re-
Sap. XII, 19. ſpiciens Hebræus ſapiens dixit : δεῖ τὸν δίκαιον εἶναι φιλάνθρωπον· *juſtum decet clementia*. Nam quia pœna omnis, præcipue gravior, aliquid habet quod 92 per ſe ſpectatum non quidem juſtitiæ, ſed caritati repugnet, facile patitur ratio ea abſtineri, niſi major ac juſtior 93 caritas quaſi irrefragabiliter obſtet. Appoſitus eſt ad hanc rem Sopatri locus, cum ait: τὸ περὶ τὰ συναλλάγματα τῆς δίκης ἐπανορθωτικὸν ἐκφεύγει παντελῶς τὸ τῶν χαρίτων γένος. τὸ δ' ἐπὶ τοῖς ἐγκλήμασι κείμενον οὐκ ἀναίνεται τὸ πρᾶον καὶ φιλάνθρωπον τῶν χαρίτων πρόσωπον *juſtitia pars illa quæ contractus ad æqualitatem reducit, omnino reſpuit omne gratiæ genus : at ea pars quæ circa delicta occupatur, non recuſat ſuavem & blandam gratiarum faciem.*
Ad Q. fr. I, 2. c. 3. Cujus ſenſus partem priorem ſic expreſſit Cicero : *Via juris ejuſmodi eſt quibuſdam in rebus, ut nihil ſit loci gratiæ :* poſteriorem ſic Dion Pruſæenſis oratione ad Alexandrinos : χρηστοῦ ἡγεμόνος, συγγνώμη· *boni præſidis eſt, ignoſcere.* Favorino : ἡ καλουμένη χάρις παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, τοῦτο ἐστιν ἄφεσις ἀκριβείας ἐν δέοντι· *ea quæ dicitur clementia apud homines, eſt tempeſtiva relaxatio de ſummo jure.*

XXIII. Poſſunt autem tria hæc occurrere, aut ut pœna omnino ſit exigenda, e ut in peſſimi exempli ſceleribus, aut ut omnino non exigenda, ut ſi bonum publicum omitti eam exigat,
De Clem. 2. 7. aut ut liceat utrumvis: quo pertinet quod ait Seneca, clementiam liberum habere arbitrium. Parcit tunc, inquiunt Stoici, ſapiens, non ignoſcit. Quaſi vero nobis non liceat 94 cum vulgo loquendi domino ignoſcere vocare, quod parcere illi vocant. Nimirum & hic & alibi, ut Cicero, Galenus atque alii notarunt, magna pars Stoicarum diſputationum f circa voces conſumitur, quod philoſopho apprime cavendum eſt. Nam ut veriſſime dixit ſcri-
* Lib. II. c. 28. ptor * ad Herennium : *vitioſum eſt controverſiam intendere propter nominum mutationem* : quod Ariſtoteles dixerat, † εὐλαβητέον τὸ πρὸς τὸ ὄνομα διαλέγεσθαι.
† Topic. I. 14. (17.)

XXIV. 1. Major eſſe difficultas videtur poſt legem pœnalem, quia

### GROTII.

e *Ut in peſſimi exempli ſceleribus*] Joſephus: πατροκτονία κοινὸν ἀδίκημα καὶ τῆς φύσεως καὶ τοῦ βίου, καὶ ὁ μὴ κολάζων ἀδικεῖ τὴν φύσιν· *parricidium & naturam & vitam humanam violat, ita ut qui id non puniat & ipſe in naturam peccet.* (Antiq. Jud. XVII. 7.)

f *Circa voces conſumitur*] Extra uſum, ut ait Scholiaſtes Horatii. *Auguſtinus* contra academicos : *turpe diſputationibus in verborum quæſtione immorari, cum certamen nullum de rebus remanſerit.*

### GRONOVII.

92 *Per ſe ſpectatum*] Citra commodum inde proveniens ad rempublicam aut ſecuritatem privatorum.

93 *Caritas*] Erga probos, quos periculum eſt, ne lædat maleficus, ſi priora ſcelera ei ſunt impunita.

94 *Cum vulgo loquendi*] Uſu, *quem penes arbitrium eſt & vis & norma loquendi.*

g Qua-

quia legis auctor 95 aliquo modo legibus ſuis obligatur; ſed hoc 96 diximus verum eſſe g quatenus auctor legis 97 ut pars civitatis ſpectatur, non qua civitatis ipſius perſonam atque auctoritatem ſuſtinet. Nam qua talis eſt poteſt legem etiam totam tollere, quia legis humanæ natura eſt, 98 ut a voluntate humana pendeat, non in origine tantum, ſed & in duratione. Non debet tamen legis auctor legem tollere, niſi probabili de cauſa, peccaturus alioqui in regulas 99 juſtitiæ gubernatricis.

2. Sicut autem totam legem tollere poteſt, ita 100 & vinculum ejus circa perſonam aut factum ſingulare, manente de cætero lege, Dei ipſius exemplo, qui Lactantio teſte, *legem cum poneret, non utique ademit ſibi omnem poteſtatem, ſed habet ignoſcendi licentiam.* h *Imperatori*, inquit Auguſtinus, *licet revocare ſententiam, & reum mortis abſolvere & ipſi ignoſcere.* cauſam explicat, *quia non eſt ſubjectus legibus qui habet in poteſtate leges ferre.* Seneca Neronem hoc vult cogitare: *Occidere contra legem nemo non poteſt: ſervare nemo præter me.* De Ira Dei, c. 19. De Clem. l. 1. c. 5.

3. Sed hoc quoque faciendum non eſt niſi cauſa ſubſit probabilis: quæ autem ſint cauſæ probabiles, quanquam non poteſt præciſe definiri, tenendum tamen eſt, majores eſſe debere poſt legem, quam quæ ante legem ſpectabantur, quia legis auctoritas, quam ſervari utile eſt, ad cauſas puniendi acceſſit.

XXV. Cauſæ autem liberandi aliquem a pœna legis ſolent eſſe 1 aut intrinſecæ, aut extrinſecæ. Intrinſeca, cum 2 ſi non injuſta, dura tamen eſt pœna ad factum comparata.

XXVI. Extrinſeca, ex merito aliquo, aut alia re commendante:

GROTII.

g *Quatenus auctor legis ut pars civitatis ſpectatur*] Vide quæ ſupra in textu & notis hoc libro c. IV, §. 12.

h *Imperatori licet revocare ſententiam*] *Symmachus* lib. x. epiſt. 63. *Alia enim eſt conditio magiſtratuum, quorum corrupta videntur eſſe ſententiæ ſi ſint legibus mitiores: alia divorum principum poteſtas, quos decet acrimoniam ſeveriſſimis inflectere.* Idem diſcrimen inter regem & judicem eſt apud *Themiſtium*, oratione v. (Or. XVIII. pag. 227, 228. *Ed. Harduin.*)

GRONOVII.

95 *Aliquo modo legibus*] Ut non poſſit de illarum ſeveritate ſemel ſtatuta remittere.

96 *Diximus verum eſſe*] 2, 4. 12.

97 *Ut pars civitatis*] Non qua dominus eſt legis, ſed qua & ipſe & leges ſubjiciuntur legi majori, quæ eſt, *ſalus reipublicæ ſumma lex eſto.*

98 *Ut a voluntate*] Ut non tantum liberum ſit latori ſumma poteſtate prædito ferre legem vel non ferre, ſed etiam abrogare aut ſervare.

99 *Juſtitiæ gubernatricis*] Architectonicæ 1, 3. 6. quæ ratio ſtatus.

100 *Et vinculum ejus*] Ei derogare vel obrogare, perſonam, aut caſum ſingularem, excipiendo.

1 *Aut intrinſecæ aut extrinſecæ*] Implicitæ ipſi negotio aut exterius accedentes.

2 *Si non injuſta, dura tamen*] Factum, quod per interpretationem ad hanc legem trahitur, quodque etiam ad eam pertinet, non eſt ex atrociſſimis ejus generis: ut Thraſea clementiam ſuaſit in crimine Antiſtii apud *Tacitum* 14. ann. 48.

dante: aut etiam ſpe magna in poſterum: quod cauſæ genus tunc maxime ſufficiet, ſi ratio legis ſaltem particulariter ceſſet in facto de quo agitur. Nam quanquam ad ſuſtinendam legis efficaciam ſatis eſt 3 ratio univerſalis ſine repugnantia contrariæ rationis, i tamen ceſſatio rationis, etiam quæ particularis eſt, efficit ut lex facilius & minore cum damno auctoritatis ſolvi poſſit. Id autem maxime uſu venit in iis delictis quæ per ignorantiam, quamvis culpa omni non carentem, aut per animi infirmitatem ſuperabilem quidem ſed 4 difficulter ſuperabilem, committuntur: ad quæ Chriſtianus hominum rector maxime reſpicere debet, ut Deum imitetur, qui in veteri quidem fœdere multa talia hoſtiis quibuſdam expiari voluit. Levit. IV. & V. at in novo fœdere verbis & exemplis teſtatus eſt ſe ad talia reſipiſcentibus condonanda eſſe facilem. Lucæ XXIII, 34. Hebr. IV, 15. V, 2. I Timoth. I, 13. Et quidem illis Chriſti apud Lucam verbis, *condona illis, Pater, quia neſciunt quid faciant*, k adductum Theodoſium ut Antiochenis ignoſceret, notat Johannes Chryſoſtomus.

Lib. I, c. 46. XXVII. Atque hinc apparet quam male Ferdinandus Vaſquius dixerit, juſtam cauſam diſpenſandi, id eſt lege ſolvendi, eſſe eam tantum de qua legis auctor conſultus dixiſſet, extra mentem ſuam eſſe eam obſervari. Non diſtinxit enim 5 inter ἐπιείκειαν, quæ legem interpretatur, & inter relaxationem. Unde & alibi Lib. I, c. 26. & c. 46. Thomam & Sotum reprehendit, quod dicant 6 legem obligare etiamſi cauſa particulariter ceſſet, quaſi legem eſſe 7 putaſſent ſolam ſcripturam, quod illis nunquam in mentem venit. Tantum vero abeſt ut omnis legis relaxatio, quæ ſæpe libere & dari & omitti

GROTII.

i *Tamen ceſſatio rationis, etiam quæ particularis eſt, efficit ut lex facilius & minore cum damno auctoritatis ſolvi poſſit*] Multa ad hanc rem utilia congeſſit *Gratianus* cauſa I, quæſtione VII.

k *Adductum Theodoſium*] Hiſtoriam vide apud *Zonaram*.

GRONOVII.

3 *Ratio univerſalis*] Ut in Horatii cæde ſororis. Ratio univerſalis legis de homicidio eſt ſecuritas privatorum a privatis & privatæ vindictæ improbatio: ea ſufficiebat ad condemnandum Horatium. Sed ratio ſpecialis eſt, ne quis ob temerariam rixam aut ſperatum commodum hominem perimat: hæc cauſa ceſſabat in Horatio: dolebat enim reipublicæ vicem, cujus hoſtis lugebatur, neque de hereditate cogitare tum quidem illi vacabat.

4 *Difficulter ſuperabilem*] Quippe non niſi per magnos viros, qui affectus domuerunt & in poteſtate habent.

5 *Inter ἐπιείκειαν*] Æquitatem, quæ ſemper ineſt legi, & quam neceſſario ſequi judex debet, & indulgentiam, quæ contra legem aliquid largitur, & ad quam judex non obligatur.

6 *Legem obligare*] Factum puniri poſſe, quamvis nullum ſit periculum rei, ob quam factum illud prohibitum eſt; ut in Mauro Veneto.

7 *Putaſſent ſolam ſcripturam*] Quaſi hac ſententia ſtatuatur, verba legis obligare ſine ratione, quæ anima legis eſt. Male: ſufficit enim ratio univerſalis, quæ ipſam occaſionem vel metum talis periculi auferre voluit, non periculum tantum.

l Pu-

omitti poteſt, referenda ſit ad *ἐπιείκειαν* proprie dictam: ne illa quidem relaxatio quæ aut [8] ex caritate aut ex [9] juſtitia rectrice debetur, eò referri poteſt. Aliud enim eſt legem aut probabili aut etiam urgente cauſa tollere, aliud declarare factum ab initio mente legis non fuiſſe comprehenſum. De tollendis pœnis vidimus, de taxatione earum videamus.

XXVIII. Ex ſupra dictis apparet in pœnis duo ſpectari, id ob quod, & cujus ergo. Ob quod, eſt meritum; cujus ergo, eſt utilitas ex pœna. [1] Puniendus nemo eſt ultra meritum, quò ea pertinent quæ ex Horatio jam ante protulimus; & Ciceronis illud, *Epiſt. XV. ad Brut.* *eſt pœnæ modus ſicut rerum reliquarum, & quædam mediocritas.* Ideo pœnam [10] æſtimationis nomine appellat Papinianus. Et Ariſtides *L. Sanctio. 41. D. de pœn.* Leuctrica * ſecunda humanæ naturæ conveniens eſſe ait, ut in quoque crimine ſit aliquid [11] ultra quod vindicta procedere non debeat. Demoſthenes vero, in epiſtola pro Lycurgi liberis, † æqualitatem in pœna non ita nude ſpectandam ait, ut in ponderibus & menſuris, ſed expenſo propoſito ac voto ejus qui deliquit. [12] Intra meriti vero modum magis aut minus peccata puniuntur, pro utilitate.

* *Leuctr. I.* pag. 94. C. Tom. II.

† *Pag.* 114. B.

XXIX. 1. In merito examinanda veniunt [m] cauſa quæ impulit, cauſa quæ retrahere debuit, & perſonæ [13] idoneitas ad utrumque. Vix quiſquam [14] gratis malus eſt, aut ſi quem malitia propter ſeipſam delectat, is [15] ultra modum humanum proceſſit. Pars maxima ad peccandum ducuntur affectibus: *ἡ ἐπιθυμία συλλαβοῦσα τίκτει ἁμαρτίαν· appetitus concipiens parit peccatum.* Appetitus nomine jam [16] & declinandi mali impetum comprehendo, *Jac. 1, 15.*

qui

GROTII.

1 *Puniendus nemo eſt ultra meritum*] Bene hac de re diſſerunt Mediolanenſes in oratione quæ apud *Guicciardinum* eſt libro XVII. Confer quæ hoc capite habuimus §. II. & quæ habituri ſumus libro III, cap. XI. §. I.

m *Cauſa quæ impulit*] Chryſoſtomus X. de ſtatuis: *οὐ γὰρ δὴ πᾶν ἁμάρτημα τὴν αὐτὴν φέρει κόλασιν, ἀλλὰ τὰ εὐκατόρθωτα μείζονα ἡμῖν ἐπάγει τὴν τιμωρίαν. non enim omnis culpa eandem pœnam meretur, ſed graviorem illa quæ facile corrigi potuit.* Et in ſecunda oratione cur obſcurum ſit vetus teſtamentum, hinc probat calumniatorem pejorem eſſe ſcortatore, fure, homicida.

GRONOVII.

8 *Ex caritate*] Chriſtiano & benigno judicio ac ſenſu de proximo.

9 *Juſtitia rectrice*] Ratione ſtatus, ut in Hannone apud *Juſtin.* XI, 4.

10 *Æſtimationis*] Quod in ea obſervetur medium inter nimium & parum.

11 *Ultra quod vindicta*] In quo terminetur, quodque ſibi transſcendendum non putet.

12 *Intra meriti modum*] Ita, ut ſupplicii gravitas non excedat magnitudinem delicti, ut merito pœna reſpondeat.

13 *Idoneitas*] Habitus, conformatio.

14 *Gratis malus*] Sine mercede, ſine ſpe commodi.

15 *Ultra modum humanum*] Non hominis, ſed propemodum Satanæ inſtar malus eſt.

16 *Et declinandi impetum*] Quoties malum facimus, ne malum patiamur, metuentes.



Digitized by Google

qui maxime eſt naturalis, ideoque inter appetitus honeſtiſſimus. unde quæ mortis, carceris, doloris, aut ſummæ egeſtatis vitandæ cauſa injuſte fiunt, maxime excuſabilia videri ſolent.

* Orat. in Steph. I. p. 616. B. 2. Et huc illud Demoſthenis * pertinet: *æquum eſt, his qui, cum divites ſint, mali ſunt, magis iraſci, quam his quos egeſtas impellit: nam apud humanitate utentes judices neceſſitas aliquid adfert veniæ, cum ſi qui in rerum affluentia injuſti ſunt, nihil habeant prætexti probabilis.* Sic Acarnanas excuſat Polybius † quod, impendentis periculi reſpectu (ll), federis cum Græcis in Ætolos initi leges non impleſſent. Ariſtoteles: *ἑκουσίῳ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας· ἡ μὲν γὰρ δι' ἡδονήν, ἡ δὲ διὰ λύπην. καὶ ἡ μὲν λύπη ἐξίστησι, καὶ φθείρει τὴν τοῦ ἔχοντος φύσιν. ἡ δὲ ἡδονὴ οὐδὲν τοιοῦτον ποιεῖ, μᾶλλον δὲ ἑκούσιον· magis voluntaria eſt incontinentia, quam timiditas: nam illa voluptatis ergo, hac propter dolorem.* n *Dolor autem hominem quaſi extra ſe rapit, natura exitium adferens: voluptas nihil tale,* o *ideo plus habet voluntarii.* In eundem ſenſum inſignis eſt p locus apud Porphyrium, 17 de non eſu animalium. libro tertio *b*.

† Lib. IV. c. 30.

a Ethic. Nicom. III. 15.

b Pag. 291. Ed. Lugd. 1620.

3. Cæteri appetitus ad bonum aliquod tendunt, aut verum, aut 18 imaginabile. Vera bona extra virtutes & earum actiones quæ ad peccatum non ducunt (*ἀντακολουθοῦσι γὰρ αἱ ἀρεταί,* (mm) *conſentiunt enim virtutes inter ſe*) ſunt aut 19 delectantia, aut delectantium cauſa, quæ utilia vocantur, ut poſſeſſionum abundan-

GROTII.

n *Dolor autem hominem quaſi extra ſe rapit*] Vide egregiam comparationem furis & adulteri *Proverbiorum* VI, 30. & ſeqq.

o *Ideo plus habet voluntarii*] Philo ad decalogum: *πάντα μὲν γὰρ τῆς ψυχῆς πάθη χαλεπά, κινοῦντα καὶ σείοντα αὐτὴν παρὰ φύσιν, καὶ ὑγιαίνειν οὐκ ἐῶντα. χαλεπώτατον δ' ἐπιθυμία· διὸ τῶν μὲν ἄλλων ἕκαστον θύραθεν ἐπεισιὸν καὶ προσπίπτον ἔξωθεν, ἀκούσιον εἶναι δοκεῖ· μόνη δ' αὕτη ἐπιθυμία τὴν ἀρχὴν ἐξ ἡμῶν λαμβάνει καὶ ἔστιν ἑκούσιος· omnes quidem animi perturbationes graves, ut quæ animum extra naturalem ſtatum moveant atque concutiant, [neque ſanum eſſe ſinant] ſed omnium harum graviſſima eſt cupido. nam cætera, quia extrinſecus ad nos impetum faciunt nosque pulſant, videntur velut invitis evenire: at ſola cupido, utpote ex nobis intus ortum habens, magis ſpontis eſſe noſtræ videtur.* (Pag. 764. C.)

p *Locus apud Porphyrium*] Et ſimilis apud *M. Antoninum* de vita ſua libro II. (§. 10. *Ed. Gatak.*) ubi iram & cupiditatem inter ſe confert. *Plutarchus* Romulo: *ἡ δὲ κινήσασα τὸν θυμὸν ἀρχὴ μᾶλλον παραιτεῖται τὸν ὑπὸ μείζονος αἰτίας, ὥσπερ ὑπὸ πληγῆς χαλεπωτέρας, ἀνατραπέντα· Commovens animum cauſa plus excuſationis ei præſtat, qui ex graviore cauſa, velut ictu validiore, evertitur.* (Pag. 38. A.)

GRONOVII.

17 *De non eſu animalium*] Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, de abſtinentia veſcendi animalibus.

18 *Imaginabile*] Imaginarium; non verum, ſed ipſi fingunt bonum putantque, quod non eſt.

19 *Delectantia*] Voluptas, honor.

(ll) Parum adcurate hoc dicitur. Inſpice locum, in orâ libri à me diſtinctè indicatum. *J. B.*

(mm) Axioma Stoicorum, apud DIOGENEM LAERTIUM, *Lib.* VII. §. 125.

q *Ima-*

dantia. q Imaginabilia non autem vere bona ſunt, 20 excellentia ſupra alios quatenus a virtute & utilitate ſejungitur, & vindicta: quæ quo magis a natura abeunt, eo 21 ſunt fœdiora. Et hos tres appetitus Johannes his vocibus exprimit: ἐπιθυμία σαρκὸς, ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, ἀλαζονία τοῦ βίου. Primum enim membrum voluptatum deſideria, ſecundum habendi cupiditatem, tertium vanæ gloriæ conſectationem & iracundiam complectitur. Philo in Decalogi explicatione * omnia mala eſſe dicit, ἐξ ἐπιθυμίας ἢ χρημάτων ἢ δόξης ἢ ἡδονῆς. Lactantius libro ſexto: † *virtus eſt iram cohibere, cupiditatem compeſcere, libidinem refrænare. Nam fere omnia quæ fiunt injuſte atque improbe, ab his oriuntur affectibus.* quod & alibi repetit.

1. Johan. II. 16.
* Pag. 765. E.
† Cap. 5.

XXX. 1. Cauſa, quæ a delinquendo abſtrahere debet, generalis eſt injuſtitia. Verſamur enim non in quibuſvis peccatis; ſed in iis 22 quæ reſpectum habent extra peccantem. Injuſtitia eo eſt major quo majus alteri damnum infertur. Ideo primum locum obtinent 23 delicta conſummata, poſtremum quæ 24 ad actus aliquos ſed non ad ultimum proceſſerunt: in quibus tanto quidque eſt gravius, quo ulterius proceſſit. In utrovis genere ea injuſtitia eminet, quæ 25 communem ordinem perturbat, ac proinde plurimis nocet. Sequitur ea quæ ſingulos tangit. Maxima hic eſt quæ vitam: proxima quæ familiam, cujus fundamentum eſt matrimonium: poſtremo quæ res ſingulas expetibiles ſpectat, ſive directe ſubtrahendo, ſive dolo malo cauſam dando damni.

2. Poſſunt hæc ipſa ſubtilius dividi, ſed quem indicavimus ordinem Deus in decalogo ſecutus eſt. Nam 26 parentum nomine, qui naturales ſunt magiſtratus, etiam alios rectores par eſt intelligi, quorum auctoritas ſocietatem humanam continet: ſequitur interdictio homicidii: deinde matrimonii ſanctio, inhibitis adulteriis: tum furta, & falſimoniæ: loco ultimo delicta inconſummata. Inter cauſas autem abſtrahentes non debet poni tantum

27 qua-

### GROTII.

q *Imaginabilia non autem vere bona ſunt*] Seneca *epiſt.* XVI. *naturalia deſideria finita ſunt. ex falſa opinione naſcentia, ubi deſinant, non habent.* Vide *Chryſoſtomum* in tractationibus moralibus ad Rom. VI. ad 2 Cor. XI, 12. ad Epheſ. 1, 14.

### GRONOVII.

20 *Excellentia ſupra alios*] *Cicero* 1, Off. 9.

21 *Sunt fœdiora*] Atque ideo gravant & onerant, quod propterea eſt peccatum.

22 *Quæ reſpectum habent*] Quibus non modo turpior fit, qui peccat, ſed etiam alius, neque id meritus, læditur.

23 *Delicta conſummata*] Facinora perpetrata.

24 *Ad actus aliquos*] Inchoata.

25 *Communem ordinem*] Societatis publicæ fœdus violat.

26 *Parentum nomine rectores*] Magiſtratus, præceptores, doctores, ſeniores & quoſvis ſuperiores, quibus ut ſua conſtet veneratio publicæ tranquillitatis intereſt.

r Im-

27 qualitas ejus quod directe fit, ſed & ejus quod ſecuturum probabile eſt, ut in incendio & 28 perfoſſo aggere multorum ſummæ calamitates & mortes etiam ſpectandæ ſunt.

3. Ad injuſtitiam, quam generalem cauſam poſuimus, r interdum & aliud accedit vitium, puta impietas in parentes, inhumanitas in propinquos, ingratus animus in beneficos, quæ auget delictum. Apparet quoque major pravitas ſ ſi quis ſæpius deliquit: quia 29 habitus mali actibus ſunt pejores. Et hinc intelligi poteſt quatenus natura æquum ſit quod 30 apud Perſas fiebat, t ut vita anterior ſimul cum delicto in æſtimationem veniret. Id enim locum habere debet in his quibus alioqui non malis ſubito aliqua peccandi dulcedo ſubrepſit: non in his qui totum vitæ ge-
c. XVIII. nus immutarunt, in quibus ipſe Deus apud Ezechielem nullam ſe habere ait prioris vitæ rationem, quibuſque adeo Thucydi-
Lib. 1. c. 86. deum illud aptari poteſt: *διπλασίας ζημίας ἄξιοί εἰσιν, ὅτι ἀντ' ἀγα-*

### GROTII.

r *Interdum & aliud accedit vitium*] Vide locum inſignem in Lucæ verbis apud *Xiphilinum* ex Dione. [In Editionibus præcedentibus, loco vocum illarum, *Lucæ verbis*, poſitum fuerat, *Lucii vita*. Nimirum Editores putaverant ita emendandum locum, quum neſcirent quid ſibi vellet. Hi tamen ſimul monere debuerant, quis ſit ille *Lucius*, ad cujus Vitam, à *Xiphilino* ſcriptam, Auctorem nos amandare voluerunt. Eſt quidem heic mendum, ſed in ſolâ voce *Lucæ*: quod nos detexiſſe ſperamus. Nimirum in animo habuit Auctor, quod de *Avidio Caſſio* dicit *Marcus Antoninus*, in Oratione ad Milites habitâ, ubi eo atrociorem eſſe ejus rebellionem demonſtrat, quòd violaverit jura amicitiæ, *φιλίαν ὑπερβάντα*. Vide reliqua, *pag.* 277. B. C. *Ed. H. Steph.* Senſus ille, ut quivis videt, omnino ad rem, de quâ agitur, facit. Auctor voluerat dicere *in Marci verbis*: ſed incogitantiâ quadam, ortâ ex adfinitate nominum familiarium, quibus duo Evangeliſtæ gaudent, vel Auctor ipſe, vel Exſcriptor, *Lucam* pro *Marco* nobis obtulerunt, ut habent Editiones vivo Auctore in lucem emiſſæ, & illa etiam anni 1646. poſt obitum ejus primæ. *J. B.*]

ſ *Si quis ſæpius deliquit*] Τὸ μὲν γὰρ ἀγνοῆσαί ποτε τὰ κατὰ τὸν βίον ἐστὶν ἀνθρώπου· τὸ δὲ ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς πράγμασι πλεονάκις ἁμαρτάνειν, τέλειον ἐξεστηκότος τοῖς λογισμοῖς· ὅσῳ γὰρ πλείοσιν ἐλαττώμασι περιπεπτώκαμεν, τοσούτῳ μείζονος τιμωρίας ἄξιοι τυχεῖν ὑπάρχομεν· *aliquando ignoraſſe quod vita exigat, hominis eſt: at in iiſdem rebus ſæpius aberrare, emotæ eſt mentis: quo enim plura ſunt in quæ incidimus delicta, hoc majorem pœnam commeremur.* [DIOD. SIC. è Lib. XXI. Eclog. 15.]

t *Ut vita anterior ſimul cum delicto in æſtimationem veniret*] Aſinius Pollio: *qua major pars vitæ atque ingenii ſtetit, ea judicandum de homine eſt.* Cicero pro Sul. *Omnibus in rebus, judices, quæ graviores majoreſque ſunt, quid quis voluerit, cogitarit, admiſerit, non ex crimine, ſed ex moribus ejus, qui arguitur, eſt ponderandum.* (Cap. 25.)

### GRONOVII.

27 *Qualitas ejus*] Id damnum & incommodum, quod præſens dabo, dum pecco, ſed etiam, quod gravius & latius patens ex præſenti conſecuturum eſt.

28 *Perfoſſo aggere*] Ut per eam lacunam aqua immodica effundatur in prædia & fundos ejus, quem lædere volumus.

29 *Habitus mali*] Conſuetudo peccandi odioſiorem facit peccantem quam unicum delictum.

30 *Apud Perſas*] Herodotus L. 1, c. 137.

u Non

*ἀγαθῶν κακοὶ γεγένηνται· dupliciter pœnas merentur, eo quod ex bonis mali facti ſunt.* Quod & alibi dixit: *ὅτι οὐκ ἐκ προσηκόντων ἁμαρτάνουσι, quia ipſos peccare minime decebat.* Lib. III. c. 67.

4. Itaque optime Chriſtiani veteres in 31 pœnis canonum æſtimandis u non nudum delictum voluerunt aſpici, ſed ſimul vitæ quod præceſſit & quod ſequitur; ut ex Ancyrana & aliis Synodis videre eſt. Sed & * lex poſita adverſus vitium ſpecialem 32 quandam malitiam veteri ſuperaddit: quod ita docet † Auguſtinus: *Rom. VII, 13. x *lex prohibens omnia delicta congeminat: non enim ſimplex peccatum eſt non ſolum malum, ſed etiam vetitum committere.* Tacitus: *a ſi velis quod nondum vetitum eſt,* (nn) *timeas ne vetére: at ſi prohibita impune tranſcenderis, neque metus ultra, neque pudor eſt.* † De vera relig. c. 6. a Ann. III. c. 54.

XXXI. 1. Perſonæ aptitudo, aut ad conſiderandas 33 cauſas avertentes, aut ad ſuſcipiendos 34 affectus incitantes, conſiderari ſolet in corporis mixtura, ætate, ſexu, educatione, circumſtantiis actus. Nam & pueri, & feminæ, & craſſi ingenii homines, maléque educati, juſti & injuſti, liciti & illiciti diſcrimina minus habent cognita: & in quibus bilis prævalet, iracundi ſunt, in quibus ſanguis, ad venerem proni; tum vero 35 huc juventus, 36 illuc ſenectus propendet. Andronicus Rhodius: *φαίνεται τοίνυν ὅτι ἀπολογίαν τινὰ δίδωσι τοῖς αἰσχροῖς, τὸ πεφυκέναι πρὸς αὐτὰ, καὶ ἀνεκτότερον ποιεῖ τὸ ἔγκλημα· videtur factis turpibus excuſationis aliquid 37 adferre natura, & delictum efficere tolerabilius.* Metum accen- Paraphr. in Ethic. Nicom. Lib. VII. c. 10. p. 444.

GROTII.

u *Non nudum delictum voluerunt aſpici*] *Canon Ancyranus* XXV. *Chryſoſtomus* ad II ad Corinthios cap. II. ὅθεν μανθάνομεν, ὅτι οὐ δεῖ μόνον πρὸς τὴν φύσιν τῶν ἁμαρτημάτων, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν διάνοιαν καὶ τὴν ἕξιν τῶν ἁμαρτανόντων τὴν μετάνοιαν ὁρίζειν· *unde diſcimus pœnitentiæ fines determinandos non ſola delictorum natura inſpecta, ſed & propoſiti & moris eorum qui peccarunt.* Idem III. de Sacerdotio: οὐ γὰρ ἁπλῶς πρὸς τὸ τῶν παραπτωμάτων μέτρον δεῖ καὶ τὴν ἐπιτιμίαν ἐπάγειν, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν ἁμαρτανόντων στοχάζεσθαι προαιρέσεως· *non enim ad ſolam menſuram delictorum pœna imponenda eſt, ſed & inquirendum quis fuerit ejus qui peccavit animus.*

x *Lex prohibens omnia delicta congeminat*] Bene *Chryſoſtomus*: ἐνταῦθα οὐ μόνον ἰσοτιμίαν δείκνυσι Ἰουδαίου καὶ Ἕλληνος, ἀλλὰ καὶ πολὺ τὸν Ἰουδαῖον βαρούμενον ἀπὸ τῆς τοῦ νόμου δόσεως· *hic non tantum par jus dignitatemque oſtendit Judæi & Græci, ſed & Judæum hoc ipſo prægravari quod legem acceperit.* Deinde: ὁ γὰρ πλείστης ἀπολαύσας τῆς διδασκαλίας, μείζονα ἂν εἴη καὶ τιμωρίαν ἄξιος ὑπομεῖναι παρανομῶν. *Nam qui plus inſtitutionis accepit, is majores etiam contemta legis pœnas meretur.*

GRONOVII.

31 *Pœnis canonum*] Quos irrogant canones conciliorum.

32 *Quandam malitiam veteri*] Simul atque quod improbum eſt per ſe, etiam lege vetitum eſt, jam plus vice ſimplici obligat.

33 *Cauſas avertentes*] Rationes quæ deterrent a peccando.

34 *Affectus incitantes*] Metum crediti mali & deſideria verorum aut imaginariorum bonorum.

35 *Huc juventus*] Ad vagam & legibus inimicam Venerem.

36 *Illuc ſenectus*] Ad iracundiam.

37 *Adferre natura*] Ingenium hominis in eam culpam proclive.

(nn) Locus iſte *Taciti*, rectè expenſus, nil ad rem facit. *J. B.*

accendit mali imminentis cogitatio, & iracundiam recens ac necdum ſedatus dolor, ita ut rationem audiri vix ſinant: ſuntque illorum affectuum delicta merito minus odioſa quam quæ ex voluptatis naſcuntur deſiderio, quod & 38 minus efficaciter movet, & differri y & aliam ſibi materiam ſine injuria quærere facilius poteſt. Ariſtoteles Nicomachiorum ſeptimo: *ὁ θυμὸς φυσικώτερον καὶ ἡ χαλεπότης τῶν ἐπιθυμιῶν τῶν τῆς ὑπερβολῆς καὶ τῶν μὴ ἀναγκαίων· magis naturale ira & acerbitas quam cupiditas eorum quæ modum excedunt minimeque ſunt neceſſaria.*

Nic. VII, 7.

2. Omnino enim illud tenendum eſt, 39 quo animi eligentis judicium magis impeditur, quoque magis naturalibus cauſis, eo quod delinquitur minoris eſſe. Ariſtoteles dicto libro: *μᾶλλον ἀκόλαστον ἂν εἴποιμεν, ὅστις μὴ ἐπιθυμῶν ἢ ἠρέμα διώκει τὰς ὑπερβολὰς καὶ φεύγει μετρίας λύπας, ἢ τοιοῦτον ὅστις διὰ τὸ ἐπιθυμεῖν σφόδρα. τί γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιήσειεν, εἰ προσγένοιτο ἐπιθυμία νεανικὴ, καὶ περὶ τὰς ἀναγκαίων ἐνδείας λύπη ἰσχυρά· minus temperantem dicimus hunc, qui a motu concupiſcente aut non tentatus, aut leviter tentatus quærit enormes voluptates aut mediocria incommoda defugit, eo qui vehementi affectu percellitur. Nam quid idem ille facturus fuiſſe putandus eſt, ſi adfuiſſet juvenilis quædam perturbatio animi, aut gravis dolor ex penuria eorum 40 quibus negatis natura doleat?* Quicum convenit illud Antiphanis:

Cap. 6.

z *Qui cum ſit opulens nequiter quicquam facit,*
*Hunc, ſi eſſet pauper, quid non facturum putas?*

Et

### GROTII.

y *Et aliam ſibi materiam ſine injuria quærere facilius poteſt*] Chryſoſtomus ad Galatas: ἡ ἐπιθυμία μῖξιν ἐπιζητεῖ μόνον, οὐ τοιάνδε μῖξιν· *cupido concubitum tantum quærit, non hujus aut illius concubitum.* Tertullianus libro II. ad uxorem: *non quanto grandis eſt continentia carnis quæ viduitati miniſtrat, tanto, ſi non ſuſtineatur, ignoſcibilis videri poteſt. difficilium enim facilis eſt venia. Quanto autem habere in Domino perpetrabile eſt uti noſtræ poteſtatis, tanto culpabilius eſt non obſervare quod poſſis.* (Cap. 1.) & mox, *quanto poteſtas vitandi fuit, tanto contumaciæ crimine oneratur.* (Cap. 3.) Adde *M. Antoninum*, loco modo indicato, ubi Theophraſto auctore utitur.

z *Qui cum ſit opulens nequiter quicquam facit*] *Chryſoſtomus* de providentia IV. ὥστε ὅταν ἴδῃς τὸν πλουτοῦντα ἀδικοῦντα, πλεονεκτοῦντα, ἁρπάζοντα, διὰ τοῦτο μάλιστα αὐτὸν στέναξον, ἐπειδὰν πλούσιος ὢν ταῦτα ποιῇ. μείζονα γὰρ δίδωσι τιμωρίαν· *quare ubi divitem videris injuſtum, avarum, rapacem, hoc magis eum miſerare, quod talia dives faciat. Ob id ipſum enim punietur gravius.*

### GRONOVII.

38 *Minus efficaciter*] Deſiderium voluptatis non tam acres habet ſtimulos, nec tam brevia tempora, & laxiorem materiam cupidinis ſedandæ quam dolor & iracundia.

39 *Quo animi eligentis*] Quanto gravius lumen rationis occæcatur & offunditur affectu vel perturbatione aliqua, ut cauſas avertentes videre ac ponderare nequeat, qui affectibus illis impellitur; quantoque illa perturbatio frequentior, violentior & magis repentina eſt; tanto excuſabilius delictum & leviore pœna puniendum.

40 *Quibus negatis*] Quibus ægre caremus.



Digitized by Google

Et quæ in ſenum amores paſſim in comœdiis legimus. Ex his igitur cauſis æſtimandum meritum intra quod pœna conſiſtere debeat.

XXXII. 1. Tenendum autem eſt quod Pythagorici dicebant, juſtitiam eſſe a τὸ ἀντιπεπονθὸς, id eſt, parem paſſionem in pœnis, id 41 non ita accipi debere quaſi qui alteri nocuit 42 deliberato & ſine cauſis culpam valde minuentibus, tantundem nocumenti nec amplius ferre debeat. Id enim non ita eſſe 43 ipſa lex, quæ *Exod.*
legum omnium perfectiſſimum exemplar eſt, oſtendit, cum furta xxii. 1.
quadruplo aut quintuplo vult lui. Et lege Attica fur, b ultra dupli condemnationem, per dies aliquot vinctus habebatur, ut Demoſthenes in Timocratem nos docet. *Leges*, inquit Ambroſius, Pag. 476.
* *ea quæ detracta ſunt alicui* 44 *cum injuria perſonæ aut* 45 *rei ipſius* C.
*cumulo reſtitui imperant, quo furem a detrahendo* 46 *aut pœna de-* * Offic. III.
*terreant*, 47 *aut mulcta revocent.* Ariſtides Leuctrica ſecunda: 3.
† τοῖς ἐν δικαστηρίοις ἐπεξιοῦσι, τοῖς ἀδικήσασι μείζονα ἢ καθ' ἃ πεπόν- † *Tom.* II.
θασι δίδοται περὶ τῶν νόμων εἰς τιμωρίας λόγον· *his qui judicio illa-* pag. 133. C.
*tas ſibi injurias perſequuntur, majora leges permittunt pro vindicta exigere, quam quæ ipſis acciderant.* 48 Seneca de judicio poſt hanc vitam:

*ſcelera* 49 *taxantur modo*
*Majore noſtra*

2. c Apud Indos, ut Strabo a notat, qui quem mutilaſſet, a *Lib.* xv.
50 ſupra talionem, manu truncabatur. Et in Magnis Moralibus, pag. 710.
quæ Ariſtotelis nomen præferunt, legimus: b οὐ δίκαιον, εἴ τις τὸν b *Lib.* I.
ὀφθαλ- c. 34.

GROTII.

a Τὸ ἀντιπεπονθὸς] Ταυτοπάθεια *Harmenopulo.* (Prompt. Lib. I. Tit. 2. §. 34.)

b *Ultra dupli condemnationem*] Alludit huc locus *Apoc.* XVIII, 6. *Reddite duplum.* Hercules Minyas, qui a Thebanis ſine jure tributum extorſerant, duplum coegit ejus tributi pendere Thebanis. *Apollodorus* lib. II. (c. 3. §. 1.)

c *Apud Indos*] Apud Indorum alios furtum morte punitum notavit *Nicolaus Damaſcenus.*

GRONOVII.

41 *Non ita accipi debere*] Nempe ita, ut ne quod modicum eſt, puniatur atrociter; ne quod atrox, perfunctorie, atque, ut ita dicam, Horatio ſigillo: non vero, quaſi non debeat eſſe major dolor patientis quam paſſi injuriam.

42 *Deliberato & ſine*] Non abreptus ſuperveniente affectu, ſed conſilio.

43 *Ipſa lex*] Dei per Moſen Hebræis data.

44 *Cum injuria perſonæ*] Vexatione, juſto ſupplicio.

45 *Rei ipſius cumulo*] Penſione ampliore, quam quanti res erat ablata.

46 *Aut pœna*] In corpore.

47 *Aut mulcta*] In pecunia vel patrimonio.

48 *Seneca*] *Herc. fur.* 726.

49 *Taxantur modo majore noſtra*] Apud ipſum *veſtra.* Et loquitur de regibus & magiſtratibus per apoſtrophen, eoſque apud inferos gravius puniri ait quam privatos. Error memoriæ.

50 *Supra talionem*] Præter membrum, quo alium mutilaverat, manum amittebat.

d *Philo*]

*ὀφθαλμὸν ἐξέκοψέ τινος, ἀντεκκοπῆναι μόνον, ἀλλὰ πλείονας παθεῖν· juſtum eſt ſi quis oculum alteri effoderit, non tantundem modo, ſed & amplius patiatur.* Nec enim æquum eſt ut 51 par ſit periculum innocentis & nocentis, ut recte oſtendit [d] Philo, quo loco de homicidii pœna tractat. Atque hoc inde quoque æſtimari poteſt, quod delicta quædam [e] non conſummata, & ideo conſummatis minora, 52 nocumentum infligant par cogitato, quod in lege Hebræa [f] de falſo teſte proditum, & in lege Romana de eo qui hominis 53 occidendi cauſa cum telo ambulavit. Cui conſequens eſt ut perfectis criminibus major reſpondeat pœna, ſed quia morte nihil eſt gravius, eaque iterari non poteſt, ut Philo notat dicto loco, ideo intra eam neceſſario conſiſtitur, additis tamen interdum pro merito cruciatibus.

*Deut.* XIX, 19.

*Pag.* 789. E.

XXXIII. Pœnæ autem magnitudo non tantum nude ſpectatur, ſed cum reſpectu ad patientem. Nam mulcta eadem pauperem onerabit, divitem non onerabit: & vili ignominia leve erit malum, honorato grave: quo genere diverſitatis ſæpe utitur lex Romana: unde 54 harmonicam proportionem exſtruxit Bodinus, cum tamen revera ſimplex hic ſit & qualis in 55 numeris æqualitas, meriti ad pœnam, ſicut in contractibus mercis ad nummos, quanquam alibi merx eadem plus, alibi minus valet, itemque nummi. At fatendum, ſæpe in lege Romana id non fieri *ἄνευ προσωποληψίας*, id eſt ſine nimio 56 perſonarum & qualitatum ad factum non pertinentium reſpectu, a quo vitio longiſſime ſemper abeſt lex Moſis. Et hæc quidem, ut diximus, intrinſeca eſt pœnæ taxatio.

*Lib.* VI, *de Rep. c. ult.*

XXXIV. Sed

GROTII.

d *Philo*] Secundo de legibus ſpecialibus, (*pag.* 789. *& ſeq.*)

e *Non conſummata, & ideo conſummatis minora*] Plinius de leone: *Vulneratus obſervatione mira percuſſorem novit, & in quantalibet multitudine appetit. Eum vero qui telum quidem miſerit, ſed tamen non vulneraverit, correptum raptatumque ſternit, nec vulnerat,* (Hiſt. Nat. VIII. 16.)

f *De falſo teſte proditum*] Et de eo qui uxorem ſtupri inſimulavit, ut dotem lucraretur. *Deut.* XXII, 19. Et de eo qui cæteroqui ex cauſa injuſta aliquem in judicium deduxerit, alienum ſibi vindicans. *Exod.* XXII, 9.

GRONOVII.

51 *Par ſit periculum innocentis*] Debet nociturus gravius timere damnum, quam dare inſtituit innocenti, ut ſic quoque abſterreatur.

52 *Nocumentum infligant par*] Tam graviter puniantur, quam ſi perfecta eſſent, non tantum deſtinata.

53 *Occidendi cauſa cum telo*] Qui perinde tenetur l. Cornelia de ſicariis, atque is qui hominem occidit l. 1. D. *ad l. Corn. de ſicar.*

54 *Harmonicam proportionem*] Vide *Hornei.* 3, ethic. 12, 8.

55 *Numeris æqualitas*] Proportio arithmetica.

56 *Perſonarum & qualitatum*] Ut eum, qui uxorem in adulterio deprehenſam occiderit, humiliore loco poſitum, in exſilium perpetuum ire jubet; in aliqua dignitate poſitum ad tempus relegat, l. 1. §. 5. D. *ad l. Cornel.* Similis προσωποληψία in l. 12. D. *de incend. ruin. naufr.* l. 45. D. *de injuriis.* l. 11. *de ſepulcro violato.* l. 1. *de abigeis.* l. 1. *de furibus balneariis.*

g De

XXXIV. Sed [57] intra conceſſum modum ad minimum ducit caritas ejus qui punitur, niſi plurium [58] juſtior caritas aliud ſuadeat ob cauſam extrinſecam, quæ interdum eſt ingens periculum ab eo qui deliquit, plerumque autem neceſſitas exempli. Ea autem naſci ſolet ex generalibus invitamentis ad peccandum, quæ reprimi niſi acribus remediis nequeunt. Invitamenta autem præcipua ſunt, conſuetudo & facilitas.

XXXV. Ob facilitatem lex divina Hebræis data gravius punit furtum [g] de paſcuo quam de domo, Exod. XXII, 1. & 7, 9. Juſtinus de Scythis: *nullum ſcelus apud eos furto gravius, quippe ſine* *Lib. II, c. 2.*
*tecto munimentoque pecora & armenta habentibus quid ſalvum eſſet, ſi furari liceret?* Simile illud in Ariſtotelis problematis ſectione XXIX. *ὁ νομοθέτης οὐχ ἱκανοὺς ὄντας ἡγησάμενος εἶναι φύλακας, τὸν νόμον αὐτοῖς ἐπέστησεν· legis auctor cum ſciret [h] illis in locis dominos res ſuas cuſtodire non poſſe, cuſtodem legem addidit.* Conſuetudo facti etſi [59] aliquid detrahit de culpa (*non ſine ratione veniam dedit*, inquit Plinius, *facto vetito quidem, non tamen inuſitato*) pœnæ tamen acrimoniam ex aliqua parte flagitat: quoniam ut Saturninus *Lib. VI, Ep. 9.*
loquitur, * *nimium multis graſſantibus opus exemplo eſt.* Sed [60] in ** L. 16, §. 10. D. de pœnis.*
judiciis magis illud, [61] in legibus hoc ſequendum eſt, [62] ratione habita temporis quo leges aut judicia feruntur: quia [63] pœnæ utilitas magis in univerſalitate ſpectatur circa quam ſunt leges; culpa autem major aut minor eſt in ſingulis.

XXXVI. 1. Quod autem diximus, ubi magnæ urgentesque cauſæ ceſſant, ad minuendam potius pœnam promptos nos eſſe debere, in eo clementiæ pars altera ſita eſt. Nam priorem [64] in

### GROTII.

g *De paſcuo quam de domo*] Vide Maimonidem Directore III, 41. *Cicero* pro Sexto Roſcio Amerino: *atque ea ſunt animadvertenda peccata maxime, quæ difficillime præcaventur.* (*Cap.* 40.)

h *Illis in locis*] In balneis. morte plectebantur Athenis fures balnearii, ſi æſtimatio eſſet major decem drachmis. *Demoſthenes* contra Timocratem. Adde l. 1. D. *de furibus balneariis.* [Lex *Solonis* exſtat *pag.* 476. C. Orationis Demoſthenicæ: ſed in illâ agitur tantum de iis qui furabantur in Gymnaſiis aut Portubus. Dicemus plura, Deo dante, in Notis Gallicis. *J. B.*]

### GRONOVII.

57 *Intra conceſſum*] Ut ex eo genere pœnarum, quod delicto reſpondet, id eligatur, quod leniſſimum eſt.

58 *Juſtior caritas*] Erga tot innoxios bonoſque, qui lædi poſſunt & læduntur facilius, ſi nulla aut levis pœna ſit.

59 *Aliquid detrahit*] Hinc illud *Terentii* Heaut. 5, 2. 4. *Vulgo faciunt.* Et *M. Seneca* controv. 12. *Solet fieri.*

60 *In judiciis magis illud*] Ut condemnemus ad mitiorem pœnam.

61 *In legibus hoc*] Ut ſtatuamus ac minemur graviorem.

62 *Ratione habita temporis*] Niſi circumſtantia temporis in utriſque aliud requirat.

63 *Pœnæ utilitas*] Quod pœna propoſita proficere volumus, pertinet ad univerſos, ſicut & leges univerſalia complectuntur: at culpæ per judicium æſtimatio ſingulos tangit, in quibus ad clementiam quam ad crudelitatem tutior eſt propenſio.



Digitized by Google

64 in tollenda pœna collocavimus. *Quia difficile eſt temperamentum*, inquit Seneca, *quidquid æquo plus futurum eſt in partem humaniorem præponderet* Alibi: † *pœnam ſi tuto poterit, donet, ſin minus, temperet.* Et apud Diodorum Siculum a laudatur rex Ægyptius, quod imponeret τιμωρίας ἐλάττους τῆς ἀξίας, i *ſupplicia meritis minora.* De M. Antonino Capitolinus: b *erat mos iſte Antonino, ut omnia crimina minore ſupplicio, quam legibus plecti ſolerent, puniret.* Iſæus (oo) quoque orator dixit, oportere leges quidem conſtitui rigidas, ſed k pœnas exigi legibus mitiores. Et Iſocratis c eſt monitum: τὰς τιμωρίας ἐλάττους ποιεῖσθαι τῶν ἁμαρτανομένων *ut pœnæ infligantur infra peccati modum.*

Lib. 1, de Cl. cap. 2.
† Ibid. c. 20.
a Biblioth. 1. 70.
b Cap. 24.
c Ad Nicocl. p. 19. D. Ed. H. Steph.

2. l Auguſtinus 65 comitem Marcellinum ſic admonet ſui officii: *mihi ſollicitudo maxima incuſſa eſt, ne forte ſublimitas tua cenſeat eos tanta legum ſeveritate eſſe plectendos, ut qualia fecerunt, talia patiantur, ideoque his literis obteſtor fidem tuam, quam habes in Chriſto, per ipſius Domini noſtri miſericordiam, ut hoc non facias, nec omnino fieri permittas.* Cujus eſt & hoc: *Sic etiam ipſos criminum ultores, atque* 66 *in hoc officio non ira propria concitatos, ſed legum miniſtros, nec ſuarum ſed alienarum examinatarum injuriarum vindices, quales judices eſſe debent,* 67 *terruit divina cenſura,* 68 *ut cogitarent propter ſua peccata miſericordiam Dei neceſſariam, nec putarent ad* 69 *culpam officii ſui pertinere, ſiquid erga eos miſericorditer*

GROTII.

i *Supplicia meritis minora*] Juſtin. II. Hunnis ſcribens, Ῥωμαίοις ἔθος μὴ ἀντιτιθέναι τὰς τιμωρίας ἰσοῤῥόπους τοῖς πλημμελήμασι· *Romanis mos hic eſt, non irrogare pœnas pares peccantium merito.*

k *Pœnas exigi legibus mitiores*] Hoc ſibi volebat Henricus Imperator ſymbolo mali Punici, cum dicto: *Subacre.* Rex Theodoricus apud *Caſſiodorum* XI, 40. *Qui periculoſe juſti ſumus, ſub ſecuritate ſemper ignoſcimus.*

l *Auguſtinus*] Epiſtola CLIX. quæ citatur c. circumcelliones, 1. *cauſa* XXIII. *quæſt.* V. Vide, ſi placet, ad *Auguſtinum* eundem epiſtolam *Macedonii*, & eam qua reſpondet *Auguſtinus* numeris LIII. & LIV. Adde de Theodoſio juniore quæ ſunt in excerptis *Johannis Antiocheni* ex manuſcripto *Peireſcii*, (pag. 850.) *Macedonius* ad *Auguſtinum*: *officium ſacerdotis eſt, intervenire pro reis.*

GRONOVII.

64 *In tollenda pœna*] In liberando reum a pœna.

65 *Comitem Marcellinum*] Amicum principis & provinciæ alicui aut magnæ procurationi præfectum.

66 *In hoc*] In hanc rem.

67 *Terruit divina cenſura*] Illa cujus meminit *num.* 3. judicium Dei, quod ipſi de ſe futurum exſpectabant.

68 *Ut cogitarent*] Mitiores forent in delinquentes, quia & ipſi eſſent peccatores apud Deum, & eum ſibi propitium optarent.

69 *Culpam officii*] Se officio deeſſe aut eo male fungi.

(oo) Nullibi exſtat talis ſententia in Orationibus *Iſæi*, quæ circa controverſias civiles omnes verſantur. Aut valde fallor, aut habet hoc Auctor noſter è Notis FRIDERICI LINDENBROGII, qui ad *Ammianum*, XXVIII. 1. ſimul cum locis *Capitolini* & *Iſocratis* heic laudatis, tamquam ex *Iſæo* addit verba ſequentia: Χρὴ τοὺς νόμους μὲν τίθεσθαι σφοδρῶς, πρᾳοτέρως δὲ κολάζειν, ἢ ὡς ἐκεῖνοι κελεύουσι. *J. B.*

m Ma-

Digitized by Google

*diter agerent, quorum vita neciſque haberent legitimam poteſtatem.*

XXXVII. Speramus nihil a nobis prætermiſſum, quod ad hujus argumenti ſatis difficilis & obſcuri cognitionem magnopere faciat: nam quatuor illa quæ m Maimonides maxime ait ſpectari in pœnis, magnitudinem peccati, id eſt 70 damni, 71 frequentiam talium peccatorum, 72 quantitatem concupiſcentiæ, & operis facilitatem, ad ſua loca retulimus; nec minus illa ſeptem quæ confuſe ſatis in pœnis conſiderat † Saturninus. Nam perſona ejus qui fecit ad aptitudinem illam judicandi maxime pertinet, & perſona ejus qui patitur interdum aliquid confert ad æſtimandam culpæ magnitudinem. n Locus injuſtitiæ culpam aliquam addere ſolet peculiarem, aut etiam ad facilitatem operis pertinere. Tempus ut diuturnum eſt aut breve, ita libertatem judicandi auget aut minuit, interdum & pravitatem animi oſtendit. Qualitas partim ad genera appetituum refertur, partim ad cauſas quæ abſtrahere a peccando debebant. Quantitas quoque ad appetitum referenda eſt. Eventus ad cauſas abſtrahentes.

† *L. Aut facta, 16. §. 1. D. de pœnis.*

XXXVIII. Solere pœnæ expetendæ cauſa bella ſuſcipi, & ſupra oſtendimus & paſſim docent hiſtoriæ: ac plerumque hæc cauſa cum altera de damno reparando conjuncta eſt, quando idem actus & vitioſus fuit & damnum reipſa intulit, ex quibus duabus qualitatibus 73 duæ diverſæ naſcuntur obligationes. Non eſſe autem bella ſuſcipienda ob delicta quævis ſatis conſtat. nam ne leges quidem ſuam illam ultionem, quæ 74 tuto nec niſi nocentibus nocet,

GROTII.

m *Maimonides*] Lib. III. directoris, c. 41. Confer c. ſicut dignum, 6. *de homicidio voluntario vel caſuali.*

n *Locus injuſtitiæ culpam aliquam addere ſolet peculiarem*] Philo lib. I. de legibus ſpecialibus: οὐ γὰρ ταυτὸν πατρὶ καὶ ἀλλοτρίῳ πληγὰς ἐμφορῆσαι, οὐδ᾽ ἄρχοντ᾽ ἢ ἰδιώτην κακῶς εἰπεῖν, οὐδ᾽ ἐργάζεσθαί τι τῶν μὴ ἐφειμένων ἐν βεβήλοις ἢ ἱεροῖς χωρίοις, οὐδ᾽ ἐν ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι καὶ δημοτελέσι θυσίαις· *non idem eſt patri & extraneo inferre violentas manus: nec idem magiſtratui & privato maledicere: nec illicitum aliquid patrare in loco profano & ſacro, in die feſto, in conventu, in ſacris publicis.* (Pag. 805. E.) Cum his convenit quod ex Labeone adfert Ulpianus l. prætor edixit, 7. in fine D. de injuriis. *Perſonâ atrocior injuria fit, ut cum magiſtratui, cum parenti, patrono fiat; tempore, ſi ludis & in conſpectu. nam populi Romani in conſpectu an in ſolitudine injuria facta ſit, multum intereſſe ait.* [In hac Lege laudanda Auctor tacite ſequitur emendationem rectam Summi CUJACII, qui pro *Prætoris in conſpectu*, legendum cenſuit, *Populi Romani in conſpectu*, errotemque ex ſiglis ortum demonſtravit. *J. B.*]

GRONOVII.

70 *Damni*] Quod per injuriam ſive peccando datum eſt, quantum ſit.

71 *Frequentiam*] Sæpe an raro hoc genere culpæ peccetur.

72 *Quantitatem concupiſcentiæ*] Flagretne animus corruptus atque ardeat cupiditate facinoris, an ſegniter illud moveatur.

73 *Duæ diverſæ naſcuntur obligationes*] Altera ad pœnam, ad damni reparationem altera.

74 *Tuto nec niſi nocentibus*] Secus ac bello petita ultio; nam hæc in æque magnum periculum mittit ultorem, quam venit is qui pœnam debet: deinde multi pereunt innocentes, quia *quod delirant reges, plectuntur Achivi.*

nocet, omnibus culpis impendunt. Recte, ut modo diximus, Sopater oportere ait, ea quæ minora & vulgaria ſunt delicta diſſimulari, non vindicari.

XXXIX. 1. Illud autem quod in oratione pro Rhodienſibus a
Gell. l. VII. c. 3. Catone dictum fuit, non eſſe æquum pœnas quemquam dare ob eam rem quod arguatur male facere voluiſſe, ſuo quidem loco non male erat poſitum, quia nullum populi Rhodienſis 75 decretum adferri poterat, ſed 76 animi fluctuantis conjecturæ: univerſaliter autem hoc recipiendum non eſt. Nam voluntas 77 quæ ad externos actus proceſſit (internos enim ab hominibus non puniri ſupra diximus) pœnis ſolet eſſe obnoxia. o Seneca pater in controverſiis: *ſcelera quoque, quamvis 78 citra exitum ſubſederunt, puniuntur. Injuriam qui facturus eſt jam facit*, p ait alter
† De Ira lib. I. c. 3. † Seneca. Non exitus rerum, ſed q conſilia legibus vindicari Cicero dixit pro a Milone. Periandri dictum erat: 79 *μὴ μόνον τοὺς ἁμαρτάνοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς μέλλοντας κόλαζε*. Sic Romani
a Cap. 7. b Livius lib. XLII. c. 30. cenſent bellum ineundum cum rege Perſeo, *b* niſi ſatisfaciat de conſiliis belli parandi adverſus populum Romanum initis, quia ſcilicet arma, milites, claſſem jam comparaverat. Atque hoc
c Lib. XLV. c. 24. ipſum in Rhodienſium oratione apud Livium *c* recte notatur: neque moribus, neque legibus ullius civitatis ita comparatum eſſe, ut ſiquis vellet inimicum perire, ſi nihil fecerit quo id fiat, capitis damnetur.

2. Sed nec omnis perverſa voluntas, facto jam aliquo indicata, pœnæ facit locum. Nam ſi ne perpetrata quidem peccata omnia vindicantur, multo minus cogitata ac cœpta. In multis
d I. De Offic. c. II. locum habet quod Cicero dicit: *d haud ſcio an ſatis ſit eum qui laceſſerit*

**GROTII.**

o *Seneca pater*] Excerptorum IV, 7.

p *Ait alter Seneca*] Et de beneficiis libro V, c. 14. *Latro eſt etiam antequam manus inquinet: quia ad occidendum jam armatus eſt, & habet ſpoliandi atque interficiendi voluntatem. Philo* in primo [immo *ſecundo* libro, pag. 790. C.] de ſpecialibus legibus: *ἀνδροφόνους χρὴ νομίζειν οὐ τοὺς κτείνοντας αὐτὸ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς πάντα δρῶντας εἰς τ' ἀνελεῖν, ἢ φανερῶς, ἢ λάθρα, κἂν μὴ τὸ ἀδίκημα ὦσιν εἰργασμένοι· homicidas exiſtimari oportet non eos ſolum qui vitam adimunt, ſed & eos qui omnia faciunt palam aut clam ut quenquam interimant, etiamſi facinus ipſum nondum commiſerint.*

q *Conſilia legibus vindicari*] *Valerius Maximus* de Cn. Sergio Silo damnato ob nummos matrifamiliæ promiſſos: *non factum tunc ſed animus in quæſtionem deductus eſt, pluſque voluiſſe peccare nocuit, quam non peccaſſe profuit.* (Lib. VI. Cap. I. num. 8.)

**GRONOVII.**

75 *Decretum*] De bello Romanis indicendo.

76 *Animi fluctuantis*] Dubii, utrum Romanas, an Perſei Macedonis partes ſequerentur.

77 *Quæ ad externos*] Quæ opere ac facto aliquo manifeſtata eſt.

78 *Citra exitum ſubſederunt*] Non omnino perfecta ſunt.

79 *Μὴ μόνον τοὺς*] Non peccantes modo, ſed & peccaturos caſtiga. [Refert id DIOGENES LAERT. Lib. I. §. 98. *Edit. Amſt. J. B*]

r *Velles*

Digitized by Google

*laceſſerit injuria ſua pœnitere.* Lex Hebræis data adverſum pleraque delicta 80 inchoata contra pietatem, aut etiam contra hominis 81 vitam extra (pp) judicium, nihil ſpeciale conſtituit: quia & circa res divinas utpote 82 nobis inconſpicuas facilis eſt error, & iracundiæ impetus non indignus eſt cui ignoſcatur.

3. Cæterum in tanta matrimoniorum copia alienas nuptias attentare, aut in tam æquabili poſſeſſionum diviſione fraudem ſtruere qua cum aliena jactura ſe quis locupletet, minime erat ferendum. Nam illud, non concupiſces, quod in Decalogo eſt, quanquam ſi ſcopum ſpectes legis, id eſt, **τὸ πνευματικὸν**, latius patet, (r vellet enim lex, omnes 83 etiam mente eſſe puriſſimos) tamen ipſum præceptum externum, **ἐντολὴν σαρκικὴν**, quod attinet, ad motus animi pertinet 84 qui facto produntur, quod aperte liquet ex Marco Euangeliſta qui idem illud præceptum extulit, *Cap. x, 19.* **μὴ ἀποστερήσῃς** idque cum jam ante poſuiſſet, **μὴ κλέψῃς.** atque eo ſenſu vox Hebræa & ei reſpondens Græca reperiuntur tum Mich. II, 2. tum alibi.

4. Inchoata ergo delicta armis vindicanda non ſunt, niſi & res ſit gravis, & eò proceſſum ſit ut ex tali actu certum malum, etſi nondum illud quod intendebatur, ſecutum jam ſit, aut certe ingens periculum, ita ut vindicatio aut conjuncta ſit cum cautione futuræ noxæ, (de qua ſupra egimus in capite de defenſione) aut dignitatem læſam tueatur, aut pernicioſo exemplo occurrat.

XL. 1. Sciendum quoque eſt, reges, & qui par regibus jus obtinent, jus habere pœnas poſcendi non tantum ob injurias in ſe aut ſubditos ſuos commiſſas, ſed & ob eas quæ ipſos peculiariter non tangunt, ſed in quibuſvis perſonis jus naturæ aut gentium immaniter violant. Nam libertas humanæ ſocietati per pœnas conſulendi, quæ initio, ut diximus, penes ſingulos fuerat, civitatibus ac judiciis inſtitutis penes ſummas poteſtates reſedit, non pro-

**GROTII.**

r *Vellet enim lex, omnes etiam mente eſſe quam puriſſimos* ] *Chryſoſtomus* ad Rom. III, 13. & ad caput VII. multa habet in hanc rem.

**GRONOVII.**

80 *Inchoata contra pietatem* ] Si quis aliquid præparaverit, aut in anteceſſum fecerit, tanquam idola culturus.

81 *Vitam extra judicium* ] Siquis ex repentino impetu iræ, non deliberato, vitam alicujus petierit, qui impetus intentantem fruſtratus ſit.

82 *Nobis inconſpicuas* ] Quæ maximam partem in animo & ſententia conſiſtunt, eoque difficile eſt quemquam de altero, ut circa eas animatus ſit, judicare.

83 *Etiam mente eſſe* ] Ne cogitationes quidem pravas & fœdas in ſeſe admittere.

84 *Motus qui facto* ] Deſideria improba, quæ quis ſe concepiſſe dicto aliquo aut facto demonſtraverit.

(pp) Vide ſupra, §. 32. hujus Capitis, *num.* 2. *J. B.*



Digitized by Google

proprie 85 quæ aliis imperant, ſed quæ nemini parent. Nam ſubjectio aliis id jus abſtulit. Imo tanto honeſtius eſt alienas injurias quam ſuas vindicare, quanto in ſuis magis metuendum eſt ne quis doloris ſui ſenſu aut modum excedat, aut certe animum inficiat.

2. Et hoc nomine ab antiquis prædicatus eſt Hercules quod Antæo, Buſiride, Diomede, & ſimilibus ſ tyrannis liberarit terras, quas, ut Seneca * de eo loquitur, tranſiit 86 non concupiſcendo, ſed vindicando, maximorum bonorum auctor hominibus, ut Lyſias † indicat, injuſtos puniendo. Diodorus Siculus de eo ſic loquitur: a *τοὺς παρανομοῦντας ἀνθρώπους ἢ δυνάστας ὑπερηφάνους ἀποκτείνας, τὰς πόλεις ἐποίησεν εὐδαίμονας· hominès injuſtos & reges inſolentes tollendo beatas reddebat civitates.* Alibi dixit: b *ἐπῆλθε τὴν οἰκουμένην κολάζων τοὺς ἀδίκους· orbem obiit pœnas de iniquis expetens.* Dio Pruſæenſis de eodem: *τοὺς πονηροὺς ἀνθρώπους ἐκόλαζε, καὶ τῶν ὑπερηφανῶν ἀνθρώπων κατέλυε καὶ ἀφῃρεῖτο τὴν ἐξουσίαν· homines malos puniebat, & ſuperborum regna deſtruebat, aut in alios transferebat.* Ariſtides in Panathenaico ait c eum ſuſcepta communi humani generis cura meruiſſe in Deos referri. Laudatur ſimiliter Theſeus quod latrones Scirona, Sinin, & Procuſten ſuſtulerit, quem ſic de ſe loquentem Supplicibus inducit Euripides, (verſ. 340, 341.)

*Pridem facinora nomen hoc per Græciam*
*Mihi dederunt, t ultor ut ſcelerum vocer.*

Valerius Maximus de eodem: d *quicquid ubique monſtri aut ſceleris fuit, virtute animi ac robore dextræ comminuit.* 3. Sic

* De benef. L. I. cap. 13. Iſocr. Hel. Enc. p 212, 213. Ed. H. Steph.
† Orat. fun. ſeu XXXI. c. 5.
a Biblioth. L. IV. c. 17.
b v. 76.
c Tom. I. p. 187, 188.
d Lib. V, c. 3. num. 8. ext.

**GROTII.**

ſ *Tyrannis liberarit terras*] Et maria. *Philo* de legatione: *ἡρακλῆς ἐκάθηρε γῆν καὶ θάλατταν, ἄθλους ἀναγκαιοτάτους καὶ ὠφελιμωτάτους ἅπασιν ἀνθρώποις ὑποστάς, ἕνεκα τοῦ τὰ βλαβερὰ καὶ κακωτικὰ φύσεως ἑκατέρας ἀνελεῖν· Hercules purgavit terras ac maria, certamina ſubiens hominibus omnibus partim neceſſaria partim perutilia, ut tolleret hominum animantiumque aliorum ea quæ exitialia aut noxia eſſent.* (Pag, 1003. D.)

t *Ultor ut ſcelerum vocer*] Ibidem dicenti Feciali, (verſ. 574.)

Ἦ πᾶσιν οὖν σ᾽ ἔφυσεν ἐξαρκεῖν πατήρ;

*Ten' ergo ſevit omnibus genitor parem?*

Reſpondet Theſeus:

Ὅσοι γ᾽ ὑβρισταί· χρηστὰ δ᾽ οὐ κολάζομεν·

*Injurioſis. Nam bonos non tangimus.*

*Plutarchus* in ejus vita: *ἀπήλλαττε τὴν Ἑλλάδα δεινῶν τυράννων· peſſimis tyrannis Græciam liberavit.* Item: *οὐδὲν αὐτὸς ἀδικούμενος ὥρμησεν ὑπὲρ ἄλλων ἐπὶ τοὺς πονηρούς· nihil ipſe paſſus injuriæ, pro aliis in homines malos impetum ſumebat,* (pag. 37. C.)

**GRONOVII.**

85 *Quæ aliis imperant*] Acceperunt ſummæ poteſtates, quantum ſinguli de ſuo jure civitati remiſerunt, & ſocietas poteſtati dedit. Habuerant autem jus puniendi ſceleratos ſinguli non tantum pro ſe, ſed etiam pro alio; tamdiu quam ſui eſſent & non ſubjecti ſocietati. Id igitur etiam contulit poteſtati ſocietas, cui ſe ſubjecit, ipſum nemini.

86 *Non concupiſcendo, ſed vindicando*] Non ut ſibi acquireret, ſed ut tenerent boni & innoxii.

u Qui

3. Sic non dubitamus quin juſta ſint bella in eos qui in parentes impii ſunt, quales 87 Sogdiani † antequam eos Alexander hanc feritatem dedoceret: in eos qui (qq) hoſpites occidunt: in eos u qui humanam carnem epulantur, x a quo more abſiſtere Gallos veteres Hercules coëgit, narrante (rr) Diodoro; in eos qui piraticam exercent. Seneca: *ſi non patriam meam impugnat, ſed ſuæ gravis eſt, & ſepoſitus a mea gente ſuam exagitat,* 88 *abſcidit nihilominus illum tanta pravitas animi.* Auguſtinus: *opinantur ſcelera facienda decerni, qualia ſi aliqua terrena civitas decerneret, decreviſſetve,* 89 *genere humano decernente fuerat evertenda.* De talibus enim barbaris, & feris magis quam hominibus, dici recte poteſt quod de Perſis, 90 qui Græcis nihilo deteriores erant, perverſe dixit

† *Plutarch. de Fort. Alex.* p. 328. C. Tom. II.

*De Benef.* L. VII. c. 19

L. v. *de Civ. Dei.* c. 1.

GROTII.

u *Qui humanam carnem epulantur*] Hoc quoque Scythas Alexander dedocuit. [Vid. *Plutarch.* ibid.]

x *A quo more abſiſtere Gallos veteres Hercules coëgit*] Vide *Dionyſium Halicarnaſſenſem* narrantem ut Hercules hunc morem aliaque multa abſtulerit, in beneficiis ſuis Græcos a barbaris non diſtinguens. Romanorum non minora in genus humanum merita prædicat *Plinius* XXX, 1. *Non ſatis æſtimari poteſt quantum Romanis debeatur, qui ſuſtulere monſtra, in quibus hominem occidere religioſiſſimum erat, mandi vero etiam ſaluberrimum.* Conjunge quæ hoc ipſo capite dicentur §. XLVII. Sic Juſtinianus principibus Abaſgorum edixit ne ſubditorum pueros caſtrarent. *Procopius* meminit Gotthicorum IV. & *Zonaras* Leone Iſauro. Et Inchæ, in Peruana reges, vicinos populos, qui moniti non parerent, vi coëgere abſiſtere ab inceſtis, a marium cum maribus concubitu, a comeſtione hominum, aliiſque id genus facinoribus, atque eo modo imperium ſibi pararunt omnium quæ uſquam legimus, excepta religione, juſtiſſimum. [DIONYSIUS HALICARNASSENSIS narrat equidem, *Herculem* veteribus *Italiæ* incolis *perſuaſiſſe*, ut, loco victimarum humanarum, effigies quaſdam hominum *Saturno* offerrent: verum ibidem docet, morem illum inhumanum & ferinum manere adhuc ſuâ ætate apud *Gallos*, & alios Populos *Occidentis*. *Antiq. Rom.* Lib. I. Cap. 38. Vide & JULIUM CÆSAREM, *Comment. de Bell. Gall.* Lib. VI. Cap. 16. CICERONEM, *Orat. pro Fontejo*, Cap. 10. *J. B.*]

GRONOVII.

87 *Sogdiani*] Qui ſemiconfectos interficiebant, & eorum corporibus veſcebantur.

88 *Abſcidit nihilominus*] Inſociabilem mihi reddidit & dignum, quem pro hoſte habeam.

89 *Genere humano decernente*] *Juſtin.* 8, 2. de Phocenſium ſacrilegio, quod orbis viribus expiari debuit. Quod adponit ipſe *num.* 51.

90 *Qui Græcis nihilo deteriores erant*] Profecto erant, qui, ſi nihil aliud, tollebant omnem libertatem, feramque & immanem tyrannidem inducebant, tollebant omnem cultum ingenii & ſtudia liberalia; conſueſcebant cum ſororibus & matribus; & hoc faciebant ipſi magi, ipſi ſapientiæ profeſſores, qui & corpora non ſepeliebant, niſi a feris laniata. *Cic.* 1, Tuſc. 45.

(qq) Exemplum iſtud quod in prima Editione legitur, in aliis omnibus exciderat. Neque enim ulla fuit ratio Auctori ejiciendi: & in animo habuerat, quod de veteribus *Scythis* refertur à STRABONE, *Geogr.* Lib. VII. p. 300. OVIDIO, IV. *Triſt.* Eleg. IV. vers. 63, 64. LACTANTIO, *Inſt. Div.* Lib. I. Cap. 21. *J. B.*

(rr) Voluit dicere Auctor, *Dionyſio Halicarnaſſenſi*. In quo tamen eum eximio Hiſtorico perperam teſtimonium denuntiare, patet ex iis, quæ Notæ ipſius Auctoris ſubjecimus. *J. B.*



Digitized by Google

dixit Ariſtoteles; naturale in eos eſſe bellum; & quod Iſocrates Panathenaico dixit, juſtiſſimum eſſe bellum in belluas, proximum in homines (ſſ) belluis ſimiles.

*Inno. c. quod ſuper his: de voto Arch. Flor. 3. part. tit. q. 2. c. 5. §. 8. Sylv. in verbo Papa nu. 7. † Rel. 1. de Indis, n. 40. * Controv. ill. l. 1, c. 24.*

4. Et eatenus ſententiam ſequimur Innocentii, & aliorum qui bello ajunt peti poſſe eos y qui in naturam delinquunt: contra quam ſentiunt † Victoria, * Vaſquius, Azorius, Molina, alii, qui ad juſtitiam belli requirere videntur, ut qui ſuſcipit aut læſus ſit in ſe aut republica ſua, aut ut in eum qui bello impetitur juriſdictionem habeat. Ponunt enim illi 91 puniendi poteſtatem eſſe effectum proprium juriſdictionis civilis, cum nos eam ſentiamus venire etiam ex jure naturali, qua de re aliquid diximus libri primi initio. Et ſane ſi illorum a quibus diſſentimus admittatur ſententia, jam hoſtis in hoſtem puniendi jus non habebit, etiam poſt juſtè (tt) ſuſceptum bellum 92 ex cauſa non punitiva: quod tamen jus plerique concedunt & uſus omnium gentium confirmat, non tantum poſtquam debellatum eſt, ſed & manente bello; non ex ulla juriſdictione civili, ſed ex illo jure naturali quod & ante inſtitutas civitates fuit, & nunc etiam viget, quibus in locis homines vivunt in familias non in civitates diſtributi.

XLI. Sed cautiones hic nonnullæ adhibendæ ſunt; prima ne mores civiles, quamvis inter multos populos non ſine ratione recepti, ſumantur 93 pro jure naturæ: qualia ferme erant illa

quæ

GROTII.

y *Qui in naturam delinquunt*] Vide *Joſephum Acoſtam* de procuranda Indorum ſalute lib. II, cap. 4.

GRONOVII.

91 *Puniendi poteſtatem*] Non competere niſi in illum, in quem juriſdictio competit, quales ſunt aut ſubjecti nobis, aut qui delinquendo proprie in nos ſe nobis obligarunt.

92 *Ex cauſa non punitiva*] Ubi nullum intervenit ſcelus, quod alter bello punire inſtituit, ſed uterque videntur jus ſuum propugnare.

93 *Pro jure naturæ*] Quo in genere peccabat edictum Darii, cum Pœnos humanas hoſtias immolare, & canina veſci & cadavera comburere prohiberet, *Juſt.* 19, 1. nam primum erat ex jure naturæ; duo poſteriora mores arguebant cauſam bello non præbentes.

(ſſ) Immo *in Barbaros*] quos pro *naturâ hoſtibus* habebant *Græci*. Inſpice locum, p. 267. B. Ed. H. Steph. *J. B.*

(tt) Non potui à me impetrare, quin adderem heic vocem illam *juſtè*, quæ, quamquam in omnibus Edd. deſit, omnino excidiſſe mihi videtur, non minus quàm τὸ *injuſtè* vidimus ſupra, *Cap.* 12. §. 10. Poſtulat additamentum particula *etiam*: ex recepta enim hactenus lectione ſequeretur, ſecundum diſſidentes, bellum ſuſcipi poſſe & *ex cauſſâ punitivâ*, & *ex cauſſâ non punitivâ*; quod falſum. Deinde major eſſet dubitandi ratio, an poſt bellum ſuſceptum ex cauſſâ non punitivâ hoſtis in hoſtem puniendi jus habeat, quàm poſt bellum ſuſceptum ex cauſſâ punitivâ: cujus tamen contrarium ſupponit illud *etiam*, ut quivis videt. Debuiſſet tunc dici *ſaltem*, non *etiam*. Adde ut fecimus, *juſtè*, omnia plana ſunt: ſi enim bellum injuſtè ſuſceptum fuerit, tunc injuſtitia illa cauſſæ minus mirum efficit, quòd jus puniendi deſit. *J. B.*

2 In-

quæ Perſas a Græcis diſparabant, ad quæ recte Plutarchi illud referas: *πρόφασιν πλεονεξίας ἐμφράσαι τὸ βαρβαρικόν· barbaras gentes ad mores cultiores reducere velle obtentum eſſe quo veletur alieni cupiditas.* *Vit. Pompej. p. 656. D.*

XLII. Secunda, ne temere annumeremus a natura vetitis ea de quibus id non ſatis conſtat, & quæ 94 lege potius divinæ voluntatis interdicta ſunt, in qua claſſe forte ponere liceat z 95 innuptos concubitus, & 96 quoſdam eorum qui inceſti dicuntur, & 97 fœnus.

XLIII. 1. Tertia, ut diligenter diſtinguamus inter principia generalia, quale eſt honeſte vivendum, id eſt, ſecundum rationem, & quædam his proxima, ſed ita manifeſta ut dubitationem non admittant, quale eſt alteri ſuum non rapiendum, & inter 98 illationes quarum aliæ facilem habent cognitionem, ut poſito matrimonio a non admittendum * adulterium, aliæ vero difficiliorem, ut ultionem 99 quæ in dolore alterius acquieſcit eſſe vitioſam. Ferme idem hic evenit quod in mathematicis, ubi quædam ſunt notitiæ primæ, aut primis proximæ, quædam demonſtrationes quæ ſtatim & intelliguntur & aſſenſum obtinent, quædam veræ quidem ſed non omnibus patentes. ** L. 38. §. 4. D. ad L. Jul. de adult.*

2. Sicut ergo circa leges civiles eos excuſamus qui legum notitiam aut intellectum non habuerunt, ita & b circa naturæ leges par eſt eos excuſari quibus aut ratiocinationis imbecillitas aut prava educatio obſtant. Nam ignorantia legis ſicut, 100 inevitabilis ſi ſit, tollit peccatum; ita etiam cum aliqua negligentia conjuncta *Mat. x. 15. Luc. xii, 47. 48.*

GROTII.

z *Innuptos concubitus*] *Aſterius* Amaſeæ epiſcopus: *οἱ τοῖς τοῦ βίου τούτου νομοθέταις προσέχοντες ἀνεύθυνον καταλείπουσι τῆς πορνείας τὴν ἐξουσίαν· qui hujus tantum ſæculi leges condentibus obtemperant, impunitam relinquunt meretricii licentiam.* Adde locum *Hieronymi* ad Oceanum, productum a nobis ad caput v. §. 9.

a *Non admittendum adulterium*] Adulteria ubique puniri teſtatur *Philo* vita Joſephi, (*pag.* 533. B.) adulterium natura turpe eſſe *Ulpianus* l. Probrum 42. D. de verborum ſignificatione. *Lactantius* in Epitome: *corrumpere alienum matrimonium etiam communi gentium jure damnatur.* (Cap. 5.)

b *Circa naturæ leges par eſt eos excuſari quibus aut ratiocinationis imbecillitas aut prava educatio obſtant*] *Hieronymus* 31. adverſus Jovinianum: *unaquæque gens hoc legem naturæ putat quod didicit.* (Tom. II. pag. 75. *Edit. Baſil.*)

GRONOVII.

94 *Lege potius divinæ*] Jure divino voluntario. 1, 1. 15.

95 *Innuptos concubitus*] Conjunctiones maris & fœminæ ſine ſolennibus inter cultiores gentes receptis, quamvis alioquin innoxias. 2, 5. 15.

96 *Quoſdam eorum*] Concubitus 2, 5. 14.

97 *Fœnus*] Quod etiam vulgo contra naturam eſſe putarunt. 2, 12. 20.

98 *Illationes*] Quæ per ratiocinationem aut conſequentiam ex illis colliguntur.

99 *Quæ in dolore alterius*] Quæ nihil aliud ſpectat, quam ut reddat malum pro malo, dolorem pro dolore.

100 *Inevitabilis ſi ſit*] Si noſtra culpa non accidat.



Digitized by Google

*Nicom.* VII. *c.* 6. juncta delictum minuit. Atque ideo Ariſtoteles barbaros, qui prave educati circa talia delinquunt, iis comparat qui morbo corruptos habent appetitus. Plutarchus ait eſſe quædam *νοσήματα καὶ πάθη τῆς ψυχῆς τὰ κατὰ φύσιν ἐξιστάντα τὸν ἄνθρωπον· morbos animi qui hominem de naturali ſtatu dejiciant.*

3. Poſtremo illud addendum, quod ſemel dico ne ſæpe repetam, quæ ad pœnam exigendam ſuſcipiuntur bella ſuſpecta eſſe injuſtitiæ niſi ſcelera ſint atrociſſima & manifeſtiſſima, aut alia ſimul aliqua cauſa concurrat. De Romanis Mithridates 1 forte non extra verum ajebat: *non delicta regum illos ſed vires ac majeſtatem inſequi.* *Juſtinus* XXXVIII. *c.* 6.

XLIV. 1. Perduxit nos ordo ad delicta quæ in Deum committuntur. quæritur enim an ad ea vindicanda bellum ſuſcipi poſſit, quod late ſatis tractat Covarruvias. Sed ille alios ſecutus exiſtimat punitivam poteſtatem non eſſe ſine proprie dicta juriſdictione: quam ſententiam nos jam ante rejecimus. Unde ſequitur, ſicut in rebus eccleſiæ dicuntur epiſcopi aliquo modo *τὴν καθολικὴν πεπιστεῦσθαι*· id eſt, c 2 *univerſalis eccleſiæ curam accepiſſe*, ita & regibus, præter peculiarem ſuæ civitatis, etiam generalem pro humana ſocietate curam incumbere. Potior ratio pro ſententia negante juſta eſſe bella talia, hæc eſt, quod Deus ſufficiat vindicandis quæ in ſe committuntur, unde dici ſolet, 3 *Deorum injurias diis curæ*, & 4 *perjurium* * *ſatis Deum habere ultorem.*

* *L.* 2. *C. De rebus credit.*

2. Verum ſciendum eſt idem & de aliis delictis dici poſſe. Nam illis quoque puniendis Deus haud dubie ſufficit, & tamen ea ab hominibus recte puniuntur, nemine diſſentiente. Inſtabunt quidam & dicent, alia delicta ab hominibus puniri, quatenus homines alii inde læduntur aut periclitantur. Sed notandum contra, non

GROTII.

c *Univerſalis eccleſiæ curam accepiſſe*] Eſt id in *conſtitutionibus* præferentibus nomen *Clementis*. *Cyprianus* epiſt. XXX. *Omnes enim nos decet pro corpore totius eccleſiæ, cujus per varias quaſque provincias membra digeſta ſunt, excubare.* Et de unitate eccleſiæ: *epiſcopatus unus eſt, cujus a ſingulis in ſolidum pars tenetur.* Exempla hujus curæ univerſalis paſſim apud *Cyprianum*. illuſtre imprimis epiſtola LXVII. Adde *Chryſoſtomum* in laudibus S. Euſtathii.

GRONOVII.

1 *Forte non extra verum*] Contra *Cicero* pro Dejotaro cap. 14. *Semper regium nomen in hac civitate ſanctum fuit; ſociorum vero regum & amicorum ſanctiſſimum.* Mithridates vero ipſis illis exemplis, quæ criminandi ergo adducit, ſatis refutatur, Antiocho, Perſeo, Jugurtha & ſimilibus, qui graviſſimis, ſi quis unquam, delictis pop. Rom. odium contraxerant.

2 *Univerſalis eccleſiæ*] Non tantum vigilare debere, ne in ſuam cujuſque eccleſiam impietas aut error irrepat, ſed ubicumque illa exiſtunt, quantum in ipſis eſt, obviam ire, monere, laborare, providere, ut coërceantur.

3 *Deorum injurias*] *Tacitus* 1, annal. 73.

4 *Perjurium ſatis*] *Cicero* 2, de legib. 8. *Qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex eſto.*

d *Univ*

Digitized by Google

non tantum ab hominibus puniri delicta quæ directe alios lædant, ſed & quæ per conſequentiam, qualis 5 ſui occiſio, 6 concubitus cum beſtiis, & alia quædam.

3. Religio autem quanquam per ſe ad conciliandam Dei gratiam valet, habet tamen & ſuos in ſocietate humana effectus maximos. Neque enim immerito Plato religionem propugnaculum poteſtatis ac legum & honeſtæ diſciplinæ vinculum vocat. Plutarchus † ſimiliter *συνεκτικὸν ἁπάσης κοινωνίας καὶ νομοθεσίας ἔρεισμα*, *coagulum omnis ſocietatis & fundamentum legiſlationis.* Philoni quoque * eſt *φίλτρον ἀνυσιμώτατον καὶ δεσμὸς ἄλυτος εὐνοίας ἑρωτικῆς ἡ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ τιμή· efficaciſſimum 7 amatorium, & vinculum indiſſolubile benevolæ amicitiæ,* d *unius Dei cultus.* Contraria omnia ab impietate:

† Contr. Colot. p. 1125. E.
* De Monarch. p. 818. B.

> a *Heu prima ſcelerum cauſa mortalibus ægris,*
> e *Naturam neſcire Dei.*

a Sil. Italicus. IV. 794.

Omnis falſa, inquit Plutarchus, *b* de rebus divinis perſuaſio perniciosa, accedente animi perturbatione pernicioſiſſima. Exſtat apud Jamblichum ſententia Pythagorica: *ἡ γνῶσις τῶν θεῶν ἀρετή τε ἐστὶ καὶ σοφία καὶ εὐδαιμονία τελεία· Dei cognitio & virtus eſt, & ſapientia, & perfecta felicitas.* Hinc Chryſippus legem *c* dixit reginam divinarum humanarumque rerum, & *d* Ariſtoteli f inter curas

b De Superſtit. p. 164. E.
c L. 2. D. De Legg.
d VII. Polit. c. 8.

### GROTII.

d *Unius Dei cultus*] Idem de fortitudine: *αἴτιον τῆς ὁμονοίας τὸ ἀνώτατον καὶ μέγιστον ἡ περὶ τοῦ ἑνὸς Θεοῦ δόξα, ἀφ' ἧς οἷα πηγῆς ἑνωτικὴ καὶ ἀδιάλυτος φιλία κέχρηνται πρὸς ἀλλήλους· ſumma ac maxima concordiæ cauſa, de uno Deo ſenſus, ex quo velut fonte procedit inſolubilis & animos inter ſe vinciens amicitia,* (pag. 741. D. E.) Joſephus autem contra Appionem libro: *τὸ γὰρ μίαν μὲν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ Θεοῦ, τῷ βίῳ δὲ καὶ τοῖς ἔθεσι μηδὲν ἀλλήλων διαφέρειν, καλλίστην ἐν ἤθεσιν ἀνθρώπων συμφωνίαν ἐπιτελεῖ· eandem de Deo habere ſententiam, nihilque vita & inſtitutis inter ſe diſcrepare, pulcherrimam in animis hominum concordiam excitat.*

e *Naturam neſcire Dei*] Sic & *Joſephus* adverſus Appionem libro altero cauſas cur multæ civitates male conſtitutæ fuerint, has reddit: *τὸ μήτε τὴν ἀληθῆ τοῦ Θεοῦ φύσιν ἐξ ἀρχῆς συνιδεῖν αὐτῶν τοὺς νομοθέτας, μηθ' ὅσον καὶ λαβεῖν ἠδυνήθησαν, ἀκριβῆ γνῶσιν διορίσαντας, πρὸς τοῦτο ποιήσασθαι τὴν ἄλλην τάξιν τοῦ πολιτεύματος.* Vide & quæ ſequuntur ibidem optime, (pag. 1078.)

f *Inter curas publicas prima de rebus divinis*] Ad quarum cognitionem Imperatores vocans *Juſtinus Martyr* addit: *βασιλικὸν ἂν καὶ τοῦτο ἔργον εἴη· erit hoc opus ſane regium.* Adde quæ habet *Covarruvias* in c. peccatum, Part. 2. §. 10.

### GRONOVII.

5 *Sui occiſio*] Qua læditur reſpublica, cui eripitur civis.

6 *Concubitus cum beſtiis*] Contumelioſus & injurius in omne genus humanum; de quo licet dicere, quod *Ovidius* ad amicam, quæ abortivum ſumpſerat. 2, el. 14. *Si mos antiquis placuiſſet patribus idem, Gens hominum vitio deperitura fuit.*

7 *Amatorium*] Philtrum, medicamentum, quo amor conciliari creditur. *Seneca* ep. 19. *Ego tibi monſtrabo amatorium ſine medicamento, ſine herba, ſine ullius maleſica carmine, ut ameris, ama.*

g Ju-

curas publicas prima de rebus divinis, & Romanis jurisprudentia * divinarum humanarumque rerum notitia. Philoni † ars regia *πραγμάτων ἰδιωτικῶν καὶ δημοσίων καὶ ἱερῶν ἐπιμέλεια· rerum privatarum, publicarum, & ſacrarum curatio.*

4. Hæc vero omnia non tantum in una aliqua civitate conſideranda ſunt, ut cum apud Xenophontem *a* Cyrus ait ſubditos hoc ſibi addictiores fore, quo Dei eſſent metuentiores, ſed & in communi ſocietate generis humani. *Pietate ſublata*, inquit Cicero, *b fides etiam & ſocietas humani generis, & una excellentiſſima virtus juſtitia tollitur.* Idem alibi: *c juſtitiam adfert, cum cognitum habeas quod ſit ſummi rectoris & domini numen, quod conſilium, quæ voluntas.* Atque hujus rei evidens argumentum eſt, quod Epicurus cum divinam 8 providentiam ſuſtuliſſet, g juſtitiæ quoque nihil reliquit niſi nomen inane, ut quam naſci diceret 9 ex ſola conventione, neque durare ulterius quam communis duraret utilitas, abſtinendum autem ab his quæ alteri nocitura eſſent ſolo pœnæ metu. Verba ipſius ad hanc rem ſane inſignia exſtant apud Diogenem *d* Laërtium.

5. Vidit hunc nexum & Ariſtoteles, qui v. de repub. cap. XI. ſic ait de rege: *ἧττον φοβοῦνται τὸ παθεῖν τι παράνομον ὑπὸ τῶν τοιούτων, ἐὰν δεισιδαίμονα νομίζωσιν εἶναι τὸν ἄρχοντα· minus enim populus timebit injuſte tractari a principe quem religioſum credat.* Et Galenus libro IX. de placitis Hippocratis & Platonis, cum multa de mundo divinaque natura quæri dixiſſet, 10 nullo ad mores uſu, quæſtionem de providentia agnoſcit uſus eſſe maximi tum ad privatas tum ad publicas virtutes. Vidit hoc & Homerus, qui Odyſſeæ *e* ſexto & *f* nono hominibus *ὑβρισταῖς καὶ ἀγρίοις, feris & injuſtis*, opponit eos quibus *νόος ἐςὶ θεουδὴς, mens religioſa.* Sic Judæorum veterum h juſtitiam religione permixtam laudat ex Trogo *g* Juſtinus; ſicut eoſdem Judæos Strabo *h δικαιοπραγοῦντας καὶ εὐσεβεῖς ὡς ἀληθῶς ὄντας.* Lactantius: *i ſi ergo pietas eſt cognoſcere Deum, cujus cognitionis hac ſumma eſt ut eum colas, ignorat utique juſtitiam, qui religionem Dei non tenet. Quomodo enim poteſt*

* L. 10. §. 2. D. De Juſt. & Jure.
† De creat. magiſtr. p. 723. B.
a Cyri inſtit. lib. VIII. c. 1.
b Lib. 1. de Nat. Deor. c. 2.
c De fin. IV. c. 5.
d Lib. X. §. 150, 151. Ed. Amſt.
e Vers. 120. & ſeqq.
f Vers. 576.
g Lib. 36. c. 2.
h Geograph. Lib. XVI. p. 761.
i Inſt. Div. L. V. c. 14.

GROTII.

g *Juſtitia quoque nihil reliquit niſi nomen inane*] *Seneca* epiſt. XCVII. *Illic diſſentiamus cum Epicuro, ubi dicit nihil juſtum eſſe natura, & crimina vitanda eſſe, quia vitari metus non poſſit.*

h *Juſtitiam religione permixtam*] Philo vita Abrahami: *τῆς αὐτῆς φύσεώς ἐςιν εὐσεβῆ τε εἶναι καὶ φιλάνθρωπον, καὶ περὶ τὸν αὐτὸν ἑκάτερον ὁσιότης μὲν πρὸς θεὸν, δικαιοσύνη δὲ πρὸς ἄνθρωπον θεωρεῖται· ejuſdem eſt natura religioſum eſſe & hominum amantem: apud eundem ſpectantur pietas in Deum, & in homines juſtitia*, (pag. 378. D.)

GRONOVII.

8 *Providentiam ſuſtuliſſet*] Quia ſtatuebat Deum nullam rerum humanarum curam agere.

9 *Ex ſola conventione*] Ex pactione coëuntium in civitatem.

10 *Nullo ad mores uſu*] Quæ ingenia tantum curioſa oblectarent; nihil autem juvarent vitam civilem.

i Ar-

Digitized by Google

*poteſt eam noſſe qui unde oriatur ignorat?* Idem alibi: * *religioni eſt propria juſtitia.* * *De Ira Dei, c. 7.*

6. Jam vero majorem etiam uſum habet religio in 11 majori illa quam in civili ſocietate, quia in civili partem ejus ſupplent leges & facilis legum exſecutio: cum contra in magna illa communitate juris exſecutio ſit difficillima, ut quæ niſi armis expleri nequeat, & leges pauciſſimæ: quæ ipſæ inſuper ſanctimoniam ſuam habent præcipue 12 a metu numinis; unde qui in jus gentium peccant, divinum jus violare paſſim dicuntur. Non male ergo religionem contaminatam ad omnium pertinere injuriam dixere Imperatores. *L. 4. C. de hæreticis.*

XLV 1. Ut rem totam penitius introſpiciamus, notandum eſt, religionem veram, quæ 13 omnium ætatum communis eſt, quatuor præcipue 14 pronuntiatis niti; quorum primum eſt, Deum eſſe, & eſſe unum: ſecundum, Deum nihil eſſe eorum quæ videntur, ſed his aliquid ſublimius: tertium, a Deo curari res humanas, & æquiſſimis arbitriis dijudicari: quartum, eundem Deum opificem eſſe rerum omnium extra ſe. Hæc quatuor totidem decalogi præceptis explicantur.

2. Nam primo aperte traditur Dei unitas: ſecundo natura ejus inconſpicua: nam propter eam imago ejus exſtrui vetatur Deut. IV, 12. Quomodo & i Antiſthenes dicebat: ὀφθαλμοῖς οὐχ ὁρᾶται, οὐδενὶ ἔοικεν, διόπερ αὐτὸν οὐδεὶς ἐκμαθεῖν ἐξ εἰκόνος δύναται· *oculis non conſpicitur, rei nulli eſt ſimilis, unde nec quiſquam eum poteſt ex effigie cognoſcere.* k Philo autem: τὸν ἀόρατον εἰκονογραφεῖν ἢ διαπλάσσειν οὐχ ὅσιον· *profanum eſt ejus qui inconſpicuus eſt pingendo aut fingendo imaginem exhibere.* Diodorus Siculus de Moſe: ἄγαλμα οὐ κατεσκεύασε διὰ τὸ μὴ νομίζειν ἀνθρωπόμορφον εἶναι τὸν Θεόν· l *ſimulacrum non conſtituit, eo quod Deum non crederet humana forma eſſe.* *Excerpt. è lib. XL.* Tacitus: *Judæi mente ſola unumque numen intelligunt: profanos qui Deûm imagines mortalibus materiis in ſpeciem hominum effingunt.* *Hiſt. v. 5.*

GROTII.

i *Antiſthenes*] Laudatus *Clementi Alexandrino.* Ex illo videtur hoc promiſiſſe *Seneca* lib. VII, c. 30. naturalium quæſtionum: *ipſe qui ea tractat, qui condidit, qui totum hoc fundavit, deditque circa ſe, majorque eſt pars operis ſui ac melior, effugit oculos, cogitatione viſendus eſt.*

k *Philo autem*] Dicit hæc apud *Philonem* rex Agrippa, (*pag.* 1034.)

l *Simulacrum non conſtituit*] *Dion* libro XXXVI. (*pag.* 41. E. *Ed. H. Steph.*) οὐδ' ἄγαλμα οὐδὲν ἐν αὐτοῖς ποτὲ τοῖς Ἱεροσολύμοις ἔσχον· ἄρρητον δὲ καὶ ἀειδῆ αὐτὸν νομίζοντες εἶναι, &c. *nec ullum Hieroſolymis ſimulacrum habebant, quod Deum crederent neque conſpici, neque verbis explicari poſſe.* Vide & Strabonem libro XVI. (pag. 761.)

GRONOVII.

11 *Majori illa*] Omnium hominum inter ſeſe.

12 *A metu numinis*] Propter jusjurandum, quo ſolent ſanciri fœdera.

13 *Omnium ætatum*] Ante Moſen, Moſaicæ, & Chriſti.

14 *Pronuntiatis*] Principiis, fundamentis. Infra *notiones* & *notitias* vocat.

m *Nemo*]

Digitized by Google

*gunt.* Plutarchus vero cur m Numa de templis ſimulachra ſuſtu-
Pag. 65. B. vit. Num. lerit cauſam hanc reddit: *ὡς οὐκ ἐφάπτεσθαι Θεοῦ δυνατὸν ἄλλως ἢ νοήσει· quod Deus concipi niſi ſola mente non poſſit.* Tertio præcepto intelligitur cognitio & cura rerum humanarum, etiam cogitationum: nam id jurisjurandi fundamentum eſt. Deus enim teſtis etiam cordis, & ſi quis fallat vindex invocatur; quo ipſo ſimul & juſtitia Dei ſignificatur & potentia. Quarto, origo mundi totius auctore Deo, n in cujus rei memoriam inſtitutum fuit olim ſabbatum, 15 & quidem ſingulari quadam ſanctimonia ſupra ritus alios. Nam ſi quis in alios ritus peccaſſet, pœna legis erat arbitraria, ut de cibis vetitis; ſi in hunc, pœna capitis: quia 16 ſabbati violatio ex inſtituto continebat abnegationem mundi a Deo creati. Mundus autem a Deo creatus & bonitatem ejus & ſapientiam & æternitatem & potentiam tacite indicat.

3. Ex his autem 17 notionibus contemplativis ſequuntur 18 activæ, ut Deum honorandum, amandum, colendum, eique ob-
Top. I, II. temperandum. Itaque Ariſtoteles eum qui Deum honorandum aut parentes amandos neget, non argumentis ſed pœna edoman-
* Ibid. dum dixit. Et 18 alibi * alia quædam eſſe honeſta, Deum honore
L. II. c. II. proſequi ubique. Iſtarum autem quas contemplativas diximus notionum veritas haud dubie etiam petitis ex rerum natura argumentis demonſtrari poteſt, inter quæ illud validiſſimum eſt, quod res aliquas eſſe factas oſtendat ſenſus, res autem factæ omnino nos

### GROTII.

m *Numa* ] De hoc Numæ inſtituto vide & *Dionyſium Halicarnaſſenſem.* [Nihil habet hac de re eximius ille Antiquitatum Romanarum Scriptor. Habet Auctor noſter CYRILLO, *contra Julian.* Lib. VI. p. 193. *Edit. Spanhem.* ſed qui videtur ex errore *Dionyſium Halicarnaſſenſem* pro alio laudaſſe: nam putat *Numam* è *Philoſophia Pythagorica* hoc inſtitutum hauſiſſe; quum *Dionyſius Halicarnaſſenſis*, Lib. II. Cap. 59. oſtendat, *Pythagoram* quatuor ætatibus poſt *Numam* vixiſſe, adeoque hunc illius diſcipulum eſſe non potuiſſe. *J. B.*]

n *In cujus rei memoriam inſtitutum fuit olim ſabbatum* ] Scriptor reſponſorum ad orthodoxos, ad quæſtionem LXIX. *ἵνα οὖν φυλαχθῇ ἡ μνήμη τῆς τοῦ κόσμου ποιήσεως ἐν τοῖς ἀνθρώποις, διὰ τοῦτο τιμιώτερον τῶν ἄλλων εὑρίσκειν ἔταξε τὸν ἑπτὰ ἀριθμὸν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ· ut ergo memoria mundi conditi inter homines ſervaretur, ideo voluit Deus ſeptenarium numerum in ſacris literis eminere cæteris honoratiorem.* Vide & quæ præcedunt.

### GRONOVII.

15 *Et quidem ſingulari* ] Ut ad id obſervandum majori neceſſitate conſtringerentur Hebræi, quam ad alia multa religionis officia.

16 *Sabbati violatio* ] Quippe quod eſſet introductum in memoriam Dei quieſcentis ab opere creationis.

17 *Notionibus contemplativis* ] Sententiis & effatis, quæ opinionem & exiſtimationem de natura & majeſtate Dei rectam inculcant.

18 *Activa* ] Quæ opus nobis indicunt atque imperant.

19 *Alibi alia quædam* ] Apud quoſdam honeſta & ſine vitio haberi, quæ ſint alibi turpia: ut apud Perſas ſputum vel lotium in mare aut amnem mittere. Videnda præfatio *Cornelii Nepotis.*

o *Qua*

Digitized by Google

nos 20 ad aliquid non factum deducant. Sed quia hanc rationem & ſimiles alias non omnes capiunt, ſufficit quod ab omni ævo per omnes terras pauciſſimis exceptis, in has notiones conſenſerunt & hi qui 21 craſſiores erant quam ut vellent fallere, & alii ſapientiores quam ut 22 fallerentur: o quæ conſenſio in tanta & legum & opinionum aliarum varietate ſatis oſtendit traditionem a primis hominibus ad nos propagatam, ac nunquam ſolide refutatam, quod vel ſolum ad fidem faciendam ſatis eſt.

4. Conjunxit ea quæ memorata nobis jam ſunt de Deo Dion Pruſæenſis, cum dixit ὑπόληψιν, id eſt, perſuaſionem de Deo, aliam eſſe nobis cognatam, 23 ex argumentis ſcilicet petitam, aliam ἐπίκτητον acquiſitam ex traditione. Plutarchus eandem vocat παλαιὰν πίστιν, ἧς οὐκ ἔστιν εἰπεῖν οὐδ' ἀνευρεῖν τεκμήριον ἐναργέστερον, ἕδραν καὶ βάσιν ὑφεστῶσαν κοινὴν πρὸς εὐσέβειαν· *antiquam perſuaſionem, qua nullum haberi poſſit aut dici argumentum certius, fundamentum in commune pietati poſitum.* Ariſtoteles: πάντες ἄνθρωποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν. Idem ſenſus apud Platonem * de legibus decimo. *In Amator. P. 756. B.* *De cœlo. L. 1. c. 3.* *Pag. 887. D. E. Tom. II. Ed. H. Steph.*

XLVI. 1. Quare non vacant culpa qui, 24 etiamſi hebetioris ſint ingenii quam ut certa ad illas notiones argumenta aut reperire

G R O T I I.

o *Quæ conſenſio*] *Tertullianus* adverſus Marcionem: *anima a primordio conſcientia Dei dos eſt.* (Lib. I. c. 10) φυσικὴ εὐλάβεια, *pietas naturalis*, Diodoro Siculo in fragmentis, (è *Lib.* XXIII. Eclog. II.) *Philo* de unius imperio: οὐδὲν τεχνικῶν ἔργων αὐτοματίζεται. τεχνικώτατος δὲ ὁ κόσμος, ὡς ὑπό τινος τὴν ἐπιστήμην ἀγαθοῦ καὶ τελειοτάτου πάντως δεδημιουργῆσθαι. τοῦτον τὸν τρόπον ἔννοιαν ἐλάβομεν ὑπάρξεως Θεοῦ. *nihil artem præferens caſu oritur. Maximam autem artem mundus præfert, teſtaturque a ſumme perito ſummeque perfecto ſe fabricatum. Notitia, qua Deum eſſe credimus, hinc ortum habet.* *Tertullianus* adverſus Marcionem 1. (*Cap.* 18.) *Nos defendimus Deum primum natura cognoſcendum, deinde doctrina recognoſcendum: natura ex operibus: doctrina ex prædicationibus.* *Cyprianus* de idolorum vanitate, (*Cap.* 5. num. 9. *Ed. Cellar.*) *hæc eſt ſumma delicti, nolle agnoſcere quem ignorare non poſſis.* *Julianus* ad Heraclium: πάντες ἀδιδάκτως εἶναι θεῖόν τι πεπείσμεθα, καὶ πρὸς τοῦτον ἀφορᾷν ἐπ' αὐτό τε οἶμαι σπεύδειν. οὕτω διατιθέμενοι τὰς ψυχὰς πρὸς αὐτὸ, ὥσπερ οἶμαι πρὸς τὸ φῶς τὰ βλέποντα. *omnes ante doctrinam numen aliquod eſſe perſuaſi ſumus, eò reſpiciendum, ad eum properandum: credoque ſic animos noſtros ſe habere ad Deum, ut viſu prædita ad Lucem.* (Orat. VII. p. 209. C. *Ed. Spanhem.*)

G R O N O V I I.

20 *Ad aliquid non factum*] Quia non datur progreſſus in infinitum, oportet eſſe aliquam cauſam ſine cauſa.

21 *Craſſiores*] Non tam celeris atque acuti ingenii ut eos credi poſſit ementitos eſſe, quæ minoribus tradiderunt tanquam a majoribus accepta.

22 *Fallerentur*] Paterentur ſe decipi & illudi ab illis, quos ſuſpicari poterant ea commentos eſſe.

23 *Ex argumentis*] Quæ cuivis ratione utenti ſunt in promptu.

24 *Etiamſi hebetioris*] Quod alioqui eos videtur excuſare *num.* 31. Peccant enim arrogantia & nimia fiducia ſui, dum ſpreto & majorum & omnium aliorum judicio, putant ſibi non credendum, quod mathematica demonſtratione ſibi probare nequeunt.

p Et

rire poſſint; aut comprehendere, eas repudiant, cum & ad honeſtum ſint duces, & diverſa ſententia nullis argumentis nitatur. Sed quia de pœnis & quidem humanis agimus, diſcrimen hic adhibendum eſt inter notiones ipſas, & inter [25] modum ab iis diſcedendi. Hæ notiones, numen aliquod eſſe (unum an plura ſepono) & curari ab eo res hominum, maxime ſunt univerſales, & ad religionem, ſive veram, ſive falſam, conſtituendam omnino neceſſariæ. τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ, (id eſt, *qui*
Hebr. XI, 6. *religionem habeat:* nam religio Hebræis acceſſus ad Deum vocatur) πιστεῦσαι δεῖ ὅτι ἐστὶ, καὶ τοῖς ἐκζητοῦσιν αὐτὸν μισθαποδότης γίνεται· *eum credere oportet & eſſe Deum, & ab eo præmia dari ſe colentibus.*

De nat. Deor. I. c. 2. 2 Similiter Cicero: *Sunt philoſophi, & fuerunt, qui nullam habere cenſerent humanarum rerum procurationem Deos, quorum ſi vera ſententia eſt, quæ poteſt eſſe pietas, quæ ſanctitas, quæ religio? hæc enim omnia pure ac caſte tribuenda Deorum ita numini ſunt, ſi animadvertuntur ab his, & ſi eſt aliquid a Diis immortalibus humano generi tributum.* Epictetus:
Enchir. c. 28. τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἴσθι ὅτι τὸ κυριώτατον ἐκεῖνό ἐστιν, ὀρθὰς ὑπολήψεις περὶ αὐτῶν ἔχειν, ὡς ὄντων καὶ διοικούντων τὰ ὅλα καλῶς καὶ δικαίως· *Pietatis hoc præcipuum, bene ſentire de Diis, ut qui & ſint & res omnes juſte ac recte adminiſtrent.*
Lib. II. c. 31. Ælianus ait, barbarorum neminem delapſum ad ἀθεότητα, ſed ab omnibus affirmari [p] & eſſe numen, & noſtri curam gerere. Plutarchus, libro de communibus notitiis, ait eam quæ de Deo eſt
Pag. 1075. E. notitiam tolli, ſublata providentia: οὐ γὰρ ἀθάνατον καὶ μακάριον μόνον, ἀλλὰ καὶ φιλάνθρωπον καὶ κηδεμονικὸν καὶ ὠφέλιμον, προλαμβάνεσθαι καὶ νοεῖσθαι τὸν θεόν· *non enim immortalem tantum & beatum, ſed & hominum amantem, ita ut & curet eos & proſit ipſis,*
De Ira Dei, c. 6. *concipi atque intelligi Deum.* Lactantius: *neque honor ullus deberi poteſt Deo ſi nihil præſtat colenti, nec ullus metus ſi non iraſcitur non colenti.* Et revera negare Deum eſſe, aut negare a Deo curari actiones humanas, ſi [26] moralem effectum reſpicimus, tantundem valet.

3. Quare ipſa quaſi neceſſitate auctore hæ duæ notiones [q] apud

GROTII.

p *Et eſſe numen, & noſtri curam gerere*] *Seneca* epiſtola XCV. *Primus eſt deorum cultus, deos credere: deinde, reddere illis majeſtatem ſuam, reddere bonitatem, ſine qua nulla majeſtas eſt.*

GRONOVII.

25 *Modum ab iis diſcedendi*] Quatenus progrediantur, qui vel omnes vel aliquas harum notionum negant aut in dubium vocant.

26 *Moralem effectum*] Si conſideremus quid ex utraque ſententia in moribus & vita ſequatur: nempe ut nullo metu Dei, ſive quod non ſit, ſive quod non curet res humanas, in ſcelera & flagitia ſint audaciores.

q *Apud*

Digitized by Google

q apud omnes ferme quos novimus populos, per tot jam ſæcula, conſervatæ ſunt. Hinc Pomponius * erga Deum religionem juri aſſcribit gentium: & apud Xenophontem, † Socrates τὺς θεὺς σέβειν, *Deos colere legem eſſe* ait, quæ apud omnes homines valeat: quod & Cicero tum de natura Deorum libro *a* primo, tum ſecundo de inventione *b* affirmat. Dion Pruſæenſis oratione XLI. vocat δόξαν καὶ ἐπίνοιαν κοινὴ τῦ ξύμπαντος ἀνθρωπίνυ γένυς, ὁμοίως μὲν Ἑλλήνων, ὁμοίως δὲ βαρβάρων ἀναγκαίαν καὶ ἔμφυτον ἐν παντὶ τῷ λογικῷ γινομένην κατὰ φύσιν· *perſuaſionem quæ inſit hominibus communiter omnibus, non minus barbaris quam Græcis, neceſſariam ac naturalem cunctis ratione utentibus.* Et paulo poſt: πάνυ ἰσχυρὰν καὶ ἀΐδιον ἐκ τῦ παντὸς χρόνυ καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἀρξαμένην τε καὶ διαμένυσαν· *perſuaſionem valde robuſtam ac ſempiternam apud omnes gentes & cœptam & permanentem.* Xenophon in convivio *c* & Græcos & barbaros ita ait exiſtimare, nota eſſe Diis & præſentia & futura.

* L. 2. D. de Juſt. & jure.
† Memorab. IV. 4. num. 19. Ed. Oxon.
a Cap. 16.
b Cap. 22.
c Cap. 4. §. 47.

4. Has igitur notitias qui primi incipiunt tollere, ſicut in bene conſtitutis civitatibus coerceri ſolent, ut 27 Diagoræ Melio accidiſſe legimus, & Epicureis qui ex bene moratis urbibus ejecti ſunt, r ita & coërceri poſſe arbitror nomine humanæ ſocietatis, quam ſine ratione probabili violant. Himerius Sophiſta actione *d* in Epicurum: δόγματος ὖν ἀπαιτεῖς δίκας; ὐκ, ἀλλ' ἀσεβείας· δογματίζειν μὲν γὰρ ἐξὸν, ἀσεβεῖν δὲ ὐκ ἐπιτέτραπται· *placiti igitur pœnam exigis? neutiquam, ſed impietatis; placita tradere permittitur, non & pietatem oppugnare.*

d Apud Photium.

XLVII. 1. Cæteræ notiones non æque ſunt evidentes, ut Deos plures uno non eſſe: nihil eorum quæ videmus Deum eſſe, 28 non mundum, non cœlum, non ſolem, non aërem: mundum non eſſe ab omni æternitate, ac ne ejus quidem materiam, ſed a Deo facta. Itaque harum cognitionem temporum lapſu apud multos populos 29 obliteratam, & quaſi extinctam videmus; eoque facilius quia leges hanc partem minus curabant, ut ſine qua 30 aliqua ſaltem conſiſtere religio poſſet. 2. Ipſa

GROTII.

q *Apud omnes ferme quos novimus populos*] *Seneca* epiſt. CXVII. *Tanquam Deos eſſe inter alia ſic colligimus, quod omnibus de Diis opinio inſita eſt: nec ulla gens uſquam eſt adeo extra leges moreſque projecta, ut non aliquos deos credat.* Idem de Beneficiis IV, 4. *nec in hunc furorem omnes mortales conſenſiſſent alloquendi ſurda numina & inefficaces Deos, &c.* Adde *Platonem* Protagora, (*pag.* 322. Tom. I.) & decimo de legibus, (*pag.* 887. D. E. Tom. II.) & pulchra quæ habet *Jamblichus* poſt principium de myſteriis Ægyptiorum, ubi Deum noſſe ita homini ait proprium, ut hinnitum equo.

r *Ita & coërceri poſſe arbitror nomine humanæ ſocietatis*] Moxus Lydus Crambi urbis inhabitatores obſidione captos merſit omnes οἷοι ἄθεοι, ut qui Deum nullum noſſent, colerentve. *Nicolaus Damaſcenus* in excerptis Peireſcianis, (*pag.* 445.)

GRONOVII.

27 *Diagora Melio*] *Cicero* 1. de Natura Deor. 42. & ejuſdem operis 3, 37.

28 *Non mundum*] Quem tamen Deum eſſe argutiis quibuſdam & Zeno colligebat. *Cic.* 2, de Nat. Deor. 8.

29 *Obliteratam & extinctam*] Quum ſine dubio primi homines & ab Adamo & a Noacho eas acceperint.

30 *Aliqua ſaltem*] Qualem notum eſt penes omnes fere paganos publice fuiſſe.

2. Ipſa lex Dei illi populo data quem Prophetæ & prodigia partim conſpecta, partim non dubitandæ auctoritatis fama ad ipſos perlata, cognitione harum rerum nec obſcura nec incerta imbuerant, quanquam falſorum Deorum cultus maxime deteſtatur, non tamen omnes ejus culpæ convictos morte punit; ſed eos demum 31 quorum facta circumſtantiam habent ſingularem, ut eum qui princeps alios ſeduxerit. Deut. XIII, 1, 6. civitatem quæ incepit colere Deos ante ignotos, Deut. XIII, 12, 13. eum qui aſtra colit, ut legem totam, ac proinde Dei veri cultum deſerat, Deut. XVII, 2. (quod Paulo eſt λατρεύειν τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα, ſ *opificio ſervire, non opifici*: nam παρὰ ibi & alibi ſæpe vim habet excluſivam) quæ res etiam apud 32 Eſavi poſteros aliquo tempore pœnis fuit ſubdita, ut videre eſt Jobi XXXI, 26. 27. eum quoque qui liberos Molocho, id eſt, Saturno dederit, Lev. XX, 2.

*Roman.* 1, 25.

3. Cananæos vero & vicinos illis populos pridem delapſos ad pravas ſuperſtitiones non ſtatim Deus puniendos judicavit, ſed tum demum cum hanc culpam magnis ſceleribus cumulaſſent, Gen. XV, 16. Sic & in aliis populis diſſimulavit ignorantiæ tempora circa falſorum numinum cultus, Actor. XVII, 30. Nimirum recte a Philone * dictum eſt, religionem ſuam cuique videri optimam, ut 33 quæ plerumque non ratione ſed affectu dijudicetur: unde non longe abit dictum Ciceronis, † nemini ullam diſciplinam philoſophiæ probari, præter eam quam ipſe ſequatur. Addit, pleroſque 34 teneri adſtrictos antequam quid eſſet optimum judicare poſſent.

* *Leg. ad Cajum.* p. 1031. B.
† *Acad.* IV. c. 3.

4. Sicut autem excuſabiles ſunt & ab hominibus certe non puniendi, qui cum legem a Deo proditam nullam acceperint, aut aſtro-

GROTII.

ſ *Opificio ſervire, non opifici*] *Philo* ad decalogum de talibus: εἰσὶ δ᾽ οἳ καὶ προσυπερβάλλουσιν ἀσεβείᾳ, μηδὲν τῶν ἴσων μεταδιδόντες, ἀλλὰ τοῖς μὲν τὰ πάντα τῶν ἐπὶ τιμῇ χαριζόμενοι, τῷ δ᾽ οὐδὲν νέμοντες, ἀλλ᾽ οὐδὲ μνήμης τὸ κοινότατον ἀξιοῦντες· ἐπιλήθονται γὰρ οὗ μόνον προσῆκον ἦν μεμνῆσθαι, ἐπιτηδεύοντες οἱ βαρυδαίμονες ἑκούσιον λήθην, &c. *ſunt autem alii quorum ulterius impietas procedit, qui ne paria quidem Deo & operibus ejus tribuant, ſed quicquid honoris excogitari poteſt his exhibent, illud communiſſimum bonum nulla memoratione dignantes, id præterennt quod ſolum meminiſſe debuerant, ſponte miſeri ſibi accerſentes quæſitam oblivionem,* (pag. 753. A. B. *Ed. Paris.*) Sic locum Deuteronomii interpretatur *Maimonides* Directore III, 41.

GRONOVII.

31 *Quorum facta*] Quorum error in religione gravius aliquid & deteſtabile ſecum traheret.

32 *Eſavi poſteros*] Videtur cenſuiſſe Jobum eſſe illum *Jobabum*, qui nominatur inter reges Edomitarum, *Geneſ.* 36, 33. & 34. Adde *Voſſ.* de idolol. 2, 3.

33 *Quæ plerumque*] In qua æſtimanda pars maxima non ſequitur, id quod rectiſſimum eſt, ſed quo adſuevit, quod imbibit & cœpit adamare.

34 *Teneri adſtrictos*] Implicitos errori.

t Ne

aſtrorum, aut aliarum rerum naturalium virtutes, aut ſpiritus, ſive in imaginibus, ſive in animantibus, ſive in rebus aliis colunt, aut etiam animas eorum qui virtute & 35 beneficiis in humanum genus excelluerunt, aut 36 mentes quaſdam incorporeas, præſertim ſi nec ipſi tales cultus commenti fuerint, t nec ſummi Dei cultum ideo deſerant: ita impiis magis quam errantibus annumerandi ſunt, qui aut cacodæmonas quos tales eſſe norunt, aut 37 vitiorum nomina, aut homines quorum vita fuit flagitiis plena, divinis honoribus colere inſtituunt.

5. Nec minus illi qui deos colunt hominum innocentum ſanguine, a quo more quod Carthaginienſes abſtinere coëgerit laudatur u Darius * Perſarum rex, & Gelo † Syracuſarum tyrannus. Narrat & Plutarchus, a barbaros quoſdam, qui humanis victimis deos colebant, pœnas daturos Romanis fuiſſe: ſed cum antiquitate moris ſe excuſarent, nihil mali paſſos: 38 vetitos tantum nequid in poſterum tale facerent.

* *Juſt. l. XIX. c. 1.*
† *Plutarch. apophth.* p. 175. A. & *de ſera num. vind.* pag. 552. A.
a *Quæſt. Rom.* 83.

XLVIII. 1. Quid de illis armis dicemus quæ inferuntur populis aliquibus, eam ob cauſam quod illi Chriſtianam religionem ſibi propoſitam amplecti nolunt? Non jam quæram an 39 talis proponatur qualis debet, & quomodo debet. Demus ita fieri: duo notanda dicimus. Prius eſt veritatem Chriſtianæ religionis, quatenus ſcilicet 40 naturali ac primævæ religioni non pauca ſuperaddit, argumentis mere naturalibus perſuaderi non poſſe, ſed niti hiſtoria tum reſurrectionis Chriſti, tum miraculorum ab ipſo & Apoſtolis editorum: quæ res eſt facti, olim quidem irrefragabilibus teſtimoniis probata, ſed olim, ita ut & hæc quæſtio facti ſit, & jam perantiqui. Quo magis fit, ut doctrina hæc ab his qui nunc primum eam audiunt penitus in animum admitti nequeat, niſi 41 ſecretis Dei auxiliis accedentibus, quæ ſicut quibus dantur

GROTII.

t *Nec ſummi Dei cultum ideo deſerant*] Sic victimas ab Ægypti regibus, ab Auguſto, a Tiberio in templum admiſere Judæi. Docent id & *Joſephus* & *Philo*, [*de Legat. ad Caj.* p. 1036. C. Verum illi Reges & Principes non propterea Deum *Judæorum*, ut unicum & ſummum, adgnoſcebant; eadem ſacra cuivis alii Numini oblaturi. *J. B.*]

u *Darius*] Hyſtaſpis filius, Xerxis pater. Confer quæ ſupra §. XLI.

GRONOVII.

35 *Beneficiis in humanum*] *Cic.* 2. de Legib. 8. *Ollos quos endo cælum merita vocaverunt, Herculem, Liberum, Æſculapium, Pollucem, Quirinum.*

36 *Mentes quaſdam*] Angelos, genios.

37 *Vitiorum nomina*] Ut Dicæarchus Philippi præfectus, qui miſſus a rege ad Cycladas inſulas ſubigendas in portu duas aras poſuit, alteram Ἀσεβείας, alteram Παρανομίας. *Polyb.* lib. 17. p. 772.

38 *Vetitos*] Ut Druidæ a Claudio, *Sueton.* 25.

39 *Talis proponatur*] Pura & ſincera nec ſuperſtitionibus pravis polluta.

40 *Naturali ac primæva*] Notionibus illis quas *num.* 45. enarravit.

41 *Secretis Dei auxiliis*] Inſtinctu Spiritûs Sancti.

 x *Ne-*

dantur non dantur 42 in operis alicujus mercedem, ita ſi quibus negantur aut minus large conceduntur, id fit ob cauſas non iniquas illas quidem ſed plerumque 43 nobis incognitas, ac proinde humano judicio non punibiles. Huc reſpicit canon concilii Toletani: *Præcipit ſancta ſynodus*, x *nemini deinceps ad credendum vim inferre. Cui enim vult Deus miſeretur, & quem vult indurat.* Mos enim eſt ſacrorum librorum, y quarum rerum cauſæ nos latent, eis cauſam aſſignare divinam voluntatem.

*Cap. 5. de Judæis. diſt. 45.*

2. Alterum hoc eſt, z Chriſto novæ legis auctori omnino hoc placuiſſe, ut ad legem ſuam recipiendam nemo hujus vitæ pœnis, aut earum metu pertraheretur, Rom. VIII, 15. Hebr. II, 15. Joan. VI, 67. Luc. IX, 55. Matth. XIII, 29. quo ſenſu veriſſimum illud Tertulliani: 44 *Lex nova non ſe vindicat* (uu) *ultore gladio.* In 45 libro antiquo cui nomen conſtitutiones Clementis de Chriſto dicitur: *τὸ αὐτεξούσιον τῶν ἀνθρώπων ἀφῆκεν ἐλεύθερον, οὐ προσκαίρῳ θανάτῳ δικάζων, ἀλλ' ἐν ἑτέρῳ καταστάσει λογοθετῶν αὐτό· liberam reliquit hominibus arbitrii poteſtatem, non morte temporali eos puniens, ſed in altero ſæculo ad reddendam rationem vocans.* a Athanaſius: *Dominus non cogens, ſed libertatem ſuam voluntati permittens, dicebat quidem vulgo omnibus: Si quis vult venire poſt me: Apoſtolis vero:* b *nunquid & vos abire vultis?* Chryſoſtomus ad eundem

## GROTII.

x *Nemini deinceps ad credendum vim inferre*] Joſephus ita cenſet *δεῖν ἕκαστον κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προαίρεσιν θεὸν εὐσεβεῖν, ἀλλὰ μὴ μετὰ βίας· debere quemque libero animi propoſito Deum colere, non vi coactum.* (In Vit. ſua, p. 1007. C.)

y *Quarum rerum cauſa nos latent eis cauſam aſſignare divinam voluntatem*] *Servius* ad initium III. Æneidos, (*verſ.* 2.) *Quotieſcunque ratio vel judicium non apparet, ſic viſum interponitur.* Sic & Donatus ad actum V. ſcena II. Eunuchi, (*verſ.* 36.) Atque in eum ſenſum poni Hebræum חפץ notat Abarbanel.

z *Chriſto novæ legis auctori omnino hoc placuiſſe, ut ad legem ſuam recipiendam nemo hujus vitæ pœnis, aut earum metu pertraheretur*] Tractat hoc *Gregorius Nazianzenus* oratione Cum aſſumptus eſt a Patre: & Beda lib. I. c. 26. *Iſidorus* de Siſebuto rege: *Qui in initio regni ſui Judæos ad fidem Chriſtianam permovens, æmulationem quidem Dei habuit, ſed non ſecundum ſcientiam. poteſtate enim compulit, quos provocare oportuit fidei ratione.* Tranſcripſit hoc in hiſtoriam *Rhodericus* II, 13. Poſteriores in Hiſpania reges eodem nomine culpant *Oſorius*, & *Mariana*; quem vide XXVI, 14. XXVII, 5.

a *Athanaſius*] Epiſtola ad ſolitarios.

b *Nunquid & vos abire vultis?*] *Cyprianus* epiſtola LV. *Converſus ad Apoſtolos ſuos dixit: nunquid & vos vultis ire? ſervans ſcilicet legem, qua homo libertati ſuæ relictus, & in arbitrio proprio conſtitutus ſibimet ipſo vel mortem appetit, vel ſalutem.*

## GRONOVII.

42 *In operis alicujus*] Dantur mera Dei indulgentia.

43 *Nobis incognitas*] Quas ſibi reſervat Deus nec notas hominibus reddit.

44 *Lex nova*] Euangelium, fides in Chriſtum.

45 *Libro antiquo, cui nomen*] Eſt enim, ſi non omnis, certe magnam partem ſuppoſititius.

(uu) Ita legitur locus, quem in animo habuit Auctor: *Nam vetus lex ultione gladii ſe vindicabat.... nova autem lex clementiam deſignabat.* Advers. Judæos, *Cap.* 3. *J. B.*

c In-

dem Johannis locum: *ἐρωτᾷ λέγων, μὴ καὶ ὑμεῖς θέλετε ὑπάγειν; ὅπερ πᾶσαν ἦν ἀφαιροῦντος βίαν καὶ ἀνάγκην· interrogat an & ipſi velint diſcedere? quod omnem eſt amoventis vim ac neceſſitatem.*

3. Nec obſtat illud [46] in fabula de nuptiis, quod quidam jubentur cogi intrare, Luc. XIV, 23. nam ſicut in ipſa fabella illud cogere [c] [47] inſtantiam vocatoris ſignificat, ita & in affabulatione, quo ſenſu vox ejuſdem ſignificationis accipitur Luc. XXIV, 29. nec aliter Matth. XIV, 22. Marc. VI, 45. Gal. II, 14. Procopius in arcanæ hiſtoriæ parte docet, a ſapientibus culpatum fuiſſe [d] Juſtiniani conſilium, quod Samaritas vi ac minis ad Chriſtianam religionem compulerit: addit & incommoda inde ſecuta, quæ apud ipſum legas.

XLIX. 1. Qui vero Chriſtianiſmum docentes aut profitentes eam ob cauſam pœnis ſubdunt, haud dubie faciunt contra ipſam rationem, nihil enim eſt in diſciplina Chriſtiana (ipſam hic per ſe conſidero, non quatenus ei inſincerum aliquid admiſcetur) quod humanæ ſocietati noceat, imo nihil quod non proſit. Res ipſa loquitur, & extranei coguntur agnoſcere. [48] Plinius Chriſtianos ſacramento inter ſe obſtringi ait, ne furta, ne latrocinia committant, ne fidem fallant. [e] Ammianus * ea religione nihil ait * *Lib.* XXII. c. II.

GROTII.

c *Inſtantiam vocatoris ſignificat*] *Cyprianus* de idolorum vanitate hunc locum reſpiciens: *Per orbem vero diſcipuli, magiſtro & Deo monente, diffuſi, præcepta Dei in ſalutem darent, ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerent, cæcos & ignaros ad agnitionem veritatis ocularent. Ac, ne eſſet probatio minus ſolida, & de Chriſto delicata confeſſio, per tormenta, per cruces, per multa pœnarum genera tentantur,* (Cap. 7.)

d *Juſtiniani conſilium*] Ad eundem Juſtinianum epiſtolam Theodahadi vide in *Caſſiodoro* X, 26.

e *Ammianus*] Idem vere, Chriſtianam religionem abſolutam & ſimplicem vocat (*Lib.* XXI. c. 16.) Zoſimus & ipſe paganus: *χριστιανῶν πίστεως ἐπαγγελία παντὸς ἁμαρτήματος καὶ πάσης ἀσεβείας ἀπαλλαγή· Chriſtiana fidei hæc eſt pollicitatio, libertas ab omni crimine atque impietate.* (Lib. II. c. 29. *Ed. Cell.*) Secta nemini moleſta paſſim a paganis dicebatur. *Tertullianus* Scorpiaco, (*Cap.* I.) Juſtinus apologetico II: *Ἀρωγοὶ δ' ὑμῖν καὶ σύμμαχοι πρὸς εἰρήνην ἐσμὲν πάντων μᾶλλον ἀνθρώπων, ὅτι ταῦτα δοξάζομεν, ὡς λαθεῖν θεὸν κακόεργον, ἢ πλεονέκτην, ἢ ἐπίβουλον, ἢ ἐνάρετον, ἀδύνατον εἶναι, καὶ ἕκαστον εἰς αἰωνίαν κόλασιν ἢ σωτηρίαν κατ' ἀξίαν τῶν πράξεων πορεύεσθαι· Nos vobis ad imperii tranquillitatem maxime adjutatores & collaboratores ſumus, ut qui doceamus fieri non poſſe ut Deo quis lateat, ſive ſit maleficus, raptor, inſidiator, ſive æqui amans. tum vero ad æternam aut ſalutem aut pœnam quemque mitti pro factorum ſuorum dignitate.* *Arnobius* de conventibus Chriſtianorum loquens lib. IV. *in quibus aliud auditur nihil niſi quod humanos faciat, niſi quod mites, verecundos, pudicos, caſtos, familiaris communicatores rei cum omnibus quos ſolidet germanitatis neceſſitudine copulatio.* (Pag. 152. *Edit. Lugd. B. Salm.*)

GRONOVII.

46 *In fabula*] Parabola.

47 *Inſtantiam vocatoris*] Serium ſtudium & deſiderium vehemens. Malim autem vocantis aut invitantis. nam vocatores antiquis non convivatores ipſi, ſed eorum miniſtri. *Sueton.* Calig. 39. *Plinius* lib. 35, 10. *Seneca* 3. de Ira, 37.

48 *Plinius*] Lib. 10, epiſt. 67.



Digitized by Google

* Tert. Apol. c. 3. & 1. ad verſ. Nat. c. 4. ait doceri niſi juſtum & lene. Et vulgi verbum; * *Bonus vir Cajus Sejus*, 49 *tantum quod Chriſtianus* Nec admittendæ excuſationes, nova omnia metuenda, præſertim cœtus: nam neque metuenda ſunt dogmata quamvis nova, ſi modo ad honeſta omnia atque ad exhibendam ſuperioribus obedientiam ducant, nec ſuſpecti eſſe debent 50 cœtus proborum hominum, & qui latere non quærunt niſi cogantur. Recte huc aptem quod Auguſtum de Judæorum conventibus dixiſſe f Philo commemorat: non eos 51 bacchanalia eſſe aut cœtus turbandæ paci, ſed virtutum ſcholas.

Thom. 2, 2. 108. 2. Qui in tales ſæviunt, ipſi in ea cauſa ſunt ut puniri juſte poſſint, quod & Thomæ videtur. Atque eam ob cauſam g Conſtantinus Licinio, Imperatores h alii Perſis bellum intulerunt: quanquam hæc bella magis ad innocentum defenſionem, de qua & infra agemus, quam ad pœnæ exactionem pertinent.

L. 1. In eos vero qui Chriſti legem pro vera habent, (xx) ſed de quibuſdam 52 quæ aut extra legem ſunt, aut in lege 53 ſenſum videntur habere ambiguum, & ab antiquis Chriſtianis non eundem in modum ſunt expoſita, dubitant aut errant, ſuppliciis qui graſſantur, perinique faciunt: quod oſtendunt & ea quæ ante diximus, & Judæorum exemplum vetus. Nam hi cum legem haberent 54 quæ ſuppliciis hujus vitæ ſanciebatur, nunquam tamen pœnis ſubdiderunt Sadducæos qui rejiciebant dogma reſurrectionis,

GROTII.

f *Philo commemorat*] In legatione, (p. 1035. E.) Similiter & libro de ſacrificantibus, facunde oſtendit quantum ſynagogæ diſtent a paganicis myſteriis, (pag. 856, &c.) Locus uterque dignus inſpici. Simile habet libro altero contra Appionem Joſephus.

g *Conſtantinus Licinio*] Vide *Zonaram*. Simile illud apud *Auguſtinum* epiſt. L. *Maximianus epiſcopus Vagienſis auxilium petit ab Imperatore Chriſtiano contra hoſtes eccleſiæ, non tam ſui ulciſcendi cauſa, quam tuendæ eccleſiæ ſibi creditæ*. Relatum eſt in cauſam XXIII, quæſt. III. c. 2.

h *Alii Perſis*] Vide *Menandrum Protectorem*.

GRONOVII.

49 *Tantum quod*] In quo nihil reprehendendum, niſi quod Chriſtianus eſt.

50 *Cœtus*] Concilia & conventus tanquam lege de collegiis illicitis vetiti.

51 *Bacchanalia*] De quibus *Livius* 39, 8.

52 *Quæ extra legem ſunt*] Ut Pontificiæ traditiones & conſtitutiones Scripturæ S. auctoritate carentes.

53 *Senſum videntur*] Ut controverſiæ in articulis religionis.

54 *Quæ ſuppliciis*] A qua qui deſciſcerent, capite plecterentur.

(xx) In hanc rem habemus Scripta plurima, ſub finem Sæculi proximè præteriti, & hoc ipſo, quo vivimus, in lucem edita, Anglicè, Latinè, præſertim Gallicè, & ſic ſatis nota; in quibus, luce meridianâ clariùs, demonſtratum eſt, neminem, Religionis cauſſâ, ullo modo vexandum; & argumenta eorum, qui aliorum intellectui legem dicere volunt, & in animos dominari, ita confutata, ut diſſenſui nullus ampliùs locus futurus eſſet, ſi veritatis ſtudium, modeſtia, & charitas, in animos vexantium tantillum admitti poſſent. *J. B.*

i *Quam*

nis, veriſſimum quidem, ſed 55 in ea lege non niſi obſcure & ſub verborum aut rerum involucris traditum.

2. Quid ſi vero gravior ſit error, & qui apud æquos judices facile poſſit ſacra autoritate, aut veterum conſenſu revinci? cogitandum hic quoque quanta ſit vis inolitæ opinionis, & quantum libertatem judicii minuat in ſuam cujuſque ſectam ſtudium, malum, ut Galenus ait, quavis ſcabie inſanabilius. Appoſite ad hanc rem Origenes: *εὐχερέστερόν γε ἄνθρωπος τὰς περὶ ἄλλα συνηθείας, κἂν δυσαποσπάστως αὐτῶν ἔχῃ, καταλείψαι ἂν, ἢ τὰς περὶ τὰ δόγματα· facilius quis alia ſibi conſueta exuat, quantumvis illis affixus ſit,* [i] *quam ea quæ dogmatum ſunt.* Adde quod quanta hæc ſit culpa pendet ex modo 56 illuminationis & aliis animi diſpoſitionibus, quas hominibus pernoſcere non eſt datum.

3. [k] Hæreticus Auguſtino is demum qui alicujus [l] temporalis commodi & maxime gloriæ principatuſque ſui gratia, falſas ac novas opiniones vel gignit vel ſequitur. Audiamus de Arianis Salvianum: *hæretici ſunt, ſed non ſcientes: denique apud nos ſunt* De Gubern.
*hæretici, apud ſe non ſunt: nam in tantum ſe Catholicos eſſe judicant,* nat. Dei,
*ut nos ipſos titulo hæreticæ pravitatis infament. Quod ergo illi nobis* Lib. v. pag.
*ſunt, & hoc nos illis. Nos illos injuriam 57 divinæ generationi facere* 150, 151.
*certi ſumus: quod minorem Patre Filium dicant. Illi nos injurioſos* Ed. Paris.
*Patri exiſtimant, quod 58 æquales eſſe credamus. Veritas apud nos* 1645.
*eſt, ſed illi apud ſe eſſe præſumunt. Honos Dei apud nos eſt, ſed illi hoc arbitrantur honorem divinitatis quod credunt. 59 Inofficioſi ſunt,*

*ſed*

GROTII.

i *Quam ea quæ dogmatum ſunt*] Sequitur hoc *Chryſoſtomus* in 1 *Cor.* 11. ὅταν δὲ καὶ ἐν δόγμασιν ἡ συνήθεια ᾖ, δυσκινητοτέρα γίνεται. πάντα γὰρ τις εὐκολώτερον ἀμείψειε, ἢ τὰ περὶ τὰς θρησκείας· *ubi vero conſuetudo in dogmata inciderit, multo ſit immobilior. Nihil enim eſt quod non facilius homo mutet, quam ea quæ religionis ſunt.*

k *Hæreticus Auguſtino*] Libro de utilitate credendi; locus refertur in *cauſam* XXIV. *quæſtione* 3. c. 28. Addit *Auguſtinus*, non idem ſibi videri hæreticum & hæreticis credentem hominem. Vide eundem epiſtola CLXII. Hæreſis *obſtinatioris animi dementia.* l. 2. c. *de ſumma Trinitate*, princ. [At illius pertinaciæ ſolus Deus Judex eſt, ut ab Auctoribus, de quibus modo dixi, indicatum. *J. B.*

l *Temporalis commodi & maxime gloriæ principatuſque ſui gratia*] Scriptor *reſponſorum ad orthodoxos* quæſtione IV. δῆλόν ἐστιν ὅτι ἐκ φιλοδοξίας ἢ ἀντιπαθείας τῶν αἱρεσιαρχῶν πᾶσαι αἱ αἱρέσεις τὰς ἀφορμὰς ἐσχήκασι τῆς συστάσεως αὐτῶν· *apertum eſt ex cupiditate gloriæ aut ex æmulatu qui primos repertores agitaverit, ſectas omnes exſiſtendi originem cepiſſe.* Chryſoſtomus ad *Gal.* v. ἡ γὰρ τῶν αἱρέσεων μήτηρ, ἡ τῆς φιλαρχίας ἐστὶν ἐπιθυμία· *mater hæreſium, cupiditas principatus.*

GRONOVII.

55 *In ea lege*] In V. T.

56 *Illuminationis*] Lucis & intelligentiæ, qua Deus, cujus libuit, mentem perfudit.

57 *Divinæ generationi*] Quam ab æterno eſſe ſtatuimus orthodoxi.

58 *Æquales*] Patrem & Filium.

59 *Inofficioſi ſunt*] Male habent vel tractant catholicos, ubi poſſunt, ſed putant in hoc ſe ſervire religioni.



Digitized by Google

*ſed illis hoc eſt ſummum religionis officium. Impii ſunt, ſed hoc putant veram eſſe pietatem. Errant ergo, ſed* m *bono animo errant, non odio ſed affectu Dei, honorare ſe dominum atque amare credentes. Quamvis non habeant rectam fidem, illi tamen hoc perfectam Dei æſtimant caritatem; & qualiter pro hoc ipſo falſæ opinionis errore in die judicii puniendi ſint,* n *nemo poteſt ſcire niſi judex. Interim idcirco eis, ut reor, patientiam Deus commodat, quia videt eos etſi non recte credere,* 60 *affectu tamen piæ opinionis errare.*

Contra Epiſt. Manichæi &c. 4. De Manichæis audiamus eum, qui in illorum craſſis ſordibus diu hæſit, Auguſtinum: *illi ſæviant in vos, qui neſciunt quo cum labore verum inveniatur, & quam difficile caveantur errores. Illi in vos ſæviant, qui neſciunt quam rarum & arduum ſit* 61 *carnalia phantaſmata piæ mentis ſerenitate ſuperare. Illi in vos ſæviant, qui neſciunt quanta difficultate ſanetur oculus interioris hominis, ut poſſit intueri ſolem ſuum. Illi in vos ſæviant, qui neſciunt quantis gemitibus & ſuſpiriis fiat ut ex quantulacunque parte poſſit intelligi Deus. Poſtremo illi in vos ſæviant qui nullo tali errore decepti ſunt, quali vos deceptos vident. Ego autem ſævire in vos omnino non poſſum, quos ſicut me ipſum illo tempore, ita nunc debeo ſuſtinere, & tanta patientia vobiſcum agere, quanta mecum egerunt proximi mei, cum in veſtro dogmate rabioſus & cæcus errarem.*

5. o In Arianam hæreſin acriter invehitur Athanaſius epiſtola 62 ad

GROTII.

m *Bono animo errant* ] *Agathias* ubi de Alemannorum abſurdis ſuperſtitionibus egerat hiſtoriarum I. ἐλεεῖσθαι μὲν οὖν ἢ χαλεπαίνεσθαι δίκαιοι ἂν εἶεν καὶ πλείστης μεταλαγχάνειν συγγνώμης, ἅπαντες ὅσοι τοῦ ἀληθοῦς ἁμαρτάνουσιν. οὐ γὰρ δήπου ἑκόντες ἀλῶνται καὶ ὀλισθαίνουσιν, ἀλλὰ τοῦ ἀγαθοῦ ἐφιέμενοι, ἔπειτα σφαλέντες τῇ κρίσει τὸ λοιπὸν ἔχονται τῶν δοκηθέντων ἀπρὶξ, ὁποῖα ἄττα καὶ τύχοιεν ὄντα· *miſeratione quam odio digniores ſunt, ac tales quibus ignoſci par ſit, quicunque a vero aberrant. Neque enim volentes palantur & ceſpitant, ſed cum bonum appetant, in judicando decepti, quæ ſemel viſa ſunt retinent mordicus, qualiacunque ea fuerint.*

n *Nemo poteſt ſcire niſi judex*] *Chryſoſtomus* homilia contra Anathematizantes: τὸ κεκρυμμένον τῷ τῶν αἰώνων κριτῇ ἀνεπισφαλὲς ἀποφαίνεσθαι, μόνῳ εἰδότι καὶ μέτρα γνώσεως καὶ ποσότητα πίστεως. πόθεν γὰρ ἴσμεν, εἰπέ μοι, παρακαλῶ, ποίοις ῥήμασι κατηγορήσει ἑαυτοῦ ἢ καὶ ἀπολογήσεται ἐν ἡμέρᾳ ὅτε μέλλει ὁ θεὸς κρίνειν τὰ κρυπτὰ τῶν ἀνθρώπων; ὄντως ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ· *id quod abſconditum, ſolus ſine periculo dijudicet ſæculorum judex, cui ſoli patet & ſcientiæ menſura & fidei quantitas. Unde enim nos ſciamus, dic mihi quæſo, quibus verbis ille ſe accuſaturus aut excuſaturus eſt, in die illa qua Deus dijudicabit arcana hominum? vere inſcrutabilia ſunt judicia ejus, & viæ ejus inperveſtigabiles.*

GRONOVII.

60 *Affectu piæ opinionis* ] Tam reverenti & religioſo erga Deum animo in falſa & impia religione eſſe, quam vera credentes in recta & ſana opinione ſunt.

61 *Carnalia phantaſmata* ] Larvas & umbras falſæ religionis.

GROTII.

o *In Arianam hæreſin* ] Non immerito odimus tam mali exempli inter Chriſtianos repertores. Vide eorum ſæva

Digitized by Google

62 ad ſolitarios, quod 63 prima in contradicentes uſa eſſet judicum poteſtate, & quos non potuiſſet verbis inducere, eos vi, plagis, carceribuſque ad ſe pertrahere anniteretur: *atque ita*, inquit, *ſeipſam quam non ſit pia, nec Dei cultrix manifeſtat*, reſpiciens ni fallor ad illud quod legitur p Gal. IV, 29. Similia habet Hilarius oratione ad Conſtantium. q In Gallia jam olim damnati ſunt eccleſiæ judicio 64 Epiſcopi qui ut in Priſcillianiſtas gladio animadverterentur curaverant; & in oriente damnata Synodus quæ in 65 Bogomili exuſtionem conſenſerat. Sapienter dixit Plato, r errantis pœnam

ſævra facta apud *Euſebium* de vita Conſtantini libro I, ſ. 38. *Socratem* libro IV, 29. *Procopium* Vandalicorum I. ubi de Hunericho; & Gotthicorum I. de Amalaricho; & *Victorem Uticenſem* de Semirianis *Epiphanius*: τὺς τὴν ἀλήθειαν διδάσκοντας διώκουσιν, οὐκέτι λόγοις βυλόμενοι ἀνατρέπειν, ἀλλὰ καὶ ἐχθρίαις καὶ πολέμοις καὶ μαχαίραις παραδιδόντες τὺς ὀρθῶς πιστεύοντας· φθόρον γὰρ οὐ μιᾷ πόλει καὶ χώρᾳ εἰργάσαντο, ἀλλὰ πολλαῖς· *Veritatem docentes vexant, neque verbis evertunt, ſed odiis, bellis, gladiis tradunt recte ſentientes. exitium quippe jam non uni, ſed multis urbibus regionibuſque attulere.* De talibus *Gregorius* epiſcopus Romanus ad Conſtantinopolitanum epiſcopum: *Nova & inaudita eſt iſta prædicatio, quæ verberibus exigit fidem.* [Malè quidem egerunt *Ariani*: ſed non primi tam malum exemplum ediderunt. Jam antea *Orthodoxi*, ad eos vexandos impulerant *Conſtantinum*, ut ex Hiſtoria Eccleſiaſtica conſtat. *J. B*]

p *Gal.* IV, 29.] Ad quem locum vide *Hieronymum*, citatum c. qui ſecundum, 13, *cauſa* XXIII. *quæſt.* IV.

q *In Gallia jam olim damnati ſunt*] Sulpicius Severus: *tum vero Idacius atque Ithacius acrius inſtare, arbitrantes poſſe inter initia malum comprimi. ſed parum ſanis conſiliis ſæculares judices adeunt, ut eorum decretis atque executionibus hæretici urbibus pellerentur.* (Lib. II. c. 47.) Mox: *ſecuti etiam accuſatores Idacius & Ithacius epiſcopi, quorum ſtudium in expugnandis hæreticis non reprehenderem, ſi non ſtudio vincendi plus quam oportuiſſet certaſſent. Ac mea quidem ſententia eſt, mihi tam reos quam accuſatores diſplicere.* (Ibid. c. 50.) Poſtea: *Martinus apud Treviros conſtitutus non deſinebat increpare Ithacium ut ab accuſatione deſiſteret: Maximum orare, ut ſanguine infelicium abſtineret; ſatis ſuperque ſufficere ut epiſcopali ſententia hæretici judicati Eccleſiis pellerentur.* Vide & ſequentia.

**GRONOVII.**

62 *Ad ſolitarios*] Anachoretas, qui ab hominum commercio ſecedebant, & in ſolitudines ſeſe abdebant, ut vacarent contemplationi. Sæpe apud *Jo. Caſſianum.*

63 *Prima in contradicentes*] Quod hi primi Cæſares & principes ſuæ ſectæ fautores inſtigaſſent ad ſupplicia, in diſſentientes orthodoxos ſtatuenda.

64 *Epiſcopi, qui ut*] Idacius & Ithacius incitato Clemente Maximo tyranno, qui ſumpſerat imperium in Britannia contra Theodoſium. *Sulp. Sever.*

65 *Bogomili exuſtionem*] Juſſu Alexii Comneni. *Zonaras. Anna C.*

**GROTII.**

r *Errantis pœnam eſſe, doceri*] *Seneca* in Tragœdia, (*Herc. fur.* verſ. 1237.)

*Quis nomen unquam ſceleris errori dedit?*

& de Ira I. 14. *non eſt prudentis errantes odiſſe. alioquin ipſe ſibi odio erit. M. Antoninus* libro IX. (§. 11. Edit. Gatak.) εἰ μὲν δύνασαι, μεταδίδασκε. εἰ δὲ μὴ, μέμνησο, ὅτι πρὸς τοῦτο ἡ εὐμένειά σοι δέδοται· καὶ οἱ θεοὶ δὲ εὐμενεῖς τοῖς τοιούτοις εἰσίν. *ſi potes, meliora doce. ſi non potes, memento in hoc tibi lenitatem datam. Ipſi Dii lenes ſunt talibus. Chryſoſtomus* Eph. IV, 17. τὸν γὰρ ἀγνοοῦντα,

pœnam eſſe, (yy) doceri.

LI. 1. ſ Juſtius illi punientur qui in eos, quos Deos putant, irreverentes atque irreligioſi ſunt. Atque hæc cauſa inter cæteras allata * belli Peloponneſiaci inter Athenienſes & Lacedæmonios, & a Philippo Macedone † in Phocenſes: de quorum ſacrilegio ſic Juſtinus: *a quod Orbis viribus expiari debuit.* Hieronymus ad Danielis v. *b Quamdiu* 66 *vaſa fuerunt in* 67 *idolio Babylonis, non eſt iratus Dominus (videbantur enim rem Dei ſecundum pravam quidem opinionem, tamen divino cultui conſecraſſe) poſtquam autem* 68 *humanis uſibus divina contaminant, ſtatim pœna ſequitur poſt ſacrilegium.* Nimirum & Auguſtinus exiſtimat (zz) auctum a Deo imperium Romanorum, quod cordi illis fuiſſet quamvis falſa religio: &, ut Lactantius loquitur, 69 ſummum hominis officium, etſi non reipſa (aa) tamen propoſito tenerent.

* Thuc. I. c. 126, &c. † Diod. libro XVI. c. 60, &c. a Lib. VIII. c. 2. b Pag. 581. c. Ed. Baſil.

2. Et 70 ſupra diximus qualiacunque quæ putantur numina pejerata 71 a vero numine vindicari: *Punitur, quia tanquam Deo fecit,* ait Seneca: *c opinio illum ſua obligat pœna.* Sic accipio & illud

c VII, de Ben. cap. 7.

ὀ κακῶς πάσχειν ὐδὲ ἐγκαλεῖσθαι, ἀλλὰ μανθάνειν δίκαιόν ἐστιν ὅπερ ἀγνοεῖ· *eum qui ignorat neque malo affici neque accuſari oportet, ſed æquum eſt ut diſcat quæ ignorat.* Valentinianus, laudante *Ammiano Marcellino* libro XXX. *nec quemquam inquietavit, neque ut hoc coleretur imperavit, aut illud: nec interdictis minacibus ſubjectorum cervicem ad id quod ipſe coluit inclinabat, ſed intemeratas reliquit has partes ut reperit.* (Cap. 9.)

ſ *Juſtius illi punientur qui in eos, quos Deos putant, irreverentes atque irreligioſi ſunt*] Vide de hac re egregia apud *Cyrillum* libro contra Julianum v. & VI. Solone auctore Amphictyones bello perſecuti ſunt Cirrhæos, quod ii templo Delphico vim intuliſſent. *Plutarchus* Solone, (p. 83. E.) Sic & qui falſo ſibi vatum nomen induunt recte puniuntur. conſule *Agathiam* lib. v.

### Gronovii.

66 *Vaſa*] Rapta e templo Hieroſolymitano, quum captam urbem vaſtaret Nabucodonoſor.

67 *Idolio*] Templo idolorum.

68 *Humanis uſibus*] Rex Belzaces eis uti cœpit in luxurioſo convivio.

69 *Summum hominis*] Cultum Dei, quo nullum magis officium præſtare debent homines, non juſto quidem modo, forma, ratione, ſed tamen voluntate ac ſtudio, quantum in ipſis fuit, antiquiſſimum habuerunt.

70 *Supra diximus*] 2, 13. 12.

71 *A vero numine vindicari*] Exemplo Cambyſis, cum Apim in Ægypto interfecit, & ſpoliatum Jovem Hammonem miſit. *Juſt.* 1, 9. Xerxis, quum templum Delphicum diripiendum dedit. *Juſt.* 2, 12. Gallorum, cum & ipſi Delphos ſunt adorti. 24, 8. item, dum tenuerunt aurum Tholoſanum, ut & Servilius Cæpio.

(yy) Dicit Philoſophus, *ignorantis*: ignorantia autem cum errore magnam habet adfinitatem, & hic ab illâ ſæpè oritur: Προσήκει δέ τῳ [πάσχειν τῷ μὴ εἰδότι] μαθεῖν παρὰ τῦ εἰδότος. De Rep. Lib. 1. pag. 337. D. *Tom.* II. Ed. H. Steph. *J. B.*

(zz) Neſcio ubinam id dixerit *Auguſtinus.* Certè ſic non ſatis ſibi conſtat, quum ipſe *Lib.* v. *Cap.* XII. *De Civit. Dei*, fusè ſatis oſtendat, *Romanorum* Imperium auctum Providentiâ divinâ, non quòd illis cordi fuiſſet, quamvis falſa, Religio, ſed ob eorum virtutes Civiles. *J. B.*

(aa) Locus eſt *Inſtit. Divin.* Lib. II. Cap. 3. *num.* 14. *Ed. Cellar.* ubi *Lactantius* loquitur de Idololatris in univerſum. Neque locus *Senecæ*, qui mox ſequitur, ſatis rectè heic aptatur. *J. B.*

a Qui

Digitized by Google

illud *Senecæ: *Violatarum religionum alibi atque alibi diverſa pœna eſt: ſed ubique aliqua*; & quod † Plato capitis damnat religionis temeratores.

*De Benef. III. 6.
†De Legib. L X. p. 907. & ſeqq.

# CAPUT XXI.

## De Pœnarum communicatione.


I. *Pœna quomodo tranſeat ad eos qui delicti ſunt participes.*
II. *Communitas aut rectores tenentur ex ſubditi delicto, ſi adſit ſcientia & non prohibitio cum prohibere poſſint & debeant:*
III. *Item ex receptu eorum qui alibi deliquerunt.*
IV. *Niſi aut puniant aut dedant: quod exemplis illuſtratur.*
V. *Jura ſupplicum ad infortunatos, non ad nocentes pertinere: cum exceptionibus.*
VI. *Defendi tamen ſupplices dum de cauſa cognoſcatur: & ex quo jure facienda cognitio.*
VII. *Quomodo delicti rectorum participes ſint ſubditi, aut communitatis hi qui ejus membra ſunt: & quomodo differant pœna communitatis & pœna ſingulorum.*
VIII. *Pœnæ jus in univerſitatem quamdiu duret.*
IX. *An ſine delicti communicatione pœna tranſeat.*
X. *Diſtinctio ejus quod directo infertur & in conſequentiam venit.*
XI. *Diſtinctio ejus quod fit occaſione peccati & quod ex cauſa peccati.*
XII. *Proprie loquendo neminem juſte puniri ob delictum alienum, & cur?*
XIII. *Non filios ob parentum delicta:*
XIV. (*Reſpondetur ad Dei facta* [vel potius, *ad objectionem petitam ex Dei factis*] *circa filios nocentum.*)
XV. *Multo minus cognatos alios.*
XVI. *Poſſe tamen liberis & cognatis nocentum aliquid negari, quod alioqui habere poterant: cum exemplis.*
XVII. *Nec ſubditos proprie puniri poſſe, ob regis delictum:*
XVIII. *Nec ſingulos qui non conſenſerunt, ob delictum univerſitatis.*
XIX. *Hæredes ad pœnam, quæ pœna eſt, non teneri: & cur?*
XX. *Teneri tamen ſi pœna in aliud debiti genus tranſierit.*


I. 1. Quo-

I. 1. QUoties de pœna communicanda quæritur (aa), aut de iis quæritur a qui delicti ſunt participes, aut 1 de aliis. Qui delicti participes, 2 non tam ex alieno quam ex ſuo delicto puniuntur. Hi qui ſint ex his quæ 3 ſupra de damno injuria dato dicta ſunt intelligi poteſt. Ferme enim iiſdem modis in delicti partem quis venit quo in damni dati: non tamen ſemper, 4 ubi damni obligatio eſt, etiam delictum eſt, ſed tum demum ſi qua malitia notabilior acceſſerit, cum ad damni dati obligationem ſæpe qualiſcumque culpa ſufficiat.

2. Ergo b qui factum vitioſum jubent, qui 5 conſenſum requiſitum adhibent, c qui adjuvant, d qui receptum præſtant, aliove modo in ipſo crimine participant: e qui conſilium dant, f laudant, aſſentantur: qui cum ex jure proprie dicto teneantur vetare g non

### GROTII.

a QUi delicti ſunt participes] *Tertullianus* de Reſurrectione carnis: *dicent enim miniſtros & ſocios habere arbitrium miniſtrandi atque ſociandi, & poteſtatem ſuæ voluntatis in utrumque, homines ſcilicet & ipſos; Idcirco cum auctoribus merita communicare, quibus operam ſponte accommodant.* (Cap. 16.)

b *Qui factum vitioſum jubent, qui conſenſum requiſitum adhibent*] *Saulus manibus omnium lapidabat. Auguſtinus* ſermone v. de Sanctis, cap. 4. ſimilia ſermone ejuſdem argumenti primo, c. 3. & ſermone XIV.

c *Qui adjuvant*] Ope. *Inſtitutionibus* de furtis, [immo *De obligat. ex* delict.] §. interdum, 11. *Edicto Theuderici*, c. 120.

d *Qui receptum præſtant*] *Hieronymus* [aut quiſquis alius ſcripſit opus illud, *p.* 53. D. Tom. VII. *Ed. Baſ.* in Cap. 29.] ſuper parabolas: *non fur ſolum, ſed ille reus tenetur qui furti conſcius quærente poſſeſſore non indicat. Chryſoſtomus* de Statuis XIV. οὐ γὰρ οἱ ἐπιορκοῦντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ συνειδότες μὲν, περιστέλλοντες δὲ, κοινωνοῦσι τῶν ἐγκλημάτων· *non enim perjuri ſoli, ſed & qui, conſcii cum ſint, celant perjuria, criminis tenentur.*

e *Qui conſilium dant*] Vide *Inſtitutiones* & *edictum Theuderici* dictis locis. *Andocides* ex lege Attica, τὸν βουλεύσαντα ἐν τῷ αὐτῷ ἐνέχεσθαι καὶ τὸν τῇ χειρὶ ἐργασάμενον· *qui conſilium dedit eum non minus pœna teneri quam qui manu rem effecerit.* [Orat. 1. *De Myſteriis*, p. 219. *Ed. Wech.*] οὐ γὰρ ἂν πραχθῆναι μὴ βουλευσαμένου· *neque enim ſine conſilio res facta fuiſſet*, ait *Ariſtoteles* de poëtica cap. 17. [Immo *De Rhet.* 1. 7.]

f *Laudant, aſſentantur*] *Chryſoſtomus* 1. ad Romanos circa finem: καὶ γὰρ τοῦ πλημμελοῦντος ὁ τὴν ἁμαρτίαν ἐπαινῶν χαλεπώτερος· *pejor peccante qui peccatum laudat.* Qui facinoroſum adſtans hortatur, pro faciente habetur *lege Langobardica*, lib. 1. tit. IX. §. 25. Vide quæ ex *Philone* & *Joſepho* mox proferemus ad §. 17.

### GRONOVII.

1 *De aliis*] Quibuſcum, culpa non communicata, communicatur pœna, num. 9.

2 *Non tam ex alieno*] Non tam ob id, quod auctor peccavit, quam quod illi peccato ejus adſtruxere.

3 *Supra de damno*] 2, 17. 6.

4 *Ubi damni*] Qui tenetur ex damno ad reparandum, poteſt etiam conveniri ad pœnam ex delicto.

5 *Conſenſum requiſitum*] Petitum ab auctore.

(aa) Confer heic PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. c. 3. §. 28, & *ſeqq.* ac Cap. 6. §. 12. *J. B.*

g Non

Digitized by Google

g non vetant, aut cum teneantur ex ſimili jure opem ferre injuriam patienti non ferunt: qui non diſſuadent cum diſſuadere debeant: qui factum reticent quod notum facere ex jure aliquo tenebantur; hi omnes puniri poſſunt, ſi in ipſis talis ſit malitia quæ ad meritum pœnæ ſufficiat, ſecundum ea quæ proxime tractata ſunt.

II. 1. Exemplis res fiet illuſtrior. Communitas 6 ut alia ita & civilis non tenetur ex facto ſingulorum, 7 ſine facto ſuo, aut omiſſione. bene enim Auguſtinus: *aliud eſt quod in populo quiſque habet peccatum proprium, aliud quod commune, quod uno animo fit & una voluntate ad aliquid multitudine comparata committitur.* (In Levit. Quæſt. 26.) Hinc in formula federum eſt: h 8 *Si defexit publico conſilio.* Locri apud Livium * oſtendunt ſenatui Romano culpam defectionis procul a conſilio publico abſuiſſe. (* Lib. XXIX. c. 17.) Narrante eodem, † Zeno pro Magnetibus deprecator apud T. Quintium & legatos qui ei aderant flens petebat, ait Livius, *ne unius amentiam civitati aſſignarent; 9 ſuo quemque periculo furere.* († Lib. XXXV. c. 31.) Et Rhodii apud ſenatum publicam cauſam a privatorum cauſa ſegregant, dicentes, *a nullam eſſe civitatem qua non improbos cives aliquando, & imperitam multitudinem ſemper habeat.* (a Apud eundem, XLV. 23.) Sic nec pater ex delicto liberorum tenetur, nec dominus ex ſervi, nec alii qui præſunt, niſi aliquid in ipſis vitioſum hæreat.

2. Ex his autem modis quibus rectores aliorum in crimen veniunt, duo ſunt qui maximum uſum habent, & diligenti conſideratione indigent: 10 patientia & receptus. De patientia ita habendum eſt, qui ſcit delinqui, qui prohibere poteſt & tenetur, nec

### GROTII.

g *Non vetant*] Chryſoſtomus 1. adverſus Judæos: ὥσπερ οὖν οὐχ οἱ κλέπτοντες μόνον, ἀλλὰ καὶ οἱ κύριοι μὲν ὄντες κωλῦσαι, μὴ κωλύοντες δὲ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις διδόασι δίκην· *ſic non ii modo qui furtum fecere, ſed & qui prohibere cum poſſent non prohibuere, puniuntur, & quidem pari uterque pœna.* Sic eum qui ſanari ægrotum prohibet, teneri quaſi vulneraſſet, ait idem Chryſoſtomus 2 ad *Cor.* c. VII.

h *Si defexit publico conſilio*] *Chryſoſtomus* de ſtatuis III. ὅτι οὐ κοινὸν τῆς πόλεως τὸ ἁμάρτημα γέγονεν, ἀλλὰ ἀνθρώπων τινῶν ξένων καὶ ἐπηλύδων, οὐδὲν λογισμῷ ποιούντων, ἢ τόλμῃ καὶ παρανομίᾳ πάσῃ. καὶ οὐκ ἂν εἴη δίκαιον ὑπὲρ τῆς ὀλίγων ἀπαιδευσίας πόλιν τοσαύτην ἀναρπάζεσθαι, καὶ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας διδόναι δίκην· *Non commune fuiſſe delictum civitatis, ſed extraneorum & advenarum, qui cuncta temeritate ac legum ignorantia potius quam ratione fecerant. neque vero æquum, ut ob paucorum imperitiam tanta urbs everteretur & pœnam ferrent culpæ exſortes. Ammianus* libro XXX. de Quadis: *nihil ex communi mente procerum gentis delictum aſſeverantes in noſtros.* (Cap. 6.)

### GRONOVII.

6 *Ut alia*] Quodvis collegium.

7 *Sine facto ſuo*] Niſi facto ipſa intervenerit, aut aliquid faciendum neglexerit.

8 *Si defexit publico*] *Livius*, 1, 24.

9 *Suo quemque periculo*] Quod quiſque privatim inſaniſſet, ipſum luere debere. *Cicer.* 3. de Leg. 10. *ſuo periculo progredi.*

10 *Patientia*] Diſſimulatio & connivendi propoſitum.

i Scien-

nec prohibet, eum ipſum delinquere. Cicero * in Piſonem: *neque vero multum intereſt, præſertim in Conſule, utrum ipſe pernicioſis legibus, improbis concionibus rempublicam vexet, an alios vexare patiatur.* Brutus ad Ciceronem: † *aliena igitur, inquies, culpa me reum facies? prorſus aliena, ſi provideri potuit ne exiſteret.* ἴσον τῷ πλημμελεῖν τὸ μὴ κωλύειν τοὺς πλημμελοῦντας, ait Agapetus ad Juſtinianum: *a par eſt delinquere & delinquentes non prohibere. Quiſquis patitur peccare peccantem, is vires ſubminiſtrat audaciæ*, ait *b* Arnobius. *In cujus manu eſt ut prohibeat, jubet agi ſi non prohibet admitti*, ait *c* Salvianus. Auguſtinus vere: *qui deſinit obviare cum poteſt, conſentit.*

3. Sic qui 11 mancipium cum poſſit eximere 12 proſtitutum eſſe patitur, pro proſtituente habetur *d* Romanis legibus. Si ſervus ſciente domino occidit, *e* in ſolidum dominum obligat: ipſe enim videtur dominus occidiſſe. Et 13 lege Fabia in dominum animadvertitur, *f* ſi ſervus domino ſciente alienum ſervum ſubduxerit.

4. Sed, ut diximus, præter 14 ſcientiam requiritur facultas prohibendi. Et hoc eſt quod ajunt leges i ſcientiam, *g* cum puniri jubetur, accipi pro patientia, ut qui prohibere potuit teneatur ſi non fecerit; & ſcientiam *h* hic ſpectari quæ habeat & voluntatem: 15 ſcientiam *i* accipi cum conſilio: ideoque non teneri dominum ſi ſervus 16 in libertatem proclamaverit, ſi dominum contemſerit: quia ſcilicet *k* culpa vacat qui ſcit quidem ſed prohibere non poteſt. Sic parentes tenentur ex delictis filiorum *l*, ſed eorum demum quos habent in poteſtate. Viciſſim, etiamſi in poteſtate habeant & alioqui prohibere potuerint, *m* non tenebuntur niſi & ſciverint. Pariter enim concurrere hæc debent, ſcientia & 17 non prohibitio, ut quis ex facto alieno teneatur. quæ omnia 18 ad ſubditos pari ratione ſunt referenda:

* *Cap.* 5.
† *Ep.* LV. *ad Brut.*
a *Paraneſ.* c 28.
b *Adv. gent.* p. 149.
c *De Gubern. Dei*, Lib. VII. p. 266.
d *L.* 7. *D. qui ſine manum.*
e *l.* 2. *de nox. act. princ.*
f *Paul.* Lib. 5 *ſent.* §. 2.
g *L.* 45. *ad l. Aquil.*
h *L.* 1. §. 1. *ſi fam. furt. f.*
i *L.* 4. *de nox. act.*
k *L.* 50. *de R. J. l.* 109. *eo tit.*
l *L.* 1. §. *qui eam. in fine l.* 13. §. 1. *l.* 19. *D. qui not. inf.*
m *L.* 7. §. 5. *D. Arbor. furt. cæſar.*

GROTII.

i *Scientiam, cum puniri jubetur, accipi pro patientia*] *Lege Wiſigotthorum* libro VIII, tit. IV. cap. II. cap. 26. & alibi. libro IX, tit. I. c. I.

GRONOVII.

11 *Mancipium cum poſſit*] Quod dominus vendidit hac conditione ne proſtitueretur, atque ut ipſe, ſi proſtitueret emptor, manus injectionem haberet, id eſt, citra ullam in jus vocationem ad ſe domum abducere poſſet, non reddito pretio.

12 *Proſtitutum*] Apud lenonem.

13 *Lege Fabia*] De plagiariis.

14 *Scientiam*] Ejus cujus eſt perſequi & punire commiſſa, ſi non punierit.

15 *Scientiam accipi*] Scientiam intellige ejus, cui liberum fuerit ſecum conſulere & cogitare, velletne cum poſſet prohibere, an nollet.

16 *In libertatem proclamaverit*] Se vindicaverit & ingenuum liberumve demonſtraverit judicio recuperatorio. *Suet.* Veſpaſ. 3.

17 *Non prohibitio*] Ceſſatio a prohibitione.

18 *Ad ſubditos pari*] Ut inter patres & filios, ſervoſque ac dominos ſtatuta ſunt jure civili Romano: ita & jure gentium valent inter eos qui præſunt, & ſubjectos.

k Ip-

Digitized by Google

da: veniunt enim ex naturali æquitate.

5. Egregie Proculus ad illud Heſiodi, (Oper. & Dier. vers. 240.)

Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἐπαυρεῖ·
*Sæpe luit populus pœnas unius iniqui*,

ait: ὡς ἐξὸν κωλύειν, μὴ κωλύουσα τοῦ ἑνὸς πονηρίαν, *ut qui cum prohibere poſſit non prohibet unius malitiam.* Sic in exercitu Græcorum, ubi Agamemnon ipſe & alii concilio communi ſuberant, non immerito *. * *Horat. Lib. I. Ep. II. 14.*

*Quidquid delirant reges, plectuntur Achivi:*

k Ipſorum enim erat cogere Agamemnonem, ut 19 ſacerdoti filiam redderet. Sic poſt eorundem claſſis exuſta narratur † † *Virg. Aen. I. 39.*

l *Unius ob culpam & furias Ajacis Oilei*,

qua de re Ovidius metam. XIV. (vers. 468.)

*Virgine rapta*
*Quam meruit pœnam ſolus, digeſſit in omnes;*

quia cæteri non impedierant, ne 20 virgo ſacerdos raperetur. Apud Livium eſt: *Propinqui regis Tatii legatos Laurentium pulſant. Cumque Laurentes 21 jure gentium agerent, apud Tatium gratia* *Liv. lib. I. c. 14.*

GROTII.

k *Ipſorum erat cogere Agamemnonem*] Ita hanc rem explicat *Cyrillus* libro V. contra Julianum, (pag. 175. *Edit. Spanhem.*)

l *Unius ob culpam & furias Ajacis Oilei*] *Euripides* Troadibus ſic loquentem Neptunum facit, (vers. 70.)

Οἶδ᾽, ἡνίκ᾽ Αἴας εἷλκε Κασσάνδραν βίᾳ.
*Cum Phœbadem vi traxit Ajacis manus.*

Et Minervam reſpondentem, (vers. 71.)

Κ᾽ οὐδέν γ᾽ Ἀχαιῶν ἔπαθεν, οὐδ᾽ ἤκουσ᾽ ὕπο.
*Nilque audiit, nil paſſus à Græcis mali eſt.*

Pari jure omnes Antiochenos ſtatuarum crimine involvit *Chryſoſtomus*, prima ejus argumenti oratione: ἰδοὺ τὸ ἁμάρτημα γέγονεν ὀλίγων, καὶ τὸ ἔγκλημα γίνεται κοινόν. ἰδοὺ δὲ ἐκείνους ἅπαντες δεδοίκαμεν νῦν καὶ τῶν ἐκείνοις τετολμημένων αὐτοὶ τὰς τιμωρίας ἀναμένομεν. εἰ δὲ προλαβόντες αὐτοὺς ἐξεβάλομεν τῆς πόλεως, καὶ τὸ νενοσηκὸς διωρθώσαμεν μέλος, οὐκ ἂν τὸν παρόντα ἐδεδοίκειμεν φόβον· *Ecce facinus paucorum fuit, accuſatio in omnes fertur. Ecce propter illos nunc in metu omnes ſumus, & eorum quæ illi auſi ſunt pœnam nos ipſi ſpectamus. Quod ſi anteverti ſſemus eam, illos de urbe pellendo, & partem morbidam ſicut oportet tractaſſemus, abeſſet jam a nobis hic timor.* deinde: δὲ αὐτὸ οὖν τοῦτο κολάζῃ, φησί, δίδου δίκην τὴν ἐσχάτην, ὅτι μὴ παρῆς, μηδὲ ἐκώλυες, μηδὲ τοὺς ἀκοσμοῦντας κατεῖχες, μηδὲ ἐκινδύνευες ὑπὲρ τῆς εἰς τὸν βασιλέα τιμῆς. οὐ μετέσχες τῶν τετολμημένων; ἐπαινῶ τοῦτο καὶ ἀποδέχομαι. ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἐπέσχες τὰ γενόμενα· τοῦτο κατηγορίας ἄξιον· *ob hoc ipſum, inquit, fer pœnas, & ultima lue ſupplicia quod non adfuiſti, quod non prohibuiſti, quod inſanientes non retinuiſti, quod pericula non ſubiiſti pro honore Imperatoris. Particeps non fuiſti facinorum? Laudo hoc, & boni accipio. ſed nec quæ fiebant impediiſti; hoc vero jam dignum accuſari.*

GRONOVII.

19 *Sacerdoti filiam*] Chryſæ Chryſeida.

20 *Virgo ſacerdos.*] Caſſandra.

21 *Jure gentium agerent*] Poſcerent noxios ſibi dedi.

m Po-

*tia ſuorum & preces plus potuerunt. Igitur* 22 *illorum pœnam in ſe vertit.* Huc proprie pertinet illud Salviani * de regibus: m *Poteſtas magna & potentiſſima, quæ prohibere ſcelus maximum poteſt, quaſi probat debere fieri ſi ſciens patitur perpetrari.* Et apud Thucydidem eſt: † *ὁ δυνάμενος παῦσαι, ἀληθέστερον δρᾷ· magis ille facit, qui poteſt prohibere.* Sic apud Livium *a* Vejentes & Latini *b* Romanis ſe excuſant, quod hoſtes eorum a ſubditis ſuis adjuti eſſent, ſe inſciis. Contra *c* Teutæ reginæ Illyriorum non accipitur excuſatio, quod diceret non a ſe, ſed a ſubditis piraticam exerceri: neque enim prohibebat. n Olim ab Amphictyonibus damnati Scyrii, quod ſuorum quoſdam piraticam exercere patiebantur.

* *De Gub. Dei*, L. VII. p. 266.
† *Lib.* I. c. 69.
a *Lib.* I. c. 30.
b *Lib.* VI. c. 10.
c *Polyb.* L. II. c. 8.

6. 23 Sciri autem facile eſt ut præſumantur quæ conſpicua ſunt, quæ frequentia, *τὸ ἐκ πολλῶν συμβαῖνον, ἀνάγκη μηδένα ἀγνοεῖν· id quod a multis fit, neceſſe eſt a nemine ignoretur*, ait Dion Pruſæenſis Rhodiaca. Ætolos graviter reprehendit Polybius, *d* quod cum hoſtes Philippi videri nollent, ſuos tamen palam paterentur agere hoſtilia, & eorum qui talia facerent principes honoribus ornarent.

d *Lib.* IV. c. 27.

III. 1. Veniamus ad quæſtionem alteram de receptu adverſus pœnas. Pœnas, 24 ut ante diximus, naturaliter 25 cuivis cui nihil ſimile objici poteſt exigere licet. Inſtitutis civitatibus id quidem convenit, ut ſingulorum delicta, quæ ipſorum cœtum proprie ſpectant, ipſis ipſarumque rectoribus pro arbitrio punienda aut diſſimulanda relinquerentur.

2. At non etiam jus tam plenum illis conceſſum eſt in delictis, quæ ad ſocietatem humanam aliquo modo pertinent, quæ perſequi

### GROTII.

m *Poteſtas magna & potentiſſima, quæ prohibere ſcelus maximum poteſt*] Philo in Flaccum, (*pag.* 970. B). ὁ γὰρ ἐπιπλήττειν ἢ τὸ πανύστατον ἐπέχειν ἂν δυνηθεὶς, εἰ μὴ κεκώλυκε, δῆλος ἦν ἐφιεὶς καὶ ἐπιτρέπων αὐτός· *nam qui caſtigare, certe inhibere potuit; ſi non impediit, habendus eſt permiſiſſe aut etiam probaſſe quod agebatur.* Dion Galba: τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ἀπόχρη μηδὲν ἀδικεῖν. τοῖς δὲ δὴ τὰς ἡγεμονίας ἔχουσιν ἀνάγκη προνοεῖν ὅπως μηδ᾽ ἄλλος κακουργῇ· *Privatis ſufficit non delinquere. in imperio agentibus incumbit & hoc curare ne delinquat alius*, (pag. 199. B. *Ed. H. Steph.*) In c. 4. Synodi Piſtenſis poſitæ inter *capitula Caroli Calvi* habemus: *Non eſt liber a conſenſu qui quod emendare poteſt emendare negligit. quapropter ſine dubio peccati ſe participem facit.* Vide *Nicetam Choniatem* libro II. de Andronico.

n *Olim ab Amphictyonibus damnati Scyrii*] *Plutarchus* Cimone, (pag. 483. C.)

### GRONOVII.

22 *Illorum pœnam*] Ipſe paſſus eſt, quod illi debebant.

23 *Scire autem facile*] Scientia præſumitur in illis, quæ in oculos incurrunt, & ſæpe factitantur.

24 *Ut ante diximus*] 2, 20, 3. & 7.

25 *Cuivis, cui nihil*] Cuicunque dumtaxat innoxio, ejuſdem aut paris criminis quemvis nocentem.

o Qui

qui ita civitatibus aliis earumve rectoribus jus eſt, quomodo in civitatibus ſingulis de quibuſdam delictis 26 actio datur popularis; multoque minus illud plenum arbitrium habent in delictis, quibus alia civitas aut ejus rector peculiariter læſus eſt. & quo proinde nomine ille illave ob dignitatem aut ſecuritatem ſuam jus habent pœnæ exigendæ, ſecundum ea quæ ante diximus. Hoc ergo jus civitas, apud quam nocens degit, ejuſve rector impedire non debet.

IV. 1. Cum vero non ſoleant civitates permittere ut civitas altera armata intra fines ſuos pœnæ expetendæ nomine veniat, neque id expediat, ſequitur, ut civitas, apud quam degit o qui culpæ eſt compertus, 27 alterum facere debeat, aut ut ipſa interpellata pro merito puniat nocentem, aut ut eum permittat arbitrio interpellantis. p hoc enim illud eſt dedere, quod in hiſtoriis ſæpiſſime occurrit.

2. Sic Iſraëlitæ alii a Benjaminitis poſtulant, ut dedant facinoroſos. Jud. xx. Philiſtæi ab Hebræis, ut Samſonem quaſi maleficum ſibi dedant. Jud. xv. Sic Lacedæmonii * Meſſeniis bellum intulerunt, quod interfectorem quendam Lacedæmoniorum non dederent: & alio tempore † ob non deditos eos qui 28 miſſis ad ſacrum virginibus vim intulerant. Sic 29 Cæſarem Germanis, ob bellum injuſte illatum, dedi voluit Cato. q Sic 30 Fabios ſibi dedi Galli poſtulabant, quod in ſe pugnaſſent. Ab Hernicis agri ſui populatores dedi ſibi poſtularunt Romani; & 31 a Pœnis Amilcarem, non illum nobilem ducem, ſed alium qui Gallos con-

* *Pauſ. l.* IV. c. 4.
† *Strab.* Lib. VIII. p. 362.

GROTII.

o *Qui culpa eſt compertus*] Deditionem enim præcedere debet cauſæ cognitio. non decet *ἀνθρώπους ἐκδιδόναι*, *homines dedere cauſa non cognita.* *Plutarchus* Romulo, (*pag.* 21. C.) Rex Scotiæ apud *Camdenum* in anno LXXXV. ait Eliſabethæ, transmiſſurum ſe in Angliam *Fernihurſtium*, imo & Cancellarium, ſi præcogitate ſecuritatem violaſſe vel cædem conſciſſe liquidis & legitimis probationibus convincerentur.

p *Hoc enim illud eſt dedere, quod in hiſtoriis ſæpiſſime occurrit*] Mithridatem a Tigrane popoſcit Lucullus, & non dedenti bellum intulit; *Appianus* Mithridatico, (*pag.* 228. *Ed. H. Steph.*) & *Plutarchus* Lucullo, (p. 505.) Romani Salgas ab Allobrogibus dedi ſibi poſtularunt; *Appianus* excerptis legationum XI. De Epiſcopo quem Romani dedere Scythis volebant, vide *Priſcum* excerpto legationum 21. Dux Beneventanus a rege Vaſcone deditus Ferdinando Caſtellam regenti. *Mariana* XX, 1.

q *Sic Fabios ſibi dedi Galli poſtulabant*] *Plutarchus* Camillo, (pag. 136, 137.) *Appianus* excerpto legationum 9.

GRONOVII.

26 *Actio popularis*] In qua cuivis de populo agere civiliter permittitur; nam criminales ſive publicæ aliud genus ſunt. Ut de *ſepulcro violato*, de *termino moto*, de *albo corrupto*, &c. lib. 47. *Digeſt.* 21.

27 *Alterum facere*] Unum ex duobus, quæ ſtatim commemorantur.

28 *Miſſis ad ſacrum virginibus*] *Juſtin.* 3, 4.

29 *Cæſarem Germanis*] *Suet.* Cæſ. 24.

30 *Fabios ſibi dedi*] *Liv.* 5, 36.

31 *A Pœnis Amilcarem*] *Liv.* 31, 11.

concitabat: r poſtularunt 32 & poſtea Annibalem: item Jugurtham a Boccho his apud Salluſtium verbis: * *ſimul nobis demeres acerbam neceſſitudinem pariter te errantem & illum ſceleratiſſimum perſequi.* Ab ipſis † Romanis dediti 33 qui Carthagenienſium, quique 34 Apolloniatarum legatis *a* manus intulerant. Achæi a Lacedæmoniis dedi ſibi poſtularunt eos, *b* qui Lanvicum oppugnaſſent, addito, ni dederentur violatum videri fedus. Sic Athenienſes per præconem pronuntiarunt, ſiquis Philippo inſidias ſtruxiſſet, & Athenas confugiſſet, *c* *παραδόσιμον εἶναι*, *in eo ſtatu eſſe ut dedi deberet.* Bæoti ab Hippotenſibus exegerunt, *d* ut qui Phocum interſecerant, dederentur.

3 Quæ omnia tamen ſic intelligenda ſunt, ut non ſtricte populus aut rex ad dedendum teneatur, ſed ut diximus ad dedendum aut puniendum. Nam ita legimus Eleos bellum intuliſſe Lacedæmoniis, (bb) quod illi in eos qui Eleis injuriam feciſſent non animadverterent, id eſt, nec animadverterent nec reos dederent: eſt enim 35 disjunctiva obligatio.

4. ſ Interdum ſontes depoſcentibus 36 optio datur, quo cumulatius ſatisfiat. Cærites apud Livium Romanis ſignificant: *tranſeuntes agmine infeſto per agrum ſuum Tarquinienſes, cum præter viam nihil petiiſſent, traxiſſe quoſdam agreſtium populationis ejus, quæ ſibi crimini detur, comites: eos ſeu dedi placeat, dedere ſe paratos eſſe, ſeu ſupplicio affici, daturos pœnas.*

5. In federe Carthaginienſium & Romanorum ſecundo, quod apud Polybium, exſtat locus male vulgo & diſtinctus & verſus: *εἰ δὲ μὴ, ἰδίᾳ μεταπορευέσθω· ἐὰν δέ τις τοῦτο ποιήσῃ, δημόσιον γινέσθω τὸ ἀδίκημα·* *ni id fiat* (quid id ſit incertum eſt: nam quæ præ-

* Jugurth. Bell. c. 109. Ed. Waſſ.
† Livius lib. XXXVIII. c. 42.
a Val. Max. Lib. VI. c. 6.
b Livius, lib. XXXVIII. c. 31.
c Diod. Sic. Lib. XVI. c. 93.
d Plutarch. Narr. amat. p. 774, 775.
Liv. l. VII. c. 20.
Lib. III. c. 24.

GROTII.

r *Poſtularunt & poſtea Annibalem*] *Diodorus Siculus* in fragmentis, (è *Lib.* XXV.) *Livius.* [Vide not. 32. *Gronovii.*]

ſ *Interdum ſontes depoſcentibus optio datur*] Vide fedus inter reges Angliæ & Daniæ, memoratum *Pontano* de mari.

GRONOVII.

32 *Et poſtea Annibalem*] Si a Pœnis, certe antea. *Liv.* 21, 6. & 10. Sed & poſtea eum non a Pœnis quidem, ſed ab Antiocho, *Liv.* 37, 45. depopoſcerunt, &, ut nonnulli volunt, etiam a Pruſia. *Juſtinus,* 32, 4. quamquam paulo aliter *Livius* 39, 51.

33 *Qui Carthaginienſium*] *Liv.* 38, 42.

34 *Apolloniatarum*] *Epit. Livii* 15.

35 *Disjunctiva*] Ad alterutrum, vel ad hoc an illud faciendum.

36 *Optio*] Liberum ſit, dedi eos an domi puniri malint.

(bb) ALBERICUS GENTILIS, Lib. I. *De Jure Belli*, Cap. 21. p. 163. à quo hoc exemplum, ut alia quædam, mutuatus eſt Auctor noſter, in margine teſtem indicat PAUSAN. *Lib.* VI. Locus eſt non longè ab initio libri, ſeu *Cap* 2. ubi tamen ſimpliciter dicitur, ob verbera inflicta *Licha* Lacedæmonio (non autem *Eleo*) juſſu *Hellanodicorum*, bellum ortum eſſe inter *Lacedæmonios* & *Eleos*. Sic Auctor minus accuratè rem retulit, quam ille, à quo exſcripſit non inſpecto primo Auctore. *J. B.*



Digitized by Google

præcedunt ſunt mutila) *privatim quiſque jus ſuum perſequitor. Id ubi fecerit* (nimirum ni jus reddatur) *publicum delictum habetor.* Æſchines in reſponſo adverſus accuſationem Demoſthenis de male obita legatione, narrat ſe, cum apud Philippum Macedonem ageret de pace Græciæ, dixiſſe inter alia, æquum eſſe ut pœnas luerent commiſſorum criminum non civitates, ſed qui peccaſſent: nec quicquam nocendum civitatibus quæ accuſatos judicio ſiſterent. Quintilianus declamatione CCLV. *Proximos exiſtimo eos transfugis* ɩ *a quibus transfugæ recipiuntur.* Pag. 264. B. Ed. Baſil.

6. Inter mala quæ ex diſcordiis civitatum naſcuntur & hoc ponit Dion Chryſoſtomus oratione ad Nicomedienſes: ἔςι τοῖς ἀδικήσασι τὴν ἑτέραν πρὸς τὴν ἑτέραν καταφυγεῖν· *licet his qui alteram injuria affecerunt ad alteram confugere.*

7. Hic de deditis occurrit quæſtio, an ſi a ſua civitate dediti, nec recepti ſint ab aliis, cives maneant. Non manere cenſebat Pub. Mutius Scævola, * quia quem populus dedidiſſet expuliſſe ex civitate ſua videretur, ſicut faceret cum 37 aqua & igni interdiceret. (cc) Contrariam ſententiam defendit Brutus, & poſt eum † Cicero: quæ & verior eſt, non tamen proprie ob id argumentum quod Cicero affert, quia ut donatio ita deditio 38 ſine acceptione non poſſit intelligi. Nam actus donationis perfectionem non habet niſi ex duorum conſenſu. At dedere, de quo hic agimus, nihil eſt aliud quam civem alterius populi poteſtati permittere, ita ut de eo ſtatuat quod voluerit. Hæc autem permiſſio jus nullum dat aut adimit; 39 executionis tantum impedimentum tollit. Quare ſi alter populus conceſſo jure non utatur, erit is qui deditus eſt eo loco ut a ſuo populo poſſit puniri (quod in 40 Clodio Corſis dedito, *a* nec ab iis accepto evenit) aut non puniri,

* L. ult. D. de legation.

† L. 1. c. 40. & 11. c 32. de Orat. Tom. 8. & pro A. Cæcina, c. 34.

*a* Val. Max. lib. 6, c. 3.

GROTII.

ɩ *A quibus transfugæ recipiuntur*] Zonaras Baſilio Porphyrogenneto: ἔπεμψε πρὸς Χοσρόην ἀξιῶν μὴ παραδέξασθαι τὸν τυραννήσαντα καὶ κατὰ οἰκείου δεσπότου γενόμενον, ἵνα μὴ καὶ καθ' ἑαυτοῦ ὑπόδειγμα εἴη οὐκ ἀγαθόν· *miſit ad Choſroëm poſtulatum ut dederetur ſibi regni affectator, qui domino contraria cepiſſet arma, neve in ſemetipſum pernicioſum exemplum ſtatueret Choſroës.* Vide de piratis Lesbi mendoſe receptis Chalcocondylam libro X. *init.*

GRONOVII.

37 *Aqua & igni*] Profugo & prætoris vel populi judicium vitanti juſtum exilium eſſe ſciſceret.

38 *Sine acceptione*] 2, 6. 2.

39 *Executionis tantum*] Impedimentum executionis erat eum, qui læſit, eſſe in aliena ditione ac territorio. Hoc tollit deditio. Jus puniendi non dat, quod ipſo jure naturæ ac gentium jam habebat, qui læſus eſt. Nec ſuo juri renuntiat, qui dedit, ſed ſi deditio accepta non fuerit, id ſibi videtur reſervaſſe. Neque enim nullius ſub imperio eſſe eum hominem voluit, ſed aut ſub ſuo, aut ſub ejus, cui eum dedidit.

40 *Clodio Corſis*] M. Claudio Glycia a. U. C. 517.

(cc) Confer, de hac quæſtione, PUFENDORF. *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. c. 11. §. 9. *J. B.*



Digitized by Google

puniri, ut multa ſunt delicta in quibus utrumvis fieri poteſt. Jus autem civitatis, ut & jura & bona alia, non amittitur ipſo facto, ſed decreto aliquo aut judicio, niſi lex aliqua 41 factum velit haberi pro re judicata, quod hic dici non poteſt. Hoc denique modo & bona, ſi dedita nec accepta ſint, manebunt cujus fuerant. At ſi deditio accepta ſit, & poſtea caſu aliquo reverſus ſit is qui fuerat deditus, is civis non erit niſi 42 ex novo beneficio: quo ſenſu verum eſt, quod Modeſtinus * de dedito reſpondit.

* *L. 4. D. de captivis.*

8. Quæ autem diximus de nocentibus dedendis aut puniendis, non tantum ad eos pertinent qui ſubditi ſemper fuerunt ejus apud quem nunc reperiuntur, verum etiam ad eos qui poſt crimen commiſſum 43 aliquò confugerunt.

V. 1. Neque obſtant illa adeo prædicata u 44 ſupplicum jura & aſylorum exempla. Hæc enim illis proſunt qui immerito odio laborant, non qui commiſerunt quod ſocietati humanæ aut hominibus aliis ſit injurioſum. Gylippus Laco apud † Diodorum Siculum agens de illo ſupplicum jure ſic ait: *qui initio jura iſta introduxerunt, infelicibus quidem miſericordiam, at his qui malo animo injuriam intulerunt, pœnam exſpectandam voluerunt.* Poſtea: *hi vero ſi dolo malo, ſi injuſta alieni cupiditate in mala hac inciderunt, 45 ne accuſent fortunam, ne ſupplicum ſibi nomen imponant. Id enim jure hominum illis debetur x quibus innocens eſt animus, irata fortuna. Horum vero vita plena factis injuſtis, nullum ipſis locum reliquit qui ad miſerationem & perfugium pateret.* Duo illa, 46 fortunam & injuriam, Menander *a* optime diſtinxit:

† *Lib.* XIII. *bibl.* c. 29.

a *Apud Stob. Tit.* 7.

Y A-

**GROTII.**

u *Supplicum jura*] Κοινοὶ ἱκεσίας νόμοι *Polybio*, & *Malcho* in *excerptis legationum.*

x *Quibus innocens eſt animus, irata fortuna*] Oraculum vetus [apud *Aelianum*, Var. Hiſt. III, 44.]

Ἔκτεινας τὸν ἑταῖρον ἀμύνων· οὐ σ' ἐμίανεν.
Αἷμα. πέλεις δὲ χέρας καθαρώτερος ἢ πάρος ἦσθα.

*Carum occidiſti, dum vis ſuccurrere. nullum*
*Crimen habes. manus eſt tibi purior ac fuit ante.*

**GRONOVII.**

41 *Factum velit*] Diſerte ſtatuerit, ut qui tale quid committat habeatur pro damnato & exſulet.

42 *Ex novo beneficio*] Niſi denuo beneficio populi aut regentium ei fuerit civitas data.

43 *Aliquo confugerunt*] Ut Andriſcus Pſeudophilippus ad regulum Thraciæ. *Flor.* 2, 14.

44 *Supplicum jura & aſylorum*] Quod paſſim legimus ſupplices rejicere aut deſtituere nefarium eſſe; fanis vel templis, lucis, oppidis etiam compluribus jus aſyli conceſſum, ut illos dedi, his extrahi profugos non liceat.

45 *Ne accuſent fortunam*] Ne querantur ſe in caſum indignum incidiſſe.

46 *Fortunam & injuriam*] Eos qui per infelicitatem ſupplices fieri & ad aſyla confugere compelluntur, & eos qui hoc faciunt, ut meritam ſcelere pœnam effugiant.

Y 'A-

Digitized by Google

*y* Ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα διαφορὰν ἔχει:
Τὸ γὰρ διὰ τύχην γίγνεται, τὸ δ' αἱρέσει.
*Injuria illud diſtat infortunio,*
*Hoc caſus, illam quod voluntas efficit.*

Non abit hinc Demoſthenis * dictum: δίκαιόν ἐστιν ἐλεεῖν, οὐ τοὺς ἀδίκους τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τοὺς παρὰ λόγον δυστυχοῦντας. Quod Cicero ita vertit † de inventione ſecundo: *miſereri oportet, qui propter fortunam, non propter malitiam, in miſeriis ſunt.* Et (dd) Antiphanis illud: τὸ ἀκούσιον ἁμάρτημα τῆς τύχης ἐστὶ, τὸ δὲ ἑκούσιον τῆς γνώμης· *quod non ſponte fit, fortunæ eſt; quod ſponte, conſilii.* Et hoc Lyſiæ: οὐδενὶ οὐδὲν ἑκούσιον δυστύχημα γίνεται· *nemini infortunium ſponte ſua accidit.* Sic in ſapientiſſima lege, 47 quibus *a* telum manu fugiſſet, quo interfectus eſſet homo, aſyla patebant: ſervis quoque *b* perfugium dabatur: at qui deliberato hominem innocentem occidiſſent, qui civitatis turbaſſent ſtatum, *c* his ne ipſum ſanctiſſimum Dei altare patrocinabatur. Hanc legem Philo explicans ait, *d* ἀσυλίαν ἀνιέροις τὸ ἱερὸν μὴ παρέχεσθαι· *profanis in fano nullum eſſe receptum.* Nec aliter Græci antiquiores. 48 Nauplium *e* narrantur Chalcidenſes Achivis *z* dedere noluiſſe, ſed cauſa

* *In Aphobum* I. Sub fin. *pag.* 556. A.
† *Cap.* 36.
a *Deut.* XIX. 1, & *ſeqq.*
b *Ibidem*, XXIII, 15.
c *Ex.* XXI. 14. I *Reg.* II, 29. II *Reg.* XI. 13. & *ſeq.*
d *De ſpec. legibus*, p. 790. D.
e *Plut. quæſt. gr.* 32.

### GROTII.

*y* Ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα] *Philo de judice*: ἔλεος ἐπ' ἀτυχήμασιν· ὁ δ' ἑκουσίᾳ γνώμῃ πονηρευόμενος, οὐκ ἀτυχὴς ἀλλ' ἄδικος· *miſericordia infortuniis debetur; at qui deliberata ſententia male agit, non infelix eſt ſed injuſtus.* (Pag. 722. A.) Sic M. Antoninus mentem vult inſpici: ἵνα ἐπιστήσῃς πότερον ἄγνοια ἢ γνώμη, καὶ ἅμα λογίσῃ ὅ, τι συγγενής· *ut noris ignorantia in aliquo an conſilium fuerit, & ſimul ea conſideres quæ his cohærent.* Sic τὰ ἐξ ἀγνοίας ἢ λήθης, *quæ ab ignorantia aut oblivione veniunt*, & τὰ ἐκ προνοίας, *quæ ex conſulto fiunt*, diſtinguit Totilas apud *Procopium* Gotthicorum III. [In loco *Marci Antonini*, qui legitur Lib. IX. §. 22. *Edit. Gataker.* verba ultima malè vertit Auctor, quæ ſignificant, ut Interpres ille Eruditiſſimus reddit: *cogiteſque ſimul eſſe tibi cognatum*, i. e. naturâ. *J. B.*]

*z Dedere noluiſſe*] Recepit nec dedidit Pipinus ex Neuſtria ob tyrannidem ad ſe confugientes. Eſt id apud *Fredegarium* in rebus Pipini ad annum IↃ C LXXXVIII. Etiam ab eccleſia Romana ad ſe confugientes recepit Ludovicus Pius Imperator, ut apparet ex ejus decreto facto anno IↃ CCCXVII. inſerto in tomum II. *conciliorum Galliæ*: & Carolus Calvus, qui ex parte fratris ſui Ludovici ad ſe profugerant: *Aymonius* lib. V, cap. 34. De Cegena Patzinaca non dedito poſtulanti Tyracho vide in Conſtantini Monomachi rebus *Zonaram.* Sic & Oſmanes ab Inungino præfecto non deditus Eskiſari: *Leunclavius* libro II. hiſtoriæ Turcicæ. Albuquercium Luſitani non dedidere, ut memorat *Mariana* XVI, 18.

### GRONOVII.

47 *Quibus telum manu*] Loquitur de Hebræa Moſis, ſed verbo Romanæ legis. *Fugiſſet*, imprudentius excidiſſet, vel emiſſum eſſet. ſermo ex XII. tabb. apud *Ciceronem* topicor. 17.

48 *Nauplium*] Palamedis patrem, qui Græcorum claſſem a Troja reducem, quum tempeſtate jactaretur, clara face in ſcopulos, quaſi in portum pellexiſſet. *Seneca* Agam. 567.

(dd) Non *Antiphanis*, ut habent omnes Editiones, ſed ANTIPHONTIS, Orat. XIV. XV. pag. 134. *Ed. Wech.* Nomen idem eodem modo corruptum infra legitur, §. 16. Locus autem mox ſequens *Lyſiæ*, ubinam exſtet, neſcio. *J. B.*

 a *Ser-*

cauſa additur, quia ſatis 49 ſe purgaverat de his quæ ab Achivis objiciebantur.

2. Erat apud Athenienſes Ara Miſericordiæ, cujus meminerunt (ee) Cicero, Pauſanias*, a Servius, etiam Theophilus † in Inſtitutionibus, & quam late deſcribit Papinius duodecimo Thebaidos. At quibus patebat illa? Audi poëtam, (*vers.* 483.)

*Et 50 miſeri fecere ſacram:*

mox conveniſſe eo ait, (*vers.* 507.)

*victos bellis patriaque a ſede fugatos,*
*Regnorumque inopes.*

Ariſtides b propriam Athenienſium laudem eſſe ait, *a τὴν τῶν πανταχόθεν δυςυχȣ́ντων ὑποδοχὴν καὶ παραμυθίαν, quod omnibus undique infelicibus perfugio ac ſolatio eſſet.* Et alibi: *b τοῖς κατ᾽ ἑκάςȣς ἀτυχȣ̃σι κοινὴ πᾶσιν ὕπεςιν εὐτυχία, τὸ τῆς πόλεως ταύτης ἦθος ὑφ᾽ ȣ̃ σώζονται· his qui ubivis locorum infelices ſunt, communis eis una eſt felicitas, bonitas civitatis Athenienſis, per quam ſalutis compotes ſiunt.* Apud Xenophontem Patrocles Phliaſius in oratione quam Athenis habebat: *c ἐζήλȣν τήνδε τὴν πόλιν, ὅτι πάντας καὶ τȣ̀ς ἀδικȣμένȣς καὶ τȣ̀ς φοβȣμένȣς ἐνθάδε καταφεύγοντας ἐπικȣρίας δεομένȣς ἤκȣον τυγχάνειν· laudabam hanc urbem, quod omnes aut injuria affectos, aut ſibi præmetuentes, ſi huc perfugiſſent, auxilii compotes fieri intellexeram.* Idem ſenſus eſt in epiſtola Demoſthenis *d* pro Lycurgi liberis. Itaque Oedipus ad Colonum confugiens, in ejus nominis tragœdia, c apud Sophoclem ita teſtatur, (*vers.* 512, &c.)

*Heu, Cecropidæ, mala multa 51 tuli:*
*Sed nempe tuli: Deus eſt teſtis,*
*Nihil horum ſponte patratum.*

Reſpondet Theſeus (*vers.* 558, *& ſeq.*)

*Non*

* Lib. I. ſeu Attic. c. 16.
† Lib. I. cap. 2. §. 1.
a Panathen. p. 187. B. Tom. I.
b Orat. Leuctr. I. p. 89. A. Tom. II.
c Hiſt. Græc. Lib. VI. c. 5. n. 38. Ed. Oxon.
d Pag. 114. B.

GROTII.

a *Servius*] Ad VIII. Æneidos, (vers. 342.)

b *Propriam Athenienſium laudem*] Quam Arragoniis tribuit *Mariana* XX, 13. Gepidæ perire omnes malunt quam Ildigiſalem Romanis aut Longobardis dedere. *Procopius* Gotthicorum IV.

c *Apud Sophoclem*] Vide totum locum. eſt enim lectu dignus.

GRONOVII.

49 *Purgaverat ſe de his*] Demonſtrando ſe juſtam vindictam ſumſiſſe de illis, qui per ſceleſtam calumniam filium ejus pro proditore occidiſſent. *Hygin.* fab. 105.

50 *Miſeri*] Nempe miſeri, non facinoroſi. *Aſconius* in orat. Ciceronis de prætura urbana: *miſerum pro innocente* Tullius *ponit.* Sic alibi: *& erunt qui illum, ſi hoc fecerit, non improbum, ſed miſerum, me non diligentiſſimum conſulem, ſed crudeliſſimum tyrannum exiſtimari volent.*

51 *Tuli*] Paſſus ſum, non feci. Patrem Lajum imprudens interfecerat, matrem Jocaſtam uxorem duxerat, & liberos ex ea genuerat: quo cognito ſeſe ultro excæcaverat regnoque exuerat, & a Creonte in exilium ejectus erat.

(ee) Apud Scholiaſtem *Statii*, in Theb. XII, 481. ubi quaſi ex *Libro Tuſculanarum* id refert. Sed nil de ea Arâ ibi reperitur, *J. B.*

d Pro

Digitized by Google

*Non me pigebat hoſpitem, qualem, Oedipe,*
*Te tueor, omni ſoſpitare in tempore,*
*Homo eſſe memini.*

Similiter Theſei filius Demophon, (ff) cum Herculis poſteri Athenas confugiſſent, ſic ait:

*Hæc patria noſtra ſemper invalidos ſolet,*
*Sed jure fretos, ope ſua defendere.*
*Antehac amicis mille relevandis tulit*
*Diſcrimina: & nunc aliud in promtu imminet.*

Et hoc illud factum eſt, ob quod Athenienſes præcipue prædicabat Calliſthenes: τούτους γὰρ καὶ πρὸς Εὐρυσθέα πολεμῆσαι ὑπὲρ τῶν παίδων τοῦ Ἡρακλέους τυραννοῦντα ἐν τῷ τότε τῆς Ἑλλάδος. *hos enim & in Euryſthea bellum ſuſcepiſſe* d *pro Herculis liberis, cum Græciam Euryſtheus tyrannide premeret.*

3. Contra de maleficis hoc habes in eadem tragœdia:

*Hunc qui facinorum conſcius, nec legibus*
*Fidens ad aras volvitur ſupplex Deûm,*
*Trahere ad tribunal nulla religio mihi:*
*Mala ſemper æquum ferre qui fecit male.*

Idem Ione (*vers.* 1315, *& ſeqq.*)

*Non enim tangi decet*
*Manu nocente numina, at juſtum fuit*
*Piis patere templa contra injurias.*

Narrat orator Lycurgus Calliſtratum quendam, qui capital commiſerat, conſulto oraculo reſponſum accepiſſe, ſi Athenas iiſſet, τεύξεσθαι τῶν νόμων, *conſecuturum quod jus eſſet*: illum vero confugiſſe e ad id quod Athenis ſanctiſſimum eſſet altare, impunitatis fiducia. at nihilominus occiſum eum ab obſervantiſſima ſuarum religionum civitate, atque ita impletam oraculi fidem. Et Tacitus * improbat receptum ſuo ſæculo morem, per Græcas urbes flagitia hominum 52 ut ceremonias Deûm protegendi. Apud eundem eſt: † *principes quidem inſtar Deorum eſſe: ſed neque a Diis niſi juſtas ſupplicum preces audiri.* *Adverſ. Leocr. pag. 156. Ed. Wech.* * *Ann. III. c. 60.* † *Ibidem. c. 36.*

4. Tales

GROTII.

d *Pro Herculis liberis*] Vide *Euripidem* Heraclidis, & *Apollodorum* (Bibl. L. II. c. 8. §. 1.)

e *Ad id quod Athenis ſanctiſſimum eſſet altare*] In Luſitania Ferdinandum cubiculi præfectum e templo ad quod confugerat raptum, & igne combuſtum, ob vitium nobili virgini illatum, narrat *Mariana* libro XXI. Vide & de aſylis librum viri magni *Pauli Veneti*, ſocietatis *ſervorum* quæ dicitur.

GRONOVII.

52 *Ut ceremonias*] Tamquam niſi eſſent illa impunita, jus ſacrorum violaretur.

(ff) Non *Demophoon*, ſed Chorus, apud EURIPIDEM, *Heraclid.* vers. 330, *& ſeqq.* *J. B.*

 f Per-

4. Tales ergo aut puniendi, aut dedendi, aut certe 53 amovendi. Sic narrante Herodoto * Cymæi Pactyen (gg) Perſam cum nec dedere vellent, nec retinere auderent, permiſerunt abire Mitylenen. Demetrium Pharium † qui bello victus ad Philippum Macedonum regem fugerat, a rege depopoſcerunt Romani. f Perſeus rex Macedonum, a in purgatione ad Martium, de his agens qui Eumeni inſidiati dicebantur: *ego iſtos, ut primum in Macedonia eſſe admonitus a vobis comperi, requiſitos abire ex regno juſſi, & in perpetuum interdixi finibus meis.* Samothraces Euandro qui Eumeni inſidias ſtruxerat, denuntiant, b liberaret 54 religione templum.

* Lib. 1. c. 160, 161.
† Livius lib. XXII. c. 33.
a Livius lib. XLII. c. 41.
b Livius, XLV, 5.

5. Cæterum jus hoc, quod diximus, depoſcendi ad pœnas eos qui extra territorium profugerunt, hoc & proxime actis ſæculis & pleriſque Europæ partibus, circa ea demum crimina uſurpatur quæ ſtatum publicum tangunt, aut quæ eximiam habent facinoris atrocitatem. Minora mutuâ diſſimulatione tranſmitti invaluit, g niſi federis legibus propius quiddam convenerit. Sed & hoc ſciendum eſt, latrones ac piratas qui ita invaluerunt ut formidabiles ſe fecerint, recte recipi ac 55 defendi, pœnam quod attinet, quia intereſt humani generis ut ſi aliter non poſſunt impunitatis fiducia a maleficiis revocentur, ejuſque negotium gerere quivis populus aut populi rector poteſt.

VI. 1. Notandum & hoc, interim dum de cauſæ juſtitia cognoſcitur, 56 defendi ſupplices. Sic Demophon ad legatum Euryſtheos;

Eurip. Heracl. vers. 252.

S

GROTII.

f *Perſeus rex Macedonum*] Narrat & *Appianus* excerpto legationum num. 20. Simile illud in latina vita Themiſtoclis [*Corn. Nepos*, c. 8.] *cum ab Athenienſibus & Lacedamoniis expoſceretur publice, ſupplicem non prodidit* (Admetus rex Moloſſorum) *monuitque ut conſuleret ſibi. itaque Pydnam eum deduci juſſit, & quod ſatis eſſet præſidii dedit.* Sic & Ildigim Langobardum dimittunt Gepidæ apud *Procopium* Gotthicorum III. Adde epiſtolam Theuderici ad Traſamundum regem Vandalorum de Giſelico ſuſcepto, [apud *Caſſiodor.*] v. 43. & 44. & ea quæ in vita regis Ludovici. Sic Chriſtophorum Sborovium a ſe amovit Imperator Rudolphus II, teſte *Thuano* lib. LXXXIII. in anno cIↃ IↃ LXXXV. Eliſabetha Scotis reſpondet ſe Bothwellum aut reddituram aut ex Anglia exterminaturam. *Camdenus* id habet circa ann. cIↃ IↃ XCIII. De Alfonſo Gegionis comite a rege Galliæ damnato, ac negato ei in Hiſpaniam receptu, vide *Marianam* XIX, 6.

g *Niſi federis legibus propius quiddam convenerit*] Ut in federe Helvetiorum cum Mediolanenſibus, *Simlerus* recitat. Federa Anglorum cum Gallis dedi rebelles & profugos volunt, cum Burgundis expelli. *Camdenus* in anno cIↃ IↃ C.

GRONOVII.

53 *Amovendi*] Compellendi, ut abſcedant & perfugii loca deſerant.

54 *Religione*] Piaculo.

55 *Defendi*] Ea ſcilicet conditione, ut poſthac piraticam exercere deſinant.

56 *Defendi*] Nempe ab illo ad quem confugerunt.

(gg) Non erat *Perſa*, ſed *Lydus*. Inſpice locum *Herodoti*, in margine à me diſtinctè indicatum. *J. B.*

57 Cri-

Digitized by Google

*Si 57 crimen iſtis aliquod hoſpitibus ſtruis,*
*58 Jus impetrabis: vi quidem hinc non abſtrahes.*

Et in altera tragœdia Theſeus ad Creontem:

*Es facinus auſus* (hh) *temet indignum, Creo,*
*Tuiſque Thebis ac tuis majoribus:*
*Ingreſſus urbem quæ colit fas ac pium,*
*Quæ cuncta rite legis ex norma facit,*
*Noſtris omiſſis moribus, quicquid lubet*
*Moliris, & vi cuncta te acturum putas.*
*Adeone hominibus vidua vel patiens jugi*
*Urbs iſta viſa eſt, & ego nullius rei?*
*Non te iſta docuit 59 civitas Amphionis,*
*Quippe educare haud ſolita mortales feros:*
*Nec approbabit illa cum te audiverit*
*Quæ ſunt Deorum, quæque mea pervadere,*
*Et rapere ab alma ſede miſeros ſupplices.*
*Ego 60 Labdacea ſi urbe poſuiſſem pedem,*
*Quamvis 61 fuiſſent juſta mihi certiſſima,*
*Indubia, nulli injicere tentaſſem manum,*
*Niſi annuente qui ſoli regnum tenet,*
*Quid in urbe deceat hoſpitem externa memor.*
*Tu nec merentem patriam aſpergis tuam*
*Probro atque maculis, & ſenem certe tua*
*Te fecit ætas, ſed parum mentis potem.*

2. Quod ſi id, cujus accuſantur ſupplices, non ſit vetitum jure naturæ aut gentium, res dijudicanda erit ex jure civili populi unde veniunt. quod optime oſtendit Æſchylus Supplicibus, ubi rex Argivus Danaidum gregem ex Ægypto venientem ſic affatur: *Pag. 321. Ed. H. Steph.*

Εἴ τοι κρατοῦσι παῖδες Αἰγύπτου σέθεν,
Νόμῳ πόλεως φάσκοντες ἐγγύτατα γένους
Εἶναι, τίς ἂν τοῖσδ' ἀντιωθῆναι θέλοι;
Δεῖ τοί σε φεύγειν κατὰ νόμους τοὺς οἴκοθεν,
Ὡς οὐκ ἔχουσι κῦρος οὐδὲν ἀμφὶ σοῦ.
*Manum tibi ſi immittat Ægypti genus,*
*Quod lege patria proximos ſe ſanguine*

*Dicant,*

GRONOVII.

57 *Crimen iſtis ſtruis*] Accuſare iſtos & arguere vis.

58 *Jus impetrabis*] Audieris.

59 *Civitas Amphionis*] *Ovidius* 5, Met. 178.

60 *Labdacea*] Thebis ab antiquo rege Labdaco, Laii patre, Oedipi avo, ſic appellatis.

61 *Fuiſſent juſta*] *Terent.* Phor. 2, 1, 50. *qui poſſet noſcere tua juſta.*

(hh) Eſt in Græco ἐμοῦ, apud SOPHOCLEM, *Oedip. Colon.* vers. 904. In *Excerptis ex Trag. & Comœd. Græc.* habet etiam *te*, neſcio quo fato, quum ibi recte ſcripſerit ἐμοῦ, pag. 98, 99. *J. B.*

Oo 5 62 *Veter*

Digitized by Google

*Dicant, quis hæc objicere ſe contra velit?*
*Quare tuum eſt docere natalis ſoli*
*Ex lege, nullo jure te illis ſubjici.*

VII. 1. Vidimus quomodo a ſubditis, aut [62] veteribus aut advenis, culpa in rectores tranſeat: viciſſim a ſumma poteſtate in ſubditos culpa tranſibit, ſi in crimen ſubditi conſenſerint, aut ſi quid fecerint ſummæ poteſtatis imperio aut ſuaſu, quod facere ſine facinore non poterant: qua de re rectius erit infra agere, ubi, quæ partes ſint ſubditorum, examinabitur. Etiam [63] inter univerſos & ſingulos communicatur delictum, quia, ut Auguſtinus ait loco ſupra adducto, *ubi univerſi, ibi & ſinguli: univerſi non poſſunt niſi ex ſingulis quibuſque conſtare: nam ſinguli quique congregati, vel in ſummam reputati, faciunt univerſos.*

*In Levit. Quæſt. 26.*

2. Pertinet autem culpa ad ſingulos [64] qui conſenſerunt, non ad eos qui aliorum ſententiis victi ſunt. Diſtinctæ enim ſunt pœnæ ſingulorum & univerſitatis. Sicut ſingulorum pœna interdum eſt mors, ita * πόλεως θάνατος ἀνάστατον γενέσθαι, *mors civitatis everti:* quod fit cum corpus civile diſſolvitur; qua de re [65] diximus † alibi. Atque hoc modo ſi civitas eſſe deſinat, [66] uſumfructum velut morte finiri recte dixit *a* Modeſtinus. Singuli in ſervitutem pœnæ nomine rediguntur, ut *b* Thebani ſub Alexandro Macedone: exceptis his qui decreto [67] exuendæ ſocietatis contradixerant. Sic & civitas ſubit ſervitutem civilem [68] in provinciam redacta. Singuli bona ſua amittunt confiſcatione. Sic civitati adimi ſolent quæ habet communia, muri, navalia, naves bellicæ, arma, elephanti, ærarium, agri publici.

* *Lycur. orat.* p. 139. *Ed. Wech.*
† *Supra cap.* IX. §. 4.
a *L.* 21. *D. quib. mod. uſusfr. am.*
b *Plut. Alex.* p. 670. D.

3. At ut ſinguli ob delictum univerſitatis citra conſenſum ſuum ea amittant, quæ ipſorum ſunt propria, injuſtum eſt, ut recte oſtendit Libanius in ea quæ eſt de ſeditione Antiochena. Idem h Theodoſii probat factum, qui commune delictum punierat in-

GRONOVII.

62 *Veteribus*] Qui ſemper aut olim in ditione illorum fuerunt, aut qui nuper ad eos confugerunt & recepti ſunt: nam utrique jure poſcentur ad deditionem pœnæ cauſa, ſi quid deliquerint in poſcentes.

63 *Inter univerſos*] Ut quod peccaverunt univerſi, luant per occaſionem ſinguli; quod ſinguli peccarunt, luant univerſi.

64 *Qui conſenſerunt*] Qui cum deliberaretur de injuria inferenda, ſententia ſua inferendæ fuerunt auctores; non qui diſſuaſerunt, etſi paſſi ſint fieri, quod major pars cenſeret.

65 *Diximus alibi*] 2, 9. 4.

66 *Uſumfructum*] Civitati relictum.

67 *Exuendæ ſocietatis*] Defectionis a Macedonibus faciendæ.

68 *In provinciam*] Nam *provincia* proprie populus ſubjugatus armis & ſubjectus imperio peregrino.

GROTII.

h *Theodoſii probat factum*] Eadem quæ *Libanius* de hac re dicit & *Chryſoſtomus* in XVII. de ſtatuis. in eoſdem Antiochenos paria olim conſtituerat Marcus Antoninus philoſophus, ut teſtis eſt *Capitolinus* (Cap. 25.) & in Byzantinos Severus, demto theatro, ther-

interdictione theatri, balneorum, 69 nominis metropolitani.

VIII. 1. Egregia hic occurrit quæſtio, an pœna ob delictum univerſitatis 70 ſemper exigi poſſit. Quamdiu durat univerſitas, videtur poſſe, quia idem corpus manet, quanquam 71 particulis ſuccedentibus, ut alibi oſtenſum eſt. Sed ex adverſo notandum eſt, quædam de univerſitate dici 72 primo ac per ſe, ut habere ærarium, leges, & ſimilia: quædam non niſi 73 derivatione a ſingulis. Sic namque 74 doctam dicimus univerſitatem & fortem, quæ plurimos habet tales. De hoc genere eſt 75 meritum: primo enim convenit ſingulis, ut animum habentibus quem univerſitas per ſe non habet. Extinctis ergo illis 76 per quod ad univerſitatem meritum deducebatur, ipſum quoque meritum extinguitur, ac proinde & pœnæ debitum, quod ſine merito diximus non conſiſtere. Libanius in dicta oratione: *ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖς ἀρκεῖν ἡγούμενος τὸ μηκέτ' εἶναι μηδένα τῶν ταῦτ' ἠδικηκότων· ita enim exiſtimo, ſufficere tibi, ad pœnam quod nemo ſuperſit eorum qui deliquerunt.* *Ariſt.* VII, *Pol.* 13.

2. Probanda igitur Arriani ſententia 77 damnantis vindictam (ii) i Alexandri in Perſas, cum pridem interiiſſent qui in Græcos pec-

thermis, honore, ornamentiſque omnibus. ſed & ipſa urbs Perinthiis data. vide *Herodianum* (Lib. III. c. 6. n. 19. *Ed. Boecler.*) *Zonaram*, & quæ ſupra dicta a nobis.

GRONOVII.

69 *Nominis metropolitani*] Ne poſthac Antiochia metropolis vocaretur & provinciæ Syriæ caput eſſet.

70 *Semper*] Quocumque & quamvis longiſſimo tempore poſt delictum, etiamſi nemo eorum qui proprie peccaverant, ſuperſit, quum ſuperſit corpus in poſteritate.

71 *Particulis ſuccedentibus*] Perſonis aliis id corpus conſtituentibus. 2, 9. 3.

72 *Primo ac*] Tanquam, quæ omnino totius ſint, non ſingulorum.

73 *Derivatione*] Quæ non proprie totius, ſed multarum in ea partium, ſive ſingulorum.

74 *Doctam*] *Porcius Latro* in Catil. *Non ita placuit Athenienſibus, urbi ſine dubio doctiſſimæ atque eruditiſſimæ.* Cicero pro Sex. Roſcio 25. *Prudentiſſima civitas Athenienſium, dum ea rerum potita eſt, fuiſſe traditur.*

75 *Meritum*] Culpa, noxa.

76 *Per quos ad univerſitatem*] Illis paucis, ob quorum ſcelus infamabatur & pro improbo traducebatur totum corpus alicujus ſocietatis aut communitatis.

77 *Damnantis vindictam*] Negantis belli ab Alexandro in Perſas geſti juſtum fuiſſe titulum, quaſi ultor electus eſſet toties a Perſis petitæ Græciæ. *Juſtin.* 11, 5.

(ii) Non damnat hanc vindictam *Arrianus*, Lib. II. Cap. 14. ubi inducit *Alexandrum* veteres illas injurias *Perſarum* memorantem. Ex memoriæ vitio confudit Auctor *Arriani* judicium de *Perſepoli* incenſâ, quod paullo poſt ſubjecit, & in primâ Editione aberat. *J. B.*

GROTII.

i *Alexandri in Perſas*] Propterea aliam ei bello cauſam attribuit *Julianus* in Conſtantii laudatione: *καὶ ὅτι μὲν οὐδεὶς πω πόλεμος συνέστη πρότερον, οὐδ' ἐπὶ Τροίαν τοῖς Ἕλλησιν, οὐδ' ἐπὶ τοὺς Πέρσας Μακεδόσιν, ὅσπερ δὴ δοκοῦσιν ἐν δίκῃ γενέσθαι τοσαύτην ἔχων ὑπόθεσιν καὶ παιδί που δῆλον. οὐ τῆς μέγα λίαν ἀρχαίων ἀδικημάτων τιμωρίας σφόδρα νεωτέρας, οὔτ' εἰς παῖδας οὔτ' εἰς ἐκγόνους γενομένης, ἀλλ' εἰς τὸν ἀφελόμενον καὶ ἀπο-*

Digitized by Google

peccaverant. De excidio Branchidarum facto per eundem A-
Lib. VII. c. 5. lexandrum hoc eſt Curtii judicium: *Quæ ſi in ipſos proditionis auctores excogitata eſſent, juſta ultio eſſe, non crudelitas, videretur. Nunc culpam majorum poſteri luère, qui ne viderant quidem Miletum, adeo Xerxi non potuerant prodere.* Simile eſt alio loco Arriani judicium de Perſepoli incenſa, in ultionem eorum quæ Athenis
Lib. III. c. 18. Perſæ fecerant: ἀλλ' οὐδ' ἐμοὶ δοκεῖ σὺν νῷ δρᾶσαι τοῦτό γε Ἀλέξανδρον, οὐδὲ εἶναί τις αὕτη Περσῶν τῶν πάλαι τιμωρία· *at mihi non videtur hoc prudenter feciſſe Alexander, neque vero hæc vera eſt vindicta in eos Perſas qui pridem eſſe* 78 *deſierant.*

*Plutarch. Apopht. p. 176. D. & de ſera num. vindict. p. 557. B. †Pag. 860. 3. Nam Agathoclis illud nemo non ridet, * qui ad Ithacenſium querelas de damnis illatis reſpondit, plus mali Siculos ab Ulyxe olim pertuliſſe. Et Plutarchus libro contra Herodotum, † minime ait vero eſſe ſimile, Corinthios ulciſci voluiſſe acceptam a Samiis injuriam μετὰ τρεῖς γενεὰς, *poſt tres hominum ætates.* Nec procedit hujus & ſimilium factorum defenſio, quam apud Plutarchum legere eſt de ſera numinis vindicta. Aliud enim eſt 79 jus Dei, aliud hominum, ut mox apertius fiet. Neque ſi æquum eſt poſteros honores & præmia accipere ob merita majorum, ideo & 80 puniri eos ob eorum peccata æquum eſt. Beneficii enim talis eſt materia, ut in quemvis conferri ſine injuria poſſit; pœnæ 81 non item.

IX. Diximus de modis per quos 82 communitas pœnæ accidit ex

ἀποστερήσαντα τὴν ἀρχὴν τοὺς τῶν εὐδοκησάντων (male legitur ἀδικησάντων) ἀπογόνους· *nullum unquam bellum, quod quidem juſtum cenſeretur, tali ex cauſa geſtum, non a Græcis in Trojanos, non a Macedonibus in Perſas, vel puero liqueat. non enim illi obſita vetuſtate crimina ſeris pœnis, ne in nepotes quidem aut liberos, perſequebantur, ſed illos impetebant, qui virorum bene meritorum poſteris vim inſerebant, regna extorquebant.* [Locus eſt, *pag.* 95. B. Edit. Illuſtris *Spanhemii*: ſed vertendum erat in poſterioribus verbis: *Non enim ille* (ſcilicet *Conſtantius*) *obſita vetuſtate crimina ſeris pœnis, etiam in filios aut nepotes, perſequebatur; verum eum impetebat* (i. e. *Magnentium*) *qui poſteris virorum bene meritorum Imperium vi eripuerat.* Unde patet, *Julianum* laudi tribuere *Conſtantio*, quòd non imitatus ſit veteres *Græcos*, aut *Alexandrum*: adeoque non aliam bello *Alexandri* in *Perſas* cauſſam adtribuere, ſed potius aliam non fuiſſe innuere. *J. B.*]

GRONOVII.

78 *Deſierant*] Eodem loco ponenda, quæ in Tyrios Alexander ſtatuit, aliquot ſæculis poſtquam ſervi occiſis dominis urbem occuparant. *Juſtin.* 18, 3.

79 *Jus Dei*] Recte namque & jure ſuo Deus punit interdum in nepotibus, quod majores illorum peccaverunt, non homo.

80 *Puniri eos ob eorum*] Sic Demetrius Polior. Antig. F. perfide interfecto Alexandro Caſſandri F. ultionem aiebat, quia nequiſſet ab Antipatro & Caſſandro exigere, ad nepotem & filium eorum eſſe tranſlatam. *Juſtin.* 16, 1.

81 *Non item*] Quippe quæ perſonam peccantem non egrediatur, ſi juſta ſit.

82 *Communitas*] Duo vel plures aut tam publicum quam ſinguli, tamque ſinguli quam communitas debent pœnam, quia & culpæ ſunt affines.

83 *Pri-*

Digitized by Google

ex culpæ communitate. Reſtat ſpectemus an & culpa non communicata, communicetur pœna. quæ res ut recte intelligatur, & ne, quæ re ipſa diverſa ſunt, ob vocum ſimilitudinem confundantur, monenda ſunt quædam.

X. 1. [83] Primum, aliud eſſe damnum directe datum, aliud quod in conſequentiam venit. Directe datum voco, quo cuiquam aufertur ad quod jus proprium habet. Per conſequentiam, quo fit, ut quis non habeat quod habiturus alioqui fuiſſet, [84] ceſſante ſcilicet conditione ſine qua jus non habebat. Exemplum eſt apud Ulpianum: * ſi in meo puteum aperui quo factum eſt ut [85] venæ ad te perventuræ præciderentur: negat operis mei vitio damnum datum in ea re, in qua jure meo uſus ſum. Et alibi, † multum ait intereſſe, utrum damnum quis faciat, an lucro quod adhuc faciebat uti prohibeatur. Et Paulus juriſconſultus, *a præpoſterum eſſe* ait, [86] *ante nos locupletes dici quam acquiſierimus.*

* L. 24. §. ſ. d. dam. inf.
† L. 26. d. t.
a L. 63. D. ad L. Falc. princ.

2. Sic parentum bonis confiſcatis ſentiunt quidem incommodum liberi, ſed proprie ea pœna non eſt, quia bona illa illorum futura non erant, niſi a parentibus ad ultimum ſpiritum eſſent conſervata. Quod recte ab Alpheno notatum eſt, *b* cum ait patris pœna amittere liberos id quod ab ipſo perventurum eſſet ad eos: quæ vero non a patre, ſed a rerum natura aut aliunde tribuerentur, ea manere incolumia. Sic Themiſtoclis [87] liberos eguiſſe ſcribit *c* Cicero, nec iniquum putat, ut eandem calamitatem ferant liberi Lepidi. Idque ait antiquum eſſe & omnium civitatum: cui tamen mori leges poſteriores *d* Romanæ multum temperamenti adjecerunt. Sic cum ex delicto majoris partis, quæ [88] ut alibi diximus perſonam univerſitatis ſuſtinet, univerſitas in culpa eſt, eoque nomine amittit ea quæ diximus, libertatem civilem, muros, & alia commoda, ſentiunt damnum & ſinguli innocentes; ſed ea in re, [89] quæ ad ipſos non pertinebat niſi per univerſitatem.

b L. 3. D. de interdict. & releg.
c Epiſt. ad Brut. L. 11. ep. 12. & 15.
d L. 7. D. de bon. damn. ubi vid. Interpr.

XI. 1. [90] Præterea notandum, interdum imponi alicui aliquid mali, aut boni aliquid auferri, occaſione quidem alicujus peccati alieni, ſed non ita ut id peccatum cauſa ſit proxima ejus actionis,

GRONOVII.

83 *Primum, aliud*] Diſtinguendum inter id quod fit per ſe, & quod per accidens.

84 *Ceſſante ſcilicet*] Niſi factum interveniſſet alterius non tam lædendi noſtri, quam ſui juvandi animo patratum.

85 *Venæ*] Rivi ſubterranei in tuum agrum vel prædium aquam ducentes.

86 *Ante nos locupletes*] Id in bonis computari noſtris, tanquam ſi intercipiatur, injuria nobis fiat, quod ſperamus tantummodo, nondum etiam habemus.

87 *Liberos eguiſſe*] Propter exilium patris.

88 *Ut alibi diximus*] 2, 5. 17.

89 *Quæ ad ipſos*] Quæ ſingulorum dominii non erat.

90 *Præterea*] Diſtinguendum inter cauſam remotam & propinquam.

k Vades

nis, quod jus ipſum agendi attinet. Sic qui 91 occaſione alieni debiti aliquid promiſit, malum patitur, ex 92 veteri verbo, *ἐγγύα, παρὰ δ' ἄτα· ſponde, noxa praſto eſt:* at proxima cauſa obligationis eſt ipſa promiſſio. Nam ut qui pro emtore fidejuſſit, non proprie ex emto tenetur, ſed ex promiſſo: ita & qui pro delinquente, non ex delicto, ſed ex ſua ſponſione. Atque hinc fit quod malum illi ferendum 93 menſuram accipit non ex delicto *alterius*, ſed 94 ex poteſtate quam ipſe in promittendo habuit.

2. Cui conſequens eſt, ut ex ſententia, quam veriorem credimus, occidi nemo poſſit 95 ex fidejuſſione, quia ſtatuimus neminem jus tale habere in vitam, ut eam ſibi ipſe adimere, aut adimendam obligare poſſit: cum veteres 96 Romani Græcique aliter ea de re ſenſerint: ideoque & [k] vades capitali judicio crediderint obligari, ut in 97 Auſonii eſt verſu, & ex notiſſima Damonis 98 & Pythiæ hiſtoria apparet: & obſides ſæpe capite plexerint, [l] 99 ut alibi memorabimus. Quod de vita diximus, idem & de membris intelligi debet: nam & in illa jus homini datum non eſt, niſi corporis ſervandi cauſa.

3. Quod

### GROTII.

k *Vades capitali judicio crediderint obligari* ] Apertum id in verbis Rubenis ad patrem Jacobum *Gen.* XLII, 37. & apud *Joſephum* II. antiquæ hiſtoriæ, cap. 3. Hos vades *ἀντιψύχους* animæ vicarios vocat *Eutropius* Caligula; *ἐγγυητὰς θανάτου*, mortis ſponſores, *Diodorus Siculus*, in excerptis Peireſcianis. *Chryſoſtomus* ad Galatas II. *καθάπερ τινὸς καταδικασθέντος ἀποθανεῖν, ἕτερος ἀνεύθυνος ἑλόμενος θανεῖν ὑπὲρ ἐκείνου ἐξαρπάζει τῆς τιμωρίας αὐτόν· ſicut homine aliquo ad mortem damnato, innocens alter pro illo ſe morti devovens illum ſupplicio liberat. Auguſtinus* epiſtola LIV. ad Macedonium: *& aliquando qui cauſa fuit mortis potius in culpa eſt, quam ille qui occidit. velut ſi quiſpiam decipiat fidejuſſorem ſuum, atque ille pro iſto legitimum ſupplicium luat.* [Mirum heic ab Auctore *Eutropium*, Scriptorem Latinum, teſtem adferri vocis Græcæ Ἀντίψυχοι de *Vadibus* uſurpatæ. Neque vocem illam reperiri putes in Verſione Græca *Paanii*. Sed Auctor noſter, dum feſtinaret, nec ſatis adtenderet, ſcripſit *Eutropium*, pro DIONE CASSIO: hic enim, ubi loquitur de *Publio Afranio Potito*, & *Atanio Secundo*, qui *Caligulâ* ægrotante juraverant ſeſe mortem ſponte quæſituros, ſi ille fato fungeretur ita ait, *ἤλπιζον παρ' αὐτοῦ, ὡς καὶ* ANTIΨΥΧΟΙ *οἱ ἀποθανεῖν ἐθελήσαντες* &c. Lib. LIX. pag. 741. B. *Ed. H. Steph.* Ceterum de re ipſâ, ut & de voce, vide SALMASIUM in *Spartian.* Hadrian. c. 14. & Clariſſ. CLERICUM, in *Matth.* XX, 23. poſt *Hammondi* Adnotat. *J. B.*]

l *Ut alibi memorabimus* ] Libro III, cap. IV. §. 14.

### GRONOVII.

91 *Occaſione alieni*] Pro alio fidejuſſit.

92 *Veteri verbo* ] *Thaletis Mileſii* e ſeptem Sapientibus, [apud STOBÆUM, *Serm.* 3.]

93 *Menſuram accipit* ] Majus aut minus eſſe debet.

94 *Ex poteſtate* ] Prout ille magis minuſve ſe obligare potuit.

95 *Ex fidejuſſione*] Quod caput ſuum pro alterius capite pignori poſuit. *Plaut.* Captiv. 2, 3. 33.

96 *Romani Græcique* ] 2, 15. 16.

97 *Auſonii* ] In Technopægnio monoſyllaborum: *quis ſubit in pœnam capitali judicio? vas.*

98 *Et Pythiæ* ] Scribendum *Phintiæ. Cicero* 3, de offic. 10.

99 *Ut alibi* ] 3, 4. 14.

m Ut

3. Quod 1 ſi exilium, ſi pecuniarum damnum in promiſſione fuerit, & alterius delicto impleta ſit conditio, damnum feret fidejuſſor, quæ tamen in ipſo, ſi exacte loquimur, 2 pœna non erit. Simile quid occurrit in eo jure quod quis habet ſic ut ab alterius voluntate pendeat, quale eſt 3 jus precarii, reſpectu habito ad rei dominium; & jus privatorum, reſpectu habito ad eminens dominium, quod utilitatis publicæ cauſa civitas habet. Nam ſi quid tale alicui auferatur occaſione delicti alieni, pœna in illis proprie non eſt, ſed exſecutio juris antecedentis, quod erat penes auferentem. Sic quia in beſtias proprie delictum non cadit, ubi beſtia occiditur, m ut lege Moſis ob concubitum cum homine, non ea vere pœna eſt, ſed uſus dominii humani in beſtiam. *Levit. XVIII. 23. XX. 15, 16.*

XII. His diſtinctionibus poſitis, dicemus, neminem 4 delicti immunem, ob delictum alienum, puniri poſſe. Cujus rei ratio vera non eſt ea, quam adfert Paulus juriſconſultus, * quod pœnæ conſtituantur in emendationem hominum: nam exemplum videtur ſtatui poſſe etiam 5 extra perſonam delinquentis, in ea tamen perſona quæ ipſum tangat, ut mox dicemus; ſed quia obligatio ad pœnam ex merito oritur: meritum autem eſt perſonale, quippe ex voluntate ortum habens, qua nihil eſt 6 magis nobis proprium, unde 7 αὐτεξούσιον vocatur. ** L. 20. D. De Pœn.*

XIII. 1. *Neque virtutes, neque vitia parentum*, inquit † Hieronymus, *liberis imputantur*. Auguſtinus vero, a *Deus*, ait, *ipſe foret injuſtus, ſi quenquam damnaret innoxium.* Dion Chryſoſtomus oratione ultima, cum 8 ſanctione Athenienſium adjecta Solonis legibus 9 devoveri poſteros dixiſſet, de Dei lege hæc ſubjicit: *πλὴν παῖδας καὶ γένος οὐκ ἐπέξεισιν, ὡς ἐκεῖ, τῶν ἁμαρτανόντων· ἀλλ' ἕκαστος αὐτῷ γίνεται τῆς ἀτυχίας αἴτιος· verum 10 hæc non, ut 11 illa,* *† Epiſt. 34 de morte Nepotiani & p. 23. A. Tom. I. a Epiſt. 105.*

**Grotii.**

m *Ut lege Moſis*] De qua vide *Maimonidem* ductore dubitantium III. 40.

**Gronovii.**

1 *Si exilium*] Quis promiſerit, ſe in exilium iturum, ſummam nummorum numeraturum, quo caſu alter peccet aut non ſine culpa maneat, & hic peccaverit, ut iſte ad ſolvendum promiſſum teneatur.

2 *Pœna non erit*] Sed debitum ex temeraria ſtipulatione.

3 *Jus precarii*] Nam precarium eſt, cum conceditur alicui uti re vel jure alieno tamdiu, quam per dominum licuerit: qui, ſi repetat illud, non punit poſſidentem, ſed jure ſuo utitur. *Juſtin.* 43, 4.

4 *Delicti immunem*] Vere atque omnino inſontem & innoxium.

5 *Extra perſonam*] Ut cum Deus maximos natu filios in Ægypto in pœnam parentum mori juſſit.

6 *Magis nobis proprium*] Atque ideo minus communicabile.

7 *Αὐτεξούσιον*] Propriæ facultatis.

8 *Sanctione*] *Sanctio* eſt pœna, quæ ſtatuitur in ſontes illa lege. *Cicero* pro Bal. 14. *Livius* 3, 55 *Feſtus* in Sanctum. *Briſſon.* de form. p. 139.

9 *Devoveri*] Ut qui eas violaret, ejus liberi quoque & poſteri devoti & execrabiles forent.

10 *Hæc*] Dei lex.

a *Ait*

11 *illa*, *liberos & poſteros peccantium punit: ſed ſibi quiſque ſit infortunii cauſa.* Et huc illud vulgatum pertinet: 12 *noxa caput ſequitur. Sancimus*, ajunt Imperatores Chriſtiani, * *ibi eſſe pœnam, ubi & noxa eſt.* Deinde: *peccata igitur ſuos teneant auctores: nec ulterius progrediatur metus, quam reperiatur delictum.*

* *L. Sancimus, 22. C. de pœnis.*

† *Lib. II. de leg. ſpec. p. 802. E.* 2. Juſtum eſt, n ait † Philo, eorum eſſe pœnas quorum ſunt peccata; reprehendens morem 13 quarundam gentium quæ tyrannorum aut proditorum inſontes liberos morte puniebant. Quem reprehendit (kk) & Dionyſius Halicarnaſſenſis, oſtenditque iniquam eſſe rationem quæ obtenditur, quod parentibus ſimiles futuri putantur, cum id incertum ſit, nec incertus metus ad mortem cujuſquam ſufficere debeat. 14 Neſcio quis Chriſtiano Imperatori Arcadio auſus eſt hoc dictare, *a* debuiſſe paterno perire ſupplicio, in quibus paterni criminis exempla metuuntur: & Ammianus *b* narrat interemtam ſobolem, parvam etiam tum, *ne ad parentum exempla ſuccreſceret.* Nec magis juſta cauſa metus ultionis, *c* unde natum eſt Græcum proverbium:

*a L. 5. §. 1. C. ad L. Jul. maj.*
*b Lib. XXVIII. c. 2. in fin.*
*c Vid. de jure belli n. 38.*

15 *Deſipit occidens patrem qui pignora ſervat.*

3. At *d* Seneca: *nihil eſt iniquius quam aliquem heredem paterni odii fieri.* Attagini, qui Thebanis ad Medos deficiendi auctor fuerat, liberos nullo malo affecit Pauſanias Græcorum Imperator, *e* φὰς τοῦ Μηδισμοῦ παῖδας οὐδὲν εἶναι μεταιτίους· *dicens illos extra culpam*

*d Sen. lib. II. de Ira c. 34.*
*e Herodot. Lib. IX. c. 87.*

GROTII.

n *Ait Philo*] Idem libro de Pietate, [immo *de Nobilitate*, p. 910. *in fin.* Confudit Auctor, lapſu memoriæ, εὐσέβειαν cum εὐγενείᾳ.] ἧς οὐκ ἂν οἶδ' εἴτις βλαβερωτέρα γένοιτ' ἂν εἰσήγησις, εἰ μήτε τοῖς ἐξ ἀγαθῶν πονηρευομένοις ἐπακολουθήσει τιμωρὸς δίκη, οὔτε τοῖς ἐκ πονηρῶν ἀγαθοῖς ἔρχεται τιμὴ, τοῦ νόμου δικάζοντος ἕκαστον αὐτὸν ἐφ' ἑαυτοῦ μὴ συγγενῶν ἀρεταῖς ἐπαινοῦντος ἢ (addendum hic κακίαις) κολάζοντος· *haud ſcio an poſſit ullum pejus induci inſtitutum, quam ſi nec malos e bonis genitos ſequetur pœna, nec bonos habebitur bonis qui ex malis parentibus nati ſunt. Aliter lex quæ de ſuis actionibus quemque judicat, non ex cognatorum virtutibus laudat, aut ex eorundem vitiis punit. Joſephus* (Ant. Jud. XIII. 22.) contrarium factum in rege Judæorum Alexandro vocat ὑπὲρ ἄνθρωπον δίκην, *exactionem pœnæ quæ humanum excedit modum.* Ovidius:

*Illic immeritam maternæ pendere linguæ*
*Andromedam pœnas injuſtus juſſerat Ammon.* (*Metam.* Lib. IV. vers. 668.)

GRONOVII.

11 *Illa*] *Solonis.*

12 *Noxa caput*] L. 43. *de nox. action.*

13 *Quarundam gentium*] Ut Perſarum, *Juſtin.* 10, 2. & Carthaginienſium, 21, 4.

14 *Neſcio quis*] Eutropius Eunuchus, tunc domini dominus & aulæ Conſtantinopolitanæ arbiter, quod tamen parum ei profuit, ut apparet ex duabus in eum Claudiani invectivis. Videndus *Jacobus Gothofredus* ad eam legem capit. XVI.

15 *Deſipit*] Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας υἱοὺς ἀπολείπει.

(kk) Minimè reprehendit, ſed in medio relinquit, utrum mos ille ſit juſtus, an injuſtus. Inſpice locum, *Lib.* VIII. c. 80. *J. B.*

o Quare

*culpam eſſe partium Medicarum.* Marcus Antoninus in epiſtola ad Senatum: o *quare filius Avidii Caſſii* (is in eum conjuraverat) *& genero & uxori veniam dabitis. Et quid dico veniam, cum illi nihil fecerint?*

XIV. 1. Deus quidem in lege Hebræis data * paternam impietatem in poſteros ſe vindicaturum minatur: ſed ipſe jus dominii pleniſſimum habet, ut in res noſtras, ita in vitam noſtram, 16 ut munus ſuum, quod ſine ulla cauſa & quovis tempore auferre cuivis quando vult poteſt. Igitur ſi morte immatura ac violenta rapit liberos † Acanis, *a* Saulis, *b* Jeroboami, *c* Achabi, p in ipſos jure dominii, non pœnæ, utitur, ſed eodem facto 17 gravius punit parentes. Nam ſive 18 ſuperſtites ſunt, quod maxime ſpectavit lex divina, atque ideo lex minas iſtas q ultra abnepotes non extendit, Exod. xx, 5. quia ad eorum conſpectum pertingere poteſt humana ætas; certum eſt parentes puniri tali ſpectaculo: gravius enim id illis quam quod ipſi ferunt: ut a Chryſoſtomo *d* recte dicitur, quicum conſentit Plutarchus, *e* οὐ λυποῦσα μᾶλλον ἑτέρα κόλασις ἢ τοὺς ἐξ ἑαυτῶν κακὰ πάσχοντας δι' αὐτοὺς ὁρᾶν· *nullum durius ſupplicium, quam eos qui ex ſe ſunt ob ſe miſeros ſpectare:* ſive non eouſque provivunt, tamen 19 cum eo metu occidere magnum eſt ſupplicium. *Duritia populi*, inquit Tertullianus, *f ad talia remedia compulerat*, r 20 *ut vel poſteritatibus ſuis proſpicientes legi divinæ obedirent.*

* *Exod.* xx. 5.
† *Joſ.* VII. 24.
a II *Samuel.* XXI.
b I *Reg.* XIV.
c II *Regum* VIII, 19, 20.
d *Homil.* 29. *in* 9. *Gen.*
e *De ſera Num. vind.* p. 561. A.
f *Adverſ. Marcion.* Lib. II. c. 15.

2. Sed

GROTII.

o *Quare filiis Avidii Caſſii*] Vide *Vulcatium* vita Avidii, (*cap.* 12.) Laudat parem Conſtantii humanitatem *Julianus*. (Orat. II. p. 100, 101. *Ed. Spanh.*) oſtenditque ſæpe ex malis parentibus bonos veniſſe liberos, ſicut e ſaxis apes evolant, e ligno amaro naſcuntur ficus, e ſpinis prodit pomum Punicum. Ejuſdem hæc ſunt: ἀλλὰ καὶ τὸν παῖδα τοῦ τετελευτηκότος [τετολμηκότος habent Edd.] νήπιον κομιδῆ τῆς πατρῴας οὐδὲν εἴασας μετασχεῖν ζημίας. οὕτω σοι πρὸς ἐπιείκειαν ἡ πρᾶξις ῥέπουσα τελείας ἀρετῆς ὑπάρχει γνώρισμα· *etiam mortui filium infantem admodum non ſiviſti pœna paterna implicari; ita tua agendi ratio ad lenitatem ſemper vergens perfectæ virtutis eſt teſtimonium.* (Orat. I. in fin. *pag.* 49. A.)

p. *In ipſos jure dominii non pœnæ utitur*] Hæc eſt ſententia Rabbini *Simeonis Barſema*, longe veriſſima.

q *Ultra abnepotes non extendit*] Exempla habes in Zimri & Jehu.

r *Ut vel poſteritatibus ſuis proſpicientes legi divinæ obedirent*] Alexander apud *Curtium* libro VIII. *Non oportebat vos ſcire quid de his ſtatuiſſem, quo triſtiores periretis.* (Cap. 8.)

GRONOVII.

16 *Ut munus ſuum*] Tanquam in beneficium precarium.

17 *Gravius punit*] Nam morientium liberorum brevis & vix intellectus mali ſenſus eſt, parentum ſuperſtitum ob amiſſos perpetuus aut longus cruciatus. *Seneca* ad Marciam 2.

18 *Superſtites*] Vivunt & vident ipſi properatam mortem liberis aut nepotibus, cum conſcientia orbitatem ſibi a Deo pœnæ loco ſtatui.

19 *Cum eo metu*] Ut expectent ſuos non diurnaturos, mori.

20 *Ut vel poſteritatibus*] Si pro ſeſe nihil timentes, at propterea, ne pœnam in poſteros derivarent.

 ſ Qua

2. Sed ſimul notandum eſt, hac graviore vindicta non uti Deum, niſi adverſus ſcelera proprie in ſuam contumeliam perpetrata, ut falſos cultus, perjurium, ſacrilegia. Nec aliter Græci exiſtimarunt: nam quæ crimina credita ſunt poſteritatem obſtringere, ſ quæ ἄγη ipſi vocant, omnia iſtius ſunt generis: quo de argumento facunde diſſerit Plutarchus, libro de ſera Numinis vindicta. Exſtat t apud 21 Ælianum oraculum tale Delphicum:

*At ſcelerum fontes divinum perſequitur jus,*
*Nec pote vitari; non ſi genus ab Jove ducant:*
*Sed capiti ipſorum quique enaſcuntur ab ipſis*
*Imminet; inque domo cladem ſubit altera clades.*

u Agebatur autem ibi de ſacrilegio: quod & hiſtoria comprobat 22 auri Tholoſani apud * Strabonem & † Gellium. De perjurio ſimiles ſententias 23 ſupra adduximus. Deinde vero, etſi id comminatus eſt Deus, non tamen ſemper eo jure utitur, maxime ſi x inſignis quædam virtus in liberis eluceat, ut videre eſt Ezech. cap. XVIII. *a* & exemplis quibuſdam a Plutarcho dicto loco probatur.

* *Lib.* IV. p. 188.
† *Lib.* III. c. 9.
*a Verſ.* 20.

3. Et cum in novo fœdere apertius quam olim declarata ſint ſupplicia, quæ impios poſt hanc vitam manent, y ideo in eo fœdere nulla exſtat comminatio 24 perſonas peccantium egrediens; quo præcipue, quanquam minus aperte, ut mos eſt vatibus, ſpectat dicta jam Ezechielis oratio. Factum autem illud Dei hominibus imitari non licet: neque par ratio eſt, quia, ut jam

GROTII.

ſ *Quæ ἄγη ipſi vocant* ] Vide *Plutarchum* Pericle: & quæ ſupra dicta hoc libro c. XIII, §. I.

t *Apud Ælianum* ] Libro III, 43.

u *Agebatur autem ibi de ſacrilegio* ] Ut & *Libanius*: ὧν οἱ μὲν ἔδοσαν ἤδη δίκην, οἱ δὲ οὔπω μέν. οὐκ ἔστι δὲ ὅτε αὐτοὺς ἐξαιρήσονται. λέγω δὲ αὐτοὺς καὶ παῖδας, λέγω καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων. *quorum alii jam pœnas dedêre, aliis nondum quidem, ſed nemo eos pœna eximet: nec ipſos tantum dico, ſed & liberos & ex iis naſcituros.* Similia habet idem *Libanius* oratione quam edidit *Gothofredus*.

x *Inſignis quædam virtus* ] Et publica paterni criminis deteſtatio, qualem fecit Andronicus Palæologus Imperator, apud *Gregoram* libro V, c. 81.

y *Ideo in eo fœdere nulla exſtat comminatio perſonas peccantium egrediens* ] *Tertullianus* de monogamia: *deſiit uva acerba a patribus manducata dentes filiorum obſtupefacere; unuſquiſque enim in ſuo delicto morietur.*

GRONOVII.

21 *Ælianum* ] 3, var. 43.

Τοῖς δὲ κακῶς ῥέξασι δίκης τέλος οὐχὶ χρονιστόν,
Οὐδ᾽ ἀπαραίτητον, οὐδ᾽ εἰ Διὸς ἔγγονοι εἶεν.
Ἀλλ᾽ αὐτῶν κεφαλῇσι καὶ ἐν σφετέροισι τέκεσσιν,
Εἰλεῖται, καὶ πῆμα δόμοις ἐπὶ πήματι βαίνει.

22 *Auri Tholoſani* ] *Juſtin.* 23, 3.

23 *Supra adduximus* ] 2, 3. I.

24 *Perſonas peccantium egrediens* ] Quæ in poſteros eorum porrigatur.

z Pii

jam diximus, Deus 25 ſine culpæ intuitu jus habet in vitam; homines non niſi ex gravi culpa, & quidem quæ perſonæ ſit propria.

4. Quare eadem illa divina lex, * ut parentes pro liberis, ita ob parentum facta liberos mortis pœna affici vetat: quam legem z pii reges etiam in 26 perduellibus ſecuti leguntur: eamque legem valde laudant † Joſephus & *a* Philo, ut & ſimilem Ægyptiam (ll) Iſocrates, *b* & Romanam a Dionyſius Halicarnaſſenſis. Platonis *c* eſt *πατρὸς ὀνείδη καὶ τιμωρίας παίδων οὐδενὶ ξυνέπεσθαι*. Quod Latine ita exprimit *d* Calliſtratus Juriſconſultus: *crimen vel pœna paterna nullam maculam filio infligere poteſt.* Addita cauſa: *namque unuſquiſque ex ſuo admiſſo* 27 *ſorti ſubjicitur, nec alieni criminis ſucceſſor conſtituitur. Ferretne*, inquit Cicero, *e ulla civitas latorem iſtiuſmodi legis, ut condemnetur filius aut nepos, ſi pater aut avus deliquiſſent?* Hinc factum ut b prægnantem mulierem mortis ſupplicio afficere 28 nefas habitum ſit (mm) Ægyptiorum, Græcorum (nn), & c Romanorum legibus.

XV. Quod ſi injuſtæ leges humanæ, quæ liberos occidunt ob parentum delicta, injuſtior ſane lex *f* Perſarum & Macedonum

d 29 de-

* *Deuteron.* XXIV, 16.
† *Lib.* IV. c. 8.
a *De Legg. Spec.* Lib. II. p. 801, *& ſeqq.*
b *Buſiride.*
c *De Legib.* Lib. IX. pag. 856. D.
d *L. 26. D. De Pœnis.*
e *Lib.* III. *de nat. Deor.* c. 38.
f *Dan.* VI, 24.
*Juſt. lib.* X. c. 2.

GROTII.

z *Pii reges*] Ut Amaſias (II. Reg. XIV. 6.)

a *Dionyſius Halicarnaſſenſis*] Qui ſic ait Lib. VIII. (c. 80. τὸ ἔθος τοῦτο Ῥωμαίοις ἐπιχώριον γέγονεν, ἀφεῖσθαι τῆς τιμωρίας ἁπάσης τοὺς παῖδας, ὧν ἂν οἱ πατέρες ἀδικήσωσι· *mos ille Romanis proprius, a pœna omni liberos eximere quorum parentes deliquerunt.* Habet idem *lex Wiſigotthica* libro VI, tit. I. cap. 8. [Non apertè laudat morem illum *Dionyſius Halicarnaſſenſis*, ut jam obſervavimus, & ex inſpectione loci patebit. *J. B.*]

b *Prægnantem mulierem mortis ſupplicio afficere nefas habitum*] Laudat *Philo* libro de humanitate. (*pag.* 710.)

c *Romanorum*] L. Imperator Adrianus, 18. D. *de ſtatu hominum.* l. prægnantis, 3. D. *de pœnis.*

GRONOVII.

25 *Sine culpa intuitu*] Deus jure ſuo vitam repetit a quocumque vult etiam non gravius peccante.

26 *Perduellibus*] Reis adverſum ſeſe inſidiarum aut læſæ majeſtatis.

27 *Sorti ſubjicitur*] Calculis & urnæ judicum. Vide ad *Sen.* Hercul. fur. 732.

28 *Nefas habitum*] Sed id differri juſſum, donec pepererit, fœtum ediderit. l. 3. D. *de pœnis.*

(ll) Nil de tali lege apud ISOCRATEM, in laudatione *Buſiridis*, ad quam Auctor nos remittit, nec alibi, quod ſciam: immo de illa ſilere video eos, qui ex profeſſo mores & leges *Aegyptiorum* collegerunt, e. g. BOECLERUM, *T'm.* II. *Diſſert.* XXIII. MARTHAMUM, in *Canone Chronico* &c. Occaſionem errori dederunt verba iſta, οὐδ' εἰς τοὺς παῖδας ἀναβληθήσεσθαι τὰς τιμωρίας &c. quæ leguntur *pag.* 226. C. *Ed. H. St⸱ph.* Sed ubi agitur de vindictâ divinâ, quam putabant *Aegyptii* non differri, ut poſteri demum illam experirentur. *J. B.*

(mm) Vide DIODORUM SICULUM, *Biblioth.* Lib. I. Cap. 77. *J. B.*

(nn) Præter Hiſtoricum Græcum, modo laudatum, vide PLUTARCHUM, *De ſera Numinis vindicta*, pag. 552. D. *Tom.* II. *Ed. Wech.* & AELIANUM, *Var. Hiſt.* Lib. V, Cap. 18. *J. B.*



Digitized by Google

d 29 devovens & propinquorum capita, quo qui in regem peccarant triſtiores perirent, ut Curtius * loquitur: cujus legis diritate exſuperari leges omnes ſcripſit e Ammianus † Marcellinus.

* Lib. VIII. c. 8.
† Lib. XXIII. c. 6.

XVI. Illud tamen eſt notandum, ſiquid habeant aut exſpectare poſſint perduellium liberi, 30 in quod jus proprium ſit non ipſis, ſed populo aut regi, id auferri ipſis poſſe jure quodam dominii, 31 cujus tamen uſus ſimul in pœnam redundet eorum qui peccaverint. Huc refer quod (oo) Antiphanis ut proditoris poſteri *ἄτιμοι ἐνεγράφησαν*, narrante Plutarcho, id eſt f *honoribus prohibiti ſunt*, ut Romæ liberi a Sulla proſcriptorum. Sic in dicta Arcadii lege illud tolerabile in liberos: *ad nullos honores, ad 32 nulla ſacramenta perveniant*. Servitus autem quomodo & quatenus in liberos ſine injuria tranſeat, 33 alibi a nobis eſt explicatum.

XVII. 1. Quod de liberis malo afficiendis ob parentum delicta diximus, idem aptari poteſt & ad 34 populum vere ſubditum: (nam 35 qui ſubditus non eſt, ex ſua culpa, id eſt ex negligentia puniri poteſt, 36 ut diximus) ſi quæratur an is populus malo poſſit affici ob regis aut rectorum facinora. non jam quærimus g ſi ipſius populi conſenſus acceſſerit, aut factum aliud quod per ſe ſit

GROTII.

d *Devovens & propinquorum capita*] *Philo* morem eſſe tyrannis dixit cum damnatis una tollere quinque familias eis proximas. Vide *Herodianum* libro III. & exemplum Mediolanenſe occiſo Galeatio apud *Bizarum* lib. XIV. [Locus *Philonis* legitur *Lib.* II. *De ſpecialib. Legg.* pag. 802. D. ſed inſpicienti patebit, ſenſum ejus valdè mutatum fuiſſe ab Auctore noſtro. Ille etiam, aut exſcriptor, ſine dubio poſuit heic *Herodianum*, apud quem nil huc faciens reperitur, pro HERODOTO, qui *Lib.* III. *Cap.* 119. narrat, *Intaphernem*, cum liberis & univerſa familia, capite damnatum fuiſſe à *Dario*, ſecundum *Perſarum* morem. *J. B.*]

e *Ammianus Marcellinus*] *Abominandas* leges vocat. Vide & *concilium Toletanum* IV.

f *Honoribus prohibiti ſunt*] Simile reperies in C. in quibuſdam, 12. *De Pœnis*. (DECRETAL. V. 37.)

GRONOVII.

29 *Devovens &*] Etiam ſupplicio deſtinans.

30 *In quod jus proprium*] Quod beneficio aut indulgentia principis in eos collatum ſit.

31 *Cujus tamen uſus*] Quod dum exercet princeps aut populus, incommodum aliquod ſentiat in hæredibus ſuis is qui peccavit.

32 *Nulla ſacramenta*] Nullum militiæ gradum.

33 *Alibi*] 2, 5. 29.

34 *Populum vere ſubditum*] Cujus & in quem omne jus habet princeps.

35 *Qui ſubditus non eſt*] Regem vel principem habet legibus alligatum aut reddendis rationibus obnoxium.

36 *Ut diximus*] *Num.* 2.

(oo) Ita omnes Editiones: ſed legendum *Antiphontis*. Vide locum PLUTARCHI, *Vit.* X. *Rhetor.* pag. 833. A. Tom. II. *J. B.*

GROTII.

g *Si ipſius populi conſenſus acceſſerit*] *Philo* de Ægyptii regis ſubditis Abrahami tempore, (*De Abrah.* pag. 363. D.) *παραπήλαυσε δὲ τῆς τιμωρίας σύμπας αὐτῷ ὁ οἶκος, μηδενὸς ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ δυσχεράναντος, ἀλλὰ πάντων ἕνεκα τῦ συναινεῖν μονονὺ συγχει-*

ρύν-

ſit pœna dignum, ſed agimus 37 de eo contractu qui ex natura oritur ejus corporis cujus caput eſt rex, membra cæteri. Deus quidem ob Davidis peccatum populum peſtilentia confecit, & quidem ut David cenſet innocentem, ſed Deus in vitam ipſorum jus habebat pleniſſimum.

2. Interim hæc pœna erat non populi, ſed Davidis: nam, ut ait ſcriptor Chriſtianus, *πικροτάτη τιμωρία τῶν ἡμαρτηκότων βασιλέων ἡ τιμωρία τοῦ λαοῦ· acerbiſſimum eſt delinquentibus regibus ſupplicium id quod populis infligitur.* Perinde enim hoc eſt, ait idem ſcriptor, ac ſi quis qui manu peccavit 38 in tergo feriatur: quomodo in ſimili argumento Plutarchus * non aliter id ait accipiendum quam ſi medicus ad curandam coxam urat pollicem. Hominibus cur id non liceat jam antea diximus. *Quæſt. ad orth.* 138. * *De ſera Num. vind.* p. 559. E.

XVIII. Idem dicendum de ſingulis, qui non conſenſerunt, malo afficiendis circa ea quæ ipſorum ſunt, ob delictum univerſitatis.

XIX. Hæres vero cur 39 de cæteris debitis teneatur, h de pœna non teneatur, ſicut a Paulo juriſconſulto ſcriptum eſt, † *ſi pœna alicui irrogatur, receptum eſt* 40 *commentitio jure ne ad hæredes tranſeat*, vera cauſa hæc eſt, quod hæres perſonam defuncti refert, non in meritis quæ ſunt mere perſonalia, i ſed 41 in † L. 20. D. de pœnis.

*ἐργησάντων τὸ ἀδίκημα· ſenſit & pœnam omnis cum eo familia, quod nemo indignatus eſſet ſuper injuſte facto, ſed omnes laudando pene & ipſi illud feciſſent.* *Joſephus*, ubi vaticinium contra Jeroboamum prolatum narrat: *μεθέξει δὲ τῆς τιμωρίας καὶ τὸ πλῆθος ἐκπεσὸν τῆς ἀγαθῆς γῆς, καὶ διασπαρὲν εἰς τοὺς πέραν Εὐφράτου τόπους, ὅτι τοῖς τοῦ βασιλέως ἀσεβήμασι κατηκολούθησε· particeps pœnæ & populus erit, excidet quippe felice terra, ſparſuſque per loca tranſeuphratenſia exſulabit, quod impietati regis ſocium ſe fecerit.* (Ant. Jud. Lib. VIII. Cap. 4. pag. 280. E.)

h *De pœna non teneatur*] *Maimonides* titulo גזלה, c. VII, ſectione 6. *Gemara* Baba Cama cap. X. §. I.

GRONOVII.

37 *De eo contractu*] De caſu in quo populus non alia laborat contagione criminis regii, quam quod corpus eſt illius capitis, quod peccavit. [Ex illa interpretatione patet, Virum Doctiſſimum heic legiſſe *contactu*, ut nos repoſuimus in ipſo contextu, ex Editione primâ, & illâ anni 1632. non autem *contractu*, quod in præcedentes Editiones dudum irrepſerat, & plane alienum eſt à ſenſu Auctoris. Editores vocem *contactus*, pro contagione ſumtam, non intellexerant: quamquam illius exempla reperiantur apud TACITUM, non uno loco, & SENECAM, ut patet ex Additamentis GRÆVII ad FABRI *Theſaurum*, Edit. 1710. *J. B.*]

38 *In tergo*] In alia quacumque parte corporis.

39 *De cæteris debitis*] Defuncti.

40 *Commentitio jure*] Excogitato & invento, inſtituto, introducto a legum latoribus. [Difficile ſatis eſt definire, quid intelligat *Paullus*, dum illud *jus commentitium* vocat. Expendi poteſt nova interpretatio, quæ legitur in *Actis Eruditorum Lipſienſibus*, ann. 1714. pag. 555. ubi vult Auctor Clar. WÆCHTLERUS, jus *commentitium* eſſe, quod ex notione quadam communi oritur. *J. B.*]

GROTII.

i *Sed in bonis*] Vide *concilium Toletanum* VIII, in cauſa Receſwinthi. vide

41 in bonis, quibus ut cohærerent ea quæ alicui debeantur ex ipſa rerum inæqualitate, ſimul cum dominio fuit introductum. Dion Pruſæenſis Rhodiaca: *ἅπαντα ὀφείλουσι τὰ τῶν προγόνων οὐχ ἧττον αὐτῶν ἐκείνων εἰς οὓς ἂν ποτε καθήκετο γένος. οὐ γὰρ ἀφίστασθαι φήσετε τῆς διαδοχῆς· quæ debuerunt majores ea non minus debent poſteri. neque enim dicere poteſtis repudiatam a nobis hereditatem.*

XX. Et hinc ſequitur, ut ſi ultra meritum nova quædam cauſa 42 obligationis exſtiterit, deberi 43 jam poſſit id quod in pœna erat, quanquam non proprie ut pœna. Sic alibi poſt ſententiam, alibi poſt litem (pp) conteſtatam, quibus rebus vis contractus datur, pœna pecuniaria ab hærede debebitur, ut & ea quæ in (qq) conventionem deducta eſt. Jam enim nova acceſſit debendi cauſa.

vide quæ ſupra hoc libro, c. XIV. §. 10. Nulla eſt perſona quæ ad vicem ejus qui e vita emigraverit propius accedat quam hæres, ut *Cicero* ait ſecundo de legibus, (cap. 19.)

GRONOVII.

41 *In bonis, quibus ut*] Quibuſcum ut ſubirent onera, quæ defunctus habuit ex contractibus in quibus paria non fecit, atque adeo plus penes ipſum reſedit, quam reddere debuit; accipiendum eſt jam tum placuiſſe populis, cum diſceſſum eſt a communione rerum, & introducta ſunt privata dominia.

42 *Obligationis*] In defuncto.

43 *Jam poſſit*] Ab hærede.

(pp) Ita Jure Civili Romanorum, Vide *L.* 26. & 58. *D. De Oblig. & act. L.* 139. 164. *De divers. Reg. Jur.* L. 3. §. 11. *De Peculio.*

(qq) Vide *L.* 47. *D. De actionib. emti & vend.* Sed hæc eſt pœna impropriè dicta.

# CAPUT XXII.

## De Cauſis injuſtis.

I. *Explicatur diſcrimen inter cauſas juſtificas & ſuaſorias.*
II. *Bella, quæ utroque cauſarum genere carent, ferina eſſe.*
III. *Bella, quæ ſuaſorias cauſas habent, non juſtificas, eſſe prædonum.*
IV. *Quaſdam eſſe cauſas, quæ falſam habeant juſti ſpeciem:*
V. *Ut metum incertum:*
VI. *Utilitatem ſine neceſſitate:*
VII. *Negatum matrimonium in magna fœminarum copia:*
VIII. *Cupiditatem melioris ſoli:*
IX. *Inventionem rerum occupatarum ab aliis*
X. *Quid ſi priores occupatores amentes ſint?*
XI. *Injuſtam cauſam eſſe & libertatis deſiderium in populo ſubdito:*
XII. *Et voluntatem regendi alios invitos quaſi ad ipſorum bonum.*
XIII. *Item titulum univerſalis imperii quem quidam aſſcribunt Imperatori, qui refellitur:*
XIV. *Alii eccleſiæ, qui item refellitur.*

XV. *Item*

Digitized by Google

*XV. Item voluntatem implendi vaticinia ſine Dei mandato.*

*XVI. Item id quod debetur non ex jure ſtricte dicto, ſed aliunde.*

*XVII. Diſtinctio belli cujus cauſa injuſta, & ejus cui aliunde vitium accedit: & diverſi utriuſque effectus.*

I. 1. DIximus ſupra, cum de cauſis agere inſtitueremus, cauſas alias eſſe juſtificas, alias ſuaſorias. Polybius, qui id diſcrimen primus notavit, a illas vocat προφάσεις, quia palam proferri ſolent, (titulum dixit aliquoties (aa) Livius) has generis nomine αἰτίας. *Lib. II. c. 1.*

2. Sic in bello Alexandri adverſus Darium πρόφασις fuit ultio injuriarum quas Perſæ Græcis intulerant, αἰτία cupido gloriæ, imperii, divitiarum, cui accedebat ſpes magna facilitatis concepta ex 1 Xenophontis & 2 Ageſilai expeditionibus. Sic πρόφασις belli Punici ſecundi controverſia de Sagunto, cauſa indignatio Carthaginienſium, ob pactiones quas Romani iniquis temporibus ipſis expreſſerant, & aucti ſpiritus ex ſecundis per Hiſpaniam rebus, quæ Polybio * notata. Similiter † Thucydides belli Peloponneſiaci veram cauſam cenſet fuiſſe vires Athenienſium augeſcentes & Lacedæmoniis ſuſpectas, obtentum vero 3 contro- ** Lib. III. c. 6.* *† Lib. I. c. 23. 56. 88.*

GROTII.

a ILlas vocat προφάσεις, quia palam proferri ſolent, (titulum dixit aliquoties Livius) has generis nomine αἰτίας] Sic & *Plutarchus* diſtinguit in Galba, (*pag.* 1062. D.) & *Dion* in rebus Cæſaris & Pompeji. [aut potius *Xiphilin.* p. 13. *Ed. H. Steph.*] & *Polybius*, ubi de Romanorum bello in Illyrios agit, excerpto legationum 125. Cum *Suetonio* recte illas *prætextum*, has *cauſas* dixeris. Ita enim ille de Julio Cæſare: *& prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit: cauſas autem alias fuiſſe opinantur*, (cap. 30.) *Thucydides* alibi diſtinguit πρόφασιν & τὸ ἀληθὲς, (Lib. VI. c. 6.) ut in Athenienſium motu adverſus Siciliam, prætextum fuit opitulari Egeſtanis, res ipſa, cupiditas Siciliæ ſibi acquirendæ. Hermocrates in oratione de Athenienſibus loquens illud πρόφασιν prætextum vocat, hoc διάνοιαν propoſitum. Utrumque eſt in libro Thucydidis VI. [poſtremum in *Cap.* 33. ubi tamen eſt ἀληθὲς, ut in priori διάνοια, quæ Auctor heic permutavit.] *Appianus* etiam προφάσεων vocem uſurpat in Mithridatico, (pag. 209.) Idem civilium V. ubi de rupta pace inter Octavium & Sextum Pompejum agit, dicit αἰτίας cauſas alias intus fuiſſe, alias quæ præferebantur, (*pag.* 716. *Ed. H. Steph.*) *Agathias* libro quinto id quod alii πρόφασιν, vocat σκῆψιν καὶ προκάλυμμα, figmentum & obtentum; cui opponit αἰτίαν in hiſtoria Hunni Zaberganis. Adde quæ diximus ſupra libri hujus capite 1, §. 1. *Procopius* Perſicorum II. dicit, ſtultum eſſe non libere loqui ubi dux eſt juſtitia, comes utilitas.

GRONOVII.

1 *Xenophontis*] Poſt Cyri minoris mortem, dum reducit domum decem millia Græcorum, quæ Cyro militabant, reliquo ejus exercitu diſſipato. *Juſtin.* 5, 11.

2 *Ageſilai*] De quo *Juſtin.* 6, 2.

3 *Controverſiam Corcyrenſium*] Quod Athenienſes Corcyræis Corinthiorum hoſtibus auxilium tuliſſent, eorumdem coloniam Potidæam ad ſe avertiſſent, Megarenſibus portu & foro interdixiſſent, Æginetis liberos & ſui juris eſſe non ſinerent.

(aa) Exempli gratiâ, *Lib.* XXXVII. *Cap.* 54. num. 13. *J. B.*

 b Ubi

troverſiam Corcyrenſium, Potidæenſium, & alia; b ubi tamen ille *αἰτίας* & *προφάσεως* nomina permiſcet. Eſt idem diſcrimen in oratione Campanorum ad Romanos, * cum adverſus Samnites pugnaſſe ſe ajunt verbo pro Sidicinis, re pro ſeipſis: quod viderent ubi conflagraſſent Sidicini ad ſe trajecturum eſſe incendium. 4 Antiochum (bb) quoque Livius *a* memorat in Romanos bella ſuſcepiſſe, in ſpeciem cauſas habentem 5 Barcillæ necem & alia quædam, revera quod ex 6 labente Romanorum diſciplina ſpem magnam concepiſſet. Sic Plutarchus notat 7 non ex vero objectum Antonio a *b* Cicerone, quod cauſa eſſet belli civilis, cum Cæſar bellandi certus c prætextum tantum ab Antonio cepiſſet.

II. Sunt

* *Livius* lib. VII. c. 30.

a *Lib.* XXXVI. c. 6.

b *Philipp.* II, 22.

GROTII.

b *Ubi tamen ille αἰτίας & προφάσεως nomina permiſcet* ] Sic & libro V. (c. 53.) de Argivis contra Epidaurios agens, quam prius vocaverat *πρόφασιν*, mox vocat *αἰτίαν*, quomodo & Græcum *ἀρχῶν*, Latinum *principiorum* vocem, aliaſque ejus generis, eſſe ſenſus ambigui notavimus d. c. I. §. I. hujus libri. Scriptores Conſtantinopolitani Imperii id quod alii *πρόφασιν* ſæpe *πάτροκλον* vocant, nimirum ex Achillis hiſtoria, qui ad reſumenda arma ex Patroclo ſumpſit materiam.

c *Prætextum tantum ab Antonio cepiſſet* ] *Ταῦτα πάλαι δεομένῳ προφάσεως σχῆμα καὶ λόγον εὐπρεπῆ τοῦ πολέμου παρέσχεν· hæc pridem prætexto opus habenti ſpeciem aliquam & decorum titulum bellandi dedere.* Verba ſunt in hac hiſtoria *Plutarchi*, (Vit. *M. Antonii*, p. 918. C. D.) *Lucani* autem, (*Pharſal.* I. 263. &c.)

——— *Cunctaſque pudoris*
*Rumpunt fata moras. Juſtos fortuna laborat*
*Eſſe ducis motus & cauſas invenit armis.*

GRONOVII.

4 *Antiochum in Romanos* ] *Juſtin.* 31, 1. Flor. 2, 8.

5 *Barcillæ* ] *Brachyllæ*, Liv. 33, 27.

6 *Labente diſciplina* ] Non de Romanorum, ſed de Thebanorum ibi diſciplina loquitur *Livius* lib. 36, 6. & hæ non fuere cauſæ vel prætextus belli per Antiochum Romanis illati, ſed irarum, quas Bœoti conceperant adverſum Romanos, & ob quas Antiocho promptius acceſſere. Antiochus nolebat cedere urbibus in Thraciæ Cherſoneſo per occaſionem belli Rom. cum Philippo, cujus in ditione fuerant, occupatis. Accedebat gloria rerum in Aſia geſtarum adverſus defectores, unde Magni cognomentum acceperat. Tum Ætoli Romanis indignati, quod Macedoniam, victo Philippo, prædam non accepiſſent. Denique exſul Hannibal.

7 *Non ex vero objectum* ] Si *Plutarchus* hoc notavit alicubi, falſum notavit; nam conſtat Antonium armatum fuiſſe, ut D. Bruto provinciam Galliam eriperet, antequam concivit veteranos Cæſar Octavianus. *Appian.* 3. civil. 552. *Dio* 45, 276. quamquam omnes fere Græculi ſanctiſſimas & ex optimo erga rempublicam animo ſuſceptas actiones criminentur & peſſime interpretentur. [Vir Doctiſſimus falſo exiſtimavit, Auctorem noſtrum loqui de *Cæſare Octaviano*; quum in animo habuerit *Julium Cæſarem*. Nec ullus locus fuiſſet reprehendendi *Plutarchum*, aut dubitandi an id, de quo agitur, ille notaverit, ſi locus inſpectus fuiſſet, cujus finem in Nota ſua adfert Auctor, & quem nos diſtinctè indicavimus. *J. B.*]

(bb) Auctor, dum feſtinans legeret, & ad verborum conſtructionem non adtenderet, *Antiocho* tribuit, quod de *Bœotis* dicit LIVIUS: *In* Bœotiam *ipſe* [Antiochus] *profectus eſt; cauſſas in ſpeciem iræ adverſus* Romanos *eas, quas ante dixi* HABENTEM: *Brachyllæ necem* &c. Eumdem errorem, ſine dubio hinc hauſtum, errat BOECLERUS, *Diſſert. De Clarigatione*, Tom. II. pag. 1212. *J. B.*

d *Peri-*

II. Sunt qui neutro cauſarum genere feruntur in bella, d periculorum, (cc) ut Tacitus loquitur, 8 propter ipſa avidi. Horum vitium humanum excedit modum, *θηριότητα* * Ariſtoteles vocat. De his Seneca: † *poſſum dicere non eſſe hanc crudelitatem*, e *ſed feritatem, cui voluptati ſævitia eſt: poſſumus inſaniam vocare: nam varia ſunt genera ejus, & nullum certius quam quod in cædes hominum & laniationes pervenit.* Cui ſententiæ perquam ſimilis eſt illa Ariſtotelis ultimo a Nicomachiorum: *δόξαι γὰρ ἂν παντελῶς μιαίφονός τις εἶναι, εἰ τοὺς φίλους πολεμίους ποιοῖτο, ἵνα μάχαι καὶ φόνοι γίγνοιντο· omnino enim crudelis habendus ſit, qui ex amicis hoſtes faciat pugnandi & fundendi ſanguinis cupiditate.* Dion Pruſæenſis: b *τὸ δὲ καὶ χωρὶς ὑποθέσεως πολεμεῖν καὶ μάχεσθαι, τί ἄλλο ἢ μανία παντελής ἐστι, καὶ διὰ ταύτην κακῶν ἐπιθυμία; nam ſine cauſa in bella ac pugnas ferri, mera eſt inſania malum ſibi quærens.* Idem ille Seneca epiſtola XIV. *nemo ad humanum ſanguinem propter ipſum venit, aut admodum pauci.*

* Ethic. Nicom. 7. 1.
† Lib. II. de Clem. c. 4.
a Cap. 7.
b Orat. XXXVII.

III. 1. Plerique vero bellantium cauſas ſuaſorias habent, aut ſine juſtificis aut cum juſtificis. Sunt qui juſtificas plane non curant, de quibus dici poteſt illud quod a Romanis juriſconſultis eſt proditum, prædonem eſſe eum, f qui rogatus de poſſidendi cauſa, nullam aliam adfert niſi quod poſſideat. Ariſtoteles c de belli ſuaſoribus: *ὡς οὐκ ἄδικον τοὺς ἀστυγείτονας καταδουλοῦσθαι, καὶ τοὺς μηδὲν ἀδικοῦντας πολλάκις οὐδὲν φροντίζουσι; qui juſtum ſit vicinos innoxios in ſervitutem redigere, & 9 eos qui nullam faciunt injuriam, ſæpe nihil curant?*

c 1 Rhet. 3.

2. Talis Brennus, d qui omnia dicebat eſſe validiorum. 10 Talis Silio e Annibal, cui

d Livius v. 36.
e De Bell. Pun. Lib. XI. verſ. 183.

GROTII.

d *Periculorum, ut Tacitus loquitur, propter ipſa avidi*] De Alanis Ammianus libro XXXI. *Ut hominibus quietis & placidis otium eſt voluptabile, ita illos pericula juvant & bella.* (Cap. 2. p. 672. *Edit. Gron. Vales.*)

e *Sed feritatem*] Idem libro II. de Ira c. 5. de Apollodoro locutus & Phalaride: *hæc non eſt ira, feritas eſt.*

f *Qui rogatus de poſſidendi cauſa, nullam aliam adfert niſi quod poſſideat*] L. pro hærede. 11. §. ultimo & ſequentibus legibus, D. *de hereditatis petitione.* Talis Herulorum in Langobardos πόλεμος ἀπροφάσιστος, bellum ſine prætextu. Galli apud Livium v. *in armis ſe jus ferre, & omnia fortium virorum eſſe.* (Cap. 36.)

GRONOVII.

8 *Propter ipſa avidi*] Sic Pyrrho non major ex imperio quam ex bello voluptas erat. *Juſtinus* 25, 4.

9 *Et eos qui nullam faciunt injuriam*] Hæc deſunt in vetuſtioribus exemplaribus.

10 *Talis Brennus, qui omnia*] *Liv.* 5, 36.

(cc) Dicit equidem TACITUS *Hiſt.* III. 41. & V. 19. *periculorum avidi:* Sed illud *propter ipſa* deeſt. Alibi: *Non tam præmiis periculorum, quam ipſis periculis lætus.* Hiſt. II. 86. Propius SENECA: *Periclitamur periculi cauſſâ.* Quæſt. Nat. v. 18. *J. B.*

*pro ſedere proque*
*Juſtitia eſt enſis.*

* Senec. Herc. fur. verſ. 407. Talis Attila, & quibus illud in ore eſt : *
*Quæritur belli exitus,*
*Non cauſa.*

† Lucan. VII. 260. Et : †
*Hæc acies victum factura nocentem eſt:*

a Tacit. Ann. XV. 1. Et : a
*Id in ſumma fortuna æquius quod validius.*

b Lib. IV. de Civ. Dei c. 6. Nec male his aptes illud Auguſtini ; *b inferre bella finitimis, & inde in cætera procedere, ac populos ſibi non moleſtos ſola regni cupiditate conterere ac ſubdere, quid aliud quam grande latrocinium nominandum eſt?* De talibus bellis Vellejus : *c bella* 11 *non cauſis inita, ſed prout eorum merces fuit.* (c Lib. II. c. 3.) Apud Ciceronem legimus de officiis primo : *d ea animi elatio, quæ cernitur in periculis & laboribus, ſi juſtitia vacat, non modo virtutis non eſt, ſed potius* g *immanitatis omnem humanitatem repellentis.* (d Cap. 19.) Andronicus Rhodius : *e* οἱ μεγάλαν ἕνεκα κερδῶν λαμβάνοντες ὅθεν ȣ̓ δεῖ, πονηροὶ καὶ ἀσεβεῖς καὶ ἄδικοι καλȣ̃νται· οἷοί εἰσιν οἱ τύραννοι, καὶ οἱ τὰς πόλεις πορθȣ̃ντες· *qui magni compendii ſui cauſa accipiunt unde non oportet, hi pravi, impii, injuſti appellantur,* h *quales ſunt tyranni & urbium vaſtatores.* (e In Ethic. Nicom. IV. 2. pag. 202.)

IV. Alii

GROTII.

g *Immanitatis omnem humanitatem repellentis*] *Agathias* libro II. ὅσοι δὲ κέρδȣς ἕκατι ἢ δυσμενείας ἀλόγȣ, μηδὲν ἔγκλημα ἔνδικον ἔχοντες, ἔπειτα φοιτῶσιν ἀνὰ τὴν ὀθνείαν τȣ̀ς μηδὲν ἠδικηκότας σινόμενοι, ȣ̃τοι δὲ ἀλαζόνές εἰσι καὶ ἀτάσθαλοι· *qui vero aut lucri cauſa, aut cæco odio, nullam habentes juſtam querelam, alienas terras invadunt innoxiis noxii, hi homines ſunt & ſuperbi & improbi.* Exemplum nobis dat illuſtre *Menander Protector* : ὅτι Βαϊανὸς ὁ τῶν Ἀβάρων χαγάνος ȣ̓δεμιᾶς ἀφορμῆς ἢ σκήψεως λαβόμενος, ȣ̓δὲ ψευδῆ γȣ̃ν κατὰ Ῥωμαίων αἰτίαν ἀξιώσας τινὰ συνθεῖναι, ἀναισχυντότατα καὶ βαρβαρικώτατα παρέλυσε τὰς συνθήκας· *Bajanus Avarorum chaganus, nulla occaſione aut obtentu, ne conatus quidem cauſam vel falſam contra Romanos comminiſci, inverecunde plane, barbarorum in morem, exuit pacta.*

h *Quales ſunt tyranni*] Bene *Philo in* Decalogum : ὅσοι τοίνυν τῶν κλεπτῶν ἰσχὺν προσέλαβον, ὅλας συλῶσι πόλεις, ἀλογȣ̃ντες τιμωριῶν, διὰ τὸ ἐπικυδέστεροι τῶν νόμων εἶναι δοκεῖν· ȣ̃τοι δέ εἰσιν οἱ ὀλιγαρχικοὶ τὰς φύσεις, οἱ τυραννίδας καὶ δυναστειῶν ἐπιθυμȣ̃ντες, οἱ τὰς μεγάλας ἐργαζόμενοι κλοπὰς, σεμνοῖς ὀνόμασι τῆς ἀρχῆς καὶ ἡγεμονίας ἐπικρύπτοντες λῃστείαν τ' ἀληθέστερον. *qui vero furum vires nacti ſunt, hi totas prædantur urbes, pœnarum ſecuri, quod ſupra leges eminere videantur. Tales ſunt homines ingenio minime civili, dominatuum & potentatuus avidi, magna furta committentes, qui pulchris nominibus magiſtratuum & imperiorum id obtegunt quod verius latrocinium appelletur.* (Pag. 763. C. D.) Optime conveniunt hæc cum iis quæ ex *Curtio*, *Juſtino*, *Seneca* & *Auguſtino* producta ſunt ad dictum cap. 1, §. 1. libri hujus.

GRONOVII.

11 *Non cauſis*] Non adverſus quos juſta bellandi cauſa erat, ſed quos operæ pretium erat vincere ob divitem prædam.

12 Su-

IV. Alii cauſas quaſi juſtificas adferunt, quæ expenſæ ad rectam rationem injuſtæ reperiuntur: & , ut Livius loquitur * non certamen juris, ſed vim quæri apparet. Reges pleroſque, ait Plutarchus, † duobus nominibus, pacis & belli, tanquam nummis uti, non ad id quod juſtum eſt, ſed ad id quod expedit. Quæ autem ſint cauſæ injuſtæ, cognoſci aliquatenus poteſt ex juſtis cauſis quas hactenus explicavimus. Rectum enim obliqui eſt index. Sed perſpicuitatis cauſa ſumma genera annotabimus.

* *Lib.* xxi. c. 6.
† *Vit. Pyrrh.* p. 389.

V. 1. Metum ergo ex vicina potentia non ſufficere 12 ſupra diximus. Ut enim juſta ſit defenſio, neceſſariam eſſe oportet, qualis non eſt niſi conſtet, non tantum de potentia, ſed & de animo, & quidem ita conſtet, ut certum id ſit 13 ea certitudine quæ in morali materia locum habet.

2. Quare minime eſt probanda eorum ſententia, qui juſtam belli cauſam ſtatuunt, ſi vicinus nulla pactione impeditus in ſuo arcem faciat, aut munitionem aliam quæ damnum aliquando dare poſſit. Nam adverſus tales metus contrariæ in ſuo munitiones & ſiqua ſunt ſimilia remedia quærenda ſunt, non vis bellica. Injuſta igitur bella 14 Romanorum *a* in Philippum Macedonem, 15 Lyſimachi in *b* Demetrium, 16 ni alia cauſa adfuit. Valde mihi placet *c* Taciti illud de Cauchis: *populus inter Germanos nobiliſſimus, quique magnitudinem ſuam malit juſtitia tueri, ſine cupiditate,*

a *Zonaras.*
b *Pauſan.* *l.* 1. c. 10.
c *Germ.* c. 35.

GRONOVII.

12 *Supra diximus*] 2, 1. 17.

13 *Ea certitudine*] Non quidem mathematica neceſſitate, ſed quatenus in actionibus humanis quæ ſæpe numero ambiguæ ſunt, poteſt fides haberi.

14 *Romanorum in Philippum*] *Liv.* 30, 42.

15 *Lyſimachi in Demetrium*] *Pauſan.* 1, 17. *Plutarch.* Dem. 908.

16 *Ni alia cauſa*] Certe fuit in bello adverſus Philippum, qui Romanis inſidiatus belli Punici tempore fuerat: dein contra fœdus Sopatrum cum 4000. Hannibali auxilio miſerat, qui ſimul cum illo adverſus Scipionem in acie ſteterunt: & Athenienſes Rom. ſocios obſidebat. Videntur auctoris memoriæ illuſiſſe tres urbes, in quibus præſidium habebat Philippus, quaſque non contumelioſius quam verius compedes Græciæ appellabat, Demetrias in Theſſalia, Chalcis in Eubœa, Corinthus in Achaia: quibus quod præſidiarios educere nollet, bellum jam inceptum continuatum eſt: *Liv.* 32, 33. Sed hoc non erat in ſuo ſolo arcem vicinam iis, qui damnum inde metuebant, ponere. Rectius dixiſſet injuſtam fuiſſe Samnitium cauſam adverſus Romanos indignantium ob Fregellas. *Liv.* 8, 23. & Æquorum ob Albam. 10, 1. & Iſtrorum ob Aquilejam. 41, 1. in vicina illis populis, Romanorum tamen colonias deductas. [Non opus erat ut Vir Doctiſſimus conjiciendo quæreret, quid occaſionem dederit errori Auctoris noſtri: neque enim ullus error eſt, quum ZONARAS, in ora libri laudatus, diſertè teſtetur, *Tom* II. cauſſam Belli à *Romanis* adverſus *Philippum* Macedonem ſuſcepti, fuiſſe metum, ne ille auxilio eſſet *Pœnis*, aut in *Italiam* irrumperet: hoc autem ſufficit ad ſcopum Auctoris noſtri, qui munimenta vicina exempli loco tantum adtulit rerum à quibus periculum aliquod imminere poteſt, non tale tamen, ut juſtam cauſſam bello præbeat. *J. B.*]

i De-

Digitized by Google

*ditate, ſine impotentia: quieti, ſecretique: nulla provocant bella, nullis raptibus aut latrociniis populantur: idque præcipuum virtutis ac virium argumentum eſt, quod, ut ſuperiores agant, non per injurias aſſequuntur. prompta tamen omnibus arma, ac, ſi res poſcat, exercitus: plurimum virorum equorumque, & quieſcentibus eadem fama.*

VI. 17 Nec utilitas par jus facit cum neceſſitate.

VII. Ita ubi laxa eſt matrimoniorum copia, negatum aliquod matrimonium cauſam bello præbere non poteſt: qualem (dd) olim Hercules arripuit in Eurytum, i Darius in Scythas (ee).

VIII. Nec magis mutandæ ſedis amor, ut paludibus & ſolitudinibus relictis ſolum fecundius poſſideatur: quam 18 Germanis veteribus bellandi cauſam fuiſſe ait * Tacitus.

* *Hiſt.* IV. c. 73.

IX. Æque eſt improbum, 19 inventionis titulo ſibi vindicare ea quæ ab alio tenentur, † etiamſi is qui tenet ſit improbus, de Deo male ſentiens, aut hebetis ingenii. Nam inventio eſt eorum quæ nullius ſunt.

† *Vict. de Ind. rei.* 1. n. 31.

X. 1. Neque ad dominium requiritur aut 20 virtus moralis, aut religioſa, aut intellectus perfectio: niſi quod hoc videtur poſſe defendi, ſiqui ſint populi omnino deſtituti 21 a rationis uſu, eos dominium non habere, ſed ex caritate tantum iis deberi quæ ad vitam ſunt neceſſaria. Nam quæ alibi diximus 22 de ſuſtentatione dominii, quam pro infantibus & amentibus facit jus gentium, ad eos populos pertinet 23 cum quibus eſt pactorum commercium: tales autem non ſunt populi ſiqui reperiuntur toti amentes, de quo merito dubito.

*Vict. de bello n.* 5. 6. 7. 8. *Id. l.* 11, *n.* 18.

2. Male ergo Græci Barbaros ob morum diverſitatem, *forte* & quod ingenio cedere viderentur, hoſtes ſibi 24 quaſi naturaliter

GROTII.

i *Darius in Scythas*] Antoninus Caracalla in Artabanum Parthorum regem. vide *Xiphilinum* (pag. 356. C. *Ed. H. Steph.*)

GRONOVII.

17 *Nec utilitas*] Nec ſi quis videat valde utile ſibi fore, ſi alium bello petat, id ei jus largitur petendi, perinde ut neceſſitas.

18 *Germanis*] Et Helvetiis ad Galliam invadendam. *Cæſar. Florus* 3, 10.

19 *Inventionis titulo*] Qui titulus Hiſpanorum in ſubjugandis Indis.

20 *Virtus moralis*] Ut aliquis ſit jure dominus, non eſt neceſſe, ut ſit vir bonus aut pius aut ſapiens.

21 *A rationis uſu*] 2, 3. 6.

22 *De ſuſtentatione dominii*] Per legem 2, 4. 10.

23 *Cum quibus eſt pactorum*] Pacta, fœdera, conventiones fieri poſſunt.

24 *Quaſi naturaliter*] Tanquam populis ſervientibus liceat ſemper, ubi poſſunt excutere jugum, quia per naturam omnes liberi naſcuntur.

(dd) Narrat id DIODORUS SICULUS, Biblioth. Lib. IV. c. 31. unde Auctor habet. Nam ſi ſequamur APOLLODORUM, *Lib.* II. *Cap.* 6. n. 1. exemplum huc non faciet, quum, ſecundum iſtum, ex pacto peteret *Iolen Hercules*: violatio autem fidei dat juſtam bello cauſſam præbet. *J. B.*

(ee) Vide JUSTINUM, Lib. II. Cap. 5. n. 9. *J. B.*

k Na

Digitized by Google

ter * dicebant. Quatenus autem ob peccata gravia & naturam aut ſocietatem humanam impugnantia, auferri dominium poſſit, alia eſt quæſtio, & modo, † cum de pœnarum jure ageremus, nobis tractata.

XI. Sed k nec libertas, ſive ſingulorum ſive civitatum, id eſt, *αὐτονομία*, quaſi naturaliter, & ſemper quibuſvis competat, jus bello præſtare poteſt. Nam libertas cum natura competere hominibus aut populis dicitur, id intelligendum eſt de jure naturæ 25 præcedente factum omne humanum, & de libertate 26 *κατὰ στέρησιν*, non de ea quæ eſt 27 *κατ' ἐναντιότητα*, hoc eſt, ut natura quis ſervus non ſit, non ut jus habeat ne unquam ſerviat: nam hoc ſenſu nemo liber eſt. quò pertinet illud Albutii: *a neminem natum liberum eſſe, neminem ſervum; hac poſtea nomina ſingulis impoſuiſſe fortunam.* Et *b* Ariſtotelis illud: *νόμῳ τὸν μὲν δοῦλον εἶναι, τὸν δ' ἐλεύθερον· e lege veniſſe ut alius eſſet liber, alius ſervus.* Quare qui legitima cauſa in ſervitutem ſive perſonalem ſive civilem devenerunt, contenti ſua conditione eſſe debent, ut & Paulus Apoſtolus docet: *c δοῦλος ἐκλήθης; μή σοι μελέτω. vocatus es ad ſervitutem? ne id te torqueat.*

XII. Neque minus iniquum armis ſubigere aliquos velle, quaſi 28 dignos qui ſerviant, quos naturaliter ſervos interdum philoſophi vocant. Non enim ſiquid alicui eſt utile, id ſtatim mihi licet ei per vim imponere. Nam his qui rationis habent uſum libera eſſe debet utilium & inutilium electio, niſi alteri jus quoddam in eos quæſitum ſit. Infantium plane alia eſt ratio, quorum regimen, cum ipſi jus exercendæ *αὐτοπραγίας* actionumque ſuarum moderandarum non habeant, 29 occupanti & idoneo natura concedit.

XIII. 1. Vix adderem ſtultum eſſe titulum, *d* quem quidam tribuunt Imperatori Romano, quaſi ipſe etiam in remotiſſimos & incognitos hactenus populos jus imperandi habeat, niſi juriſconſultorum diu princeps habitus Bartolus hæreticum auſus eſſet

* pro-

* *Plato de rep.* Lib. v. pag. 470. C. *Ariſt.* Polit. I. 2. *Eurip. Iphig. in Aul.* vers. 1400. &c. *Livius*, XXXI. c. 29. *Iſocr. Panathen.* p. 267. B. *Ed. H. Steph.*

† *Hoc libro* c. XX. §. 40.

a *Senec.* III. *contr.* 21.

b I *Polit.* c. 3.

c 1 *Cor.* VII. 21.

*Vict. de Ind.* n. 24.

d *Ayala de jur. bell. lib.* 1, c. 2. n. 29. *Covar.* c. *peccatum.* p. 2. §. 9. n. 5. & ſeq.

### GROTII.

k *Nec libertas ſive ſingulorum ſive civitatum, id eſt, αὐτονομία, quaſi naturaliter & ſemper quibuſvis competat, jus bello præſtare poteſt*] Vide *concilium* IV. *Toletanum*, & quæ nos ſupra cap. IV. hujus lib. §. 14.

### GRONOVII.

25 *Præcedente factum*] Statu hominis, qualis eſt ipſo naturæ ordine, antequam arbitrium vel ipſius vel aliorum in certam perſonam impoſuerit.

26 *Κατὰ στέρησιν*] *Per privationem*, ſic, ut ei abſit ſervitus.

27 *Κατ' ἐναντιότητα*] *Per contrarium*, quaſi ſervitus ei ſupervenire non poſſit.

28 *Dignos qui ſerviant*] Qui ſint ingenio minus liberali.

29 *Occupanti & idoneo*] Ejus imago ex lege Lycurgi erat penes Lacedæmonios: conſtituerat enim, ut ſenex quivis alterius liberis, perinde ac ſuis, imperaret, & indecore agentes eos coërceret. *Crag.* lib. 3, p. 160.

l *Mundi*

* Act. 24. D. de capt. † L. ἀξίωσις. 9. Ad l. Rhod.

* pronuntiare qui id negat; nimirum quia & Imperator interdum ſe l mundi dominum † vocet, & in Sacris literis imperium illud, quod m Romaniam poſteriores ſcriptores vocant, appelletur n τῆς οἰκουμένης nomine: qualia ſunt & illa:

a Petron. c. 119. Ed. Burm.

*a Orbem jam totum victor Romanus habebat*,

multaque ſimilia. 30 per complexionem, aut 31 exceſſum, aut 32 excellentiam dicta: quippe cum & in iiſdem ſacris literis ſola o Judæa ſæpe veniat *b* nomine τῆς 33 οἰκουμένης quo ſenſu accipiendum dictum vetus Judæorum, medio telluris ſitam urbem Hieroſolyma, p id eſt in medio Judææ, ſicut in medio Græciæ Delphi ſimiliter dicti 34 orbis umbilicus. Neque eſt quod quemquam moveant Dantis *c* argumenta, quibus probare nititur Imperatori jus tale competere, quia id humano generi expediat. Nam commoda quæ adfert, ſuis compenſantur incommodis. Ut enim navis aliqua ad eam magnitudinem pervenire poteſt quæ regi nequeat, ſic & hominum numerus & locorum diſtantia tanta eſſe, 35 ut unum regimen non ferat.

b Luc. II, 1.

c De Monarchia, Lib. I. Ariſt. VII. pol. IV.

Silv. verb. bellum p. 1, n. 21. Covarr. loco citato n. 9.

2. Deinde vero conceſſo hoc expedire, jus imperii non ſequitur, ut quod 36 niſi ex conſenſu aut pœna naſci nequit. Ne in omnia quidem, quæ olim fuere populi Romani, Imperator Roma-

GROTII.

l *Mundi Dominum vocet*] Ut in concilio Chalcedonenſi actione XI. & XII.

m *Romaniam poſteriores ſcriptores vocant*] Ut & *Athanaſius* ad ſolitarios. Id vix ſexta pars erat mundi tunc cogniti.

n Τῆς οἰκουμένης *nomine*] *Philo* de legatione: τῶν πλείστων καὶ ἀναγκαιοτάτων μερῶν τῆς οἰκουμένης, ἃ δὴ καὶ κυρίως ἄν τις οἰκουμένην εἴποι, δυσὶ ποταμοῖς ὁριζομένην Εὐφράτῃ τε καὶ Ῥήνῳ· *de pluribus utiliſſimiſque orbis partibus loquor, quas & eminenter aliquis orbem appellet, definitam omnibus duobus Euphrate & Rheno.* (Pag. 993. D. E.)

o *Judæa ſæpe veniat nomine* τῆς οἰκουμένης] Hieronymus: *nomen terræ, etiam cum additur particula* omnis, *reſtringi debet ad eam regionem de qua ſermo eſt.* [Vide *Palæſtinam* Eruditiſſimi RELANDI, nuper eum ſummo Reip. literariæ damno his terris erepti, *Lib.* I. *Cap.* 5. ubi & teſtimonia Veterum referuntur de *Hieroſolyma* in medio Terræ ſita. *J. B.*]

p *Id eſt in medio Judææ*] Diſcas hoc ex *Joſephi* lib. III. belli judaici, (cap. 4. pag. 833. F.)

GRONOVII.

30 *Per complexionem*] Cum plura complectimur verbis, quam re aut ſententia ſignificamus.

31 *Exceſſum*] Hyperbolen.

32 *Excellentiam*] Cum omnia tribuimus uni ſoli, cui aliquid præcipuum ante alios eſſe ſignificamus.

33 *Οἰκουμένης*] Sic *orbis terrarum* pro imperio Alexandri. *Juſtin.* 17, 1. pro Græcia eidem. 42, 2.

34 *Orbis umbilicus*] *Cicero* 2, divin. 56. Ovidius 10, 168. *Livius* 41, 23.

35 *Ut unum regimen*] Ideo Auguſtus, libello poſt mortem ejus in ſenatu lecto, addiderat conſilium coërcendi intra terminos imperii, *Tacit.* 1. ann. 11. Sic *Florus* optat pop. Rom. Sicilia & Africa contentum fuiſſe, aut etiam his carentem, ſola in Italia regnare maluiſſe, quam eo magnitudinis creſcere, ut viribus ſuis conficeretur. *Flor.* 3, 12.

36 *Niſi ex conſenſu aut pœna*] 2, 5. 1.

q In

manus jus nunc habet. multa enim ut bello quæſita ita bello amiſſa ſunt; alia pactionibus, alia derelictione q in aliarum gentium aut regum jus tranſierunt. Quædam etiam civitates olim plane ſubditæ, poſtea tantum ex parte ſubditæ, aut tantum inæqualiter federatæ eſſe cœperunt. Nam omnes hi modi aut amittendi, aut mutandi juris, non minus adverſus Rom. Imperatorem, quam adverſus alios valent.

XIV. 1. Sed & 37 Eccleſiæ jus fuerunt qui adſererent etiam in (ff) populos ignotæ hactenus partis terrarum, cum tamen ipſe Paulus apoſtolus aperte dixerit eos qui extra Chriſtianiſmum ſunt, judicandi ſibi jus non eſſe. τί γάρ μοι τοὺς ἔξω κρίνειν; 1 Cor. v, 12. Et quod jus Apoſtolis judicandi competiit, quamquam etiam ad res 38 terrenas ſuo modo pertinebat, erat tamen 39 cœleſtis, ut ita dicam, non terreſtris ingenii, exercendum ſcilicet non per arma & flagra, ſed per verbum Dei generaliter propoſitum & ad circumſtantias peculiares aptatum, per 40 ſigillorum divinæ gratiæ exhibitionem aut negationem, prout cuique conduceret: poſtremo loco etiam per vindictam non naturalem ſed natura ipſa ſuperiorem, ac proinde a Deo procedentem: qualis in Anania, Elyma, Hymenæo, & aliis apparuit. *Vict. de Ind. rel. 21, & ſeq. Ayala l. 1. c. 2. n. 29.*

2. Chriſtus ipſe, a quo omnis poteſtas Eccleſiaſtica fluxit, & cujus vita exemplar eſt Eccleſiæ, 41 qua talis eſt, propoſitum, negavit * regnum ſuum eſſe de hoc mundo, hoc eſt, ejus naturæ cujus ** Joh. XVIII, 36. Vid. Petr. Dam. l. 11. epiſt. 9. & Bern. epiſt. 221.*

GROTII.

q *In aliarum gentium aut regum jus tranſierunt*] Exemplum ſume in Hiſpania, de qua vide *Gomezium* in §. fuerat. num. 5. de actionibus. *Panormitanum* in c. venerabilem. col. 9. de electione. Jaſonem in l. cunctos populos, 1. col. 2. Cod. *de ſumma Trinitate. Menochium* conſ. 11, num. 102. Cardinalem *Tuſchum* practicarum concluſionum 345. §. rex Hiſpaniæ. *Molinæum* in conſ. Pariſ. in pr. num. 20. *Chaſſanæum* de gloria Mundi parte v, conſid. 28. *Azorium* inſtitutionum moralium lib. 11, c. 5. p. 2.

GRONOVII.

37 *Eccleſiæ jus*] Alludit eo, quod Alexander VI. Papa diviſit inter Luſitaniæ & Caſtellæ reges bello ſubigendos Indos (A. C. 1494.) Pejus, quod etiam jus ſibi tribuit transferendi regna, ſiquis ambitioni Paparum adverſetur. Sic Julius II. regnum Navarræ, quod ad Joannem Albretum pertinebat, quia ſe ille Ludovico XI. regi Galliarum adverſus Papam & Hiſpanos junxerat, donavit Ferdinando Arragonenſi A. C. 1512.

38 *Terrenas ſuo modo*] Quatenus eas communes faciebant primi Chriſtiani.

39 *Cœleſtis*] Supra humanum modum, quale viſum in Apoſtolis divino inſtinctu.

40 *Sigillorum divinæ gratiæ negationem*] Ut fiebat excommunicatis.

41 *Qua talis*] Poteſt referri & ad vitam Chriſti & ad eccleſiam. Si voluit illud, ſignificat, quatenus eſt imitabilis, non miraculoſa, & quatenus edidit exempla recte vivendi hominibus, non argumenta divinæ cum humana conjunctæ naturæ. Si alterum, quatenus eccleſia eſt, ſeu cœtus hominum verum Deum in Chriſto recte colentium; non, ut hodie plurimum accipitur, pro dominatu in terras & populos ipſoſque reges.

(ff) Confer heic Opus Auctoris noſtri *De Imperio Summarum Poteſtatum circa Sacra*, Cap. IV. §. 8.

cujus ſunt cætera regna: addens, alioqui futurum fuiſſe ut more aliorum regum opera militum uteretur. Nunc vero etiamſi legiones voluiſſet poſcere, popoſciſſet, non hominum, ſed Angelorum. Matth. XXVI, 53. Et quicquid fecit pro jure ſuæ poteſtatis, id fecit non humana ſed divina virtute, etiam tum cum nundinatores e templo ejecit. Flagrum enim tum quoque divinæ iræ 42 erat ſignum, non inſtrumentum; ut alias ſputum & oleum r ſignum medendi, non remedium. Auguſtinus ad indicatum Johannis locum: *Audite ergo Judæi & gentes: audi circumciſio: audi præputium: audite omnia regna terrena:* ſ *non impedio dominationem veſtram in hoc mundo: regnum meum non eſt de hoc mundo. Nolite metuere metu vaniſſimo, quo Herodes ille major, cum Chriſtus natus nuntiaretur, expavit, & tot infantes, ut ad eum mors perveniret, occidit, timendo magis quam iraſcendo crudelior. Regnum, inquit, meum non eſt de hoc mundo. Quid vultis amplius? venite ad regnum quod non eſt de hoc mundo: venite credendo, & nolite ſævire metuendo.*

*Act. Ap. hom. III. ep. ad Tit. hom. I. ep. I. ad Theſſ. hom. IV. de ſacerd. Lib. II.*

3. Epiſcopo inter cætera interdicit Paulus ne 43 percuſſor ſit, 1 Tim. III, 2. ἀνάγκῃ κρατεῖν, *imperare 44 impoſita neceſſitate*, ea ſcilicet quæ ex humana vi proficiſcitur, regum eſſe, non epiſcoporum, t dixit Chryſoſtomus. Et alibi: *non eſt nobis data poteſtas ut*

GROTII.

r *Signum medendi*] Bene hoc explicat *Abulenſis* ad Matth. IX.

ſ *Non impedio dominationem veſtram in hoc mundo*] Hilarius Arelatenſis: *non enim ad hoc venerat Chriſtus ut alienam invaderet gloriam, ſed ut ſuam donaret: non ut regnum terreſtre præriperet, ſed ut cœleſte conferret.*

GRONOVII.

42 *Erat ſignum*] Flagro utebatur, non quaſi hactenus tantum puniret, ſed ut oſtenderet ſe graviter puniturum profanationem ædis ſuæ.

43 *Percuſſor*] Πλήκτης, qui plagas intentet, aut jus habeat virgarum vel faſcium.

44 *Impoſita neceſſitate*] Cum jure coërcendi carcere, vinculis, mulctis, ſupplicio.

GROTII.

t *Dixit Chryſoſtomus*] Verba ejus ſunt de ſacerdotio libro II. μάλιστα μὲν οὖν τοῖς χριστιανοῖς οὐκ ἀφεῖται πρὸς βίαν ἐπανορθοῦν τὰ τῶν ἁμαρτανόντων πταίσματα· ἀλλ' οἱ μὲν ἔξωθεν δικασταὶ τοὺς κακούργους, ὅταν ὑπὸ τοῖς νόμοις λάβωσι, πολλὴν ἐπιδείκνυνται τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἄκοντας τοῖς τρόποις κωλύουσι χρῆσθαι τοῖς αὐτῶν. ἐνταῦθα δὲ οὐ βιαζόμενον, ἀλλὰ πείθοντα δεῖ ποιεῖν ἀμείνω τὸν τοιοῦτον· οὔτε γὰρ ἡμῖν ἐξουσία τοιαύτη παρὰ τῶν νόμων δέδοται πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς ἁμαρτάνοντας. οὔτε, εἰ καὶ ἐδέδοτο, εἴχομεν ὅπου καὶ χρησώμεθα τῇ δυνάμει, οὐ τοὺς ἀνάγκῃ τῆς κακίας, ἀλλὰ τοὺς προαιρέσει ταύτης ἀπεχομένους στεφανοῦντος τοῦ Θεοῦ. διὰ τοῦτο πολλῆς χρεία τῆς μηχανῆς ἵνα πεισθῶσιν ἑκόντες ἑαυτοὺς ὑπέχειν ταῖς παρὰ τῶν ἱερέων θεραπείαις οἱ κάμνοντες· *omnium maxime Chriſtianis non licet vi caſtigare ſontium delicta. Seculi quidem judices, ubi maleficos ſub legum poteſtatem nacti ſunt, multum poteſtatis jus exercent, & invitos quamvis prohibent ex ſuopte ingenio vivere. At apud nos non cogendo ſed ſuadendo id agendum eſt, ut qui ejuſmodi ſit, ſi melior evadat. Neque enim nobis a legibus ad coërcendos peccatores poteſtatis jus datum eſt, & ſi datum maxime eſſet, locus non eſſet juris ejus exercendi, cum Deus coronet non eos qui neceſſitate ſed qui voluntate*

Digitized by Google

*ut auctoritate* 45 *ſententiæ* (talis ſcilicet quæ jus exſequendi per manum regiam, aut militarem, u aut juris qualiſcunque humani ademtionem in ſe contineat) *cohibeamus homines a delictis*: & epiſcopum officio ſuo fungi ait ȣ̓ βιαζόμενον, ἀλλὰ πείθοντα, *non cogendo*, *ſed ſuadendo*. Et ex his quidem ſatis apparet, epiſcopos, 46 qua tales ſunt, jus regnandi in homines humano more nullum habere. x Hieronymus regem & epiſcopum comparans: *ille nolentibus praeeſt*, *hic volentibus*.

4. An vero reges ipſi iis qui Chriſtianam religionem rejiciunt, arma quaſi pœnæ nomine inferre poſſint, ſupra capite de pœnis a nobis diſquiſitum eſt quantum inſtituto ſufficit.

XV. Hoc

*luntate libera a malo abſtinent*: *quare multo labore opus ut perſuadeantur morbidi ſponte ſua ſe præbere ſacerdotali curationi.* Et mox: ȣ̓ γὰρ ἑλκύσαι πρὸς βίαν ἐϛὶν, ȣ̓δὲ ἀναγκάσαι φόβῳ· *neque enim qui a fide aberrat vi pertrahi*, *imo nec metu compelli poteſt.* Idem ad Epheſ. IV. εἰς διδασκαλίαν λόγȣ προεχειρίσθημεν ȣ̓κ εἰς ἀρχὴν, ȣ̓δὲ εἰς αὐθεντίαν, συμβȣ́λων τάξιν ἐπέχομεν παραινȣ́ντων. ὁ συμβȣλεύων λέγει τὰ περὶ ἑαυτȣ̃, ȣ̓κ ἀναγκάζων τὸν ἀκροατὴν, ἀλλ᾽ αὐτὸν ἀφίησι τῆς τῶν λεγομένων αἱρέσεως κύριον· *ad docendos vero homines conſtituti ſumus*, *non ad imperium*, *non ad exercitium poteſtatis.* *Conſiliariorum locum obtinemus ſuadentium*; *qui conſilium dat*, *de ſuo dicit*, *auditorem non cogit*, *ſed liberam ei relinquit electionem circa ea quæ dicuntur.* *Ambroſius* libro II. de Cain & Abel c. 4. *Sacerdos quidem officium ſuum exhibet*, *at nullius poteſtatis jura exercet.* Citatur c. verbum de pœnitentia diſtinct. 1.

u *Aut juris qualiſcunque humani ademtionem*] Ad reges enim non ad eccleſiam pertinet judicare de feudis. c. novit 18. *de judiciis*: de poſſeſſionibus c. cauſam quæ inter 7. *qui filii ſint legitimi*. Reges enim ſuperiorem in temporalibus minime recognoſcunt. c. per venerabilem, 13. eod. tit. *Chriſtus voluit ut Chriſtiani Imperatores pro vita æterna Pontificibus indigerent*, *& Pontifices pro curſu temporalium rerum imperialibus legibus uterentur*, *quatenus ſpiritalis actio a carnalibus diſtaret incurſibus*, *& Deo militans minime ſecularibus negotiis ſe implicaret.* c. quoniam, 8. *diſtinct.* x. & c. cum ad verum, 6. *diſtinctione* XCVI. unde aliena non ſunt quæ libro primo ſunt poſita, c. II. §. ultimo, ex ſecundo & octuageſimo canone eorum qui apoſtolici dicuntur, & quæ in eam rem ibi plura in textu notiſque afferuntur.

x *Hieronymus*] Idem in epitaphio Nepotiani: *minus licet epiſcopo quam regi. Ille enim nolentibus præeſt*: *hic volentibus. Ille terrori ſubjicit*, *hic ſervituti donatur.* (Tom. I. pag. 25. *Edit. Baſil.*) *Caſſiodorus* lib. XI. in epiſtola ad epiſcopos. (Ep. 3.) *epiſcopus doceat*, *ne judex poſſit invenire quod puniat.* Fredericus primus Imperator apud *Guntherum* Ligurino de Pontifice:

*Eccleſiam regat ille ſuam*, *divinaque jura*
*Temperet*: *imperium nobis faſceſque relinquat.*

Suenonem Daniæ regem excommunicatum cum Roſchildenſis epiſcopus Wilhelmus ab ingreſſu eccleſiæ oppoſitu baculi paſtoralis arceret, & regii capulis admoverent manum, fecit quod epiſcopi erat, & cervicem porrexit. Adde quæ ſupra habuimus libro I, c. 5.

GRONOVII.

45 *Sententiæ*] Quaſi pronuntiatæ pro tribunali.

46 *Qua tales ſunt*] Tanquam concederet habere, quatenus conceſſione regum aut populorum etiam ſunt principes. Qua ſunt epiſcopi tantum, non etiam domini regionum & gentium, quod nunc pleriſque locis cum epiſcopatu conjunctum eſt.

XV. Hoc quoque monebo non fruſtra, ſed quia veteribus recentia conferens magnum malum, ni caveatur, prævideo, juſtam belli cauſam non dare y 47 ſpem conceptam ex aliqua divinorum vaticiniorum explicatione. Nam præterquam quod z quæ nondum impleta ſunt oracula interpretari certo vix contingit ſine prophetico ſpiritu, etiam rerum certarum latere nos poſſunt tempora. Ac poſtremo prædictio, niſi expreſſum adſit Dei mandatum, jus nullum dat, cum Deus, quæ prædixit, ſæpe per improbos homines aut pravas actiones ad exitum ire permittat.

XVI. Illud

GROTII.

y *Spem conceptam ex aliqua divinorum vaticiniorum explicatione*] Vide de Theodoro quodam, Gratiani tempore, *Zoſimum* (Lib. IV. c. 13.) & *Ammianum Marcellinum* (Lib. XXI. c. 1.) de Joanne Cappadoce *Procopium* Perſicorum II. & *Leunclavium* hiſtoriæ Turcicæ lib. XVIII.

z *Quæ nondum impleta ſunt oracula; interpretari certo vix contingit ſine prophetico ſpiritu*] Clauſi enim obſignatique ſunt libri prophetici ad præfinitum uſque tempus, ita ut intelligi nequeant, *Danielis* XII, 4. 8. 9. Hieronymus ad Danielem (Tom. V. p. 606. B.) *ſi propheta audivit & non intellexit, quid facient hi qui ſignatum librum & uſque ad tempus conſummationis multis obſcuritatibus involutum præſumtione mentis edisſerunt?* *Procopius* Gotthicorum II. τῶν γὰρ Σιβύλλης λογίων τὴν διάνοιαν πρὸ τοῦ ἔργου ἐξευρεῖν ἀνθρώπῳ οἶμαι ἀδύνατα εἶναι· *Sibyllinorum oraculorum ſenſum ante rei eventum invenire exiſtimo ſupra hominem eſſe.* Mox: ταῦτα τι ἀδύνατά ἐστιν ἀνθρώπῳ ὁτῳοῦν πρὸ τοῦ ἔργου τῶν Σιβύλλης λόγων ξυνεῖναι, ἢν μὴ καὶ ὁ χρόνος αὐτὸς ἐκβάντος ἤδη τοῦ πράγματος, καὶ τοῦ λόγου εἰς πεῖραν ἐλθόντος, ἀκριβὴς τοῦ ἔπους ἑρμηνευτὴς γένηται. *fieri nequit, ut homo qualiſcumque ante exitum Sibyllina oracula intelligat, ſed exſpectandum, donec ipſa dies, re jam conſummata, & verbis experiendo comprobatis, certa fiat carminum interpres.* Gregoras libro V. ἀλλ' ὥσπερ καὶ τ' ἄλλα τῶν χρησμῳδουμένων δυσείκαστά ἐστι καὶ δυσξύμβολα καὶ πλείστας δεχόμενα τὰς ἀναλύσεις καὶ ἀναπτύξεις μέχρι αὐτῆς ἐκβάσεως, οὕτως καὶ οὗτος ὁ χρησμὸς ἐπλάνα τοὺς πλείστους, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν βασιλέα Ἀνδρόνικον μέχρις αὐτῆς τελευτῆς, ὡς εἰρήσεται. ἐξ ἀνθρώπων δὲ αὐτοῦ γενομένου, αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ χρησμὸς διεσάφησεν· *ſicut & prædictiones aliæ difficillima conjectu interpretatuque ſunt, quod & multa habeant involucra, & explicationes recipiant multas: ita & hoc oraculum decepit omnes, ipſumque Imperatorem, quamdiu ei vita manſit. Eo autem erepto rebus humanis, ipſum ſemet oraculum hominibus aperuit.* Cavete vobis nimis audaces theologi: cavete vobis a nimis audacibus theologis politici. Dignus qui inſpiciatur locus apud *Thuanum* libro LXXIX, in anno CIϽ IϽ LXXXIII. de Jacobo Brocardo.

GRONOVII.

47 *Spem conceptam*] Ut Judæi, quum antiquis ſacerdotum literis contineretur fore, ut valeſceret oriens & Judæa profecti rerum potirentur, (quod de Meſſia verum erat; de Veſpaſiano interpretabantur Romani) ſibi tantam magnitudinem fatorum velut ex oraculo ſpondebant. *Tacit.* 5. hiſt. 13. Sic Carolus VIII. Galliarum rex ad Neapolitanam expeditionem inflammatus eſt, quod pervaſerat in vulgus ex antiquis vatum carminibus fama, Carolo maximum totius orbis imperium portendi, & mathematicorum reſponſis fatum eſſe, illum occidentis ſimul & orientis imperium nanciſci. *Jovius* lib I. hiſtor. p. 11. Et noſtro fuere tempore bellicoſi reges, qui ſperarent ſe Babylona ſubverſuros, quod nummo ſignato Ludovicus XI. promiſit. [Adde JUL. PAULI *Recept. Sentent.* Lib. V. Tit. 21. §. 1. ibique Erudiſſimum SCHULTINGIUM. *J. B.*

a Ho-

Digitized by Google

XVI. Illud quoque ſciendum eſt, ſi quis quid debet, 48 non ex juſtitia propria, ſed ex virtute alia, puta liberalitate, gratia, miſericordia, dilectione, id ſicut in foro exigi non poteſt, ita nec armis depoſci. Nam ad utrumque horum non ſufficit, ut id, quod poſtulatur, ſit 49 ex morali ratione faciendum, ſed præterea opus eſt in nobis jus quoddam ſit ad illud, quale jus interdum leges divinæ & humanæ dant etiam circa 50 debita aliarum virtutum. quod cum ſit, nova tunc debendi ratio accedit, quæ jam ad juſtitiam pertinet. Id cum deeſt, injuſtum ex hac cauſa bellum eſt, ut 51 Romanorum in 52 regem Cypri tanquam ingratum. Nam qui beneficium dedit, nullum habet jus ad repoſcendam gratiam: alioqui contractus eſſet, non beneficium.

XVII. 1. Notandum & hoc ſæpe accidere, ut bello cauſa quidem juſta ſubſit, ſed vitium actioni accedat ex animo agentis: ſive quod aliud quiddam, non illicitum per ſe, magis & principalius animum movet quam jus ipſum, puta a 53 honoris ſtudium, aut utilitas aliqua, ſive privata ſive publica, quæ ex bello ipſo ſeorſim a cauſa ſua juſtifica conſiderato exſpectatur: ſive quod adeſt affectus plane illicitus, ut gaudium acquieſcentis in malo alieno ſine boni reſpectu. Sic Ariſtides de ſocietate ſecunda, Phocenſes ait merito periiſſe, at non bene feciſſe Philippum, cum eos perderet, quippe non religioni ſtudentem, quod præferebat, ſed augendo imperio. *Vict. de Jure bell. n. 2.* *Tom. II. p. 256, 257.*

2. *Una & ea vetus cauſa bellandi eſt*, inquit * Salluſtius, *profunda cupido imperii & divitiarum. Aurum & opes præcipua bellorum cauſa*, apud † Tacitum. & in a tragœdia:

*Rupere fœdus impius lucri furor*
*Et ira præceps.*

Quo

** Fragm. IV. 3. Ed. Waſſ.* *† Hiſt. IV. 74.* *a Senec. Hippol. verſ. 540.*

GROTII.

a *Honoris ſtudium*] Quod vitium maxime nobis virtutis quadam imagine blanditur. Sed recte monet *Auguſtinus* libro III, de Civitate Dei cap. 14. *Satius eſſe cujuſlibet inertiæ pœnas luere, quam illorum armorum gloriam quærere.* Repete quæ ex *Agathia* ſupra poſuimus hic ad §. 3. [Sed in illis locis bella arguuntur per ſe injuſta. *J. B.*]

GRONOVII.

48 *Non ex juſtitia propria*] Quod niſi præſtet, ſit injuſtus ac legibus reus, ex ea, quæ in contractibus obſervatur.

49 *Ex morali ratione*] Decens, honeſtum, officium, juſtitiæ διανεμητικῆς opus.

50 *Debita aliarum*] Ut pietatis & obſequii liberorum erga parentes, officii parentum in teſtamento erga liberos.

51 *Romanorum*] Imo ſceleſtiſſimi hominis P. Clodii, ringentibus omnibus bonis, plebem inſtigantis. *Cic.* pro Sext. 26.

52 *Regem Cypri*] Ptolemæum *Flor.* 3, 9. *Plutarchus* in vita Catonis. [Adde STRABONEM, *Geogr.* Lib. XIV. pag. 684. *Ed. Paris.* ubi cauſſa ingrati animi diſertè exprimitur. *J. B.*]

53 *Honoris ſtudium*] Ut quum Antigonus divulgavit, ſe Olympiadis a Caſſandro interfectæ mortem ultum ire, & Alexandri regis ſui filium obſidione Amphipolitana liberare. *Juſtin.* 15, 1. qui revera omne imperium Alexandri affectaret.



Digitized by Google

* Contra Fauſtum lib. XXII, c. 74.

Quo & Auguſtini illud recte referas*: *nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi quæ ſunt ſimilia, hæc ſunt quæ in bellis jure culpantur.*

Covarr. d. P. 2. in c. Pecc. §. 9. n. 2. Cajet. 2, 2. q. 40. art. 1. Silv. verb. bellum n. 2. Summa Ang. verb. bellum n. 5. Sum. Roſ. ib. n. 3. & 8. Th. 2, 2. 66. 8.

3. Sed hæc, ubi cauſa juſtifica non deeſt, peccatum quidem arguunt, ipſum tamen bellum proprie injuſtum non faciunt. unde nec ex tali bello reſtitutio debetur.

# CAPUT XXIII.

## De cauſis dubiis.


I. *Dubitandi cauſa in moralibus unde.*
II. *Nihil faciendum contra animi dictamen quamvis errans.*
III. *Judicium in alteram partem duci argumentis rerum.*
IV. *Aut auctoritate.*
V. *Si utrinque dubitetur in re gravi, & alterum ſit eligendum, ſumendum quod eſt tutius:*
VI. *Unde ſequi, tali caſu a bello abſtinendum.*
VII. *Id autem vitari poſſe colloquio:*
VIII. *Aut arbitrio: ubi de Chriſtianorum regum officio circa partes belligerantes:*
IX. *Aut etiam ſorte.*
X. *Certamen ſingulare, ad vitandum bellum, an permitti poſſit.*
XI. *Meliorem eſſe conditionem poſſidentis in pari dubio.*
XII. *Si neuter poſſideat, in pari dubio rem dividendam.*
XIII. *An bellum utraque ex parte juſtum detur, multis diſtinctionibus explicatur.*


1 Eth. Nic. 1.

I. VEriſſimum eſt quod ſcripſit Ariſtoteles, in moralibus non æque, ut in mathematicis diſciplinis certitudinem inveniri. quod eo evenit, quia mathematicæ diſciplinæ 1 a materia omni formas ſeparant, & quia formæ ipſæ tales plerumque ſunt, a 2 ut nihil habeant interjectum, ſicut inter rectum & curvum nihil eſt medii. (22) At in moralibus circumſtantiæ etiam minimæ

GROTII.

a *UT nihil habeant interjectum*] In his mutatio fit εἰς τὸ ἀντικείμενον, in aliis εἰς τὸ μεταξύ.

GRONOVII.

1 *A materia*] Figuras conſiderant a corporibus ſemotas, ut loquitur in prolegomenis extremis.

2 *Ut nihil habeant*] Sint circumſcriptæ & præciſæ, nullum habentes confinium cum aliis, ut dubitari poſſit, huc an illuc pertineant.

(22) Expendit hoc PUFENDORFIUS noſter, *De Jure Nat. & Gentium*, Lib. 1. Cap. 2. §. 9. Quæcumque Auctor heic dicit, id tantum probant, ſæpe ſic ſatis difficile eſſe axiomata & principia Diſciplinarum Moralium ad caſus ſingulares aptare: unde tamen ipſas Diſciplinas incertas eſſe, minimè ſequitur Quâ de re vide quæ obſervavimus in Præfatione noſtrâ ad Opus Pufendorfianum modo laudatum, §. III. num. 3. J. B.

b Se-

mæ variant materiam, & formæ, de quibus agitur, b ſolent habere interjectum 3 aliquid, ea latitudine, ut modo ad hoc, modo ad illud extremum propius accedatur. Ita enim inter id quod fieri oportet, & inter id quod fieri nefas eſt, medium eſt quod licet, ſed modo huic, modo illi parti propinquius: unde ambiguitas ſæpe incidit, ut in 4 crepuſculo, aut in aqua frigida caleſcente. Et hoc eſt, quod ait Ariſtoteles, *ἔστι χαλεπὸν ἐνίοτε τὸ κρίνειν ποῖον ἀντὶ ποίου αἱρετέον quid cui anteponendum ſit, difficilis ſæpe eſt judicatio.* Andronicus autem Rhodius: * *τὸ κατ᾽ ἀλήθειαν δίκαιον δυσχερές ἐστι τοῦ δοκοῦντος διελεῖν· difficile eſt id, quod vere juſtum eſt, ab eo quod tale videtur, diſcernere.* III. Nicom. c. 1. * Paraphr. Lib. 1. c. 3. p. 10.

II. 1. Primum autem illud eſt tenendum, etiamſi quid juſtum reipſa eſt, ſed ab eo fit, qui, 5 omnibus expenſis, injuſtum id exiſtimat, actum eſſe vitioſum. Hoc enim eſt, quod dicit Paulus † Apoſtolus, 6 quicquid non fit ex fide, peccatum eſſe: c quo in loco fides animi judicium de re ſignificat. Nam 7 vim judicatricem humanis actionibus ducem Deus addidit, qua contemta obbruteſcit animus. † Rom. XIV, 23.

2. Sæpe autem accidit, ut judicium 8 nihil certi monſtret, ſed hæſitet: quæ hæſitatio ſi attenta conſideratione expediri nequeat, ſequendum erit illud a Ciceronis: *bene præcipiunt* d *qui vetant quicquam agere quod dubites æquum ſit an iniquum.* Hebræi magiſtri (bb) di- a De Off. l. 1. c. 9.

### GROTII.

b *Solent habere interjectum aliquid*] Vide *Chryſoſtomum* ad IV. Epheſiorum [*Axotinum*] II. moral.

c *Quo in loco fides animi judicium de re ſignificat*] Eodem tendunt in eadem *Pauli* epiſtola eodem capite iſta (verſ. 5.) *ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοΐ πληροφορείσθω. unusquisque ſui ſenſus ſibi certus ſit.* Et (verſ. 22.) *μακάριος ὁ μὴ κρίνων ἑαυτὸν ἐν ᾧ δοκιμάζει· beatus ille, qui, quod præfert, in eo ſui damnator non eſt.* Ambroſius: *peccatum eſt, quod aliter fit quam probatum eſt.* Sequitur *Auguſtinus*: citati ambo a Gratiano poſt cap. 14, cauſa 28. quæſt. 1. Non longe hinc abit illud Plutarchi in Timoleonte: *δεῖ οὐ μόνον τὴν πρᾶξιν εἶναι καλὴν καὶ δικαίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν ἀφ᾽ ἧς πράττεται μόνιμον καὶ ἀμετάπτωτον, ἵνα πράττωμεν δοκιμάσαντες· requiritur non modo, ut, quod agitur, ſit honeſtum juſtumque, ſed ut firma ac conſtans adſit perſuaſio, unde fiat actio, ut, quod fit, fiat ideo quod animus ita faciendum judicaverit.* (Pag. 238. C.)

d *Qui vetant quicquam agere quod dubites*] *Plinius* lib. 1, epiſt. 18. *Quod dubitas, ne feceris.*

### GRONOVII.

3 *Aliquid, ea latitudine*] Medium rationis. *Hornej.* ethic. 3, 1. 14.

4 *Crepuſculo*] *Quod tu nec tenebras nec poſſis dicere lucem.*

5 *Omnibus expenſis*] Poſt maturam deliberationem, pro ipſius ſenſu & captu.

6 *Quicquid non fit*] Vide animadv. *Grotii* pro ſuis *notis ad conſ. Caſſand.* ad articul. 2. p. 68. in examine *Riveti*, & hujus *examen* p. 71. tum ejuſdem *Riveti apolog.* contra votum *H. Grotii* num. LXXVI. p. 141. item *διάλυσιν Grotianæ diſcuſſionis* pag. 328.

7 *Vim judicatricem*] Conſcientiam dictantem hoc probum, illud improbum eſſe; non ſemper, prout revera eſt, ſed prout quis educatus & inſtitutus eſt.

8 *Nihil certi*] Ut decernere nequeat, utrum juſtum ſit, nec ne.

(bb) dicunt: הסתלק מן הספק *abſtine te a re dubia.* Sed hoc locum habere non poteſt, ubi alicui omnino alterutrum eſt faciendum, & de utroque, an æquum ſit, dubitatur: tunc enim (cc) licebit ei eligere, quod minus iniquum ei videtur. Semper enim, ubi electio evadi non poteſt, minus malum rationem induit boni. **Τὰ ἐλάχιστα ληπτέον τῶν κακῶν**, ait * Ariſtoteles: Cicero, † *de malis minima.* Quintilianus: *a in comparatione malorum, boni locum obtinet levius.*

III. Plerumque vero in rebus dubiis poſt examen aliquod animus 9 non in medio hæret, ſed huc aut illuc ducitur e argumentis ex re petitis, *b* aut ex opinione, quam habet 10 de aliis hominibus, ſententiam ſuper ea re pronunciantibus. Nam & hic verum eſt f illud 11 Heſiodi, præſtantiſſimum eſſe per ſe ſapere; proximum, duci aliena ope. Argumenta ex re petuntur e cauſis, effectis, & adjunctis aliis.

IV. 1. Sed ad hæc recte noſcenda, uſu quodam & peritia opus *c* eſt; quam qui non habent, 12 ut activum judicium recte conforment, tenentur audire ſapientum conſilia. Nam ἔνδοξα ſive probabilia ſunt, Ariſtotele *d* teſte, quæ omnibus videntur, aut plu-

Covar. tom. I. de matr. p. 2, c. 7. §. 2. n. 9.
* Ethic. Nic. II, c. 9.
† De Off. III. c. 1.
a Lib. VII. c. 4.
b Vaſquez 1, 2. diſp. 62. c. 1. num. 1. med. 1. 2. quæſt. 14.
c Victor. de Ind. Rel. 1. n. 12. & de Jure Belli. 21. & 22.
d 1. Topic. c. 1.

GROTII.

e *Argumentis ex repetitis aut ex opinione, quam habet de aliis hominibus*] *Auguſtinus* lib. III. de Ordine: *duplex eſt via, quam ſequimur, cum rerum nos obſcuritas movet, aut rationem, aut certe auctoritatem.* Explicat hoc *Gabriel Vaſquez* diſput. LXII. cap. 3. num. 10.

f *Illud Heſiodi*] Uſus eſt Minutius poſt malam pugnam apud *Livium* libro XXII. (cap. 29.) *Eum primum eſſe virum, qui conſulat, quid in rem ſit: ſecundum eum, qui monenti obediat: qui nec ipſe conſulere, nec alteri parere ſcit, eum extremi ingenii eſſe.* Et pro A. Cluentio *Tullius*: *ſapientiſſimum eſſe dicunt eum, cui, quod opus ſit, ipſi veniat in mentem: proxime accedere illum, qui alterius bene inventis obtemperet.* (Cap. 31.) *Heſiodi* verſus, unde hæc fluxere: ſic habent:

Οὗτος μὲν πανάριστος ὃς αὐτῷ πάντα νοήσει.
Φρασσάμενος τά κ᾽ ἔπειτα καὶ ἐς τέλος ᾖσιν ἀμείνω.
Ἐσθλὸς δ᾽ αὖ κἀκεῖνος ὃς εὖ εἰπόντι πίθηται.
Ὃς δέ κε μήθ᾽ αὐτῷ νοέῃ, μήτ᾽ ἄλλου ἀκούων
Ἐν θυμῷ βάλληται, ὁ δ᾽ αὖτ᾽ ἀχρήϊος ἀνήρ.

*Ille quidem ante omnes, per ſe ipſe quid utile, quid non*
*Qui videt, & longe fines proſpectat agendi:*
*Qui bene conſultis didicit parere, ſecundus:*
*At qui conſiliis pollet nihil ipſe, nec audit*
*Suadentes alios, nullos homo vivit ad uſus.*

(Oper. & Dier. *verſ.* 293, *& ſeqq.*)

GRONOVII.

9 *Non in medio hæret*] Non ambiguus manet, ſed in alteram utram partem magis inclinat.

10 *De aliis hominibus*] De prudentia & fide conſiliariorum.

11 *Heſiodi*] Ἔργ. 291. *Livius* 22, 29.

12 *Ut activum judicium*] Ut ſe inſtruant ad habendum delectum recti pravique, juſti & injuſti.

(bb) Rabbi GAMALIEL, in PIRKE ABOTH, pag. 14. Ed. P. Fagii. *J. B.*

(cc) Hoc non ſatis recte dici, oſtendit PUFENDORFIUS, *Lib.* I. *Cap.* 3. §. 8. ubi & notas noſtras videre poteris. *J. B.*

g Præ-

Digitized by Google

plurimis, aut certe ſapientibus; iiſque rurſum, aut omnibus, aut pluribus, aut præſtantioribus. Et hac via judicandi maxime utuntur reges, quibus 13 artium momenta ediſcere aut expendere vix vacat:

> (dd) σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν συνουσίᾳ.
> *Dat ſapere regi turba ſapientum comes.*

Ariſtides * de concordia ad Rhodios ait, ſicut 14 in facti quæſtionibus id pro vero habetur unde plures maximeque idonei ſtant teſtes, ita ſententiarum eas ſequendas, quæ plurimis præſtantiſſimiſque nitantur auctoribus. Sic Romani veteres non niſi conſulto collegio fecialium ad id inſtituto, Imperatores Chriſtiani vix niſi auditis epiſcopis, bella ſuſcipiebant, ut, ſi quid eſſet, quod religionem poſſet injicere, ejus monerentur. * *Tom.* II. p. 378. B. C.

V. 1. Accidere autem in multis controverſiis poteſt, ut ab utraque parte probabilia ſe oſtendant argumenta, ſive 15 intrinſeca, ſive ab aliorum auctoritate. Id cum accidit, ſi res mediocres ſunt, de quibus agitur, videtur vitio carere poſſe electio, 16 in utramvis partem ceciderit. At, ſi de re magni momenti, ut de ſupplicio capitali hominis, agitur, jam propter magnum diſcrimen, quod eſt inter eligenda, g præferenda eſt pars tutior, ut dici ſolet:

> *In iſtam partem potius peccato tamen.*

Ideo ſatius eſt nocentem abſolvere, quam innocentem condemnare.

2. Scriptor problematum quæ Ariſtotelis nomen præferunt: ἕκαστος ἡμῶν μᾶλλον ἂν προέλοιτο τὸν ἀδικοῦντος ἀποψηφίσασθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ, ἢ τοῦ μὴ ἀδικοῦντος καταψηφίσασθαι ὡς οὐκ ἀδικεῖ (quibus in verbis vulgo pro ἀδικοῦντος, legitur μὴ ἀδικοῦντος, & contra.) *nemo eſt noſtrum*, ait, *qui non malit abſolvere quamvis nocentem, quam damnare innocentem.* Et mox addit rationem, quam jam dedimus: ἔστι γάρ, ὅταν τις ἀμφιδοξῇ, τὰ ἐλάττω τῶν ἁμαρτημάτων αἱρετέον. *nam ubi quis dubitat, eligendum in quo minus delinquitur.* *Sect.* 29. n. 13.

GROTII.

g *Præferenda eſt pars tutior*] *Ammianus Marcellinus* libro XXVIII. *Si implacabiles iracundiæ ſunt, ſumma eſt acerbitas. ſin autem exorabiles, ſumma levitas: quæ tamen, ut in malis, acerbitati anteponenda eſt.* [Cap. 1. p. 562. ex *Cicerone* ad Q. fratrem, Epiſt. 1.] Et hoc explicat *Vaſquez* dicto libro, c. 4. num. 21.

GRONOVII.

13 *Artium momenta*] Arcana & receſſus & ſubtilia, quæ rem continent, præcepta.

14 *In facti quæſtionibus*] Ubi ambigitur, factum ne ſit aliquid annon.

15 *Intrinſeca*] Ex ipſa re naſcentia.

16 *In utramvis partem*] *Terent.* Adelph. 2, 1. 20.

(dd) Vetus dictum proverbiale, quod reperitur apud AULUM GELLIUM, *Noct. Attic.* XIII. 18. ubi videri poſſunt Intt. De re ipſâ dicemus, Deo dante, in Gallicis noſtris ad hunc locum Notis. *J. B.*

* Orat. XIV. XV. pag. 133. Ed. Wech. *quitur.* Antiphon: * *εἰ δέοι τι ἁμαρτεῖν, τὸ ἀδίκως ἀπολῦσαι ὁσιώτερον, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι. τὸ μὲν γὰρ ἁμάρτημά ἐστι, τὸ δὲ ἀδίκως ἀποκτεῖναι, ἀσέβημα· ſi errandum eſt, ſine jure abſolvere, quam per injuriam condemnare, eſt ſanctius. Nam in illo error eſt, in damnatione inſontis, facinus.*

VI. Maximi autem momenti eſt bellum, ut ex quo mala plurima etiam in innocentes ſequi ſoleant. Ideo inter ſententias
† Lib. I. vers. 679. alternantes vergendum ad pacem. Laudatur Silio Italico † Fabius:

*Cauta ſpeculator mente futuri,*
*Nec latus dubiis 17 parviſque laceſſere Martem.*

Tres autem ſunt modi, quibus vitari poteſt, ne controverſiæ in bellum erumpant.

a Vict. de Jure bel. n. 28. VII. 1. Primum eſt, *a* colloquium. *cum duo ſint genera diſceptandi,* ait Cicero *b*, *unum per diſceptationem, alterum per vim,*
b De Offic. I. 11. *cumque illud proprium ſit hominis, hoc belluarum, confugiendum eſt ad poſterius, ſi uti non licet priore.* Et Terentius: *c*
c Eunuch. IV. 7. 19.

h *Omnia prius experiri quam armis ſapientem decet:*
*Qui ſcis, an quæ jubeam ſine vi faciat?*

Apollonius Rhodius dixit: 18 *μηδ' αὔτως ἀλκῇ πρὶν ἐπεσσί γε πειρηθῆναι.* Et Euripides:

*Λόγοισι πείσων. εἰ δὲ μὴ, βίᾳ δορός.*
*Verbis id impetrabo: ſin nequeo, manu.*

Idem reprehendit Supplicibus civitates, quæ hanc viam omitterent, (*vers.* 748.)

*Et vos quoque, urbes, quæ, quod eſt verbis datum*
*Tranſigere, 19 potius ferris ad eadem arbitram.*

Achilles

GROTII.

h *Omnia prius experiri quam armis*] *Dionyſius Halicarnaſſenſis* in excerptis legationum: *μὴ πρότερον ἄρξαι τῶν ἔργων πρὶν ἢ πειραθῆναι τῶν λόγων· non ante ad res veniendum eſt, quam tentata ſit verborum via.* (Pag. 704. *Edit. Oxon.*) Menelaus apud Libanium: *πρῶτον μὲν γὰρ τὰ δίκαια τῷ λόγῳ πειρᾶσθαι λαμβάνειν, ἀλλὰ μὴ τοῖς ὅπλοις ἐπιπηδᾶν ἀνθρωπινώτερον ἐνόμισεν· homini convenientius, prius verborum experimentum facere, quam ſtatim ad arma proſilire.* (Declam. I. pag. 1○6. D. *Ed. Paris. Morell.*) Non abeunt hinc illa chori dicta in Euripidis Helena, (*vers.* 1166, *& ſeqq.*)

τὸ θεῶν
Ἔπος ἀληθὲς εὗρον
Ἄφρονες, ὅσοι τὰς ἀρετὰς πολέμῳ
Κτᾶσθε, δορὸς ἀλκαῖσι
Λογχαῖσι καταπαυόμενοι
Πόνους θνατῶν ἀπαθῶς.
Εἰ γὰρ ἅμιλλα κρινεῖ νιν
Αἵματος, οὔ ποτ' ἔρις
Λείψει κατ' ἀνθρώπων πόλεις.

*Stulti nimium, queis virtutis*
*Menſura placet unica, ferrum;*
*Quibus humani pauſa laboris*
*Non niſi ſævo quæritur enſe:*
*Nam ſi virtus ſanguine tantum*
*Spectanda venit, nunquam diſcors*
*Furor infeſtas deſeret urbes.*

GRONOVII.

17 *Parviſque*] Leg. *parcuſque*. raro rem aciei committere.

18 *Μηδ' αὔτως*] Non ſtatim vi, priuſquam verbis tentari.

19 *Potius ferris*] Id terminatis cruento bello judice, ut potior jure victor habeatur.

i *Multa*

Achilles Iphigenia in Aulide, (*vers.* 1017, *& ſeqq.*)

*Si paret æquo, nil mea vobis ope*
*Opus eſt; ſalutis eſt in hoc uno ſatis.*
*Ego ſimul amici gratiam ſervaverim:*
*Minuſque vitio vertet omne agmen mihi,*
*Ratione ſi rem geſſerim. non viribus.*

Quod in Phœniſſis apud Euripidem legimus, (*vers.* 519.)

20 πᾶν γὰρ ἐξαίρει λόγος
Ὃ καὶ σίδηρος πολεμίων δράσειεν ἄν·

id auctum ſic extulit apud Livium * Phæneas: i *multa homines, ne bellare neceſſe ſit,* 21 *voluntate remittere, quæ bello & armis cogi non poſſint.* Mardonius apud Herodotum † Polymnia Græcos culpat hac in parte: τοὺς χρῆν ἐόντας ὁμογλώσσους, κήρυξί τε διαχρεωμένους καὶ ἀγγέλοισι, καταλαμβάνειν τὰς διαφορὰς καὶ παντὶ μᾶλλον ἢ μάχῃσι. *quos oportuit, cum ejuſdem eſſent linguæ, caduceatorum & legatorum opera, non præliis, controverſias tractare.* * Lib. XXXV. c. 45. † Lib. VII. c. 9.

2. Coriolanus apud Halicarnaſſenſem: a τὸ μὴ τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ τὰ ἑαυτῶν ἀπαιτεῖν, καὶ μὴ τυγχάνοντα τούτων πολεμεῖν, ἅπαντες ἂν ὁμολογήσειαν εἶναι καλόν· *ſi quis non aliena cupiat, ſed ſua poſtulet, atque, iis non impetratis, bellum moveat, id omnium confeſſione æquum eſt.* Apud eundem Halicarnaſſenſem rex Tullus, b *quæ verbis componi nequeunt, ea armis* ait *decerni.* Apud Tacitum c Vologeſes: *æquitate quam ſanguine, cauſa quam armis retinere parta majoribus malueram.* Et rex d Theodoricus: *tunc utile ſolum eſt ad arma concurrere, cum locum apud adverſarios juſtitia non poteſt invenire.* a Ant. Rom. L. VIII. c. 8. b Lib. III. c. 11. c Annal. XV. 2. d Caſſ. III. Var. 1.

VIII. 1. Alterum eſt inter eos, 22 qui communem judicem nullum habent, k 23 compromiſſum: ἐπὶ τὸν δίκας διδόντα ὡς νόμιμον

GROTII.

i *Multa homines, ne bellare neceſſe ſit, voluntate remittere, quæ bello & armis cogi non poſſint.*] Donatus ad Eunuchum: *pervulgatum eſt enim, quod ſumma vi defenderis quum extorquetur, hoc idem poſtmodum remitti remittenti.*

GRONOVII.

20 Πᾶν γὰρ] Omnia enim eximit colloquium, quæ alioqui ferrum hoſtile faceret.

21 *Voluntate remittere*] Belli vitandi ergo concedere, ad quæ vi & bello adigi nequeant, deſperatione in virtutem verſa.

22 *Qui communem*] Quod penes utrumque ſit ſummum imperium.

23 *Compromiſſum*] Conventio, qua arbitri ſententiæ ſe obtemperaturos uterque litigator promittit. Videndus tit. D. *de receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſententiam dicant.* Vocatur & *receptum* in l. 14. C. *de judiciis.* Vide *Suartzmaier* Miſcell. jur. cap. 4.

GROTII.

k *Compromiſſum*] Spreta plerumque potentioribus via. Vide *Conneſtagium* de Conjunctione regnorum Caſtellæ & Portugalliæ, digna tamen, quam inſiſtant æqui & pacis amantes. Fecere magni reges ac populi, quorum in textu memoria. Addamus alios. Arbitri ſumti inter Magnum Norvagiæ & Canutum Daniæ reges de regno utroque certantes: Nempe quomodo



Digitized by Google

* Lib. I. c. 85.
† Lib. IV. c. 67.
a Plutarch. in Solon. p. 83. E.
b Lib. I. c. 28.
c Orat. Platon. II. p. 248. B. Tom. III.

*μον ὡς ἐς ἀδικοῦντα ἰέναι*, ait * Thucydides: *in eum, qui arbitrum accipere paratus eſt, nefas ut in injurioſum ire.* Sic de regno Argivo Adraſtus & Amphiaraus 24 Eriphylæ judicium permiſerunt, narrante † Diodoro. De *a* Salamine inter Athenienſes & Megarenſes lecti judices Lacedæmonii quinque. Apud dictum modo Thucydidem *b* Corcyrenſes Corinthiis ſignificant, paratos ſe diſceptare controverſias apud Peloponneſi civitates, de quibus inter ipſos conveniſſet. Et Periclem laudat *c* Ariſtides, quod, ut bellum vitaretur, voluerit *δίκῃ διαλύεσθαι περὶ τῶν διαφόρων, de controverſiis arbitros ſumere.* Et Iſocrates (ee) oratione adverſus Cteſiphontem laudat Philippum Macedonem, quod quas habebat cum Athenienſibus controverſias, de iis paratus eſſet *ἐπιτρέπειν πόλει τινὶ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ, arbitrium permittere alicui civitati æqua utrique parti.*

d Livius lib. III. c. 71.

2. Sic olim *d* Ardeates & Aricini, poſtea (ff) Neapolitani & Nola-

Julianus primus ejus nominis cum Severo de principatu Romano certante interdicto agere voluit. [Innuere videtur Auctor, quod refert SPARTIANUS, *Didium Julianum* petiiſſe à Senatu, *ut fieret Senatus-conſultum de participatione Imperii, quod ſtatim factum eſt.* Vit. Did. Jul. c. 6. in fine. *J. B.*] Magnus rex Suediæ arbiter ſumtus inter Ericos duos Daniæ & Norvagiæ reges. In federe Lacedæmoniorum & Argivorum apud Thucydidem: *δίκας διδόντας κατὰ πάτρια, qui ſtare arbitris volent more avito.* Et mox: *εἰ δέ τις τῶν ξυμμάχων πόλις πόλει ἐρίζοι, ἐς πόλιν ἐλθεῖν ἄν τινα ἴσαν ἀμφοῖν ταῖς πόλισι δοκοίη· ſi qua ſociarum civitatum cum ſocia civitate controverſiam habeat, rem deferant ad civitatem, quæ utriſque æqua videbitur.* Eſt utrumque apud Thucydidem libro V. c. 79. M. Antoninum multi extra Romanum imperium populi controverſiarum ſuarum, ut bella vitarent, arbitrum ſumſere. meminit *Victor* & alii. Apud *Procopium* Gotthic. III. Gepidæ Langobardis dicunt: *δίκῃ γὰρ διαλύειν τὰ διάφορα ἐν σπουδῇ ἔχομεν. δικάζεσθαι δὲ οἷς ἂν σπουδάζεται, βιάζεσθαι οὐδαμῆ πρόσεστιν· arbitro ſumto dirimere controverſa parati ſumus. at qui ſtare judicio volunt, eos vi impetere iniquum eſt.* Apud eundem Gotthicorum IV. Theudibaldus Franc. rex paratum ſe oſtendit, judicem accipere de iis, quæ Romani diſputabant. Vide & quid olim Romani Philippo ſignificaverint apud *Polybium* excerpto legationum n. 4. & quod eſt in federe Antiochi ex eodem *Polybio* itidem in excerptis n. 35. Rex Angliæ judex de Scotiæ ſucceſſione: Comes Holſatus inter regem Daniæ & fratres, *Pontano* memorante hiſtoriæ Danicæ libro VII. Adde exempla apud *Marianam* libro XXIV, cap. 20. XXIX, cap. 23. *Parutam* libris VII. & XI. *Bizarum* libro XII. *Crantzium* libro VI. Saxonicorum c. 15. & noſtra infra libro III, cap. XX. §. XLVI. [Quod de *Marco Antonino* dicit Auctor, nec in iis quæ nomine *Aurelii Victoris* circumferuntur, reperio, nec alibi. *J. B.*]

GRONOVII.

24 *Eriphyla*] Adraſti ſorori, Amphiarai uxori.

(ee) Nulla eſt Oratio *Iſocratis* adverſus *Cteſiphontem*, cujus vel nomen neſcio an ullibi apud Oratorem illum legatur. Voluit Auctor dicere AESCHINEM, in cujus notiſſima Oratione hæc reperias, *pag.* 286. A. *Ed. Baſ.* 1572. *J. B.*

(ff) De his nil tale reperio, nec apud *Livium*, nec apud *Dionyſium Halicarnaſſenſem*. Auctor noſter exſcripſit heic ALBERICUM GENTILEM, *De Jure Belli*, Lib. I. Cap. 3. pag. m. 23. *J. B.*

1 *Maxime*

Digitized by Google

Nolani, controverſias ſuas arbitrio populi Romani permiſerunt. Et Samnites in controverſia cum Romanis (gg) ad communes amicos provocant. Cyrus * ſibi & Aſſyrio arbitrum fert regem Indorum. Pœni in controverſiis cum Maſiniſſa, † ut bellum vitent, ad judicia provocant. Romani ipſi de controverſia cum Samnitibus apud *a* Livium ad communes ſocios. Et Philippus *b* Macedo in controverſia cum Græcis ait ſe arbitrio uſurum populorum, cum quibus pax utriſque fuiſſet. Parthis & Armeniis poſtulantibus *c* Pompejus finibus regendis arbitros dedit. Fecialium Romanorum hoc præcipuum ait officium fuiſſe Plutarchus: *d* οὐκ ἐῶν στρατεύειν πρότερον ἢ πᾶσαν ἐλπίδα δίκης ἀποκοπῆναι· *ne ſinerent prius ad bellum veniri, quam ſpes omnis judicii obtinendi periiſſet.* De Gallorum Druidibus Strabo: *e* ὥστε καὶ πολέμους διῄτων πρότερον καὶ παρατάττεσθαι μέλλοντας ἔπαυον· *olim & inter bellantes erant arbitri, ac ſæpe jam acie congreſſuros diremerunt.* Eodem officio functos in Iberia ſacerdotes idem *f* teſtis eſt.

3. [l] Maxime autem Chriſtiani reges & civitates tenentur hanc inire viam ad arma vitanda. Nam ſi, *g* ut [25] judicia alienorum a vera religione judicum vitarentur, & a Judæis & a Chriſtianis arbitri quidam ſunt conſtituti, & id a Paulo præceptum, quanto magis id faciendum eſt, ut majus multo vitetur incommodum, id eſt, bellum? Sic alicubi Tertullianus argumentatur, non militandum Chriſtiano, ut cui ne litigare quidem liceat: quod tamen, ſecundum ea [26] quæ alibi diximus, cum temperamento quodam eſt intelligendum.

4. Et tum ob hanc, tum ob alias cauſas utile eſſet, imo quodammodo factu neceſſarium, conventus quoſdam haberi Chriſtianarum poteſtatum, ubi per eos, quorum res non intereſt, aliorum controverſiæ definiantur: imo & rationes ineantur [m] cogendi partes, ut æquis legibus pacem accipiant; quem & ipſum olim apud

* *Xen. Cyrop. lib.* II. c. 4. §. 7.
† *Livius,* Lib. XL. c. 17.
a *Lib.* VIII. c. 23.
b *Idem, Lib.* XXXII. c. 10.
c *Plutarch. Pomp.* p. 637.
d *In Num.* pag. 68. A.
e *Lib.* IV. p. 197.
f *Lib.* XI. p. 501.
g *Vict. de Jure belli* n. 28.
*Molina diſp.* 103. §. *quando int. Ægid. Reg. de act. ſupern. diſp.* 31. *dub.* 4. n. 72.

GROTII.

l *Maxime autem Chriſtiani reges & civitates tenentur hanc inire viam.* *Gregoras* libro X. de Alexandro Bulgaro: οὐκ ἄξιον εἶναι λέγων Χριστιανοὺς ἀπηνῶς οὑτωσὶ κατ' ἀλλήλων ἐπιέναι, ἐνὸν ὁμοδοξεῖν ἀλλήλοις τὰ πρὸς εἰρήνην καὶ ὁμοῦ κατὰ τῶν ἀσεβῶν παρατάττεσθαι. *indecorum eſſe Chriſtianis, tanta cum acerbitate inter ſe armis certare, cum rationes ſint conveniendi ad pacem, & communes vires in impios vertendi.*

m *Cogendi partes, ut æquis legibus pacem accipiant*] Vide exemplum apud *Caſſiodorum* III, 1. 2. 3. 4. & *Gaılum* de Pace publica. II, cap. XVIII. n. 12.

GRONOVII.

25 *Judicia alienorum*] Lites forenſes apud ethnicos judices.

26 *Quæ alibi*] I, 2. 9.

(gg) Aut valde fallor, aut idem eſt, quod paullo poſt Auctor refert, ſed ita ut in poſteriori loco verè tribuat *Romanis*, quod de *Samnitibus* nuſquam legitur, quantum quidem ſciam. Originem erroris indicabimus, Deo dante, in Notis Gallicis. *J. B.*

n *Drui-*

Digitized by Google

apud Gallos n Druidum fuiſſe uſum * Diodoro ac Straboni † proditum. Etiam proceribus ſuis de regni diviſione judicium permiſiſſe Francos reges legimus.

IX. Tertia ratio eſt o 27 per a ſortem: quam in hoc commendat Dion Chryſoſtomus oratione in Fortunam altera: & multo ante Solomo Prov. XVIII, 18.

X. 1. Sortis autem affine quid eſt certamen ſingulare, (hh) cujus uſus non videtur omnino repudiandus, ſi duo, p quorum controverſiæ alioqui totos populos graviſſimis malis ſint implicituræ, inter ſe parati ſint armis decernere, ut olim b de Peloponneſo 31 Hyllus & Echemus, de regione c ad Inachum 32 Hyperochus & Phemius, de Elide d Pyræchma Ætolus & 33 Degmenus Epeus, de Iba e Corbis & Orſua. Videtur enim id, ſi 34 non ab ipſis recte fieri, certe a civitatibus poſſe acceptari, ut minus malum. Apud f Livium Metius Tullum ſic alloquitur: *ineamus aliquam viam, qua utri utris imperent, ſine magna clade, ſine multo ſanguine utriuſque populi decerni poſſit.* Strabo g vetuſtam hanc fuiſſe ait Græcorum conſuetudinem: q & apud Virgilium Æneas æquum fuiſſe ait, ut inter ſe & Turnum eo modo res definiretur.

2. Certe r inter cæteros Francorum veterum mores hunc impenſe

* Biblioth. Lib. V. c. 31.
† Geogr. Lib. IV. pag. 197.
a Thom. 2, 2. qu. 95. art. 8. & ibi Cajetan.
b Herodot. Calliop. ſeu IX. 26.
c Plut. quæſt. Gr.
d Strab. VIII.
e Livius lib. XXVIII. c. 21.
f Lib. 1. cap. 23.
g Ub. ſupra, L. VIII. p. 357.

GROTII.

n *Druidum fuiſſe uſum*] Druidibus hac in parte, & meliori cum jure, epiſcopi ſucceſſere Vide epiſtolam epiſcoporum ad Ludovicum regem in *capitulis Caroli Calvi*, & de epiſcopis Hiſpaniæ *Rodericum* Toletanum libro VII. c. 3.

o *Per ſortem*] Vide *Auguſtinum* de Doctrina Chriſtiana lib. 1, cap. 28.

p *Quorum controverſiæ alioqui totos populos graviſſimis malis ſint implicituræ*] Scriptor tragœdiæ *Thebaidos*, [Phœniſſ. *vers.* 564.]

*Rex ſit e vobis uter,*
*Manente regno quærite.*

*Dion* Othone: πολὺ γάρ που καὶ κρεῖττον καὶ δικαιότερόν ἐστιν ἕνα ὑπὲρ πάντων ἢ πολλοὺς ὑπὲρ ἑνὸς ἀπολέσθαι. *multo enim ſatius juſtiuſque eſt, unum pro omnibus, quam multos unius cauſa perire.* [Xiphilin. pag. 204. B. *Ed. H. Steph.*

q *Et apud Virgilium*] Æneidos XI.

*Æquius huic Turnum fuerat ſe opponere morti.* (Vers. 115.)

Pari de cauſa Antonius Octavium ad ſingulare certamen provocabat. *Plutarchus* Antonio. [Non ea de cauſſa, ſed ἀντικομπάζων, ut dicit PLUTARCHUS, pag. 944. E. *J. B.*]

r *Inter cæteros Francorum veterum mores*] Vide *Caroli Calvi capitulum* apud *S. Arnulfum*, & *pactionem Aquiſgranenſem*. Æquitas eadem apud Langobardos. Vide *Paulum Warnefredi* libro 1, cap. 12. IV. cap. 17. V. cap. 40.

GRONOVII.

27 *Per ſortem*] Religioni & fortunæ committendo. *Juſtin.* 1, 10.

28 *Herod. Pol.*] 9, 26.

29 *Plutarch. quæſt. Gr.*] pag. 294.

30 *Strabo* VIII.] p. 357. (*Ed. Paris.*)

31 *Hyllus*] Ὕλλου τοῦ Ἡρακλείδου καὶ Ἐχέμου Αἰγεάτου· *Suid.* in ἐπιβολή. Fuit autem hic Echemus Euandri pater.

32 *Hyperochus*] Archivorum rex.

33 *Degmenus*] Ænianum rex.

34 *Non ab ipſis recte*] *Machiavellus* ad Livium 1, 22. & 23.

(hh) Vide infra *Lib.* III. Cap. 20. §. 43. & PUFENDORFIUM *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. c. 8. §. 5. *J. B.*

f Ma-

Digitized by Google

penſe laudat Agathias libro primo, cujus ipſa verba (ſunt enim inſignia) apponam: ἀλλ' εἴπερ ἄρα καί τιν' ἔριν τοῖς βασιλεῦσιν ἐγγενέσθαι συνενεχθείη, παρατάττονται μὲν ἅπαντες ὡς πολεμήσοντες καὶ τοῖς ὅπλοις διακριθησόμενοι, καὶ εἶτα ὁμόσε χωροῦσιν. ἰδόντες δὲ ἀλλήλους ἑκατέρωθεν ἡ πληθὺς, αὐτίκα τὸ χαλεπαῖνον ἀποβάλλοντες εἰς ὁμοφροσύνην μεταχωροῦσι, καὶ τοὺς ἡγεμόνας κελεύουσι δίκῃ μᾶλλον τὰ ἀμφίβολα διακρινήσασθαι. εἰ δὲ μὴ, μόνους ἐκείνους ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς διακινδυνεύειν, ὡς οὐχ ὅσιον ὂν, οὐδὲ πάτριον, ἰδίας αὐτῶν ἕνεκα δυσμενείας, τὰ κοινὰ πημαίνεσθαι καὶ ἀνατετράφθαι. εὐθύς τε οὖν τάς τε φάλαγγας διαλύουσι, καὶ τὰ ὅπλα τίθενται, καὶ τὸ λοιπὸν εἰρήνη αὖθις καὶ ἡμερότης, φοιτήσεις τε παρ' ἀλλήλους ἀφύλακτοι, καὶ ἐπιμιξίαι, καὶ φροῦδα οἴχεται τὰ δεινά. οὕτως ἄρα αὐτοῖς τὸ μὲν ὑπήκοον δίκαιον καὶ φιλόπατρι. τὸ δέ γε ἄρχον εὐμενὲς ἐν δέοντι καὶ πειθήνιον· *ſi qua forte inter reges oriantur controverſia, aciem quidem omnes inſtruunt, tanquam bellaturi, ad rem armis decernendam: & obviam alii aliis procedunt. At ubi conſpicati ſunt ſe invicem exercitus, abjecta ira ad concordiam redeunt, & regibus auctores ſunt, ut jure potius certent: aut ſi id nolint, ipſi inter ſe ſingulari dimicent certamine, & ſuo duntaxat ipſorum periculo rem tranſigant: neque enim aut aequo & bono, aut patriis inſtitutis convenire, ut ipſi ob propria odia bonum publicum labefactent aut evertant. Ergo confeſtim ſolvunt exercitus, & reſtituta pace tuto inter ſe commeant, ſublatis malorum cauſis. Tanta in ſubditis cura juſtitia & patria amor: in regibus vero animus placidus & ſuis obſequens.*

XI. Quanquam vero in cauſa dubia pars utraque tenetur quærere conditiones, quibus bellum vitetur, ſ magis tamen ad id tenetur, qui petit, quam qui poſſidet. Ut enim in pari cauſa melior ſit poſſidentis conditio, * non civili tantum juri ſed & naturali convenit. cujus rei cauſam alibi etiam ex Ariſtotelis quæ dicuntur problematibus (ii) attulimus. Atque hic & illud addendum eſt, ab eo, qui juſtam cauſam habere ſe ſcit, ſed documenta non habet ſufficientia, quibus poſſeſſorem de injuſtitia ſuæ poſſeſſionis convincat, bellum licite non ſumi: quia 35 non habet jus cogendi alterum, ut de poſſeſſione decedat.

XII. Ubi vero & jus ambiguum eſt, † & neuter poſſidet, aut ex æquo uterque, ibi iniquus cenſendus erit, 36 qui oblatam rei controverſæ diviſionem repudiat.

** L. in pari. 128. D. de R. I. Vict. de Jure bel. n. 27. & 30. Leſſ. de Juſt. c. 29. dub. 10. Molina. diſp. 103. §. in ſecundo vero. Lorca 2. 2. ſect 3. diſp. 53. n. 4.*

*† Lorca 2. 2. ſect. 40. diſp. 53. Soto v. de Inſtit. jur. 41. art. 7.*

XIII. 1. Ex

GROTII.

ſ *Magis tamen ad id tenetur qui petit, quam qui poſſidet*] Vide *Herreram* tomo II.

GRONOVII.

35 *Non habet jus*] Quippe quod conſiſtat in documentis, ut, actore non probante reus abſolvitur.

36 *Qui oblatam*] Si alter paratus ſit partiri rem potius, de qua ambigitur, quam ob totam poſſidendam bellare.

(ii) Vide ſupra, *Cap.* v. §. 18. *J. B.*

t Di-

XIII. 1. Ex his, quæ diximus, definiri poteſt illa a multis agitata * quæſtio, an bellum, ratione habita eorum, qui principales belli motores ſunt, utrinque juſtum eſſe poſſit. t Diſtinguendæ enim ſunt variæ acceptiones vocis juſti. Juſtum enim aliquid dicitur aut ex cauſa, aut ſecundum effectus. Ex cauſa rurſum, aut ſpeciali acceptione juſtitiæ, aut illa generali, qua omnis rectitudo eo venit nomine. Specialis acceptio iterum dividitur in eam 37 quæ ad opus pertinet, & eam, quæ pertinet 38 ad operantem: quarum (kk) illa poteſt dici poſitiva, hæc negativa: nam ipſe operans juſte agere interdum dicitur, quoties injuſte non agit, etiamſi id, quod agit, 39 juſtum non ſit: quomodo recte diſtinguit Ariſtoteles, † τὸ ἀδικεῖν, & τὸ ἄδικον πράττειν, *injuſte agere*, & *agere quod injuſtum eſt*.

2. Speciali & ad rem ipſam relata acceptione bellum utrumque juſtum eſſe non poteſt, ut nec lis; quia 40 facultas moralis ad contraria, puta ad agendum & ad impediendum, non datur per rei ipſius naturam. At vero, ut neuter bellantium injuſte agat, fieri ſane poteſt. injuſte enim agit nemo, niſi qui & ſcit, ſe rem injuſtam agere: multi autem id neſciunt. Sic juſte, id eſt, 41 bona fide litigari poteſt utrimque. Multa enim & in jure & in facto, unde jus oritur, fugere homines ſolent.

3. Generali acceptione juſtum dici ſolet, quod omni culpa agentis vacat. Multa autem etiam ſine jure fiunt abſque culpa, ob ignorantiam inevitabilem: cujus rei exemplum eſt in his qui legem non obſervant, quam ſine culpa ſua ignorant poſtquam lex ipſa promulgata eſt, & tempus per ſe 42 ad ſcientiam ſufficiens tranſiit. Sic & in litibus accidere poterit, ut pars utraque non modo injuſtitiæ, ſed & omni alio vitio careat, præſertim ubi pars utraque, aut altera litigat 43 non ſuo ſed alieno nomine, puta ex tutoris officio, cui congruit jus etiam incertum non deſerere. Sic *a* Ariſtoteles in litibus juris controverſi, ait neutrum eſſe impro-

* *Covar.* c. *peccatum.* §. 10. n. 6. *Alc.* 2. *parad.* 21. *Fulgoſ.* l. 5. *de Juſt.* *Piccolom.* lib. VI. *Phil. Civil.* c. 21. *Alberic. Gent.* l. 1, c. 6.

† *L.* V. *Eth.* c. 10. & 11. *Rhet.* 1. c. 13. *Aug.* l. XV, *de Civ. Dei* c. 5. & lib. XIX, c. 15. *Covar.* c. *peccatum.* §. 10. n. 2. *Vict.* n. 32. *Suares de Legibus* lib. III, c. 18. *Alph. de Caſtro de Poteſt. leg. pœnal.* l. 1, c. 1. & 3.

*a* III. *Rhet.* c. 17.

GROTII.

t *Diſtinguendæ ſunt variæ acceptiones vocis juſti*] Sic *Gratianus* cauſa XI, quæſtione III. poſt c. Epiſcopus, 65. diſtinguit *juſtitiam cauſæ*, *ordinis*, *animi*.

GRONOVII.

37 *Quæ ad opus*] Quæ ineſt ipſi rei.

38 *Ad operantem*] Per quam facultas eſt operanti pro conditione ſua & loco ſic agendi, ut agit.

39 *Juſtum non ſit*] Ut cum prætor injuriam decernit, tamen *jus reddere* dicitur l. 11. D. *de juſt.* & *jure*.

40 *Moralis ad contraria*] Idem juſte probeque ſimul hinc agi, inde prohiberi nequit; eadem res per ſe non poteſt eſſe licita & illicita.

41 *Bona fide*] Sine calumnia.

42 *Ad ſcientiam ſufficiens*] Intra quod notitia legis iſtius pervenire ad illos potuit.

43 *Non ſuo, ſed alieno*] Non pro ſe, ſed pro alio, ut pro pupillo tutor.

(kk) Hæc omnia, *quarum illa .... negativa*, in ſola prima Editione leguntur, & in aliis omiſſa ſunt incuria typothetarum, ut quivis videt. *J. B.*

44 Di-

Digitized by Google

improbum; quod ipſe dicit πονηρόν. Cui conſentiens Quintilianus * poſſe accidere ait, ut ex utraque parte orator, id eſt, vir bonus dicat. Imo & juſte judicare judicem ambigue dici ait Ariſtoteles, † ſignificari enim aut judicare ὡς δεῖ, *plane ut oportet*, ſine ulla ignorantia, aut κατὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην, *ex animi ſui ſententia*. Et alibi ait: a εἰ ἀγνοῶν ἔκρινεν, οὐκ ἀδικεῖ, *ſi quis per ignorantiam judicaverit, non egit injuſte.*

* Lib. 12. c. 17.

† Top. 1. 13.

a Nic. v. 12.

4. At in bello vix eſt, ut temeritas ſaltem omnis & 44 dilectionis defectus abſit, ob negotii ipſius gravitatem, quæ omnino talis eſt, ut cauſis probabilibus non contenta, quam maxime evidentes requirat.

5 At juſtum ſi accipimus, 45 quoad effectus quoſdam juris, certum eſt, bellum hoc ſenſu juſtum utrimque dari, ut ex iis apparebit, quæ de bello publico ſolenni infra a nobis dicentur. Sic enim & ſententia non ex jure lata & poſſeſſio ſine jure habent quoſdam juris effectus.

GRONOVII.

44 *Dilectionis*] Caritatis, quam homo homini, maximeque Chriſtianus Chriſtiano debet.

45 *Quoad effectus*] Pro eo, quod orto bello licet, ita ut de eo actio non detur, ſed quod utrimque factum eſt, habeatur pro rato & jure facto.

# CAPUT XXIV.

## Monita de non temere etiam ex juſtis cauſis ſuſcipiendo bello.

I. *Jus ſæpe remittendum, ut bellum vitetur:*
II. *Maxime jus ad pœnas:*
III. *Præſertim a rege læſo.*
IV. *Etiam curâ ſui & ſuorum abſtinendum ſæpe bello.*
V. *Regula prudentiæ circa electionem bonorum.*
VI. *Exemplum in deliberatione inter ſtudium libertatis & pacis: qua internecio populi evitetur.*
VII. *A pœnis exigendis abſtinere debere qui non multo ſit validior.*
VIII. *Reſtare, ut bellum non ſit ſuſcipiendum, niſi ex neceſſitate:*
IX. *Aut ex maxima cauſa cum maxima occaſione.*
X. *Bellorum mala ob oculos poſita.*

I. 1. QUanquam inſtituti, quod de jure belli inſcriptum eſt, pars proprie non videtur exſequi, 1 quid circa bellum virtutes aliæ præcipiant aut ſuadeant, obiter tamen obviam eundum eſt errori, ne quis exiſtimet, ubi jus ſatis comper-

GRONOVII.

1 QUid circa bellum virtutes] Hoc enim ad τὴν πολιτικὴν pertinet, conſiliique eſt, non juris.

2 Non

Digitized by Google

pertum eſt, ſtatim aut oportere bellum ſuſcipi, aut ſemper etiam licere. Contra enim evenit, ut plerumque magis pium rectumque ſit [2] de jure ſuo cedere. Nam noſtræ quoque vitæ curam honeſte deſeri, ut alterius & vitæ & ſaluti perpetuæ, quantum in nobis eſt, conſulamus, ſupra ſuo loco dictum eſt. Maxime autem Chriſtianis hoc convenit, qui in eo perfectiſſimum Chriſti imitantur exemplum, qui pro nobis adhuc impiis & infeſtis mori voluit. Rom. v, 6. Quod ipſum multo etiam magis nos excitat, ne res noſtras aut nobis debitas perſequamur cum tanto aliorum incommodo, quantum ſecum ferunt bella.

*Vid. de Jure belli n. 14. & 33.*

2. [a] Non ob quamvis [3] cauſam talem bellum ſuſcipiendum, & * Ariſtoteles monet, & † Polybius. Nec a veteribus (22) laudatus [a] Hercules, quod [4] Laomedonti & [5] Augiæ arma intulit ob non ſolutam laboris mercedem. Dion Pruſæenſis in ea oratione, quæ eſt de bello & pace, non hoc tantum ait quæri ſolere, *εἰ συμβέβηκεν ἀδίκημα παρὰ τούτων, οἷς διανοοῦνται πολεμεῖν, an injuria accepta ſit ab his, de quibus bello petendis agitur*, ſed etiam, *πηλικόν τι τοῦτο συμβεβηκὸς, quanti æſtimandum ſit id, quod accidit.*

* *Rhet. ad Alex. c. 3.*
† *Lib. IV. c. 31.*
a *Pauſan. Lib. V. c. 2.*

II. 1. Ad

GROTII.

a *Non ob quamvis cauſam talem bellum ſuſcipiendum*] *Seneca* ſuaſoria v. *Gallio dixit, bellum ſuſcipiendum fuiſſe pro libertate, pro conjugibus, pro liberis: pro re ſupervacua & nihil nocitura, ſi fieret, non eſſe ſuſcipiendum.* Plus aliquid Apollonius dixit regi Babyloniæ apud *Philoſtratum* Lib. 1. Cap. 23. (38. *Edit. Olear.*) *προστίθει δὲ καὶ τὸ μὴ δεῖν ὑπὲρ κωμῶν, ὧν μείζους κέκτηνται τάχα καὶ ἰδιῶται, διαφέρεσθαι πρὸς Ῥωμαίους, καὶ πόλεμον οὐδ᾽ ὑπὲρ μεγάλων ἄρεσθαι· addidit vero, non oportere cum Romanis diſputare de vicis, quibus majores privati ſæpe poſſident, ad bellum vero ne ob magnas quidem venire cauſas.* *Joſephus* altero libro adverſus Appionem de popularibus ſuis: *οὔτε τὴν ἀνδρίαν ἠσκήσαμεν ἐπὶ τῷ πολέμους ἄρασθαι χάριν πλεονεξίας, ἀλλ᾽ ἐπὶ τῷ τοὺς νόμους διαφυλάττειν. τὰς γοῦν ἄλλων ἐλαττώσεις πράως ὑπομένοντες, ἐπειδάν τινες ἡμᾶς τὰ νόμιμα κινεῖν ἀναγκάζωσι, τότε καὶ παρὰ δύναμιν αἱρούμεθα πολέμους καὶ μέχρι τῶν ἐσχάτων ταῖς συμφοραῖς ἐγκαρτεροῦμεν· neque noſtri fortitudinem exercent, ut ſuas res augeant, ſed ut leges ipſis maneant. cætera igitur damna ferentes leniter, ubi ſunt, qui nos a legibus cogant diſcedere, tunc etiam ſupra vires bella ſumimus, & ad ultima uſque mala duramus.* (Pag. 1080. C.)

GRONOVII.

2 *De jure ſuo cedere*] Condonare injuriam & remittere aliquid de illo, quod optimo jure exigere poſſis, ut humano ſanguini parcatur.

3 *Cauſam talem*] Quæ ſufficit juri probando.

4 *Laomedonti*] Cujus filiam Heſionem a ceto, cui ex oraculo erat objecta, liberaverat, & ab eo mercede operis promiſſa fraudabatur. *Ovid.* 11, 214.

5 *Augiæ*] Regi Elidos, cujus ſtabulum purgaverat, item inficianti quod promiſerat mercedis.

(22) Sed nec vituperatus, ſaltem à PAUSANIA, cujus locus in orâ libri indicatur, & ubi dicitur tantum, in illo bello nihil valde memorandum geſſiſſe *Herculem*: *Τῷ δὲ Ἡρακλεῖ πρὸς τὸν Αὐγέαν πολεμοῦντι, οὐδὲν ὑπῆρχεν ἀποδείκνυσθαι λαμπρόν.* Forte decepit Auctorem feſtinanter legentem, aut ex memoria laudantem, vox illa *λαμπρόν*. *J. B.*

b Ut

II. 1. Ad pœnas vero omittendas multa ſunt, quæ nos hortantur. Videamus, quam multa patres in filiis diſſimulant. qua de re diſſertatio eſt Ciceronis apud * Dionem Caſſium. *Pater*, b ut Seneca ait, *niſi multa & magna injuria patientiam devicerint*, 6 *niſi plus eſt, quod timet, quam quod damnat, non accedet ad* 7 *decretorium ſtylum.* unde non multum diſcrepat Phinei dictum, recitante † Diodoro Siculo: 8 μηδένα πατέρα λαβεῖν παρ' υἱῶν ἑκουσίως τιμωρίαν, εἰ μὴ τῷ μεγέθει τῶν ἀδικημάτων ὑπερβοῖντο τὴν φυσικὴν τῶν γονέων εἰς τέκνα φιλοστοργίαν· & illud a Andronici Rhodii, 9 οὐδεὶς πατὴρ ἀφίσταται τοῦ υἱοῦ, εἰ μὴ ὑπερβαλλόντως εἴη μοχθηρός.

* Lib. XLIV. pag. 290. A. B. Ed. H. Steph.
† Lib. IV. Cap. 45.
a Paraphr. Lib. VIII. Cap. 18. p. 569.

2. At quiſquis alium punire vult, c rectoris, id eſt patris quodam-

**G R O T I I.**

b *Ut Seneca ait*] *De Clementia* I, cap. 14. Auguſtus patri in conſilio aſſidens de filio, qui in parricidio deprehenſus eſſet, dixit: *relegandum, quo patri videretur. Non culleum, non ſerpentes, non carcerem decrevit: memor non de quo cenſeret ſed cui in conſilio eſſet. molliſſimo genere pœna contentum eſſe debere patrem dixit.* Verba ſunt *Senecæ* eodem libro c. 15. *Terentius* Andria (V. 3. 32.)

*Pro peccato magno paululum ſupplicii ſatis eſt patri.*

Philo περὶ εὐγενείας ait: πατέρας ἀπαρνήσεις χρηματίζειν τῶν υἱῶν, ἀποσχοινίζοντας αὐτοὺς τῆς οἰκίας καὶ συγγενείας, ὅταν τὴν ἐκ φύσεως περιττὴν καὶ ὑπερβάλλουσαν εὔνοιαν ἡ ἐν ἐκείνοις μοχθηρία κατακρατήσειεν, *patres abdicationis triſtia verba pronuntiant, filioſque a domo ſua & omni cognatione abrumpunt, ita demum, ubi amorem illum, quem ingentem ac ſuper omnia eximium natura parentibus indidit, filiorum improbitas vicit.* (Pag. 904. B.) Cicero pro Ligario: *ignoſcite, Judices, erravit, lapſus eſt, non putavit. ſi unquam poſthac. ad parentem ſic agi ſolet.* (Cap. 10.)

**G R O N O V I I.**

6 *Niſi plus eſt, quod*] Niſi proſpicit graviora ſcelera filii ex impunitate, quam ſunt præterita, quæ pœnam merentur, aut graviora incommoda familiæ.

7 *Decretorium ſtylum*] Exheredationem. ut ille Terentianus *Heautont.* 5, 4. *Satius eſt quam te ipſo herede hæc poſſidere Bacchidem.*

8 Μηδένα] Neminem patrum libenter ſumere de filio ſupplicium, niſi magnitudine peccatorum ſupergreſſus ſit naturalem parentum in liberos pietatem.

9 Οὐδεὶς] Nullus pater abdicat filium, ni ſummopere improbum.

**G R O T I I.**

c *Rectoris, id eſt patris, quodammodo perſonam ſuſtinet*] *Seneca* epiſtola LXXXVII. *Clementia alieno ſanguini tanquam ſuo parcit, & ſcit homini non eſſe homine prodige utendum. Diodorus Siculus* in fragmentis: οὐ δεῖ τοὺς ἁμαρτήσαντας ἐκ παντὸς τρόπου κολάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἐπὶ τοῖς ἡμαρτημένοις μὴ μεταδιδασκομένους· *non omnes omnino, qui deliquere, puniendi ſunt, ſed ii, quos male factorum nihil pœnitet.* (E Lib. XXI. n. 17.) Chryſoſtomus de Statuis VI. μαθέτωσαν οἱ ἄπιστοι πάντες, ὅτι ὁ τοῦ Χριστοῦ φόβος πᾶσαν ἐξουσίαν δύναται χαλινοῦν. δόξασόν σου τὸν δεσπότην, τοῖς συνδούλοις ἄφες τὰ ἁμαρτήματα, ἵνα καὶ αὐτός σε δοξάσῃ μειζόνως, ἵνα ἥμερόν σοι κατὰ τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν δείξῃ τὸ ὄμμα καὶ γαληνόν, ταύτης μεμνημένος σου τῆς φιλανθρωπίας· *diſcant omnes, qui a fide noſtra ſunt extranei, reverentiam, quæ Chriſto exhibetur, tantam eſſe, ut cuilibet poteſtati injiciat frænos. Honora dominum tuum: condona peccata conſervis tuis, ut & ipſe multo magis te honoret, ut in illo judicii* die

dammodo perſonam ſuſcipit. quo reſpiciens Auguſtinus ad Comitem Marcellinum: *imple*, inquit, *Chriſtiane judex, pii patris officium.* Pittaci dictum laudat Julianus * Imperator: ὃς τὴν συγγνώμην τῆς τιμωρίας προετίθει, *qui veniam pœnæ præferebat.* Libanius in oratione de ſeditione Antiochena: qui Deo, inquit, ſimilis eſſe vult, ἀφιεὶς τιμωρίας χαιρέτω μᾶλλον ἢ λαμβάνων, *magis gaudeat condonatione quam pœna.*

* Orat. II. p. 50. E.

3. Interdum eæ ſunt rerum circumſtantiæ, ut 10 jure ſuo abſtinere non laudabile tantum ſit, ſed & debitum, ratione ejus, quam hominibus etiam inimicis debemus dilectionis, ſive in ſe ſpectatæ, ſive qualiter eam exigit ſanctiſſima lex Evangelii. Sic 11 quoſdam eſſe diximus, pro quorum, etiamſi nos impetant, ſalute mortem optare debeamus, quod eos ſciamus rei communi humanæ aut neceſſarios aut valde utiles. Si res quaſdam negligi vult Chriſtus, ne lites ſubeantur, tanto credendum eſt majora a nobis negligi voluiſſe, ne ad bellum eatur, quanto bellum lite eſt nocentius.

*Molina. tract. II. de Juſt. diſp. 103. Lorca diſp. 153. n. II. Ægid. Reg. de act. ſupern. diſp. 31. dub. 7. n. 107.*

4. *De ſuo jure virum bonum aliquid relaxare non ſolum liberalitatis, ſed plerumque etiam commoditatis eſt*, ait † Ambroſius. Ariſtides ſuadet civitatibus συγχωρεῖν καὶ παριέναι ὅ, τι ἂν ᾖ μέτριον, *concedere & largiri, ſi quid ſit mediocre.* Rationem addit: ὥσπερ γὰρ καὶ τῶν ἰδιωτῶν ἐπαινεῖτε τοὺς εὐγνώμονας καὶ βλαβῆναί τινα μᾶλλον αἱρουμένους ἢ διαφέρεσθαι πρός τινας· *nam & privatorum hominum eos laudatis, qui facili ſunt ingenio, & damni aliquid ſubire malunt quam litigare.* Xenophon hiſtoriæ *a* Græcæ ſexto: σωφρόνων μὲν δήπου ἐστὶ, μηδὲ εἰ μὴ μικρὰ τὰ διαφέροντα εἴη, πόλεμον ἀναιρεῖσθαι· *ſapientum eſt, ne ob graves quidem cauſas, bellum ſuſcipere.* Et apud Philoſtratum *b* Apollonius: πόλεμον οὐδ᾽ ὑπὲρ μεγάλων αἱρεῖσθαι· *ne ob magnas quidem cauſas bellum capiendum.*

† Lib. II. de Off. c. 21.

a Cap. 3. §. 4. Ed. Oxon.

b Lib. I. c. 38.

III. 1. 12 Circa pœnas, officii primum noſtri eſt, ſi non ut hominum, d certe ut Chriſtianorum, ut facile ac libenter condonemus, quæ in nos ſunt commiſſa, ſicut Deus nobis condonat in Chriſto. Eph. IV, 32. τό γε περὶ τούτων ἀόργητον ὑπὲρ ὧν τὸ ζῆν ὑπω-

*die vultum tibi oſtendat ſerenum atque clementem, hujus tuæ lenitatis memor.* Citat *Gratianus* cauſa XXIII, quæſt. IV. ex *Auguſtino*, [aut potius *Beda*, in Galat. c. 6.] *duo iſta nomina cum dicimus, homo & peccator, non utique fruſtra dicuntur: quia peccator eſt, corripe: quia homo, miſerere.* vide & quæ ſequuntur, & quæ ſupra poſuimus ad caput XX. §. XII. §. XXVI. & XXXVI.

d *Certe ut Chriſtianorum*] Theodoſius, ut Antiochenis condonaret crimen in ſe commiſſum, a Flaviano epiſcopo illis maxime Chriſti verbis permotus fuit: *dimitte illis Pater, quia neſciunt, quid faciunt.* Narrat *Chryſoſtomus* de Statuis viceſima.

GRONOVII.

10 *Jure ſuo abſtinere*] Non exſequi quod fas eſt jure gentium.

11 *Quoſdam eſſe diximus*] 2, 1. 9.

12 *Circa pœnas*] Quod ad ea bella attinet, quibus potiſſimum pœna, quamvis juſta, ſumitur.

e Jo-

Digitized by Google

ὑπεύθυνον τῇ κολάσει γίνεται τῶν ἠδικηκότων, Θεοῦ φύσει προστίθεται, ait e Joſephus: *ira vacare circa ea, ob quæ nocentes pœna mortis ſunt obnoxii, ad divinam naturam accedit.*

2. Seneca de Principe: *Longe ſit in ſuis quam in alienis exorabilior injuriis. Nam quemadmodum non eſt magni animi qui de alieno liberalis eſt, ſed ille qui quod alteri donat* 13 *ſibi detrahit: ita clementem vocabo non in alieno dolore facilem, ſed eum, qui cum ſuis ſtimulis agitatur,* 14 *non proſilit: qui intelligit, magni animi eſſe, injurias in ſumma potentia pati,* f *nec quicquam eſſe glorioſius principe impune læſo.* Quintilianus: *ſuadebimus principi, ut laudem humanitatis potius quam voluptatem ultionis concupiſcat.* In C. Cæſaris laudibus poſuit * Cicero ut præcipuum, quod oblivifci nihil ſoleret niſi injurias. Livia in allocutione ad Auguſtum apud † Dionem: τοὺς ἄρχοντας νομίζουσιν οἱ πολλοὶ τοὺς μὲν τὸ κοινὸν ἀδικοῦντας ἐπεξιέναι χρῆναι, τοὺς δ' ἰδίᾳ τι εἰς αὐτοὺς πλημμελεῖν δοκοῦντας φέρειν· *ita plerique exiſtimant, rectoribus punienda, quæ contra communem utilitatem peccantur; quæ vero in ipſos, diſſimulanda.* g Antoninus Philoſophus, in oratione ad Senatum: *non enim unquam placet in Imperatore vindicta ſui doloris, quæ etſi juſtior fuit,* 15 *acrior videtur.* Ambroſius in epiſtola a ad Theodoſium: *Antiochenis tuam donaſti injuriam.* Et in ejuſdem Theodoſii laudibus ad ſenatum Themiſtius: ὅτι οὐκ ἀντιβλάπτοντα χρὴ τὸν ἀγαθὸν βασιλέα, ἀλλ' εὖ ποιοῦντα μείζω φαίνεσθαι τῶν ἠδικηκότων· *bonum regem oportet his qui in ſe peccarunt ſuperiorem eſſe, non viciſſim nocendo, ſed bene faciendo.*

Lib. 1. de Clem. c. 20.
* Orat. pro Ligar. c. 12.
† Lib. LV. p. 643 C. Ed. H. Steph.
a Epiſt. XXIX. in fin.

3. Magnanimus qui ſit, eum Ariſtoteles b negat eſſe μνησίκακον *injuriarum memorem:* quod Cicero c ſic exprimit; *nihil magno & præclaro viro dignius placabilitate atque clementia.* Hujus eximiæ vir-

b Ethic. Nicom. IV. 8.
c De Off. 1. c. 25.

GROTII.

e *Joſephus*] Antiquæ hiſtoriæ 11, 3.

f *Nec quicquam eſſe glorioſius principe impune læſo*] *Chryſoſtomus* in laude clementiæ: ἅπαντα μὲν γὰρ ἄνθρωπον τοῦτο κοσμεῖν δύναται· διαφερόντως δὲ τοὺς ἐν ἐξουσίαις. τὸ γὰρ πάντα ποιεῖν ἐπιτρεπούσης τῆς βασιλείας, κατέχειν ἑαυτὸν, καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ νόμον ἡγεμόνα ποιεῖσθαι τῶν ἔργων, μέγα μὲν εἰς εὐφημίαν τε καὶ δόξαν. *omnem illa hominem ornare inſigniter poteſt: maxime vero eos, qui in imperiis ſunt conſtituti. nam cum regia poteſtas omnia permittat, ſemet retinere, ac divinam legem actionibus ſuis ducem præficere, egregium eſt ad famam gloriamque. Auguſtinus* epiſt. CIV. quæ eſt ad Bonifacium comitem: *memento cito ignoſcere, ſi quis in te peccaverit & veniam poſtulaverit.*

g *Antoninus Philoſophus*] Apud *Vulcatium Gallicanum* vita Avidii Caſſii. (cap. 12.)

GRONOVII.

13 *Sibi detrahit*] De ſuo erogat & impendit.

14 *Non proſilit*] Fertur præceps ad vindictam.

15 *Acrior videtur*] Hinc conditionem principum miſerrimam ajebat Domitianus, quibus de conjuratione non credatur, niſi occiſis. Suet. 21. Quod Hadriano tribuit Marcus apud *Vulcatium Gallicanum* in Avidio Caſſio cap. 2. Semper enim homines ſuſpicantur, eos abuti potentia.

virtutis inſignia nobis exempla ſacræ literæ ſuppeditant in Moſe, Num. XI, 12. & Davide, II Sam. XVI, 7. Maxime vero id locum habet, ubi aut nos quoque nobis peccati alicujus ſumus conſcii, aut id quod in nos peccatum eſt ab humana quadam & excuſabili infirmitate procedit, aut ſatis apparet pœnitere eum, qui nocuit. *Eſt ulciſcendi & puniendi modus*, inquit * Cicero, *& haud ſcio, an ſatis ſit*, h *eum, qui laceſſierit, injuriæ ſuæ pœnitere*. *Sapiens*, inquit Seneca, † *multa remittit; multos parum ſani, ſed ſanabilis ingenii ſervabit*. Et hæ quidem cauſæ a bello abſtinendi ex dilectione naſcuntur, quam ipſis inimicis aut debemus, aut recte impendimus.

Dried. Lib. II. de Lib. Chriſt. c. 6.

* De Offic. I. 11.

† De Clem. II. 7.

IV. 1. Sæpe vero i 16 nobis ipſis noſtriſque præſtandum habemus, ne ad arma veniatur. Plutarchus in Numæ *a* vita ait, poſtquam juſte poſſe ſuſcipi bellum decreviſſent feciales, k conſultatum a ſenatu an ex uſu eſſet ſuſcipere. 17 In parabola quadam Chriſti dicitur, ſiquis rex cum rege altero bello certandum habeat, primo ſedentem, qui mos eſt cum cura conſultantium, expenſurum apud ſe, an ipſe, qui decem millia militum habeat, hoſti ducenti bis totidem par eſſe poſſit; quod ſi videat ſe imparem fore, antequam ille intra fines adſit, miſſurum legationem cum mandatis pacis cauſa.

a Pag. 68. B.

Luc. XIV. 31.

2. l Sic Tuſculani *b* omnia patiendo, & m nihil recuſando pacem a Romanis meruerunt. Apud Tacitum *c* eſt: *fruſtra adverſus Æduos quæſita belli cauſa. Juſſi pecuniam atque arma deferre,* 18 *gra-*

b Liv. l. VI. c. 26.

c Hiſt. I. 64.

GROTII.

h *Eum qui laceſſierit injuria ſua pœnitere*] *Procopius* Vandalicorum II. μετάμελος γὰρ ἐν δέοντι ἐπταικόσιν ἐπιγιγνόμενος συγγνώμονας αὐτοῖς τοὺς ἠδικημένους ποιεῖν εἴωθεν· *pœnitentia in tempore oboriens iis qui peccarunt ad veniam dandam provocare læſos ſolet.*

i *Nobis ipſis noſtriſque*] *Procopius* Gotthicorum II. Gotthos ita ait locutos Beliſario: ὅταν δὲ αὐτὰ οὕτως ἔχῃ, τοὺς ἑκατέρων ἡγουμένους προσήκει μὴ δόξης τῆς οἰκείας τὴν τῶν ἀρχομένων σωτηρίαν προΐεσθαι, ἀλλὰ τά τε δίκαια τά τε ξύμφορα, οὐ σφίσιν αὐτοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σφῶν ἐναντίοις ἑλέσθαι· *hæc cum ita ſe habeant, officium erit utrinſque gentis rectorum, ſubditorum ſibi ſalutem non projicere propria laudis ſtudio, ſed ea præferre, quæ & juſta ſunt & utilia, non ipſis tantum ſed & hoſtibus.*

k *Conſultatum a ſenatu, an ex uſu eſſet ſuſcipere*] *Diodotus* apud Thucydidem III. (Cap. 44.) οὔτε γὰρ ἀποφήνω πάνυ ἀδικοῦντας, οὐ διὰ τοῦτο καὶ ἀποκτεῖναι κελεύσω εἰ μὴ ξυμφέρον· *etiamſi enim maxime illos peccaſſe pronuntiem, non utique & occidi eos jubebo, niſi expediat.*

l *Sic Tuſculani*] Vide *Plutarchum* Camillo, (pag. 149.)

m *Nihil recuſando*] Fecit idem Armeniorum rex Severi tempore. meminit *Herodianus* libro III. (Cap. 9. num. 3. *Ed. Boecler.*)

GRONOVII.

16 *Nobis ipſis noſtriſque*] Noſtra ipſorum & ſubjectorum noſtrorum intereſt, ut potius aliquo jure careamus, quam id bello repetamus, non minus nos noſtroſque quam hoſtes diſcrimini objecturi.

17 *In parabola*] Priores edd. *fabella*. Lucas 14, 31.

n *Le-*

Digitized by Google

18 *gratuitos inſuper commeatus præbuere.* Sic n legatis Juſtiniani Amalaſuntha regina negavit armis ſe certaturam.

3. Poteſt & temperamentum adhiberi, ut a Syrmo Triballorum rege factum Strabo * memorat, qui Alexandrum Macedonem & inſulam Peucen intrare vetuit, & ſimul donis eum honoravit, ut oſtenderet ſe, quod faceret, juſto metu, non odio aut contemptu ipſius facere. Quod Euripides † de Græcis dixit civitatibus, idem ad alios quoſvis recte aptes: * *Lib.* VII. pag. 301. † *Supplic.* vers. 481, *& ſeqq.*

*De Marte quoties itur in ſuffragia,*
*Nemo imminere cogitat mortem ſibi:*
*Sed quiſque cladem deſtinamus alteri:*
*Quod ſi in comitiis funera ante oculos forent,*
*Furiata bello non periſſet Græcia.*

Apud Livium *a* eſt: *cum tuas vires, tum vim fortunæ, Martemque communem propone animo.* Et apud *b* Thucydidem: τοῦ πολέμου τὸ παράλογον ὅσον ἐστὶ, πρὶν ἐν αὐτῷ γενέσθαι, προδιάγνωθι· *quicquid inopinum accidere poteſt in bello, priusquam aggrediare, conſidera.* a *Lib.* XXX. c. 30. b *Lib.* I. c. 78.

V. 1. Qui deliberant, partim de finibus, non quidem ultimis, 19 ſed interjectis deliberant, partim 20 de iis, quæ eo ducunt. Finis ſemper eſt bonum aliquod, aut certe mali declinatio, quæ vicem boni obtinere poſſit. Quæ vero huc aut illuc ducunt, 21 per ſe non expetuntur, ſed quatenus ducunt: quare in deliberationibus comparandi ſunt, & fines inter ſe, & eorum quæ ad finem ducunt, 22 facultas effectiva ad finem producendum: nam, ut recte dixit Ariſtoteles de animalium *c* motione, αἱ προτάσεις αἱ ποιητικαὶ διὰ δύο εἰδῶν γίνονται, διά τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ διὰ τοῦ δυνατοῦ, *propoſitiones, quæ actionem efficiunt, duorum ſunt generum, ab eo quod bonum eſt, & ab eo quod fieri poteſt:* quæ comparatio tres habet normas. (bb) c *Cap.* 7.

2. Prima eſt; ſi res, de qua agitur, æqualem, 23 morali ſcilicet æſti-

GROTII.

n *Legatis Juſtiniani Amalaſuntha*] Vide *Procopium* Vandalicorum II. & Goth. I.

GRONOVII.

18 *Gratuitos inſuper*] Quod non erant juſſi, ſponte aluere exercitum. *Tacit.* I. *hiſt.* 64.

19 *Sed interjectis*] Subordinatis, ut vulgo loquuntur, qui ad ulteriorem finem referuntur.

20 *De iis, quæ eo ducunt*] Mediis, ut vocant, & ſunt viæ, rationes, inſtrumenta obtinendi propoſiti.

21 *Per ſe non expetuntur*] Ut acquieſcamus ea nacti, ſed quia ſunt velut gradus ad aliquod ulterius magis expetitum.

22 *Facultas effectiva*] Vis & potentia effectrix.

23 *Morali æſtimatione efficaciam*] Judicio prudentum perinde minatur incommodum, quam commodum promittit: facienda eſt, modo commodum ſit amplius in genere commodorum, quam incommodum in ſuo.

(bb) Harum regularum explicationem vide apud PUFENDORFIUM, *De Jur. Nat. ac Gent.* Lib. I. Cap. 2. §. 7. *J. B.*

æſtimatione, efficaciam habere videatur ad bonum & ad malum: ita demum eligenda eſt, ſi bonum aliquanto plus habeat boni

* *Orat.* I. *De Pace*, Tom. II. pag. 63. B. quam malum mali. Hoc eſt, quod Ariſtides * ſic enuntiat: 24 ὅτ' ἔλαττον τοῦ δυσχεροῦς τ' ἀγαθὸν, κρεῖττον διηλλάχθαι. Andronicus Rhodius †, ubi magnanimum deſcribit, ait, eum non ob qualvis

† *Lib.* IV. c 5. pag. 219. cauſas pericula ſubiturum, ſed ob maximas.

3. Altera; ſi videatur eſſe 25 æquale bonum & malum, quod a re, de qua quæritur, poſſit procedere: ita demum ea res eligenda eſt, ſi 26 efficacia ad bonum quam ad malum major ſit.

Tertia, 27 ſi videatur & bonum & malum eſſe inæquale, nec minus inæqualis rerum efficacia: res ea ita demum eligenda eſt, o 28 ſi efficacia ad bonum major ſit collata efficaciæ ad malum, quam ipſum malum eſt collatum bono; aut 29 ſi bonum ſit majus comparatione mali, quam efficacia ad malum comparata efficaciæ (cc) ad bonum.

*De Off.* I. c. 24. 4. Hæc nos limatius paulo; ſed eodem tendit via planiore Cicero: cum ait, fugiendum, ne offeramus nos periculis ſine cauſa, quo nihil poteſt eſſe ſtultius: quapropter in adeundis periculis conſuetudinem imitandam medicorum, qui leviter ægrotantes leviter curant, gravioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites adhibere coguntur. quare ſubvenire tempeſtati ſapientis eſſe dicit, eoque magis 30 ſi plus adipiſcare re explicata boni quam addubitata mali.

a *Epiſt. ad Attic. Lib.* XIII. c. 27. 5. Et *a* alibi: 31 *Ubi* ἐπίτευγμα *magnum nullum fieri poſſit*, ἀπότευγμα

GROTII.

o *Si efficacia ad bonum major ſit collata efficaciæ ad malum, quam ipſum malum eſt collatum bono*] Utitur hac regula prudenter Narſes apud *Procopium* Gotthicorum II.

GRONOVII.

24 Ὅτ' ἔλαττον] Quum difficultas major eſt quam bonum ſperatum, melius tranſigere & reconciliari.

25 *Æquale bonum*] Bonum & malum, utrumque in ſuo genere paria ſunt.

26 *Efficacia ad bonum*] Probabilior & in ſpe majori eventus eſt ad bonum & optatum, quam ad malum & timendum.

27 *Si videatur & bonum*] Si aut majus eſt bonum in genere ſuo quam malum, aut majus malum quam bonum; & aut facilius exiſtit ex ratione, quam ſequimur, malum quam bonum, aut bonum quam malum.

28 *Si efficacia ad bonum*] Si facilius exiſtat bonum quam malum, etſi malum bono ſperato minus non ſit.

29 *Si bonum ſit majus*] Si magnitudo boni longe vincat modum mali, etſi facilius forte ſit exſtiturum malum.

30 *Si plus adipiſcare*] Ut Alexander malebat ſe dubiæ fidei medici credere quam indubitato morbo perire. *Juſtin.* II, 8.

31 *Ubi* ἐπίτευγμα] Ubi ſummam in rem proficias parum, minimo autem caſu contrario magnam plagam acceperis, quid opus periclitari? quo pertinet Auguſti dictum, parva commoda non parvo ſectantes diſcrimine, ſimiles eſſe aureo hamo piſcantibus, cujus abrupti damnum nulla captura penſari poſſit. *Suet.* 25.

(cc) Vocem illam *efficaciæ*, quam in omnibus Editionibus manifeſto deeſſe dudum obſervaveram, in Not. ad modo dictum PUFENDORFII locum fidenter reſtitui. *J. B.*

32 *Li-*

Digitized by Google

*τευγμα vel non magnum nociturum ſit, quid opus eſt παρακινδυνεύειν?* Dion Pruſæenſis Tarſenſi altera: *ἔστω δεινὸν καὶ ἄδικον. ἀλλ' οὐκ εἴ τι μὴ δίκαιον φέφυκε γίνεσθαι, δεῖ πρὸς τοῦτο φιλονεικοῦντας αὐτοὺς περιβάλλειν ἀτόπῳ τινί· ſit ſane hoc injuſtum & indignum, quod toleretur. At non, ſi quid injuſti accidit, nos ideo debemus certandi ſtudio noſmet incommodis objicere.* Et poſtea: *ὥσπερ, οἶμαι, τὰ βάρη ταῦτ' ἂν μὲν σφόδρα πιέζῃ καὶ ἀνέχεσθαι μὴ δυνάμεθα, ζητοῦμεν ὡς τάχιστα ἀποῤῥίψαι· μετρίως δὲ ἐνοχλούμενοι καὶ ὁρῶντες ἀνάγκην οὖσαν φέρειν ἢ τοῦτο, ἢ τούτου μεῖζον ἕτερον, σκοποῦμεν ὡς κουφότατα ἕπεσθαι. ſicut onera, ubi ita valde nos urgent, ut durare nequeamus, quærimus abjicere: mediocriter autem preſſi, & rebus talibus, ut aut iſta aut graviora ferenda ſint, in hoc nos componimus, ut quam expeditiſſime ſubſequamur.* Ariſtides Sicula ſecunda: *ὅτε μείζων ὁ φόβος τῆς ἐλπίδος, πῶς οὐκ ἄξιον φυλάττεσθαι· ubi major ſpe metus eſt, quomodo non tempus eſt cavendi?*

VI. 1. Exemplum ſumamus ab eo, quod inter Galliæ civitates conſultatum olim narrat * Tacitus: *libertas an pax placeret.* 32 Libertatem intellige civilem, hoc eſt, jus regendæ per ſe reipublicæ: quod jus plenum eſt in ſtatu populari, temperatum in ſtatu optimate, præſertim tali, ubi 33 nemo civium ab honoribus arceatur. Pacem vero talem, qua bellum redimatur internecinum, id eſt, ut Cicero alibi Græcis verbis hanc quæſtionem explicat, 34 *ἐὰν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύειν·* Puta, ubi recta æſtimatio futuri nihil ferme aliud quam totius populi exitium videatur portendere: qualis erat ſtatus Hieroſolymorum obſeſſorum a Tito. Hîc Cato quid dicturus ſit, qui mori quam uni parêre maluit, nemo neſcit; quo & illud pertinet:

* *Hiſt.* IV. 67.

*Lib.* IX. *ep. ad Att. epiſt.* 4.

† *Quam ſit non ardua virtus*
*Servitium* 35 *fugiſſe manu.*

† *Lucan.* IV. 576.

Et multa alia ad eum modum.

2. At aliud dictat recta ratio: vitam ſcilicet, quæ fundamentum eſt omnium bonorum temporalium & 36 æternorum occaſio, pluris eſſe quam libertatem; ſive utrumque ſumas in uno homine, ſive in toto populo. Itaque Deus ipſe pro beneficio imputat, *a* quod non perdat homines, ſed in ſervitutem tradat. Et alibi

*a* II *Paral.* XII, 7, 8.

GRONOVII.

32 *Libertatem civilem*] Non perſonalem, quæ naturalis eſt facultas ejus, quod cuique facere libet, niſi quid vi aut jure prohibeatur, §. 1. *Inſt. de Jure perſ.*

33 *Nemo civium*] Non certæ familiæ, excluſis aliis, magiſtratus obtinent: ut olim Romæ, nunc Venetiis, patriciorum.

34 *Ἐὰν μέλλῃ*] Etiamſi civitas propter id de omni ſtatu & ſalute ſua ſit periclitatura.

35 *Fugiſſe manu*] Vel pugnando, vel ſibimet ipſi vim afferendo.

36 *Æternorum occaſio*] Quorum perdendorum periculum incurrimus, ſi projicimus vitam & ultro nos occidimus.

* Jer. XXVII, 13. alibi ſuadet per Prophetam * Hebræis, ut ſeſe Babyloniis p in ſervitutem dedant, ne fame ac peſte moriantur. Quare illud quamquam laudatum antiquis,

† Lucan. III. 350. † *Obſeſſum Pœno geſſit quod Marte* 37 *Saguntum:*

laudandum non eſt, nec quæ eo ducunt.

Auguſt. de Civ. Dei lib. XXII, c. 6. a Cap. 57. b Lib. XVII. c. 10. 3. Internecio enim populi in hoc rerum genere pro maximo malo haberi debet. Cicero de Inventione a ſecundo neceſſitatis hoc ponit exemplum, neceſſe eſſe Caſilinenſes ſe dedere Annibali, quanquam 38 neceſſitati aderat hæc adjunctio, q niſi malint fame perire. De Thebanis, qui Alexandri Macedonis temporibus vixerunt, exſtat hoc Diodori Siculi judicium: b *τοῖς παραστήμασιν ἀνδρειότερον μᾶλλον ἢ φρονιμώτερον χρησάμενοι προέπεσον εἰς πάνδημον τῆς πατρίδος ὄλεθρον· animi* r *ſpiritu forti magis quam prudente internecionem patriæ accerſiverunt.*

c In Othon. pag. 1072. D. 4. De eo, quem diximus, Catone & Scipione, qui poſt victoriam Pharſalicam cedere Cæſari noluerunt, judicium exſtat apud c Plutarchum: *αἰτίαν ἔχουσιν ὡς πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐν Λιβύῃ παραναλώσαντες οὐκ ἀναγκαίως· culpandi ſunt tanquam qui viros multos & egregios in Africa perdiderint, nullo operæ pretio.*

5. Quod

GROTII.

p *In ſervitutem dedant, ne fame ac peſte moriantur*] Guido Blandratenſis in oratione ad Mediolanenſes apud *Guntherum.*

*Omnia ſecuri pro libertate feremus.*
*Sed libertatem contemta nemo ſalute*
*Sanus amat. neque enim certa ſuſceptio cladis,*
*Quam vitare queas, niſi cum ratione ſalutis,*
*Libertatis amor, ſed gloria vana putanda eſt.*

q *Niſi malint fame perire*] Anaxilai, qui ob famem Byzantium dediderat, hæc defenſio fuit: pugnandum hominibus in homines, non in rerum naturam. ita *Xenophon. Procopius* Gotth. IV. *οὐ γὰρ ἐπαινοῦσι τὴν ἑκούσιον τελευτὴν ἄνθρωποι, ἔνθα τις ἐπίκειται κρείσσων τῷ κατ' αὐτὴν κινδύνῳ ἐλπίς· non laudant mortem voluntariam homines, quamdiu ſpes aliqua eſt periculo potentior.* [Dictum, quod Auctor noſter tribuit *Anaxilao*, non legitur apud XENOPHONTEM, eo loco ubi Hiſtoria illa narratur, *Hiſt. Græc.* Lib. I. Cap. 3. §. 12. Confudit forte Auctor, quod à *Cyro* dictum refert idem, *Cyrop.* Lib. VI. c. 1. §. 10. *J. B.*]

r *Spiritu forti magis quam prudente*] Idem cum explicaſſet conſilia belli ſuſcepti ab Athenienſibus poſt Alexandri mortem, ait, ſaniorum judicio eos *πρὸς εὐδοξίαν εὖ βεβουλεῦσθαι· τοῦ δὲ συμφέροντος διημαρτηκέναι. ad gloriam quidem recte conſuluiſſe, ſed ab utilitate aberraſſe*: ut qui properaſſent *διακινδυνεύειν μηδεμιᾶς ἀνάγκης κατεπειγούσης· periclitari nulla neceſſitate impellente*: ne Thebanorum quidem tam nobili clade paſſi ſe admoneri. (*Lib.* XVIII. c. 10.)

GRONOVII.

37 *Saguntum*] Urbs in Hiſpania, ubi obſeſſi ab Hannibale aurum argentumque ex publico privatoque in forum collatum, in ignem ad id raptim factum conjicientes, eodem ſeſe cum uxoribus & liberis præcipitaverunt. *Liv.* 21, 14.

38 *Neceſſitati aderat*] Hujus neceſſitatis unum eſſet effugium, ſi mallent inedia aut manibus ſuis intermori.

*f Rara*

Digitized by Google

5. Quod autem de libertate dixi, idem 39 de aliis rebus expetibilibus dictum volo, ſi oppoſiti mali majoris juſtior aut par ſit exſpectatio. Nam, ut recte * Ariſtides, moris eſt, navem ſervare rerum, non vectorum jactu.

* *Orat. Platon.* II. pag. 283. B. Tom. III.

VII. In pœnis quoque exigendis illud maxime obſervandum eſt, ne unquam eo nomine bellum ſuſcipiatur in eum 40 cui pares ſunt vires. Nam ut judicem civilem, ita qui armis facinora velit vindicare, multo eſſe validiorem altero oportet. neque vero prudentia tantum, aut ſuorum caritas exigere ſolet, ut bello periculoſo abſtineatur, ſed ſæpe etiam 41 juſtitia, rectoria ſcilicet, quæ ex ipſa regiminis natura ſuperiorem non minus ad curam pro inferioribus, quam inferiores ad obedientiam obligat. Cui conſequens eſt id, quod recte a theologis eſt traditum, regem qui ob cauſas leves, aut ad exigendas pœnas non neceſſarias, & magnum ſecum periculum trahentes, bellum ſuſcipit, teneri ſubditis ad reparationem damnorum, quæ inde oriuntur. nam etſi non in hoſtes, in ſuos tamen veram committit injuriam, qui talibus de cauſis tam gravi malo eos implicat. Livius: † *juſtum bellum quibus neceſſarium, & pia arma quibus nulla niſi in armis relinquitur ſpes.* Optat hunc ſtatum Ovidius Faſtorum I. (*vers.* 715.)

*Cajet.* 2. 2. q. 95. n. 8. *Molin. tract.* 1, *de Juſtitia cap.* 102.

† *Lib.* IX. c. I.

*Sola gerat miles, quibus arma coërceat, arma.*

VIII. ſ Rara ergo belli ſumendi cauſa eſt, quæ omitti aut non poſſit aut non debeat, puta cum jura ſunt, ut Florus a loquitur, 42 armis ſæviora. Seneca *incurri*, ait, *in pericula*, 43 *ubi quieſcenti paria*

a *Lib.* IV. c. 12. n. 32.

**GROTII.**

ſ *Rara ergo belli ſumendi cauſa eſt, quæ omitti aut non poſſit aut non debeat*] *Servius* ad illud in X. Æneidos, (*vers.* 758.)

*Iram miſerentur inanem*
*Amborum & tantos mortalibus eſſe labores.*

*Quia nulla cauſa tam juſta eſt, ut propterea bellum geri debeat.*

**GRONOVII.**

39 *De aliis rebus expetibilibus*] Ut iis æquo animo careamus, vel fraudari nos patiamur potius, quam ob eas ſubeamus periculum, quo aut credibilius ſit nos perituros, aut nihilo certius, perituri an ſervaturi eas ſimus.

40 *Cui pares*] Huc pertinet illud *Taciti* 3, annal. 13. *omittere potius prævalida & adulta vitia, quam hoc adſequi, ut palam fiat, quibus flagitiis impares ſimus.*

41 *Juſtitia rectoria*] Eadem juſtitia, quæ ſuadet dictatque puniri malos, eadem ſuadet etiam non puniri, ſi nequeat id fieri ſine clade aut periculo bonorum; non enim tantum eſt juſtitiæ opus punire malos, ſed etiam tueri bonos: & quemadmodum injuſtus eſt, qui recte imperanti non paret, ita quoque injuſtus, qui ſtudio puniendi contumaces negligit curam parentium. Hinc Otho laudatus in morte, quam ſubire maluit, ne bellum civile renovaret. *Suet.* 9.

42 *Jura ſunt ſæviora*] Quum ſpecie pacis & juſtitiæ graviora tolerantur, quam inter arma maxime ferventia evenire ſolet. Ut Siculi queruntur, ſe infeſtiſſimo hoſti Agathocli titulo pacis addictos ab Hamilcare Pœnorum duce. *Juſtin.* 22, 3.

43 *Ubi quieſcenti*] Quoties bellum vitanti nihil commodius eſt quam in bello.

*paria metuuntur*; aut etiam pejora. quem ſenſum * Ariſtides ſic extulit: 44 τότε χρὴ κἂν ἄδηλον ᾖ τὸ μέλλον αἱρεῖσθαι κινδυνεύειν, ὅταν τὸ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν φανερῶς χεῖρον ᾖ· *miſeram pacem bello bene mutari*, ait 45 Tacitus, nempe cum, ut idem ait, † *aut* 46 *auſos libertas ſequetur, aut victi iidem erunt*: aut *ubi* (ut Livius *a* loquitur) *pax ſervientibus gravior quam liberis bellum*. Non ſi, ut apud Ciceronem *b* eſt, apparet futurum, ut, 47 ſi victus eris, proſcribaris: ſi viceris, tamen ſervias.

IX. Alterum belli tempus, ſi, ita ut oportet, rem æſtimanti, 48 a jure, & quidem quod momenti ſit maximi, ſimul ſtent vires. Hoc eſt, quod Auguſtus ajebat, *c* bellum non ſuſcipiendum, niſi cum major emolumenti ſpes quam damni metus oſtenderetur. Et quod de prælio dicere ſolebant Scipio Africanus & L. Æmilius Paulus, *d* idem huc non male aptaveris: *non decertandum eſſe*, t *niſi ſumma neceſſitudo aut ſumma occaſio data eſſet*. Locum autem tum maxime hoc habebit, cum 49 ſpes eſt, u terrore ac fama, nullo aut exiguo periculo rem confici poſſe: quale erat Dionis *e* conſilium ad liberandas Syracuſas. In epiſtolis Plinii eſt: *f quod eſt pulcherrimum victoriæ genus, terrore perdomuit*.

X. 1. Sæva res bellum eſt, inquit Plutarchus, *g* cumulumque ſecum trahit injuriarum & inſolentiæ. Et ſapienter *h* Auguſtinus: *quorum malorum* (de his loquitur, quæ ex bello naſcuntur) *multas & multiplices clades, diras & duras neceſſitates, ſi, ut dignum eſt, eloqui velim, quamquam nequaquam, ſicut res poſtulat, poſſum*. quis

* *Orat.* I. *De Pace*, Tom. II. p. 67. B.
† *Hiſt.* IV. 32.
*a Lib.* X. c. 16.
*b Ad Att.* VII, 7.
*c Suet. c.* 25.
*d Gell. lib.* XIII, c. 3. *Val. Max. lib.* VII, c. 2.
*e Diod. l.* XVI. c. 17.
*f Lib.* II. *Ep.* 7.
*g Vita Camill.* p. 134. B.
*h De Civit. Dei l.* XIX, c. 7.

GROTII.

t *Niſi ſumma neceſſitudo*] *Plutarchus* Gracchis: τὸ ἄνευ τῆς ἐσχάτης ἀνάγκης ἐπιφέρειν σίδηρον, οὔτε ἰατρικὸν, οὔτε πολιτικόν. *extra ſummam neceſſitatem ferrum inferre, nec boni medici eſt, nec boni præſidis*. (Pag. 845. A.) Marciani dictum apud *Zonaram*: μὴ δεῖν ὅπλα βασιλέα κινεῖν, ἕως εἰρηνεύειν ἐξόν· *non debere regem arma movere, quamdiu pace frui liceat*. *Auguſtinus* 1. epiſtola ad Bonifacium: *pacem habere voluntatis eſt: bellum autem debet eſſe neceſſitatis, ut liberet Deus a neceſſitate & conſervet in pace*.

u *Terrore ac fama*] *Leo ſpernens tela diu ſe terrore ſolo tuetur, ac velut cogi teſtatur*. Habet id *Plinius* hiſtoriæ naturalis VIII, c. 16.

GRONOVII.

44 Τότε χρὴ] Tunc oportet, quamquam incerta ſint futura, præferre periculum, quum pacem colere palam pejus eſt.

45 *Tacitus*] 3, ann. 44. *Miſeram pacem vel bello bene mutari*.

46 *Auſos libertas*] Bellum ſumentibus, ſi res feliciter ceſſerit, magna bona; ſi ſecus, nullum gravius, quam adeſt, malum continget.

47 *Si victus fueris*] Rebus male provenientibus, pereas; ex ſententia evenientibus, tamen miſeram vitam agas.

48 *A jure*] Ubi cum ſit juſtitia cauſæ, & quidem ejus cauſæ, quam deſerere aut negligere nullo modo poſſis, etiam in promptu ſint juſtæ vires.

49 *Spes eſt terrore ac fama*] Hoc argumento utuntur & Campani ad perſuadendum Romanis bellum Samniticum: *ſi oſtenderitis auxilia veſtra, ne bello quidem arbitror vobis opus fore. Uſque ad nos contemptus Samnitium pervenit; ſupra non aſcendit. Itaque umbra auxilii veſtri tuti erimus*, Liv. 8, 30.

x Uti-

*quis erit prolixa diſputationis modus? ſed ſapiens, inquiunt, juſta bella geſturus eſt: quaſi non, ſi ſe hominem meminit, multo magis dolebit juſtorum neceſſitatem ſibi exſtitiſſe bellorum: quia niſi juſta eſſent, ei gerenda non eſſent: ac per hoc ſapienti nulla bella eſſent. Iniquitas enim partis adverſa juſta bella ingerit gerenda ſapienti, imo & neceſſaria: qua iniquitas homini* x *utique dolenda, quia hominum eſt, & ſi nulla ex eo bellandi neceſſitas naſcatur. Hac itaque mala tam magna, tam horrenda, tam ſæva quiſquis cum dolore conſiderat, miſeriam neceſſe eſt fateatur. quiſquis autem vel patitur ea ſine animi dolore, vel cogitat, multo utique miſerius ideo ſe putat beatum, quod & humanum perdidit ſenſum.* Idem alio loco: * *belligerare malis videtur felicitas, bonis neceſſitas.* Maximus autem Tyrius: † τῆς τοῦ πολεμεῖν χρείας κἂν ἀφέλῃς τὸ ἄδικον, ἐλεεινὸν αὐτῆς τὸ ἀναγκαῖον· *de bello etiamſi demas injuſtitiam, ipſa per ſe neceſſitas miſeranda eſt.* Idem: φαίνεται ὁ πόλεμος τοῖς μὲν δικαίοις ἀναγκαῖος ὤν, τοῖς δὲ ἀδίκοις ἑκούσιος. *apparet bellum a juſtis non ſumi niſi neceſſario, ab injuſtis ſponte.*

* *Lib.* IV. *de Civit. Dei c.* 15.
† *Diſſert.* XIV. pag. 146. *Ed. Davis.*

2. Cui Senecæ illud *a* addendum, non eſſe homini homine 50 prodige utendum. Philiſcus Alexandrum monebat, *b* ut gloriæ quidem ſtuderet, ſed ea lege, ne ſe 51 peſtilentiam aut magnum morbum faceret: intelligens populorum occidionem, deſolationem urbium, peſtilentiæ eſſe opera: nihil autem magis eſſe regium

a *Epiſt.* 88.
b *Ælian. lib.* XIV. 11.

### GROTII.

x *Utique dolenda*] Lacedæmonii in oratione, quæ exſtat apud *Diodorum Siculum*, libro XIII. (Cap. 52.) θεωροῦντες τὰς ἐν τῷ πολέμῳ φιλονεικίας πολλὰ καὶ δεινὰ πάθη ποιούσας, οἰόμεθα δεῖν φανερὸν ποιῆσαι πᾶσι καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις, ὅτι τούτων ἥκιστα πάντων ἐσμὲν αἴτιοι· *cum videamus, ex bello plurimas inimicitias, plurima atrocia oriri, noſtri officii duximus cunctis Diis hominibuſque teſtatum facere, cauſam horum a nobis non eſſe.* Plutarchus Numa, (pag. 78. B.) τί οὖν, φήσει τις, οὐκ ἐπὶ τὸ βέλτιον προῆλθεν ἡ Ῥώμη τοῖς πολέμοις; ἐρωτῶν ἐρώτημα μακρᾶς ἀποκρίσεως δεόμενον, πρὸς ἀνθρώπους τὸ βέλτιον ἐν πλούτῳ, καὶ τρυφῇ, καὶ ἡγεμονίᾳ, μᾶλλον ἢ σωτηρίᾳ καὶ πρᾳότητι καὶ τῇ μετὰ δικαιοσύνης αὐταρκείᾳ τιθεμένους· *hic ſi quis mihi dixerit, nonne Roma per bella profecit plurimum, quæſtionem moverit longa reſponſionis egentem, apud homines, qui profectum ponunt in opulentia, in deliciis, in imperiis militaribus, non in ſalute populi, in lenitate, in juſtitia ſuo contenta.* Stephanus medicus Choſroi Perſarum regi apud *Procopium* Perſicorum II. οὐκοῦν, ὦ κράτιστε βασιλεῦ, φόνους σοι καὶ μάχας ἐργαζομένῳ καὶ πόλεων ἀνδραποδισμοὺς, τῶν μὲν ἄλλων ἴσως ὀνομάτων παρέσται τυχεῖν. τὸ δὲ ἀγαθῷ εἶναι δοκεῖν, οὐ μήποτε ἔσται· *tibi, rex maxime, in cædibus & pugnis & urbibus ſubigendis occupato alia forte nomina contingant, bonus autem ut per hæc credaris, fieri nequit.* Adde locum egregium *Guicciardini* libro XVI.

### GRONOVII.

50 *Prodige utendum*] Non decere hominem alterius hominis vitam & caput tanquam rem vilem & parvi pretii, facile ac ſine parcimonia impendere.

51 *Peſtilentiam aut*] Creo ad Eteoclem regem apud *Stat.* II. Theb. 272. *Sat tua non æquis luimus perjuria divis, Urbem armis opibuſque gravem & modo civibus arctam, Ceu cœlo demiſſa lues inimicaque tellus, Hauſiſti.*

Y *Quod*

gium quam conſulere omnium ſaluti, quæ pace continetur.

* Numer. XXXV. Deut. XIX. † 1. Chron. XXVIII. 3.

3. Si jure Hebræo * & qui non volens hominem occidiſſet [52] fugere debebat: ſi Deus a Davide, † qui pia bella geſſiſſe dicitur, ideo templum ſuum ædificari vetuit y quod multum ſanguinem fudiſſet: ſi apud Græcos veteres expiatione opus habebant etiam qui ſine culpa manum cæde maculaſſent: quis non videat, præſertim Chriſtianus, quam res ſit infelix & mali ominis, quantoque niſu fugiendum bellum etiam non injuſtum? Certe apud Græcos Chriſtianiſmum profeſſos diu obſervatus eſt canon, a quo ſacris z ad tempus arcebantur qui hoſtem in qualicumque bello interfeciſſent.

a Baſil. ad Amphil. X, 13.

### GROTII.

y *Quod multum ſanguinem fudiſſet*] Οὐκ ἐπιτρέπει δὲ πολλοὺς πολέμους ἠγωνισμένῳ καὶ φόνῳ τῶν ἐχθρῶν μεμιασμένῳ. *non permiſit templum ſtruere ei qui multa bella bellaſſet, pollutuſque eſſet, hoſtili quidem, attamen ſanguine.* Verba ſunt *Joſephi* libro VII, c. 4. ubi & plura in hanc ſententiam ſequuntur. *Plinius* libro VII, cap. 25. poſt relata Cæſaris Dictatoris prælia: *non equidem in gloria poſuerim tantam etiam coactam humani generis injuriam.* *Philo* de Vita Moſis: καὶ γὰρ εἰ νόμιμοι αἱ κατ' ἐχθρῶν σφαγαὶ, ἀλλ' ὅγε κτείνων ἄνθρωπον, εἰ καὶ δικαίως καὶ ἀμυνόμενος καὶ βιασθεὶς, ὑπαίτιος εἶναι δοκεῖ διὰ τὴν ἀνωτάτω καὶ κοινὴν συγγένειαν. οὗ χάριν καθαρσίων ἐδέησε τοῖς κτείνασι πρὸς ἀπαλλαγὴν τοῦ νομισθέντος ἄγους γεγενῆσθαι· *quamvis enim legibus permiſſa ſint hoſtium occidiones, attamen quiſquis hominem interfecerit, quamvis juſte, quamvis ad ſui tutelam, quamvis coactus, aliquid labis contraxiſſe creditur, propter illam communem a ſumma cauſa venientem cognationem. Quapropter & purgatione quadam opus habebant tales interfectores, ad eluendum quod commiſſum videbatur piaculum.* (Pag. 650. E.)

z *Ad tempus*] Triennio. *Zonaras* Nicephoro Phoca.

### GRONOVII.

52 *Fugere*] Excedere patria & ſe conferre ad aliquod oppidorum, quæ habebant jus aſyli.

# CAPUT XXV.

## De cauſis belli pro aliis ſuſcipiendi.


I. *Bellum ſuſcipi juſte pro ſubditis:*
II. *Non ſemper tamen ſuſcipiendum.*
III. *An ſubditus innocens hoſti dedi poſſit, ut periculum vitetur.*
IV. *Bella item juſte ſuſcipi pro federatis æqualibus & inæqualibus,*
V. *Et pro amicis:*
VI. *Imo & pro hominibus quibuſvis:*
VII. *Poſſe tamen id ſine peccato omitti, ſi quis aut ſibi metuat, aut etiam nocentis vita.*
VIII. *An pro ſubditis alienis defendendis juſtum ſit bellum, diſtinctione explicatur.*
IX. *Injuſtas eſſe ſocietates & mercenariam militiam ſine cauſarum diſcrimine.*
X. *Etiam præcipue prædæ aut ſtipendii cauſa militare vitioſum eſſe.*

I. 1. **S**Upra cum de his, qui bellum gerunt, egimus, dictum ostenſumque a nobis eſt, 1 naturaliter non tantum unumquemque ſui juris eſſe executorem, ſed & alieni. quare quæ cauſæ juſtæ ſunt ipſi, cujus res agitur, eædem juſtæ ſunt iis, qui aliis opem ferunt. (22) *Lib. 1, c. v.*

2. Prima autem maximeque neceſſaria cura a pro ſubditis, 2 ſive qui familiari, ſive qui civili ſubſunt imperio; ſunt enim quaſi pars rectoris, ut ibidem diximus. Sic pro Gabaonitis, qui ſe populo Hebræo ſubjecerant, * arma ſumſit is populus, duce Joſua. *Majores noſtri*, inquit Cicero † ad Quirites, *ſæpe, mercatoribus ac naviculariis injurioſius tractatis, bella geſſerunt.* Alibi: a *quot bella majores noſtri ſuſceperunt, quod cives Romani injuria affecti, naviculari retenti, mercatores ſpoliati eſſe dicerentur?* Iidem Romani pro quibus ſociis arma ſumere noluerant, pro iis deditis, id eſt factis ſubditis, eadem ſumere neceſſarium duxerunt. Campani b ad Romanos: *quandoquidem noſtra tueri adverſus vim atque injuriam juſtâ vi non vultis, veſtra certe defendetis.* Florus c a Campanis 3 fedus, quod ante habebant, ſanctius ait factum omnium ſuorum deditione. 4 *Fides agi viſa*, inquit Livius, d *deditos non prodi.* *Navarr. xxiv, 18.* * *Joſ. x. 6.* † *Orat. pro Leg. Man. c. 5.* a *Verr. v. 58.* b Apud *Liv. VII. 31.* c *Lib. I. c. 16. n. 2.* d *Lib. VII. c. 31.*

II. Non tamen ſemper, quamvis juſta cauſa ſubditi alicujus obligat rectores ad bella ſumenda: ſed 5 ita demum, ſi id ſine omnium aut plurium ſubditorum incommodo fieri poteſt. Rectoris enim officium 6 magis circa totum quam circa partes verſatur: & 7 quo pars eſt major, eo ad totius naturam propius accedit.

III. 1. Ita-

GROTII.

a **P**Ro *ſubditis*] *Præcipitur* Perſicorum II. *οὐ γὰρ ὁ μηδὲν αὐτὸς ἀδικῶν δίκαιος, εἰ μὴ καὶ τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀδικουμένους ἔχων ἐν ἐξουσίᾳ ῥύεσθαι πέφυκεν· neque enim ſtatim juſtus eſt, qui injuriam nulli facit, niſi & eo ſit animo, ut tuteatur ſibi commiſſos adverſus alienas injurias.*

GRONOVII.

1 *Naturaliter*] Auctore ipſa natura propter cognationem omnium hominum inter ſe, non tantum ſuum jus propugnare ac ſibi factam injuriam ulciſci, ſed & pro aliis eadem facere unicuique licere.

2 *Sive familiari*] Propter bellum privatum, quod paterfamilias ſumere debet pro tuendis domeſticis.

3 *Fedus quod ante*] Quod Romani haberent & cum Samnitibus fœdus antiquum, & cum Campanis feciſſent novum, hoc novum ſanctius & prius, hoc eſt, veteri Samnitico præferendum reddidiſſe Campanos ait. *1, 16.*

4 *Fides agi viſa*] Viſum intereſſe fidei publicæ, ne, qui in clientelam veniſſent, desererentur.

5 *Ita demum*] Niſi propter unius vindictam aut omnes aut plures ſunt periclitaturi.

6 *Magis circa totum*] Magis conſiderat & antiquius putat, quod omnibus, quam quod ſingulis eſt utile.

7 *Quo pars eſt major*] Quoties plurium grave periculum & unius aut paucorum vindicta ſtant ex adverſo; omnibus ſimiliores & propinquiores ſunt plures quam unus aut pauci.

(22) Confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 6. §. 14. *J. B.*

b De-

Digitized by Google

*Soto de Juſt. & Jur. l. v, q. 1. art. 7.*

III. 1. Itaque, ſi civis unus, quamvis innocens, ad exitium ab hoſte depoſcatur, b dubium non eſt, quin 8 deſeri poſſit, ſi appareat, civitatem hoſtium viribus multo eſſe imparem. (bb, Diſputat contra hanc ſententiam Ferdinandus * Vaſquius: ſed, ſi non tam verba ejus, quam propoſitum ſpectetur, hoc videtur agere, ne civis talis temere deſeratur, ubi eum defendi poſſe ſpes ſit. Nam & hiſtoriam adfert Italici peditatus, † qui Pompejum rebus nondum plane deſperatis deſeruit, 9 de ſua ſalute certior factus a Cæſare; quod ille non immerito improbat.

** L. 1. contr. ill. c. 13.*

† *App. Alex.* Bell. Civ. Lib. II. pag. 478. *Ed. H. Steph.*

2. An vero etiam tradi in manus hoſtium poſſit civis innocens, ut vitetur imminens alioqui civitatis excidium, diſputant eruditi, & olim diſputatum eſt, ut cum Demoſthenes 10 nobilem illam de canibus, quos lupi pacis cauſa ab ovibus tradi ſibi poſtulabant, fabulam protulit. Negant id licere non Vaſquius tantum, ſed is, cujus ſententia ut perfidiæ propinqua a Vaſquio arguitur, Sotus. Ponit tamen Sotus, teneri talem civem ſe hoſtibus tradere: hoc quoque negat Vaſquius, quia natura ſocietatis civilis, quam ſui quiſque commodi cauſa iniit, id non poſtulet.

3. Sed hinc nihil aliud ſequitur, quam 11 ex jure proprie dicto civem ad hoc non teneri: at non etiam 12 caritatem pati, ut aliter faciat. Multa enim ſunt non juſtitiæ propriæ dictæ ſed dilectionis officia, quæ non tantum cum laude præſtantur, quod Vaſquius agnoſcit, ſed etiam omitti ſine culpa nequeunt. Tale autem omnino hoc videtur eſſe, (cc) ut maximæ multitudinis innocentis vitam ſuæ unius quis præferat. Praxithea in Euripidis Erechtheo, (*vers.* 32, *& seqq.*)

Εἴπερ

GROTII.

b *Dubium non eſt, quin deſeri poſſit* ] Vide conſilium Nicephori Patriarchæ datum Michaëli Rangabæ de transfugis pacis cauſa reddendis Bulgarorum duci, ubi hæc verba apud *Zonaram*: κρεῖσσον εἶναι παθεῖν κρίνοντες μετρίως τινὰς, ἢ πλήθη πάσχειν ἀνήριθμα· *ſatius judicemus eſſe, paucos aliquos mala ferre quam immenſam multitudinem.*

GRONOVII.

8 *Deſeri* ] Non defendi nec vindicari.

9 *De ſua ſalute* ] Poſtquam a Julio fidem acceperunt, nihil ipſis mali fore, ſi a Pompejo abſtinerent.

10 *Nobilem illam* ] Alexandro M. ab Athenienſibus oratores & duces dedi ſibi jubente. *Juſtin.* 11, 4. [Vide PLUTARCHUM, *in Demoſth.* pag. 856. E.]

11 *Ex jure proprie dicto* ] Ex fine ac jure ordinario initarum ſocietatum civilium.

12 *Caritatem* ] Officium & amorem patriæ, quod ſecuti *Codrus*, *Leonidas*, *Menæceus*, *Decii*, ſe pro civibus devoverunt; *Moſes* deleri e libro viventium, *Paulus* anathema fieri pro populo Iſraëlitico optavit.

(bb) Vide PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 2. §. 5. *J. B.*

(cc) At vero hoc caſu incertum ſatis eſt, an unius illius periculo ſalva futura ſit multitudo. Plura dicemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

c — Non

Digitized by Google

Εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα καὶ τὸ πλέσσονος
Τὸ μεῖζον, εἷς μὲν οἶκος ὀ πλέον σθένει,
Πταίσας ἁπάσης πόλεως, οὐδ' ἴσον φέρει.
*Si namque numeros, quidque ſit plus aut minus,*
*Percipimus animo,* c *non* 13 *malo unius domus*
*Communi vinci, ſed nec æquari poteſt.*

Atque ita Phocion * Demoſthenem atque alios hortabatur ad exemplum Leï filiarum & d Hyacinthidum potius mortem ipſi ſubirent, quam malum irreparabile patriæ inferri finerent. Cicero † pro P. Sextio: *ſi mihi in aliqua nave cum meis amicis naviganti hoc accidiſſet, ut multi ex multis locis prædones claſſibus eam navem ſe oppreſſuros minarentur, niſi me unum ſibi dedidiſſent: ſi id vectores negarent, ac mecum ſimul interire, quam me hoſtibus tradere mallent:* 14 *jeciſſem me potius ipſe in profundum; ut cæteros conſervarem, quam illos mei tam cupidos non modo ad certam mortem, ſed in magnum vitæ diſcrimen adducerem.* Idem de finibus III. a *Vir bonus & ſapiens, & legibus parens, & civilis officii non ignarus, utilitati omnium plus quam unius alicujus aut ſuæ conſulit.* Apud Livium b de Moloſſis quibuſdam dictum legimus: *equidem pro patria, qui lethum oppetiſſent, ſæpe fando audivi: qui patriam pro ſe perire æquum cenſerent, hi primi inventi ſunt.*

* *Diod. libro* XVII. c. 15.
† *Cap.* 20.
a *Cap.* 19.
b *Lib.* XIV. c. 26.

4. Sed, hoc poſito, reſtat dubitatio, an, quod ille facere tenetur, ad hoc cogi quoque poſſit. Negat hoc Sotus exemplo divitis qui egeno ſtipem dare ex miſericordiæ præſcripto tenetur, cogi tamen nequit. Sed notandum eſt, 15 aliam eſſe rationem partium inter ſe, aliam ſuperiorum, ubi cum ſibi ſubditis comparantur. Nam par parem cogere non poteſt, niſi ad id quod ex jure debetur ſtricte dicto. At ſuperior 16 cogere poteſt e etiam ad alia, quæ virtus quælibet præcipit, quia in jure proprio ſuperioris,

GROTII.

c —— *Non malo unius domus Commune vinci, ſed nec æquari poteſt*] Οὐ δίκαιον προσθήκην τὸ ὅλον μέρους εἶναι· *iniquum eſt, totum fieri acceſſionem partis.* Locus eſt apud *Philonem* fine libri II. de Vita Moſis, ubi & alia lectu digniſſima. (Pag. 652.)

d *Hyacinthidum*] Vide *Apollodorum* in bibliotheca. (*Lib.* III. *Cap.* 14. n. 8.)

e *Etiam ad alia, quæ virtus quælibet præcipit*] Sic apud Lucanos pœna erat dicta prodigis, ingratis apud Macedonas, otioſis apud eoſdem Lucanos & Athenienſes. adde quæ allata ad libri I, c. I. §. 9.

GRONOVII.

13 *Malo unius*] Malum unius perſonæ aut familiæ gravius aut par haberi poteſt malo totius civitatis.

14 *Jeciſſem me potius*] Sic Jonas propheta ultro ſe præſtitit in mare præcipitandum, quando ſuum ob delictum tempeſtatem ortam fatebatur. I, 12.

15 *Aliam eſſe rationem*] Diverſa eſſe, quæ civis a cive, & quæ magiſtratus aut populus a cive poſſunt exigere.

16 *Cogere poteſt etiam ad*] Poteſt ex officio legem facere ex honeſto neceſſarium.

§ Ad

Digitized by Google

rioris, 17 qua ſuperior eſt, hoc eſt comprehenſum. Sic in magna frumenti penuria cives cogi poſſunt, quod habent, in medium conferre: quare & in noſtra illa controverſia verius videtur, cogi poſſe civem, ut id faciat, quod exigit caritas. Atque ita is quem dixi Phocion amiciſſimum quendam ſibi Nicoclem nomine demonſtrans ajebat, huc malorum ventum *, ut ſi Alexander eum depoſceret, ipſe dedendum cenſeret.

Leſſ. lib. II. c. 9. dub. 7.

* Plutarch. in Phocion. p. 749. C.

IV. Subditis proximi, imo pares ſunt in hoc, ut defendi debeant ſocii, 18 in quorum federe comprehenſum id eſt, ſive in tutelam ſeſe & fidem aliorum dederunt, ſive mutua auxilia pacti ſunt. *Qui non repellit injuriam a ſocio, ſi poteſt, tam eſt in vitio, quam ille qui facit*, ait † Ambroſius. Pactiones autem tales f ad bella, quibus juſta cauſa non ſubſit, porrigi haud poſſe diximus alibi. Et hæc eſt cauſa, cur Lacedæmonii, *a* priuſquam bellum in Athenienſes ſuſciperent, ſociis omnibus de cauſæ juſtitia judicium permiſerint: & Romani *b* Græcis de bello in Nabidem. Nunc illud addamus, ne tunc quidem teneri ſocium, ſi nulla ſpes ſit boni exitus. Boni enim, non mali cauſa ſocietas contrahitur. Defendendus autem ſocius eſt etiam contra alium itidem federatum, niſi priori federe aliquid ſpecialius convenerit. Sic Corcyræos, ſi cauſa eorum juſta erat, Athenienſes defendere potuerunt *c* etiam contra Corinthios ſocios vetuſtiores.

† Offic. I. 36.

a Thucyd. L. I. c. 119. 125.

b Livius lib. XXXIV. c. 22.

c Vide ſupra, Cap. 16. §. 13. n. 2.

V. g Tertia cauſa eſt amicorum, quibus auxilium promiſſum quidem non eſt, ſed tamen amicitiæ quadam ratione debetur, ſi facile & ſine incommodo exhiberi poſſit. Sic pro Lotho cognato arma ſumſit Abrahamus; Antiatibus (dd) præceperunt Romani, ne in Græcos, utpote Italorum cognatos, piraticam exercerent. Iidem ſæpe non pro ſociis tantum, quibus ex federe id

Vict. de Ind. p. 2. n. 17.

Cajet. 2. 2. q. 4. art. 1.

### GROTII.

f *Ad bella, quibus juſta cauſa non ſubſit*] Vide *Simlerum* de Republica Helvetiorum [pag. 160. *Edit. Elzevir.*] *Domino guerram faciente alicui, ſi ſciatur, quod juſte, aut cum dubitabitur, vaſallus eum adjuvare tenetur. Sed cum palam eſt, quod irrationabiliter eam facit, adjuvet eum ad ejus defenſionem, ad offendendum vero alium non adjuvet.* Lib. II, *de Feudis* Tit. 28. *Hic finitur.*

g *Tertia cauſa eſt amicorum*] Oraculum vetus, [apud AELIANUM, *Var. Hiſt.* III. 44.]

*Ἀνδρὶ φίλῳ θνήσκοντι παρὼν πέλας οὐκ ἐβοήθεις·*
*Οὔ σε θεμιστεύσω. περικαλλέος ἔξιθι ναοῦ.*
*Non ope juviſti præſens in morte ſodalem:*
*Effabor tibi nil, niſi, Templi finibus exi.*

### GRONOVII.

17 *Qua ſuperior eſt*] Quatenus de inferioribus in uſum publicum ſtatuendi poteſtatem habet.

18 *In quorum federe*] Quibus defenſio & tutela in tabulis fœderis promiſſa eſt.

(dd) Habet hoc Auctor è STRABONE, *Geogr.* Lib. V. ſed rem non ſatis adcuratè narrat. Inſpice, ſi lubet, locum, *pag.* 354, 355. Edit. Pariſ. Caſaubon. *J. B.*

h *Plato*

id debebatur, ſed pro amicis bella ſuſceperunt, aut ſuſcipere minati ſunt.

VI. Poſtrema latiſſimeque patens eſt, hominum inter ſe conjunctio *, quæ vel ſola ad opem ferendam ſufficit. *Homo in adjutorium mutuum generatus eſt*, ‡ ait Seneca. Ejuſdem eſt: † *Sapiens, quoties poterit*, 19 *fortunæ intercedet.* Euripides in Supplicibus, (*vers.* 267, *& ſeqq.*)

*Præbent ſaxa perfugium feris,*
*Araque famulis, urbibus preſſis malo*
*Tutamen urbes.*

Ambroſio a *fortitudo, quæ defendit infirmos, plena juſtitia eſt*: qua de re ſupra b quoque egimus.

VII. 1. Quæritur hic, an teneatur etiam homo hominem, populus populum ab injuria defendere. h Plato puniendum cenſet, c qui vim alteri illatam non arcet: quod & d Ægyptiorum legibus cavebatur. Sed primum, ſi 20 manifeſtum ſit periculum, non teneri certum eſt. poteſt enim ſuam vitam & res alienis præferre. Atque ita interpretandum cenſeo illud Tullii, e *qui non defendit, nec obſiſtit, ſi poteſt, injuriæ, tam eſt in vitio, quam ſi parentes, aut patriam, aut ſocios deſerat.* ut *poteſt* illud intelligamus, cum ſuo commodo: nam & idem alibi dicit, f *non defendi homines ſine vituperatione fortaſſe poſſunt.* Apud Salluſtium eſt in hiſtoriis: g *omnes, qui ſecundis rebus ſuis ad belli ſocietatem orantur, conſiderare debent*, 21 *liceatne tum pacem agere; dein*, 22 *quod quæritur, ſatiſne pium, tutum, glorioſum, an indecorum ſit.*

2. i Senecæ quoque hoc non ſpernendum: *ſuccurram perituro, ſed ut ipſe non peream, niſi ſi futurus ero magni hominis aut* 23 *magnæ rei merces.* Sed ne tunc quidem tenebitur, ſi oppreſſus niſi morte

* Cic. de Fin. III. de Off. I. L. ut vim, 3. D. de Juſt & Jur.
‡ de Ira l. I, cap. 5.
† de Clem. II. 16.
a De Off. I, 27.
b Lib. I. c. 5.
c De legib. IX. pag. 881.
d Diod. l. I. c. 77.
e De Offic. I. 7.
f Apud Ammian. Marc. Lib. XXX. c. 4. pag. 643.
g Fragm. IV. 2.
Leſſ. lib. II. c. 4. dub. 15.

**GROTII.**

h *Plato puniendum cenſet, qui vim alteri illatam non arcet*] Et Hebræi, *Moſes de Kotzi* præcepto jubente LXXVII. LXXX. vetante CLXIV. CLXV.

i *Seneca quoque*] Locus eſt de beneficiis II, 15. alter non diſſimilis ejuſdem argumenti lib. I, cap. 10. *Dignum etiam impendio ſanguinis mei tuebor, & in partem diſcriminis veniam: indignum, ſi eripere latronibus potero clamore ſublato, ſalutarem vocem homini non pigebit emittere.* Vide quæ ſupra libro II, c. I. §. 8.

**GRONOVII.**

19 *Fortunæ intercedet*] Quos adfligit fortuna, ſublevabit.

20 *Manifeſtum ſit periculum*] Ejus, quem decebat pro alio propugnare: ſi videat is, ſe ſuſcipiendo cauſam alienam in dubio ſuam quoque ſalutem poſiturum.

21 *Liceatne tum pacem agere*] Utrum ipſis conſultum ſit, in alieno periculo quieſcere, an metuendum habeant, ne vicinum incendium ad ſe quoque tranſeat.

22 *Quod quæritur*] Quod rogantur, poſſentne id, ſalva pietate, ſalva ſalute, ſalva denique fama & exiſtimatione ſua, aggredi.

23 *Magnæ rei merces*] Niſi pro homine aut re maximi pretii & valde utili me impendam.

morte invaſoris eripi non poteſt. Nam ſi invaſoris vitam, qui invaditur, ſuæ poteſt præferre, 24 ut alibi diximus, non peccabit, qui invaſum id aut credet, aut volet malle: præſertim cum ex parte invaſoris majus ſit periculum 25 damni irreparabilis & ſempiterni.

VIII. 1. Eſt & illud controverſum, an juſta ſit belli cauſa pro ſubditis alienis, ut ab eis arceatur imperantis injuria. Sane ex quo civiles ſocietates inſtitutæ ſunt, certum eſt, rectoribus 26 cujuſque ſpeciale quoddam in ſuos jus quæſitum. Euripides Heraclidis (*vers.* 143, 144.)

> *δίκαιοι δ' ἐσμὲν οἰκοῦντες πόλιν*
> *Αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς κυρίους κραίνειν δίκας:*
> *Nos, quotquot hujus colimus urbis mœnia,*
> *Sufficimus ipſi noſtra judicia exſequi.*

* *Fragm. Phœnicis Euripid. vers.* 19, 20.

Nec aliò illud pertinet: *

> 27 *Spartam, tibi quæ contigit, orna:*
> *Nobis fuerint curæ Mycenæ.*

† *Lib.* V. c. 18.

Et Thucydides inter ſummi imperii ſigna poſuit † *τὸ αὐτόδικον, judiciorum ſummam poteſtatem*, non minus quam *τὸ αὐτόνομον καὶ τὸ αὐτοτελές*, id eſt, *legum & magiſtratuum creandorum jus.* Nec aliò pertinet poëticum illud:

*Virg. Æn.* I. *vers.* 142.

> *Non illi imperium pelagi* 28 *regnumque tridentis,*
> *Sed mihi ſorte datum.*

Et huic non diſſimile illud.

*Ovid. Met.* XIV. *vers.* 784.

> k *Reſcindere numquam*
> *Dis licet acta Deûm.*

*a Hippolyto. vers.* 1328.

Et apud *a* Euripidem:

> *Mos ille eſt Deûm;*
> *Quod cupit unus, huic* 29 *nefas obſiſtere:*

b *Lib.* I. *de Off. c.* 13.

Nimirum, ut recte explicat *b* Ambroſius: *ne, uſurpata* 30 *aliarum partium ſollicitudine, bellum inter ſe incitarent.* *τοὺς σφετέρους αὐτῶν*

τινα

GROTII.

k —— *Reſcindere numquam Dis licet acta Deûm*] Ejuſdem eſt III. Metamorphoſeôn, (vers. 336.)

> —— *Neque enim licet irrita cuiquam*
> *Facta Dei feciſſe Deo.*

GRONOVII.

24 *Ut alibi*] 2, 1. 9.

25 *Damni irreparabilis*] Quia in peccato periturus eſt ſine pœnitentia.

26 *Cujuſque*] Societatis.

27 *Spartam orna*] *Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει.* Proverbium, quo quiſque jubetur, alienis rebus omiſſis, ſuas curare.

28 *Regnumque tridentis*] *Sævumque tridentem.*

29 *Nefas obſiſtere*] Quæ omnia eò pertinent, ut moneamur, poteſtatem ſupremam non debere ſe immiſcere alterius poteſtatis pariter ſupremæ juriſdictioni.

30 *Aliarum partium*] Terrarum, regionum, finium.

1 Ut

Digitized by Google

*τινα κολάζειν*, 1 *ut in ſuos quiſque animadvertant*. æquum eſſe cenſent Corinthii apud * Thucydidem. Et Perſeus in oratione ad Martium, quod in Dolopes feciſſet, negat ſe defenſurum: † *jure*, inquiens, *feci meo, cum mei regni, mea ditionis eſſent*. Sed hæc omnia locum habent, ubi vere delinquunt ſubditi, adde etiam, ubi dubia eſt cauſa. a In hoc enim inſtituta eſt illa imperiorum diſtributio.

* *Lib.* I. c. 43.
† *Livius lib.* XLII. c. 41.
a *Vict. rel. de Ind.* n. 15.

2. At non etiam, 31 ſi manifeſta ſit injuria, ſi quis Buſiris, Phalaris, Thrax Diomedes ea in ſubditos exerceat, quæ æquo nulli probentur, 32 ideo præcluſum erit jus humanæ ſocietatis. Sic in Maxentium & in Licinium Conſtantinus, m in Perſas alii Romanorum Imperatores arma ceperunt, aut capere minati ſunt, 33 niſi vim a Chriſtianis religionis nomine arcerent.

m *Vict. rel. de Ind. p.* 2, n. 13.

3. Imo etiam ſi daretur, ne in ſumma quidem neceſſitate arma recte a ſubditis ſumi (qua de re dubitare 34 vidimus illos ipſos, quorum inſtitutum fuit regiam poteſtatem defendere) non tamen inde ſequetur, non poſſe pro ipſis ab aliis arma ſumi. Quoties enim actioni alicui 35 impedimentum ponitur perſonale, non ex re; toties quod uni non licet, alteri pro eodem licere poteſt, ſi modo tale ſit negotium, in quo alter alteri prodeſſe poſſit. Sic pro pupillo, 36 cujus perſona judicium non capit, litigat tutor aut alius: pro abſente etiam 37 ſine mandato defenſor. Impedimentum autem quod reſiſtere ſubditum prohibet, non ex cauſa venit quæ eadem eſt 38 in ſubdito & in non ſubdito, ſed

39 ex

### GROTII.

1 *Ut in ſuos quiſque animadvertant*] *Auguſtinus* II. de Libero Arbitrio: *non enim, ut alicujus eſt bonitatis, alienis præſtare beneficia, ita juſtitia, vindicare in alienos*. Procopius Vandalicorum I. τὴν ὑπάρχουσαν ἡγεμονίαν αὐτόν τινα διοικεῖσθαι καλὸν, καὶ μὴ ἀλλοτρίας οἰκειοῦσθαι φροντίδας· *quod cuique obtigit imperium, id ut adminiſtret, ac ne alienas curas in ſe trahat, honeſto convenit*.

m *In Perſas alii Romanorum Imperatores*] Exemplum ſimile habes in rebus Pipini apud *Fredegarium* in fine.

### GRONOVII.

31 *Si manifeſta ſit injuria, ſi quis Buſiris, Phalaris, Thrax Diomedes ea in ſubditos exerceat, qua æquo nulli probentur, ideo præcluſum erit jus humana ſocietatis*] Hæc verba ex infami amphitheatro *Gar. Scribanii* deſumta, ſcribit *Rivetus* in dialyſi ſect. 8, num. 2. pag. 259.

32 *Ideo præcluſum erit*] Non propter illorum jus in ſuos vetitum erit alienigenis, intercedere illorum injuſtitiæ, quod omnibus bonis commune ſocietatis inter ipſos vinculum dedit.

33 *Niſi vim*] Abſtinerent a perſecutione & ſuppliciis Chriſtianorum ob religionem.

34 *Vidimus illos ipſos*] I, 4. 8.

35 *Impedimentum perſonale*] Ex perſona vel conditione certi generis hominum, ut hic ſunt ſubjecti.

36 *Cujus perſona judicium*] Qui non habet perſonam ſtandi in judicio.

37 *Sine mandato defenſor*] Nam *defenſor* proprie, qui pro reo intervenit abſque mandato, in tit. *D. de procur. & defenſ.*

38 *In ſubdito & non*] Tam enim ſubjecto, quam non ſubjecto poteſt fieri a ſuperiore injuria.



n Ut

Digitized by Google

39 ex perſonæ qualitate, quæ in alios non tranſit.

4. Sic Seneca * exiſtimat bello a me peti poſſe, qui a mea gente ſepoſitus ſuam exagitat, ut diximus, cum de pœnis expoſcendis ageretur: quæ res ſæpe cum defenſione (ee) innocentium conjuncta eſt. Scimus quidem ex veteribus noviſque hiſtoriis, 40 alieni cupiditatem hos ſibi quærere obtentus: ſed non ideo ſtatim jus eſſe deſinit, ſiquid a malis uſurpatur. Navigant & piratæ: (ff) ferro utuntur & latrones.

* *De Benef.* VII. 19.

IX. 1. Sicut autem ſocietates bellicas eo initas animo, n ut in quodvis bellum nullo cauſæ diſcrimine promittantur auxilia, illicitas diximus, ita nullum vitæ genus eſt improbius quam eorum qui ſine cauſæ reſpectu mercede conducti militant, & quibus.

*Silv. in verbo bellum p. 1. §. 10. circa f. Livius lib.* XXXII.

*Ibi fas, 41 ubi plurima merces.*

Quod Plato (gg) ex Tyrtæo probat. Hoc ipſum eſt quod Ætolis a Philippo † exprobratum legimus: & Arcadibus a (hh) Dionyſio Mileſio his verbis: 42 *ἀγορὰ πολέμου πρόκειται, καὶ τὰ τῶν Ἑλλήνων κακὰ τὴν Ἀρκάδων τρέφει καὶ περιέρχεται πόλεμος αἰτίαν οὐκ ἔχων· belli inſtituuntur nundinæ, & Græcorum mala 43 in fructu ſunt Arcadibus, & ſine cauſarum reſpectu modo huc modo illuc arma circumferuntur.* Res ſane miſeranda, ut Antiphanes loquitur:

† *Livius,* XXXII. 34.

Ὃς

GROTII.

n *Ut in quodvis bellum nullo cauſæ diſcrimine promittantur auxilia*] Iterum *Somlerum* hac de re vide.

GRONOVII.

39 *Ex perſona*] Ex neceſſitate parendi & patiendi.

40 *Alieni cupiditatem*] Qui cupiunt aliena invadere, hoc prætextu diſſimulare propoſitum ſuum, quaſi veniant vindicatum alienas injurias (*Juſtin.* 4, 3. 15, 1. 16, 1. 17, 2. 18, 3.) etſi ſerviant aviditati ſuæ.

41 *Ubi plurima*] Ut Galli humiliorum ſemper mercenaria manus. *Juſtin.* 28, 3.

42 Ἀγορὰ] Bellum habetur pro mercatu, pro nundinis, pro augendæ rei & pecuniæ faciendæ occaſione.

43 *In fructu ſunt*] Quæſtum præbent.

(ee) Videtur heic, in omnibus Editionibus, excidiſſe vox *ſubditorum*, quam ſeries orationis poſtulat. *J. B.*

(ff) Adludit forte Auctor ad illud QUINTILIANI: *Non fabricetur Militi gladius: poteſt uti eodem ferro Latro.* Inſt. Orat. Lib. II. Cap. 16. *J. B.*

(gg) Locus, quem in animo habuit Auctor, exſtat *De Legib.* Lib. I. pag. 630. B. *Tom. II. Ed. H. Steph.* ubi equidem Philoſophus adludit ad verſus duos *Tyrtæi*, ſed in quibus Poëta nullo modo loquitur de iis qui mercede conducti militant. *Plato* tantum de illis loquitur, ſed ita ut ejuſmodi vitæ genus, in ſe ſpectatum, nec vituperet, nec laudet. *J. B.*

(hh) Locum forte reperi apud PHILOSTRATUM, *Vit. Sophiſt.* Lib. I. Cap. 22. ſed qui non ſatis adcuratè refertur & vertitur. Dicemus plura, Deo dante, in Notis Gallicis. *J. B.*

o Qui

Digitized by Google

Ὃς ἕνεκα τοῦ ζῆν ἔρχετ' ἀποθανούμενος,
*Miles o qui vita cauſa* 44 *ſe auctorat neci.*

Dion Pruſæenſis : καί τοι τί τοῦ ζῆν ἀναγκαιότερόν ἐστιν, ἢ τί τούτου περὶ πλείονος ποιοῦνται πάντες; ἀλλ' ὅμως καὶ τοῦτο ἀπολλύουσι διὰ χρημάτων ἐπιθυμίαν· *quid magis eſt neceſſarium nobis, aut quid pluris ſit quam vita? & tamen hanc quoque non pauci perdunt, dum pecuniam quærunt.*

2. Parum vero quod ſuam vendunt necem, niſi & aliorum ſæpe innocentium venderent. tanto carnifice deteſtabiliores, p quanto pejus eſt ſine cauſa, quam ex cauſa occidere: ſicut Antiſthenes * dicebat carnifices tyrannis eſſe ſanctiores, quod illi nocentes, hi innocentes interficerent. 45 Major Philippus Macedo huic hominum generi, † τὰς τροφὰς εἰωθόσιν ἔχειν ἐκ τοῦ μισθοφορεῖν, *quibus unus ex militia quæſtus eſſet*, dicebat bellum eſſe pacem, pacem bellum.

*Bellinus de Re milit. II, p. tit. 2. n. 4.*
* Apud *Stob. Serm.* 17.
† *Diod. Sic.* XVIII. 10.

3. Non eſt inter artificia bellum, imo res eſt tam horrenda, ut eam niſi ſumma neceſſitas, aut vera caritas honeſtam efficere nequeat: quemadmodum ex iis intelligi poteſt quæ capitum antecedentium proximo dicta a nobis ſunt. Auguſtino judice a *militare non eſt delictum, ſed propter prædam militare peccatum eſt.*

a *De verbis Domini, ſecundum Matthæum citatur cauſa* XXXIII. *quæſt.* 1. c. 5.

X. Imo & propter ſtipendium, ſi id unice aut præcipue ſpectetur: cum alioqui ſtipendium accipere licitum ſit omnino: τίς στρατεύεται ἰδίοις ὀψωνίοις ποτέ; ait Paulus *b* apoſtolus: *quis ſuis impenſis militat?*

b 1 *Cor.* IX, 7.

GROTII.

o *Qui vita cauſa ſe auctorat neci*] Vita parari ea in quibus vita conſumitur, dixit *Seneca* naturalium v, 18. *Plautus* Bacchidibus,

*Suam qui auro vitam venditant.*

*Guntherus* (Ligurin. L. III.)

*Ære dato conducta cohors, & bellica miles*
*Dona ſequens, pretioque ſuum mutare favorem*
*Suetus, & accepto pariter cum munere bello*
*Hunc habuiſſe, dator pretii quem juſſerit, hoſtem.*

p *Quanto pejus eſt ſine cauſa, quam ex cauſa occidere*] *Seneca* naturalium v, 18. *Hoc vero quid aliud quis dixerit, quam inſaniam? circumferre pericula, & ruere in ignotos, iratum ſine injuria, occurrentia devaſtantem, ac ferarum more occidere quem non oderis?*

GRONOVII.

44 *Auctorat ſe neci*] Ut victum & alimenta habeat, pro ſtipendio hoſti ſeſe objicit occidendum alieno. Proprie *auctorari* dicebantur, qui ſe vendebant in ludum gladiatorium. *Horat.* 2, ſat. 7. v. 59.

45 *Major Philippus*] Amyntæ filius, pater Alexandri: qui *minor*, fuit Demetrii filius, pater Perſei.



Digitized by Google

# CAPUT XXVI.

## De cauſis juſtis ut bellum geratur ab his qui ſub alieno imperio ſunt.

I. *Qui dicantur eſſe ſub alieno imperio.*
II. *Quid hic faciendum ſi ad deliberationem adhibeantur, aut liberam electionem habeant.*
III. *Si imperetur ipſis, & cauſam belli injuſtam credant, non militandum.*
IV. *Quid ſi dubitent?*
V. *Pietatis eſſe hac in re dubitantibus ſubditis parcere, ſub onere tributi extraordinarii.*
VI. *Quando ſubditorum arma juſta ſint in bello injuſto.*

I. EGimus de his qui ſunt ſui juris: ſunt alii in conditione parendi poſiti, ut filii familiarum, ſervi, ſubditi, etiam cives ſinguli, ſi 1 cum civitatis ſuæ corpore comparentur.

*Ægid. Reg. de act. ſupern. diſp. 31. n. 80. Vict. de Jure belli n. 21.*

II. Hi vero ſi aut ad deliberationem adhibentur, aut libera ipſis optio datur militandi aut quieſcendi, eaſdem regulas ſequi debent, quas illi, qui ſuopte arbitrio pro ſe aut aliis bella ſuſcipiunt.

III. 1. At ſi 2 edicitur ipſis ut militent, quod fieri ſolet, ſi quidem conſtat ipſis injuſtam eſſe belli cauſam, abſtinere omnino debent. Deo potius obediendum quam hominibus, non * Apoſtoli tantum dixerunt, a ſed & Socrates: & apud magiſtros b Hebræorum exſtat ſententia, indicans regi contra *Dei* legem quid præcipienti prorſus non parendum. Polycarpi jamjam morituri dictum exſtat: *δεδιδάγμεθα γὰρ ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ἀπὸ Θεοῦ τεταγμέναις τιμὴν κατὰ τὸ προσῆκον τὴν μὴ βλάπτουσαν ἡμᾶς ἀπονέμειν· didicimus imperiis ac poteſtatibus a Deo ordinatis exhibere honorem*

** Act. V, 29.*

GROTII.

a *SEd & Socrates*] *Plato* id nos docet in ipſius apologia. (pag. 29. C. *Ed. H. Steph.*) Et Apollonius, qui Neronis Edicto illud Sophocleum opponebat:

Οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τόδε.
*Nam juſſa non hac Jupiter dederat mihi.* [Apud *Philoſtratum*, Lib. IV. c. 38. *Edit. Olear.*]

b *Hebræorum exſtat ſententia*] Quam & *Joſephus* eis tribuit antiquæ hiſtoriæ XVII. θαυμαστὸν δὲ οὐδὲν εἰ τῶν σῶν δογμάτων ἀξιωτέρους τετηρῆσθαι ἡγούμεθα νόμους οὓς Μωϋσῆς ὑπαγορεύοντος καὶ διδαχῇ τοῦ Θεοῦ γραψάμενος κατέλιπε. *nihil vero mirum, ſi ſervatu digniora credimus juſſis tuis ea qua Moſes Deo ſuggerente ac docente ſcripta reliquit.* (Cap. 8. pag. 596. G.) Adde Rabbinum *Tanchumam*, citante *Druſio* ad locum Actorum.

GRONOVII.

1 *Cum civitatis ſua*] Univerſo populo aut majore parte populi.

2 *Edicitur ipſis*] Si non habent partes conſiliorum, ſed tantum ad delectum citantur, ut ſacramentum dicant.

c In

*rem quem par eſt, quique ſalutem noſtram non impediat.* Et Paulus Apoſtolus: * *filii*, inquit, *obedite parentibus* c *in Domino, id enim æquum eſt.* Ad quem locum † Hieronymus: *peccatum filiorum eſt non obedire parentibus; & quia poterant parentes aliquid imperare perverſum, adjunxit, in Domino.* Et d de ſervis addit: *cum* 3 *Dominus carnis a Domino ſpiritus diverſum imperat, non eſt obediendum.* Idem alibi: *in illis tantum debent dominis & parentibus eſſe ſubjecti, quæ contra Dei mandatum non ſunt.* Nam & idem ille Apoſtolus dixerat, a ſui quemque operis mercedem reportaturum, ſive liberum, ſive ſervum. Tertullianus vero: b *ſatis præſcriptum habemus, in omni obſequio eſſe nos oportere, ſecundum Apoſtoli præceptum,* e *ſubditos magiſtratibus, principibus, & poteſtatibus: ſed* 4 *intra limites diſciplinæ.* In martyrologio Silvanus martyr: *iccirco* 5 *Romanas leges contemnimus ut juſſa divina ſervemus.* Apud Euripidem c dicenti Creonti:

* Eph. VI, 1. † Tom. IX. p. 237. C. a Eph. VI, 8. b De Idolol. c. 15. c Phœniſſis, vers. 1642.

*Nonne exequi mandata fas ipſum jubet?*

Reſpondet Antigone:

*Non imperata jure nec jus exſequi.*

Muſo-

GROTII.

c *In Domino*] *Chryſoſtomus* hoc *in Domino* ſic explicat: τουτέστιν ἐν οἷς μὴ προσκρούῃς Θεῷ· *id eſt in quibus Deum offenſurus non es.* Idem ad patrem infidelem: οὐ γὰρ δὴ μικρὸς ἡμῖν κεῖται μισθὸς τοῖς τοὺς γεγεννηκότας τιμῶσιν, ἀλλ' ὡς δεσπότας αὐτοὺς ἡγεῖσθαι κελευόμεθα, λόγῳ τε καὶ ἔργῳ θεραπεύειν, ὅταν μὴ δὴ τὰ τῆς εὐσεβείας παραβλάπτηται. *non enim exigua nobis merces propoſita eſt, ſi honorem exhibeamus parentibus, ſed ut dominos eos habere jubemur, verbiſque & rebus obſequium ipſis præſtare, extra quam ſi pietas lædenda eſt.* Sic accipe illud *Hieronymi*, *per calcatum perge patrem*, declamatorie dictum, ſumtumque a *Latrone* declamatore apud *Senecam*, (Controverſ. VIII. p. 142. *Edit. Gronov. major.*) & quæ apud *Ambroſium* de Virginitate, & apud *Auguſtinum* epiſt. XXXVIII. ad Lætum, & canone IV, Arabicæ interpretationis *concilii Niceni* I.

d *De ſervis*] *Chryſoſtomus* I Cor. VII, 24. καὶ γάρ εἰσιν ὅροι δούλῳ παρὰ τοῦ Θεοῦ κείμενοι. καὶ μέχρι ποῦ δεῖ φυλάττειν αὐτοὺς καὶ τοῦτο νενομοθέτηται, καὶ ὑπερβαίνειν αὐτοὺς οὐ χρή. ὅταν γὰρ μηδὲν ὁ δεσπότης ἐπιτάττῃ τῶν μὴ δοκούντων τῷ Θεῷ, ἕπεσθαι δεῖ καὶ πείθεσθαι, περαιτέρω δὲ μηδέν· *Sunt & ſervis limites ſui a Deo præſcripti, & quouſque eos ſervare oporteat & hoc præceptum eſt, neque eos licet excedere. Ubi enim nihil dominus jubet eorum quæ Deo improbantur, ſequi & obſequi oportet, non ultra.* De matrefamilias *Clemens Alexandrinus*: πάντα τῷ ἀνδρὶ πειθομένη, ὡς μηδὲν ἄκοντος ἐκείνου πρᾶξαί ποτε, πλὴν ὅσα εἰς ἀρετήν τε καὶ σωτηρίαν διαφέρειν νομίζηται· *in omnibus viro parebit, neque eo invito faciet quicquam, extra quæ credet ad virtutem ſalutemque momentum habere.*

e *Subditos magiſtratibus*] Exempla illuſtria & pœnæ & laudis vide I *Sam.* XXII, 18. 19. I *Reg.* XVIII, 4. 13. II *Reg.* I, 10. 12. 14. Apud Chriſtianos Manuel & Georgius detrectarunt miniſterium occidendæ Auguſtæ. *Nicetas* Alexio Manuelis filio.

GRONOVII.

3 *Dominus carnis*] Magiſtratus aut præfectus aut conductor, aliquid repugnans Dei præceptis.

4 *Intra limites diſciplinæ*] Non contra aut ultra officia Chriſtianæ religionis.

5 *Romanas leges*] Non quaſvis, ſed de immolando diis & abſtinendo a ſacris Chriſtianorum.



Digitized by Google

*Stob. tit. 77. liber. parent. honorand.* Muſonius ita ait: *ſi quis aut patri*, f *aut magiſtratui*, *aut domino turpia aut iniqua factu imperanti non paret*, *is nec inobediens eſt*, *nec injuriam facit*, *nec peccat*.

** L. II, c. 7.* 2. Gellius * negat probam eſſe ſententiam, omnia eſſe quæ pater juſſerit parendum. *Quid enim*, ait, *ſi proditionem patriæ*, *ſi matris necem*, *ſi alia quædam imperarit turpia aut impia? Media igitur ſententia optima atque tutiſſima viſa eſt*, *quædam eſſe parendum*, *quædam non obſequendum*. g Seneca pater: *non omnibus imperiis parendum eſt*. h Quintilianus † : *non omnia neceſſe eſt facere liberis*, *quæcumque patres imperant*. *Multa ſunt quæ fieri non poſſunt. Si imperes filio ut ſententiam dicat* 6 *contra quam exiſtimet: ſi teſtimonium jubeas dici ejus rei quam ignoret: ſi ſententiam in ſenatu: ſi capitolium me incendere jubeas*, 7 *arcem occupare*, *licet dicere: Hæc ſunt quæ fieri non oportet*. Seneca *a*: *non aut nos omnia jubere poſſumus*, *aut in omnia ſervi parere coguntur. Contra rempublicam imperata non facient: nulli ſceleri manus commodabunt*. Sopater: *ἔδει*, *φησὶ*, *πεισθῆναι τῷ πατρί. εἰ μὲν κατὰ νόμους*, *καλῶς. εἰ δὲ παρὰ τὸ πρέπον*, *οὐκ εὔλογον· patri*, inquit, *parendum eſt. Si quidem intra jura*, *recte: ſin ultra honeſtum*, *non convenit*. i Irriſus olim Stratocles, *b* qui legem Athenis rogaverat, ut quicquid Demetrio regi placuiſſet id in Deos pium & inter homines juſtum eſſet. Plinius *c* alicubi 8 elaboratum a ſe ait, ut conſtaret k 9 miniſterium crimen eſſe.

† *Decl. 271.*

*a De Benefic. III, 2c.*

*b Plutarch. in Demetr. p. 899, 900.*

*c Lib. III. Epiſt. 9.*



**GROTII.**

f *Aut magiſtratui*] In paganis hominibus duo ſunt nobilia exempla eorum qui principibus ad inhoneſta obſecuti non ſunt, Papiniani ſatis celebratum, & alterum Helpidii apud *Ammianum* XXI. (Cap. 6.) Severus ne eos quidem pœnæ expertes voluit eſſe qui Imperatori obſecuti eſſent ad necem ſenatoris. Vide *Xiphilinum*, (pag. 310. A. *Ed. H. Steph.*)

g *Seneca pater*] Libro I, controverſia I.

h *Quintilianus*] Idem alibi: *non omnia præſtanda etiam parentibus. Alioquin nihil eſt perniciosius acceptis beneficiis: ſi in omnem nos obligant ſervitutem.* (Declamat. 333.)

i *Irriſus olim Stratocles*] Talis erat ſyngrapha illa quam a Baſilio Camatero Andronicus Comnenus exegerat: ἐκεῖνα ἐν τῷ ἀρχιερατεύειν διαπράττεσθαι ὅσα φιλητὰ Ἀνδρονίκῳ, κἂν εἴησαν παραθέμιτα, κἀκεῖνα πάλιν ἀποστυγεῖν, ὁπόσα οὐχ ἡδύνει Ἀνδρόνικον· *illa in pontificio ſe facturum quæ grata Andronico eſſent*, *quamvis plane nefaria: contra defugiturum ſe ea quæ Andronico non placerent.*

k *Miniſterium crimen eſſe*] *Tertullianus* de Anima: *plus caditur qui jubet*, *quando nec qui obſequitur excuſatur.* (Cap. 40.) & de Reſurrectione carnis: *cum humana cenſura eo perfectior habeatur*, *quo etiam miniſtros facti cujuſque depoſcit*, *nec parcens aut invidens illis*, *quo minus cum auctoribus aut pœnæ aut gratiæ communicent fructum.* (Cap. 15.) Vide *Gailium* de Pace publica lib. I, c. IV. n. 14.

**GRONOVII.**

6 *Contra quam exiſtimet*] Secus atque apud animum ſuum perſuaſus eſt.

7 *Arcem occupare*] Tyrannidis invadendæ cauſa. *Juſtin.* 16, 4.

8 *Elaboratum*] Diſputatum & probatum argumentis.

9 *Miniſterium*] Etiam qui flagitii aut ſceleris ſciens miniſter eſt, teneri, non tantum imperantem.



Digitized by Google

3. Ipſa jura civilia, quæ peccatis excuſabilibus facile veniam præbent, favent quidem his qui parere neceſſe habent, ſed non in omnibus. Excipiunt enim * ea quæ atrocitatem habent facinoris vel ſceleris, quæ ſua ſponte ſcelerata ac nefaria ſunt, ut loquitur † Tullius, maleficia quæ 10 ſponte & 11 non diſputatione juriſconſultorum ſed 12 naturali interpretatione fugienda ſunt, ut Aſconius *a* interpretatur.

* *L. Adeo.* 157. *D. de R. J.*
† *In Verr.* 1. 42.
a *In hunc loc.*

4. Narratum Hecatæo Joſephus *b* memorat, Judæos qui Alexandro Macedoni militabant, neque verberibus neque contumeliis ullis adigi potuiſſe, ut ad Beli templum, quod Babylone erat, inſtaurandum, humum cum militibus cæteris aggererent. Sed propius noſtri argumenti exemplum habemus in Thebæa legione, de qua 13 ſupra egimus; & in Juliani militibus, de quibus ſic Ambroſius: *Julianus Imperator quamvis eſſet apoſtata, habuit tamen ſub ſe Chriſtianos milites: quibus cum dicebat, producite aciem pro defenſione reipublicæ, obediebant ei:* 1 *cum autem diceret eis, producite arma in Chriſtianos, tunc* 14 *agnoſcebant Imperatorem cœli.* Sic & 15 ſpiculatores legimus ad Chriſtum converſos mori potius elegiſſe, quam edictis & judiciis in Chriſtianos manum commodarent.

b *Lib.* 1. *contr. Apion.* pag. 1048, 1049.

5. Tantundem erit ſi quis falſo (aa) perſuaſus ſit quod imperatur injuſtum eſſe. Nam huic tantiſper ea res pro illicita eſt, quamdiu eam opinionem non poteſt deponere: ut ex 16 ſupra tractatis apparet.

*Vict. de Jure belli* n. 23.

IV. 1. Quod

GROTII.

1 *Cum autem diceret eis, producite arma in Chriſtianos*] Non enim ab omni vi in Chriſtianos abſtinuit Julianus, tunc maxime ubi colorem aliquem nactus ſibi videbatur. *Julianus Chriſtiani jugulator exercitus*, in *Hieronymi* ſcripto ad Nepotianum. [Epitaph. Nepotian. Tom. I. pag. 26. C. *Ed. Baſil.*] cœptam ejus imperio Antiochiæ perſecutionem, & juvenem quendam tortum, narrat *Auguſtinus* de Civitate Dei, lib. XVIII. cap. 52. in martyrologiis memoria celebratur S. Eliphii Scoti & ſociorum ejus 33. quos Julianus inter Tullenſem & Grandenſem civitatem decollari fecit. Vide & *Joannem Antiochenum* in excerptis ex manuſcripto Peireſiano. *Auguſtinus* epiſtola L. ad Bonifacium citatus a Gratiano cauſa XI, quæſt. III. *Julianus exſtitit infidelis Imperator. nonne exſtitit apoſtata iniquus & idololatra? milites Chriſtiani ſervierunt Imperatori infideli, ubi veniebant ad cauſam Chriſti non agnoſcebant niſi illum qui in cælo erat: quando volebat ut idola colerent & thurificarent, præponebant illi Deum.*

GRONOVII.

10 *Sua ſponte*] Per ſe, ex natura rei omnibus nota.

11 *Et non diſputatione*] Tanquam in re dubia ante illorum inquiſitionem & argumentationem.

12 *Naturali interpretatione*] Senſu communi ſatis judicante.

13 *Supra egimus*] 1, 2. extremo. & 4, 8.

14 *Agnoſcebant Imperatorem*] Detrectabant imperium, ne Deum offenderent.

15 *Spiculatores*] Genus militum circa principem, per quos inter alia fiebat executio capitalium ſententiarum in milites aut honeſtiores togatos pro carnifice: ut ſub primis imperatoribus per centuriones.

16 *Supra tractatis*] 2, 23. 2.

(aa) Vocem illam *falſo* addidit, quam ſententia manifeſto poſtulat, etſi in omnibus Editionibus deſit. *J. B.*

IV. 1. Quod ſi dubitet, res licita ſit necne, eritne quieſcendum an parendum? Parendum plerique cenſent: nec obſtare illud laudatum, Quod dubites ne feceris: quia 17 qui contemplative dubitat poteſt activo judicio non dubitare: credere enim poteſt in re dubia obſequendum ſuperiori. Et ſane quin hæc diſtinctio judicii duplicis in multis actionibus locum habeat, negari non poteſt. Jura civilia, non Romanorum tantum, ſed & aliarum gentium, in tali circumſtantia non modo m impunitatem concedunt obedientibus, ſed & actionem in eos civilem denegant. Is damnum dat, * ajunt, qui jubet dare: ejus vero nulla culpa eſt, cui parere neceſſe eſt. Neceſſitas poteſtatis excuſat, & ſimilia.

2. Ipſe Ariſtoteles Nicomachiorum † quinto, his qui injuſtum quidem aliquid faciunt, 18 non autem injuſte, annumerat famulum domini imperantis: injuſte autem eum ait agere, a quo actionis principium eſt; nimirum quia 19 in famulo vis deliberatrix plena non eſt, ut indicat proverbium:

*Ἥμισυ τῆς ἀρετῆς ἀποαίρει δούλιον ἦμαρ.*

*Dimidia virtute caret ſervire coactus.*

Et ſimile: (bb)

* L. Is damnum, 169. De Reg. Jur. L. liber homo 37. D. ad l. Aquil. L. non videtur, 167. §. qui juſſ. 1. de R. Jur. Paul. l. v, ſen. tit. 22. §. 2. Leges Longobar. lib. 1, tit. 96. de termino effoſſo. Leges Wiſigoth. Lib. II, tit. II. c. 2. Lib. VIII. tit. I. c. I. 3. 4. Libro VII, tit. IV. c. I.

† Cap. 12.

Ἥμισυ

### GROTII.

m *Impunitatem concedunt obedientibus*] *Chryſoſtomus* de Providentia III. πολλοὶ γοῦν ἀρχόντων ἐπὶ φόνοις ἀδίκοις κατηγορηθέντες, δίκην ἔδοσαν· τοὺς δὲ δημίους τοὺς διακονουμένους τῷ φόνῳ καὶ αὐτόχειρας γενομένους τῆς σφαγῆς, οὐδ' εἰς δικαστήριον ἑλκύσαι τις, ἀλλ' οὐδὲ ζητῆσαι τὴν ἀρχὴν, τῆς ἀνάγκης ὑπὲρ αὐτῶν ἀπολογουμένης, καὶ τοῦ τῆς ἀρχῆς ἀξιώματος καὶ τοῦ τῆς ὑποταγῆς φόβου· *multi ſæpe magiſtratuum ob injuſtas cædes accuſati pœnas dederunt. At carnifices qui cædi miniſterium, qui manuum operam præbuere, nemo in jus vocaverit, imo de iis ne quæſierit quidem. excuſat enim eos neceſſitas ex dignitate jubentis & ex parentis timore.* Ex Celſo Ulpianus, *ſervum*, ait, *nihil deliquiſſe, qui domino jubenti obtemperavit.* L. 2. D. de nox. act. *Velle non creditur qui obſequitur imperio patris vel domini.* L. 4. D. *de Regulis juris*, & ibi *Cujacius*. *Seneca: In volente neceſſitas non eſt.* Adde *legem Longobardicam* lib. I, tit. IV, cap. II. Mithridates libertos Attilii, conſcios cædis in ſe cogitatæ, impunitos dimiſit, & ejus qui a ſe defecerat filios. [Immo *filii amicos*. Pag. 241. *Ed. H. Steph.* & pag. 233.] *Appianus* Mithridatico. Abſolutus Tiberius Gracchus a culpa Numantini fœderis, quoniam alieno imperio peccaverat. (*Plutarch.* pag. 826, 827.)

### GRONOVII.

17 *Qui contemplative*] *Qui dubitat*, an juſtum ſit factum, poteſt non dubitare, quin juſtum ſit, ut ipſe faciat.

18 *Non autem injuſte*] Ita ut in ipſos agentes non recidat culpa.

19 *In famulo*] Servi non præſumuntur ita educati, ut conſilium in illis aut ſummi officii ſcientia ſit.

(bb) Verſus Homerici, quos tamen Auctor non ex ipſo fonte, ſed quales leguntur apud PLATONEM, *De Legib.* Lib. VI. pag. 777. A. *Ed. H. Steph.* heic refert. Nam ipſe Poëta ita habet in Editionibus noſtris:

*Ἥμισυ γάρ τ' ἀρετῆς ἀποαίνυται εὐρύοπα Ζεὺς*
*Ἀνέρος, εὖτ' ἄν μιν κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσιν.*

Odyſſ. Lib. XVII. verſ. 322, 323. Præcedentem autem verſum hauſit Auctor è LONGINO, *De Sublim.* Sect. 43. niſi quòd ibi legitur *ἀποαίνυται*. Rhetor etiam illum profert, tamquam ex *Homero*. *J. B.*

n Ratio

Digitized by Google

*Ἥμισυ γάρ τε νόου ἀπαμείρεται εὐρύοπα Ζεὺς*
*Ἀνδρῶν οὓς ἂν δὴ κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσι.*
*Tollitur huic hominum generi pars altera mentis*
*Ab Jove, ſervilem voluit quos ducere vitam.*

Et illud quo Philo * utitur: * Lib. Quod omn. Prob. ſit liber, p. 871. D.

Δοῦλος πέφυκας. οὐ μέτεστί σοι λόγου.
*Servi tua eſt fortuna:* n 20 *ratio ad te nihil.*

Et illud Taciti: † *principi* 21 *ſummum rerum judicium Dii dederunt, ſubditis obſequii gloria relicta eſt.* Narrat idem a ſcriptor Piſonis filium a Tiberio crimine belli civilis purgatum: 22 *patris quippe juſſa, nec potuiſſe filium detrectare.* o Seneca; *ſervus herilis* 23 *imperii non cenſor eſt, ſed miniſter.* † Ann. VI. 8. a Ibid. III. 17.

3. Et ſpecialiter in hac de militia quæſtione ita ſenſit b Auguſtinus. Sic enim ait: *Ergo vir juſtus, ſi forte ſub rege etiam ſacrilego militet, recte poteſt illo jubente bellare,* 24 *ſi civica pacis ordinem ſervans, quod ſibi jubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum certus eſt, vel utrum ſit, certus non eſt: ita ut fortaſſe reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſerviendi.* Et alibi: c *Miles cum obediens poteſtati ſub qua legitime conſtitutus eſt hominem occidit,* p *nulla civitatis ſuæ lege reus eſt homicidii: imo niſi fecerit, reus eſt imperii deſerti atque contemti. quod ſi* 25 *ſua ſponte atque auctoritate feciſſet, in crimen effuſi humani ſanguinis incidiſſet. Itaque* 26 *unde punitur ſi fecerit injuſſus, inde puniretur ſi non fecerit juſſus.* d Atque hinc paſſim recepta eſt ſententia, ſubditos quod attinet, dari 27 bellum utrimque juſtum, id eſt injuſtitia vacans, quò illud pertinet: (cc) b Lib. XXII, c. 74. cont. Fauſtum. c De Civ. Dei lib. I, c. 26. d Sil. in verbo bellum 1, n. 9. concl. 4. Caſt. in l. v. D. de Juſtit. Sot. l. v, q. 1. art. 7. & q. 3. art. 3. Vict. de Jure bell. n. 32. Covarr. in c. peccat. part. II, §. 10.

*Quis*

GROTII.

n *Ratio ad te nihil*] Themiſtius oratione IX, principes rationi eſſe dicit ſimiles, milites iræ.

o *Seneca*] De controverſiis III, 9.

p *Nulla civitatis ſuæ lege reus eſt homicidii*] Idem *Auguſtinus* de Libero Arbitrio libro I. *Si homicidium eſt hominem occidere, poteſt aliquando occidere ſine peccato, nam & miles hoſtem, & judex vel miniſter ejus nocentem, & cui forte invito atque imprudenti telum de manu fugerit, non mihi videntur peccare cum hominem occidunt: ſed nec etiam homicidæ iſti appellari ſolent.* Retulit Gratianus in cauſæ XXIII, quæſtionem V.

GRONOVII.

20 *Ratio ad te nihil*] Tuum eſt facere, quod juberis; non inquirere, quæ ſit cauſa vel ratio faciendi. [Vertendum potius: *Tibi non licet loqui:* ut putabat Eruditiſſimus *Jac. Tollius*, in Not. ad *Longinum*, Cap. 43. pag. 232. ubi videre poteris, ſi tanti. *J. B.*]

21 *Summum rerum*] i. 1, 4. 2.

22 *Patris quippe juſſa*] Puta interceſſiſſe.

23 *Imperii non cenſor eſt*] Arbiter, ut id poſſit probare vel improbare.

24 *Si civica pacis*] Parens ei, cui eum Deus & publica ſocietas ſubjecit & obtemperare voluit.

25 *Sua ſponte atque auctoritate*] Proprio motu & inſtinctu.

26 *Unde punitur*] Ob quod facinus.

27 *Bellum utrimque juſtum*] Quod in bello ab utraque parte durum & ſævum agitur, nullam illis contrahere culpam.

(cc) Verſus LUCANI, *Pharſal.* Lib. I, verſ. 126, 127. *J. B.*

p *Con-*

Digitized by Google

*Quis juſtius induat arma*
*Scire nefas.*

* *Adr. Quaſtione quodl.* 11.

4. Non caret tamen hoc ſua difficultate. Et * Adrianus noſtras, qui Ciſalpinorum ultimus Pontifex Romanus factus eſt, q contrariam defendit ſententiam, quæ ſtabiliri poteſt non illa præciſe ratione quam ille adfert, ſed hac quæ magis urget, quod 28 qui dubitat contemplative, debeat judicio activo eligere partem tutiorem. Eſt autem (dd) pars tutior abſtinere bello. Laudantur Eſſeni quod inter alia jurarent † *μὴ βλάψειν τινὰ ἐξ ἐπιτάγματος· non nocituros ſe cuiquam, ne ſi juberentur quidem*: imitatores horum Pythagorei, qui, Jamblicho teſte, *a* bello abſtinebant, cauſa addita, quia *φόνων* 29 *χορηγέτης καὶ νομοθέτης ὁ πόλεμος, bellum cædes ſubminiſtrat atque imperat.*

† *Joſeph. Bell. Jud.* Lib. 11. Cap. 12. p. 786. E.
a *De Vit. Pythag.* §. 186. *Ed. Kuſt.*

5. Neque obſtat quod ex altera parte 30 periculum eſt inobedientiæ. Nam cum utrumque incertum ſit (nam ſi injuſtum eſt bellum, jam in ejus vitatione nihil eſt inobedientiæ) caret peccato, quod ex duobus minus eſt. Inobedientia autem in ejuſmodi rebus ſuapte natura minus malum eſt quam homicidium, præſertim multorum innocentium. Narrant veteres cum Mercurius ob Argum interfectum accuſatus Jovis mandato ſe defendiſſet, (ee) non tamen auſos Deos eum abſolvere. Sed nec 31 Pothinum Ptolemæi ſatellitem Martialis, *b* cum ait:

*Bald.* 11, *conſ.* 385. *Sotus de det. ſecr. membr.* 3. *q.* 2. *in reſp. ad* 1.
b *Lib.* III. *Epigr.* 66.

*Antoni tamen eſt pejor quam cauſſa Pothini:*
*Hic facinus domino præſtitit, ille ſibi.*

*Vict. de Jure belli n.* 25.

Nec magni ponderis eſt quod contra nonnulli adferunt, fore ut id ſi admittatur pereat ſæpe reſpublica; quia plerunque 32 non expediat rationes conſiliorum edi populo. Ut enim hoc verum ſit

### GROTII.

q *Contrariam defendit ſententiam*] Exemplum hanc ſequentium eſt apud Scafnaburgenſem.

### GRONOVII.

28 *Qui dubitat contemplative*] Utrum jure fiat, id facere debet, in quo minus eſt periculum conſcientiæ lædendæ.

29 Χορηγέτης καὶ νομοθέτης] Choragus & legiſlator. Eſt autem *choragus* qui inſtruit ornatu chorum vel gregem ſcenicorum.

30 *Periculum eſt inobedientiæ*] Si dubia in cauſa militare quis pro præpoſito ſuo aut ſuperiore recuſet, videtur contumax, dicto non obediens.

31 *Pothinum*] Interficiendi Cn. Pompeji Magni auctorem.

32 *Non expediat rationes*] *Tacitus* I, hiſtor. 83.

(dd) Benè quidem, ubi libertas relinquitur ſubditis militandi, vel non militandi. At vero ubi neceſſitas imponitur juſſu Principis, tunc pars tutior eſt, ei parere, cui parendum eſſe nulla dubitandi ratio eſt, quippe legitimo Imperanti. Plura dicemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

(ee) Neſcio cujus fide hoc referat Auctor: ſed cuivis ſtatim patet, exemplum aptum non eſſe, ut etiam obſervavit *Obrechtus*, quandoquidem *Jovis* mandatum injuſtum erat, & tale à *Mercurio* non poterat non adgnoſci. *J. B.*

r Gro-

Digitized by Google

ſit de 33 cauſis ſuaſoriis belli, 34 de juſtificis verum non eſt, quas oportet claras eſſe & evidentes, & proinde tales quæ palam exponi & poſſint & debeant.

6. Quod de legibus nimis forte indiſtincte dictum a * Tertulliano eſt, in his legibus ſive edictis de bello gerendo locum juſtiſſime habet: *neque civis fideliter legi obſequitur, ignorans quale ſit quod ulciſcitur lex. 35 nulla lex ſibi ſoli conſcientiam juſtitiæ ſuæ debet, ſed eis a quibus obſequium exſpectat. Cæterum ſuſpecta lex eſt, quæ probari ſe non vult: improba autem, ſi non probata dominetur.* Apud Papinium Achilles Ulyxi ſe ad bellum excitanti ait: (*Achilleid.* Lib. II. vers. 332.)

*Quæ Danais tanti primordia belli,*
*Ede: 36 libet juſtas hinc ſumere protinus iras.*

Apud eundem Theſeus, *Theb.* XII. 648.

*Ite alacres, tantaque precor confidite cauſa.*

Propertius dixerat, (*Lib.* IV. *Eleg.* VI. vers. 51, 52.)

*Frangit & attollit vires in milite cauſa:*
*Quæ niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor.*

Cui par illud Panegyriſtæ: † *tantum etiam inter arma bona conſcientia ſibi vindicat, ut jam cœperit 37 non virtutis magis quam integritatis eſſe victoria.* Ac ſic viri quidam eruditi interpretantur 38 ירק quod legitur r Gen. XIV, 14. ut ſenſus ſit, miniſtros Abrahami ante prælium ab ipſo plene inſtitutos de armorum ſuorum juſtitia.

* *Apol. c. 4.* 1. *adverſus Nat. c. 6.*

† *Nazar. Paneg. Conſtantin. Cap. 7. Ed. Cellar.*

7. Et ſane 39 denuntiationes, ut mox infra dicemus, palam fieri ſolebant & expreſſa cauſa, ut totum quaſi genus humanum de

GROTII.

r *Geneſis* XIV, 14.] Quidam in eundem ſenſum trahunt vocem חניכין & interpretantur *à ſe inſtitutos.* Herodes in oratione ad Judæos poſt cladem in Arabia, apud *Joſephum*: *βϐλομαι δὲ πρῶτον μὲν ὑπὲρ τϐ πολεμεῖν ὡς δικαίως αὐτὸ ποιϐμεν, ἐπιδεῖξαι, διὰ τὴν ὕβριν τῶν ἐναντίων ἠναγκασμένοι. μέγιστον γὰρ εἰ μάθοιτε τϐτο, προθυμίας αἴτιον ὑμῖν ἔςαι· volo autem oſtendere vobis quam juſte ſuſceperimus hoc bellum, coacti inimicorum contumeliis. Id enim ſi intellexeritis, magnum vobis ad audendum erit incitamentum.* (Antiq. Jud. Lib. XV. c. 8.)

GRONOVII.

33 *Cauſis ſuaſorijs belli*] Quæ inſtigant eò & impellunt.

34 *De juſtificis*] Quæ id jure geri probant.

35 *Nulla lex ſibi ſoli*] Non eſt lex, quam non ob aliud juſtam putant parituri, quam quia lex eſt ſeu mandatum imperantis: hæc potius tyrannis eſt: tum vero lex eſt, cum ejus cauſam juſtam agnoſcunt ii, quibus ponitur.

36 *Libet juſtas*] Libet cauſam cognoſcere, ut jam nunc illis ex merito infenſus fiam.

37 *Non virtutis magis*] Non tam fortitudini bellantium, quam juſtitiæ cauſæ debeatur.

38 יָרֵק] A radice ריק Ric, *accinxit, expedivit.*

39 *Denuntiationes*] Indictiones bellorum.

*S Ut*

de juſtitia cauſæ poſſet cognoſcere. Scilicet 40 prudentia virtus eſt, ut & (ff) Ariſtoteli viſum, imperantis propria: juſtitia vero hominis 41 qua homo eſt.

*Ægid. Reg. de act. ſupern. diſp. 31, dub. 5. n. 85.*

8. Omnino autem ſequenda videtur ea quam diximus Adriani ſententia, ſi ſubditus non modo dubitet, ſed argumentis probabilibus inductus magis in id propendeat ut bellum injuſtum eſſe putet: præcipue vero ſi de aliis impetendis, non de ſuis tuendis agatur.

*Bannes 2. 2. q. 40. art. 1. Molina tr. 11, diſp. 113.*

9. Quin probabile eſt, etiam carnifici qui damnatum occiſurus eſt, hactenus, aut quod quæſtioni & actis interfuerit, aut ex rei confeſſione cognita eſſe debere cauſæ merita, f ut ſatis ei conſtet mortem ab eo commeritam: idque nonnullis in locis obſervatur. nec aliud ſpectat lex Hebræa, * cum ad lapidandum eum qui damnatus eſt 42 teſtes vult præire populo.

** Deut. xvii. 7.*

*Silv. in verbo bell. p. 1. n. 7. circa fin.*

V. 1. Quod ſi ſubditorum animis per cauſæ expoſitionem 43 ſatis nequeat fieri, omnino officium erit boni magiſtratus tributa ipſis potius extraordinaria imperare, quam operam militarem: præſertim ubi non defuturi ſunt alii qui militent. 44 quorum voluntate non tantum bona, ſed & mala uti poteſt rex juſtus, quomodo Deus & Diaboli & impiorum parata opera utitur; & ſicut culpa caret qui egeſtate preſſus pecuniam ſumit ab improbo fœneratore.

2. Imo etiam ſi de cauſa belli dubitari non poſſit, minime tamen videtur æquum ut Chriſtiani inviti cogantur militare, (gg) cum a militia abſtinere, etiam cum militare liceat, majoris cujuſdam ſit ſanctitatis, quæ & a clericis & a pœnitentibus diu exacta eſt, aliis vero omnibus multis modis commendata. Origenes Celſo Chriſtianis objectanti militiæ detrectationem ſic reſpondet: *his qui a fide alieni pro republica militare nos jubent, & homines occidere, ita reſpondebimus: Hi qui ſimulacrorum veſtrorum ſunt*

45 *ſa-*

GROTII.

f *Ut ſatis ei conſtet mortem ab eo commeritam*] Ideo indicta cauſa ſacerdotes Nobæ habitantes occidere noluere Saulis miniſtri Doëgo probiores, I *Sam.* XXII, 17. Et Achabi ſpiculator tertius nocere Eliæ noluit, II *Regum* I, 13. & ſequentibus. Aliquot etiam carnifices ad Chriſtum converſi in poſterum eo munere ut periculoſo abſtinuere. Vide *martyrologium*, & *Bedam.* l. 1, cap. 7.

GRONOVII.

40 *Prudentia virtus imperantis*] Ut prudenter & conſulte res geratur, imperantis cura eſt, cui acquieſcere ſubjectum decet, neque ei ſe immiſcere; ut juſte, quemvis curare oportet, qui adhibetur.

41 *Qua homo eſt*] Cujuſcumque perſonæ, conditionis, ſtatus ſit.

42 *Teſtes præire*] Prima ſaxa mittere.

43 *Satis nequeat fieri*] Perſuaderi, ut credant ſe jure bellum incipere.

44 *Quorum voluntate*] Quibus non modo honeſtum animum, ſed & improbum ad bellum afferentibus aut ſolam mercedem ſpectantibus.

(ff) Ἡ δὲ φρόνησις, ἄρχοντος ἴδιος ἀρετὴ μόνη. Politic. Lib. III. Cap. 3. pag. 268. Ed. Heinſ. *J. B.*

(gg) Heic & in præcedentibus, non ſatis adcurate Auctorem noſtrum ratiocinari, oſtendent, Deo dante, Notæ noſtræ Gallicæ. *J. B.*

45 *Sa-*

Digitized by Google

45 *ſacerdotes, & deorum quos putatis flamines, 46 dextras puras ſervant ſacrificiorum ergo, ut ea incruentis & nulla cæde maculatis manibus offerant his qui creduntur dii: neque ſi quod exoriatur bellum ſacerdotes 47 aſſcribuntur numeris. Quod ſi id ratione non caret, quanto magis cæteris militantibus, illi quoque 48 ſuo modo cenſendi ſunt militare, tanquam Dei ſacerdotes atque cultores, qui manus quidem ſervant puras, ſed precibus apud Deum certant pro his qui juſte militant, & pro eo qui juſte regnat?* quo in loco ſacerdotes vocat quoſvis Chriſtianos, exemplo ſanctorum ſcriptorum, Apoc. 1, 6. 1 Pet. II, 5.

VI. 1. Arbitror vero evenire etiam poſſe, ut in bello non dubio tantum ſed & manifeſte injuſto juſta aliqua eſſe poſſit ſubditorum defenſio. Nam cum ſubditos innocentes, & a belli culpa remotos, interficiendi jus verum & internum hoſtis, juſtum quamvis bellum gerens, non habeat, 49 niſi aut ad neceſſariam defenſionem, aut 50 per conſequentiam & extra propoſitum, (pœnæ enim illi obnoxii non ſunt) ſequitur ut, ſi certo conſtet hoſtem eo venire animo, ut hoſtilium ſubditorum vitæ parcere cum poſſit, omnino nolit, ſubditi illi tueri ſe poſſint ex jure naturæ, quod gentium jure ademptum illis non eſt.

2. Neque tunc dicemus bellum utrinque juſtum eſſe. non enim de bello, ſed 51 de certa ac definita actione quæritur. Illa autem actio, quamvis de cætero jus ad bellum habentis, injuſta eſt, & proinde juſte repellitur.

GRONOVII.

45 *Sacerdotes & Deorum*] Sacerdotes Romæ vacationem militiæ habebant, præterquam bello Gallico. *Plutarch.* Camillo pag. 151. & Marcello p. 299.

46 *Dextras puras*] A ſanguine humano abſtinentes. *Suet.* Tito 9.

47 *Adſcribuntur numeris*] Recipiuntur inter milites, inferuntur catalogis militantium. l. 1, 4. 7.

48 *Suo modo militare*] Juxta bonam & utilem operam bello navare.

49 *Niſi ad neceſſariam*] Præterquam ſi ipſe ab illo infeſtetur.

50 *Per conſequentiam*] Quatenus membra ſunt ejus capitis vel corporis, adverſus quod ei bellum eſt. 3, 1. 4.

51 *De certa & definita*] De uno opere illorum, quæ fiunt in bello.

HUGO-

# HUGONIS GROTII
# DE JURE BELLI AC PACIS
## LIBER TERTIUS.

### CAPUT I.

### Quantum in bello liceat, regulæ generales ex jure naturæ: ubi & de dolis & mendacio.

I. *Ordo ſequentium.*
II. *Regula prima: licere in bello quæ ad finem ſunt neceſſaria: explicatur.*
III. *Secunda: jus non tantum ex principio, ſed & cauſis in bello ſubnaſcentibus ſpectari.*
IV. *Tertia: quædam conſequi ſine injuria quæ ex propoſito non licerent: cui cautio additur.*
V. *Quid liceat in eos qui hoſtibus res ſubminiſtrant, per diſtinctiones explicatur.*
VI. *An dolo uti in bello liceat.*
VII. *Dolus in actu negativo per ſe non eſt illicitus.*
VIII. *Dolus in actu poſitivo diſtinguitur in eum qui fit per actus libere ſignificantes, & per actus ſignificantes velut ex conventione: & oſtenditur dolum prioris generis licitum eſſe.*
IX. *In ſecundo genere indicatur quæſtionis difficultas.*
X. *Non omnem uſurpationem locutionis quæ ſciatur in alium ſenſum accipienda, eſſe illicitam.*
XI. *Mendacii qua illicitum eſt formam conſiſtere in repugnantia cum jure alterius, quod explicatur.*
XII. *Et oſtenditur licitum eſſe falſum loqui apud infantes & amentes:*
XIII. *Et cum is decipitur ad quem ſermo non eſt, & quem extra ſermonem decipere liceret:*
XIV. *Et cum ſermo eſt ad eum qui velit ita decipi:*
XV. *Et cum qui loquitur utitur jure ſupereminente in ſibi ſubditum:*
XVI. *Forte & cum vitam innocentis aut par aliquid tueri aliter non poſſumus.*
XVII. *Apud hoſtes licitum falſiloquium qui ſenſerint auctores.*
XVIII. *Non extendendum hoc ad verba promittentia.*
XIX. *Nec ad juramenta.*
XX. *Generoſius tamen eſſe, ac Chriſtianæ ſimplicitati convenientius, falſiloquio in hoſtem quoque abſtinere: quod per ſimilia illuſtratur.*
XXI. *Non licere nobis quenquam impellere ad id quod nobis licet, ipſi non licet.*
XXII. *Licere tamen uti opera ultro oblata.*

I. ET qui bellum gerant, & quibus ex cauſis belligerare liceat vidimus. Sequitur, expendamus a quid quantumque in bello liceat, & quibus modis: quod 1 aut nude ſpectatur, aut ex promiſſo antecedente. Nude, ex naturæ primum, deinde ex gentium jure. Quid ergo natura liceat videamus.

II. 1. Primum, ut jam ante diximus aliquoties, ea quæ ad finem ducunt in morali materia, 2 æſtimationem intrinſecam accipiunt ab ipſo fine: quare quæ ad finem juris conſequendi ſunt (aa) neceſſaria, neceſſitate ſumta non ſecundum phyſicam ſubtilitatem ſed moraliter, ad ea jus habere intelligimur. Jus dico illud quod ſtricte ita dicitur, & 3 facultatem agendi in ſolo ſocietatis reſpectu ſignificat. Quare ſi vitam aliter ſervare non poſſum, licet mihi vi qualicumque arcere eum qui eam impetit, 4 etiamſi forte is peccato vacet, ut notavimus 5 alibi: quia jus hoc non proprie ex peccato alterius oritur, ſed ex jure quod mihi pro me natura concedit. *Vict. de Jure belli n. 15.*

2. Quin & rem alienam, ex qua certum mihi periculum imminet, 6 citra culpæ alienæ conſiderationem invadere poſſum: non tamen dominus fieri (id enim 7 ad eum finem accommodatum non eſt) ſed cuſtodire, donec ſecuritati meæ ſatis cautum ſit: *Vict. de Jur. bell. n. 18. & 39. & 55.*

GROTII.

a QUid quantumque in bello liceat] Bene *Auguſtinus* epiſtola LXX. ad Bonifacium comitem: *ut in ipſis bellis (ſi adhuc in eis verſari te opus eſt) fidem teneas, pacem quæras.* Epiſtola CCV. *Eſto ergo etiam bellando pacificus.* De juſtitia in bello gerendo ſervanda diſſertatio eſt egregia Beliſarii ad milites apud *Procopium* Vandalicorum I. *Oroſius* libro VII. *Ecce regibus & temporibus Chriſtianis, qualiter bella civilia, cum vitari nequeunt, tranſiguntur.* Idem de Theodoſio: *unum aliquod ab initio urbis conditæ bellum proferant, tam pia neceſſitate ſuſceptum, tam divina felicitate confectum, ubi nec pugna gravem cædem, nec victoria cruentam exegerit ultionem.*

GRONOVII.

1 *Aut nude aut ex promiſſo*] Quemadmodum aliud pactum nudum, aliud pactum contractum faciunt. 2, 11. 1.

2 *Æſtimationem intrinſecam accipiunt*] In ſeſe ac ſua natura citra illud, quod ex accidenti accedere & æſtimationem variare poteſt, æſtimantur.

3 *Facultatem agendi in ſolo ſocietatis*] Adverſus alios homines aliquo ſocietatis, ſive domeſticæ, ſive civilis, ſive totius humanitatis, vel quocumque vinculo nobiſcum conjunctos.

4 *Etiamſi forte is peccato*] Ut miles vel ſubjectus principis populive, cui cum mea patria vel principe bellum eſt.

5 *Alibi*] 2, 1. 3.

6 *Citra culpæ alienæ*] Quamvis illius, cujus ea res eſt, culpa non contingat, ut ex ea mihi ſit periculum.

7 *Ad eum finem*] Non enim hoc uſque valet jus illud arripiendi rem alienam mihi periculoſam.

(aa) Agitur heic de rebus, quæ quidem alias fieri non poſſent, extra connexionem quam habent cum illo fine, ſed tamen non ſunt ex numero earum, quæ naturâ ſuâ, adeoque perpetuo malæ ſunt, quocumque conſilio fiant. Vide infra §. 6. *in fin.* Plura dicemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

l. II. c. II. §. 10.

ſit: quod ipſum quoque tractatum eſt a nobis alibi. Sic rem meam quam alius detinet eripere ei naturaliter mihi jus eſt: & ſi id difficilius, aliud tantundem valens: ut & debiti conſequendi gratia: quibus ex cauſis dominium quoque ſequitur, quia alio modo 8 læſa æqualitas reparari nequit.

Silv. in verbo bell. p. 1, n. 10. v. prima.

3. Sic ubi juſta eſt punitio, juſta etiam vis omnis, ſine qua ad pœnam veniri non poteſt: & omne quod pœnæ pars eſt, ut rerum corruptio per incendium aut aliter, intra juſtum ſcilicet & qui peccato reſpondeat modum.

III. Sciendum ſecundo eſt: jus noſtrum non ex ſolo belli principio ſpectandum, ſed & ex cauſis ſubnaſcentibus, ſicut & in judiciis 9 poſt litem conteſtatam jus ſæpe parti novum paritur. Sic qui ſe aggregant me impetenti, ſive ſocii ſive ſubditi, in ſe quoque jus tuendi me mihi porrigunt. Sic qui bello ſe miſcent quod injuſtum eſt, præſertim ſi ipſi id injuſtum eſſe ſcire poſſunt ac debent, obligant ſe ad ſumtus & damna reſarcienda, quia culpa damnum dant. Sic qui bello ſine probabili ratione ſuſcepto accedunt, ipſi quoque pœnæ meritum contrahunt, pro ratione injuſtitiæ quæ ipſorum actui ineſt. Ita Plato * probat bellum *μέχρι οὗ ἂν οἱ αἴτιοι ἀναγκασθῶσιν ὑπὸ τῶν ἀναιτίων ἀλγούντων δοῦναι δίκην*, *donec hi qui ſontes ſunt cogantur inſontibus malo affectis pœnas dare.*

* De Rep. Lib. V. p 471. B. Ed. H. Steph.

Victor. d. lib. num. 37.

IV. 1. Obſervandum tertio, b ad jus agendi 10 multa conſequi indirecte & extra agentis propoſitum, ad quæ per ſe jus non eſſet. In ſui defenſione quomodo id locum habeat explicavimus, 11 alibi. Sic ut noſtrum conſequamur, ſi 12 tantundem accipi non poteſt, plus accipere nobis jus eſt, ſub obligatione tamen reſtituendi pretium ejus quod redundat. Sic navis piratis plena, aut domus latronibus, tormentis peti poteſt, etiamſi intra eandem navem aut domum ſint pauci infantes, mulieres, aut alioqui innocentes quibus inde creetur periculum. *Nec reus eſt mortis alienæ*, inquit Auguſtinus, *qui ſua poſſeſſioni murorum ambitum cir-*

Ad Publ. epiſt. 154.

GROTII.

b *Ad jus agendi multa conſequi indirecte & extra agentis propoſitum*] Vide hac de re *Thomam* prima ſecundæ, quæſtione LXXIII, art. 8. *Molinam* tractatu ſecundo, diſputatione CXXI.

GRONOVII.

8 *Læſa æqualitas*] Violatum illud par pro pari, quod e contractibus debetur.

9 *Poſt litem conteſtatam*] Poſt inceptum judicium.

10 *Multa conſequi indirecte*] Accedere, quæ ſeorſum deficiente occaſione illorum, quibus hærent & accedunt, patrare minime liceret, quæque patrandi ab initio intentio nulla fuit, ſed quæ trahit contagio & vicinia illorum, quæ agendi jus habeo, eoque iſtis umbram præſtat & veniam conficit.

11 *Alibi*] 2, 1. 4.

12 *Tantundem*] Stricte ac præciſe tantum, & non ultra, quantum mihi debetur.

13 *Ali-*

*circumduxit*; *ſi* 13 *aliquis ex ipſorum uſu percuſſus intereat.*

2. Sed ſicut antehac monuimus ſæpe, non ſemper ex omni parte licitum eſt quod juri ſtricte ſumto congruit; ſæpe enim proximi caritas non permittet ut ſummo jure utamur. Quare etiam quæ extra propoſitum accidunt, & accidere poſſe prævidentur, cavenda erunt, 14 niſi multo majus ſit bonum quo noſtra actio tendit, quam malum id quod metuitur, aut niſi in pari bono & malo multo major ſit ſpes boni quam mali metus, quod prudentiæ arbitrandum relinquitur: ſed ita ut ſemper in dubio ad eam partem quæ alteri magis quam ſibi conſulit, ut tutiorem, inclinandum ſit. *Sinite creſcere zizania*, * inquit optimus magiſter, *ne dum ea evellere vultis, evellatis & triticum. Multos occidere & indiſcretos*, inquit † Seneca, 15 *incendii & ruinæ potentia eſt.* Docent nos hiſtoriæ quam ſeria pœnitentia, Ambroſio monente, talem 16 vindictæ immodeſtiam Theodoſius expiaverit.

* *Matth.* XIII, 28. 29. Vide *Thom.* 2. 2. q. 64. *art.* 2.
† *L.* 1. *de Clem. c.* 26.

3. Nec ſi quid Deus interdum facit tale, id nobis in exemplum trahendum eſt, ob pleniſſimum illud dominii jus quod ille in nos habet, nobis vero alteri in alterum non conceſſit, 17 ut alibi notavimus. Et tamen ille ipſe Deus, hominum ſuo jure dominus, ob pauciſſimos bonos parcere ſolet quamvis magnæ malorum univerſitati, & eo ſuam, 18 qua judex eſt, æquitatem teſtatam facit, ut Abrahami cum Deo colloquium de Sodomis aperte nos docet. Et ex his quidem generalibus regulis cognoſci poteſt quantum in hoſtem liceat naturaliter.

V. 1. Sed & quæſtio incidere ſolet, quid liceat in eos qui hoſtes non ſunt, aut dici nolunt, ſed hoſtibus res aliquas ſubminiſtrant. Nam & olim & nuper 19 de ea re acriter certatum ſcimus, cum alii 20 belli rigorem, alii 21 commerciorum libertatem defenderent.

2. Pri-

GRONOVII.

13 *Aliquis ex ipſorum uſu percuſſus*] An *prolapſus*. [Videtur potius legendum, *ex ipſorum caſu*: ſi enim *prolapſus* legas, tunc culpa erit illius, qui in muros adſcenderit. *J. B.*]

14 *Niſi multo majus ſit bonum*] Ex regulis vel normis, quas tradit, 2, 24. 5.

15 *Incendii & ruinæ potentia*] Non laudabilis & bono viro adfectanda, ſed quam etiam habet incendium aut molis alicujus vel ædificii caſus, quæ & ipſa multos ſine diſcrimine noxiorum & inſontium abſumere aut obruere poſſunt.

16 *Vindictæ immodeſtiam*] Quod cum Theſſalonicenſes ſeditionem moviſſent, immiſſo milite ad ſeptem millia trucidaverat A. C. 390.

17 *Ut alibi notavimus*] 2, 21. 14.

18 *Qua judex eſt*] Etiam cum induit ſeveram judicis perſonam.

19 *De ea re acriter certatum*] Exemplum apud *Demetrium*, (ſeu *Meteranum*) lib. 18. p. 767. ad ann. 1597.

20 *Belli rigorem*] Nihil tale permittendum, & qui faciunt, pro hoſtibus habendos.

21 *Commerciorum libertatem*] Jure gentium licere unicuique merces ſuas portare ac vendere, ad quos voluerit.



Digitized by Google

2. Primum diſtinguendum inter res ipſas. Sunt enim quæ in bello tantum uſum habent, ut arma: ſunt quæ in bello nullum habent uſum, ut quæ voluptati inſerviunt: ſunt quæ & in bello & extra bellum uſum habent, ut pecuniæ, commeatus, c naves, & quæ navibus adſunt. In primo genere verum eſt dictum Amalaſuinthæ ad Juſtinianum, in hoſtium eſſe partibus qui ad bellum neceſſaria hoſti adminiſtrat. Secundum genus querelam non habet. Sic Seneca * tyranno 22 gratiam ſe relaturum ait, d 23 ſi beneficium illi neque vires majores daturum eſt ad exitium commune, neque confirmaturum quas habet, id autem eſt quod reddi illi ſine pernicie publica poſſit: quod explicans addit: *pecuniam qua ſatellitem ſtipendio teneat non ſubminiſtrabo; ſi marmora & veſtes deſiderabit, nihil oberit cuiquam id quo luxuria ejus inſtruitur: militem & arma non ſuggeram. Si pro magno petet munere 24 artifices ſcena & qua feritatem ejus emolliant, libens offeram. Cui 25 triremes & aratas non mitterem, 26 luſorias, & cubiculatas, & alia 27 ludibria regum in mari laſcivientium mittam.* Et Ambroſio judice, largiri ei qui conſpiret adverſus patriam non eſt probabilis liberalitas.

Procop. 1 Goth.

* De Beneſic. VII. 20.

Lib. 1, c. 30. de Off.

3. In tertio illo genere uſus ancipitis, diſtinguendus erit belli ſtatus. Nam ſi tueri me non poſſum niſi quæ mittuntur intercipiam, neceſſitas, ut 28 alibi expoſuimus, 29 jus dabit, ſed ſub onere reſtitutionis, niſi cauſa alia accedat. Quod ſi juris mei executionem rerum ſubvectio impedierit, idque ſcire potuerit qui advexit, ut ſi oppidum obſeſſum tenebam, ſi portus clauſos, & jam deditio aut pax exſpectabatur, tenebitur ille mihi de damno culpa dato, ut qui debitorem carceri exemit, aut fugam ejus in meam fraudem inſtruxit: & 30 ad damni dati modum res quoque ejus

Cap. ita quorundam, 6. & c. ad liberandam. 17. De Judæis.

GROTII.

c *Naves & quæ navibus adſunt*] Athenis ἀπόρρητα, id eſt, evehi vetita, lina, utres, lignum, cera, pix. Scholiaſtes ad *Ariſtophanis* nubes & equites. [In *Equit.* vers. 282. In Scholiis ad Nubes nihil hac de re: ſed voluit dicere *Ranas*, vers. 365. *J. B.*]

d *Si beneficium illi, neque vires majores daturum eſt ad exitium commune*] Vide *Parutam* libro VII.

GRONOVII.

22 *Gratiam ſe relaturum*] Pro beneficio, quod ab illo forte acceperit, & eum remuneraturum.

23 *Si beneficium*] Quod redditurum ſe cogitat. l. 7, *de beneſ.* 20.

24 *Artifices ſcenæ*] Hiſtriones, comœdos, tragœdos, mimos. *Sen.* epiſt. 11. & 121. *Sueton.* Jul. 84.

25 *Triremes & aratas*] Naves bellicas cum æreis roſtris.

26 *Luſorias & cubiculatas.*] Voluptuarias & diſtinctas in lauta & luxurioſa cubicula. Thalamegos *Suet.* Jul. 52.

27 *Ludibria regum*] Alias naves prodigioſæ magnitudinis & luxuriæ, quibus reges, in primis Ægypti, in mari inſanierunt. Vide *Athenæum* lib. 5, p. 203.

28 *Ut alibi*] 2, 2. 6.

29 *Jus dabit*] Injiciendi manum, ne perveniat ad hoſtem meum, ſed domino rem aut compenſationem debebo.

30 *Ad damni dati modum*] Tantum de rebus ejus arripi, quanto per illum ego careo.

e Jn-

Digitized by Google

ejus capi, & dominium earum debiti conſequendi cauſa quæri poterit. Si damnum nondum dederit ſed dare voluerit, jus erit rerum retentione eum cogere ut de futuro caveat obſidibus, pignoribus, aut alio modo. Quod ſi præterea evidentiſſima ſit hoſtis mei in me injuſtitia, & ille eum in bello iniquiſſimo confirmet, jam non tantum civiliter tenebitur de damno, ſed & criminaliter, ut is qui [31] judici imminenti reum manifeſtum eximit: atque eo nomine licebit in eum ſtatuere quod delicto convenit, ſecundum ea quæ de pœnis diximus; quare [32] intra eum modum etiam ſpoliari poterit.

*Silv. in verbo reſtitutio p. 3. §. 12.*

4. Et has ob cauſas ſolent a bellum gerentibus e publicæ ſignificationes fieri ad alios populos, tum ut de jure cauſæ, tum etiam ut de ſpe probabili juris exequendi appareat. 5. Hanc

### GRONOVII.

31 *Judici imminenti*] Per lictores corripienti aut pœnam irrogaturo.

32 *Intra eum modum ſpoliari*] Tantum poterit ei eripi, quantum ad pœnam ſufficit.

### GROTII.

e *Publicæ ſignificationes fieri*] Vide exempla in bello communi contra Ægyptios, Saracenos, aliosque. c. ult. *de Tranſactionibus*. c. ſignificavit, 11. *de Judæis*. Extravagante *de Judæis*. c. copioſus, 1. Liber *Conſulatus maris* editus eſt lingua Italica, in quem relatæ ſunt conſtitutiones Imperatorum Græciæ, Alemaniæ, regum Francorum, Hiſpaniæ, Syriæ, Cypri, Balearium, Venetorum, Genuenſium, cujus libri titulo CCLXXIV. tractantur hujus generis controverſiæ: ac ſic definitur, ſi & navis & merces hoſtium ſint, rem eſſe in aperto, fieri ea capientium: ſi vero navis ſit pacem colentium, merces autem hoſtium, cogi poſſe ab his qui bellum gerant, navem, ut merces eas in aliquem portum deferat, qui ſit ſuarum partium, ita tamen ut vecturæ pretium nautæ ſolvatur. Si contra navis hoſtilis fuerit, merces vero aliorum, de nave tranſigendum: aut, ſi nolint vectores tranſigere, cogendos ut cum navi eant in portum aliquem partium capientis, & ut capienti ſolvant pretium quod pro navis uſu debebatur. Apud Hollandos anno CIↃ CCCC XXXVIII. cum bellum ipſis eſſet cum Lubeca aliiſque civitatibus ad mare Balticum & Albim ſitis, frequente ſenatu judicatum eſt, etiam in hoſtium navibus repertas merces, quas aliorum eſſe conſtaret, in prædam non cedere; idque ibi pro lege deinceps habitum eſt. Sic & Daniæ rex ſenſit, cum anno CIↃ IↃ XCVII. ad Hollandos eorumque federatos legationem mitteret, qua libertatem navigandi merceſque ferendi in Hiſpaniam, cum qua Hollandi bellum gerebant acerrimum, ſuis vindicabat. Apud Gallos libertas mercaturam exercendi pacatis populis, etiam apud eos qui Galliæ hoſtes eſſent, ſemper permiſſa; & quidem adeo indiſcrete, ut hoſtes ſæpe ſub alienis nominibus res ſuas occultarent; ut apparet ex edicto anno CIↃ IↃ XLIII. capite XLII. quod tralatum eſt in edictum anni CIↃ IↃ LXXXIV, & ſequentia. Iis edictis diſerte cavetur, ut Gallorum amicis liceat belli tempore exercere mercaturam, dummodo ſuis navibus, ſuoſque per homines, naveſque ac merces, quocumque viſum ipſis eſſet perducere, dum ne merces eæ ſint belli inſtrumenta, quibus res hoſtium fovere velint: quod ſi fiat, permittitur Gallis talia belli inſtrumenta ſibi ſumere, perſoluto æquo pretio. Hic duo notanda, his legibus nec belli inſtrumenta in prædam ceſſiſſe, multo magis ab eo periculo abfuiſſe merces innoxias. Non negem aliud jus uſurpaſſe interdum ſeptentrionis gentes, ſed varie, ex uſu magis temporum quam ex æquitate perpetua. Nam cum

Angli bellorum ſuorum obtentu Danorum commercia impediſſent, natum inde jam olim bellum inter eas gentes eo exitu ut Dani Anglis tributum imponerent, cui, Danico denario nomen, cui, mutata quamvis cauſa, nomen manſit adusque tempora Guilielmi ejus qui ſtirpem nunc regnantem in Anglia fundavit, ut notavit vir magnæ fidei *Thuanus* in hiſtoria anni cIↄ Iↄ LXXXIX. Rurſum ab Eliſabetha, ſapientiſſima Angliæ regina, miſſi anno cIↄ Iↄ LXXV. ad Batavos Wilhelmus Winterus ex ordine equeſtri & Robertus Bealus regio conſilio ab epiſtolis, qui oſtenderent ferre Anglos non poſſe, quod Batavi, in ipſo æſtu belli in Hiſpanos, naves Anglorum ad Hiſpanicos portus vectas detentaſſent. Narrat *Reidanus* in hiſtoria Batavica anno cIↄ Iↄ LXXV. & Britannus *Camdenus* anno ſequente. Cum vero Angli, & ipſi Hiſpanis hoſtes facti, Germaniæ civitatibus jus in Hiſpaniam navigandi turbarent, quam id non certo jure fecerint, apparet ex ſcriptis adverſariis gentis utriuſque, dignis lectu ad noſcendam hanc controverſiam. Et notandum, Anglos in ſuis ſcriptis ipſos id agnoſcere, cum duo maxime pro ſua afferunt cauſa, & belli inſtrumenta fuiſſe quæ a Germanis in Hiſpaniam deferebantur, & pactiones veteres intercedere quo minus id fieri liceret: quales poſtea pactiones & Hollandi ſociique eorum cum Lubecenſibus ſociiſque eorum fecere anno cIↄ Iↄc XII., ne aut hi aut illi hoſtium ſubditos intra ſuos fines mercari permitterent, aut hoſtes pecunia, milite, navibus, victu juvarent: & poſterius, anno ſcilicet cIↄ Iↄc XXVII. inter Suediæ Daniæque reges convênit ut Danus impediret omnem mercatum cum Dantiſcanis Suedi hoſtibus, ſed nec ad alios Suedi hoſtes merces ullas per fretum Cimbricum ire ſineret, pro quo rex Daniæ alia ſibi viciſſim commoda ſtipulatus eſt: ſed hæc ſunt pacta ſpecialia ex quibus nihil inferri poteſt quod omnes obliget. Nam & illud in ſcriptis ſuis dixere Germani, non omnes pactis merces prohiberi, ſed eas quæ in Angliam ſemel importatæ aut in Anglia comparatæ eſſent. Neque vero ſoli Germani Anglis cum hoſte ſuo commercia vetantibus contradixere. Etiam Polonia miſſo legato conqueſta eſt jus gentium imminui, quando ob Anglicum cum Hiſpania bellum ipſis cum Hiſpanis commercia agitandi libertas adimeretur, ut in anno cIↄ Iↄ XCVII narrant memorati jam nobis *Camdenus* & *Reidanus*. Galli vero poſt pacem Verbinianam cum Hiſpano factam, Eliſabetha Angliæ regina in bello perſtante, rogati ab Anglis ut naves Gallicas in Hiſpaniam euntes excutere liceret, nequis forte bellicus paratus occultaretur, concedere ne hoc quidem voluere, dicentes obtentum rapinis & commerciis turbandis quæri. Et eo fœdere quod Angli cum Hollandis eorumque ſociis anno cIↄ Iↄc XXV pepigere, id quidem convenit, ut rogarentur cæteræ gentes, quarum intererat magnitudinem Hiſpanicam infringi, ut & ipſæ vetarent cum Hiſpanis commercia, ſed, ſi ultro id non facerent, placuit inſpici naves num quid bellici inſtrumenti ferrent, ſed ultra neque naves neque merces retentari, aut quicquam pacatis noceri eo nomine. Atque evênit eodem anno ut Hamburgenſes quidam in Hiſpaniam irent nave maxima ex parte onuſta apparatu bellico, qui ipſe quidem apparatus ab Anglis vindicatus eſt, ſed cæterarum mercium perſolutum eſt pretium. *Galli autem*, cum ab Anglis naves Gallicæ in Hiſpaniam euntes in fiſcum raperentur, oſtenderunt pati ſe id nolle. Bene ergo dictum a nobis, ſignificationes publicas requiri, quod & Angli ipſi ita ſenſere; a quibus factæ ſignificationis talis exemplum eſt apud *Camdenum* circa annum cIↄ Iↄ XCI & cIↄ Iↄ XCVIII. Neque vero talibus ſignificationibus ſemper paritum, ſed diſtincta tempora, cauſæ, loca. Anno enim cIↄ CCCC LVIII. Lubecenſis civitas ſignificationi a Dantiſcanis ſibi factæ, ne cum Malmogenſibus & Memelenſibus Dantiſci hoſtibus mercaturam exerceret, parendum non cenſuit. Neque magis paruere Hollandi anno cIↄ Iↄ LI, cum Lubecenſes ipſis denuntiarent, ut a Danorum, quos ipſi hoſtes tum habebant, commercio abſtineretur. Anno vero cIↄ Iↄ XXII, quo tempore inter Suedos Danoſque bellabatur, cum Danus Anſiaticas civitates rogaſſet ne cum Suedis commercia haberent, quæ-

dam

5. Hanc autem quæſtionem ad jus naturæ ideo retulimus, quia ex hiſtoriis f nihil comperire potuimus ea de re jure voluntario gentium eſſe conſtitutum. Romanos * qui Carthaginienſium hoſtibus commeatus attulerant, ipſi Carthaginienſes aliquando ceperunt: eoſdem iidem Carthaginienſes repetentibus Romanis reddiderunt. Demetrius † cum Atticam teneret exercitu, jamque vicina oppida Eleuſina & Rhamnuntem cepiſſet, Athenis famem facturus, navis frumentum inferre parantis g & magiſtrum & gubernatorem ſuſpendit, atque eo modo deterritis cæteris potitus urbe eſt.

* *Polyb.* I. c. 83.

† *Plut. Demetrio.* pag. 904. E.

VI. 1. Modum agendi quod attinet, vis ac terror maxime propria bellorum. An & dolis uti liceat quæri ſolet. Nam Homerus quidem dixit hoſti nocendum:

(bb) Ἢ δόλῳ, ἠὲ βίῃ, ἢ ἀμφαδὸν, ἠὲ κρυφηδόν.
*Sive dolo, ſeu vi manifeſta, clamve, palamve.*

Et Pindari eſt, (*Iſthmiac.* IV. 82.)

Χρὴ δὲ πᾶν ἔρ —
δοντ' ἀμαυρῶσαι τὸν ἐχθρόν.
*Quidvis agendo ſcilicet hoſtica*
*Delenda vis eſt.*

Apud Virgilium quoque 33 dictum illud,

34 *Dolus*

dam civitates amicitia ipſius indigentes morem geſſere, aliæ non item. Hollandi, bello ardente inter Suediam & Poloniæ regem, nunquam paſſi ſunt ſibi aut hujus aut illius gentis commercio interdici. Gallis autem ſemper reddidere naves quas ab Hiſpania revertentes, aut in Hiſpaniam, ipſis tunc hoſtilem, euntes Hollandicæ naves interceperant. Vide *Ludovici Servini* advocati quondam regii orationem habitam anno CIↃ IↃ XCII in cauſa Hamburgenſium. Verum iidem Batavi Dunquercam, ad quam claſſem habebant, ab Anglis merces inferri non ſiverunt: quomodo Dantiſcani anno CIↃ CCCC LV. Batavis denuntiarunt, nequid in urbem Regiomontanam inferrent, narrante *Gaſpare Schutzio* in hiſtoria Pruſſica. Adde *Cabetum* deciſione XLIII, num. 2. & *Seraphinum de Freitas* in libro de juſto imperio Luſitanorum Aſiatico, ubi complures adducit alios.

f *Nihil comperire potuimus ea de re jure voluntario gentium eſſe conſtitutum*] Multa hujus quæſtionis habet vir doctiſſimus *Johannes Meurſius* in hiſtoria Danica libro I. & II. Ubi videbis Lubecenſes & Imperatorem eſſe pro commerciis, contra ea Danos. Vide & *Crantzium* Vandalicorum libro XIV. *Thuanum* in dicto anno CIↃ IↃ LXXXIX. libro hiſtoriarum XCVI. *Camdenum*, præter jam dicta loca, in anno CIↃ IↃ LXXXIX, & CIↃ IↃ XCV. Ubi illa inter Anglos & Germanos, quos Anſiaticos vocant, controverſia tractatur.

g *Et magiſtrum & gubernatorem ſuſpendit*] Non multum diſſimile eſt quod de Pompejo narrat Plutarchus in Mithridatici belli hiſtoria: ἐπέστησε φύλακας τῶν νεῶν ἐπὶ τοὺς πλέοντας εἰς Βόσφορον ἐμπόρους. καὶ θάνατος ἦν ἡ ζημία τοῖς ἁλισκομένοις· *cuſtodes impoſuit Boſphoro, qui obſervarent ſi qui mercatorum in Boſphorum navigarent. deprehenſis pœna mors.* (Pag. 639. E.)

GRONOVII.

33 *Dictum illud ſequitur*] v, 426. his verbis hortantem Chorœbum ſequitur vir celebris tanta juſtitiæ fama, non ſecuturus, ſi quidem id injuſtum eſſe putaſſet.

(bb) Non eſt verſus Homericus, ſed pars ejus legitur *Odyſſ.* IX, 119. & *Lib.* I. verſ. 295, 296. *J. B.*]

34 *Dolus an virtus quis in hoſte requirat?*

ſequitur ipſe

*Ripheus, juſtiſſimus unus*
*Qui fuit in Teucris & ſervantiſſimus æqui.*

Et legitur hoc ipſum imitatus ſapientiæ nomine nobiliſſimus * Solon. Silius in rebus Fabii Maximi: †

*Exin virtuti placuit dolus.*

2. Apud Homerum Ulyſſes viri ſapientis exemplum, plenus ubique fraudium in hoſtem: unde Lucianus regulam elicit, *a* laude dignos qui hoſtem fallunt. Nihil utilius in bello dolis Xenophon *b* dixit, & Braſidas apud *c* Thucydidem præclaram imprimis laudem eſſe ex h 35 belli furtis: & apud Plutarchum *d* Ageſilaus hoſtes decipere & juſtum & licitum eſſe. Polybius, quæ vi fiunt in bello minoris cenſenda, *e* quam quæ ex occaſione & dolo: & ex eo Silius *f* Corvinum ſic inducit loquentem;

i *Bellandum eſt aſtu: levior laus in duce dextra.*

Atque ita cenſuiſſe ipſos illos ſeveros Laconas notat Plutarchus, *g* ac majorem etiam victimam ab eo immolatam, qui dolo, quam qui aperto Marte rem confeciſſet. Idem k Lyſandrum magni facit *h* ἀπάταις τὰ πολλὰ διαποικίλλοντα τοῦ πολέμου, *pleraque belli dolis variantem.* Et in Philopœmenis laudibus ponit, *i* quod Cretenſium diſciplina inſtitutus ſimplicem illum ac generoſum bellandi morem dolis ac furtis miſcuiſſet. Ammiani *k* eſt: *nullo diſcrimine virtutis ac doli, proſperos omnes laudari debere bellorum eventus.*

3. Juriſconſulti Romani bonum dolum vocant, *l* ſi adverſus hoſtem quis machinaretur: & alibi, *m* nihil intereſſe vi quis an fallacia poteſtatem hoſtium evaſerit: 36 δόλος οὐ ψεκτός. οἷα στρατιωτικὸς notat ad Iliados ο Euſtathius. Inter Theologos *n* Auguſtinus: *cum juſtum bellum ſuſcipitur, vi aperta pugnet quis aut ex inſi-*

* *Plutarch.* in Sol. p. 82.
† *Lib.* xv. *vers.* 327.
a *Luc. Philopſeud.* p. 326, 327. *Ed. Amſt.*
b *Cyri inſt.* 1. c. 6. & *de re equeſtri*, c. 5 n. 9.
c L. v c. 9.
d *Plut. apophth.* pag. 209.
e *Polyb. l.* IX. c. 11.
f *Lib.* v. vers. 100.
g *Vit Marcell.* pag. 311. B.
h *Vit. Lyſ.* p. 437. A.
i *Pag.* 363. E.
k *Lib.* XVII. c. 5.
l L. 1. §. 3. *D. de dolo malo.*
m *L. nihil.* 26. *D. de captivis.*
n *Quæſt.* x. *ſuper Joſue.*

GROTII.

h *Belli furtis*] Ita & *Virgilius* loquitur Æneidos XI. (*vers.* 515.) & Salluſtius, quem citat Servius. [Vide *Nonium Marcellum*, voce *Furtum*, pag. 310. *Edit. Mercer.*

i *Bellandum eſt aſtu*] Muhammedis dictum ſimile: *elharbu Hudiatum*, *id eſt*, *pugnæ fraudem requirunt.* Apud Virgilium in comitatu Martis, (*Aen.* XII. 336.)

*Iraque inſidiæque.*

Ubi Servius: *non tantum virtute, ſed inſidiis comitatum ſe oſtendit.*

k *Lyſandrum*] Ei Sullam comparat *Plutarchus*, in cujus animo leonem eſſe & vulpem dicebat Carbo, (*pag.* 469. F.)

GRONOVII.

34 *Dolus an virtus*] 2, Æneid. 390. Sive fallendo quis hoſtem, ſive vi ſuperet, quis ob utrumvis victorem reprehendendum putet.

35 *Ex belli furtis*] Stratagematis, inſidiis, machinationibus clandeſtinis.

36 Δόλος οὐ ψεκτός] Dolus non vituperandus, quippe bellicus.

l *Au-*

Digitized by Google

*inſidiis, nihil ad juſtitiam intereſt.* Et Chryſoſtomus * maxime laudari Imperatores qui fraude victoriam quæſiiſſent.

4. Sed nec deſunt ſententiæ quæ ſuadere videntur partem contrariam, quarum nonnullas infra adferemus. Quæſtionis hujus definitio pendet ex eo, an dolus 37 in genere ſit ſemper malorum, in quibus locum habet non eſſe faciendum malum ut eveniat bonum, an ex iis quæ vitium non habent univerſaliter ex ſuapte natura, ſed quibus accidere etiam poteſt ut bona ſint.

VII. Notandum igitur, dolum alium conſiſtere in 38 actu negativo, alium in actu 39 poſitivo. Doli vocem etiam ad ea quæ in negativo actu conſiſtunt extendo, † Labeone auctore, qui ad dolum ſed non malum refert, ubi quis per diſſimulationem tuetur ſua vel aliena. Haud dubie crude nimis a Cicerone dictum (cc) eſt *a*: *ex omni vita ſimulationem diſſimulationemque tollendam.* Nam cum nec quæ ſcias, nec quæ velis omnia aperire aliis tenearis, ſequitur ut diſſimulare quædam apud quoſdam, id eſt, tegere & occultare, fas ſit. *Licet*, inquit l Auguſtinus, *b veritatem occultare prudenter, ſub aliqua diſſimulatione* Et m neceſſariam hanc omnino atque inevitabilem, his præſertim quibus reſpublica commiſſa eſt, non uno loco fatetur ipſe *c* Cicero. Exemplum ad hanc rem inſigne præbet Jeremiæ hiſtoria capite XXXVIII. Is enim propheta a rege interrogatus de obſidionis eventu, apud proceres, regis poſtulatu, hoc ipſum prudenter occultat, aliam interim cauſam, nec falſam tamen, colloquii adferens. Et huc quoque referri poteſt quod n Abrahamus *d* Saram ſororem, id eſt, ex uſitato tum loquendi more, propinquam conſanguineam vocat, matrimonium diſſimulans.

VIII. 1. Dolus qui in actu poſitivo conſiſtit, 40 ſi in rebus, ſimu-

* *Lib. 1. De Sacerdotio.*

† *L. 1. §. dolum malum. D. de dolo malo.*

a *De Off.* 3. c. 15.

b *Lib. contra mend. c. 10. Th. 2. 2. q. 40. art. 3. in resp. & q. 71. art. 3. Silv. in verbo bell. p. 1. n. 9.*

c *Or. pro* Mil. c. 24. *& l.* x. *ep.* 8. *& pro Cn. Plancio.* c. 6.

d *Gen.* xx. *Th. 2. 2. q. 110. art. 3. in resp.*

GROTII.

l *Auguſtinus*] Et in v. Pſalmum verſiculo: *perdes omnes. Aliud eſt mentiri, aliud eſt verum occultare.* Citatur *cauſa* XXII, *quæſtione* II. c. 14.

m *Neceſſariam hanc omnino atque inevitabilem*] Vide *Chryſoſtomum* primo de Sacerdotio.

n *Abrahamus*] *Veritatem voluit celari, non mendacium dici. Auguſtinus* quæſtione XX. in Geneſin, relatus a Gratiano dicta cauſa XXII, quæſtione II. c. 22.

GRONOVII.

37 *In genere ſemper malorum*] Quæ quocumque loco, modo, tempore fiant, vitioſa ſunt, uti quibus fides violatur.

38 *Actu negativo*] Cum decipimur, quia fit, quod non expectabamus, quoniam qui facit, non oſtenderat ſe tale quid eſſe facturum.

39 *Poſitivo*] Cum decipimur, quia fit ſecus atque prioribus vel dictis vel factis opinionem fecerat ſe facturum eſſe.

40 *Si in rebus*] Quoties aliud agimus, quam agere videmur.

(cc) Vide, quæ diximus ad PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. c. I. §. 9. Not. 5. alterius Editionis. Auctor ipſe poſtea §. 9. *Ciceronem* inter eos ponit, qui non omne falſiloquium malum eſſe putarunt. *J. B.*

ſimulatio; ſi [41] in ſermone, mendacium vocatur. Quidam inter hæc duo hanc conſtituunt differentiam, quod dicant voces naturaliter ſigna eſſe intellectuum, res non item. Sed contra verum eſt, voces natura ipſa & [42] citra hominum voluntatem nihil ſignificare, niſi forte vox ſit [43] confuſa & ἄναρθρος, qualis in dolore, quæ ipſa [44] rei magis appellatione venit quam locutionis. Quod ſi hoc dicatur, hominis naturam hanc eſſe peculiarem ſupra animantes cæteras, ut [45] conceptus animi poſſit aliis indicare, & ad eam rem voces repertas, verum quidem dicitur: ſed addendum eſt, non ſolis vocibus tale fieri indicium, o [46] ſed & * nutibus, ut apud mutos, [47] ſive illi nutus aliquid habent cum re ſignificata commune ipſa natura, ſive tantum [48] ex inſtituto ſignificant: quibus nutibus pares ſunt [49] notæ illæ quæ non voces lingua figuratas ſignificant, ut p Paulus † juriſconſultus loquitur, ſed res ipſas, ſive ex aliqua convenientia, ut notæ [50] hieroglyphicæ, ſive mero arbitratu, ut apud Sinenſes.

* *L. Labeo* 7. §. *f. D. de ſup. leg.*

† *L. Non figura.* 38. *D. de obl. & act.*

2. Alia igitur hic adhibenda diſtinctio eſt, qualem adhibuimus ad

GROTII.

o *Sed & nutibus*] *Plinius* de Æthiopum gente libro VI, 30. *Quibusdam pro ſermone nutus motuſque membrorum eſt.* Vide c. tuæ fraternitati, 25. *de ſponſalibus.*

p *Paulus juriſconſultus loquitur*] *Non figura*, inquit, *literarum, ſed oratione quam exprimunt literæ obligamur, quatenus placuit non minus valere quod ſcriptura quam quod vocibus lingua figuratis ſignificaretur.* Valde philoſophice dixit *placuit*, ut oſtenderet hæc valere ἐκ συνθήκης.

GRONOVII.

41 *In ſermone*] Quoties aliud dicimus, aliud agimus aut intendimus.

42 *Citra hominum voluntatem*] *Boëtius* de Interpr. p. 329. *Oratio eſt vox ſignificativa ſecundum placitum.* Idem de Syllog. categor. p. 481. *Ad placitum vero, quia nullum nomen aliquid per ſe ſignificat, ſed ad ponentis placitum. Illud enim unaquæque res dicitur, quod ei placuit, qui primus ei rei nomen impreſſit.*

43 *Confuſa & ἄναρθρος*] Ut ejulatio, cachinnus, rictus, ſternutatio. *Boëth.* d. l. de Syll. *Sunt voces naturaliter ſignificantes: ut canum latratus iras canum ſignificat, & alia ejus quædam vox blandimenta: ſed non ſunt nomina, quia non ſunt ad placitum ſignificantes, ſed natura.*

44 *Rei*] Soni, quo potius factum quam dictum auditur.

45 *Conceptus animi*] Cogitata.

46 *Sed & nutibus*] *Quintil.* 11, inſtit. 3. 833. *Non manus ſolum, ſed nutus etiam declarant noſtram voluntatem & in mutis pro ſermone ſunt, & ſalutatio frequenter ſine voce intelligitur atque afficit.*

47 *Sive illi nutus*] Sunt geſticulatio exprimens & formans actionem motumve ſimilem illi, quem ſignificamus: ut Suetonius refert Datum Atellanarum hiſtrionem cantici cujuſdam illa verba, *Vale pater, vale mater*, ita demonſtraſſe, ut bibentem natantemque faceret, & exitum Claudii & Agrippinæ ſignificaret. *Ner.* 39. Item cum inclinatione capitis aſſentimus, quaſſatione negamus. *Gellius* 10, 3.

48 *Ex inſtituto*] More introducto & recepto; ut in ſenatu cum Sc. per diſceſſionem fieret, pedibus aut in ſententiam aut in alia omnia ibant: in militia manum promittebant.

49 *Notæ illæ quæ non*] Ut literæ copulatæ in ſyllabas.

50 *Hieroglyphica*] Sacerdotum Ægyptiorum. *Tacit.* 2, ann. 60. & 11, 14.

q Ut

Digitized by Google

ad tollendam ambiguitatem in voce juris gentium. Diximus enim jus gentium dici, & quod ſingulis gentibus [51] placuit ſine mutua obligatione, & id [52] quod mutuam obligationem in ſe continet. (dd) Voces ergo, & nutus, & notæ quas diximus, reperta ſunt ad ſignificandum [53] cum mutua obligatione, quod Ariſtoteles dixit [54] *κατὰ συνθήκην*: [55] res aliæ non item. Hinc fit q ut rebus aliis uti liceat, etiamſi prævideamus futurum ut alter inde falſam concipiat opinionem. Loquor de eo quod intrinſecum eſt, non de eo quod accidit. Itaque exemplum ponendum eſt, r ubi nullum ſequitur inde nocumentum, aut ubi nocumentum ipſum, ſepoſita doli conſideratione, licitum eſt. *De interpr. c. 4.*

3. Prioris exemplum eſt in Chriſto, qui apud comites Emauntinos [56] *προσεποιεῖτο* ire longius, id eſt, ſpeciem prætulit ituri longius, niſi malimus vere quoque voluiſſe eum ire longius, ſub conditione tamen niſi magno niſu retineretur, quomodo & Deus multa velle dicitur quæ non fiunt: & alibi * Chriſtus ipſe dicitur voluiſſe præterire apoſtolos navigantes; nempe niſi impenſe rogaretur navem aſcendere. Alterum exemplum dari poteſt in Paulo qui Timotheum circumcidit, † cum ſatis ſciret Judæos hoc ita accepturos, quaſi circumciſionis præceptum, quod revera abolitum jam erat, adhuc obligaret Iſraëlis poſteros, quaſique ita ſentirent ipſi Paulus & Timotheus: cum tamen hoc non quæreret Paulus, ſed tantum familiarius cum Judæis verſandi facultatem ſibi & Timotheo præbere. Neque vero circumciſio, ſublata lege divina, ex inſtituto amplius ſignificabat talem neceſſitatem, neque malum quod inde ſequebatur erroris ad tempus, dedocendi poſtea, tanti erat, quanti illud bonum quo Paulus tendebat: nimirum evangelicæ [57] veritatis inſinuatio. Hanc ſimulationem

*Luc. xxiv, 28.*

* *Marc. vi, 48.*

† *Act. xvi, 3.*

GROTII.

q *Ut rebus aliis uti liceat, etiamſi prævideamus futurum ut alter inde falſam concipiat opinionem*] Vide *Auguſtinum* de Doctrina Chriſtiana lib. II, c. 24.

r *Ubi nullum inde ſequitur nocumentum*] Ut in facto Micholis, I *Sam.* XIX, 16.

GRONOVII.

51 *Placuit ſine mutua*] Ita ut ad id nemo cogatur, ſed poſſit id jure civili apud quoſdam populos reſtringi & abrogari.

52 *Quod mutuum*] Ad quod ſervandum omnes tenentur, & qui non ſervant, pro nefariis & inteſtabilibus habentur.

53 *Cum mutua obligatione*] Ut non debeat ea niſi uno & ſuo modo accipere.

54 Κατὰ συνθήκην] Ex conſtituto ſigno omnibus communi.

55 *Res aliæ non item*] Ut poſſis vel ſic, ut facit, qui eas voces, notas & geſtus edit, vel aliter accipere.

56 Προσεποιεῖτο] Præ ſe ferebat.

57 *Veritatis inſinuatio*] Quam ſcilicet ſperabat ſe conſecuturum converſando cum Judæis.

(dd) Heic, ut in toto argumento iſto, conferendus perpetuo PUFENDORFIUS, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. I. cum Notis noſtris, ubi res adcuratiùs pertractatur, in alterâ præſertim Editione. *J. B.*

ſ Oixo-

Digitized by Google

tionem patres Græci ſæpe vocant [f] *Οἰκονομίαν*. de qua egregia exſtat ſententia Clementis Alexandrini, qui de viro bono agens ſic ait: *ἐπὶ τῶν πλησίων ὠφελείᾳ μόνῃ ποιήσει τινὰ ἃ οὐκ ἂν προηγουμένως αὐτῷ πραχθείη: ob utilitatem proximi faciet quadam, quæ ſponte alioquin ac primaria intentione non faceret.* Tale in bello Romanorum illud, qui de capitolio 58 panem in hoſtium ſtationes jecerunt, ne fame premi crederentur.

*Livius* v. c. 48.

*Joſue* VIII. *Silv. in verbo bellum* p. 1, n. 8.

4. Exemplum poſterioris eſt in ficta fuga, qualem Joſue ſuis præcepit ad Hajum expugnandum, & alii duces ſæpe. Nam hic 59 quod ſequitur nocumentum licitum eſſe ponimus ex belli juſtitia; ipſa autem fuga ex inſtituto nihil ſignificat, quanquam hoſtis eam accipit ut ſignum pavoris, quod alter cavere non tenetur, utens ſua libertate huc vel illuc eundi, & magis minuſve celeriter, & hoc vel illo geſtu habituve. Eodem referri debet eorum actus qui hoſtium armis, ſignis, veſtibus, velis uſi paſſim leguntur.

5. Hæc enim omnia ejus ſunt generis ut a quovis pro arbitrio etiam contra conſuetudinem uſurpari poſſint, quia conſuetudo ipſa 60 ſingulorum arbitrio, non quaſi conſenſu communi, introducta eſt, qualis conſuetudo neminem obligat.

IX. 1. Gravior eſt diſputatio de illis 61 notis, quæ, ut ita dicam, in commercio hominum verſantur, in quo genere proprie mendacium ſitum eſt. Multa enim ſunt contra mendacium in ſacris literis. *Verbum mendax odio habebit juſtus*, id eſt, *vir bonus*, Proverb. XIII, 5. *Falſiloquentiam & verbum mendax amove a me.* Proverb. XXX, 8. *Perdes loquentes mendacium.* Pſalm. V, 7. *Ne mentiamini alter alteri.* Coloſſ. III, 9. Et hanc partem rigide tuetur Auguſtinus: & ſunt etiam inter philoſophos & poëtas, qui cum eo ſentire videantur. Notum illud Homeri, (*Iliad.* IX, 312, 313.)

*Ille*

GROTII.

[f] *Οἰκονομίαν*] Sic hanc vocandam, non *ἀπάτην* id eſt fraudem, ait *Chryſoſtomus* indicato jam libro primo de Sacerdotio. Idem I ad Corinthios IV, 6. *ἦν δὲ ταῦτα οὐχ ὑπόκρισις, ἀλλὰ συγκατάβασις καὶ οἰκονομία· non hic fraus fuit, ſed obſequentia quadam & diſpenſatio.* Et IX, 20. *ἵνα γὰρ τοὺς ὄντας ἀληθῶς εἰς ταῦτα μεταστήσῃ, ἐγίνετο αὐτὸς οὐκ ἀληθῶς, ἐπιδεικνύμενος μόνον οὐκ ὢν δὲ, οὐδὲ ἐκ διανοίας ταῦτα πράττων οὕτως ἔχουσης· ut enim qui tales revera erant corrigeret, factus ille talis, non revera aliud quam quod erat præ ſe ferens, agens talia, ſed non ex tali animi propoſito.* Huc referri poteſt ſimulatus Davidis furor.

GRONOVII.

58 *Panem in hoſtium*] *Flor.* I, 13.

59 *Quod hic ſequitur nocumentum*] Ut hoſtes pelliciantur in inſidias, aut abducantur ab ejus loci tutela, cui inſidiamur.

60 *Singulorum arbitrio*] Prout alius atque alius ſibi commodum putarunt.

61 *Notis quæ in commercio*] De vocibus & illis ſignis, quibus inſtituta hominum & longum tempus definitam & perpetuo eandem ſignificationem impoſuerunt.

t *Lau-*

Digitized by Google

*Ille mihi invisus pariter cum faucibus orci;*
*Cujus mens aliud condit quam lingua profatur.*

Sophocles, * — * Fragm. Creuſ. apud Stob.

*Aliena vero proloqui nunquam decet:*
*At vera certam ſi cui peſtem ferunt,*
*Huic danda venia eſt ſi facit quod non decet.*

Cleobulus: (ee)

*Mendacium odit quiſquis animitus ſapit.*

Ariſtoteles dixit, † καθ' αὑτὸ τὸ μὲν ψεῦδος φαῦλον καὶ ψεκτὸν, τὸ δὲ ἀληθὲς καλὸν καὶ ἐπαινετόν· *per ſe mendacium turpe atque vituperabile, veritas pulchra ac laudabilis.* — † Ethic. Nicom. IV. 13.

2. Neque tamen deeſt in alteram quoque partem auctoritas: primum in ſacris literis exempla t laudatorum hominum 62 ſine reprehenſionis nota: deinde veterum Chriſtianorum pronuntiata, Origenis, Clementis, Tertulliani, Lactantii, Chryſoſtomi, Hieronymi, Caſſiani, imo pene omnium ut ipſe fatetur Auguſtinus, ita diſſentiens, ut tamen *magnam quaeſtionem*, *latebroſam tractationem*, *diſputationem* 63 *inter doctos alternantem* (hæc enim omnia ipſius verba ſunt) agnoſcat.

3. Inter philoſophos aperte hinc ſtant Socrates & diſcipuli ejus *a* Plato, Xenophon *b*, & alicubi Cicero, &, ſi Plutarcho *c* ac 64 Quintiliano *d* credimus, Stoici, qui inter ſapientis dotes ponunt mentiri ubi & quomodo oportet: neque videtur diſſentire aliquot in locis Ariſtoteles, *e* cujus illud καθ' αὑτὸ quod diximus exponi poteſt 65 communiter, ſive re ſpectata 66 ſepoſitis circumſtantiis. Interpres autem ejus Andronicus *f* Rhodius 67 de medico apud ægrotum mentiente ſic ait: ἀπατᾷ μὲν, ἀπατῶν δὲ

ὐκ

a Lib. I. & II. & V. de Rep.
b Memorab. Socrat. Lib. IV. c. 2. §. 16, 17.
c Plut. de Stoicorum contradict. pag. 1055, 1056.
d XII, 1.
e Nic. II, 7. IV. 13.
f Paraphr. Eth. Nic. Lib. V. c. 8. p. 297.

**GROTII.**

t *Laudatorum hominum ſine reprehenſionis nota*] *Irenæus* ex veteris presbyteri inſtitutione didicit docuitque: *de quibus ſcriptura non increpant, ſed ſimpliciter ſunt poſita, nos non debere fieri accuſatores.* Locus eſt libro IV, c. 50.

**GRONOVII.**

62 *Sine reprehenſionis nota*] Ne ob id quidem, quod mentiti fuiſſe videntur, reprehenſorum aut notatorum. [Adeoque ſuſpicor heic in verbis Auctoris noſtri, poſt *hominum* excidiſſe, *mendacio utentium*, aut quid ſimile. *J. B.*]

63 *Inter doctos alternantem*] Contrariis ſententiis & argumentis vehementer agitatam.

64 *Quintiliano*] 12, 1. 557.

65 *Communiter*] Plerumque, ut plurimum.

66 *Sepoſitis circumſtantiis*] Extra caſus ſingulares, qui ſatis id excuſent.

67 *De medico apud ægrotum*] Celſus apud *Origen.* lib. 4. p. 171. Ἀπάτη δὲ καὶ ψεῦδος ἄλλως μὲν κακὰ, μόνως δ' ἂν ὡς ἐν φαρμάκου μοίρᾳ χρῷτό τις, ἢ πρὸς φίλους νοσοῦντας ἢ μεμηνότας ἰώμενος· ἢ πρὸς ἐχθροὺς κίνδυνον ἐκφυγεῖν προμηθούμενος.

(ee) Ψεῦδος δὲ μισεῖ πᾶς σοφὸς, καὶ χρήσιμον. Hoc etiam ex STOBÆO, ſed qui *Menandro*, non *Cleobulo*, tribuit. *J. B.*



Digitized by Google

οὐκ ἔστιν· *decipit quidem, at deceptor non eſt:* Cauſam addit: οὐ γὰρ τέλος ἔχει τὴν ἀπάτην τοῦ νοσοῦντος, ἀλλὰ τὴν σωτηρίαν· *non enim propoſitum ſibi habet decipere. ſed ſervare ægrotum.*

* *Inſt. Orat.* XII. 1. † *Apud. Stob.* Tit. XII.

4. Quintilianus, * quem dixi, hanc ipſam partem defendens, pleraque eſſe ait quæ 68 non tam factis, quam cauſis eorum vel honeſta fiant, vel turpia. Diphilus, †

*Quod pro ſalute dicitur mendacium*
*Me judice habere nil poteſt incommodi.*

Quærenti apud Sophoclem Neoptolemo, (*Philoctet.* vers. 107.)

*Non tibi videtur turpe falſiloquentia?*

Reſpondet Ulyſſes,

*Non, ſi ſalus naſcatur ex mendacio.*

Cui ſimilia ex Piſandro & Euripide adferuntur. Et apud Quintilianum lego: *a nam & mendacium dicere etiam ſapienti aliquando conceſſum eſt.* Euſtathius Metropolita Theſſalonicenſis ad ſecundum Odyſſeæ: ψεύσεται u κατὰ καιρὸν ὁ σοφός· *mentietur ſapiens re urgente:* ubi & ex Herodoto & Iſocrate teſtimonia adfert.

a *Inſt. Orat.* II. 17.

X. 1. Tam diſſidentium ſententiarum conciliatio forte aliqua reperiri poterit ex largiore aut ſtrictiore mendacii acceptione. Neque enim hic mendacium ſumimus x quatenus & imprudenti accidit, quomodo mendacium dicere & mentiri apud *b* Gellium diſcernuntur: ſed de eo agimus quod ſcienter profertur cum ſignificatione quæ mentis 69 conceptui, ſive in intelligendo, ſive in volendo, diſconveniat. Nam quod 70 primo καὶ ἀμέσως verbis & ſimilibus notis indicatur, ſunt 71 mentis conceptus: ideoque non men-

*Th.* 2, 2. *qu.* 110. *art.* 1. *in reſp.* b *Gell.* XI, c. XI.

GROTII.

u Κατὰ καιρὸν] In tempore, ut *Donatus* loquitur ad Adelphos IV, 3. *Et ipſum fallere in tempore, quidam de officiis ſcribentes rectum putant.* Cicero pro Q. Ligario, *aliquod mendacium honeſtum & miſericors* vocat. (Cap. 5.)

x *Quatenus & imprudenti accidit*] *Ream linguam non facit niſi rea mens.* Et: *Nemo mentiens judicandus eſt qui dicit falſum quod putat verum, quia, quantum in ipſo eſt, non fallit ipſe, ſed fallitur.* Sunt hæc *Auguſtini*, de verbis Apoſtoli ſermone XXVIII. & enchiridii c. 22. relata a Gratiano in *cauſam* XXII, *quæſtione* II. c. 3, 4.

GRONOVII.

68 *Non tam factis*] In quibus non tam opus ipſum quam intentio & finis operis, vel laudem, vel vituperationem meretur, *Quintil.* inſtit. 12, 1. 557. *ſic judicet pleraque eſſe, quæ non tam factis quam cauſis eorum vel honeſta fiant vel turpia. Nam ſi hominem occidere ſæpe virtus, liberos necare nonnunquam pulcherrimum eſt; aſperiora quædam adhuc dictu, ſi communis utilitas exegerit, facile conceditur: ne hoc quidem nudum eſt intuendum, qualem cauſam vir bonus, ſed etiam quare & qua mente defendat.*

69 *Conceptui ſive intelligendo*] Cogitationi, vel quantum ad judicium & opinionem, vel quantum ad voluntatem & conſilium.

70 *Primo* καὶ ἀμέσως] Simpliciter & directe.

71 *Mentis conceptus*] Quod cogitatur, quod ſentit animus.

y *Etiamſi*

Digitized by Google

mentitur qui dicit rem falſam quam veram exiſtimat, ſed qui dicit rem veram quidem, ſed quam falſam putat, mentitur. 72 Significationis ergo falſitas id eſt quod ad communem mendacii naturam requirimus. Cui conſequens eſt, cum vox aliqua aut 73 ſermonis complexio eſt πολύσημος, id eſt, plures uno ſignificatus admittit, ſive ex vulgi uſu, ſive ex artis conſuetudine, ſive ex figura aliqua intelligibili, tunc ſi animi conceptus uni iſtarum ſignificationum congruat, 74 non admitti mendacium, y etiamſi putetur is qui audit in aliam partem id accepturus.

2. Verum quidem eſt talem locutionem uſurpatam temere non probandam: ſed poteſt ex accedentibus cauſis honeſtari: puta ſi id pertineat ad erudiendum eum qui curæ noſtræ eſt traditus, aut ad evitandam 75 iniquam interrogationem. Prioris generis exemplum ipſe Chriſtus dedit, cum diceret, * *Lazarus amicus noſter dormit*, quod apoſtoli accipiebant tanquam de dormitione ſomni diceretur. Et quod de † templo inſtaurando ipſe dixerat, intelligens hoc de ſuo corpore, Judæos ſciebat accipere de templo proprie dicto. Sic & cum apoſtolis adinſtar 76 Phylarcharum *a* apud Hebræos ſedes eximias & regi proximas duodecim promitteret, & alibi *b* vini novi potationem in patris regno, ſatis ſciviſſe videtur non aliter hoc ab illis accipi quam de regno aliquo hujus vitæ, cujus ſpe *c* ad ipſum momentum Chriſti ad cœlum aſcenſuri pleni erant. Idem alibi per fabularum ambages populum alloquitur, *d* ne audientes ipſum intelligerent, niſi ſcilicet animi attentionem talem ac docilitatem afferrent qualem afferri par erat. Poſterioris uſus exemplum ex profana hiſtoria dari poteſt in L. Vitellio, *e* cui Narciſſus inſtabat, aperiret ambages & veri copiam faceret; ſed non ideo pervicit, z quin 77 ſu-

* *Joh.* XI, 11.
† *Joh.* II, 20. 21.
a *Luc.* XXII, 30.
b *Matth.* XXVI, 29.
c *Act.* I. 6.
d *Matth.* XIII. 13.
e *Tacit. Annal.* XI. c. 34.

GROTII.

y *Etiamſi putetur is qui audit in aliam partem id accepturus*] Quomodo Abraham captioſè loquebatur cum ſervulis, ita judicante & probante *Ambroſio*, quem ſequitur *Gratianus* poſt c. ſi quælibet, dicta *cauſa* XXII, *quæſt.* II. c. 20. [Plus eſt in hoc exemplo, quàm Auctor putat. Sed de eo fuſiùs agendi locus erit in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*]

z *Quin ſuſpenſa & quo ducerentur inclinatura reſponderet*] Idem *Tacitus* hiſtoriarum III. (Cap. 3.) *Incerta diſſeruit, tracturus interpretationem prout conduxiſſet.* Item: *ita compoſitus, ut ex eventu rerum adverſa abnueret vel proſpera agnoſceret*. (Ibid. c. 52.)

GRONOVII.

72 *Significationis ergo falſitas*] Diſſenſus cum mente.

73 *Sermonis complexio*] Sententia.

74 *Non admitti mendacium*] Mentis & orationis diſcordiam requirit mendacium ad fraudandum eum, cui de mente noſtra conſtare debet. Ergo ratio πολύσημος, etiamſi accepturus eſt eam ſecus, qui audit, ſi non peccat in honorem Dei, amorem proximi, reverentiam ſuperiorum, vacat crimine mendacii.

75 *Iniquam interrogationem*] Ad quam ſi reſpondeamus ſimpliciter, aut nobis aut aliis innocentibus periculum immineat.

76 *Phylarcharum*] Quaſi haberentur pro principibus tribuum.

a *He-*

77 ſuſpenſa & quo ducerentur inclinatura reſponderet. Dictum [a] Hebræorum huc pertinet : אם יודע אדם להמור את דבריו מוטב ואם לא ישתוק *ſi quis norit uti perplexiloquio, recte: ſin minus, taceat.*

3. Contra accidere poteſt , ut tali loquendi genere uti non modo illaudabile ſit, ſed & improbum , [b] puta cum Dei honos, [c] aut amor proximo debitus, aut reverentia adverſus ſuperiorem , aut rei quæ agitur natura exigunt , ut quod animo cogitatur omnino patefiat : ſicut 78 in contractibus diximus id aperiendum quod natura contractus intelligitur exigere : quo ſenſu non incommode accipi poteſt Ciceronis illud , * *tollendum eſſe ex rebus contrahendis omne mendacium*, deſumtum ex veteri lege † Attica 79 *κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν* : quibus in locis mendacii vox videtur ita laxe accipi ut etiam obſcuram locutionem includat. At nos proprie loquendo a mendacii notione id ipſum jam excluſimus.

* *De Offic.* III. 15.

† *Demoſt. in Leptinem*: pag. 363. A.

XI. 1. Ad communem ergo mendacii notionem requiritur, ut quod dicitur , ſcribitur , notatur , innuitur , intelligi aliter nequeat, quam in eum ſenſum, qui a mente proferentis diſcrepet. Huic autem notioni laxiori ſtrictior mendacii , qua naturaliter illicitum eſt , ſignificatio differentiam aliquam propriam adjiciat neceſſe eſt, quæ, ſi recte res inſpiciatur , ſaltem ſecundum communem gentium exiſtimationem , nulla videtur alia dari poſſe

GROTII.

a *Hebræorum*] Quorum & hoc eſt: מותר לשנות מפני השלום. *licet perplexe loqui boni cauſa.* Citat doctiſſimus *Manaſſes Ben-Iſraël* in ſuo conciliatore quæſtione XXVII. *Chryſoſtomus* I de Sacerdotio: *ἀπατεὼν ἐκεῖνος ἂν εἴη καλεῖσθαι δίκαιος , ὁ τῷ πράγματι κεχρημένος ἀδίκως , οὐχ ὁ μεθ' ὑγιοῦς γνώμης τοῦτο ποιῶν· fallax jure vocetur qui re tali injuſte utitur, non qui ſalutari propoſito.*

b *Puta cum Dei honos*] *Philo* de Vita Moſis : *ἐπ' ἔργοις ἅπερ ἀναφέρεται εἰς Θεοῦ τιμὴν , δι' ἃ μόνα καὶ τὸν ἐν τοῖς ἄλλοις τὸ ἦθος κατεψευσμένον , ἀναγκαῖον ἦν ἀληθεύειν. ἀλήθεια γὰρ ὀπαδὸς Θεοῦ· de factis loquor quæ ad Dei honorem pertinent , in quibus ſolis veracem eſſe oportuit, etiam ſi quis ceterum ingenio eſſet mendace. Veritas enim Dei comes.* ( Pag. 679. E.) *Auguſtinus* epiſtola VIII. *Alia quæſtio eſt , ſitne aliquando mentiri viri boni : & alia quæſtio eſt, utrum ſcriptorem ſanctarum ſcripturarum mentiri oportuerit.* Vide quæ infra §. XV.

c *Aut amor proximo debitus*] Æſchylus Prometheo , ( pag. 39. *Ed. H. Stephan.*)

Λέξω τορῶς σοι πᾶν , ὅ τι χρήζεις μαθεῖν,
Οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ,
Ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα·

*Dicam diſerte quicquid audire expetis,*
*Sermone nudo , non per implicitos modos,*
*Quo more amicos alloqui verum ac bonum eſt.*

GRONOVII.

77 *Suſpenſa & quo ducerentur*] Paſſura talem interpretationem in hanc aut illam partem, qualem eis aptares. Adde exemplum elegans apud *Plinium* lib. 1, epiſt. 5.

78 *In contractibus diximus*] 2, 12. 9.

79 *Κατὰ τὴν ἀγοράν*] In foro nemo mentitor.

d *In-*

poſſe [80] præter repugnantiam cum jure exiſtente ac manente ejus ad quem ſermo aut nota dirigitur : nam ſibi neminem mentiri, ut maxime falſum proferat, ſatis conſtat. Jus hic intelligo non quodvis & rei extrinſecum, ſed quod proprium ſit huic negotio atque cognatum. Id autem nihil eſt aliud quam d [81] judicandi libertas, quam homines colloquentes his quibus colloquuntur debere, quaſi pacto quodam tacito, intelliguntur. Hæc enim nec alia eſt mutua illa obligatio quam homines introduci voluerant, ſimul atque ſermone notiſque ſimilibus uti inſtituerunt. nam ſine tali obligatione inane fuiſſet tale repertum.

2. Deſideramus autem ut quo tempore ſermo fit, [82] jus illud ſubſiſtat ac maneat : fieri enim poteſt ut jus quidem fuerit, ſed ſublatum ſit, aut tollatur ex alio jure ſuperveniente, ſicut debitum [83] acceptilatione aut conditionis ceſſatione. Tum vero requiritur ut jus quod læditur ejus ſit quicum loquimur, [84] non alterius ſicut & in contractibus injuſtitia non naſcitur, niſi ex læſo jure contrahentium. Huc forte non male referas, quod veriloquium ad juſtitiam refert poſt Simonidem * Plato, & quod mendacium, illud vetitum, ſacræ literæ ſæpe deſcribunt falſo (ff) teſtimonio ſive elocutione adverſus proximum, & quod ipſe Auguſtinus in mendacii natura conſtituenda ponit e fallendi voluntatem. Et Cicero † quæſtionem de veritate eloquenda referri vult ad juſtitiæ fundamenta.

* L. 1. de rep. pag. 331. C. D. E. H. Steph.

† De Off. I. 10.

3. Tolli autem videtur poſſe jus quod diximus, ſicut conſenſu ejus quicum agimus expreſſo, ut ſi quis [85] prædixerit ſe falſa dicturum

GROTII.

d *Judicandi libertas* ] Hinc *furari cor* Hebræis dicitur qui adimit ſciendi vias : *Geneſ.* XXXI, 26. 27. & ibi *Onkelos* & LXX. Rabbi *David* libro radicum, & Rabbi *Salomo* in commentario, & *Abeneſdra.*

e *Fallendi voluntatem* ] *Lactantius* Inſtitutionum VI, 18. *Ut non mentiatur unquam decipiendi aut nocendi cauſa.*

GRONOVII.

80 *Præter repugnantiam* ] Quod adimat ei, qui audit, juſtam & debitam facultatem ſtatuendi & cognoſcendi de animo & propoſito ejus, quem audit.

81 *Judicandi libertas* ] Ut certior fiam de conſilio & voluntate alterius, & pro eo dicam agamve, quod mihi commodum videtur.

82 *Jus illud ſubſiſtat* ] Ut is talis ſit, qui de animo noſtro certior fieri omnino debeat : neque enim ſicario ſeſe quemquam prodere oportet.

83 *Acceptilatione* ] Si quis ſe accepiſſe, quod ei debebatur, debitori caverit, aut ſi non exiſtat conditio, ſub qua debeo.

84 *Non alterius* ] Tertii ; qui forte auſcultat, aut verba inter alios facta clepit auribus, vel per indicem qualemcumque cognoſcit.

85 *Prædixerit ſe falſa* ] Ut cum *Ovidius* 10, Met. 302. *Deſit in hac mihi parte fides, nec credite factum.*

(ff) Addidi vocem *falſo*, quæ in omnibus Edd. excidit, & neceſſariam omnino eſſe, vel nonum Præceptum Decalogi ... manifeſtum facit cuivis. *J. B.*

ſturum & 86 alter permiſerit, ita & tacito æquave ratione præſumto, aut 87 oppoſitione juris alterius quod communi omnium judicio multo plus valeat. Hæc recte intellecta multas nobis ſuppeditabunt illationes, quæ ad concilianda ſententiarum ſupra deſignatarum diſſidia non parum valituræ ſint.

XII. Primum eſt, etiamſi quid dicatur quod falſam habeat ſignificationem infanti aut amenti, in eo mendacii culpam non eſſe. Videtur enim communi omnium hominum ſenſu permiſſum eſſe,

*Lucret. Lib. I. vers 938.*

*Ut puerorum ætas improvida ludificetur.*

Et Quintilianus de pueris locutus: * *utilitatis*, inquit, *eorum gratia multa fingimus*. Ratio proxima eſt, quia cum in infantibus & amentibus non ſit judicii libertas, non poteſt eis circa eam libertatem injuria fieri.

* *Inſt. Orat.* XII. I.

XIII. I. Secundum eſt, quoties ſermo ad eum dirigitur 88 qui non decipitur, etiamſi tertius inde falſam hauriat perſuaſionem, nullum eſſe mendacium: Non ratione ejus ad quem ſermo eſt: quia illi libertas manet integra, plane ut illis quibus id intelligentibus fabula narratur, aut apud quos profertur ſermo figuratus, κατ' εἰρωνείαν aut καθ' ὑπερβολήν, quæ figura, ut Seneca * ait, f 89 ad verum mendacio venit: & 90 Quintiliano ementiens ſuperjectio dicitur. Neque ratione 91 ejus qui obiter id audit: quia cum eo non agitur, ideoque nulla eſt ad illum obligatio. Imo ſi ipſe ſibi 92 opinionem informat de eo quod non ipſi, ſed alteri dicitur, habet quod ſibi non alteri rem imputet. Quippe, ſi recte judicare volumus, illius reſpectu ſermo 93 non ſermo eſt, ſed res quæ ſignificare quidlibet poteſt.

* VII, *de Benef.* 23.

2. Nihil ergo peccavit aut Cato Cenſorius, a qui ſociis auxilia-

a *Livius* XXXIV. c. 12.

### GROTII.

f *Ad verum mendacio venit* ] *Incredibilia affirmat, ut ad credibilia perveniat. Seneca* ibidem.

### GRONOVII.

86 *Alter permiſerit* ] Ut cum Auguſtus parricidii reum ſic interrogaret: certe patrem tuum non occidiſti? *Martial.* 5, 1. *Tu tantum accipias: ego te legiſſe putabo, Et facilis falſa credulitate fruar.*

87 *Oppoſitione juris* ] Si ei, qui loquitur, jus eſt contrarium, per quod alterum poteſt ſententiæ ſuæ expertem habere.

88 *Qui non decipitur* ] Qui quod ego dico intelligit, aut utcumque intelligat, nullam inde jacturam ſentit.

89 *Ad verum mendacio venit* ] Eo, quod non eſt, proferendo, vel adverſum vel maximum minimumve, quod eſt, ſignificat.

90 *Quintiliano* ] 8, 6. 495.

91 *Ejus qui obiter* ] Tertii, ad quem non loquor.

92 *Opinionem informat* ] Falſum ſibi perſuadet.

93 *Non ſermo* ] Non expoſitio certæ rei, ſed ſonus forte accidens, quem interpretari tuo periculo poſſis: ſi male interpreteris, neminem præter temet ipſe accuſandum habeas.

g Chry-

lia falſo eſt pollicitus, aut Flaccus, *a* qui hoſtium urbem ab Æmilio expugnatam aliis narravit, quanquam eo hoſtes decepti ſunt: cui rei ſimilem de Ageſilao narrat Plutarchus. Nihil enim hic dictum hoſtibus: nocumentum autem quod inde ſecutum eſt extrinſecum quid eſt, & per ſe non illicitum optari aut 94 procurari. Ad hoc genus g Chryſoſtomus & Hieronymus retulerunt Pauli ſermonem, quo Antiochiæ *b* Petrum ut nimium judaizantem reprehendit. Cenſent enim Petrum ſatis intellexiſſe non id ſerio fieri: interim vero conſultum infirmitati adſtantium.

*a App. Hiſp. pag. 301. Ed. H. Steph.*

*b Galat. II. 14.*

XIV. 1. Tertium eſt, quoties 95 certum eſt eum ad quem ſermo eſt, libertatis ſuæ in judicando læſionem non ægre laturum, imo gratias habiturum eo nomine, ob commodum aliquod quod inde aſſequitur, tunc quoque mendacium ſtricte dictum, id eſt injurioſum, non committi, ſicut furtum non perpetraret qui ex præſumta domini voluntate rem ipſius exiguam conſumeret, ut inde magnam eidem utilitatem pararet. In his enim quæ adeo certa ſunt, præſumta voluntas pro expreſſa habetur. Volenti autem conſtat injuriam non fieri. Sic ergo videtur non peccare, qui aut ægrotantem amicum perſuaſione non vera ſolatur, ut Arria Pætum filio mortuo, quæ hiſtoria eſt h in Plinii Epiſtolis: aut in prælio periclitanti ex falſo nuntio animum addit, quo incitatus victoriam & ſalutem ſibi pariat, ac ſic deceptus non capiatur, quemadmodum Lucretius * loquitur.

** Ubi ſupr.*

2. Democritus: † *ἀληθομυθεῖν χρεὼν ὅκου λώϊον· omnino veriloquio utendum eſt, ubi id eſt melius.* Xenophon: *φίλους δίκαιον ἐξαπατᾶν, ἐπὶ δὲ ἀγαθῷ· amicos decipere licet, ipſorum bono.* Et Clemens Alexandrinus *a* concedit *ψεύδεσθαι ἐν θεραπείας μέρει, mendacio uti pro remedio.* Maximus Tyrius: *b καὶ ἰατρὸς νοσοῦντας ἐξαπατᾷ, καὶ στρατηγὸς στρατόπεδον, καὶ κυβερνήτης ναύτας· καὶ δεινὸν οὐδέν· & medicus ægrotum, & imperator exercitum, & gubernator nautas decipit: nec quicquam in hoc mali eſt.* Rationem reddit ad Platonem Proclus: *τὸ γὰρ ἀγαθὸν κρεῖττόν ἐστι τῆς ἀληθείας· nam 96 quod bonum eſt, id vero eſt melius.* Tale illud i apud Xenophontem,

*† Apud Stob. Serm. 12.*

*a Stromat. Lib. VII.*

*b Differt. III. pag. 30. Edit. Davis.*

GROTII.

g *Chryſoſtomus & Hieronymus* ] Adde *Cyrillum* adverſum Julianum libro IX. circa finem. Nec multo aliter *Tertullianus* primo & tertio contra Marcionem.

h *In Plinii epiſtolis* ] III, 16.

i *Apud Xenophontem* ] *Et Ageſilaus cum in Bœotiam veniſſet & intellexiſſet Piſandrum navali prælio victum a Pharnabazo & Conone, juſſit militibus ſuis contrarium dici, coronatusque incedens ſacra fecit pro victoria.* Plutarchus Ageſilao (pag. 605. C.)

GRONOVII.

94 *Procurari* ] *Strui*, comparari. Licet enim hoſti & male velle & nocere.

95 *Certum eſt eum* ] Non auſertur alicui facultas illa, ſed differtur bono ejus, atque is poſtea laudaturus eſt, quod ad tempus in capienda mente noſtra fruſtratus habitus fuerit.

96 *Quod bonum eſt, id vero eſt melius* ] Potius ad tempus falſum credere, quod utile neque inhoneſtum eſt, quam verum ſcire, quod nocet.



Digitized by Google

c IV. *Socr.* c 2. §. 16. phontem, *c* ſocios jamjam adfore, & Tulli Hoſtilii, *d* ſuo juſſu
d *Livius* circumduci Albanum exercitum: & Quinctii conſulis, *e* ut hiſ-
*libro* I. toriæ loquuntur, ſalubre mendacium, hoſtes ab altero cornu fu-
c. 27. gere: ac ſimilia paſſim apud hiſtoricos. Notandum autem eſt,
e *Idem*, 97 læſionem judicii in hoc genere eo minoris eſſe, quia ferme
II. 64. momentanea eſt, pauloque poſt aperitur veritas.

XV. 1. Quartum & ſuperiori affine eſt, quoties k qui habet 98 jus ſupereminens in omnia jura alterius, eo jure 99 bono ipſius ſive proprio, ſive publico utitur. Et hoc maxime ſpectaſſe videtur 100 Plato, *f* qui imperium habentibus concedit falſum dicere. Idem cum l 101 medicis modo dare videatur, modo adimere, diſcrimen hoc adhibendum videtur, ut priore loco medicos intelligat publice ad hoc vocatos, poſteriore eos qui privatim id ſibi arrogant. Deo tamen, quanquam jus ſummum in homines habenti, non convenire mendacium recte agnoſcit idem Plato, quia infirmitatis nota eſt ad talia confugere.

f III. *de Rep.* pag. 389. B.

2. Exemplum forte inculpatæ falſiloquentiæ, laudante etiam * Philone, dari poterit m in Joſepho, qui regia vice imperans fratres primum quaſi exploratores, deinde quaſi fures, ficte nec ita ſentiens accuſat. Et in Solomone, † qui ſapientiæ divinitus datæ ſpecimen dedit, cum apud mulieres de partu litigantes voces eas protulit quæ voluntatem ſcindendi infantis ſignificarent, cum animus ei longiſſime a tali voluntate abeſſet, & veræ matri

* *De Joſeph.* pag. 550, & *ſeq.*
† 1. *Reg.* III. 25.

GROTII.

k *Qui habet jus ſupereminens*] Iliados ſecundo Agamemnon Græcorum Imperator, (*vers* 73.)

*Πρῶτα δ' ἐγὼν ἔπεσιν πειρήσομαι ἣ θέμις ἐστί,*
*Καὶ φεύγειν σὺν νηυσὶ πολυκλήϊσι κελεύσω.*
*Ante tamen Danaos verbis tentabo, (ſinit fas)*
*Utque citi fugiant armata claſſe monebo.*

l *Medicis*] Exempla medicorum affert *Chryſoſtomus* dicto libro I. de Sacerdotio.

m *In Joſepho*] *Cum fratribus diſpenſatoria ſeveritate crimen explorationis ingerere*t, ait *Caſſiodorus* de Amicitia.

GRONOVII.

97 *Læſionem judicii*] Diſſimulationem, qua judicium alteri de ſententia noſtra eripitur.

98 *Jus ſupereminens*] Poteſtatem, imperium, tutelam.

99 *Bono ipſius*] Ad id quod ei utile eſt, ſive in ipſius perſona, ſive quatenus pars eſt corporis, cui utile eſt.

100 *Plato qui imperium*] 3. de Republ. p. 611. Τοῖς ἄρχουσι δὴ τῆς πόλεως, εἴπερ τισὶν ἄλλοις, προσήκει ψεύδεσθαι, ἢ πολεμίων ἢ πολιτῶν ἕνεκα, ἐπ' ὠφελείας τῆς πόλεως· τοῖς δὲ ἄλλοις πᾶσιν οὐχ ἁπτέον τοῦ τοιούτου.

101 *Medicis modo dare*] Εἰ γὰρ ὀρθῶς ἐλέγομεν ἄρτι καὶ τῷ ὄντι, θεοῖς μὲν ἄχρηστον ψεῦδος, ἀνθρώποις δὲ χρήσιμον, ὡς ἐν φαρμάκου εἴδει, δῆλον ὅτι τό γε τοιοῦτον ἰατροῖς δοτέον, ἰδιώταις δὲ οὐχ ἁπτέον· Hic certe non modo dat, modo adimit, medicis, ſed ἄρχουσι ſolis & medicis dat; ἰδιώταις, hoc eſt, ut ipſe ibidem loquitur, πᾶσιν ἄλλοις, *adimit*. [Vide quæ diximus ad PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. C. I. §. 17. Not. I. alterius Editionis. *J. B.*]

n *Quo-*

Digitized by Google

matri ſuum partum 1 attribuere vellet. Quintiliani eſt a dictum: *aliquando exigit communis utilitas ut etiam falſa defendantur.* a *Inſt. Orat. Lib. II. c. 17.*

XVI. Quintum eſſe poteſt, n quoties vita innocentis, aut par aliquid aliter ſervari, & alter ab improbi facinoris perfectione aliter averti non poteſt: quale fuit 2 factum Hypermneſtræ quæ hoc nomine laudari ſolet, b

b *Horat.* III. *carm.* XI. *vers* 35.

o 3 *Splendide mendax, & in omne virgo*
*Nobilis ævum.*

XVII. 1. Latius quam quæ jam diximus patet quod paſſim ſtatuunt ſapientes, apud hoſtem falſo ſermone uti licere. Sic regulæ de non mentiendo exceptionem niſi adverſus hoſtes addit * Plato, † Xenophon, Philo a inter Judæos, p inter Chriſtianos

* *Lib.* II. *De Rep.* p. 382. C.
† *Lib.* I. *De Cyri inſtit.* c. 6. & IV. *Ibid.*
a *De Migr. Abr.*

GROTII.

n *Quoties vita innocentis, aut par aliquid aliter ſervari, & alter ab improbi facinoris perfectione aliter averti non poteſt* ] *Auguſtinus* in v. Pſalmum, relatus a *Gratiano* in cauſam XXII. quæſt. II. c. ne quis 14. *Duo vero ſunt genera mendaciorum in quibus non eſt magna culpa, ſed tamen non ſunt ſine culpa, cum aut jocamur, aut proximo conſulendo mentimur. Illud autem primum in jocando ideo non eſt pernicioſum, quia non fallit. Novit enim ille, cui dicitur, cauſa jocandi fuiſſe dictum. Secundum autem ideo minus eſt, quia retinet nonnullam benevolentiam. Tertullianus* libro de Pudicitia inter delicta quotidianæ incurſationis, quibus omnes ſumus objecti, ponit, neceſſitate mentiri. (Cap. 19.)

o *Splendide mendax* ] Ubi ſcholiaſtes, *decenter. Pulchrum eſt enim pro juſtitia mentiri.* Simile eſt illud *Chryſoſtomi* de Rahabe: ὦ καλοῦ ψεύδους, ὦ καλοῦ δόλου, οὐ προδιδόντος τὰ θεῖα, ἀλλὰ φυλάττοντος τὴν ἀλήθειαν, aut, ut alii habent codices, τὴν εὐσέβειαν, *ô pulchrum mendacium, ô laudatum dolum, non prodentis res divinas, ſed cuſtodientis veram pietatem. Auguſtinus* de Obſtetricibus Ægyptiis: *ô magnum humanitatis ingenium, ô pium pro ſalute mendacium!* Laudat eaſdem obſtetrices, & præmia illis data, etiam æterna, credit *Hieronymus* ad Ezechielem XXVIII. & ad Eſaiam LXV. *Ambroſius* ad Syagrium libro VI. *Auguſtinus* ipſe ut ſolet, varians, ad Conſentium contra mendacium c. 15. *Toſtatus* negat in eo peccatum. Hæſitant *Auguſtinus* lib. II. quæſtione ſuper Exodum, *Thomas* 2, 2. quæſtione ex. art. 4. reſp. ad 4. & ibi *Cajetanus.* Vide ſi vacat & moriæ encomio *Eraſmum,* & doctiſſimum *Maſium* ad Joſuam II. 5.

p *Inter Chriſtianos Chryſoſtomus* ] Sic loquens: εἰ βούλει γε τῶν στρατηγῶν τοὺς ἐξ αἰῶνος εὐδοκιμάσαντας ἐξετάσαι, τὰ πλείονα αὐτῶν τρόπαια τῆς ἀπάτης εὑρήσεις ὄντα κατορθώματα, καὶ μᾶλλον τούτους ἐπαινουμένους ἢ τοὺς φανερῶς κρατοῦντας· *ſi nobiliſſimos ducum ad examen voces, pleraque eorum tropæa reperies fraudum eſſe opera, magiſque tales laudari quam qui aperte agendo vicerunt.*

GRONOVII.

1 *Attribuere vellet* ] Ita Cæſar fama hoſtilium copiarum perterritos milites non negando minuendove, ſed inſuper amplificando, ementiendoque confirmabat. *Suet.* 66.

2 *Factum Hypermneſtræ* ] Quæ promiſerat patri ſe interfecturam patruelem maritum, quem ſervavit, *Ovid.* in epiſt. Heroid.

3 *Splendide* ] Glorioſe, cum laude.

b *De Sac. L.* 1. c 1 *Sam.* XI. vers 10. d II *Reg.* VI. 18, & *ſeqq.* e *Cap.* 9.

ſtianos b Chryſoſtomus. Quo forte non male referas quod in ſacris litteris extat c Jabeſitarum in obſidione mendacium, & factum non diſſimile d Prophetæ q Eliſæi: & Valerii Levini, qui Pyrrhum (gg) a ſe interemtum jactabat.

2. Ad tertiam, quartam, & quintam obſervationum earum quas jam poſuimus, pertinet Euſtratii Metropolitæ Nicæenſis locus ad ſextum e Nicomachiorum: *ὁ εὖ βουλευόμενος, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὁ ἀληθεύων ἐστίν· ἔστι γάρ ποτε τὸν ὀρθῶς βουλευόμενον καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ ψεύδους βουλεύσασθαι, ἵν' ἐπιτηδὲς ψεύδηται πρός τινα ἢ ἐχθρὸν ὄντα, ἵνα σφάλῃ αὐτὸν, ἢ φίλον, ἵν' ἐκκλέψῃ αὐτὸν ἀπὸ κακοῦ, καὶ τούτων τὰ παραδείγματα ἐν ταῖς ἱστορίαις πολλά· qui recte conſultat non utique & verum dicit. Fieri enim poteſt ut quis recte conſultans hoc ipſum conſultet quo pacto de induſtria mentiatur, aut hoſti ut eum fallat, aut amico ut eum a malo liberet: quarum rerum exemplis plena ſunt hiſtoriæ.* Et Quintilianus, f ſi ab homine occidendo graſſator avertendus ſit, aut hoſtis pro ſalute patriæ fallendus, quod alias 4 in ſervis reprehendendum ſit, fore ait in ipſo ſapiente laudandum.

f *Inſt. Or.* XII. 1.

g *Th.* 2, 2. *qu* 110. *art.* 1. & 3. *Covar. in c. quamvis. de pactis in* 6. *p.* 1. *S.* 1. *n.* 15. *Soto de Juſtitia* V, *q* 6 *art.* 2. *Tolet. lib.* IV. *c.* 21. *lib.* V. *c.* 58. *Leſſ. lib.* 11, *de Juſtitia c.* 42. *dub.* 9.

3. Non placent hæc 5 ſcholæ actorum paulo ante ſæculorum, g ut quæ unum ex veteribus r Auguſtinum ferme in omnibus ſequendum ſibi delegerit. Sed eadem ſchola tam ab omni uſu abhorrentes admittit interpretationes tacitas, ut dubitari poſſit an non ſatius ſit adverſus quoſdam 6 falſiloquium admittere in iis quos diximus caſibus, aut eorum aliquibus, (nihil enim definiendum hic ſumo) quam iſta a falſiloquio tam indiſcrete eximere: ut cum dicunt, neſcio, intelligi poſſe neſcio ut dicam; non habeo, intelligi poſſe ut tibi dem; & id genus alia quæ ſenſus communis repudiat, & quæ ſi admittantur, jam nihil obſtabit quominus qui quid affirmat id ipſum negare, qui negat affirmare dicatur.

4. Veriſ-

### GROTII.

q *Eliſæi* ] Ejuſdem Eliſæi alterum ſimile eſt II *Regum* VIII, 10. ita ut legunt Maſoretæ, id eſt, ſecundum קרי, quod ſequitur latina vulgata verſio.

r *Auguſtinum* ] Contra cujus poſteriorem in hac re ſententiam ſcripſit *Rupertus* Abbas.

### GRONOVII.

4 *In ſervis reprehendendum* ] Mendacium & furtum propria ſervorum vitia dicebant veteres. i. n. 20.

5 *Schola* ] Theologis ſuperiorum ætatum, qui *κατ' ἐξοχὴν* ſcholaſtici vocantur.

6 *Falſiloquium admittere* ] Loqui aliter ac ſentias mendacium non eſſe.

(gg) Habet hoc Auctor ſine dubio è FRONTINO, ſed qui alio modo rem refert, ut non ſatis ad rem faciat: VALERIUS LÆVINUS (inquit) *adverſus* Epirotarum *Regem, occiſo quodam gregali, tenens gladium cruentum, exercitui utrique perſuaſit*, Pyrrhum *interemtum*. Strateg. Lib. II. c. 4. *num.* 9. Vide PLUTARCHUM, *Vit. Pyrrh.* pag. 393. E. F. Aptius fuiſſet exemplum *num.* 10, ſequ. ubi *Jugurtha* falſo *Marium* à ſe interemtum jactat: de quo vide SALLUSTIUM, *Bell. Jug.* cap. 107. Ed. Waſſ. J. B.

ſ Quæ

Digitized by Google

4. Veriſſimum quippe eſt nullam omnino eſſe vocem ſ quæ non ambiguum recipiat, cum omnes præter 7 ſignificatum quem vocant primæ notionis, t alterum habeant 8 ſecundæ, eumque varium u ſecundum varias artes, tum vero alios quoque ex translatione ac ſimilibus figuris. Neque magis eorum commentum probo, qui, quaſi vocem non rem exhorreſcerent, joca vocant ea quæ vultu ac pronuntiatione maxime ſeria proferuntur.

XVIII. Sciendum vero quæ de falſiloquio diximus ad 9 aſſerentem ſermonem, & quidem talem qui nulli niſi publico hoſti noceat, x non ad promittentem referenda. Nam ex promiſſione, ut jam modo dicere cœpimus, jus ſpeciale ac novum confertur ei cui fit promiſſio: idque inter hoſtes etiam locum habere, 10 ſine ulla hoſtilitatis jam exiſtentis exceptione, neque tantum in promiſſis expreſſis, ſed & in tacitis, ut in colloquii poſtulatione oſtendemus, cum ad eam partem quæ de fide in bello ſervanda eſt, ventum erit.

XIX. Illud quoque ex ſuperiori, quæ 11 de jurejurando fuit, diſſertatione repetendum eſt, 12 ſive id aſſertivum ſit, ſive promiſſivum, vim habere excludendi omnes exceptiones, quæ ex perſona ejus quicum agimus peti poſſent, quia non cum homine tantum, ſed & cum Deo res eſt, cui per jusjurandum obligamur, etiamſi homini jus nullum naſci poſſit. Ibidem & illud diximus, non ſicut in alio ſermone, ita in jurato, ut a mendacio excuſemur, admitti interpretationes verborum quaſvis non plane

GROTII.

ſ *Quæ non ambiguum recipiat* ] Id Chryſippus defendit apud *Gellium* libro XI. c. 12. Et *Seneca* de Beneficiis ſecundo, capite 34. *Ingens eſt copia rerum ſine nomine, quas non propriis appellationibus notamus, ſed alienis commodatiſque.*

t *Alterum habeant ſecundæ* ] *Auguſtinus* de magiſtro: *nullum nos ſignum comperiſſe quod non inter cætera quæ ſignificat, ſe quoque ſignificet.*

u *Secundum varias artes* ] Vide quæ ſupra notata ad paragraphum decimum.

x *Non ad promittentem* ] Diſtinguit hæc & Ageſilaus & cum eo *Plutarchus*· τὸ μὲν σπεισάμενον ἀδικεῖν, τοὺς θεοὺς ἐςι καταφρονεῖν· ἐν δὲ τῷ παραλογίζεσθαι τὰς πολεμίας, ὐ μόνον τὸ δίκαιον, ἀλλὰ καὶ δόξα πολλὴ, καὶ τὸ μεθ᾽ ἡδονῆς κερδαίνειν ἔνεςι· *ſœdera violare, Deos eſt contemnere. Extra ea verbis hoſtem decipere, non juſtum modo eſt, ſed & gloriam habet, & cum lucro voluptatem.*

GRONOVII.

7 *Significatum primæ notionis* ] Quam *domicilium proprium* appellat *Cicero* 16. famil. 17.

8 *Secundæ* ] Quas migrationes in alienum.

9 *Aſſerentem ſermonem* ] Quo tantummodo aliquid pronuntiatur eſſe vel non eſſe; non etiam promittitur, aut adſtringitur.

10 *Sine exceptione* ] Nec prætextu, quod hoſti omnibus modis nocere liceat, irritum fieri.

11 *De jurejurando* ] 2, 13.

12 *Sive id aſſertivum* ] Sive confirmatur eo aliquid tanquam verum; ſive promittitur tanquam præſtandum.



Digitized by Google

ne inuſitatas: ſed omnino veritatem requiri eo in ſenſu quem homo exaudiens intelligere fide optima exiſtimatur: ut plane deteſtanda ſit illorum impietas, qui 13 ut pueros talis, ita viros jurejurando fallendos aſſerere non dubitabant.

XX 1. Scimus etiam fraudium, quas conceſſas naturaliter diximus, genera quædam a populis aut hominibus nonnullis repudiata: ſed id non accidit 14 ob injuſtitiæ opinionem, ſed ob eximiam quandam animi celſitudinem, interdum & virium fiduciam. Exſtat 15 apud Ælianum dictum Pythagoræ, duabus rebus hominem ad Deum proxime accedere, vera (hh) ſemper
* Protrept. c. 20. loquendo, & benefaciendo aliis: & apud * Jamblichum veracitas dux dicitur ad omnia divina humanaque bona. Ariſtoteli † ὁ
† Nic. IV, 8. μεγαλόψυχος παῤῥησιαστικὸς καὶ ἀληθευτικὸς, *magnanimus verum & libere loqui amat.* Plutarcho τὸ ψεύδεσθαι δουλοπρεπὲς, γ *ſervile*
a Lib. I. init. *mentiri.* Arrianus de Ptolemæo: ᾧ καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ὄντι αἰσχρότερον ἢ τῷ ἄλλῳ ψεύσασθαι ἦν· *& ipſi, utpote regi, turpius mentiri*
b Lib. VII. c. 5. *quam alii cuivis.* Apud eundem b Alexander: οὐ χρῆναι τὸν βασιλέα ἄλλο τι ἢ ἀληθεύειν πρὸς τοὺς ὑπηκόους· *non debere regem apud ſub-*
c Panegyr. Jul. c. 20. *ditos aliud quam verum eloqui.* Mamertinus c de Juliano: *mira eſt in principe noſtro mentis linguaque concordia. Non modo humilis & parvi animi, ſed & ſervile vitium ſcit eſſe mendacium: & vere cum mendaces homines aut inopia aut timor faciat, magnitudinem*
d Pag. 319. D. *fortunæ ſuæ imperator qui mentitur ignorat.* Laudatur Plutarcho d Ariſtidis φύσις ἱδρυμένη ἐν ἤθει βεβαίῳ καὶ πρὸς τὸ δίκαιον ἀτενὴς, ψεῦδος δ' οὐδ' ἐν παιδιᾶς τινι τρόπῳ προσιεμένη· *ingenium morum conſtantia præditum, & juſti tenax, mendacii etiam in joco fugiens.*
e Corn. Nep. c. 1. De Epaminonda e Probus: *adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur.*

2. Quod profecto Chriſtianis eo magis obſervandum eſt, (ii) quia ipſis non ſimplicitas tantum imperata eſt Matth. x, 16. ſed & vaniloquentia interdicta Matth. XII, 36. & is in exemplum propoſitus in cujus ore dolus inventus non eſt. Lactantius:
* Inſt. Div. VI. 18. * *Itaque viator ille verus ac juſtus non dicet illud Lucilianum:*

*Homini amico ac familiari non eſt mentiri meum.*

Sed

GROTII.

γ *Servile mentiri* ] *Philo* libro: omnem virum probum eſſe liberum: (Pag. 888. B.) παρ' ὃ καὶ τοὺς δειλοὺς καὶ δολίους ἅπασιν ὀνομάζειν ἔθος ἀνελευθέρους τε καὶ δουλοπρεπεῖς· *unde & eos qui timidi ſunt atque fallaces, eos illiberales ſerviliſque animi vocare ſolent.*

GRONOVII.

13 *Ut pueros talis* ] Lyſandri Lacedæmonis, aut Philippi Macedonis. *Ælian.* 7, 12.

14 *Ob injuſtitiæ* ] Non quod illas nullo modo licitas putarent, ſed quod ſeſe indignas & inferiores.

15 *Ælianum* ] 12, 59.

(hh) Vox illa, *ſemper*, apud *Ælianum* non legitur. *J. B.*

(ii) Nihil heic poſcit Religio Chriſtiana ultra id, quod Lege Naturæ ſancitur. Dicemus plura, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

z Nec

*Sed etiam inimico atque ignoto existimabit non eſſe mentiri ſuum: nec aliquando committet, ut lingua interpres animi a ſenſu & cogitatione diſcordet.* Talis eſt in Philoctete Sophoclis Neoptolemus ὑπερβάλλων ἁπλότητι καὶ εὐγενείᾳ, *generoſa ſimplicitate excellens*, ut recte notavit Dion Pruſæenſis, qui Ulyſſi ad dolos hortanti ſic reſpondet. (*Philoctet.* vers 85 *& ſeqq* )

> *Ego audiens quæ doleo, Laërta ſate,*
> *Implere factis oderim multo magis:*
> *Nam ſi nec ego ſum natus ut fallacias*
> *Sector, z nec olim genitor, ut perhibent, meus:*
> *At ſum paratus vi mera, non fraudibus*
> *Pertrahere raptum.*

Euripides Rheſo, (*vers* 510, 511.)

> *Generoſus animus hoſtibus furtim necem*
> *Inferre neſcit.*

3. Sic Alexander furari negabat † ſe velle victoriam. Et Achæos abhorruiſſe ab omni in hoſtes fraude narrat *a* Polybius, ideo quod eam demum firmam cenſerent victoriam, quæ, ut *b* Claudiani verbis ſenſum ejus exprimam, † *Plutarch. Alex.* pag. 683. D. *a Lib.* XIII. c. I. *b In VI. Conſ. Honor.* vers. 248.

> *Confeſſos animo quoque ſubjugat hoſtes.*

Tales Romani ferme 16 ad uſque belli Punici ſecundi finem. Ælianus: *c* ἴσασι Ῥωμαίοι ἀγαθοὶ εἶναι, καὶ οὐ μὴν διὰ τέχνης καὶ ἐπιβουλῆς καταγωνίσασθαι τοὺς ἐχθρούς· *Romanis propria eſt virtus, non per aſtus & vafritiem quæſita victoria.* Unde cum 17 Perſeus Macedonum rex deceptus eſſet ſpe pacis, negabant veteres ſenatorum ſe agnoſcere Romanas artes. majores nunquam ut aſtu magis quam virtute gloriarentur bella geſſiſſe: non verſutiis Punicis, non calliditate Græca, apud quos fallere hoſtem quam vi ſuperare glorioſius foret. Tum illud addebant: *interdum in præſens tempus plus profici dolo quam virtute, ſed ejus demum animum in perpetuum vinci, cui confeſſio expreſſa eſſet, ſe neque arte, neque caſu, ſed* *c Var. Hiſt.* XII. 33.

GROTII,

z *Nec olim genitor, ut perhibent, meus*] Achilles: de quo *Horatius* carminum lib. IV, ode VI.

> *Ille non incluſus equo Minervæ*
> *Sacra mentito, male feriatos*
> *Troas & lætam Priami choreis*
> *Falleret aulam:*
> *Sed palam captis gravis.*

Et quæ ſequuntur. ubi Scholiaſtes dicit *Achillem nihil fraude, ſed ſemper palam virtutis fiducia dimicaſſe.* Nota illud *virtutis fiducia*, quod optime convenit cum iis quæ nos hujus paragraphi initio in textu diximus.

GRONOVII,

16 *Uſque ad belli Punici ſecundi*] Immo uſque ad initium tertii. *Salluſt.* lib. I. hiſtor.

17 *Perſeus Macedonum rex*] Livius 42, 47.

Vv 3 a Quid-

*Sed vellatis continuis viribus justo ac pio bello esse superatum.* Etiam
* Ann. l. II. c. 88. ſerius apud Tacitum * legimus: *non fraude, neque occulte, ſed palam & armatum populum Romanum hoſtes ſuos ulciſci.* Tales etiam
† Scholiaſtes ad II. Apollonii Rhod. Tibareni, † qui prælii quoque 18 locum & tempus condicebant. Quod & de Græcis ſui temporis apud Herodotum (kk) prodit Mardonius.

XXI. Ad modum agendi & illud pertinet, quod a quicquid alicui facere non licet, ad id eum impellere aut ſollicitare non liceat. Pro exemplo ſint hæc: regem ſuum occidere ſubdito non licet, nec oppida ſine conſilio publico dedere, nec ſpoliare cives. Ad hæc ergo ſubditum, 19 qui talis maneat, permovere non licet. Semper enim qui alteri peccandi cauſam dat, peccat & ipſe. Nec eſt quod regerat quiſquam, ipſi qui talem hominem ad facinus impellit, actum talem, puta hoſtis interfectionem, eſſe licitum. Licet enim id ei facere, ſed non eo modo. Bene Au-
a Lib. 11. De Mor. Eccl. Cath. guſtinus: *a nihil intereſt utrum ipſe ſcelus admittas, an alium propter te admittere velis.*

XXII. Aliud eſt ſi quis opera ſponte nec ſuo impulſu peccantis ad rem ſibi licitam utatur: quod iniquum non eſſe b Dei ipſius exemplo alibi probavimus. *Transfugam jure belli recipimus*, inquit
b L. 51. D. de acq. rerum dom. b Celſus, id eſt, c contra jus belli non eſt, ut eum admittamus, qui deſerta hoſtium parte noſtram eligit.

GROTII.

a *Quicquid alicui facere non licet, ad id eum impellere aut ſollicitare non liceat*] Ita docet & *Maimonides* in חלכת חובל cap. v, ſect. 10.

b *Dei ipſius exemplo*] Libro II, c. XXVI. §. 5.

c *Contra jus belli non eſt, ut eum admittamus qui deſerta hoſtium parte noſtram eligit*] Neque reddendi tales, niſi pace convenerit, ut pace cum Philippo, Ætolis, Antiocho. *Polybius* in excerptis legationum IX, XXVIII, XXXV. *Menander protector* idem nos docet.

GRONOVII.

18 *Locum & tempus*] Palam hoſtibus denuntiabant, ubi & quando eos aggredi conſtituiſſent.

19 *Qui talis maneat*] Qui patriam & civitatem non mutavit.

(kk) Locus eſt *Lib.* VII. *Cap.* 9. Sed ubi id reperit Auctor noſter, quæ verba Græca, rectè expenſa, non præ ſe ferunt. *J. B.*

CAPUT

# CAPUT II.

## Quomodo jure gentium bona Subditorum pro debito imperantium obligentur: ubi de repreſſaliis.

I. *Naturaliter ex facto alieno neminem teneri niſi heredem:*
II. *Jure tamen gentium introductum ut pro debito imperantis teneantur res & actus ſubditorum.*
III. *Exemplum in prehenſione hominum:*
IV. *Et rerum:*
V. *Locum habere hoc poſt jus denegatum: & quando id factum cenſere debeat: ubi oſtenditur rem judicatam proprie jus non dare aut adimere.*
VI. *Vitam non obligari.*
VII. *Diſtinctio ejus quod in hac materia eſt juris civilis & gentium.*

I. 1. VEniamus ad ea 1 quæ ex jure deſcendunt gentium. Ea partim ad quodvis bellum ſpectant, partim ad certam belli ſpeciem. A generalibus auſpicemur. Mero naturæ jure ex facto alieno nemo 2 tenetur, niſi qui bonorum ſucceſſor eſt: a ut enim cum oneribus bona tranſirent ſimul cum dominiis rerum introductum eſt. Imperator * Zeno æquitati naturali contrarium dicit ut pro alienis debitis alii moleſtentur. Hinc tituli in jure Romano, † ne uxor pro marito, ne maritus pro uxore, ne filius pro patre, ne pater vel mater pro filio conveniantur.

* *L. un. C. ut nul. ex vic.*
† *Tot. tit. C. ne uxor pro mar. & ne fil. pro pat.*

2. Nec quod univerſitas debet, ſinguli debent, ut diſerte a loquitur Ulpianus: nimirum ſi univerſitas bona habeat: alioqui enim tenentur 3 non ſinguli, ſed qua pars ſunt univerſorum. Seneca: *b ſi quis patria mea pecuniam credat, non dicam me illius debitorem, nec hoc 4 æs alienum profitebor:* b *ad exſolvendum tamen hoc*

a *L. 7. §. 1. D. qu. cuj. univ. nomi.*
b *Lib. VI, de Benef. c. 20.*

### GROTII.

a UT *enim cum oneribus bona tranſirent ſimul cum dominiis rerum introductum eſt* ] Vide ſupra lib. II, c. XXI. §. 19. Adde c. in literis 5. *de raptoribus* c. tua 9. de uſuris.

b *Ad exſolvendum tamen hoc portionem meam dabo* ] Vide leges Siculas fine libri 1.

### GRONOVII.

1 *Quæ ex jure deſcendunt* ] Quæ in bello licent, non quidem naturæ, ſed tamen gentium jure.

2 *Tenetur, niſi qui* ] 2, 21. 19.

3 *Non qua ſinguli* ] Non ut quilibet unus ſuo nomine, ſed ut cœtus illius ſive univerſitatis commodorum & incommodorum participes.

4 *Æs alienum profitebor* ] Poteſt intelligi, quum ſcilicet bona, more Romano, profiteor in cenſu: tum enim & debita profitebantur, ut eis detractis intelligeretur quid proprie quiſque in bonis haberet. Sed addit *Seneca* omiſſum Gr. *candidatus, aut reus.* Quorum illi ſolebant hoc facere ut ſciretur eſſe bonos & locupletes cives, cenſu ſenatorio præditos: his propter lites æſtimandas, ne major imponeretur mulcta, quam in damnatorum bonis eſſet.

c Pigno-

*hoc portionem meam dabo.* Supra dixerat: *civis e populo non tanquam pro me ſolvam, ſed tanquam pro patria conferam.* Et: *ſinguli debebunt non tanquam proprium, ſed tanquam publici partem.* Hinc ſpeciatim jure Romano conſtitutum, † ut nullus ex vicaneis pro alienis vicanorum debitis teneatur; & alibi nulla poſſeſſio * alterius pro alienis debitis etiam publicis conveniri præcipitur: & in novella Juſtiniani *a* vetantur ἐνεχυριασμοὶ, id eſt, c pignorationes pro aliis, addita cauſa, quod rationem non habeat, alium quidem eſſe debitorem, alium vero exigi; ubi & hujuſmodi exactiones odioſæ vocantur. Et rex Theodoricus apud Caſſiodorum, *b* fœdam vocat licentiam alterum pro altero pignorandi.

c Cap. 19. ib.
† D. l. un. C. ut null. ex vic. l. XI. t. 56.
* L. 4. C. de exec. & exact. l. XII.
a Nov. 52. & 134. c. 7.
b Lib. IV. var. epiſt. 10.

II. 1. Hæc quanquam vera ſunt, tamen jure gentium voluntario induci potuit, & inductum apparet, (aa) ut pro eo quod debet præſtare civilis aliqua ſocietas, aut ejus caput, 5 ſive per ſe primo, ſive quod alieno debito jus non reddendo ſe quoque obſtrinxerit, pro eo teneantur & obligata ſint bona omnia 6 corporalia & incorporalia eorum qui tali ſocietati aut capiti ſubſunt. Expreſſit autem hoc quædam neceſſitas, quod alioqui magna daretur injuriis faciendis licentia, cum 7 bona imperantium ſæpe non tam facile poſſint in manus venire, quam privatorum qui plures ſunt. Eſt igitur hoc inter jura illa quæ Juſtinianus *c* ait uſu exigente, & humanis neceſſitatibus a gentibus humanis conſtituta.

2. Non autem hoc naturæ repugnat, *d* ut non more & tacito conſenſu induci potuerit, cum & fidejuſſores ſine ulla cauſa ex ſolo conſenſu obligentur. Et ſpes erat facilius membra ejuſdem ſocietatis 8 a ſe mutuo jus conſequi poſſe, & indemnitati ſuæ conſulere, quam externos, quorum multis in locis exigua habetur ratio: deinde, commodum ex hac obligatione commune erat omnibus populis, ita ut qui nunc eo gravaretur, alio tempore indidem ſublevari poſſet.

c Inſt. de Jur. Nat. §. 2.
d Th. 2. 2. q. 40. art. 1. Molin. diſp. 120. & 121. Valent. diſp. 3. q. 16. num. 3. Navar. c. 27. n. 136.

3. Re-

GROTII.

c *Pignorationes* ] C. unico *de injuriis* in ſexto: *pignorationes quas vulgaris elocutio repreſſalias nominat.* Rectius ſcribas, ut libri quidam, *reprenſalias.* Id enim voci Saxonicæ *Withernamii* ad amuſſim reſpondet, ſed uſus alterum recepit.

GRONOVII.

5 *Sive per ſe primo* ] Sive injuria ceſſet in proprii nominis debito, ſive in morandis ac deſtituendis privatis, ne ad jus ſuum perveniant.

6 *Corporalia & incorporalia* ] Vide tit. *Inſtitutionum* hac formula.

7 *Bona imperantium* ] Hæc enim rarius in alienum territorium & ſub alienam juriſdictionem veniunt, quam privatorum, qui negotiantur & mercaturam per varias terras exercent.

8 *A ſe mutuo jus* ] Nam cujus bona detinentur, is perſequi compellitur civem ſuum, a quo injuria non vindicata cœpit in exterum, ut aut ab eo recipiat, quod amiſit, aut eum cogat externo ſatisfacere.

(aa) Hoc non oritur ex jure illo Gentium voluntario, quod gratis ſtatuitur, ſed ex ipſa conſtitutione Societatis Civilis, ut nos oſtenſuros eſſe ſperamus in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

d *Ex*

Digitized by Google

3. Receptum autem hunc morem, non tantum apparet d ex bellis plenis quæ populi populis inferunt: in his enim quid obſervetur, oſtendunt denuntiationum formulæ: * *populis priſcorum Latinorum, hominibuſque priſcis Latinis bellum indico facioque*: & in rogatione: † *vellent, juberent Philippo regi Macedonibuſque qui ſub regno ejus eſſent bellum indici*: & in decreto ipſo: a *populus Romanus cum populo Hermundulo hominibuſque Hermundulis bellum juſſit*, quod ex Cincio eſt in re militari: & b alibi: *hoſtis ſit ille quique intra præſidia ejus ſunt*: verum etiam ubi 9 ad eam belli plenitudinem nondum ventum eſt, ſed tamen violenta quadam juris executione, id eſt, bello imperfecto, opus eſt, idem videmus uſurpari. Pharnabazo regis Perſarum ſubdito dicebat olim c Ageſilaus: *ἡμεῖς, ὦ Φαρνάβαζε, καὶ φίλοι ὄντες πρότερον βασιλέως, ἐχρώμεθα τοῖς ἐκείνου πράγμασι φιλικῶς. καὶ νῦν πολέμιοι γεγονότες, πολεμικῶς· ὧν οὖν καί σε τῶν βασιλέως κτημάτων ὁρῶντες εἶναι βουλόμενον, εἰκότως διὰ σοῦ βλάπτομεν ἐκεῖνον*· *Nos Pharnabaze & cum amici regis eſſemus amice nos erga ea quæ ipſius erant gerebamus: & nunc, cum hoſtes ſimus facti, hoſtiliter nos gerimus. Quare cum & tu eſſe velis inter ea quæ regis ſunt, jure per te illum lædimus.*

* Liv. lib. I. c. 32.
† Lib. XXXI. c. 6.
a Gell. l. XVI, cap. 4.
b Livius lib. XXXVIII. c. 48. & alibi.
c Plut. Ageſ. pag. 602. D. E. & Xen. hiſt. Gr. IV. c. 1. §. 15.

III. 1. Ejus quam dico executionis ſpecies erat quam Athenienſes vocabant 10 *ἀνδροληψίαν*, de qua ſic habebat lex d Attica; *ἐάν τις βιαίῳ θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ἕως ἂν ἢ δίκας τοῦ φόνου ὑπόσχωσιν, ἢ τοὺς ἀποκτείναντας ἐκδῶσι. τὴν δὲ ἀνδροληψίαν εἶναι μέχρι τριῶν, πλέον δὲ μή·* id eſt, 11 *ſi quis morte per vim illata 12 obierit, pro eo proximis ac neceſſariis jus eſto homines prehendendi, donec aut pœna ſumatur de cæde aut homicida*

d Apud Demoſth. Or. adv. Ariſtocr. p. 440. C.

### GROTII.

d *Ex bellis plenis* ] Diſtinguit bella ab his pignorationibus vir prudens *Nicolaus Damaſcenus*, ubi oſtendit Herodi, cui non licebat bellum inferre Arabi, licuiſſe *ῥύσια λαμβάνειν*, pro ſibi ex contractu debitis uti pignoratione. *Joſephus* XVI. antiquæ hiſtoriæ, ubi hæc verba: *τὸ δάνειον εἰπὼν τῶν πεντακοσίων ταλάντων, καὶ τὴν συγγραφὴν ἐν ᾗ καὶ τοῦτο ἦν προγεγραμμένον, ἐξεῖναι τῆς προθεσμίας παρελθούσης ῥύσια λαμβάνειν ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας, τὴν μὲν στρατείαν οὐ στρατείαν ἔλεγεν, ἀλλ' ἐπὶ δικαίων τῶν ἰδίων ἀπαίτησιν*· *cum narraſſet quingenta Herodi talenta debita, cautionemque de iis expoſitam id continere ubi dies præſtituta tranſiiſſet, poſſe ipſum ex omni Arabum terra pignora capere, hanc expeditionem non expeditionem eſſe dicebat, ſed juſtam debiti exactionem.*

### GRONOVII.

9 *Ad eam belli plenitudinem* ] Adverſus quem bellum nondum declaratum eſt, ſed tamen vi opus eſt, quia ſponte jus non reddit.

10 *Ἀνδροληψίαν* ] Q. eſſet *viricapionem*; ſed *Clarigationem* Latini vocant, *Liv.* 8, 14. Vide *Gail.* de Pignorationibus. *Buſium* Subtil. Jur. 1, 17. *Salmaſ.* de Mod. uſur. cap. 13. p. 531. & p. 212.

11 *Si quis* ] Civis Athenienſis.

12 *Obierit* ] In alieno ſolo ac territorio, aut etiam domi, evadente aliquam aliam in urbem homicida.

e He-

*cida dedantur: liceat autem tres tantum* 13 *homines prehendere, non ultra*. Hic videmus pro debito civitatis, 14 quæ obligatur ſubditos ſuos qui aliis nocuerunt plectere, obligari jus quoddam incorporale ſubditorum, ipſam ſcilicet libertatem morandi ubi velint, & agendi quod velint, ita ut in ſervitute interim ſint, donec civitas id faciat quod facere tenetur, id eſt, puniat ſontem. Quanquam enim Ægyptii, ut ex Diodoro Siculo* diſcimus, diſputabant corpus ſive libertatem pro debito obligari non debere, nihil tamen in eo eſt naturæ repugnans, & mos non Græcorum tantum, ſed & aliarum gentium 15 in contrarium valuit.

* *Biblioth. L. 1. c. 79.*

2. Ariſtocrates Demoſtheni coævus decretum rogaverat, ſi quis Charidemum occidiſſet eum abripere undecunque liceret, & ſi quis obſiſteret is hoſtium eſſet numero. Hic multa reprehendit Demoſthenes: primum quod non diſtinxerit Ariſtocrates inter cædem juſtam & injuſtam, cum & juſta aliqua eſſe poſſit: deinde quod non exigit, ut prius poſtuletur judicium: præterea quod non eos apud quos facta ſit cædes, ſed eos qui homicidam recipiunt teneri velit. Verba † Demoſthenis ſunt: *ὁ μὲν νόμος, ἂν μήτε δίκας ὑπόσχωσι παρ' οἷς ἂν τὸ πάθος γένηται, μήτε τοὺς δεδρακότας ἐκδιδῶσι, κελεύει κατὰ τούτων εἶναι τὸ ἀνδρολήψιον κατὰ τριῶν. ὁ δὲ τούτους μὲν ἀθῴους παρῆκε, καὶ οὐδὲ λόγον πεποίηται περὶ αὐτῶν οὐδένα, τοὺς δὲ τὸν ἤδη πεφευγότα, φήσω γὰρ οὕτω, κατὰ τὸν κοινὸν ἀνθρώπων νόμον, ὃς κεῖται τὸν φεύγοντα δέχεσθαι, ὑποδεξαμένους ἐκσπόνδους εἶναι γράφει, ἐὰν μὴ τὸν ἱκέτην* (male editur (bb) *οἰκέτην*) *ἔκδοτον διδῶσιν*· *Lex, ſi apud quos cædes evenit neque jus reddant, neque ſontes dedant, adverſus eos dat trium hominum prehenſionem. At hic hos quidem relinquit intactos, ac ne mentionem quidem eorum facit. At eos qui jam fuga elapſum, ita enim rem ponam, ſuſceperunt ſecundum jus omnium hominum quod fugientes vult poſſe ſuſcipi, hos vult eſſe hoſtium loco ni ſupplicem dedant.* Quarta reprehenſio eſt quod Ariſtocrates rem ſtatim ad plenum bellum deducit, cum lex prehenſione contenta ſit.

† *Ubi ſupra.*

3. Ex his primum illud & ſecundum & quartum ratione non caret. 16 At tertium illud, niſi ad ſolum eventum cædis caſu

aut

13 *Homines* ] Ejus urbis cives, in qua Athenienſis injuria occiſus eſt, aut in qua tutum exilium agit, qui occidit; ſi proximis ac neceſſariis in ea judicium redditum non eſt.

14 *Quæ obligatur* ] Cujus officium eſt punire cives & incolas ſuos, qui damnum dederunt, niſi id faciat, obligatum atque adeo prehenſioni vel manus injectioni obnoxium eſſe.

15 *In contrarium valuit* ] Nempe ut qui non haberet in ære, lueret in corpore.

16 *At tertium* ] Licere ſuſcipere profugos.

(bb) Ita diſertè habet ultima Editio HIERONYMI WALFII, *Baſil.* 1572. quâ utor Sed nonnulla alia Auctor heic emendat tacitè, idque non ſine cauſſâ, meo quidem judicio. Potuiſſet etiam, pro *φήσω γὰρ οὕτω*, ſcribere *θήσω γὰρ οὕτω*, ut eſt in MSS bonæ notæ, & in quadam Editione: quum præſertim ipſe vertat: *Ita enim rem* PONAM. *J. B.*

* *Pigno-*

aut ob ſui tutelam factæ reſtringatur, non eſt ut non 17 oratorie magis & argumenti cauſa, quam ex vero & jure ſit dictum. Nam jus gentium ut ſupplices ſuſcipiantur & defendantur; ut ſupra diximus, ad eos tantum, 18 quibus fortuna, non crimen obſtat, pertinet. *Lib. II. c. XXI. §. 7.*

4. Cæteroqui par jus eſt eorum apud quos crimen eſt factum, & eorum qui ſontem punire aut dedere recuſant. Atque adeo aut illa ipſa lex, qua utitur Demoſthenes, interpretationem eam quam dico ex uſu recepit, aut adverſus cavillationes tales expreſſius poſtea eſt poſita. horum enim alterum quin ſit, non negabit, qui attenderit ad illud Julii Pollucis: *ἀνδρολήψιον δὲ ὅταν τις τὰς ἀνδροφόνους καταφυγόντας ὥς τινας αἰτῶν μὴ λαμβάνῃ. ἔξεστιν ἐκ τῶν οὐκ ἐκδιδόντων ἄχρι τῶν τριῶν ἀπαγαγεῖν* *hominum prehenſio eſt, quoties quis homicidas qui ad aliquos confugerunt 19 non recipit cum id poſtulaverit. Nam jus eſt tres homines prehendendi adverſus eos qui dedere recuſant.* Nec aliter Harpocration: *ἀνδρολήψιον, τὸ ἁρπάζειν ἄνδρας ἐκ τινὸς πόλεως. ἐνεχύραζον γὰρ τὴν ἔχουσαν πόλιν τὸν ἀνδροφόνον, καὶ μὴ προϊεμένην αὐτὸν εἰς τιμωρίαν.* *Jus hominum prehenſionis eſt jus rapiendi aliquos ex urbe aliqua. Nam in eam civitatem, quæ homicidam teneret, nec pœna dederet, pignoratione utebantur.* *Lib. VIII. c. 6. §. 50. Ed. Amſt.* *Voc. Ἀνδρολήψιον.*

5. Simile huic eſt quod ad recuperandum civem injuria manifeſta captum, civitatis apud quam id factum eſt cives retinentur. Sic Carthagine quidam impedierunt, ne Ariſton Tyrius caperetur, hac addita cauſa: *idem Carthaginienſibus & Tyri & in aliis emporiis, in quæ frequenter commeent, eventurum.* *Livius lib. XXXIV. c. 61.*

IV. Alia executionis violentæ ſpecies eſt *ἐνεχυριασμὸς* ſive e *pignoratio inter populos diverſos*, quod jus repreſſaliarum vocant recentiores juriſconſulti †, Saxones & Angli Withermanium, & Galli etiam, ubi a rege impetrari id ſolet, literas Marcæ. Locum autem habet, ut ajunt juriſconſulti, ubi jus denegatur. *† Bal. III. conſ. 58. Bart. de Repreſſ. qu. 5. ad tertium n. 9.*

V. 1. Quod fieri intelligitur, non tantum ſi in ſontem aut debitorem judicium intra tempus idoneum obtineri nequeat, verum

GROTII.

e *Pignoratio inter populos diverſos* ] Σύλας id dicit *Demoſthenes* in oratione pro Corona, & *Ariſtoteles* œconomicôn ſecundo. (pag. 103. C. Sed locus DEMOSTHENIS non extat, quod quidem ſciam, in nobili illâ & longâ Oratione *pro Corona*, verum in brevi Oratione Περὶ τοῦ στεφάνου τῆς τριηραρχίας pag. 717. quam laudat HARPOCRATION, voce Σύλας: unde ſine dubio natus error Auctoris. *J. B.*)

GRONOVII.

17 *Oratorie* ] Immo vere ac non oratorie *Demoſthenes*: nam jus gentium ſine diſcrimine commendat ſupplices recipi ac defendi, dum incerta cauſa eſt, & tantiſper etiam noxios, donec judicium de illis factum eſt, 2, 21. 6.

18 *Quibus fortuna* ] Qui fortuito & imprudenter, non ſcelere ac conſilio occiderunt.

19 *Non recepit* ] Deditos ab iis, apud quos deliteſcunt.

f Nam-

rum etiam ſi in re minime dubia (nam in dubia re 20 præſumtio eſt pro his qui ad judicia publicè electi ſunt) plane contra jus judicatum ſit. nam auctoritas judicantis 21 non idem in exteros, quod in ſubditos valet. Etiam 22 inter ſubditos non tollit quod vere debebatur. *Verus debitor, licet abſolutus ſit, f natura tamen debitor permanet: inquit* * Paulus juriſconſultus: † *Et cùm 23 per injuriam judicis domino 24 rem quæ debitoris non fuiſſet abſtuliſſet creditor quaſi obligatam ſibi, & quæreretur, an ſoluto debito reſtitui eam oporteret debitori, Scævola reſtituendam probavit.* Hoc intereſt, quod ſubditi executionem etiam injuſtæ ſententiæ vi impedire, aut contra eam jus ſuum vi exſequi licite non poſſunt, ob imperii in ipſos efficaciam: exteri autem jus habent cogendi, ſed quo uti non liceat quamdiu per judicium ſuum poſſint obtinere.

2. Tali igitur de cauſa aut g corpora, aut res mobiles ſubditorum ejus qui jus non reddit capi poſſe, non quidem naturâ introductum eſt, ſed moribus paſſim receptum. Vetuſtiſſimum exemplum eſt apud Homerum Iliados Λ, a ubi Neſtor narratur ob ereptos patri equos Elidenſium pecora & armenta cepiſſe h 25 ῥύσι' ἐλαυνόμενος, ut Poëta loquitur, ubi ῥύσια interpretatur Euſtathius 26 τὰ ἀντί τινῶν ῥυόμενα, ὅ ἐστιν ἑλκόμενα καὶ ἀντὶ τῶν ἁρπαγ-

* L. 60. D. de cond. indeb.
† L. 12. §. 1. D. de diſtra. pign.
Inn. & Pan. in c. plerique de immun. ecc. Soto l. III, q. 4. art. 5. Jac. de Canibus Auth. Dominic. Franc. in c. 1. de injuriis in 6. Fulg. & Salic. in auth. Omnino C. de act. & obl. Jac. de Bello-viſu in Auth. Ut non fiant pignora. Silv. in verbo repreſſ. Bart. in tract. de repreſſ. Guid. Guido Papa q. 32. Gail. de pign. obſ. 1. n. 5. Vict. de Jure belli n. 41. Covarr. c. peccatum p. 11. §. 9. n. 4.
a Vers 674.

GROTII.

f *Natura tamen debitor permanet*] Spectant huc quæ habet *Gailius* de Pace publica lib. II, cap. VIII. num. 7. & *Vaſquius* libro IV. controverſiarum illuſtrium cap. X. §. 41.

g *Corpora*] Vide exemplum apud *Ammianum* libro XVII. ubi Julianus Francorum quoſdam retinet uſque dum captivi ex pacto liberentur. Adde quæ habet *Leo Afer* lib. III. de Monte *Beni gualid*. [Auctor ex *Ammiano* nobis proponit *Francos*, pro *Alemannis*. Deinde hi tamquam obſides retenti: adeoque aliò pertinet exemplum. Vide *Cap*. II. dicti Libri XVII. pag. 189. *Edit. Valeſ. Gron.* ubi res narratur. *J. B.*]

h Ῥύσι' ἐλαυνόμενος] Hoc ſenſu ῥύσια invenias excerptis legationum ex *Polybio* XXXVII., ubi de Achæis contra Bœotos; & excerpto CXXIII. ῥυσιάζειν apud *Diodorum Siculum* excerptis manuſcripti Peireſiani. Alibi vero ῥύσια καταγγέλλειν in bello uſurpatur, ut dicemus mox capite III. §. VII. ſunt enim hæc valde affinia.

GRONOVII.

20 *Præſumtio eſt pro his*] Ubi non eſt manifeſta injuſtitia, judices habentur pro bonis viris, ut judicatum pro veritate.

21 *Non idem in exteros*] Non tenet aut obnoxios habet ad eandem patientiam exteros, ad quam ſubjectos.

22 *Etiam inter ſubditos non tollit*] Ut ſcilicet id ipſum, quod ſemel abjudicatum eſt, petere rurſus non poſſint mutatis temporibus & apud alium judicem priore mortuo aut remoto.

23 *Per injuriam*] Per injuſtam ſententiam.

24 *Rem quæ debitoris*] Rem alienam, quam debitoris eſſe putabat.

25 Ῥύσι] Pignora agens.

26 Τὰ ἀντί τινῶν] Quæ pro quibuſdam aguntur, id eſt, trahuntur & pro rebus raptis rapiuntur.

i Iu-

*προαρπασθέντων ἁρπαζόμενα.* Sequitur deinde in narratione, convocari edicto ad jus ſuum perſequendum omnes eos quibus aliquid ab Elidenſibus debebatur, nimirum, *b* b *Vers. 764.*

*Μή τις οἱ ἀτεμβόμενος κίοι ἴσης.*
*Ne quis juſta ſibi parte careret.*

Aliud exemplum eſt in hiſtoria Romana de Romanorum navibus, *c* quas pro bonis Tarquiniorum Cumis Ariſtodemus Tarquiniorum hæres retinuit. c *Livius,* II. 34. Famulos, jumenta, pecunias retenta dixit *d* Halicarnaſſenſis. d *Ant. Rom.* VII. 12. Et apud Ariſtotelem Oeconomicôn ſecundo de decreto Carthaginienſium ad prehendendas exterorum naves *εἴ τις σύλαν ἔχει,* ut ibi loquitur, *ſi quis jus prehendendi haberet.*

VI. Vita autem ſubditorum innocentium ut ex tali cauſa obligetur, forte creditum fuit apud aliquos populos, eo nimirum quod crederent unicuique hominum jus vitæ plenum eſſe in ſe, & id ad rempublicam potuiſſe transferri: quod minime eſſe probabile, nec ſaniori theologiæ conſentaneum, 27 alibi diximus. Fieri tamen poterit, non ex intentione, ſed ex accidenti, ut occidantur qui juris executionem per vim volunt impedire. Sed id ſi prævideatur, ex caritatis lege omittendam potius juris perſecutionem (ii) alibi oſtendimus, cum ex ea lege, Chriſtianis præſertim, pluris eſſe debeat vita hominis quam res noſtra, ut alibi demonſtratum eſt. *Lib.* II. *c.* I. §. 12. & 13.

VII. 1. Cæterum non minus in hac materia quam in aliis cavendum eſt, ne confundamus ea quæ juris gentium ſunt proprie, & ea quæ jure civili aut pactis populorum conſtituuntur.

2. Jure gentium ſubjacent pignorationi omnes ſubditi 28 injuriam facientis, qui tales ſunt ex cauſa permanente, ſive indigenæ, ſive advenæ: non qui tranſeundi aut moræ exiguæ cauſa alicubi ſunt. *Dec. conſ.* 352. *Bal. l.* 3. *de Off. aſſeſſ.* Introductæ enim ſunt pignorationes ad exemplum onerum, quæ pro exſolvendis debitis publicis inducuntur, quorum immunes ſunt qui tantum pro tempore loci legibus ſubſunt. A numero tamen ſubditorum jure gentium excipiuntur legati, non ad hoſtes noſtros miſſi, & res eorum.

3. At jure civili populorum ſæpe excipi ſolent perſonæ mulierum & infantium; eorum vero qui literis operam dant & ad mercatus veniunt etiam res. Jure gentium 29 ſingulis pignorandi

GRONOVII.

27 *Alibi diximus*] 2, 15. 16. 2, 21. 11.

28 *Injuriam facientis*] Ejus qui jus non reddidit aut injuriam fecit, ſiquidem habitant in ejus territorio, non ſi itineris aut peregrinationis aliave de cauſa tempus aliquod dumtaxat ibi morati ſunt.

29 *Singulis pignorandi*] Quiſque injuriæ ſibi ab alieno magiſtratu factæ in ſubjectos ejus ultor eſſe poteſt.

(ii) Sed hac ratione jus iſtud plane inutile erit Chriſtiano. Dicemus in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

di (kk) jus eſt, ut & Athenis ἐν ἀνδροληψίᾳ. Jure civili multorum locorum peti id ſolet alibi a poteſtate ſumma, alibi [30] a judicibus. Jure gentium ipſo facto dominium rerum captarum acquiritur ad ſummam debiti & ſumtuum, [i] ita ut reſiduum reddi debeat. Jure civili ſolent citari quorum intereſt, poſtea (ll) res publica auctoritate divendi aut addici iis quorum intereſt. Sed hæc atque alia peti debent ab his qui jura civilia tractant, & nominatim in hac materia a Bartolo, qui de repreſſaliis ſcripſit.

Æg. Regius de actibus ſupern. diſp. XIII, du. 7. n. 117.

4. Illud hic addam, quia ad juris hujus ſatis per ſe rigidi emollitionem pertinet, eos qui [31] non ſolvendo quod debebant, [32] aut jus non reddendo cauſam dederunt pignorationibus, ipſo naturali ac divino jure [k] teneri ad reſarcienda damna [33] aliis, quibus eam ob cauſam aliquid decedit.

GROTII.

i *Ita ut reſiduum reddi debeat*] Uſi hac æquitate Veneti, captis in Galata Genuenſium navibus, memorante *Gregora* libro IX. ἀλλ' οὐδὲ τῶν ἁλισκομένων ἐκείνων νεῶν ἁπασῶν τοῦ πληρώματος ἐλυμήναντο τὸ παράπαν οὐδέν. ἦν γὰρ τὸ μὲν πλήρωμα σῖτος καὶ κριθή· τῶν δὲ ὄψων τάριχη, ὅσα γεωργοῦσι λίμναι Κωπαΐδες τε καὶ Μαιώτιδες, καὶ ποταμοὶ Ταναΐδες. ἀλλὰ διετήρησαν εἰς τ' ἀκριβὲς ἀλώβητα, ἕως ἀπολαβόντες τὸ χρέος, ἀπέδοσαν ἅπαντα. *ſed neque de onere captarum a ſe navium corruperant quicquam. onus erat frumentum & hordeum: ad hæc, ſalſamenta piſcium qualia proferunt Copaides & Mæotides paludes, & Tanais flumina: ſed ea ſervarunt anxie, nihil imminuta, donec recepto debito integra redderent.*

k *Teneri ad reſarcienda damna*] *Plutarchus* in Cimone de Scyriis: οὐ βουλομένων τὰ χρήματα τῶν πολλῶν συνεκτίνειν, ἀλλὰ τοὺς ἔχοντας καὶ διηρπακότας ἀποδοῦναι κελευόντων· *Plerique pecunias contribuere nolebant, ſed jubebant eos qui res alienas aut habebant aut rapuerant, ſarcire damnum.* (Pag. 483. C.)

GRONOVII.

30 *A judicibus*] Ab inferioribus magiſtratibus.

31 *Non ſolvendo*] Privatos reliquantes & per gratiam diſſimulatos & non compulſos ad ſolvendum.

32 *Jus non reddendo*] Judices ipſos & magiſtratus.

33 *Aliis*] Civibus quorum bona repreſſaliarum nomine apprehenduntur.

(kk) Quo ſenſu id verum ſit, exponemus etiam in iiſdem Notis Gallicis. Ceteroquin poſtulat finis Societatis Civilis, ut jure illo privati non utantur abſque conceſſione, expreſſâ aut tacitâ, ſummi Imperantis. *J. B.*

(ll) Addidi vocem illam *poſtea*, ſine quâ, aut ſimili, locum eſſe hiulcum, nemo non videt. *J. B.*

CAPUT

# CAPUT III.

## De bello juſto ſive ſolenni jure gentium, ubi de indictione.

I. *Bellum ſolenne juris gentium eſſe inter diverſos populos.*
II. *Diſtinctio populi quamvis injuſte agentis a piratis & latronibus.*
III. *Mutationem interdum incidere.*
IV. *Requiri ad naturam belli ſolennis, ut auctorem habeat eum, qui ſummam poteſtatem habeat: quod quomodo intelligendum.*
V. *Requiri & denuntiationem.*
VI. *Quid in denuntiatione ſit juris naturæ, quid proprium juris gentium, diſtincte explicatur.*
VII. *Denuntiatio alia conditionata, alia pura.*
VIII. *Quæ in denuntiationibus ſint juris civilis, non gentium.*
IX. *Bellum alicui indictum ſimul indictum eſſe ejus ſubditis & ſociis qua ipſum ſequuntur:*
X. *Non qua per ſe conſiderantur: quod exemplis illuſtratur.*
XI. *Cauſa cur denuntiatio ad effectus quoſdam requiratur.*
XII. *Hos effectus non reperiri in aliis bellis.*
XIII. *Bellum an ſimulatque indictum eſt, geri poſſit.*
XIV. *An indicendum ei qui jus legationis violavit.*

I. 1. a SUpra dicere incepimus juſtum bellum apud probos auctores dici ſæpe, 1 non ex cauſa unde oritur, neque ut alias 2 ex rerum geſtarum magnitudine, ſed 3 ob peculiares quoſdam juris effectus. Quale autem ſit hoc bellum optime intelligitur ex hoſtium definitione apud Romanos Juriſconſultos: *hoſtes ſunt qui nobis, aut quibus nos publice bellum decernimus: cæteri latrones aut prædones ſunt*, ait * Pomponius: nec aliter Ulpianus †: *hoſtes ſunt quibus bellum publice populus Romanus decrevit, vel ipſi populo Romano; cæteri latrunculi vel prædones appellantur.* Et *ideo* b *qui a latronibus captus eſt, ſervus latronum non eſt, nec* 4 *poſtli-*

* L. 118. de verb. ſign.
† L. 24. D. de captiv.

GROTII.

a SUpra] Lib. 1, cap. III. §. 4.

b *Qui a latronibus captus eſt ſervus latronum non eſt*] Hinc argumentum Pœnulo *Plauti*: Eunucho *Terentii*. Talis & Eumæus Odyſſ. O. (vers. 402, *& ſeqq.*)

GRONOVII.

1 *Non ex cauſa*] Quod gerit gravibus & intolerandis cauſis laceſſitus.

2 *Ex rerum geſtarum magnitudine*] Ut diſtinguatur a levi motu aut tumultuario conflictu latrunculorumve perſecutione.

3 *Ob peculiares*] Quo quod moribus gentium in hoſtem factum aut de illo acquiſitum eſt, id jure factum & jure acquiſitum putatur.

4 *Poſtliminium*] Quo qui ſervus aut alieni juris fuit, redit in priſtinum ſtatum. Non reſtituitur autem, qui non mutaſſe ſtatum creditur, uti qui non fuit in poteſtate juſti hoſtis.

*liminium illi neceſſarium eſt. Ab hoſtibus autem captus, puta a Germanis & Parthis, & ſervus eſt hoſtium, & poſtliminio ſtatum priſtinum recuperat.* Et a Paulus: c *A piratis aut latronibus capti liberi permanent.* Accedat illud Ulpiani: b *in civilibus diſſenſionibus, quamvis ſæpe per eas reſpublica lædatur,* 5 *non tamen in exitium reipublicæ contenditur: qui in alterutras partes diſcedent vice hoſtium non ſunt eorum inter quos jura captivitatum aut poſtliminiorum fuerint: & ideo captos, & venundatos poſteaque manumiſſos placuit ſupervacuo* 6 *repetere a principe ingenuitatem, quam nulla captivitate amiſerant.*

a L. 19. §. 2. D. de captiv.
b L. 21. §. 1. eod. tit.

2. Illud tantum notandum, 7 ſub exemplo populi Romani quemvis intelligi qui in civitate ſummum imperium habeat. 8 *Ille hoſtis eſt*, ait Cicero, c *qui habet rempublicam, curiam, ærarium, conſenſum & concordiam civium, &* 9 *rationem aliquam ſi res ita tulerit pacis & fœderis.*

c Philipp. IV. c. 6.

II. 1. Non autem ſtatim reſpublica aut civitas eſſe deſinit (cc) ſi quid admittat injuſtum, 10 etiam communiter, nec cœtus piratarum aut latronum civitas eſt, etiamſi 11 forte æqualitatem quandam inter ſe ſervent, ſine qua nullus cœtus poſſet conſiſtere. Nam hi d 12 criminis cauſa ſociantur: illi etſi interdum delicto non vacant 13 juris tamen fruendi cauſa ſociati ſunt, & exteris jus reddunt, ſi non per omnia ſecundum jus naturæ, quod 14 multos apud populos ex parte quaſi obliteratum alibi oſtendimus, certe ſecundum pacta cum quibuſque inita; aut ſecundum mores.

GROTII.

c *A piratis*] Pompejus a piratis captos liberos pronuntiavit. *Appianus* Mithridatico (pag. 237. *Ed. H. Steph.*) Adde *Herreram* tomo II.

d *Criminis cauſa ſociantur*] Ὅμιλος ἀνθρώπων οὐ νόμῳ ξυνιόντων, ἀλλ' ἐκ τοῦ ἀδίκου ξυνειλεγμένων· *turba hominum non lege congregata, ſed injuſtitia cauſa in unum coacta. Procopius* II. Vandalicorum.

GRONOVII.

5 *Non tamen in exitium*] Non ut is populus non ſit, aut ut in alienigenæ poteſtatem veniat & tributarius fiat; ſed utra factio in republica ſalva priores partes ferat.

6 *Repetere a principe*] Petere ut reſtituantur in ingenuorum & civium locum, nec habeantur pro libertinis.

7 *Sub exemplo P. R.*] Quod Romani JC. dixerunt de populo vel principe Romano, id nobis accipiendum de omni populo vel principe, qui rerum potitur.

8 *Ille hoſtis eſt*] Hinc *Florus* 3, 20. *pudet dicere hoſtes.*

9 *Rationem aliquam*] Qui talis ſit vel ejus generis, quicum pax & fœdus eſſe poſſit.

10 *Etiam communiter*] Conſenſu omnium, vel omnium, qui ſunt cum imperio.

11 *Forte æqualitatem*] Ut Bardylis Illyrius latro. *Cic.* 2, de Offic. II.

12 *Criminis cauſa*] Ut alienas res invadant.

13 *Juris fruendi*] Ut honeſte vivant, neminem lædant, ſuum cuique tribuant.

14 *Multos apud populos*] Magis vel minus efferatos ac deſciſcentes a communi naturæ inſtinctu in oblivionem veniſſe.

(cc) Confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gentium*, Lib. VIII. c. 6. §. 5.

e Ut

Digitized by Google

res. Sic Græcos, quo tempore mari prædas agere pro licito habebatur, abſtinuiſſe a cædibus & populationibus nocturnis, & a raptu 15 boum aratorum, notat ad Thucydidem * ſcholiaſtes. Alios etiam populos, itidem ex rapto viventes, ubi ex mari domum ſe receperant, miſiſſe ad dominos e ut rapta ſi vellent æquo pretio redimerent, memorat † Strabo. Ad tales pertinet & ille Homeri locus Odyſſeæ ξ. (*verſ.* 85, *& ſeqq*)

* Lib. 1. & 5. Ed. Oxon.

† Lib. XI. pag. 495. 496.

*Καὶ μὲν δυσμενέες καὶ ἀνάρσιοι, οἵ τ' ἐπὶ γαίης*
*Ἀλλοτρίης βῶσιν, καί σφιν Ζεὺς ληΐδα δώῃ,*
*Πλησάμενοι δέ τε νῆας ἔβαν οἶκόνδε ἕκαστος,*
*Καὶ μὲν τοῖς ὄπιδος κρατερὸν δέος ἐν φρεσὶ πίπτει.*
*Ipſi etiam raptus avidi, qui aliena pererrant*
*Littora, conceſſu Superûm ſi præda reperta eſt,*
*Navibus impletis abeunt, & vela retorquent:*
*Quippe Deos metuunt memores fandi atque nefandi.*

2. 16 Principale autem pro forma eſt in moralibus: &, ut recte Ciceroni dictum eſt de finibus quinto, *ex eo quod maximas partes continet, latiſſimeque funditur, tota res appellatur*: cui convenit illud Galeni, 17 *ἀπὸ τοῦ πλεονεκτοῦντος ἐν τῇ κράσει γίνονται αἱ προσηγορίαι.* Idem talia ſæpe vocat 18 *ὀνομαζόμενα κατ' ἐπικράτησιν.* Quare 19 crude nimis dictum eſt ab eodem Cicerone, de republica tertio, * ubi injuſtus eſt rex, ubi injuſti optimates, aut ipſe populus, non jam vitioſam ſed nullam eſſe rempublicam: quam ſententiam Auguſtinus corrigens, † *nec ideo tamen*, ait, *vel ipſum non eſſe populum, vel ejus rem dixerim non eſſe rempublicam, quamdiu manet qualiſcunque multitudinis rationalis cœtus rerum quas diligit concordi communione ſociatus.* Corpus morbidum, corpus tamen eſt: & civitas, quanquam graviter ægrota, civitas eſt, quamdiu manent leges, manent judicia, & quæ alia neceſſaria ſunt, ut ibi jus exteri conſequi poſſint, non minus quam privati inter ſe. Rectius Dion Chryſoſtomus, a qui legem

Cap. 30.

* Apud Auguſt. de Civit. Dei, Lib. II. c. 21.

† De Civ. Dei l. XIX. c. 24.

a *Boryſthenitica & de lege.*

GROTII.

e *Ut rapta ſi vellent æquo pretio redimerent*] Tales & illi quorum *Saxo* meminit libro XIV. Ideo Scyrios Plutarchus cum tempore pejores factos notat: *ληϊζόμενοι δὲ τὴν θάλασσαν ἐκ παλαιοῦ, τελευτῶντες οὐδὲ τῶν εἰσπλεόντων παρ' αὐτοὺς καὶ χρωμένων ἀπείχοντο ξένων*· *cum ab antiquo mari prædas egiſſent, poſtremum ne iis quidem qui ad eos ipſos commercii cauſa navigabant, abſtinuere injuriam.* (Vit. Cimon. p. 483. C.)

GRONOVII.

15 *Boum aratorum*] Qui aluntur ad rus colendum; non qui ſaginantur ad macellum aut penum.

16 *Principale*] Quod prævalet in natura & ſubſtantia rei.

17 Ἀπὸ τοῦ πλεονεκτοῦντος] Ab eo quod ſuperat in mixtura, fiunt appellationes.

18 Ὀνομαζόμενα] Appellata a potiore.

19 *Crude*] Immo Latine: ſed tu crude reprehendis. Vide ad *Senecam* de Tranq. an. c. 10.



Digitized by Google

legem (eam præſertim 20 quæ jus gentium facit) dicit eſſe in civitate, ut mentem in corpore humano: f ea enim ſublata civitatem non eſſe amplius. Et Ariſtides, in ea qua Rhodios ad concordiam hortatur, b oſtendit etiam cum tyrannide leges multas bonas poſſe conſiſtere. Ariſtoteles quinti de republica capite nono ait, 21 ſi quis nimium intendat vim paucorum aut populi, primo vitioſam fieri rempublicam, poſtremo nullam. Exemplis rem illuſtremus.

b *Tom.* II. pag. 385. A, B.

3. A latronibus captos capientium non fieri, ſupra dicentem audivimus Ulpianum. Idem captos a Germanis c ait libertatem amittere. Atqui apud Germanos latrocinia, quæ extra civitatis cujuſque fines fiebant, nullam habebant infamiam, quæ verba ſunt d Cæſaris. De Venedis e Tacitus: *quicquid inter Peucinos Fennoſque ſilvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant.* Idem alibi f Cattos nobilem Germaniæ populum latrocinia agitaſſe dicit. Apud eundem g Garamantes latrociniis fœcunda gens, ſed gens tamen. Illyrici ſine diſcrimine mari prædas agere ſoliti h de iis tamen 22 triumphus fuit: 23 Pompejo de piratis non fuit. Tantum diſcrimen eſt inter populum, quantumvis ſceleratum, & inter eos, qui, cum populus non ſint, ſceleris cauſa coëunt.

c *Dig.* L. 24. D. *De Captiv. & poſtlim.*
d *Bell.Gall.* *Lib.* VI. c. 23.
e *De Morib. Germ* c. 46.
f *Ann.* XII. c. 27.
g *Hiſt.* IV c. 50.
h *Ap. Illyr.* p. 252.

III. Poteſt tamen mutatio incidere, non in ſingulis tantum, ſicut * Jephthes, 24 Arſaces, 25 Viriatus ex prædonum ducibus juſti duces facti ſunt, g ſed etiam in cœtibus, ut qui prædones tantum

* *Judic.* XI, 3.

GROTII.

f *Ea enim ſublata civitatem non eſſe amplius*] *Cicero* libro X, epiſt. I. *Nec leges ſunt, nec judicia, nec omnino ſimulacrum aliquod ac veſtigium civitatis.*

g *Sed etiam in cœtibus, ut qui prædones tantum fuerant aliud vitæ genus amplexi civitas fiant*] Exemplum in Mamertinis. *Diodorus Siculus* in fragmentis (e Libb. XXI. XXII.)

GRONOVII.

20 *Quæ jus gentium*] Cum obſervatur, quod apud omnes gentes receptum eſt, etſi jus civile merſerit tyrannis.

21 *Si quis nimium*] Si ſupra modum efferatur vis paucorum aut populi.

22 *Triumphus fuit*] A. U. C. 525. Cn. Fulvii Centumali, qui præcedente anno claſſe illos vicerat. [Immo ab *Octavio*, ut narrat APPIAN. ALEX. *Bell. Illyr.* pag. 766. nam victoriam *Centumali* pax ſequuta eſt. Heic igitur tempora & perſonas confundit Vir Doctiſſimus. *J. B.*]

23 *Pompejo de piratis*] Non mirum: nam hi erant veri piratæ, colluvies hominum exſulum & perditorum. Illyrii exercebant quidem & piraticam, ſed pro captu ſuo juſtum imperium & regem, tum reginam Teutam, filii tutricem habebant. Et tamen triumphavit tum & Pompejus: ſed ei triumpho nobilius nomen dedit a Mithridate, de quo ſimul triumphavit. Titulus triumphi eſt apud *Plin.* 7, 26. Et de iiſdem antea triumphaverat P. Servilius Iſauricus, teſtibus *Cicerone*, *Valerio Max.* *Aſco. Pediano*, *Claudiano*, *Sex. Rufo*. V. *Sigonii* Faſtos a. 676. Rectius dixiſſet de Euno P. Rupilium, M. Aquilium de Athenione ſervorum ducibus, de Spartaco & gladiatoribus Craſſum non triumphaſſe: etſi res maximæ molis fuerint, Craſſus tamen ovans urbem introiit.

24 *Arſaces*] *Juſtin.* 41, 4.

25 *Viriatus*] *Juſtin.* 44, 2. *Flor.* 2, 17.

h *Sed*

tantum fuerant aliud vitæ genus amplexi civitas fiant. Auguſtinus † de latrocinio locutus: *hoc malum ſi in tantum perditorum hominum acceſſibus creſcit, ut & loca teneat, ſedes conſtituat, civitates occupet, populos ſubjuget, regni nomen aſſumit.* † *De Civ. Dei lib.* IV, c. 4.

IV. Summum autem imperium qui habeant diximus ſupra, unde intelligi & hoc poteſt, ſi qui 26 pro parte habeant, pro ea parte juſtum bellum gerere: multoque magis eos qui non ſubditi, h ſed inæqualiter ſunt federati, quomodo inter Romanos & eorum ſocios, quanquam federe inferiores, Volſcos, Latinos, Hiſpanos, Pœnos omnia juſti belli exercita ex hiſtoriis diſcimus *Cajet.* 2. 2. q. 40. art. 1.

V. Sed ut juſtum hoc ſignificatu bellum ſit, non ſufficit inter ſummas utrinque poteſtates geri: ſed oportet, ut audivimus, ut & 27 publice decretum ſit, & quidem ita decretum publice i ut ejus rei ſignificatio ab altera partium alteri facta ſit, unde promulgata prælia (dd) dixit Ennius. Cicero officiorum * primo: *at belli quidem æquitas ſanctiſſime feciali populi Romani jure perſcripta eſt: ex quo intelligi datur, nullum bellum eſſe juſtum, niſi quod aut rebus repetitis geratur, aut denuntiatum ante ſit & indictum.* Minus plene vetus ſcriptor apud † Iſidorum: *juſtum bellum eſt quod ex edicto geritur, rebus repetitis aut propulſandorum hominum cauſa.* Sic Livius bellum palam & ex edicto gerere dixit, in juſti belli deſcriptione. Et cum narraſſet * Acarnanas agrum Atticum eſſe populatos: *irritatio animorum ea prima fuit: poſtea juſtum bellum decretis civitatum ultro indicendo factum.* * *Cap.* 11. † *Lib.* XVIII. c. 1. * *Lib.* XXXI. c. 14.

VI. 1. Quæ loca & alia de belli promulgatione agentia ut intelligantur, accurate diſtinguenda ſunt quæ jure naturæ debentur, quæ naturâ non debentur ſed honeſta ſunt, quæ jure gentium requiruntur ad effectus juris gentium proprios, & quæ præ-

GROTII.

h *Sed inæqualiter ſunt federati*] Ut dux Lotharingiæ, apud *Crantzium* Saxonicis XII, 13. Civitas Sundenſis principibus ſuis Pomeranis bellum indixit. Idem *Crantzius* Vandalicorum XIV, 35.

i *Ut ejus rei ſignificatio ab altera partium alteri facta ſit*] *Joſephus* antiquæ hiſtoriæ libro XV. *ἀπόλεμον ἀκήρυκτον ἐπάγειν, ἀνομία· bellum inferre non ante denuntiatum. injuſtum eſt.* Vide hujus gentium moris exempla apud *Crantzium* Saxonicorum XI. apud *Oderbornium* in vitâ Baſilidis lib. III. Facta contraria Turcæ Olizaſthlanis, & Neemonis Servii reprehendit *Nicetas* lib. III. & IV.

GRONOVII.

26 *Pro parte habeant*] Pro parte aliorum vaſalli.

27 *Publice decretum*] Vel a populo comitiis, vel ab ordinibus ſeu optimatium ſenatu, vel a principe & conſilio ejus.

(dd) Non *Ennius*, ſed *Cicero*, *promulgata prælia* dicit, *Orat. pro Mur.* Cap. 14. ubi partem quamdam refert verſuum veteris Poëtæ, quos integros nobis ſervavit AUL. GELLIUS, *Noct. Attic.* Lib. XX. c. 9.



Digitized by Google

præterea ex peculiaribus populorum quorundam inſtitutis veniunt.

Naturali jure, ubi aut vis illata arcetur, aut ab eo ipſo qui deliquit pœna depoſcitur, nulla requiritur denuntiatio. Et hoc eſt quod Sthenelaidas ephorus dicit [k] apud *a* Thucydidem οὐ δίκαις οὐδὲ λόγοις διακριτέα μὴ λόγῳ καὶ αὐτοὺς βλαπτομένους· *non eſt quod verbis & judiciis diſceptemus ultra verba læſi.* Et Latinus apud *b* Halicarnaſſenſem: τὸν ἄρχοντα πολέμου πᾶς ὁ προπαθὼν ἀμύνεται· *bellum inferentem is qui impetitur a ſe repellere ſolet.* Et Ælianus ex Platone ait, (ee) quod ad propulſandam vim ſuſcipitur bellum, non a caduceatore, ſed a natura indici. Hinc Dion Chryſoſtomus in ea quæ eſt ad Nicomedienſes, πόλεμοι οἱ ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀκήρυκτοι γίγνονται· *pleraque bella ſine denuntiatione ſuſcipiuntur.* Nec ob aliam cauſam *c* Livius Menippo præfecto Antiochi objicit quod Romanos quoſdam cecidiſſet nondum aut indicto bello, aut ita commiſſo ut ſtrictos gladios aut ſanguinem uſquam factum audiſſent: eo ipſo oſtendens ex his duobus alterum potuiſſe ad facti defenſionem ſufficere. Neque magis per naturæ jus indictio neceſſaria eſt, ſi dominus 28 rei ſuæ manum injicere velit.

*a* Lib. I. c. 85.

*b* Lib. I. Ant. Rom. c. 58.

*c* Lib. XXXV. c. 51.

2. At quoties pro re una res alia, aut pro debito res debitoris invaditur, multoque magis ſi res eorum qui debitori ſubditi ſunt occupare quis velit, interpellatio requiritur, qua conſtet, alio modo fieri nequire ut noſtrum aut nobis debitum conſequamur. Jus enim illud non primarium eſt, ſed 29 ſecundarium & ſurrogatum, ut alibi explicavimus. Sic etiam antequam ſummam poteſtatem habens 30 impetatur ex debito aut delicto ſubditi,

GROTII.

k *Apud Thucydidem* ] Idem libro III. in Platæenſium oratione: κατὰ τὸν πᾶσι νόμον καθεστῶτα, τὸν ἐπιόντα πολέμιον ὅσιον εἶναι ἀμύνεσθαι, *ex jure apud gentes omnes recepto fas eſt arcere eum a quo hoſtiliter impetimur.* Cap. 56. Flaminius apud *Diodorum Siculum* in excerptis Peireſianis, ἐπεμαρτύρατο πάντας ἀνθρώπους τε καὶ θεοὺς, ἐπὶ τῷ προκατῆρχθαι τοῦ πολέμου τὸν βασιλέα· *omnes Deos hominesque teſtabatur, inceptum a rege bellum.* (Pag. 297.) Adde quæ habet *Mariana* XIX, 13. De bello non indicto vide *Dexippum* in excerptis de legationibus.

GRONOVII.

28 *Rei ſuæ* ] Quam alius abſtulit, quam detinet.

29 *Secundarium &* ] Cap. præced. 2.

30 *Impetatur* ] Bello laceſſatur ob id, quod ſubjectus ejus nobis vel ſubjectis noſtris debet, aut quod in nos ſubjectoſque noſtros deliquit.

(ee) Minimè loquitur de vi propulſandâ, nec magis de indictione quadam, AELIANUS, nimirum non Auctor ille notiſſimus *Variæ Hiſtoriæ*, & *Animalium*, ſed ſcriptor *Tacticorum*: qui, ut probet, Artem Militarem omnium utiliſſimam eſſe, ait, omnibus Hominibus & Civitatibus, ſecundum *Platonem*, bellum inter ſe eſſe naturaliter, & quidem ἀκήρυκτον. Locus eſt *Cap.* I. pag. 12. *Edit. Amſt.* 1613. Vide apud ipſum PLATONEM, *De Legg.* Lib. I. pag. 626. A. Tom. II. *J. B.*

Honeſti

diti, interpellationem oportet intercedere quæ 31 illum in culpa conſtituat, ex qua aut damnum dare cenſeatur aut & ipſe delinquere, juxta ea quæ a nobis ſupra tractata ſunt.

3. Verum etiam ubi jus naturæ non præcipit talem interpellationem fieri, l honeſte tamen & laudabiliter interponitur, puta ut ab offendendo abſtineatur, aut delictum pœnitentia & ſatisfactione expietur, ſecundum ea quæ m de tentandis rationibus belli vitandi diximus: quo & illud pertinet, (ff)

*Extrema primo nemo tentavit loco.*

Et n præceptum quod Deus Hebræis dedit, ut civitatem oppugnandam prius ad pacem invitarent: quod cum ſpecialiter illi populo datum ſit, male a nonnullis cum jure gentium confunditur. Neque enim erat 32 illa qualiſcumque pax, ſed ſub lege ſubjectionis & tributi. Cyrus cum in regionem Armeniorum perveniſſet, antequam noceret cuipiam, miſit ad regem qui debitum ex federe tributum & militem exigerent: νομίζων φιλικώτερον εἶναι οὕτως, ἢ μὴ προειπόντα πορεύεσθαι, *humanis id exiſtimans quam ſi ultra duceret nihil prædicens*, ut in ea hiſtoria Xenophon loquitur. Cæterum jure gentium ad effectus illos peculiares omnibus caſibus requiritur denuntiatio, non utrinque, ſed ab altera partium (gg)

*Deut.* XX, 10.

*Hiſtor.* II. c. 4. §. 19.

VII. 1. Sed hæc denuntiatio aut conditionata eſt, aut pura. Con-

GROTII.

l *Honeſte tamen & laudabiliter interponitur*] Vide *Marianam* XXVII, 13.

m *De tentandis rationibus belli vitandi diximus*] Lib. II, c. XXIII. §. 7.

n *Præceptum quod Deus Hebræis dedit*] *Joſephus* antiquæ hiſtoriæ V, 2. ἐπίσχε δὲ αὐτοὺς ἡ γερουσία, πείσασα μὴ δεῖν ὀξέως οὕτως πρὸς τοὺς ὁμοφύλους ἐκφέρειν πόλεμον, πρὶν ἢ λόγοις διαλεχθῆναι περὶ τῶν ἐγκλημάτων, τοῦ νόμου μηδ' ἐπὶ τοὺς ἀλλοτρίους ἐφιέντος δίχα πρεσβείας, καὶ τοιαύτης πρὸς τὸ μετανοῆσαι πείρας, τοὺς δόξαντας ἀδικεῖσθαι στρατιὰν ἀναγαγεῖν· *ſed retinuit eos ſenatus, oſtendens non oportere ita ſubito bellum inferri popularibus, priuſquam querela verbis diſceptata ſint, cum lex ne in externos quidem permittat injuria affectis producere exercitum niſi legatione prius miſſa, tentatiſque viis, quibus ad ſaniorem mentem injuria auctores revocari poſſint.*

GRONOVII.

31 *Illum in culpa*] Ut ſiquidem ad hanc ille non amice reſponderit, conſtet omnibus illius eſſe culpam, non noſtram.

32 *Illa*] Ad quam Cananæos invitare jubentur Iſraelitæ.

(ff) Verſus eſt SENECÆ, *Agamemn.* verſ. 153. *J. B.*

(gg) Quid ſi, non indicto bello, aliquis arma movit adverſus alterum, & ſic iſti, qui ſeſe defendere cogitur, non reliquit locum ac tempus belli indicendi? an tale bellum ideo minores effectus, Jure gentium, habebit? Deinde effectus illi, ſcilicet impunitas, & jus bello capta pro ſuis retinendi, nec ex indictione, nec ex Jure quodam Gentium voluntario oriuntur; ut ſuo loco oſtendemus in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*



Digitized by Google

*Conditionata*, 33 ubi cum rerum repetitione conjungitur. o Rerum autem repetitarum nomine jus feciale comprehendebat non tantum 34 vindicationem ex jure dominii, ſed & 35 perſecutionem ejus, quod ex cauſa civili aut criminis debetur, ut recte explicat p Servius. Inde illud in formulis, *reddi*, *ſatisfieri*, *dedi*; ubi *dedi*, 36 ut alibi diximus, intelligendum eſt, ni punire ſontem malint ipſi qui conveniuntur. Hanc rerum repetitionem dictam eſſe 37 clarigationem teſtis eſt q Plinius. Conditionata eſt denuntiato apud * Livium: *eam ſe injuriam, niſi ab ipſis qui fecerint dematur, ipſos omni vi depulſuros eſſe*, & apud † Tacitum, *ni ſupplicium in malos præſumant, uſurum promiſcua cæde*: & vetus ejus exemplum Supplicibus Euripidis, ubi Theſeus caduceatori hæc dat mandata ad Creontem Thebanum, (*vers.* 383, *& ſeqq.*)

* *Lib.* VIII. c. 23.
† *Lib.* I. *ann.* c. 48.

*r Vicina Theſeus qui tenet regni ſola,*
*Humare poſcit mortuos: quod ſi datur,*
*Sit amica, faciet gens Erechtidum tibi.*
*Hæc ſi probantur, tum refer retro pedem:*
*Sin nemo paret, verba ſint hæc altera:*
*Jam mox ut arma pubis expectent mea.*

Papinius in ejuſdem rei narratione, (*Thebaid.* XII, 598.)

*Aut Danais edice rogos, aut prælia Thebis.*

38 Polybius hoc vocat *ῥύσια καταγγέλλειν*, Romani veteres (hh) *con-*

GROTII.

o *Rerum repetitarum nomine*] Vide *Parutam* de Bello Cyprio lib. I. *Bizarrum* lib. XXIII. de Turcis. *Reinking.* lib. II, claſſe III. c. IV.

p *Servius*] Ad X. Æneidos.

q *Plinius*] Libro XXII, 2. *Et legati cum ad hoſtes clarigatum mitterentur, id eſt, res raptas clare repetitum, unus utique Verbenarius vocabatur.* Et de Verbena agens libro XXXV, 9. *Hac eſt quam legatos ferre ad hoſtes indicavimus.* Vide *Servium* ad IX. & X. Æneid. (*vers.* 53. Lib. IX. 14. Lib. X.)

r *Vicina Theſeus qui tenet regni ſola*] Similis denuntiatio eſt in *Batrachomyomachia*, (vers 135, & ſeq. & in Amphitruone *Plauti* initio. (Act. I. Sc. I. vers. 50. Vide & *Cramerum.*)

GRONOVII.

33 *Ubi cum rerum*] Quæ bellum minatur, niſi res reſtituantur, aut ſatisfiat pro injuriis.

34 *Vindicationem*] Adſertionem & reſtitutionem rei ablatæ.

35 *Perſecutionem*] Exactionem pœnæ vel mulctæ vel ejus quod intereſt.

36 *Ut alibi diximus*] 2, 1. 2. & 2, 21. 4.

37 *Clarigationem Plinius*] Lib. 22, 2. clarigatum, i. res raptas clare repetitum. *Servius* ad 10. Æneid. 14. Clarigationem exercere, hoc eſt, per feciales bella indicere.

38 *Polybius*] Lib. 4, cap. 53. Idem in excerp. legat. 123. ἐπέτρεπε ῥύσια τοὺς Ἀχαιοὺς οἱ Δήλιοι κατὰ τῶν Ἀθηναίων. [Videtur apud *Polybium* agi de Jure *pignorationis*, ſeu *Repreſſaliarum*: & Auctor noſter ipſe Hiſtoricum illum teſtem adhibuit vocis *ῥύσια* hoc ſenſu ſumtæ, Notâ in §. 5. Capitis præcedentis. *J. B.*

*Aut*

Digitized by Google

(hh) *condictam*. Pura denuntiatio eſt quæ ſpecialiter indictio aut edictum, ubi aut bellum jam alter intulit (& hoc eſt quod apud Iſidorum *a* dicitur bellum propulſandorum hominum cauſa) ſ aut ea deliquit ipſe quæ pœnam merentur.

a *Orig.* XVIII. I.

2. Interdum autem conditionatam pura ſubſequitur, quanquam id neceſſe non eſt, ſed ex ſuperabundanti. Hinc illa formula: *b teſtor populum illum injuſtum eſſe, neque jus reddere.* Et *c* altera: t *quarum rerum, litium, cauſarum condixit pater patratus populi Romani Quiritium patri patrato populi priſcorum Latinorum, hominibuſque priſcis Latinis, quas res nec ſolverunt, nec dederunt, nec fecerunt, quas res dari, fieri, ſolvi oportuit, puro pioque duello quærendas cenſeo, conſentio, conſciſcoque.* Et tertium carmen: *quod populi Priſci Latini adverſus populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt, quod populus Romanus Quiritium bellum cum Priſcis Latinis juſſit eſſe, Senatuſque Romanus Quiritium cenſuit, conſenſit, conſcivit, ut bellum cum Priſcis Latinis fieret, ob eam rem ego populuſque Romanus populo Priſcorum Latinorum bellum indico, facioque.* 39 Hoc autem caſu ita ut dixi, non eſſe præciſe neceſſariam denuntiationem ex eo quoque apparet, quod ad proximum 40 præſidium rite fieret, ut feciales * in Philippi Macedonis & poſtea in † Antiochi cauſa conſulti reſponderunt, cum prima denuntiatio ipſi facienda eſſet qui bello petebatur. Imo & belli in Pyrrhum indictio facta eſt uni militum Pyrrhi, idque in circo Flaminio, ubi is miles locum 41 emere dicis cauſa jubebatur, ut 42 Servius narrat ad nonum Æneidos.

b *Livius* I. 32.
c *Ibid.*
* *Liv. lib.* XXXI. c. 8.
† *Idem Lib.* XXXVI. c. 3.

3. Supervacuæ obſervationis & hoc argumentum eſt, quod bellum ſæpe utrinque indictum eſt, ut Peloponneſiacum a Corcyren-

### GROTII.

ſ *Aut ea deliquit ipſe quæ pœnam merentur*] Exemplum vide apud *Bembum* libro VII.

t *Quarum rerum, litium, cauſarum*] Confer Græca *Dionyſii Halicarnaſſenſis* excerpto legationum II.

### GRONOVII.

39 *Hoc autem caſu*] Quum bellum jam alter intulit, aut ea in nos deliquit, quæ jus dant pœnas exigendi.

40 *Præſidium*] Locum munitum aut armis poſſeſſum ab eo, quicum res nobis futura eſt.

41 *Emere dicis cauſa*] Per æs & libram, ut in emancipationibus & venditionibus imaginariis. *Suetonius* Octav. 64. *Dicis cauſa*, ut *Nepos* Attic. 25. 8. *Ant. Auguſtin.* Emen. 2, 1. *Cujacius* 5. obſ. 33.

42 *Servius ad nonum Æneidos*] vers. 53.

(hh) Hoc *longè à vero alieniſſimum* opinabatur V. C. JAC. GRONOVIUS, in Not. ad *Liv.* I. 32. hac præcipue ratione nixus, quòd *Patris Patrati* omnis opera uſuſque ſolummodo fuerit in jurejurando patrando & fœderis legibus recitandis; minimè autem in denuntiando bello. Sed hoc falſum eſſe, oſtendimus in Nota noſtra Gallica ad hunc locum, olim, deo dante, edendâ. Poſt quam ſcriptam læti vidimus nobiſcum facientem Virum Eruditiſſimum, JOANNEM JENSIUM, in Diſſertatione *de Fecialibus Populi Romani*, Cap. 6. quæ pars eſt *Ferculi literarii*, anno 1717. propoſiti. *J. B.*

u *Ca-*

cyrenſibus & Corinthiis, cum ab altera parte indictum eſſe ſufficiat.

VIII. A more autem & inſtitutis quorundam populorum non a jure gentium ſunt, u 43 caduceus apud Græcos, 44 ſagmina & haſta 45 ſanguinea apud Æquicolas primum, & horum exemplo apud Romanos, renunciatio amicitiæ & ſocietatis ſi qua interceſſiſſet, poſt res repetitas triginta 46 dies ſolennes, x 47 haſtæ miſſio iterum, & alia id genus, quæ cum his quæ proprie juris gentium ſunt confundi non oportet. Nam & horum magnam partem ſuo tempore uſurpari deſiiſſe docet nos * Arnobius: imo jam Varronis † ævo quædam omittebantur. Punicum bellum tertium ſimul indictum, a ſimul illatum eſt. Et Mæcenas (ii) apud Dionem quædam horum vult propria eſſe ſtatus popularis.

IX. Indictum autem bellum ei qui imperium in populo ſummum habet, ſimul indictum cenſetur omnibus ejus non ſubditis tantum, ſed & qui ſe ſocios adjuncturi ſunt, ut qui acceſſio ſint ipſius, & hoc eſt quod ajunt recentiores juriſconſulti, b diffidato principe diffidatos ejus adhærentes. Nam indicere bellum vocant diffidare. quod intelligendum eſt de eo ipſo bello, quod adverſus

* *Arnob.* l. II. *cont. gent.* p. 91. *Ed. Lugd. B.*

† *Varro* l. IV. *de Lingua Latina*, pag. 23. *Ed. H. Steph.*

a Vide *Appian. Bell. Pun.* p. 43.

b *Bald. ad* l. 2. C. *de Serv.* n. 70.

GROTII.

u *Caduceus apud Græcos*] Unde caducei origo diſces ex *Plinio* XX X, 3. & *Servio* ad IV. & VIII. Æneidos. At *Caduceus* ſignum erat Pacis, non Belli. Id patet vel ex locis *Plinii*, & *Servii*, quos Auctor ipſe indicat. Referam tantum verba SERVII: *Unde*, *ſecundum* LIVIUM, *legati pacis* Caduceatores *dicuntur*. *Sicut enim per Feciales à fœdere* (ſuppl. *dictos*) *bella indicebantur*: *ita pax per Caduceatores fiebat*. In Aen. IV. 242. Adde AUL. GELL. *Noct. Attic.* X. 27. ISIDOR. *Origin.* VIII. II. SUIDAM, voce Κηρύκειον: inprimis THUCYDIDEM, Lib. I. Cap. 53. & ult. *J. B.*

x *Haſta miſſio*] Vide *Servium* ad IX. Æneidos, (verſ. 53. *Ammianum* XIX. & quæ ad eum notata a doctiſſimo Lindenbrogio, (*cap.* 2. pag. 229. *Edit. Valer. Gron.*)

GRONOVII.

43 *Caduceus*] Baculus ſive ſceptrum quod ferebat fecialis ſive legatus bellum indicens (unde & caduceator vocatur) argumento ſe venire ab illo, qui ſceptuchus eſt ſive ſummum habet imperium. Eo & Mercurium Deorum nuntium ornabant. *Inſtar* hujus in Fulvianis nummis *familiæ* Antoniæ tab. 7. in Antverp. Cæſarum tab. 2. n. 18.

44 *Sagmina*] *Liv.* 24. ubi & verbenas & graminis herbam puram appellat. Idem 30, 43. *Plin.* 22, 2. & 25, 9.

45 *Sanguinea*] Non quæ infecta eſſet cruore, ſed ex arbore ſanguinea, quæ ſuo ingenio erat ejus coloris, unde nomen accepit. *Liv.* 1, 32. *Plin.* 16, 18. & 37. Idem 24, 10. l. 9. D. *ad l. Pompejam de parric.* *Macrob.* 2, Satur. 16.

46 *Dies*] *Liv.* 1, 23. *Macrob.* 1, Satur. 16. *ſi forſan interea permoverentur ad ſatisfaciendum ſine bello: ut in jure privato æris confeſſi æriſque debiti judicatis poſt ſententiam* XXX. *dies dabantur juſti ex LL.* XII. *tabb.* Gellius 20, 1.

47 *Haſta miſſio*] *Juſtin.* 11, 5. *Cum delatus in continentem eſſet, primus Alexander jaculum velut in hoſtilem terram jecit.* cap. ſeq. n. 1.

(ii) Neſcio ubi. Nihil certè in Oratione illâ ſatis longâ, quæ *Lib.* LIII. legitur. *J. B.*

y Non

verſus eum cui indictum eſt geritur: quomodo bellum Antiocho indictum cum eſſet, Ætolis ſeparatim indici non placuit, quod ipſi palam ſe Antiocho adjunxiſſent: 48 *Ætolos ultro ſibi bellum indixiſſe* reſpondebant *c* feciales. c *Livius lib.* XXXVI. c. 3.

X. At eo bello abſoluto, ſi ob auxilia ſuppeditata populus aut rex alter bello 49 impetendi ſint, ut effectus juris gentium conſequantur, opus erit nova indictione. Jam enim non ut acceſſio ſpectatur, ſed ut principale aliquid. Ac propterea recte dictum eſt, y non fuiſſe juſtum jure gentium bellum aut (kk) Manlii in Gallo-Græcos, aut (ll) Cæſaris in Arioviſtum: non enim jam ut acceſſio alieni belli, ſed principaliter impetebantur, quam ad rem ſicut ex jure gentium indictio, ita ex jure Romano 50 novus populi Romani juſſus deſiderabatur. Nam quod in rogatione contra Antiochum dictum *d* erat: *vellent, juberentque cum Antiocho rege quique ſectam ejus ſecuti eſſent bellum iniri*: quod & obſervatum in decreto adverſus regem Perſea, *e* videtur intelligi debere quamdiu cum Antiocho aut Perſeo bellum eſſet, & de his qui reipſa ei bello ſe immiſcerent. d *Livius lib.* XXXVI. c. 1. e *Lib.* XLII. c. 3[?]

XI. Cauſa autem cur gentes ad bellum illud, quod jure gentium juſtum diximus, denuntiationem requirerent, non ea fuit quam adferunt *f* nonnulli, ne quid clam aut dolo agerent, id enim ad fortitudinis præſtantiam magis quam ad jus pertinet; z ſicut nationes quædam etiam 51 prælii diem & locum condixiſſe leguntur: ſed (mm) ut certo conſtaret non 52 privato auſu ſed vo- f *Alb. Gent. lib.* 2. c. 1.

GROTII.

y *Non fuiſſe juſtum jure gentium bellum aut Manlii in Gallo-Græcos*] Aut Ulyſſis ſociorum in Ciconas Priamo quondam auxiliatos, de quibus *Homerus* Odyſſeæ I. & ibi *Didymus*. (Lib. IX. vers. 40.)

z *Sicut nationes quædam etiam prælii diem & locum condixiſſe leguntur*] Ut Porſenæ Romani, memorante in Publicola *Plutarcho*, (pag. 105. C.) Turcæ biduo ante prælium ignes plurimos accendunt. *Chalcocondylas* VII.

GRONOVII.

48 *Ætolos ultro ſibi bellum*] Cum Romanis.

49 *Impetendi ſint*] Qui ſcilicet in nova pacificatione comprehenſi non ſunt.

50 *Novus P. R. juſſus*] Lex ſive rogatio comitiis centuriatis perlata, & inde denuntiatio per feciales.

51 *Prælii diem & locum*] Ut Marius cum Cimbris. *Flor.* 8, 3.

52 *Privato auſu*] Paucorum vel ducis ipſius cum ſua factione.

(kk) Vide ſupra *Lib.* I. Cap. 3. §. 5. num. 4. *J. B.*

(ll) Immo bellum illud, in ſe ſpectatum, omnino juſtum erat. Dicemus in Notis Gallicis. Interim vide eruditam Diſſertationem CHRISTOPHORI CELLARII, *De C. Julii Cæſaris adverſus Arioviſtum Regem aliaſque Germanos Bello*; quæ ſexta eſt collectionis editæ anno 1712. *J. B*

(mm) At æquè, ſi non magis, certo de hac re conſtaret, Exercitu in fines regionis miſſo. Reverâ Scopus & finis præcipuus moris indicendi belli hic fuit, ut omnibus conſtaret, eum qui ad arma venit juſtam cauſam habere, & ut hoſti ipſi ſignificaretur, per eum ſtetiſſe & ſtare adhuc, quomi-

voluntate utriuſque populi aut populi capitum geri bellum: nam inde nati ſunt effectus peculiares, qui neque in bello adverſus prædones, neque in eo quod rex gerit in ſubditos locum habent. Ideo Seneca diſtincte dixit: * *indicta bella finitimis, aut geſta cum civibus.*

* Lib. III, de Ira c. 2.

XII. Nam quod notant † quidam & exemplis docent, etiam in 53 bellis talibus capta fieri capientium, verum eſt, ſed 54 ex una dumtaxat parte, idque ex jure naturali, non ex jure voluntario gentium, ut quod gentibus tantum proſpicit, non his qui ſine gente ſunt, aut pars gentis. Errant & in eo, a quod putant bellum ſui tuendi aut rerum tuendarum ergo ſuſceptum indictione non egere: nam eget omnino: non quidem ſimpliciter, ſed ad eos quos dicere cœpimus, & mox explicabimus, effectus.

† Ayala l. 1. c. 5.

a Alb. Gen. d. l. 11, c. 2.

XIII Ne illud quidem verum, non ſtatim atque 55 indictum eſt inferri bellum poſſe: quod Cyrus in Armenios, Romani in Carthaginienſes, ut modo diximus, fecerunt. Nam indictio 56 nullum poſt ſe tempus jure gentium requirit. Poteſt tamen fieri, ut ex naturali jure tempus aliquod requiratur ex negotii qualitate, puta cum res repetitæ ſunt, aut pœna in nocentem poſtulata, & id negatum non eſt. Tunc enim id dandum eſt tempus quo quod petitum eſt commode fieri poſſit.

XIV. Quod ſi jus etiam legationum violatum ſit, non ideo tamen denuntiatione opus non erit ad eos quos dico effectus: ſed ſufficiet eam fieri quomodo fieri tuto poteſt, per literas ſcilicet: quomodo & citationes & denuntiationes alias fieri mos habet in locis minus tutis.

quominus res alio modo dirimatur. Id innuit Dionysius Halicarnassensis, *Ant. Rom.* Lib. II. Cap. 72. ubi de inſtitutione Collegii *Fecialium* agit: & Servius in *Aen.* x. 14. Sed præſertim Nonius Marcellus, cujus locum, quamvis in quibuſdam depravatum, ad ſummam rei quod ſpectat, luculentum heic proferam: Itaque [Romani] *bella & tardè, & magnâ licentiâ* [legendum mihi videtur *decentiâ*, cujus vocis exemplum ex *Cicerone* auctor ipſe profert, *pag.* 203.] *ſuſcipiebant: quòd bellum nullum, niſi pium, putabant geri oportere, prius indicebant* [ita lego pro *indicerent*] *bellum iis, à quibus injurias factas ſciebant: Feciales legatos res repetitum mittebant quatuor quos Oratores vocabant.* In voce *Feciales*, pag. 529. *Ed. Mercer. J. B.*

GRONOVII.

53 *Bellis talibus*] Adverſus prædones, fugitivos, gladiatores, aut civilibus.

54 *Ex una parte*] Cum prædonibus ex parte civitatis aut juſti populi: in civilibus ex victrici parte. *Suet.* Veſp. 10, 5.

55 *Indictum eſt*] Quaſi neceſſe ſit, triginta dies juſtos interponi, quemadmodum apud Romanos.

56 *Nullum poſt ſe tempus*] Quod bello vacuum eſſe oporteat.

CA-

Digitized by Google

# CAPUT IV.

## De jure interficiendi hoſtes in bello ſolenni, & alia vi in corpus.

I. *Belli ſolennis effectus generaliter exponuntur.*
II. *Vox* licere *diſtinguitur in id quod impune fit nec tamen ſine vitio, & in id quod vitio caret, etiamſi id non facere virtutis ſit alicujus: additis exemplis.*
III. *Effectus belli ſolennis in ſua generalitate conſideratos referri ad licere impunitatis.*
IV. *Cur tales effectus introducti ſint.*
V. *Teſtimonia de his effectibus.*
VI. *Ex hoc jure interfici & offendi omnes, qui intra fines hoſtium ſunt.*
VII. *Quid ſi eo ante bellum venerint?*
VIII. *Subditos hoſtium ubique offendi, niſi lex alieni territorii obſtet.*
IX. *Jus hoc offendendi etiam ad infantes & feminas porrigi:*
X. *Etiam ad captos, & quovis tempore:*
XI. *Etiam ad eos qui ſe dedere volunt, nec recipiuntur:*
XII. *Etiam ad deditos ſine conditione.*
XIII. *Perperam id jus ad cauſas alias referri, ut ad talionem, pertinaciam defenſionis.*
XIV. *Porrigi & ad obſides.*
XV. *Jure gentium vetitum veneno quenquam interimere:*
XVI. *Aut tela, aut aquas aliquas veneno inficere:*
XVII. *Non & aquas aliter corrumpere.*
XVIII. *Percuſſoribus uti an contra jus gentium ſit, diſtinguitur.*
XIX. *Stupra an ſint contra jus gentium.*

I. AD illud Virgilii: *Æn. x, 14.*

*Tum certare odiis, tum res rapuiſſe licebit.*

Servius Honoratus, cum juris fecialis originem ab Anco Martio & ulterius ab Æquicolis petiiſſet, ſic ait: *ſi quando homines aut animalia ab aliqua gente rapta eſſent populo Romano, cum fecialibus, id eſt, ſacerdotibus, qui faciendis præſunt fœderibus, proficiſcebatur etiam pater patratus, & ante fines ſtans clara voce dicebat belli cauſam, & nolentibus res captas reſtituere, vel auctores injuriæ tradere,* 1 *jaciebat haſtam, quæ res erat pugnæ principium, & jam licebat more belli res rapere.* Ante autem dixerat: *veteres* 2 *lædere res rapere dicebant, etiamſi rapina nullum crimen exiſteret, ſimiliter* 3 *ſatis-*

GRONOVII.

1 *Jaciebat haſtam*] Cap. præced. n. 8.

2 *Lædere*] Quocumque damno, vexatione, vaſtatione, injuria, incendio offendere.

a *Effe-*

3 *ſatisfacere res reddere dicebant*. Quibus docemur belli inter duos populos eorumve capita indicti a effectus quoſdam eſſe proprios, qui bellum ex ſua natura non ſequuntur: quod cum iis optime convenit quæ ex juriſconſultis Romanis modo attulimus.

II. 1. Sed quod dixit Virgilius *licebit*, videamus quò pertineat. Interdum enim licere dicitur id quod rectum ex omni parte piumque eſt, etiamſi forte aliud quid fieri poſſit laudabilius, quale eſt illud Pauli apoſtoli: *πάντα μοὶ ἔξεστιν, ἀλλ' οὐ πάντα συμφέρει. omnia* (illius ſcilicet generis cujus ſunt de quibus agere cœperat & acturus erat) *licent mihi, ſed non omnia expediunt.* Sic b licet matrimonium contrahere, ſed laudabilior eſt ex pio propoſito 4 cœlebs caſtitas, ut ad Pollentium ex eodem Apoſtolo diſſerit Auguſtinus. Repetere quoque nuptias licet, ſed laudabilius eſt uno contentum eſſe matrimonio; ut recte hanc quæſtionem explicat c Clemens Alexandrinus. Chriſtianus conjux d paga-

1 Cor. VI, 12.

Lib. 1, c. 11.

GROTII.

a *Effectus quoſdam eſſe proprios*] *Crantzius* Saxonicorum XI, 5.

b *Licet matrimonium contrahere, ſed laudabilior eſt ex pio propoſito cœlebs caſtitas*] *Tertullianus* adverſus Marcionem I. *vacat abſtinentiæ teſtimonium, ſi licentia eripitur.* (Cap. 29.) Vide de hac re, & de fuga in perſecutione eundem lib. 1. ad uxorem. *Hieronymus* adverſus Helvidium, (Tom. II. pag. 14. in fin. *Edit Baſil.*) *virgo majoris eſt meriti dum id contemnit, quod ſi fecerit, non delinquit.* Adverſus Jovinianum, (Lib. I. pag. 25. B.) *ideo plus amat virgines Chriſtus, quia ſponte tribuunt quod ſibi non fuerat imperatum.* Ad Pammachium: *ſemper grandia in audentium ponuntur arbitrio. Non tibi imponitur neceſſitas ut voluntas præmium conſequatur.* (Epiſt. pag. 164. Tom. I.) Chryſoſtomus ad 1 Cor. VII. *βελτίονα δείκνυσι τὴν ἐγκράτειαν, meliorem oſtendit continentiam.* Ad Rom. VII. 6. *κἂν μὴ ἐπιθώμεθα καὶ γέενναν ἠπείλησε, δεικνὺς ὅτι οὐ τῆς φιλοτιμίας τῶν ἀγωνιζομένων τὰ ζητούμενα, ὥσπερ ἡ παρθενία καὶ ἀκτημοσύνη, ἀλλὰ πάντως αὐτὰ ἀνυσθῆναι δεῖ· niſi præceptis obediamus gehennam minatus eſt, oſtenditque hæc quæ poſtulat non eſſe ex iis quæ certantes ſuopte ſtudio præſtant, qualia ſunt virginitas & poſſeſſionum abdicatio, ſed omnino ea debent impleri.* Secunda oratione de jejunio: *ἀφῆκεν ἔξω τῶν σταδίων, ἀφῆκεν ἀνωτέρω τῶν ἀγώνων τὴν παρθενίαν. ἵνα καὶ οἱ κατορθοῦντες τὴν οἰκείαν μεγαλοψυχίαν ἐπιδείξωνται, καὶ οἱ μὴ κατορθοῦντες τῆς συγγνώμης ἀπολαύσωσι τοῦ δεσπότου· reliquit extra ſtadia, reliquit ſupra certandi legem continentiam virginalem, ut & qui id præſtant animi ſui oſtendant magnitudinem, & qui non præſtant indulgentia Domini fruantur.* Quod mox aptat & ad *ἀκτημοσύνην* poſſeſſionum abdicationem. Adjice quæ habet *Gratianus* ex *Auguſtino* & aliis in cauſa XIV. quæſtione I.

c *Clemens Alexandrinus*] Stromatôn IV. ubi inter alia de ſecundas nuptias faciente ait: *ἕτερος οὐχ ἁμαρτάνει μὲν κατὰ διαθήκην. οὐ γὰρ κεκώλυται πρὸς τοῦ νόμου. οὐ πληροῖ δὲ τῆς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον πολιτείας τὴν κατ' ἐπίτασιν τελειότητα. non peccat is quidem in fœdus: neque enim ulla lex eſt quæ prohibeat, ſed non implet excellentiſſimam evangelicæ vitæ perfectionem.*

GRONOVII.

3 *Satisfacere*] Quocumque modo placare & gratiam reſarcire, licet ipſæ res proprie non redderentur.

4 *Cœlebs caſtitas*] Si quis habeat continentiæ donum.

d Paga-

Digitized by Google

d paganam conjugem licite relinquere poteſt, ut ſenſit Auguſtinus, (quod 5 quibus circumſtantiis verum ſit, diſcutere non eſt hujus loci) ſed & poteſt retinere. itaque addit ille: *utrumque quidem pariter licitum eſt per juſtitiam qua coram Domino eſt: & ideo nihil horum prohibet Dominus, ſed non utrumque expedit.* Ulpianus de venditore cui poſt diem præſtitutum 6 vinum licet effundere: * *ſi tamen cum poſſet effundere, non effundit, laudandus eſt potius.* Ad Pollentium lib. I, c. 15. * L. 1. §. licet. 3. D. de peric. & com. rei vend.

2. e Alias vero licere aliquid dicitur, non quod ſalva pietate & officiorum regulis fieri poteſt, ſed quod apud homines pœnæ non ſubjacet. Sic apud populos multos 7 ſcortari licet: apud Lacedæmonios & Ægyptios etiam furari licebat. Apud Quintilianum eſt: *ſunt quædam non laudabilia natura, ſed jure conceſſa, ut in* XII. *tabulis,* 8 *debitoris corpus inter creditores dividi licuit.* Eſt autem hæc vocis *licere* ſignificatio minus propria, ut recte notat Cicero Tuſculanarum quinta † de Cinna loquens: *mihi contra non ſolum eo videtur miſer quod ea fecit, ſed etiam* 9 *quod ita ſe geſſit ut ea facere ei liceret: etſi peccare nemini licet, ſed ſermonis errore labimur: id enim licere dicimus, quod cuique conceditur:* recepta tamen, ut cum idem Cicero pro Rabirio Poſthumo judices ſic alloquitur: * *quid deceat vos, non* 10 *quantum liceat vobis,* ſpe- Lib. III, c. 6. † Cap. 19. * Cap. 5.

GROTII.

d *Paganam conjugem licite relinquere poteſt, ut ſenſit Auguſtinus*] Libro I. de adulterinis conjugiis ad Pollentium cap. 13. & 18. ex quibus locis multa tranſcripſit *Gratianus* in cauſam XXVIII, quæſt. 1.

e *Alias vero licere aliquid dicitur, non quod ſalva pietate & officiorum regulis fieri poteſt, ſed quod apud homines pœnæ non ſubjacet*] *Tertullianus* in exhortatione ad caſtitatem: *licentia plerumque tentatio eſt diſciplinæ.* (Cap. 8) Ibidem: *omnia licent, ſed non omnia pro ſalute.* Chryſoſtomus de pœnitentia VIII. ὁ ἀκρίδας ἐκ βοτανῶν ἐσθίων καὶ μέλι ἄγριον τῷ τὴν λαμπρὰν παρατιθεμένῳ καὶ βασιλικὴν τράπεζαν ἐξ αὐθεντίας προςάττει, οὐκ ἔξεστί σοι. καί τοι ἐδόκει βασιλεῖ πάντα ἐξεῖναι· *hic qui herbarum cacuminibus veſcebatur & fero melle, illi ſplendidam & regiam menſam ſibi apponere ſolito, cum auctoritate edicit, non licet tibi. Atqui videntur regi omnia licere. Columella* præfatione libri VII. *Nec ſane eſt vindicandum nobis quicquid licet: nam ſummum jus antiqui putabant ſummam crucem.* Hieronymus ad Jovinianum: *eſt vere jus ſummum ſumma malitia.* [Locus *Columellæ* eſt *Lib.* I. *Cap.* 7. *Hieronymi* autem, non *ad Jovinianum*, ſed *ad Innocentium*, Tom. I. pag. 235. *J. B.*]

GRONOVII.

5 *Quibus circumſtantiis*] Neque enim ſimpliciter hoc licet, ſed ſi veri Dei cultus omnino impediatur.

6 *Vinum licet effundere*] Si ad diem dictum id non curet aſportari emtor, ut ſcilicet ſuis vaſis ad alia utatur. [Vide, quæ diximus ad PUFENDORFIUM noſtrum, *de Jure Nat. & Gent.* Lib. V. Cap. 5. §. 3. Not. 8. alterius Editionis. *J. B.*]

7 *Scortari licet*] Ubi lupanaria permiſſa ſunt.

8 *Debitoris corpus*] *Gellius* 20, 1. [Vide Ampliſſ. BYNCKERSHOEK *Obſerv. Jur. Civ.* Libr. I. Cap. 1. *J. B.*]

9 *Quod ita ſe geſſit*] Quod evexit ſe ſupra leges armata tyrannide occupata. *Flor.* 3, 21.

10 *Quantum liceat*] Quod poſſitis impune facere pro poteſtate.



Digitized by Google

* De IV. Conſ. Honor. verſ. 267.

*ſpectare debetis: ſi enim quod liceat quaritis, poteſtis tollere e civitate quem vultis.* Sic regibus dicuntur omnia licere quia ſunt *ἀνυπεύθυνοι, exemti a pœnis humanis*, ut alibi diximus. At regem, ſive Imperatorem informans Claudianus recte ait: *

*Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit*
*Occurrat.*

Et Muſonius caſtigat reges: *μὴ τὸ καθήκει μοι λέγειν μεμαθηκότας, ἀλλὰ τὸ ἔξεστί μοι, qui in more habent dicere hoc mihi licet, non hoc me decet.*

3. Eoque ſenſu ſæpe opponi videmus quod licet, & quod oportet, f ut a Seneca patre in controverſiis non ſemel. Ammianus Marcellinus: † *ſunt aliqua qua fieri non oportet, etiamſi licet.* Plinius in epiſtolis: *a oportet qua ſunt inhoneſta, non quaſi illicita, ſed quaſi pudenda vitare.* Cicero ipſe oratione *b* pro Balbo: *eſt enim aliquid quod non oporteat, etiamſi licet.* Idem 11 pro Milone *c fas eſſe* ad naturam, *licere* ad leges refert. Et in declamatione patris *d* Quintiliani eſt, 12 aliud eſſe jura ſpectare, aliud juſtitiam.

† Lib. XXX. Cap. 8.
a Lib. V. Epiſt. 14.
b Cap. 3.
c Cap. 16.
d Decl. 251.

III. Hoc ergo modo lædere hoſti hoſtem licet, & in perſona, & in rebus, id eſt, non ei tantum qui ex juſta cauſa bellum gerit, quique lædit intra eum modum quem naturaliter conceſſum initio hujus libri diximus, ſed ex utraque parte & indiſtincte: ita ut eam ob cauſam nec puniri poſſit in alio forte territorio deprehenſus, tanquam homicida aut fur, nec bellum ipſi ab alio talis facti nomine inferri. Hoc ſenſu apud Salluſtium *e* legimus: *cui omnia in victoria lege belli licuerunt.*

e Orat. II. ad Cæſ. de Rep. ordin. c. 48. Ed. Waſſ.

IV. Cauſa cur id gentibus (aa) placuerit hæc fuit: quod inter duos populos de jure belli 13 pronuntiare velle periculoſum fuerat aliis populis, qui ea ratione bello alieno implicarentur, ſicut Maſſilienſes in cauſa Cæſaris & Pompeji dicebant, *f* neque ſui judicii neque ſuarum eſſe virium diſcernere utra pars juſtiorem haberet cauſam: deinde, quod etiam in bello juſto vix ſatis cognoſci poteſt ex indiciis externis, quis juſtus ſit ſe tuendi, ſua recuperandi, aut pœnas exigendi modus, ita ut omnino præſtiterit

f Cæſar, de Bell. Civ. I. 35.

GROTII.

f *Ut a Seneca patre*] Inter alia controverſiarum libro IV, 25.

GRONOVII.

11 *Pro Milone*] Cap. 16. quod aut per naturam fas eſſet, aut per leges liceret.

12 *Aliud jura, aliud juſtitiam*] Tanquam plus ſit in juſtitia, quam in jure.

13 *Pronuntiare*] Judicem ſe facere, utrius ſit juſtior cauſa.

(aa) Non opus eſt heic ullo conſenſu Populorum: ſed ex ipſo Jure Naturæ rationes peti poſſunt, quæ in omni Bello, etiam non ſolenni, valent. Fuſe dicemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*



Digitized by Google

terit hæc 14 religioni bellantium exigenda relinquere, quam ad aliena arbitria vocare. Achæi in oratione ad (bb) ſenatum apud *a* Livium. *quonam modo ea quæ jure belli acta ſunt, in diſceptationem veniunt?* præter hunc effectum licentiæ, id eſt, 15 impunitatis, eſt & alius, 16 dominii ſcilicet, de quo poſterius agemus.

*a* Lib. XXXIX. c. 36.

V. 1. Illa autem, quam nunc tractare cœpimus, lædendi licentia primum ad perſonas porrigitur: de qua multa exſtant apud probos auctores teſtimonia. Græcum eſt proverbium *g* ex tragœdia Euripidis:

> *Καθαρὸς ἅπας τοι πολεμίους ὃς ἂν κτάνῃ·*
> 17 *Purus profecto eſt quiſquis hoſtem occiderit.*

Itaque more Græcorum antiquo cum his, qui extra bellum occidiſſent hominem, (cc) lavare, cibum aut potum ſumere, multoque magis ſacra facere fas non erat; cum his qui in bello, fas erat. Et paſſim occidere, 18 jus belli vocatur. Marcellus apud * Livium: *quicquid in hoſtibus feci, jus belli defendit.* Apud eundem Alorcus ad Saguntinos: † *ſed hac patienda cenſeo potius, quam trucidari corpora veſtra: rapi, trahique ante ora veſtra conjuges ac liberos belli jure ſinatis.* Idem alibi cum narraſſet Aſtapenſes occiſos, addit, *b* factum jure belli. Cicero *c* pro Dejotaro: *tibi vero inimicus cur eſſet a quo cum vel interfici belli lege potuiſſet, regem ſe & filium ſuum conſtitutos eſſe meminiſſet?* Et pro M. Marcello: *d nam cum ipſius victoria conditione jure* 19 *omnes occidiſſemus, clementia tua judicio conſervati ſumus.* Cæſar Hæduis ſignificat *e ſuo beneficio conſervatos, quos jure belli interficere potuiſſet.* Joſephus in bello Judaico: *f καλὸν ἐν πολέμῳ θνήσκειν, ἀλλὰ πολέμου νόμῳ, τοῦτ' ἔστιν ὑπὸ τῶν κρατούντων* *pulchrum in bello occumbere, ſed belli jure, id eſt, vitam adimente victore.* Papinius (*Thebaid.* XII, 552.

* Lib. XXVI. c. 31.
† Lib. XXI. c. 13.
*b* Lib. XXVIII. c. 23.
*c* Cap. 9.
*d* Cap. 4.
*e* Comm. de Bell. Gall. VII. 41.
*f* Lib. III. pag. 852. B.

Nec

GROTII.

*g Ex tragœdia Euripidis*] Ione, (*vers.* 1334.) vers. 538.

GRONOVII.

14 *Religioni bellantium*] Conſcientiæ.

15 *Impunitatis*] Ut plecti nemo poſſit ob ea, quæ in bello, ut fit, adverſus hoſtem patraverit.

16 *Dominii*] Ut bello partorum, quæcumque fuerit ejus belli cauſa, juſti domini ſimus.

17 *Purus profecto*] Non pollutus homicidio.

18 *Jus belli vocatur*] Haſdrubalis uxor ad Scipionem apud Appianum. *Σοὶ μὲν οὐ νέμεσις ἐκ θεῶν, ὦ Ῥωμαῖε· ἐπὶ γὰρ πολεμίαν ἐστράτευσας.*

19 *Omnes occidiſſemus*] Periiſſemus, occidi juſte potuiſſemus.

(bb) Non ad *Senatum*, ſed ad *Appium* Legatum, in Concilio *Achæorum*. Inſpice locum, à me diſtinctè indicatum. *J. B.*

(cc) Vide ſupra *Lib.* I. *Cap.* 2. §. 5. num. 3. Adde duo loca luculenta ANTIPHONTIS, *Orat.* XIV. XV. pag. 93. *Ed Wechel.* & *Orat.* XVI. pag. 139. Vide & MEURSII *Themid. Attic.* Lib. I. c. 15. *J. B.*



*h* Hæc

*Nec querimur caſos*: h *hac bellica jura, viceſque*
*Armorum.*

2. Jure autem belli cum dicunt hi ſcriptores, non tale intelli-
gi quod 20 actum culpa omni liberet, ſed 21 qualem dixi impu-
a *Ann.* 1. nitatem, ex aliis locis apparet. 22 Tacitus dixit *a an pace cauſas*
c. 48. *& merita ſpectari, ubi bellum ingruat innocentes ac noxios juxta ca-*
b *Hiſt.* III. *dere.* Idem *b* alibi: *nec illis aut honorare* 23 *eam cædem jus homi-*
c. 51. *num, aut ulciſci ratio belli permittebat.* Neque aliter ſumendum
jus belli, quod abſtinuiſſe Achivos Ænea & Antenore memorat
c *Lib.* 1. *c* Livius, eo quod pacis auctores ſemper fuiſſent. Seneca in tra-
c. 1. gœdia Troadibus, (*vers.* 335.)

*Quodcunque libuit facere, victori licet.*

*Epiſt.* XCV. Et in epiſtolis: i *quæ commiſſa capite luerent, tum quia* 24 *paluda-*
* *Epiſt.* II. *ti fecerunt, laudamus*: & Cyprianus *, *homicidium cum admittunt*
*ſinguli, crimen eſt. virtus vocatur cum publice geritur. impunitatem*
*ſceleribus acquirit* 25 *non innocentia ratio, ſed ſævitiæ magnitudo.*
Deinde: *conſenſere* 26 *jura peccatis, & cœpit eſſe licitum quod publi-*
† *Inſt. Div.* *cum eſt.* Sic Lactantius † Romanos ait legitime injurias intuliſ-
VI. 9. ſe. Nec alio ſenſu *d* Lucanus: *juſque datum ſceleri.*
d *Pharſ.* 1. VI. Late autem patet hoc jus licentiæ. nam primum non eos
2. tantum comprehendit, qui actu ipſo arma gerunt, aut qui bel-
e *Lib.* lum moventis ſubditi ſunt, ſed omnes etiam qui intra fines ſunt
XXXVIII. hoſtiles: quod apertum fit ex ipſa formula apud Livium *e hoſtis*
c. 48. & *ſit ille, quique intra præſidia ejus ſunt.* Nimirum quia 28 ab illis
*alibi paſſim.* quo-

GROTII.

h *Hæc bellica jura*] *Servius* in excerptis Fuldenſibus ad II. Æneidos: *jure bellico Politen Pyrrhus occiderat: ſed cur ante oculos patris? Spartianus* Severo: *præter eos quos jus prælii abſumſit.* (Cap. 14.)

i *Quæ commiſſa capite luerent, tum quia paludati fecerunt, laudamus*] Confer quæ ſupra libro II, cap. 1. §. 1.

GRONOVII.

20 *Actum culpa omni*] Quo quod actum eſt, probum & pium ſit, nec reum peccati apud Deum faciat.

21 *Qualem dixi impunitatem*] Ut ob id, quod in bello moribus geſſit, etſi durum ſit, condemnari aut in jus vocari nequeat.

22 *Tacitus hiſt.* III.] 51.

23 *Eam cædem*] Fratris in diverſa parte militantis.

24 *Paludati fecerunt*] Imperatores belli: nam apud Romanos ejus, cui ſumma belli commiſſa eſſet, veſtitus militaris erat paludamentum, ſive palliolum coccineum: quod religioſe atque inter vota in Capitolio ſumebant: & inde ſtatim ad portam profecti exiiſſe paludati dicebantur. *Liv.* 2, 61.

25 *Non innocentia*] Non quod mihi male feceris, ſed quod feceris in multos & cum multis.

26 *Jura peccatis*] Quibus adverſari & pœnas irrogare debebant.

27 *Juſque datum*] Belli nomine permiſſum occidere cives, amicos, propinquos.

28 *Ab illis quoque damnum*] Utpote quibus interpretemur etiam facultatem datam nos lædendi, qui metus in bello toti genti & omnibus ejus hominibus indicto ſufficit ad producendum illud jus.

k Poſt

Digitized by Google

quoque damnum metui poteſt, quod in bello continuo & univerſali ſufficit ut locum habeat jus de quo agimus: aliter quam in [29] pignorationibus, quæ, ut diximus, ad exemplum onerum impoſitorum ad luenda civitatis debita introductæ ſunt: quare mirum non eſt, ſi, quod Baldus [a] notat, multo plus licentiæ ſit in bello quam in pignorandi jure. Et hoc quidem quod dixi in peregrinis, qui [30] commiſſo cognitoque bello intra fines hoſticos veniunt, dubitationem non habet.

[a] *Ad l. 5. D. de juſtitia.*

VII. At qui ante bellum eo iverant, videntur jure gentium pro hoſtibus haberi [k] poſt modicum tempus intra quod diſcedere potuerant. Nam ſic Epidamnum [*] obſeſſuri Corcyræi peregrinis primum diſcedendi faciebant copiam, denuntiantes alioqui pro hoſtibus futuros.

[*] *Thuc. l. 1. c. 26.*

VIII. 1. Qui autem vere ſubditi ſunt hoſtium, [31] ex cauſa ſcilicet permanente, eos offendere ubique locorum jure hoc gentium licet, ſi ipſorum perſonam reſpicimus. Nam cum alicui bellum indicitur, ſimul indicitur ejus populi hominibus, ut ſupra oſtendimus in formula indictionis: ſic & in decreto, † *vellent, juberent Philippo regi Macedonibuſque qui ſub regno ejus eſſent bellum indici.* Hoſtis autem qui eſt, ubique ſecundum jus gentium impeti poteſt. Euripides: [b]

† *Livius lib. XXXI. c. 8.*

[b] *Incert. trag.*

Νόμος γὰρ ἐχθρὸν δρᾷν ὅπου λάβῃς κακῶς.
*Ubicumque prenſum jura lædi hoſtem ſinunt.*

Marcianus [c] juriſconſultus: *transfugas licet, ubicumque inventi fuerint, quaſi hoſtes interficere.*

[c] *L. 3. in fine D. ad l. Corn. de Sicariis.*

2. Interfici ergo poſſunt impune in ſolo proprio, in ſolo hoſtili, in ſolo nullius, in mari. [32] In territorio autem pacato, quod eos interficere aut violare non licet, id jus non ex ipſorum venit perſona, [l] ſed ex jure ejus qui ibi imperium habet. Nam civiles ſocietates conſtituere potuerunt in eos qui in aliquo ſunt ter-

GROTII.

k *Poſt modicum tempus*] *Bembus* VII. hiſtoriæ. Ea defenſione utitur *Cicero* pro Ligario. (Cap. 2.) Exemplum habes apud *Livium* libro XXV. c. 22. de civibus Campanis. Alia apud *Thucydidem* libro IV. (Cap. 105.)

l *Sed ex jure ejus qui ibi imperium habet*] Confer dicenda infra cap. VI, §. 26. & *Albericum Gentilem* Hiſpanicarum advocationum lib. 1, c. 6. *Wechnerum* in conſilio Franconico 92.

GRONOVII.

29 *Pignorationibus*] Repreſſaliis. 3, 2. 7. his enim in complures, quamvis victitent & deprehendantur inter eos, quorum juſta clarigatio vel prehenſio eſt, uti non licet; & in quos licet, tantum ad ſummam debiti licet.

30 *Commiſſo cognitoque bello*] Videntur enim ſe immiſcuiſſe & cauſam illam probaſſe.

31 *Ex cauſa permanente*] Qui domicilium habent in hoſtico & jus civitatis.

32 *In territorio pacato*] Ejus qui cum neutra parte bellum habet.



Digitized by Google

territorio nihil per vim agi, niſi judicio tentato: ſicut ex Euripide *a* citavimus,

a *Lib.* II. c. 21. §. 6.

*Si crimen iſtis aliquod hoſpitibus ſtruis,*
*Jus impetrabis: vi quidem hinc non abſtrahes.*

Ubi autem judicia vigent, ibi 33 perſonarum ſpectantur merita, & ceſſat 34 jus iſtud promiſcuum nocendi quod inter hoſtes introductum dicimus. Narrat m Livius *b* ſeptem triremes Pœnorum fuiſſe in portu 35 ejus ditionis cui Syphax imperabat, cui pax eo tempore erat cum Carthaginienſibus Romaniſque; adveniſſe eo cum duabus triremibus Scipionem, opprimique a Pœnis potuiſſe priuſquam portum intrarent; ſed vento acriore illatas in portum antequam Pœni anchoras molirentur: tum vero Pœnos nihil auſos in regio portu.

b *Lib.* XXVIII. c. 17.

IX. 1. Cæterum ut ad rem redeam, quam late licentia iſta ſe protendat vel hinc intelligitur, quod infantium quoque & feminarum cædes impune habetur, & iſto belli jure comprehenditur. Non huc adferam quod Heſbonitarum feminas & pueros * Hebræi occiderunt, & quod idem † fieri imperatur in Cananæos, n & quorum connexa cum Cananæis erat cauſa: 36 Dei iſta ſunt opera, cujus in homines jus majus eſt quam hominum in beſtias, ut alibi diſſeruimus. Illud propius accedit ad teſtandum morem communem gentium, quod in *a* Pſalmo beatus dicitur fore qui 37 Babyloniorum infantes petræ allidet, cui par eſt o Homericum illud, (*Iliad.* XXII. 63.)

* *Deuteron.* II. 34.
† *Deuteron.* XX. 16.
a *Pſal.* CXXXVII. verſ. 9.

- - - καὶ

GROTII.

m *Livius*] Vide ſimile factum Venetorum Græcos impedientium ne in portu juris Veneti Turcis noceant, apud *Chalcocondylam* lib. IX. de Venetis & Turcis apud Tunetem, *Bembum* lib. 4. de Piſanis & Genuatibus in Sicilia, *Bizarum* bello Piſano, de Roſtochio & Gripſwaldia *Paulinum Gotthum.*

n *Et quorum connexa cum Cananæis erat cauſa*] Ut Amalecitæ, de quibus *Joſephus* libro VI, 8. in Saulis rebus: ἐπὶ σφαγὴν γυναικῶν καὶ νηπίων ἐχώρησεν, οὐδὲν ὠμὸν οὐδ' ἀνθρωπίνης σκληρότερον διαπράσσεσθαι φύσεως ἡγούμενος, πρῶτα μὲν πολεμίους ταῦτα δρῶν· *ad cædem feminarum etiam & puerorum proceſſit, nihil exiſtimans ſe crudele aut natura humana adverſum in eo facere, primum quod hoſtes erant in quos id fiebat, &c.*

o *Homericum illud*] Ex eodem Homero Severus in Britannos his verbis uſus (apud *Xiphilin.* pag. 342. *Ed. H. Steph.* Locus eſt *Iliad.* VI. 57.)

GRONOVII.

33 *Perſonarum ſpectantur merita*] Singulorum vel privatorum & probitas & pravitas, non gentium vel populorum.

34 *Jus iſtud promiſcuum*] Sine diſcrimine, noxii ſint etiam ex ſua perſona, an innoxii.

35 *Ejus ditionis cui*] Eorum finium, quibus, vel portu qui eſſet in ditione Syphacis Maſæſulorum regis.

36 *Dei iſta ſunt opera*] Hoc non fecerunt Hebræi ex jure gentium, ſed ex Dei ſingulari mandato qui devotos illos populos volebat extingui: itaque non poſſumus inde in alios populos exemplum petere.

37 *Babyloniorum*] Nam hi non erant in numero devotorum populorum.

μηδ'

Digitized by Google

—— καὶ νήπια τέκνα
Βαλλόμενα προτὶ γῇ ἐν αἰνῇ δηϊοτῆτι·
*Illiſaque corpora terræ*
*Infantum, ſævus dum concutit omnia Mavors.*

2. Thraces olim capta Mycaleſſo feminas quoque & infantes occiderunt, narrante *a* Thucydide. Idem de Macedonibus cum Thebas cepiſſent narrat *b* Arrianus. p Romani capta Ilurgi urbe Hiſpaniæ, *κτεῖναι ὁμαλῶς καὶ παιδία καὶ γυναῖκας, ſine diſcrimine interemerunt etiam mulieres & pueros*, quæ verba ſunt *c* Appiani. Germanicus Cæſar Tacito *d* narratur vicos Marſorum (Germaniæ is populus) ferro flammiſque pervaſtaſſe, additurque: *non ſexus, non ætas miſerationem attulit.* Titus Judæorum etiam (dd) pueros & feminas in ſpectaculo feris laniandos propoſuit. Et tamen hi duo ingenio minime ſævo fuiſſe creduntur: adeo ſævitia illa in morem verterat. Quo minus mirum ſi & ſenes interficiuntur, ut a Pyrrho * Priamus.

*a* *Lib.* VII. *c.* 29.
*b* *De Exp. Alex.* l. 8.
*c* *Bell. Hiſp.* p. 272.
*d* *Annal.* I. 51.
* *Æn.* II. *vers* 550. *& ſeqq.*

X. 1. q Ne captivi quidem ab hac licentia exemti. Pyrrhus apud Senecam † ex recepto tunc more:

*Lex nulla capto parcit aut pœnam impedit.*

In Ciri Virgiliana belli lex hæc dicitur, etiam in feminas captivas. Ita enim ibi *e* Scylla:

*At belli ſaltem captivam lege necaſſes.*

Sed & illo Senecæ loco de femina, Polyxena nimirum, occidenda agebatur. Hinc illud Horatii: *f*

*Vendere cum poſſis captivum, occidere noli.*

† *Troad.* vers. 333.
*e* *Vers.* 446.
*f* I. *Epiſt.* XVI, 69.

Ponit

GROTII.

μηδ' ὅν τινα γαςέρι μήτηρ
Κῦρον ἐόντα φέροι, μηδ' ὃς φύγοι
αἰπὺν ὄλεθρον.
*nec qui lates abditus intra*
*Viſcera matris adhuc fugies crudelia*
*fata.*

p *Romani capta Ilurgi*] Scipio capta Numantia: Juliani milites in mulieres Daciris relictas. *Zoſimus* III. (c. 15.) Idem Julianus capta Majozamalcha. *Sine ſexus diſcrimine vel ætatis, quicquid impetus reperit poteſtas iratorum abſumſit*: ait *Ammianus* libro XXIV. (cap. 4. p. 436.)

q *Ne captivi quidem ab hac licentia exempti*] Eliſæus apud *Joſephum*: (Ant. Judaïc. IX. 2.) τὰς γὰρ νόμῳ ληφθέντας πολέμου, ἀποκτείνειν ἔλεγε δίκαιον. *belli jure captos interfici juſtum dicebat.* Itaque *Virgilius* captivum inducit rogantem:

*Per patrios manes, per ſpes ſurgentis*
*Iuli,*
*Te precor hanc animam ſerves natoque patrique.* (Aen. X. 524.)

LXX. millia Slavorum captorum ab Ottone interfecta narrat *Witbikindus* lib. II.

(dd) Nihil hac de re apud JOSEPHUM. Immo diſertè hic ait, captis *Hieroſolymis*, *Titum* vendi juſſiſſe omnes, qui infra decimum ſeptimum annum eſſent. *Bell. Jud.* Lib. VII. Cap. 16. (*Gr.* 45.) pag. 968. C. Hauſit Auctor noſter ex ALBERICO GENTILI, Lib. II. Cap. 21. pag. 425. qui tamen nullum alium teſtem adfert, niſi CARDANI Encom. Neron. *J. B.*

 r *Aci*

Ponit enim licere: & Donatus *a*, ſervos dictos qui ſervati eſſent, *quum eos occidi* 38 *oporteret jure belli*: ubi illud oporteret, improprie, pro liceret poſitum videtur. Sic a Corcyræis interfecti captivi ex Epidamno, narrante *b* Thucydide. Sic quinque millia captivorum ab *c* Annibale occiſa: & a Bruto *d* non pauci. Apud Hirtium bello *e* Africano Scipionem ſic alloquitur centurio Cæſarianus: *tibi gratias ago, quod mihi vitam incolumitatemque belli jure capto polliceris.*

2. Nec 39 tempore ullo excluditur poteſtas occidendi tales ſervos, id eſt bello captos, quantum ad jus gentium pertinet: etſi legibus civitatum hic magis, illic minus adſtringitur.

XI. Quin & 40 ſupplicum occiſorum paſſim occurrunt exempla, ut ab Achille apud Homerum *f*, apud Virgilium *g* Magonis & Turni: quæ ita narrari videmus ut defendantur ſimul illo quod dixi belli jure. nam & *h* Auguſtinus laudans Gothos qui ſupplicibus & in templa perfugientibus pepercerant: *Quod belli jure fieri licuiſſet*, ait, *illicitum ſibi eſſe judicarunt.* Nec qui ſe dedunt ſemper recipiuntur, ut in pugna ad Granicum 41 qui (ee) Perſæ militabant: apud Tacitum *i* Uſpenſes veniam liberis corporibus orantes: *quod aſpernati*, inquit, *ſunt victores, ut belli potius jure caderent.* Nota & hic belli jus.

XII. Sed & r acceptos in deditionem 42 ſine conditione ulla legas interfici, ut a Romanis Pometiæ * principes, a (ff) Sulla Samnites, a Cæſare † Numidas, & ipſum *k* Vercingentorigem: imo mos hic ferme perpetuus Romanorum in hoſtium duces, ſive captos, ſive deditos, ſ ut triumphi die occiderentur, quemad-

a *In Adelph. act.* 2. *ſc.* 1. *vers* 28.
b *Lib.* I. *c.* 3.
c *Appian. Hannib.* pag. 321.
d *Dion.* Lib. XLVII. pag. 405. D. Ed. H. *Steph.*
e *Cap.* 45.
f *Iliad.* XX, 463, & *ſeqq.* XXI, 73 &c.
g *Aeneid* X, 524. XII, 930, & *ſeq.*
h *De Civit. Dei* I, 2.
i *Ann.* XII, c. 17.
* *Livius*, II. 17.
† *Dion.* Lib. XLIII. pag. 245. E. Ed. H. *Steph.*
k *Idem*, Lib. XL, pag. 156.

GROTII.

r *Acceptos in deditionem ſine conditione ulla legas interfici*] Vide *Thuanum* libro LXX. in anno CIↃ IↃ LXXX. in rebus Hiberniæ.

ſ *Ut triumphi die occiderentur*] Simile apud *Reginonem* in anno IↃ CCCC V.

GRONOVII.

38 *Oporteret*] Q. d. cum commeruiſſent, ut occidi recte poſſent.

39 *Tempore ullo*] Quaſi cum in primo furore occiſi non eſſent, poſtea occidi non poſſent.

40 *Supplicum*] Qui ſe ultro poſitis armis dediderunt, & veniam petiverunt.

41 *Græci, qui Perſæ militabant*] Non impetraverunt veniam ab Alexandro, ſed interfecti ſunt.

42 *Sine conditione ulla*] Sine pacto ſalutis.

(ee) Neſcio unde hoc habeat Auctor, & vereor ut memoria eum fefellerit. Nihil hac de re invenio apud Scriptores hiſtoriæ *Alexandri Magni*. Immo ARRIANUS disertè ait, quotquot mercenariorum militum vivi in poteſtatem venerunt, vinctos in *Macedoniam* ad ergaſtula miſſos fuiſſe, *Lib* I, *Cap*. 17. Vide & finem ejuſdem Libri. *J. B.*

(ff) De *Samnitibus* nihil tale reperio, nec apud *Plutarchum*, nec apud *Appianum Alexandr.* Vereor ut Auctor confuderit quod legerat de *Antemnatibus*, in Vita *Sylla* à PLUTARCHO conſcriptâ, pag. 471, D. ſed in quo fuit inſignis perfidia. *J. B.*

t *Solent*

quemadmodum Cicero nos docet quinta *a* Verrina, Livius tum *a Cap. 90.*
alibi, tum libro *b* XXVI, Tacitus Annal. *c* XII, & alii mul- *b Cap. 13.*
ti. Eodem *d* Tacito memorante, Galba 43 decimari juſſit, *c Cap. 19.*
quos deprecantes in fidem acceperat: & *e* Cæcina, in deditio- *d Hiſt. I. 37.*
nem accepto Aventico, in Julium Alpinum e principibus, ut *e Ibid. I. 68.*
concitorem belli animadvertit: cæteros veniæ vel ſævitiæ Vitellii reliquit.

XIII. 1. *t* Solent interdum hiſtorici cauſam interfectorum hoſtium, captorum præſertim aut ſupplicum, referre aut 44 ad talionem, aut 45 ad pertinaciam in reſiſtendo: ſed hæ cauſæ, ut alibi diſtinximus, 46 ſuaſoriæ magis ſunt quam juſtificæ. Nam talio juſta & proprie dicta in eandem perſonam quæ deliquit exercenda eſt, ut intelligi poteſt ex his quæ de pœnæ communicatione dicta ſunt ſupra. Contra vero in bello plerumque id quod talio dicitur in malum redundat eorum quorum in eo quod accuſatur nulla eſt culpa. Cujus morem ſic deſcribit *f* Diodorus Si- *f Biblioth. XIV. 47.*
culus: *οὐ γὰρ ἠγνόουν δι' αὐτῶν τῶν ἔργων μαθόντες, ὅτι τοῖς διαπολεμοῦσι κοινῆς τῆς τύχης ὑπαρχούσης, ἀμφοτέρους κατὰ τὰς ἥττας τοιαῦτα ἀνάγκη παθεῖν, οἷα ἂν αὐτοὶ πράξωσιν εἰς τοὺς ἀτυχήσαντας· neque enim ignorabant ipſis rebus edocti, cum bellantium par ſit fortuna, alterutris, ſi male rem geſſiſſent, id expectandum quod ipſi in victos ſtatuiſſent.* Apud eumdem Philomelus dux Phocenſium, *διὰ ταύτης τῆς κολάσεως τοὺς ἐχθροὺς ἐποίησε μεταθέσθαι τῆς ὑπερηφάνου καὶ δεινῆς τιμωρίας· pari pœna exacta effecit, ut hoſtes a ſuperbo & inſolenti ſupplicio temperarent.*

2. Pertinax vero ſtudium in partes nemo eſt qui 47 ſupplicio dignum judicet, ut apud Procopium *g* Neapolitani Beliſario re- *g I. Gotth.*
ſpondent, quod tunc maxime obtinet cum partes illæ aut 48 a natura aſſignatæ, aut honeſta ratione electæ ſunt. Imo tantum abeſt ut in eo crimen ſit, ut pro crimine habeatur ſi quis 49 præ-

GROTII.

t *Solent interdum hiſtorici cauſam interfectorum hoſtium, captorum præſertim aut ſupplicum, referre aut ad talionem, aut ad pertinaciam*] Ut *Chalcocondylas* libro VIII.

u *Pari pœna exacta*] Vide eundem *Diodorum* de Spondio & Amilcare Barca in *excerptis Peireſianis.* (Pag. 277.)

GRONOVII.

43 *Decimari*] Decimum quemque ſorte ad ſupplicium duci.

44 *Ad talionem*] Quaſi non parcatur illis, quia ipſi antea nemini hoſtium pepercerunt.

45 *Ad pertinaciam*] Quod tam diu repugnando tempus miſericordiæ conſumpſerint.

46 *Suaſoriæ magis quam*] Non tam purgant quam impellunt & ſtimulant ſeveritatem.

47 *Supplicio dignum*] Cum ſit argumentum fidei.

48 *A natura aſſignatæ*] Quoties pugnavimus pro populo aut principe, ſub quo nati ſumus, aut cui juſtas ob cauſas obhæſimus.



Digitized by Google

* *Polyb.* lib. I. c. 17. & VI. c. 35. † *Liv.* XXXIV. c. 37.

49 præſidio deceſſerit, præſertim * veteri jure militari Romano, quod hic nullam ferme admittebat metus aut periculi excuſationem. *Præſidio decedere apud Romanos capitale eſt*, ait † Livius. 50 Ob utilitatem ergo ſuam quiſque ſummo illo rigore, ubi viſum eſt, utitur: defenditur autem 51 rigor ille apud homines eo gentium jure, de quo nunc agimus.

a *Plut. de claris mulieribus*, pag. 244. B. b *Dionyſ.* VI. c. 30. c *Tacit. Ann.* XII. c. 10. d I. *Maccab.* XIII, 16. e *Hiſt.* IV.

XIV. Idem jus & in 52 obſides uſurpatum, nec in eos tantum qui 53 ſe obligaverant quaſi ex conventione, ſed & in eos qui ab aliis traditi. A Theſſalis occiſi olim a ducenti quinquaginta, a (gg) Romanis Volſci b Aurunci ad trecentos. Notandum autem ſolitos obſides dari etiam pueros, ut c a Parthis (hh) quod & a Simone Macchabæorum d uno factum legimus, & feminas ut a Romanis Porſenæ temporibus, & a Germanis (ii) narrante e Tacito.

XV. I. Sicut autem jus gentium permittit multa, 54 eo permittendi modo quem jam explicavimus, quæ jure naturæ ſunt vetita, ita quædam vetat permiſſa jure naturæ. Nam quem interficere liceat, eum gladio an veneno interimas nihil intereſt, ſi jus naturæ reſpicias: jus inquam naturæ: nam generoſius quidem eſt ita occidere ut qui occiditur 55 ſui defendendi habeat copiam: ſed 56 non debetur hoc cuiquam qui mori meruit. At jus gentium, ſi non omnium, certe meliorum, jam olim eſt, ne hoſtem veneno interficere liceat: qui conſenſus ortus eſt ex reſpectu communis utilitatis, 57 ne pericula in bellis quæ crebra eſſe cœperant nimium intenderentur. Et credibile eſt a regibus id pro-

GRONOVII.

49 *Præſidio deceſſerit*] *Liv.* 24, 37.

50 *Ob utilitatem*] Non ob culpam ejus, in quem crudeliter conſulitur.

51 *Rigor ille*] Illa ſeveritas.

52 *Obſides*] Si cum dati eſſent fidei & amicitiæ pignus, reſpectu illorum non ceſſavit hoſtis fieri, qui dedit.

53 *Se obligaverant*] Qui ſponte vitam oppignoraverant pro fide ſuorum.

54 *Eò permittendi modo*] Nempe, ut impune fiant, neque ex factis perſecutio detur.

55 *Sui defendendi*] Ut ſit non tantum in acie ac conflictu, ſed propemodum in omni parte belli, modo ne quis ſibi deſit ipſe. Sic Alexander ajebat ſe didiciſſe adverſus vires hoſtium, non adverſus calamitates contendere. *Juſt.* 11, 12.

56 *Non debetur*] Occidi poteſt etiam indefenſus, etiam quieſcens & dormiens.

57 *Ne pericula*] Ut aliquis modus eſſet diſcriminum, quum ſufficeret, quod gladiis & telis corpora exponunt & objiciunt pugnantes.

(gg) Vide etiam LIVIUM, Lib. II. Cap. 16. num. 9. J. B.

(hh) TACITUS, loco in orâ libri diſtinctè indicato, loquitur tantum de *liberis* Parthorum *Regum*: ut & in loco *Maccabæorum* ſequente, eſt ſimpliciter *viri*. Sed vide SUETONIUM, *Calig.* cap. 19. & 45. ubi diſertè *parvos obſides* memorat. Unde validior efficitur conjectura, quam JUSTUS LIPSIUS elicit è loco STRABONIS, *Geogr.* pag. 748. *Ed. Paris.* A *Romanis* etiam obſides datos *impuberes*, patet ex hiſtoria *Clœliæ* illius nobilis, apud LIVIUM, Lib. II. Cap. 13. J. B.

(ii) *Libro* IV. *Hiſt.* quem Auctor heic in margine indicat, nihil tale de *Germanis*: ſed in *Germania* deſcriptione, *Cap.* 8. num. 2. J. B.



Digitized by Google

profectum, quorum vita ab armis ante alios defenditur; a veneno minus quam aliorum tuta eſt, niſi defendatur juris aliqua religione x & metu infamiæ.

2. Clandeſtina ſcelera vocat * Livius de Perſeo loquens: nefas Claudianus † agens de inſidiis in Pyrrhum a Fabricio rejectis, & Cicero *a* ſcelus eandem hiſtoriam tangens. Communis exempli intereſſe ne tale quid admittatur ajunt conſules Romani, in epiſtola ad Pyrrhum quam ex Cl. Quadrigario recitat *b* Gellius, apud Valerium Maximum *c* eſt, *armis bella, non venenis geri debere.* Et *d* Tacito memorante, cum princeps Cattorum Arminii mortem veneno promitteret, rejecit Tiberius, ea ſe gloria æquans priſcis Imperatoribus. Quare y qui licitum volunt hoſtem veneno occidere, 58 ut ex (kk) Vegetio *e* Baldus, reſpiciunt merum naturæ jus; illud autem quod a gentium voluntate ortum trahit prætervident.

XVI. 1. Diſtat a tali veneficio nonnihil & ad vim accedit propius, ſpicula veneno inficere & 59 geminare mortis cauſas, quod z de Getis tradit *f* Ovidius, de Parthis *g* Lucanus, de Afris quibuſdam *h* Silius, & nominatim de Æthiopibus *i* Claudianus. a Sed hoc quoque contra jus eſt gentium non univerſale, ſed gentium Europæarum, & ſiquæ ad Europæ melioris cultum accedunt. quod recte a Saliſberienſi obſervatum eſt, *k* cujus hæc ſunt verba: *nec veneni, licet videam ab infidelibus aliquando uſurpatam, ullo unquam jure indultam lego licentiam.* Ideo *ferrum infamare veneno* dixit *l* Silius.

2. Nam

* *Liv. libro* XLII. c. 18.
† *De Bello Gild. vers.* 273.
a *De Off. L.* III. c. 22.
b *Noct. Att. L.* III. c. 8.
c *Lib.* VI. c. 5.
d *Ann.* II. c. 88.
e *Conſ.* II, 188.
f *De Ponto,* I. Eleg. II. 17.
g *Pharſal.* VIII. 304.
h *De Bell. Pun.* III. 271, *& ſeq.*
i *De laud. Stilicon.* I. 350.
k *Policrat.* VIII, 20. pag. 653.
l *Lib.* III. vers. 273.

GROTII.

x *Et metu infamiæ*] Senatores ad Pyrrhum: *ἵνα μὴ τὸ σὸν πάθος ἡμῖν διαβολὴν ἐνέγκῃ· ne nobis infamiam adferat ſiquid tibi acciderit.* [Non Senatores, ſed Conſules *C. Fabricius & Q. Aemilius*, hoc dicunt, in Epiſtola ad *Pyrrhum*, apud PLUTARCHUM, Vit. Pyrrh. pag. 396, C. *J. B.*]

y *Qui licitum volunt hoſtem veneno occidere*] Vide de Venetis *Bembum* fine libri III.

z *De Getis tradit Ovidius*] De Scythis *Plinius* libro XI, 53. *Scythæ ſagittas tingunt viperina ſanie & humano ſanguine: irremediabile id ſcelus mortem illico adfert levi tactu.* De Serviis vide ſupplementum *Helmoldi* c. 4.

a *Sed hoc quoque contra jus eſt gentium*] Ideo Ilus Mermerides in Odyſſea A. Ulyſſi negat venenum ad ſpicula, (*vers.* 263.)

Ἠπεί ῥα θεοὺς νεμεσίζετο αἰὲν ἐόντας.

*Veritus vim Divûm morte carentum.*

GRONOVII.

58 *Ut ex Vegetio Baldus*] Verba Baldi: *& licet hoſtem veneno occidere, ſicut docet Vegetius de re militari.*

59 *Geminare mortis*] Juſtin. 12, 20. *ſagittas veneno armant, atque ita gemina mortis vulnere hoſtem ſummovent.*

(kk) Apud *Vegetium* nihil tale legitur, ut jam obſervavit ALBERICUS GENTILIS, *De Jure Belli*, Lib. II. Cap. 6. pag. m. 256. *J. B.*

b *Sine*

2. Nam & fontes veneno inficere, 60 quod ipſum quoque aut non latet, aut non diu latet, Florus a ait eſſe non tantum contra morem majorum, ſed & contra fas Deûm: ſicut jura gentium Diis adſcribi auctoribus ſolere 61 alibi quoque a nobis annotatum eſt. Neque vero mirum videri debet, ſi 62 ad minuenda pericula tales ſint quædam bellantium tacitæ conventiones, cum olim Chalcidenſibus & Eretrienſibus manente bello * convenerit *μὴ χρῆσθαι τηλεβόλοις, ne miſſilibus uti liceret.*

a Lib. II. c. 20.

* Strabo l. x. p. 488.

XVII. Cæterum non idem ſtatuendum de aquis b ſine veneno ita corrumpendis ut bibi nequeant, quod Solon & Amphictyones † leguntur in barbaros juſtum cenſuiſſe: & Oppianus de Piſcatu, quarto, ut ſuo ſæculo ſolitum commemorat. Id enim perinde habetur quaſi 63 avertatur flumen, aut c fontis 64 venæ intercipiantur, quod & natura & conſenſu licitum eſt.

† Pauſ. l. ult. ſeu Phoc. c. 37 Front. l. III. c. 7. n. 6. Æſch. de male ob. leg. pag. 262. A.

XVIII. 1. An vero hoſtem interficere immiſſo percuſſore per jus gentium liceat, quæri ſolet. (ll) Sed omnino diſcrimen adhibendum eſt inter percuſſores, qui fidem expreſſam vel tacitam violant, ut ſubditi in regem, vaſalli in 65 ſeniorem, milites in eum cui militant, recepti ut ſupplices aut advenæ, aut transfugæ in eos qui receperunt, 66 an vero nulla teneantur fide, quomodo d Pipinus Caroli Magni pater uno comitatus ſatellite trajecto Rheno hoſtem in cubiculo interfeciſſe narratur: quod & a Theodoto Ætolo in Ptolomæum Ægypti regem ſimili modo tentatum refert a Polybius, *ἐκ ἀνανδρον τόλμαν, virilem audaciam* vocans. Talis & ille laudatus ab hiſtoricis e Q. Mutii Scævolæ conatus;

b Lib. v. c. 81.

### GROTII.

b *Sine veneno*] Cadaveribus, asbeſto, quibus uſus in obſidione Auximi Beliſarius. *Procopius* Gotthicorum II. calce, ut Turcæ ad Dibibram. *Nicetas* lib. 1, de Alexio Iſaaci fratre. Sunt talia & apud *Ottonem Friſingenſem* & *Guntherum* Ligurino.

c *Fontis venæ intercipiantur*] Vide *Priſcum* in excerptis legationum.

d *Pipinus*] Vide *Paulum Warnafredi* libro VI.

e *Q. Mucii Scævolæ*] Qui *Plutarcho ἀνὴρ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἐλλόγιμος· vir ad omnem virtutem egregius.* [Vit. Poplicol. pag. 106. B.]

### GRONOVII.

60 *Quod ipſum quoque*] Etſi vix clandeſtina ſit iſta peſtis, aut certe non diu ſit, ſed mox deprehendi & caveri poſſit ex paucorum caſu.

61 *Alibi quoque*] 2, 19. 1.

62 *Ad minuenda pericula*] Qui vitam ferro ſub armis cernebant, id ſatis humanæ fragilitati putaſſe, & excepiſſe quædam genera periculorum conſenſu mutuo, quibus alium ab alio infeſtari fas non eſſet.

63 *Advertatur flumen*] Foſſis ductis alio derivetur.

64 *Venæ intercipiantur*] Ut Marius Saturnini factionem, quæ Capitolium tenebat, abruptis fiſtulis aquæductus ad deditionem compulit. *Flor.* 3, 16.

65 *Seniorem*] Dominum feudi. 2, 3, 14.

66 *An vero nulla teneantur fide*] Voluit dicere: *& inter eos, qui nulla tenentur fide.*

(ll) De hac quæſtione fuſè dicemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis. Non fert modus iſtarum Notularum, ut quid de totâ hac re ſentiamus, heic explicemus. J. B.

f Pau-

conatus, quem ipſe ſic defendit a, *hoſtis hoſtem occidere volui*. Porſena ipſe in hoc facto nihil niſi virtutem agnoſcit. Valerius Maximus b pium ac forte propoſitum vocat: laudat & Cicero c pro P. Sextio.

a *Liv. lib.* II. c. 12. b *Lib.* III. c. 3. c *Cap.* 21.

2. Nimirum hoſtem occidere ubivis licet, non naturæ tantum ſed & gentium jure, ut ſupra diximus: nec refert quot ſint qui faciant, aut patiantur. Sexcenti Lacones cum Leonida caſtra d hoſtilia ingreſſi, recta tentorium regis petebant. f Paucioribus idem licuit. Pauci erant qui Marcellum e conſulem ex inſidiis circumventum occiderunt: & qui 67 Petilium f Cerialem parum abfuit quin in lecto confoderent. g Laudat Eleazarum * Ambroſius, quod † elephantem ſupereminentem cæteris adortus eſt, arbitratus ei inſidere regem. Neque tantum qui hæc faciunt, ſed & qui aliis faciendi auctores ſunt, jure gentium inculpati habentur. Scævolæ ad audendum g fuerunt auctores illi in bellis adeo ſancti veteres Romani ſenatores.

d *Juſtin.* II. c. II. e *Livius* lib. XXVII. c. 27. f *Tac. hiſt.* V. c. 22. * *De Off.* I. *cap.* 40. † Vide I. *Macc.* VI. 45. & *ſeq.* g *Liv. lib.* II. c. 12.

3. Neque movere quenquam debet, quod deprehenſi tales exquiſitis ſuppliciis affici ſolent: nam id ipſum non eo evenit quod in jus gentium deliquerint, ſed quia eodem jure gentium 68 in hoſtem b quidvis licet: gravius autem aut levius malum ſtatuit quiſque pro ſua 69 utilitate. Nam ſic & exploratores, quos mittere jure gentium haud dubie licet, quales miſit Moſes, qualis fuit ipſe Joſue, deprehenſi peſſime tractari ſolent: (ἔθος τοὺς κατασκόπους κτείνειν, *mos eſt exploratores interficere*, ait c Appianus) juſte interdum ab his qui manifeſte juſtam habent bellandi cauſam: ab aliis vero 70 licentia illa quam dat belli jus. Quod ſi qui reperiuntur h qui tali opera oblata uti noluerint, id ad animi celſitudinem & virium apertarum fiduciam, non ad juſti injuſtive opinionem referendum eſt.

h *L.* 3. §. *ult. ad L. Corn. de Sicariis.* c *Bell. Punic.* p. 21.

4. At

### Grotii.

f *Paucioribus idem licuit*] Valens pecuniam promiſit ei qui Scythæ cujuſquam caput attuliſſet. ita pax obtenta. *Zoſimus* IV, (cap. 22.)

g *Laudat Eleazarum Ambroſius*] Et *Joſephus* antiquæ hiſtoriæ XII. 14. Factum non diſſimile Theodoſii in Eugenium eſt apud *Zoſimum* libro IV. (Cap. 58.) Gallorum in regem Perſarum, apud *Agathiam*: Perſarum decem in Julianum, apud *Ammianum* XXIV. (Cap. 4.) & *Zoſimum* III. c. 20. Alexii Comneni in Toruſen, apud *Nicetam Choniaten* lib. IV. de Manuele Bulgarorum in Nicephorum Imperatorem apud *Zonaram*.

h *Qui tali opera oblata uti noluerint*] Vide *Cromerum* p. 113.

### Gronovii.

67 *Petilium Cerialem*] Veſpaſiani cognatum.

68 *In hoſtem quidvis licet*] Vel tantum occidere, vel poſt diros cruciatus occidere.

69 *Utilitate*] Ducit autem utile ſibi, quum ægre poſſit ſibi cavere ab hac obrepentium audacia, magnitudine ſupplicii abſterrere homines, nequis id conetur.

70 *Licentia illa*] Non illa quidem juſtitia, quæ apud Deum valet, ſed illa, quæ apud homines.

i *Flo*

Digitized by Google

4. At de his percuſſoribus, 71 quorum facto perfidia ineſt, aliter cenſendum. neque enim ipſi tantum contra jus gentium faciunt, ſed & qui eorum utuntur opera: quanquam enim in rebus aliis, qui 72 malorum opera in hoſtem utuntur, peccare cenſeantur apud Deum, non autem apud homines, id eſt in gentium jus, quia ea in parte, (mm)

*Mores leges perduxerunt in poteſtatem ſuam:*

*& decipere*, ut Plinius loquitur, *a pro moribus temporum prudentia eſt*: tamen 73 intra jus interficiendi conſtitit hæc conſuetudo. nam hic 74 qui aliena utitur perfidia, violaſſe jus non naturæ tantum, ſed & gentium creditur. Hoc docent illa * Alexandri ad Darium: *Impia bella ſuſcipitis; & cum habeatis arma, 75 licitamini hoſtium capita.* Et mox: *qui ne belli quidem jura in me ſervaveris.* Alibi: † *ad internecionem mihi perſequendus eſt, non ut juſtus hoſtis, ſed ut percuſſor veneficus.* Eodem referendum *a* illud de Perſeo: *non juſtum apparare bellum regio animo, ſed per omnia clandeſtina graſſari ſcelera latrociniorum & veneficiorum.* Marcius Philippus de iiſdem factis Perſei agens: *b ea omnia quam Diis quoque inviſa eſſent, ſenſurum in exitu rerum ſuarum.* Pertinet huc illud *c* Valerii Maximi: i *Viriati cædes duplicem perfidiæ accuſationem recepit: in amicis, quod eorum manibus interemtus eſt; in Q. Servilio Cæpione conſule, quia is ſceleris hujus auctor impunitate promiſſâ fuit, victoriamque non meruit, ſed emit.*

a Lib. VIII. *Epiſtola ad Rufinum*, 18. num. 3.
* Curt. l. 4. c. 1.
† Lib. IV. c. 11.
a Liv. lib. XLII. c. 18.
b Liv. lib. XLIV. c. 1.
c Lib. IX. c. 6.

5. Cauſa cur hic aliud quam in rebus cæteris placuerit, ea ipſa eſt quam de veneno ſupra attulimus, ne nimium intenderentur pericula eorum maxime qui eminent. Negabat *d* Eumenes credere *ſe, quenquam ducum ſic velle vincere, ut 76 ipſe in ſe exemplum peſ-*

d Juſt. l. XIV. c. 1.

GROTII.

i *Viriati cædes*] Scriptor de Viris Illuſtribus, (*Aurelius Victor*, Cap. 71.) *quæ victoria, quia empta erat, a ſenatu non probata.* Eutropius: *cum interfectores ejus præmium a Cæpione conſule peterent, reſponſum eſt, nunquam Romanis placuiſſe, Imperatorem a ſuis militibus interfici.* (Lib. IV. c. 7.) ubi forte legendum, *a Cæpione conſule promiſſum.* Sic quod in Sertorium admiſſum eſt, damnat *Ammianus* libro XXX. [Cap. 1. in fin. Non video ex aliis Auctoribus conſtare, de *promiſſo* illo præmio à conſule. Adeoque minimè neceſſarium ſupplementum in *Eutropii* verbis. *J. B.*]

GRONOVII.

71 *Quorum facto perfidia*] Qui ſubornantur adverſus eos, quibus fidem, obſequium, honorem, gratiam debent, 3, 1. 21.

72 *Malorum opera*] 2, 26. 5.

73 *Intra jus interficiendi*] Animis illorum ira & manibus utendi, ſine perfidia.

74 *Qui aliena utitur*] Percuſſorem immittit adverſus eum, cui percuſſor ipſe ſacramento obſtrictus eſt.

75 *Licitamini*] Mercedem addicitis: pecuniam promittitis ei, qui occiſurus eſt hoſtem veſtrum.

76 *Ut ipſe in ſe*] Ut aliis oſtendat viam inevitabilem in ſe graſſandi, qua ipſe in alios uſus fuit.

(mm) Verſus eſt PLAUTI, *Trinummi*. Act. IV. Scen. III. verſ. 30. *J. B.*

k In-

Digitized by Google

*peſſimum ſtatueret.* Apud (nn) eundem *a* cum Beſſus Dario manus a *Lib. XII.*
intuliſſet, dicitur exempli & communis 77 regum omnium eſſe cauſa: & Oedipus regis Laji cædem vindicaturus apud Sophoclem ſic ait: *b* b *Oedip. vers. 139.*

Κἀγὼ προσαρκῶν εὖ ἐμαυτὸν ὠφελῶ.

Et apud Senecam in ejuſdem argumenti tragœdia, (*vers.* 242.)

*Regi tuenda eſt maxime regum ſalus.*

Conſules Romani epiſtola ad Pyrrhum: *c communis exempli & fidei viſum eſt, ut te ſalvum velimus.* c *Apud Aul. Gell. III. 8.*

6. In bello ergo ſolenni, aut inter eos qui belli ſolennis indicendi jus habent, id non licet: 78 extra vero bellum ſolenne habetur pro licito, eodem gentium jure. Sic in Gannaſcum defectorem ſtructas k inſidias tales degeneres negat * Tacitus. Curtius † Spitamenis perfidiam minus ait inviſam eſſe potuiſſe, quia nihil ulli nefaſtum in Beſſum interfectorem regis ſui videbatur. Sic & in latrones & piratas perfidia vitio quidem non caret, ſed apud gentes odio eorum in quos committitur impunita eſt. * *Annal. XI. 19.* † *Lib. VIII. c. 5.*

XIX. 1. Stupra in feminas in bellis paſſim legas 79 & permiſſa & impermiſſa. Qui permiſerunt, ſpectarunt injuriam ſolam 80 in alienum corpus, cui ſubjacere quicquid hoſtile eſt, juri armorum non incongruens judicabant. Melius alii, qui 81 non ſolam injuriam ſed ipſum efferatæ libidinis actum hic conſiderarunt, & 82 quod

GROTII.

k *Inſidias tales degeneres negat*] Sic de Florentio & Barchalba, qui defectorem Procopium adduxerant *Ammianus*, (Lib. XXVI. Cap. 9. in fin.) *ſi principem legitimum prodidiſſent, vel ipſa juſtitia jure caſos pronuntiaret. ſi rebellem & oppugnatorem internæ quietis, ut ferebatur, amplas ei memorabilis facta oportuerat deferri mercedes.* Sic laudatur Artabanes occiſo Gonthari de apud hiſtoricum *Procopium*, fine Vandalicorum ſecundi. Adjice de Sechodolii cæde *Cromerum* libro XXVIII.

GRONOVII.

77 *Regum omnium*] Quia omnibus idem metuendum.

78 *Extra vero bellum*] Quum perſecutio eſt defectoris, rebellis, latronis; quo jure excuſavit rex Hiſpaniæ, quod in Guilhelmi Auriaci caput præmium ſtatuerat, tanquam ſubjecti rebellantis. Sic & Athenienſes, quod XXX. tyrannos ad colloquium progreſſos, ut victimas pacis trucidarunt. *Juſt.* 5, 10.

79 *Et permiſſa*] Apud alios conceſſa, apud alios vetita.

80 *In alienum corpus*] Ut apud *Statium* Lycurgus 5. Theb. 686. *Si vilem, tanti premerent cum pectora luctus, In famulam jus eſſe ratus dominoque ducique.*

81 *Non ſolam injuriam*] Non quæ paterentur perſonæ, ſed quid fieret & qua ex cauſa, nempe opus fœdæ voluptatis ex flagrante libidinibus & incontinentia animo.

(nn) In prima Editione heic legebatur: *Apud Curtium.* Et revera CURTIUS ita de *Beſſo* loquentem *Alexandrum* inducit: *Quem quidem cruci adfixum videre feſtino, omnibus Regibus Gentibuſque fidei, quam violavit, meritas pœnas ſolventem.* Lib. VI. Cap. 3. *num.* 14. Sed quum aliquid huc faciens, quamquam non ita diſertum, Auctor noſter poſtea repeiſſet apud JUSTINUM, Lib. XII. Cap. 5. *num.* 11. addidit in ora libri XII. & in ipſo contextu poſuit *Apud eundem*, ſcilicet *Juſtinum*, quem tamen tantum in margine ſupra indicat. *J. B.*

1 *Geſ-*

82 quod is neque ad ſecuritatem pertineat, 83 neque ad pœnam, ac proinde non bello magis quam pace impunitus eſſe debeat: atque hoc poſterius jus eſt gentium non omnium, ſed meliorum. Sic Marcellus antequam Syracuſa caperet *a* legitur l geſſiſſe curam pudicitiæ etiam in hoſte ſervandæ. Scipio apud Livium *b* & ſua & populi Romani intereſſe ait, *nequid quod uſpiam ſanctum eſſet apud ipſos violaretur.* uſpiam, id eſt, apud moratiores populos. Diodorus Siculus *c* de Agathoclis militibus: οὔτε τῆς εἰς γυναῖκας ὕβρεως καὶ παρανομίας ἀπίσχοντο, *ne a mulieribus quidem* m *vim nefariam abſtinebant.* Ælianus cum narraſſet a Sicyoniis victoribus feminarum ac virginum Pellenæarum pudicitiam proſtitutam *d*, ſic exclamat: ἀγριώτατα ταῦτα, ὦ θεοὶ Ἑλλήνιοι, καὶ οὐδὲ ἐν βαρβάροις καλά, κατά γε τὴν ἐμὴν μνήμην. *crudelia hæc per Deos Græcia, & quantum memoria complector, ne ipſis quidem barbaris probata.*

2. Atque id n inter Chriſtianos obſervari par eſt, non tantum ut diſciplinæ militaris partem, ſed & ut partem juris gentium: id eſt ut qui pudicitiam vi læſit, quamvis in bello, ubique pœnæ ſit obnoxius. Nam nec Hebræa lege * impune quiſquam id tuliſſet, ut intelligi poteſt o ex ea parte quæ de captiva ducenda, neque vendenda poſtea, conſtituit. Ad quem locum Becchai magiſter Hebræus: *voluit Deus ut caſtra Iſraelitarum ſint ſancta, non projecta in ſcortationes & abominationes ceteras ut caſtra gentium.* Arrianus, † cum narraſſet captum Roxanes amore Alexandrum, οὐκ ἐθελῆσαι ὑβρίσαι καθάπερ αἰχμάλωτον, ἀλλὰ γῆμαι γὰρ οὐκ ἀπαξιῶσαι. *noluiſſe ea ut captiva per libidinem abuti, ſed matrimonio dignatum*, adjicit facti laudationem. Plutarchus de facto eodem: *e* οὐχ ὕβρισεν, ἀλλ' ἔγημε φιλοσόφως, *non per libidinem abuſus ea eſt, ſed*

*a* *Auguſt. de Civ. Dei lib.* 1. c. 6.
*b* *Lib.* XXVI. c. 49.
*c* Biblioth. XIX. 8.
*d* *Libro* VI. *var. hiſt. c.* 1.
* *Deut.* XXI, 10.
† *De Exped. Alex.* IV. 19.
*e* *De fortun. Alex.* Orat. II. pag. 332. E.

GROTII.

l *Geſſiſſe curam pudicitiæ* ] Et Lucullus narrante Xiphilino. [ Immo DIONE CASSIO, Lib. XXXV. pag. 2. A.] Vide edictum Mauri Cabaonis apud *Procopium* Vandalicorum 1.

m *Vim nefariam* ] *Appianus* Mithridatico de Chiis captis: τὰ γύναια καὶ τὰ παιδία βαρβαρικῶς ὑπὸ τῶν ἀγόντων ὑβριζόμενα· *mulieres & pueri barbarum in morem ab iis qui ducebant ſtuprati.* (Pag. 201.)

n *Inter Chriſtianos* ] Servarunt id Beliſarius ubique, Totilas captis Cumis & Roma capta. *Procopius* hæc tradit Gotthicorum III.

o *Ex ea parte quæ de captiva ducenda* ] Quam facunde explicat *Philo* libro περὶ φιλανθρωπίας, (pag. 706, & ſeqq.) *Joſephus* altero contra Appionem: τῶν αἰχμαλώτων προὐνόησεν ὅπως αὐτῶν ὕβρις ἀπῇ, μάλιστα δὲ γυναικῶν· *lex etiam pro bello captis curam geſſit, ut abſit ab eis contumelia, maxime a mulieribus.* (Pag. 1075. D.)

GRONOVII.

82 *Quod is neque ſecuritatem* ] Quod neque hoſtium quidquam demitur violatis mulieribus, neque additur ſalvis. *Juſtin.* 39, 3.

83 *Neque ad pœnam* ] Quia non eſt hoc ita comparatum, ut pro pœna poſſit haberi. Vera enim & juſta pœna eſt, quam qui ſumit, ſumendo non peccat, neque ipſe quid committit flagitii. At qui matronarum & virginum pudorem violat, rem facit per ſe damnatam & improbam.

p *In*

*ſed uxorem duxit, ut dignum philoſopho.* Et Torquatum quendam, quod hoſtili virgini vitium obtuliſſet, Romanorum decreto p in Corſicam deportatum annotavit Plutarchus *a*. *a Parall. pag. 308, 309.*

p *In Corſicam deportatum*] At Perſarum rex Choſroës eum qui Apameæ puellæ vim intulerat cruci affixit. *Procopius* Perſicorum II.

# CAPUT V.

## De rebus vaſtandis eripiendiſque.

I. *Res hoſtium corrumpi & rapi poſſe.*
II. *Etiam ſacras: quod quomodo intelligendum.*
III. *Et religioſas: addita itidem cautione.*
IV. *Doli quatenus hic permiſſi.*

I. 1 NOn a eſſe contra naturam ſpoliare eum, quem honeſtum eſt necare, dixit * Cicero. Quare mirum non eſt, ſi jus gentium corrumpi ac rapi permiſerit res hoſtium, quos interficere permiſerat. Polybius itaque hiſtoriarum † quinto, jure belli comprehendi ait ut munitiones hoſtium, portus, urbes, viri, naves, fructus, & ſi qua ſunt ſimilia, aut eripiantur, aut corrumpantur. Et apud Livium *a* legimus, *eſſe quadam belli jura, quæ ut facere ita pati ſit fas: 2 ſata exuri, dirui tecta; prædas hominum pecorumque agi.* Ipſas urbes totas dirutas, aut mœnia ſolo æquata, populationes agrorum, incendia ſingulis ferme paginis apud hiſtoriarum ſcriptores invenias. Et notandum licere hæc & in deditos. *Oppidani*, inquit *b* Tacitus, *portis ſponte patefactis ſe ſuaque Romanis permiſere, quod ſalutem ipſis tulit: Artaxatis ignis immiſſus.* ** Offic. III. c. 6.* *† Cap. 11.* *a Lib. XXXI. c. 30.* *b Ann. XIII. c. 41.*

II. 1. Neque jus gentium merum, 3 ſepoſita officiorum aliorum conſideratione, de quibus dicemus infra, ſacra excipit, id eſt, quæ Deo aut diis dicata ſunt. *Cum loca capta ſunt ab hoſtibus,*

b 4 om-

GROTII.

a NOn eſſe contra naturam ſpoliare eum quem honeſtum eſt necare] *Suetonius* Nerone XL. *tanquam occaſione nata ſpoliandarum jure belli opulentiſſimarum provinciarum.* *Cyprianus* de mortalitate: *ſic cum irruptione hoſtili civitas aliqua poſſeſſa eſt, omnes ſimul captivitas vaſtat.*

GRONOVII.

1 *Non eſſe contra*] Nam non debet, cui plus licet, quod minus eſt, non licere. l. 21. D. *de reg. jur.*

2 *Sata exuri*] Frumenta in agris matura incendi.

3 *Sepoſita officiorum*] Si a jure gentium diſtinguantur, quæ tantum honeſta ſunt, non etiam debita.

 b Om-

a L. cum loca 36. D. de religioſis. b 4 *omnia deſinunt ſacra eſſe*, ait *a* Pomponius juriſconſultus. *Sacra Syracuſarum victoria profana fecerat*, ait Cicero Verrina *b* quarta.
b Cap. 55. Cauſa hujus eſt, quod quæ ſacra dicuntur, revera 5 non eripiuntur humanis uſibus, c ſed publica ſunt: ſacra autem nominantur a fine cui deſtinata ſunt. Signum ejus quod dico eſt, quod cum quis populus alteri populo aut regi ſe dedit, tum etiam ea dedi
* L. 1. c. 111. §. 8. quæ divina dicuntur, ut ex formula apparet quam citavimus * alibi 6 ex Livio: cui convenit illud in Amphitruone Plauti, (*Act.* 1. *Scen.* 1. vers. 71.)

*Urbem, agrum, aras, focos, ſeque uti dederent.*

Deinde (vers. 102.)

*Deduntque ſe, divina, humanaque omnia.*

† L. 1. §. 2. D. De Juſt. & Jur. 2. Et ideo Ulpianus † publicum jus etiam 7 in ſacris ait conſiſtere. Pauſanias *c* Arcadicis ait morem fuiſſe Græcis barbariſque communem, ut res ſacræ arbitrii eorum fierent qui urbes cepiſſent.
c Cap. 46. Sic Jovis Hercæi ſimulacrum, Troja capta, conceſſum Sthenelo, multaque alia ejus moris exempla commemorat. Thu-
d Cap. 98. cydides lib. IV. *d* τὸν νόμον τοῖς Ἕλλησιν εἶναι, ὧν ἂν ᾖ τὸ κράτος τῆς γῆς

GROTII.

b *Omnia deſinunt ſacra eſſe*] *Tertullianus* apologetico (Cap. 25.) *Porro bella & victoria captis & everſis plurimum urbibus conſtant: id negotium ſine Deorum injuria non eſt. eadem ſtrages mœnium & templorum. pares cædes civium & ſacerdotum: nec diſſimiles rapinæ ſacrarum divitiarum & profanarum. Tot igitur ſacrilegia Romanorum, quot tropæa. tot de Diis, quot de gentibus triumphi. tot manubiæ, quot manent adhuc ſimulacra captivorum deorum.* Mox: *& bene, quod ſi quid adverſi urbibus accidit, eadem clades templorum quæ & mœnium fuerant.* (Cap. 40.)

c *Sed publica ſunt*] *Marſilius Patavinus* in defenſore pacis cap. V. p. 2. *Nicol. Boërius* deciſ. LXIX. num. 1. *Boſſius* in crim. de foro competente num. 101. *Cothmannus* conſ. 100, num. 30.

GRONOVII.

4 *Omnia deſinunt*] *Seneca* Troad. 53. *& quondam ſacrum regni jacentis.*

5 *Non eripiuntur humanis*] Secernuntur quidem a commercio & poſſeſſione, promiſcuoque & profano attactu privatorum, manent tamen in uſu hominum & habentur curanturque inter ea quæ ſunt univerſitatis vel populi cujuſque. Poteſt & alia dari cauſa ex ſuperſtitione veterum. Credebant enim templa & aras & ſimulacra urbium captarum a diis eſſe deſerta. Unde *Virgil.* 2. *Æneid.* 351. *Exceſſere omnes adytis ariſque relictis Dii, quibus imperium hoc ſteterat.* Et *Curtius* refert in obſidione Tyri civium cuidam per quietem Apollinis urbem deſerentis ſpeciem oblatam. Quum Titus Hieroſolyma obſideret, auditam majorem humana vocem, excedere Deos, ſimul ingentem motum excedentium, e *Joſepho Tacitus* tradit 5, hiſtor. 13. Hinc apud *Statium* Bacchus Thebis ſuis metuens in concilio Deorum ait 7. Thebaid. 178. *quo ſacra tamen ritusque perempta Gentis abire jubes?* Quod ut certius fieret, Romani carmine ſolenni ex obſeſſis ab ſe urbibus Deos evocabant, & Romæ illis ædem promittebant, ut notat *Servius* ad d. l. Exemplum apud *Liv.* 5, 21. Adde *Diodor. Sic.* 13, 59. *Plutarch.* in Antonio p. 958.

6 *Ex Livio*] Lib. 7, 31. & 26, 23.

7 *In ſacris ait*] Quod in rebus divinis fas eſt & rite fit, id partem eſſe publici juris; quamvis interdum diſtinguantur. Auſonius: *jus triplex, tabula quod ter ſanxere quaternæ.* (Edyll. XI.)

d Le-

*γῆς ἑκάστης, ἤν τε πλείονος, ἤν τε βραχυτέρας, τούτων καὶ τὰ ἱερὰ αἰεὶ γίγνεσθαι· jus hoc apud Græcos eſſe, ut qui imperium obtineant in terra aliqua magna aut parva,* [d] *eorum ſint & templa.* A quo non diſcrepat illud apud [a] Tacitum: *cunctas ceremonias Italicis in oppidis, templaque, & numinum effigies, juris atque imperii Romani eſſe.* [a] Ann. III. 71.

3. Quare & populus ipſe, mutata voluntate, poteſt ex ſacro profanum facere: quod non obſcure indicant juriſconſulti Paulus [b] & Venulejus: & temporum neceſſitate videmus res ſacras ab his qui ſacraverant [e] in belli uſus converſas, ut a Pericle ſub (aa) pollicitatione reſtituendi tantundem, a (bb) Magone in Hiſpania, a Romanis bello (cc) Mithridatico, a Sulla, (dd) Pompejo, Cæſare, (ee) atque aliis factum legimus. Apud Plutarchum [c] Tiberius Gracchus: *ἱερὸν καὶ ἄσυλον οὐδὲν οὕτως ἐστὶν, ὡς τὰ τῶν θεῶν ἀναθήματα. χρῆσθαι δὲ τούτοις καὶ κινεῖν καὶ μεταφέρειν ὡς βούλεται τὸν δῆμον οὐδεὶς κεκώλυκε· nihil tam ſacrum ſanctumque eſt quam quæ Deorum honori dicantur. Et his tamen uti populum, hæc transmovere nemo prohibet.* [f] In controverſiis Senecæ patris legimus: *pro republica plerumque templa nudantur, & in uſum ſtipendii* 8 *dona conflamus.*

[b] L. inter ſtipulantem, 83. §. ſacram, 5. & l. continuus, 137. §. cum quis. 6. D. de verb. oblig.
[c] Pag. 832. A.

GROTII.

d *Eorum ſint & templa*] Oſtendit hunc morem & Polybii locus infra capite XII. §. 7.

e *In belli uſus converſas*] Ut a Syracuſis tempore Timoleontis, in cujus vita id habet *Plutarchus* (pag. 247. E.) Chii mulctam ſibi a Mithridate indictam etiam e ſacris vaſis conficiunt. *Appianus* Mithridatico, (pag. 201.) Plinius lib. XVII. cap. ultimo de Porcio Catone agens: *idem arbores religioſas lucoſque ſuccidi permiſit, ſacrificio prius facto: cujus rei rationem quoque eodem volumine tradidit.* Sulla bello Mithridatico donaria ab Olympia, Epidauro, Delphis abſtulit, *Plutarcho* narrante, (pag. 459.) & Appiano, (pag. 206.) idem pretium reſtituit. *Diodorus Siculus* in excerptis Peireſcianis, (*pag.* 406.) Auguſtus ex templis theſauros accepit mutuos, *Appiano* docente civilium v. (*pag.* 678.) vaſa ſacra ab Agapeto oppignorata tradit *Caſſiodorus* XII, 20. Heraclius in gravi neceſſitate vaſa eccleſiæ in nummos vertit, ſed poſtea pretium reddidit, ut narrat *Theophanes*, Vide & *Annam Comnenam* libro V, & libro VI. *Cromerum* libro XXIII. orationem Laurentiani apud *Bembum* libro VI. Adde quæ infra dicentur capite XXI, §. 23.

f *In controverſiis Senecæ*] In excerptis IV, 4.

GRONOVII.

8 *Dona conflamus*] Florus 2, 6. *Arma non erant: detracta ſunt templis.*

(aa) Vide hac de re THUCYDIDEM, *Lib.* II. Cap. 13. & DIODORUM SICULUM, Lib. XII. Cap. 40. *J. B.*

(bb) Refert hoc LIVIUS, Lib. XXXVIII. Cap. 36. *J. B.*

(cc) Habet ex APPIANO *Alexandr.* De Bell. Mithrid. pag. 185. Ed. H. Steph. *J. B.*

(dd) De *Pompejo* nihil apud Scriptores veteres reperio. Quod ſpectat *Sullam*, vide Notam Auctoris noſtri. *J. B.*

(ee) Vide SUETON. *Cæſar.* Cap. 54. & ipſum CÆSAREM, *Comm.* de Bell. Civ. Lib. I. Cap. 6. *J. B.*

*mus*. Trebatius * juriſconſultus temporum Cæſaris : g *profanum quod ex religioſo vel ſacro in hominum uſum proprietatemque converſum eſt.* Hoc ergo gentium jure uſus Germanicus in Marſos, narrante † Tacito : *profana ſimul & ſacra, & celeberrimum illis gentibus templum quod Tanſana vocabant, ſolo æquantur.* Pertinet huc illud Virgilii (*Æneid.* XII. 778.)

*Colui veſtros ſi ſemper honores,*
*Quos contra Æneadæ bello fecere profanos.*

Deorum donaria h capi a victoribus ſolere notavit *a* Pauſanias: & Cicero belli legem id vocat, *b* de P. Servilio loquens : *ſigna, inquit, & ornamenta ex urbe hoſtium vi & virtute capta belli lege atque imperatorio jure ſuſtulit.* Sic Livius *c* templorum ornamenta quæ Syracuſis Marcellus Romam advexit *parte* ait *belli jure.* C. Flaminius *d* pro M. Fulvio : *ſigna ablata & cætera facta quæ captis urbibus ſoleant,* i Fulvius quoque in oratione belli jus hoc ipſum *e* appellat. Et 9 Cæſar in oratione apud Salluſtium *f* referens quæ victis ſolent accidere, ponit & k fana ſpoliari.

4. Illud tamen verum eſt, ſi quo in ſimulacro numen aliquod ineſſe credatur, id violari aut corrumpi nefas ab iis qui in ea perſuaſione conveniunt : & hoc ſenſu impietatis, aut læſi etiam gentium juris accuſantur interdum qui talia commiſerunt, nimirum ex talis opinionis poſitione. Aliud eſt ſi hoſtes non idem ſentiant : ſicut Judæis non permiſſum tantum, ſed & * præceptum eſt gentium ſimulacra abolere. nam quod 10 ſibi accipere vetantur, id eam cauſam habet, quo magis Hebræi ſuperſtitiones gentium deteſtarentur, impuritatis admoniti ipſo contactus interdicto; non quaſi alienis ſacris parceretur, quomodo l Joſephus exponit, 11 Romanis haud dubie blandiens; ſicut & in expo-

* Apud Macr. ſat. III. c. 3.
† Ann. I. c. 51.
a Lib. VIII. c. 46.
b In Verr. I. 21.
c Lib. XXV. c. 40.
d Apud eumdem Livium, L. XXXVIII. c. 43.
e Lib. XXXIX. c. 4.
f Bell. Catil. c. 50. Ed. Waſſ.
* Deut. VII, 5.

GROTII.

g *Profanum quod ex religioſo vel ſacro in hominum uſum proprietatemque converſum eſt*] *Servius* ad Æneidos II. (vers. 713.) de Cereris templo : *Æneas fuit ante eſſe profanatum.* Idem habet ad III. & ad IX. Æneidos & ad XII. Ad eclogam vero ſeptimam : *dona oblata numinibus tandiu ſacra ſunt, & dona poſſunt dici, quamdiu non fuerint profanata.* (Ad vers. 31.)

h *Capi a victoribus ſolere*] *Virgilius* Æneidos V. (vers. 360.)

*Neptuni ſacro Danais de poſte refixum.*

*Plutarchus* Fabio narrat, ſignum ab eo Herculis Tarenti captum, miſſumque in Capitolium : reliquos Deos Tarentinis relictos, ut iratos. (*Pag.* 187. C.) Huc ſpectat & quod modo ex Tertulliano attulimus, & ejuſdem hoc ad nationes II. *Tot deinde de Diis quot de gentibus triumphi : manent & ſimulacra captiva; & utique ſentiunt, quos non amant.* (Cap. 17.)

i *Fulvius*]. Vide *Polybium* excerpto legationum 28.

k *Fana ſpoliari*] Vide *Cromerum* libro XVII. de rebus Antiochenſis Eccleſiæ captis a Choſroë. vide *Procopium* Perſicorum II.

l *Joſephus*] Antiquæ hiſtoriæ IV, 8. & libro adverſus Appionem altero.

GRONOVII.

9 *Cæſar*] Cap. 51. bell. Catil.

10 *Sibi accipere*] Servare, non venerationis cauſa, ſed quaſi aliquod monumentum.

11 *Romanis*] Ut crederent Romani non adeo deteſtabiles ipſorum deos eſſe Judæis, quam revera erant.

m Per-

poſitione præcepti alterius, de non nominandis gentium diis: quod ille ita explicat quaſi 12 illis obloqui vetarentur, cum revera honoris cauſa aut ſine abominatione eos nominare lex non ſineret. Sciebant quippe Hebræi Dei certiſſimo monitu in ſimulacris illis non habitare, aut Dei ſpiritum, aut bonos angelos, aut vim aſtrorum, ut deceptæ gentes exiſtimabant, ſed pravos & humano generi infeſtos dæmonas: ita ut recte dixerit *a* Tacitus in Judæorum inſtitutis deſcribendis, *profana illis omnia quæ apud nos ſacra.* Non mirum ergo eſt, ſi templa profani cultus *b* a Maccabæis incenſa non ſemel legimus. Sic & Xerxes cum ſimulacra Græcorum corrupit, nihil fecit contra jus gentium, etſi multum id ad invidiam exaggerant Græci ſcriptores. *c* Nam m Perſæ non credebant in ſimulacris eſſe ulla numina, ſed Deum eſſe Solem, & portionem ejus aliquam 13 ignem. Lege Hebræa, ut idem *d* Tacitus recte, *templi limine præter ſacerdotes arcebantur.*

5. At Pompejus, eodem auctore, *e templum jure victoriæ ingreſſus eſt:* aut, ut Auguſtinus *f* rem eandem narrat, *non devotione ſupplicis, ſed jure victoris:* bene ille quod templo pepercit, & rebus templi, quanquam ut Cicero *g* diſerte ait, 14 pudore & obtrectatorum metu, non religione: male quod ingreſſus eſt, quippe contempto vero Deo, quod & Chaldæis exprobrant *h* Prophetæ: quam etiam ob cauſam quidam factum arbitrantur ſingulari Dei providentia, ut is quem dixi Pompejus quaſi in conſpectu Judææ trucidaretur ad Caſium Ægypti promontorium. at ſi ſpectes opinionem Romanorum, nihil in eo factum contra jus gentium. Sic idem templum excidio datum a Tito Joſephus memorat, *i* additque factum τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ.

III. Quod de ſacris diximus, idem & de 15 religioſis intelligi debet. nam hæc quoque non mortuorum ſunt, ſed viventium, 16 ſive populi alicujus, 17 ſive familiæ. Quare ſicut ſacra loca ab

a *Hiſt.* v. c. 4.
b 1 *Macc.* v. 44. 68. & x. 84.
c *Aſc. Ped. in Verr.* I. 18.
d *Hiſt.* v. 8.
e *Ibid.* c. 9.
f *De Civ. Dei lib.* XVIII, c. 45.
g *Pro Flacco*, c. 28
h *Dan.* v. 23.
i *Bell. Jud. lib.* VII. c. 24. & 34.

GROTII.

m *Perſæ non credebant in ſimulacris ulla eſſe numina*] *Diogenes Laërtius* initio, τῶν δὲ ξοάνων καταγινώσκειν τοὺς μάγους· *damnari ſimulacra a magis.* [Lib. I. §. 6. Vide ibi Not. AEGIDII MENAGII; & Clariſſ. CLERICI *Indicem Philologic.* in *Hiſtoriam Philoſophiæ Orientalis* à STANLEJO, voce *Statua.* De Religione etiam Veterum Perſarum THOMAS HYDE, Anglus, librum eruditiſſimum edidit, ubi eos ab omni idololatriâ abſolvere conatur. *J. B.*]

GRONOVII.

12 *Illis obloqui*] Maledicere.

13 *Ignem*] *Balenger.* eclog. ad Arnob. cap. 5.

14 *Pudore & obtrectatorum*] Ne famam, quam habebat, innocentiæ vel abſtinentiæ læderet, atque invidiæ anſam daret hoc nomine ſibi obtrectandi aut inſultandi.

15 *Religioſis*] In quæ mortui inferuntur.

16 *Sive populi*] Ubi polyandria vel publica cœmeteria ſunt.

17 *Sive familiæ*] Ut olim apud Romanos, qui quiſque in agris privatis ſibi & ſuis locum ſepulturæ ſecernebant.



Digitized by Google

ab hoſtibus capta, ita & religioſa talia eſſe deſinere ſcripſit dicto loco Pomponius, & Paulus juriſconſultus: * *ſepulcra hoſtium religioſa nobis non ſunt, ideoque lapides inde ſublatos in quemlibet uſum convertere poſſumus.* quod ita tamen intelligendum, ne ipſa mortuorum corpora male tractentur, quia id contra jus eſt hominum ſepeliendorum, quod jure gentium introductum alibi demonſtravimus.

* L. 4. D. de ſepulc. viol.

IV. Illud hic breviter repetam, non vi ſola res hoſtium hoſtibus eripi ex jure gentium, ſed & dolos qui perfidia careant permiſſos cenſeri, imo & 18 alienæ perfidiæ incitationem. Nimirum 19 ad minora & frequentia hæc delicta ita connivere cœpit jus gentium, ſicut leges civiles ad 20 meretricium & improba fœnora.

GRONOVII.

18 *Alienæ perfidiæ incitationem*] Præmia poſita illis, qui res hoſtium, quamvis perfide, intercipiunt, & ad nos aut in noſtros fines deferunt.

19 *Ad minora ita connivere*] Nam ad majora, veluti vitæ licitationem, non connivit, cap. præced. n. 18.

20 *Meretricium*] Sueton. Calig. 40. *qui meretricium feciſſent.*

# CAPUT VI.

## De jure acquirendi bello capta.

I. *Circa acquiſitionem rerum bello captarum, quale jus naturæ.*

II. *Quale jus gentium: cujus teſtimonia adduntur.*

III. *Quando res mobilis capta cenſeatur ex gentium jure:*

IV. *Quando agri.*

V. *Res quæ non ſunt hoſtium non acquiri bello.*

VI. *Quid de rebus repertis in navibus hoſtium?*

VII. *Jure gentium noſtra fieri quæ hoſtes noſtri aliis bello eripuerant, quod teſtimoniis probatur.*

VIII. *Refellitur ſententia ſtatuens res captas ab hoſtibus omnino ſingulorum capientium fieri.*

IX. *Naturaliter & poſſeſſionem & dominium per alium acquiri.*

X. *Diſtinctio actuum bellicorum in publicos & privatos.*

XI. *Agros acquiri populo aut ejus cujus eſt bellum.*

XII. *Res mobiles & ſe moventes actu privato captas ſingulorum capientium fieri;*

XIII. *Niſi lex civilis aliud ſtatuat.*

XIV. *Captas actu publico fieri populi, aut ejus cujus eſt bellum:*

XV. *Arbitrium tamen in res tales aliquod ſolere imperatoribus concedi:*

XVI. *Qui aut res referunt ad ærarium:*

XVII. *Aut dividunt militi: & quomodo:*

XVIII. *Aut direptionem permittunt:*

XIX. *Aut aliis concedunt:*

XX. *Aut factis partibus aliud atque aliud ſtatuunt & quomodo.*

XXI. Pe-

Digitized by Google

XXI. *Peculatum circa prædam committi.*
XXII. *Lege aut alio voluntatis actu de jure hoc communi aliquid immutari poſſe.*
XXIII. *Sic ſociis prædam concedi:*
XXIV. *Sæpe & ſubditis: quod variis exemplis terreſtribus & maritimis illuſtratur.*
XXV. *Uſus antedictorum.*
XXVI. *An capta extra territorium utriuſque partis bellantium acquirantur belli jure.*
XXVII. *Jus hoc quod diximus quomodo belli ſolennis ſit proprium.*

I. 1. PRæter quorundam actuum inter homines impunitatem, de qua egimus hactenus, eſt & alius effectus bello ſolenni ex jure gentium proprius. Ac jure naturæ quidem 1 bello juſto ea nobis acquiruntur a 2 quæ aut paria ſunt ei quod cum nobis ſit debitum aliter conſequi non poſſumus, aut etiam quæ nocenti damnum inferunt b intra æquum pœnæ modum, ut alibi dictum eſt. Hoc jure Abrahamus de ſpoliis, quæ a quinque regibus acceperat, c decimam Deo dedit, ut hiſtoriam quæ exſtat Gen. XIV. explicat divinus Scriptor ad Hebræos VII, 4. quo more Græci quoque, Carthaginienſes, & Romani diis ſuis, ut 3 Apollini, 4 Herculi, 5 Jovi Feretrio decimam de præda ſacraverunt. Jacobus autem Joſepho præ fratribus præcipuum relinquens legatum, *do tibi*, inquit, *partem unam ſupra fratres tuos, quam a manu Amorrhæi cepi gladio meo & arcu meo*, Geneſ. XLVIII, 22. Quo in loco d illud *cepi* prophetico loquendi genere pro *certo capiam* ſumi videtur, & Jacobo attribui, quod poſteri ab ejus nomine dicti facturi erant, quaſi eadem eſſet progenitoris & liberorum perſona. Id enim rectius, quam cum Hebræis verba hæc trahere ad illam expilationem Sicimorum, quæ jam ante a filiis Jacobi facta erat. nam eam ut cum perfidia conjunctam Jacobus, pro ſua

GROTII.

a *QUa aut paria ſunt ei quod cum nobis ſit debitum aliter conſequi non poſſumus*] Libro II, cap. VII. §. 2.

b *Intra æquum pœnæ modum*] Libro II, c. 20.

c *Decimam Deo dedit*] Et alimenta ſervis & partem prædæ ſociis. Vide *Joſephum* in hac hiſtoria, (*Antiq. Jud.* Lib. I. Cap. II.) & quæ infra cap. XVI. 3.

d *Illud* cepi] Chaldæus interpretatur id factum precibus ad Deum, qui ſingulari quadam benevolentia Sicima & Jacobo & poſteris ejus conſervaverit.

GRONOVII.

1 *Bello juſto*] In quo juſtam cauſam habemus.

2 *Quæ aut paria*] Quæ aut tanti ſunt, quanti æſtimandum eſt, quod nobis ab hoſtibus debetur & reddere per pacem noluerunt, non ultra; aut quibus acceptis tantum illis damni doloriſque datur, quantum illi nobis dederunt, cum aliquo additamento pœnæ nomine. 2, 20. 32.

3 *Apollini*] Exemplum eſt apud *Livium* 5, 21. & 23.

4 *Herculi*] *Juſtin.* 18, 7.

5 *Jovi Feretrio decimam*] Non decimam Jovi Feretrio, ſed ſpolia opima, hoc eſt, quæ dux duci hoſtium ab ſeſe interfecto manu ſua detraxiſſet, conſecrare ſolebant. *Florus* 1, 1. & 12. item 2, 4.



Digitized by Google

ſua pietate, ſemper improbavit, ut videre eſt Gen. XXXIV, 30. XLIX, 6.

2. Probatum autem a Deo jus prædæ inter eos quos dixi 6 naturales terminos aliis quoque locis apparet. Deus in lege ſua, de civitate poſt pacem repudiatam expugnata loquens *, ſic ait: *Omnia ejus ſpolia diripies tibi: & frueris præda hoſtium, quam tibi Deus dederit.* Rubenitæ, Gaditæ, & pars Manaſſitarum † dicuntur viciſſe Ituræos & eorum vicinos, multamque prædam ab iis abſtuliſſe, hac ratione addita, quod in bello Deum invocaſſent, & Deus eos propitius exaudiiſſet: quomodo & rex pius a Aſa narratur, Deo invocato, de Æthiopibus, injuſto bello ſe laceſſentibus, & victoriam & prædam reportaſſe: quod eo magis notandum, quia arma illa non ex ſpeciali mandato, ſed ex communi jure ſumebantur.

* *Deut.* XX, 14.
† 1 *Paral.* V. 20, 21. 22.
a II *Paral.* XIV, 11, 12, 13.

3. Joſue autem *b* eoſdem quos dixi Rubenitas, Gaditas, & Manaſſis partem 7 ſecundis ominibus proſequens: *participes*, inquit, *ſitis prædæ hoſtium cum fratribus veſtris.* Et David, cum ad Senatores Hebræos mitteret parta de Amalecitis ſpolia, 8 pretium *c* dixit muneri: *ecce donum hoc eſto vobis de præda hoſtium Domini.* Nimirum, ut Seneca dixit, *d* militaribus viris ſpecioſiſſimum eſt divitem aliquem ſpoliis hoſtilibus facere. Exſtant & divinæ leges de præda dividenda Num. XXXI, 27. Et Philo *e* inter 9 diras legis eſſe ait ut ager ab hoſtibus demetatur, unde ſequi λιμὸν μὲν φίλοις, ἐχθροῖς δὲ περιουσίαν, *in ſuos famem, copiam hoſtibus.*

b *Joſ.* XXII, 8.
c I. *Sam.* XXX. 26.
d III *De Beneſ.* 33.
e *De diris*, p. 930. A.

II. 1. Cæterum jure gentium non tantum is qui ex juſta cauſa bellum gerit, ſed & 10 quivis in bello ſolenni & 11 ſine fine modoque dominus fit eorum quæ hoſti eripit, eo ſenſu nimirum ut a gentibus omnibus & ipſe & 12 qui ab eo titulum habent, in poſſeſſione rerum talium tuendi ſint. quod 13 dominium quoad effectus externos licet appellare. Cyrus * apud Xenophontem: νόμος

ἐν

* *Xenoph.* VII. *de Inſt. Cyri*, c. 5, §. 26.

GRONOVII.

6 *Naturales terminos*] Quum non ultra debitum nobis & accedentem pœnam condignam extenditur.

7 *Secundis ominibus proſequens*] *Sueton.* Oct. 57.

8 *Pretium dixit muneri*] Donum ornavit verbis, ut loquitur *Terentius.* (Eunuch. II 1. 8.)

9 *Diras*] Execrationes deteſtationeſque illorum qui legem violarent.

10 *Quivis in bello ſolenni*] Sive inferat bellum ſive arceat, ſive jure ſive injuria: modo belli gerendi facultatem habeat, ut populus liber vel Rex, & id bellum ſit indictum.

11 *Sine fine modoque*] Non tantum, quatenus ei debetur, & quatenus damnum fecit.

12 *Qui ab eo titulum*] Qui ſub ejus auſpiciis militarunt, aut ejus dono aut commercio de præda partes acceperunt, non poſſint, vel domi, vel uſquam gentium, tanquam malæ fidei poſſeſſores conveniri, aut res ab eis vindicari.

13 *Dominium quoad*] Nam dominii effectus in duobus fere conſiſtit, ut liceat rem perſequi & ſibi aſſerere; tum, ut liceat de re pro arbitrio ſtatuere. *Bœkelm.* ad §. 2. inſtit. *de action.*

a Apud

*ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις ἀΐδιός ἐστιν, ὅταν πολεμούντων πόλις ἁλῷ, τῶν ἑλόντων εἶναι τὰ χρήματα· lex eſt ſempiterna inter homines, capta hoſtium urbe, eorundem res atque pecunias victori cedere.* Plato † dixit: *πάντα τῶν νικωμένων ἀγαθὰ τῶν νικώντων γίγνεσθαι, bona quæ victus habuit omnia victoris fieri:* qui & alibi *a* inter genera quaſi naturalia acquiſitionis ſtatuit 14 *πολεμικὴν*, quam & 15 *λῃστικὴν*, 16 *ἀγωνιστικὴν* & 17 *χειρωτικὴν* vocat. Aſſentientem hac in re habens eum quem dixi Xenophontem, apud quem *b* Euthydemum Socrates 18 interrogando eo perducit, ut ſpoliare non ſemper injuſtum fateatur, ut ſi in hoſtem id fiat.

2. Sed Ariſtotele *c* quoque auctore *ὁ νόμος ὁμολογία τις ἐστὶν, ἐν ᾧ τὰ κατὰ πόλεμον κρατούμενα τῶν κρατούντων εἶναί φασι, lex velut pactum quoddam commune eſt quo bello capta capientium ſunt.* Eodem reſpicit dictum illud Antiphanis: *ὅτι τοῖς πολεμίοις εὔχεσθαι δεῖ τἀγαθὰ παρεῖναι χωρὶς ἀνδρείας. γίνεται γὰρ οὕτως οὐ τῶν ἐχόντων, ἀλλὰ τῶν κρατούντων· optandum* 19 *ut hoſtibus bona adſint ſine virtute: ſic enim fiunt illa non eorum qui habent, ſed eorum qui capiunt.* e Apud Plutarchum in vita *d* Alexandri 20 *τὰ τῶν ἡττωμένων εἶναί τε δεῖ καὶ προσαγορεύεσθαι τοῦ κρατοῦντος, ea quæ victi fuerant, & eſſe & appellari debent victoris.* Idem alibi: *τὰ τῶν ἡττωμένων ἐν ταῖς μάχαις ἀγαθὰ, τοῖς νικῶσιν ἆθλα πρόκειται·* quæ verba ſunt ex Xenophonte ſecundo *e* de Cyri inſtitutione. Philippus in epiſtola *f* ad Athenienſes: *πάντες τὰς πόλεις οἰκοῦμεν ἢ τῶν προγόνων παραδόντων, ἢ κατὰ πόλεμον κύριοι καταστάντες· omnes tenemus oppida a majoribus relicta, aut poſſeſſa belli jure.* Æſchines: *g εἰ μὲν πρὸς ἡμᾶς πολεμήσας δοριάλωτον τὴν πόλιν εἷλες, κυρίως ἔχεις τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ κτησάμενος· ſi bello in nos ſuſcepto armis cepiſti urbem, jure eam poſſides belli lege.*

3. Marcellus apud Livium * quæ ademit Syracuſanis f ademiſſe ſe ait belli jure. Romani legati † Philippo de Thraciæ & aliis ci-

† De Legibus, Lib. I. pag. 626. B. Tom. II.
a Sophiſt. pag. 219, 222. Tom. I.
b Comm. Socrat. Lib. IV. Cap. II. §. 15.
c 1. Polit. c. 6.
d Pag. 676. A.
e Cap. 3. §. 2.
f Apud Demoſthenem pag. 64. B.
g De male obita legatione, pag. 251. B.
* Lib. XXVI. c. 31.
† Idem, XXXIX. 29.

GROTII.

e Apud Plutarchum in vita Alexandri] Ibidem *νικῶντας προσκτᾶσθαι καὶ τὰ τῶν πολεμίων· vincentes etiam ea quæ hoſtium ſunt ſibi acquirere.* (Pag. 684. A.)

f *Ademiſſe ſe ait belli jure*] *Diodorus Siculus* excerptis Peireſianis *pag.* 406. *τὰ διὰ τῶν ὅπλων κτηθέντα τῷ τοῦ πολέμου νόμῳ, μὴ προΐεσθαι· quæ armis quæſita eſſent & parta belli jure, non dimittenda.* Gotthi apud *Agathiam* lib. I. de Theuderico rege, poſtquam is Odoacrum vicerat, *τὰ κείνου πάντα κατέσχε τοῦ πολέμου νόμῳ· quæ ejus fuerant omnia tenuit belli jure.*

GRONOVII.

14 Πολεμικὴν] Bellicam.

15 Λῃστικὴν] Piraticam aut prædaticiam.

16 Ἀγωνιστικὴν] Certando paratam.

17 Χειρωτικὴν] Manuariam vel manubialem.

18 *Interrogando*] Ut ſolebat, cum ſimularet ſe nihil ſcire & doceri, quæ doceret, percontando e diſcipulis elicere, quod eos docere volebat.

19 *Ut hoſtibus bona*] Ut hoſtes ſint opulenti & ignavi.

20 Τὰ τῶν ἡττωμένων] Superatorum in pugnis bona vincentibus præmia ſunt.

 21 *Va-*

civitatibus dicebant, ſi Philippus bello cepiſſet, eas præmium victoriæ belli jure habiturum: & *a* Maſiniſſa quem agrum pater ſuus Carthaginienſibus bello ademiſſet, habere ſe jure gentium ajebat. Sic & apud Juſtinum *b* Mithridates: *non Cappadociæ filium eductum quam jure gentium victor occupaverat*, Cicero Mitylenas ait *c* populi Romani factas, belli lege ac jure victoriæ. Idem privata aliqua eſſe cœpiſſe ait, *d* aut occupatione 21 vacuorum aut bello, eorum ſcilicet qui victoria potiti ſunt. Dion Caſſius: τὰ τῶν ἡττωμένων τοῖς κρατοῦσι προσγίγνεται. Etiam Clemens Alexandrinus *e* ait res hoſtium rapi & acquiri belli jure.

4. *Quæ ex hoſtibus capiuntur jure gentium ſtatim capientium fiunt*, ait *f* Cajus juriſconſultus. Naturalem hanc acquiſitionem φυσικὴν κτῆσιν appellat Theophilus *g* in Græcis Inſtitutionibus, ſicut & Ariſtoteles *h* dixerat πολεμικὴν φύσει κτητικὴν, *rem militarem ſecum ferre naturalem acquirendi modum.* Nimirum quia 22 non cauſa aliqua ſed ipſum nudum factum ſpectatur, & ex eo jus naſcitur: ſicut & Nerva filius, referente *i* Paulo juriſconſulto, dominium rerum ex naturali poſſeſſione cœpiſſe ajebat, ejuſque rei veſtigium remanere de his quæ terra, mari, cœloque capiuntur; item de bello captis, quæ omnia protinus eorum fiunt, qui primi poſſeſſionem apprehenderunt.

5. Hoſti autem eripi cenſentur & quæ ſubditis hoſtium eripiuntur. Sic Dercyllides argumentatur apud *k* Xenophontem, cum Pharnabazus hoſtis eſſet Lacedæmoniorum, Mania autem ſubdita Pharnabazo, Maniæ bona in ea eſſe 23 cauſa ut a ſe jure belli recte occupentur.

III. Cæterum in hac belli quæſtione, placuit gentibus, ut cepiſſe rem is intelligatur, qui ita detinet 24 ut recuperandi ſpem probabilem alter amiſerit, aut ut res perſecutionem effugerit, ut loquitur in ſimili quæſtione * Pomponius. Hoc autem in rebus mobilibus ita procedit, ut capta dicantur ubi intra fines, id eſt, 25 præſidia hoſtium perducta fuerint. † Eodem enim modo res amittitur, quo poſtliminio redit. Redit autem ubi intra fines imperii eſſe cœpit, quod alibi *l* explicatur intra præſidia. Imo & aperte Paulus de homine dixit, amitti eum ubi fines no-

a *Liv. Lib.* XL. c. 17.
b *Libro* XXXVIII. 5.
c II. *contra Rullum* c. 16.
d *Off.* I. 7.
e *Stromat.* Lib. I.
f *L.* 5. §. *ult.* *D. de acq. rerum dom. Inſt. tit. de rer. diviſ.* §. 17.
g *Lib.* II. *Tit.* I. §. 17.
h *Ariſt.* I. *de Rep. c.* 8.
i *L.* 1. §. 1. *D. de acq. poſſ.*
k *Hiſt. Gr.* L. III. c. 1. §. 23.
* *L.* 44. *D. de acq. rer. dom.*
† *L.* 19. §. 3. *D. de capt. l. ult. ibid.*
l *L.* 5. §. 1. *d. tit.*

GRONOVII.

21 *Vacuorum*] Quæ dominum non habebant.

22 *Non cauſa aliqua*] Titulus ex iis, qui jure civili probantur, ut occupatio, mancipatio, traditio, inventio, & ſimiles, ſed ſola apprehenſio vel manus injectio, & poſſeſſio.

23 *Cauſa, ut a*] Videtur omiſſum *ſeſe*, vel *Lacedæmoniis*. [Edidimus *à ſe*: quomodo vix dubium eſt, quin Auctor ſcripſerit, aut ſcribere voluerit. *J. B.*]

24 *Ut recuperandi*] Ut qui antehac poſſedit, credatur eam pro perdita habere, judicetque ſe fruſtra operam ejus repetendæ ac reprehendendæ ſumturum.

25 *Præſidia hoſtium*] Caſtra vel loca munita, quo accedere prior poſſeſſor non audeat.

g *Per*

noſtros exceſſit: & Pomponius captum bello explicat eum, quem hoſtes ex noſtris ceperunt, & intra præſidia ſua perduxerunt: antequam enim in præſidia perducatur hoſtium, manere civem.

2. Hominis autem & rei, in hoc gentium jure, eadem fuit ratio. Unde facile intellectu eſt quod alibi dicuntur capta ſtatim *a* capientium fieri 26 cum conditione aliqua, continuandæ ſcilicet eo uſque poſſeſſionis, debere intelligi. Cui conſequens eſſe videtur, ut in mari naves & res aliæ captæ cenſeantur tum demum, cum in navalia aut portus, aut ad eum locum ubi tota claſſis ſe tenet, perducta ſunt. nam tunc deſperari incipit recuperatio. ſed recentiori jure gentium inter Europæos populos introductum *c* videmus, ut talia capta cenſeantur ubi g per horas viginti quatuor in poteſtate hoſtium fuerint.

a *Inſt. de rer. div.* §. 17. *L.* 5. §. 7. *D. de acq. rer. dom.*

c *Conſulatu maris* c. 283. & 287. *Conſt. Gallica lib.* XX, *tit.* 13. *art,* 124.

IV. 1. At agri non ſtatim capti intelliguntur *d* ſimul atque inſeſſi ſunt. nam quamquam verum eſt eam agri partem quam cum magna vi ingreſſus eſt exercitus 27 ab eo interim poſſideri, ut a Celſo *e* notatum eſt; tamen ad eum quem tractamus effectum non ſufficit qualiſcunque poſſeſſio, 28 ſed firma requiritur. Itaque Romani agrum extra portam, quem Annibal caſtris inſidebat, *f* adeo non amiſſum judicabant, ut eo ipſo tempore nihilo minoris venierit quam ante veniſſet. Is ergo demum ager captus cenſebitur, qui manſuris munitionibus ita includitur, ut niſi iis expugnatis parti alteri palam aditus non ſit.

d *Corn. de Lapide in Gen.* c. XIV. *Molina diſput.* 118.

e *L.* 18. *D. de acq. vel amitt. poſſ.*

f *Livius*, XXVI. 11.

2. Et hæc non minus probabilis videtur nominis territorii origo a terrendis hoſtibus a Siculo Flacco *g* allata, quam illa *h* Varronis a terendo, aut Frontini (ff) a terra, aut 29 Pomponii juriſ-

g *Pag.* 3. *Ed. Goes.*

h *De Ling. Lat.* Lib. IV. p. 9. *Ed. H. Steph.*

GROTII.

g *Per horas viginti quatuor*] Etiam terra id obſervari diſcas e *Thuano* libro CXIII. in anno CIƆ IƆ XCV. Ex Germanicis legibus id venit, ad exemplum ejus quod de fera vulnerata conſtitutum apud ipſos non ſine ratione fuerat, ut *lege Langobardorum* lib. 1, tit. XXII. §. 6. Idem in Anglia & Caſtellæ regno ſervari ait *Albericus Gentilis* Hiſpanicæ advocationis l. 3.

GRONOVII.

26 *Conditione continuanda*] Si tam diu tenuerit, donec perduxerit intra præſidia.

27 *Ab eo interim*] Dum illam caſtris, vel caſtellis, & ſtationibus occupatam habet.

28 *Sed firma*] Stabilis, manens, duratura.

29 *Pomponii*] L. 239. §. 8. D. *de V. S.*

(ff) FRONTINUS, non à *terra*, ſed à *terrendo*, quemadmodum SICULUS FLACCUS vocem *Territorii* deducit. Verum CUJACIUS etymologiam illam à *terrà* petitam propoſuit in Nota ad *L.* 53. *C. De Decurionibus* &c. quam obſervationem quum Auctor vidiſſet à DIONYSIO GOTHOFREDO, ad *L.* 239. *D. De Verb. Signif.* ita relatam: *A terrendis hoſtibus* [etymon deducit] *Frontinus in libro* de agrorum qualitat. *à terra*, *Cujac. ad l.* 53. *C. de Decurion.* exiſtimavit, dum feſtinanter legeret, voces *à terra* referri ad *Frontinum*, de quo ante, non ad *Cujacium*, qui ſequitur. *J. B.*

h *Hoſti-*

riſconſulti a 30 terrendi jure quod habent magiſtratus. Sic Xenophon libro * de vectigalibus, agri poſſeſſionem belli tempore ait retineri per munimenta quæ τείχη καὶ ἐρύματα ipſe appellat.

* Cap. 4. §. 43, 44.

V. Liquet & hoc, ut res aliqua noſtra belli jure fiat requiri ut hoſtium fuerit: nam quæ res apud hoſtes quidem ſunt, puta in oppidis eorum aut intra præſidia, ſed quorum domini nec hoſtium ſint ſubditi, nec hoſtilis animi, eæ bello acquiri non poſſunt, ut inter cætera Æſchinis † dicto jam loco oſtenditur Amphipolim, quæ urbs eſſet Athenienſium, Philippi bello in Amphipolitanos ipſius Philippi non potuiſſe fieri. Nam & ratio deficit, & jus hoc mutandi per vim dominii odioſius eſt, quam 31 ut produci debeat.

† Orat. de male obit. leg. pag. 251. B.

Conſul. maris. c. 273. VI. Quare quod dici ſolet h hoſtiles cenſeri res in hoſtium navibus repertas, non ita accipi debet quaſi certa ſit juris gentium lex, ſed 32 ut præſumtionem quandam indicet, quæ tamen validis in contrarium probationibus poſſit elidi. Atque ita in Hollandia noſtra jam olim, anno ſcilicet cIↃ CCC XXXIII. flagrante cum Anſiaticis bello, frequenti ſenatu judicatum, & ex judicato in legem tranſiiſſe comperi.

VII. 1. Illud vero extra controverſiam eſt, ſi jus gentium reſpicimus, quæ hoſtibus per nos erepta ſunt, ea non poſſe vindicari ab his qui ante hoſtes noſtros ea poſſederant & bello amiſerant: quia jus gentium hoſtes primum dominos fecit 33 dominio externo, deinde nos: quo jure inter alia tuetur ſe Jephthes contra

Jud. XI, 23. 24. 27.

GROTII.

h *Hoſtiles cenſeri res in hoſtium navibus repertas*] Sed neque amicorum naves in prædam veniunt ob res hoſtiles, niſi ex conſenſu id factum ſit dominorum navis. l. cotem. 11. D. *de publicanis*. §. 2. *Rodericus Zuarius* libro *de uſu maris* conſilio 11, num. 6. Atque ita interpretandas puto leges Galliæ, quæ ex rebus naves, ex navibus res prædæ ſubjiciunt, quales ſunt *Franciſci* I. datæ anno cIↃ IↃ XLIII. cap. 42. *Henrici* III. anno cIↃ IↃ LXXXIV. menſe Martio, capite 69. *lex Portugallica* libro 1, tit. XVIII. Alioqui res ipſæ ſolæ in prædam veniunt. *Meurſius* Danicorum libro II. Sic bello Venetorum cum Genuenſibus pertentatæ Græcorum naves, & extracti ſi qui hoſtium laterent, *Gregoras* libro IX. vide & *Crantzium* Saxonicorum II. & *Albericum Gentilem* advocationis Hiſpanicæ l. 20.

GRONOVII.

30 *Terrendi jure quod habent*] Hoc ſolum eſt verum ἔτυμον. Addit enim, id eſt, *ſubmovendi*. Nimirum moribus Rom. eo uſque patebat territorium, quo uſque fas erat magiſtratibus incedere ſubmoto. Eſt autem *incedere ſubmoto*, ire præeuntibus lictoribus, qui viam faciant & turbam ſummoveant. *Liv*. 25, 4. 28, 27. Hoc autem non licere ſibi judicabant in terris alienæ ditionis, ut apparet ex *Cæſare* lib. 3, de civil. cap. 106. *Tacit*. 2, annal. 53. *Suet*. Cal. 3.

31 *Ut produci*] Per interpretationem largius porrigi, quam proxima ratio permittit.

32 *Ut præſumtionem*] Ut intelligamus eſſe credibile, atque ut plurimum ita ſeſe habere, immo & credi ac pro vero accipi, niſi contrarium probetur.

33 *Dominio externo*] Quantum apparet atque oculis judicari poteſt ex præſenti poſſeſſione.

i Sic

tra Ammonitas, quia ager ille quem Ammonitæ vindicabant belli
jure ab Ammonitis, ut & pars alia a Moabitis ad Amoræos, ab
Amoræis ad Hebræos tranſiiſſet. i Sic & David * quod ipſe * 1 Sam.
Amalecitis, Amalecitæ antea Palæſtinis eripuerant, pro ſuo ha- xxx. 18.
bet ac dividit. 20.

2. Titus Largius apud Dionyſium Halicarnaſſenſem † in ſena- † Lib. vi.
tu Romano k cum Volſci olim poſſeſſa repeterent, ſententiam ſic c. 36.
dixit: ὅτι Ῥωμαῖοι καλλίστας ὑπολαμβάνομεν κτήσεις εἶναι καὶ δι-
καιοτάτας, ἃς κατάσχωμεν πολέμῳ λαβόντες καὶ νόμῳ, καὶ οὐκ ἂν
ὑπομείναιμεν μωρίᾳ τὴν ἀρετὴν ἀφανίσαι, παραδόντες αὐτὰς τοῖς ἀ-
πολωλεκόσι. κοινωνητέον τε πᾶσι καὶ τοῖς ἐκ τούτων γενομένοις κατα-
λιπεῖν ἀγωνιούμεθα· νῦν δὲ ὑπαρχόντων ἤδη στερησόμεθα, καὶ ἑαυτοὺς
ὅσα πολεμίους βλάψομεν. *Romani nos honeſtiſſimas eas atque juſtiſ-
ſimas credimus poſſeſſiones, quas belli lege captas habemus: neque
vero induci poſſumus ut ſtulta facilitate deleamus virtutis monu-
menta, ſi eas illis reddamus quibus ſemel perierunt. Imo vero tales
poſſeſſiones non tantum cum his qui nunc vivunt civibus noſtris com-
municandas, ſed & poſteris relinquendas cenſemus: tantum abeſt ut
parta relinquendo* 34 *in nos ipſos ea conſtituamus quæ in hoſtes con-
ſtitui ſolent*: & in reſponſo Romanorum Auruncis *a* dato: ἡμεῖς a Lib. vi.
οἱ Ῥωμαῖοι δικαιοῦμεν ὅσα κτᾶταί τις ἀρετῇ πολεμίους ἀφελόμενος, c. 32.
ταῦτα τοῖς ἐγγόνοις ὡς οἰκεῖα παραδιδόναι· *nos Romani ita arbitramur,
quæ quis hoſtibus erepta virtute quæſivit, ut optimo jure propria ad
poſteros tranſmitti.* Alibi in reſponſo ad Volſcos ſic *b* Romani: b Lib. viii.
ἡμεῖς δὲ κρατίστας ἡγούμεθα κτήσεις ἃς ἂν πολέμῳ κρατήσαντες λάβω- c. 10.
μεν· οὔτε πρῶτοι καταστησάμενοι νόμον τόνδε, οὔτε αὐτὸν ἀνθρώπων ἡγού-
μενοι εἶναι μᾶλλον ἢ οὐχὶ θεῶν, ἅπαντάς τε καὶ Ἕλληνας καὶ βαρβάρους
εἰδότες αὐτῷ χρωμένους, οὐκ ἂν ἐνδοίημεν ὑμῖν μαλακὸν οὐδὲν, οὐδ᾽ ἂν
ἀποσταίημεν ἔτι τῶν δορυκτήτων. πολλὴ γὰρ ἂν εἴη κακότης, εἴ τις ἃ
μετὰ

**GROTII.**

i *Sic & David*] Sic Reſin rex Syriæ Elotham urbem, quæ Idumæorum fuerat, non Idumæis ſed Syris tradidit habitandam, ſecundum lectionem Maſoreticam II Reg. XVI, 6. [*Sed* lectio illa vitioſa eſt. Vide ibi Clariſſ. CLERICI Notam. *J. B.*]

k *Cum Volſci*] De Vejis idem in Romulo narrat Plutarchus: Οὐήϊοι ἀρχὴν ἐποιήσαντο πολέμου Φιδήνας ἀπαιτεῖν ὡς προσήκουσαν αὐτοῖς. τὸ δ᾽ οὐκ ἄδικον ἦν μόνον, ἀλλὰ καὶ γελοῖον ὅτι κινδυνεύουσι τότε καὶ πολεμουμένοις οὐ προσαμύναντες, ἀλλ᾽ ἐάσαντες ἀπολέσθαι τοὺς ἄνδρας, οἰκίας καὶ γῆν ἀπαιτοῖεν, ἄλλων ἐχόντων· *Veji principium belli faciebant poſtulationem ut Fidenæ ipſis redderentur, velut ad quos pertinerent. verum id non injuſtum modo erat ſed & ridiculum, ut qui periclitantibus bellumque gerentibus non ſubveniſſent, ſed ipſos homines ſiviſſent perire, nunc domos & agros a bello poſſidentibus vindicarint.* [Pag. 33. B. Verum hoc exemplum, ut & illud *Volſcorum*, non huc convenit; ut expendenti patebit, & nos in Notis Gallicis, Deo dante, oſtendemus. *J. B.*]

**GRONOVII.**

34 *In nos ipſos ea*] Ut nos illis privemus & mulctemus, quemadmodum in victos hoſtes conſulere ſolemus.

μετὰ ἀρετῆς καὶ ἀνδρείας ἐκλήσατο, ταῦτα ὑπὸ δειλίας τε καὶ μωρίας ἀφαιρεθεῖν· *Nos autem optimum judicamus poſſeſſionis genus, quod belli jure captum quæſitumque eſt. Cumque non a nobis hoc jus ſit inſtitutum, ſed* 35 *a Diis verius quam ab hominibus profectum, omniumque gentium tam Græcarum quam barbararum uſu probatum, nihil vobis per ignaviam concedemus, nec bello partis abſiſtemus. Maximum enim id probrum foret, quæ virtute ac fortitudine quæſita ſunt, ea per formidinem aut ſtuporem amittere.* Sic & in reſponſo * Samnitum: πολέμῳ κατακτησάμενοι ἡμῶν, ὅπερ ἐστὶ νόμος κτήσεως δικαιότατος· *cum armis hæc quæſierimus, quæ lex acquirendi juſtiſſima eſt.*

* In exc. legat. pag. 705.

3. Livius, † cum narraſſet agrum prope Lunam a Romanis diviſum, eum agrum ſic notat: *de Ligure captus is ager fuerat: Etruſcorum antequam Ligurum fuerat.* Hoc jure a Romanis retentam Syriam Appianus *a* notat, nec redditam Antiocho Pio, 1 cui eam eripuerat Tigranes hoſtis Romanorum: & *b* Juſtinus, ex Trogo ſic reſpondentem facit eidem Antiocho Pompejum, *ut habenti regnum non ademerit, ita quo ceſſerit Tigrani, non daturum quod tueri neſciat.* Sed & eas m Galliæ partes quas Gallis eripuerant Cimbri, *c* Romani pro ſuis habuere.

† Lib. XLI. c. 17.
a Mithrid. pag. 244.
b Lib. XL. c. 2.
c Appian. Bell. Civ. Lib. I. pag. 367.

VIII. Gravior diſputatio eſt, cui in bello publico ac ſolenni res hoſtium acquiratur, ipſine populo an ſingulis qui de populo aut in populo ſunt. Valde enim hic variant recentiores juris interpretes: *d* quorum plerique cum in jure Romano legiſſent capta capientium fieri, in canonum autem corpore diſtribui prædam publico arbitrio, alii poſt alios, ut fieri ſolet, dixerunt, primo ac jure ipſo fieri capta ſingulorum qui manu capiunt, attamen duci aſſignanda qui inter milites diſtribuat: quæ ſententia cum recepta non minus quam falſa ſit, hoc accuratius a nobis refutanda eſt, ut ſpecimen ſit quam parum tuto in hoc controverſiarum genere tali

d Bart. ad l. 28. D. de capt. Alex. & Jaſ. l. 1. D. de acq. poſſ. Ang. ad §. 17. Inſt. de rer. div. Pan. ad c. ſicut. de jurejur. n. 7. Th. Gram. deciſ. Neap. 71. num. 17. Mart. Laud. de bello q. 4.

GROTII.

1 *Cui eam eripuerat Tigranes*] Appianus ſic: ὅτι τὰς Σελευκίδας ὑπὸ τοῦ Τιγράνους ἐκπεσόντας οὐκ εἰκὸς ἦν ὅτι Συρίας ἄρχειν, μᾶλλον ἢ Ῥωμαίους Τιγράνην νενικηκότας· *non æquum eſſe Seleucidas a Tigrane ejectos potius Syriam tenere, quam victores Tigranis Romanos.* (Bell. Syr. pag. 119.) Et alibi: ἡγούμενος τὸν κρατήσαντα Ἀντιόχου τῆς γῆς ἐξελάσας Ῥωμαίοις αὐτὴν κατὰ τάδε προσεκτῆσθαι· *credebat ſe cum victorem Antiochi ea terra expuliſſet, hoc ipſo eam terram acquiſiviſſe Romanis.* (Bell. Mithrid. pag. 404.) Ipſe Antiochus apud Polybium in excerptis legationum num. 72. ἡγούμενος τὴν κατὰ πόλεμον ἰσχυροτάτην καὶ καλλίστην εἶναι κτῆσιν· *arbitrabatur eam quæ bello fieret firmiſſimam & honeſtiſſimam eſſe poſſeſſionem.* [Confundit heic Auctor duos *Antiochos.* Ille enim de quo apud POLYBIUM, non eſt *Antiochus Pius*, ſed *Antiochus* cui *Magni* cognomen erat *J. B.*]

m *Galliæ partes*] Franci agros Italiæ a Gotthis acceptos Romanis non reddiderunt. *Procopius* Gotthicorum IV. vide quæ dicit rex Suediæ apud *Thuanum* libro LXXVI. in anno CIↃ IↃ LXXXII.

GRONOVII.

35 *A Diis*] Nam victrix cauſa Deis placuiſſe videtur.

36 *An-*

Digitized by Google

tali 36 auctoritati credatur. Enimvero dubitandum non eſt quin gentium conſenſu utrumvis potuerit conſtitui, aut ut capta populo bellum gerenti, aut ut cuivis qui manu caperet in dominium cederent. Sed quid voluerint quærimus, & dicimus gentibus placuiſſe, (gg) ut res hoſtium hoſtibus eſſent non alio loco quam quo ſunt 37 res nullius, ut ex Nervæ filii dicto jam antea apertum fecimus.

IX. 1. At res quæ nullius ſunt fiunt quidem capientium, ſed tam eorum qui 38 per alios, quam qui per ſe capiunt. Ita non ſervi tantum aut filii, ſed & liberi homines qui in piſcando, aucupando, venando, margaritas legendo operam ſuam addixerunt aliis, ſtatim quod acceperunt acquirunt ipſis quibus operam navant. Modeſtinus juriſconſultus recte * dixit: *quod naturaliter acquiritur, ſicuti eſt poſſeſſio, per quemlibet volentibus nobis poſſidere acquirimus*: & Paulus † receptis ſententiis: *poſſeſſionem acquirimus animo & corpore: 39 animo utique noſtro, corpore vel noſtro, vel alieno*. Idem ad *a* edictum: *per procuratorem, tutorem curatoremve poſſeſſio nobis acquiritur*, quod explicat ſi id ea mente faciant ut operam nobis accommodent. Sic apud Græcos, qui 40 in Olympiis certabant præmia (hh) acquirebant iis a quibus mittebantur. Ratio eſt, quia naturaliter homo hominis alterius volens volentis inſtrumentum eſt, ut & 41 alibi diximus.

2. Quare diſcrimen quod traditur inter 42 liberas perſonas & *b* ſerviles circa acquiſitiones, juris eſt civilis & ad civiles acquiſitiones proprie pertinet, ut ex dicto Modeſtini loco apparet: & tamen has ipſas Severus Imperator poſtea ad naturalium exemplum admovit propius, *c* non utilitatis tantum, ut ipſe profitetur, ratio-

* *L. 53. D. de acq. dom.*

† *Lib. v. tit. 2. §. 1.*

a *L. 1. §. 20. D. de acq. poſſ.*

b *L. 56. D. de oblig. & act. L. 38. §. 17. de verb. oblig.*

c *L. 1. C. de adq. & ret. poſſ.*

36 *Auctoritati credatur*] Multitudini dictorum & communi opinioni.

37 *Res nullius*] Vacuæ, domino carentes: quaſi jam non ſit, quem tollere & occidere liceat.

38 *Per alios*] Quos in poteſtate aut ſub imperio, aut quorum conductam operam habent.

39 *Animo utique*] Non niſi noſtro.

40 *In Olympiis*] Sic Alexandrum Mac. Amyntæ F. Olympico certamine vario ludicrorum genere contendiſſe ait *Juſtinus* 7, 2. puta per aurigas, athletas, pugiles, &c. ſuo ſumtu doctos & exercitos. *Plin.* 21, 3. Namque ad certamen in circum per ludos & ipſi deſcendebant, & ſervos ſuos quiſque mittebant. Inde illa lex XII. tabb. *Qui coronam parit ipſe pecuniave ejus, virtutis ſuæ ergo duitor ei.* [Exemplum *Alexandri*, filii *Amyntæ*, non rectè heic adfertur: nam ex variis JUSTINI, *loco*, quem *Gronovius* ipſe indicat, ſatis manifeſtè colligitur, Principem ipſum in Ludis Olympicis certaſſe. *J. B.*]

41 *Alibi*] 1, 5, 3.

42 *Liberas & ſerviles*] Tanquam per ſervum noſtrum, aut eum, qui eſt in poteſtate noſtra, acquiramus; per liberos homines, quos neque in poteſtate, neque bona fide ſervientes habemus, non acquiramus. §. 6. inſtit. *Per quas perſ.*

(gg) Non hæc eſt quæſtio Juris Gentium, quomodocumque Jus illud intelligatur, ſed Juris Civilis, aut Juris Publici, ſingulorum Populorum. Dicemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

(hh) Vide hac de re PETRI FABRI *Agoniſtic.* Lib. I. Cap. 3. pag. 14, 15. & Cap. 26. p. 170. Ed. Lugd. *J. B.*

tione, ſed & juriſprudentiæ. Semoto ergo civili jure, locum habet quod dicitur *a* per alium facere quem poſſe quod per ſe ipſum poteſt, & perinde eſſe per ſe quis faciat an per alium.

a *C. Poteſt*, 68. & *c. qui facit*, 72. *De Reg. Jur.*

X. Diſtinguendum ergo in noſtro negotio inter actus 43 vere (ii) publicos belli, & inter actus 44 privatos qui fiunt occaſione belli publici: per hos actus privatis res quæritur primo ac directe: per illos actus populo. Ex hoc gentium jure Scipio agit cum Maſiniſſa apud * Livium: *Syphax populi Romani auſpiciis victus captuſque eſt. Itaque ipſe, conjux, regnum, ager, oppida, homines qui incolunt, quicquid denique Syphacis fuit, præda populi Romani eſt.* Nec aliter Antiochus Magnus argumentabatur Cœlen Syriam 45 Seleuci factam non Ptolemæi, eo quod 46 Seleuci bellum fuiſſet, cui Ptolemæus navaſſet operam. Hiſtoria eſt apud Polybium † quinto.

* *Lib.* XXX. c. 14

† *Cap.* 67.

XI. 1. Res ſoli niſi publico actu, inducto exercitu, impoſitis præſidiis, capi non ſolent: ideo ut reſpondit *a* Pomponius, 47 *publicatur ager qui ex hoſtibus captus ſit*, id eſt, ut ibidem exponit, *præda non cedit*: prædæ nomine 48 ſtricte accepto. Salomo prætorii præfectus n apud Procopium: *ὡς τὰ μὲν ἀνδράποδα καὶ τὰ ἄλλα πάντα χρήματα τοῖς στρατιώταις εἰς λάφυρα ἰέναι, οὐκ ἀπεικὸς εἶναι. Γῆν μέντοι αὐτὴν βασιλεῖ τε καὶ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ προσήκειν*· *captivos ſane & res alias militibus prædæ loco cedere ratione non caret*: (accipiendum hoc ut fiat publico conceſſu, quemadmodum infra exponemus) *agros autem ad principem & imperium Romanum pertinere.*

a *L.* 20. *D. De Capt. & poſtlim.*

2. Sic o apud Hebræos & (kk) Lacedæmonios ager manu captus

GROTII.

n *Apud Procopium* ] Vandalicorum II. vide & ibi ſequentia. Etiam Severus ſola ab hoſtibus capta limitaneis ducibus & militibus donavit. *Lampridius* notat, (*Cap.* 58.) In fœdere Helvetico eſt ut oppida & arces captæ communitati pagorum cedant. apud *Simlerum* multis locis.

o *Apud Hebræos* ] Apud eoſdem de agro qui bello captus eſſet rex tantum ferebat quantum ſingulæ tribus. notatum id *Digeſtis Thalmudicis* titulo *de rege*.

GRONOVII.

43 *Vere publicos* ] Qui fiunt juſſu imperantium & in uſum publicum.

44 *Privatos* ] Quos regentium injuſſu permiſſa licentia milites exercent.

45 *Seleuci* ] Nicatoris abavi ſui.

46 *Seleuci bellum* ] Adverſus Antigonum Coclitem.

47 *Publicatur ager* ] Fit populi vel principis, cujus nomine bellum geritur.

48 *Stricte accepto* ] Pro re manubiali, quæ fit proprie capientis aut capientium.

(ii) At in omni Bello Publico, totum jus Privatorum, quantum quantum eſt, oritur ex Populi, aut Principis, conſenſu expreſſo vel tacito: adeoque diſtinctio iſta non ſatis firmo fundamento nititur, ut jam obſervarunt Interpretes. *J. B.*

(kk) Fallor, an Auctor noſter heic *Lacedæmonios* dixit, pro *Athenienſibus*. Nihil tale de *Lacedæmoniis* reperio, nec apud eos qui ex profeſſo res & mores illorum expoſuerunt, nec in *Tractatu Hiſtorico & Theologico de natura & uſu Sortium*, Anglicè ſcripto à THOMA GATAKERO, Viro diffuſæ admodum lectionis, qui *Cap.* IV. illius Libri ſtudioſè omnia collegit ex Antiquitate, quæ pertinebant ad diviſionem agrorum ſortito factam. At vero de *Athenienſibus* ita *Scholiaſtes* ARISTOPHANIS: Ἐπειδὴ οἱ Ἀθηναῖοι λαμβάνοντες πόλιν πολεμίαν, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐκβάλλοντες, κλήρῳ τὴν γῆν αὐτοῖς διένεμον. In Nubes, *vers.* 103. Vide ibi Illuſtriſſimi SPANHEMII Adnotat. *J. B.*

p *Nullo*

Digitized by Google

ptus ſortito diviſus eſt. Sic *a* Romani captos agros 49 aut locandos retinuerunt, interdum modico veteri poſſeſſori honoris gratia relicto, aut 50 diſtraxerunt, aut 51 aſſignarunt colonis, aut fecerunt 52 vectigales: quarum rerum paſſim in legibus, hiſtoriis, & agrimenſorum commentariis teſtimonia exſtant. Appianus libro primo *b* belli civilis: Ῥωμαῖοι τὴν Ἰταλίαν πολέμῳ χειρούμενοι, γῆς μέρος ἐλάμβανον· *Romani cum Italiam armis ſubegiſſent, victos parte agri mulctarunt.* & ſecundo *c* libro: τῶν δὲ πολεμίων ὅτι κρατήσειαν, οὐδὲ τούτων ἅπασαν τὴν γῆν ἀφῃροῦντο, ἀλλ' ἐμερίζοντο· *etiam victis hoſtibus terram non omnem adimebant, ſed partiebantur.* Notat Cicero, oratione pro domo ſua * ad Pontifices, 53 conſecratos interdum ab Imperatore agros de hoſtibus captos, ſed populi juſſu.

a *L. 11. D. de evictionib. L. 5. §. 1. de rei vind.*

b *Pag. 353. Ed. H. Steph.*

c *Pag. 516.*

* *Cap. 49.*

XII. 1. At res mobiles & 54 ſe moventes aut in miniſterio publico capiuntur, aut extra illud. Si extra miniſterium publicum, fiunt ſingulorum (ll) capientium. Et huc referendum eſt † Celſi illud: *quæ res hoſtiles apud nos ſunt, non publicæ ſed occupantium ſunt.* Quæ apud nos ſunt, id eſt, bello orto apud nos deprehenduntur. Nam idem & 55 in hominibus obſervabatur, quo tempore homines hac in parte rebus captis accenſebantur. Inſignis eſt in eam rem *d* Tryphonini locus: *verum in pace qui pervenerunt ad alteros, ſi bellum ſubito exarſiſſet, eorum ſervi efficiuntur apud quos jam hoſtes 56 ſuo fato* (ita legendum, (mm) non *facto* aut *pacto*, ut habent libri) *deprehenduntur.* Fato hoc aſcribit juriſconſultus, quia p nullo ſuo merito in ſervitutem deveniunt: nam talia fato aſcribere tralatitium eſt. Tale illud Nævii: *fato fiunt Romæ Metelli conſules*, id eſt, ſine ſuo 57 merito.

† *L. 51. §. 1. D. de acq. rer. dom.*

d *L. in bello, 12. princ. D. de capt. & poſtl.*

2. In-

GROTII.

p *Nullo ſuo merito*] Sic & hæc duo opponit *Servius* ad Æneidos I. *Acti fatis. Laborat Virgilius nil Trojanorum meritis, ſed omnia fatis aſcribere.* (Ad vers. 32.)

GRONOVII.

49 *Aut locandos*] Ut eos ad ſtatum tempus per magiſtratus redemtoribus pro decimis exercendos concederent.

50 *Diſtraxerunt*] Vendiderunt.

51 *Aſſignarunt colonis*] Pauperibus civibus aut veteranis militibus æquali numero jugerum attribuerunt.

52 *Vectigales*] Emphyteuticarios in perpetuum, aut longum tempus, certa penſione permittendo.

53 *Conſecratos*] *Sueton.* Jul. 20. *Campum Stellatem majoribus conſecratum.*

54 *Se moventes*] Jumenta, greges, armenta & quævis animalia.

55 *In hominibus obſervabatur*] Ut eos capere cuivis & ſervos facere liceret.

56 *Suo fato*] Per infelicitatem ſuam. *Liv.* 9, 18 *Deſ. Heraldus* legit *ſuos factos*. 1, emend. & obſ. 36. p. 115. *Cl. Salmaſius ſuis factos* ad jus Attic. c. 26.

57 *Merito*] Metelli hoc carmine læſi reſponderunt: *dabunt malum Metelli Nævio poëtæ.* Terent. Maurus de metris p. 2439. Et vero dederunt: effecerunt enim, ut in Tullianum conjiceretur. *Plaut.* Mil. 2, 2. 56. *Gell.* 3, 3.

(ll) Modo ſcilicet ſummus Imperans conſentiat, aut expreſſè, aut tacitè. *J. B.*

(mm) Vide hac de re Ampliſſimum BYNCKERSHOEK, *Obſ. Jur. Civ.* Lib. IV. Cap. 14. *J. B.*



Digitized by Google

2. Indidem venit quod ſi quid milites capiunt non 58 in procinctu, aut in eo quod facere jubentur, ſed in eo quod promiſcuo jure aut ſolo permiſſu faciunt, id ſtatim ſibi acquirunt: capiunt enim 59 non ut miniſtri. Talia ſunt ſpolia quæ detrahuntur hoſti in dimicatione ſingulari: talia etiam quæ procul ab exercitu (extra decem millia paſſuum dicebant Romani, ut mox videbimus) in liberis & injuſſis excurſibus capiunt: quod genus prædæ Itali hodie correriam vocant, & a butino diſtinguunt.

*Salic. in l. 2. C. de poſtl. rev. Tho. Gram. Deciſ. Neap. 71, n. 18.*

XIII. Sed quod diximus jure gentium talia ſingulis directe acquiri, intelligendum eſt, ut id juris gentium ſit 60 ante omnem ea de re legem civilem. nam populus quiſque inter ſuos aliter poteſt conſtituere, & 61 dominium ſingulorum antevertere, ſicut multis in locis de 62 feris & avibus factum videmus. Sic enim introduci etiam lege poteſt, ut quæ apud nos reperiuntur hoſtium res, publicæ fiant.

XIV. 1. At de his quæ quis 63 actu bellico capit alia eſt ratio. Ibi enim ſinguli reipublicæ 64 perſonam ſuſtinent, ejuſque vice funguntur, ac proinde per eos populus, ſi lex civilis aliud non ſtatuat, ut poſſeſſionem ita & dominium nanciſcitur, & id in quos vult transfert. Quod quia directe pugnat cum vulgari opinione, probationes nobis video ſolito largius admetiendas ex nobilium populorum exemplis.

2. Incipiam a Græcis, quorum morem Homerus non uno loco deſcribit [*Iliad.* Lib. 1. vers. 125.]

*Ἀλλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, τὰ δέδασται.*
*Omnia jam diviſa quibus ſpoliavimus urbes.*

Apud eundem poëtam Achilles de urbibus agens quas ipſe expugnaverat. [*Lib.* IX. vers. 330, *& ſeqq.*]

*Τάων ἐκ πασέων κειμήλια πολλὰ καὶ ἐσθλὰ*
*Ἐξελόμην, καὶ πάντα φέρων Ἀγαμέμνονι δόσκον*
*Ἀτρείδῃ· ὁ δ' ὄπισθε μένων παρὰ νηυσὶ θοῇσι*
*Δεξάμενος διὰ παῦρα δασάσκετο, πολλὰ δ' ἔχεσκε.*
*Omnibus his ingens pretio numeroque ſupellex*
*Noſtrâ rapta manu: regi ſed victor Atridæ*

Con-

GRONOVII.

58 *In procinctu*] In agmine, vel ſub duce, in expeditione.

59 *Non ut miniſtri*] Sed ut ſe circumſpicientes, quemadmodum loquitur auctor Africani belli cap. 47. *quaſi ibus militiæ ſervientes.*

60 *Ante omnem*] Et valeat, ubi nihil diverſum de eo civitas conſtituit.

61 *Dominium ſingulorum antevertere*] In publicum vindicando res prohibere.

62 *Feris & avibus*] Ubi venationem & aucupium, jure veteri gentium & naturæ, omnibus conceſſum reſervarunt ſibi principes aut nobiles. Sic ſalis vendendi arbitrium aliquando privatis ademtum Romæ. *Liv.* 2, 9.

63 *Actu bellico*] Ut in acie aut expugnatione urbis.

64 *Perſonam ſuſtinent*] Non pro ſeſe agunt, ſed pro corpore civitatis. Hinc eſt ut privati cum militibus tanquam diverſi componantur interdum. V. ad *Sen.* de vita beat. cap. 2.

q Apud

Digitized by Google

*Cuncta tuli, celeres reſidens qui pone carinas*
*Divideret cum pauca aliis, ſibi multa tenebat.*

Spectandus enim hic Agamemnon, partim ut totius Græciæ eo tempore princeps, atque ita populi gerens vicem: quo jure ipſe ſed cum ſenatu prædam dividebat: partim ut munere fungens imperatorio, ac proinde de communi partem cæteris majorem ferens. Eum ipſum Agamemnonem ſic alloquitur idem Achilles, [*Lib.* I. vers. 163, 164.]

*Οὐ μὲν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότ' ἀχαιοὶ*
*Τρώων ἐκπέρσωσ' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον.*
*Nam 65 neque me tecum prædæ pars æqua ſequetur,*
*Si Danaûm virtus Trojanam everterit urbem.*

Et alibi * Achilli offert Agamemnon de conſilio publico navem plenam æris & auri, & viginti mulieres, quæ 66 præcipiat de præda. Troja jam capta, Virgilio narrante, †

*Custodes lecti Phœnix & dirus Ulyſſes*
*Prædam aſſervabant: huc undique Troïa gaza*
*Incenſis erepta adytis, menſæque Deorum,*
*Crateresque auro ſolidi, captivaque veſtis*
*Congeritur.*

Sic poſterioribus temporibus prædam Marathoniam aſſervat *a* Ariſtides. Poſt prælium ad Platæas ſevere edictum, *b* ne quis de præda privatim quicquam tolleret: deinde præda pro populorum meritis diſtributa. Athenis poſtea devictis, in publicum relata a *c* Lyſandro præda. Et publici officii nomen q apud Spartanos, *d* λαφυροπῶλαι, *prædæ venditores.*

3. Si ad Aſiam venimus, Trojani ſoliti, ut docet nos 67 Virgilius, *prædæ ducere ſortem*, ut in rebus communibus dividendis fieri ſolet. Alias arbitrium ejus dividendæ penes imperatorem, quo jure Hector Doloni id expreſſe ſtipulanti promittit equos *e* Achillis, ut intelligas jus acquirendi dominii 68 in captura ſola non fuiſſe. Ad Cyrum *f* Aſiæ victorem, nec minus ad *g* Alexandrum poſtea, perlata præda. Si Africam reſpicimus, idem mos

* *Iliad.* IX, 279, & *ſeqq.*
† *Æn.* II, 761, & *ſeqq.*
a *Plut. Ariſtide*, pag. 321. D.
b *Herod. l.* IX. c. 79.
c *Plut. Lyſandro*, p. 442. A.
d *Xenoph. de Laced. rep.* c. 13. n. 11.
e *Homer. Iliad.* K. vers. 321. *Eurip. Rheſo*, vers. 182, & *ſeqq.*
f *Plinius lib.* XXXIII. c. 3.
g *Plut. Alex.* pag. 685, 686. *Curt.* IV. 14. & VIII. 4. *Diodor. libro* XVII. c. 66. 71. *Strabo l.* XV. pag. 729, 730.

GROTII.

q *Apud Spartanos*] Ageſilao in Aſia agente, caſtris Pharnabazi captis Spithridates ſubtraxerat prædam; inquiſitione ab Eriſpida Lacedæmonio inſtituta aufugit. [Hoc refert *Plutarchus*, Vit. Ageſil. pag. 601. E.]

GRONOVII.

65 *Neque me tecum*] Nam tu accepturus majorem, utpote imperator ſummus.

66 *Præcipiat*] Præcipua vel eximia auferat, antequam reliquum prædæ diſtribuatur, ut legatum per præceptionem in jure.

67 *Virgilius*] Aen. IX, 268.

68 *In captura ſola*] Non competiſſe uno eo nomine, quod quis ipſe cepiſſet.

a Diod. libro XIII. c. 90. b Livius lib. XXIII. c. 12. c Greg. Tur. l. II, c. 17. d Antiq. Rom. VII. 63.

mos occurrit. Sic quæ *a* Agrigenti capta, quæque in *b* pugna Cannenſi, & alibi, Carthaginem miſſa. Apud Francos veteres, ut ex *c* Gregorii Turonenſis hiſtoria apparet, quæ capta erant r ſorte dividebantur: neque rex ipſe aliud habebat de præda quam quod ſors ipſi addixiſſet.

4. Sed quanto re militari Romani cæteris præſtiterunt, tanto ſunt digniores quorum exemplis immoremur. Dionyſius Halicarnaſſenſis *d* morum Romanorum diligentiſſimus obſervator, ita nos hac de re docet: *τὰ ἐκ τῶν πολεμίων λάφυρα ὅσον ἂν ἡμῖν ὑπάρχῃ τυχεῖν δι' ἀρετήν, δημόσια εἶναι κελεύει ὁ νόμος. καὶ τούτων οὐχ ὅπως τις ἰδιώτης γίνεται κύριος, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ὁ τῆς δυνάμεως ἡγεμών. ὁ δὲ ταμίας αὐτὰ παραλαβὼν ἀπεμπολεῖ, καὶ εἰς δημόσιον ἀναφέρει τὰ χρήματα· Quæcunque ex hoſtibus per virtutem capta ſunt, ea lex jubet publica eſſe, ita ut non modo privati eorum domini non fiant, ſed ne ipſe quidem Imperator exercitus. verum quæſtor illa accipit, & vendita in publicum refert.* Verba hæc ſunt eorum qui Coriolanum incuſant, (nn) nonnihil ad invidiam compoſita.

† Libro XXXVII. c. 32.

* Liv. lib. V. c. 22.

XV. Nam s populum dominum eſſe prædæ verum erat: ſed illud non minus verum, t ejus diſpenſandæ arbitrium Imperatoribus libera republica permiſſum fuiſſe, ſed tale ut 69 actus ſui rationem populo deberent. L. Æmilius apud † Livium: *captas non deditas diripi urbes, & in his tamen arbitrium eſſe Imperatoris, non militum.* Sed hoc arbitrium quod mos deferebat imperatoribus, ipſi interdum, quo longius 70 ab omni ſuſpicione eſſent, rejiciebant ad Senatum, ut * Camillus: & qui retinebant, prout religioni, famæ, ambitioni ſerviebant, diverſo modo uſi reperiuntur.

XVI. 1. Qui

GROTII.

r *Sorte dividebantur*] Habes hoc apud *Turonenſem* lib. II, cap. 27. *Aymoinum* lib. I, cap. 12. & in epitome edita a *Frehero* cap. 9. Mos idem & aliarum gentium vetus. *Servius* ad illud Æneidos III. *Sortitus pertulit ullos: quia captivi & præda inter victores ſorte dividebantur. Ut: & prædæ ducere ſortem,* (In vers. 323.) De prædæ collatione in commune, & expurgatione per juramentum apud Suedos & Gotthos, *Johannem Magnum* vide libro XI, c. 11.

s *Populum dominum eſſe prædæ verum erat*] Vide & hac de re *Simlerum* in Helveticis.

t *Ejus diſpenſandæ arbitrium Imperatoribus libera republica permiſſum fuiſſe*] *Polybius* in excerptis Peireſcianis de L. Æmilio Paulo: *κύριον γενόμενον αὐτὸν ὅλης βασιλείας καὶ λαβόντα τὴν ἐξουσίαν ὡς βούλεται χρῆσθαι, μηδενὸς ἐπιθυμῆσαι· cum dominus factus eſſet regni integri poſſetque cuncta diſcernere ſuo arbitratu, nihil eum concupiſſe.* [Pag. 1454. *Edit. Amſt.*]

GRONOVII.

69 *Actus ſui rationem*] Acta illorum non valerent, niſi populus vel per ſe, vel per ſenatum ea rata habuiſſet.

70 *Ab omni ſuſpicione*] Vel avaritiæ vel inæqualis favoris.

(nn) Vide HERM. RHABOD. SCHELII Diſſertationem *De Præda*, ſubjectam HYGINO & POLYBIO, *De Caſtris Romanorum*, pag. 253, *& ſeqq.* qui tamen Auctorem noſtrum nuſquam laudat, quamquam de totâ hac re accuratiùs, ante illum, dudum heic agentem. *J. B.*

u Præ-

Digitized by Google

XVI. 1. Qui ſanctiſſimi eſſe aut credi volebant, u prædam
non attingebant omnino, ſed ſive pecunia erat in præda, eam
jubebant a quæſtore populi Romani percipi; ſive res aliæ, eas
per quæſtorem 71 ſub haſta venumdari: unde redactam pecuniam
manubiarum nomine ſignificatam Favorinus apud Gellium ſenſit. *Lib.* XIII.
Hæc pecunia per quæſtorem in ærarium deferebatur, prius ta- c. 23.
men, 72 ſi res triumphi eſſet, oſtentata publice. Livius libro
IV. de C. Valerio conſule: † *præda ex aſſiduis populationibus, quod* † *Cap.* 53.
*omnia in locum tutum congeſta erant, fuit aliquantum: venditum ſub*
*haſta conſul in ærarium redigere quæſtores juſſit* Idem fecit Pompe-
jus de quo hæc ſunt Velleji * verba: *pecunia Tigranis*, x *ſicut* * *Lib.* II.
*Pompejo moris erat, redacta in quæſtoris poteſtatem ac publicis deſcripta* c. 37.
*literis*. Ita & M. Tullius *a* qui ſic de ſe ipſo in literis ad Sallu- a *Lib.* II.
ſtium: *de præda mea præter* 73 *quæſtores urbanos, id eſt, populum* *epiſt.* 17.
*Romanum, teruntium nec attigit, nec tacturus eſt quiſquam*. Atque
id antiquis & melioribus temporibus fuit maxime uſitatum, quo
Plautus *b* reſpiciens ſic ait: b *Bacchid.*

*Nunc hanc prædam omnem jam ad quæſtorem deferam.* IV. 9. 152.

Et de hominibus captivis *c* ſimiliter: c Captiv.

*Quos emi de præda* 74 *de quæſtoribus.* I. 2. 2.

2. Sed alii ſine quæſtore ipſi prædam vendebant & referebant
in ærarium, quod & ex Halicarnaſſenſi ſequentibus verbis col-
ligere eſt. Sic a Tarquinio rege *d* jam olim victis Sabinis præ- d *Liv. lib.*
dam & captivos Romam miſſos legimus. Sic Romilius & Ve- I. c. 37.
turius conſules narrantur prædam vendidiſſe ob ærarii penu- *Liv. l.* III.
riam, ægre id ferente exercitu. Sed cum paſſim id occurrat,
quan-

GROTII.

u *Prædam non attingebant omnino*] *Manius Curius juravit ſe ex præda nihil attigiſſe, præter guttum faginum quo ſacrificaret.* Scriptor vitæ Virorum illuſtrium [*Aurelius Victor*, Cap. 60.] de Mummio agens: *Corinthum ſignis tabuliſque ſpoliavit, quibus cum totam repleſſet Italiam, in domum ſuam nil contulit.* De nominato modo Æmilio Paulo Plutarchus: οὐδενὸς δ' ἧττον αὐτοῦ τὴν ἐλευθεριότητα καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν ἐπῄνουν οἱ ἄνθρωποι, πολὺ μὲν ἀργύριον, πολὺ δὲ χρυσίον ἐκ τῶν βασιλικῶν ἠθροισμένων οὐδ' ἰδεῖν ἐθελήσαντος, ἀλλὰ τοῖς ταμίαις εἰς τὸ δημόσιον παραδόντος· *nec minus liberalitatem ipſius & animi magnitudinem prædicabant homines, quod congeſtam ex regis opibus auri argentique vim magnam nec inſpicere voluiſſet, ſed quæſtoribus in publicum deferendam dediſſet.* (Pag. 270. D.)

x *Sicut Pompejo moris erat*] Ut plurimum. vide quod ſequente paragrapho ex *Lucano* adducetur.

GRONOVII.

71 *Sub haſta venumdari*] Publica auctione in parte caſtrorum, quæ Quintana vocabatur. *Suet.* Ner. 26. *Lipſ.* de mil. dial. 3. *vel juſti, vel exiſtimationis gratiave civium cupidi erant.*

72 *Si res triumphi*] Si res bello geſtæ eſſent tantæ ut triumphum mererentur.

73 *Quæſtores, id eſt, populum*] Nam quæſtores procurabant rem & ærarium populi.

74 *De quæſtoribus*] Vendentibus eos quæſtoribus.

 y *Re-*

Digitized by Google

quantum ducum quiſque ex triumphis Italicis, Africanis, Aſiaticis, Gallicis, Hiſpanicis in ærarium per ſe aut quæſtorem retulerit, exempla congerere nihil eſt opus. Illud magis notandum, datam prædam aut ejus partem interdum Diis, interdum militibus, interdum & aliis. Diis aut res ipſæ datæ, ut ſpolia
a Dion Hal. lib. II. c. 34. Liv. lib. I. c. 10. quæ Romulus *a* Jovi Feretrio ſuſpendit, aut redacta inde pecunia, ut ex Pometinis manubiis *b* Tarquinius Superbus templum Jovis in monte Tarpejo ſtatuit.

b Liv. I. 53. & 55. XVII. 1. Militibus prædam dare priſcis Romanis [75] ambitioſum videbatur: uti Sextus *c* Tarquinii Superbi filius, ſed Gabiis
c Liv. d. lib. c. 54. profugus, prædam militi dilargitus dicitur, ut eo modo potentiam ſibi conciliaret. Appius Claudius in *d* ſenatu ſimilem lar-
d Liv. lib. V. c. 20 gitionem arguit ut novam, prodigam, inconſultam.

Præda autem militi conceſſa aut dividitur, aut diripitur. Dividi poteſt [76] aut ratione ſtipendiorum, aut *y* ratione meritorum.
e D. loco. [77] Stipendiorum ratione dividi prædam Appius Claudius *e* volebat, ſi illud obtinere non poſſet, ut redacta inde pecunia in ærarium deferretur. Totum autem dividendi ordinem accurate ex-
* Lib. X. c. 16. plicat Polybius *: nempe in dies aut (oo) vigilias partem exercitus [78] alteram, aut minorem ad comportandam prædam [79] mitti [80] ſolitam: & quod quiſque reperiſſet id juſſum [81] in caſtra perferre ut per tribunos æqualiter divideretur, vocatis ad partem
e I Sam. XXX, 24. etiam his qui caſtra ſervarent, (quod & apud Hebræos *e* regi Davidi placuiſſe, & inde in legem tranſiiſſe legimus) quique per valetudinem aut delegata miniſteria aberant.

f Liv. l. XLV. c. 34 40. 43. g Ibid. c. 40. 2. Interdum non ipſa præda ſed redacta inde pecunia *f* prædæ loco militibus donata, quod ſæpe in triumpho fiebat. Proportionem hanc invenio, *g* ſimplex pediti, duplex centurioni, triplex equi-

GROTII.

*y Ratione meritorum*] Id apud Hebræos factum docet *Joſephus* lib. III. antiquæ hiſtoriæ (cap. 2. pag. 76. A.)

GRONOVII.

75 *Ambitioſum*] Eſſe gratificari militi contra diſciplinam & dignitatem, aut pravæ indulgentiæ opus.

76 *Aut ratione ſtipendiorum*] Aut pro ſtipendiis aut ſuper ſtipendia pro meritis.

77 *Stipendiorum ratione*] Immo ipſum ſtipendium militi ex pecunia prædaticia numerandi auctor erat, ut eo minus tributi plebs conferret.

78 *Alteram aut*] Aliquando de ſingulis manipulis ſecretum numerum pro magnitudine urbis expugnatæ, aliquando per cohortes, ſive manipulos, diviſo exercitu omni partem alteram.

79 *Mitti*] Per urbem & domos.

80 *Solitam*] Ita ut pars altera & plerumque major in armis partim in caſtris, partim per urbis patentia & munita loca diſpoſita eſſet ad omnes caſus præveniendos.

81 *In caſtra*] Vel forum aut ſpatioſum locum urbis.

(oo) De *Vigiliis* nihil apud POLYBIUM: immo ipſe, paullo ante locum indicatum, narrat, *Scipionem*, expugnatâ novâ *Carthagine* in *Hiſpania*, quum nox adventaret, juſſiſſe milites finem diripiendi facere, & præſidium collocari in Foro ad aſſervandam prædam. J. B.

2 Tri-

equiti datum. Interdum ſimplex pediti, *a* equiti duplex. Alias ſimplex pediti, duplex centurioni, z tribuno *b* & equiti quadruplex. Meritorum etiam ſæpe habita ratio, ſicut Marcius *c* quod (pp) fortiter feciſſet a ex præda Coriolana donatus eſt 82 a Poſthumio.

a Liv. l. XLV. c. 34. b *Suet. Cæſ. c. 38. & App. II. civil.* c *Liv. d. lib.*

3. Utrovis modo fieret diviſio b licebat Imperatori ἐξαίρετον, hoc eſt, præcipuum ſibi accipere quantum vellet, id eſt, quantum æquum arbitraretur: c quod & aliis interdum virtutis ergo conceſſum. Euripides Troadibus de nobilioribus feminis Trojanis agens, ait, (*vers.* 33.)

Τοῖς πρώτοισιν ἐξῃρημέναι
στρατοῦ.

*Quæ principibus eximia data*
*Erant Achivis:*

Et de Andromacha, (*ibid.* vers. 274.]

Καὶ τὴν δ' Ἀχιλλέως ἔλαχε παῖς ἐξαίρετον.
*Accepit illam Pyrrhus eximiam ſibi.*

Aſcanius de equo apud Virgilium (*Æn.* IX, 270, 271.)

Ip-

GROTII.

z *Tribuno & equiti*] Tribuno & præfecto equitum ait *Appianus* civilium II. [Pag. 491. *Ed. H. Steph.* Atque hæc eſt vera diſtributio: aliam, ex errore memoriæ, in ipſo contextu Auctor poſuerat. In loco autem SUETONII, ad quem ſimul ora libri nos remittit, non dicitur quantum daretur Equitibus, niſi ex vitio priſcarum Editionum, ſecundum quas diſtributio facta fuiſſet modo planè diverſo ab iis omnibus, quos Auctor noſter commemorat. *J. B.*]

a *Ex præda Coriolana*] Vide *Plutarchum* Coriolano. (Pag. 218. A. B.)

b *Licebat Imperatori*] Vide *Leunclavium* in Turcicis.

c *Quod & aliis interdum virtutis ergo conceſſum*] Sic Neſtor feminam poſſidebat:

——— ἣν οἱ Ἀχαιοὶ
Ἔξελον.
——— *munere Grajûm*
*Exceptam ſorti.*

Eſt id Iliados Λ. (vers. 625.) At Odyſſeæ Ξ. Ulyſſes ait, (vers. 232.)

Τῶν ἐξαιρεύμην Μενοεικέα, πολλὰ δ' ἔπειτα
Λαγχανον.
*Eximiam accepi Menœcea, plurima deinde*
*Sorte tuli.*

*Euripides* de Caſſandra:

Ἐξαίρετόν νιν ἔλαβεν Ἀγαμέμνων ἄναξ.
*Sibi hanc Atrides major eximiam tulit.* [Troad. vers. 249.]

De iis quæ Athenienſium duci Demoſtheni e præda ἐξῃρέθησαν, præcipui jure data ſunt, vide *Thucydidem*, libro III. [c. 114. In loco *Iliadis*, XIV, 232. Auctor noſter, neſcio quare, legit Μενοικέα, (quod nomen proprium mulieri non convenit) pro adjectivo, apud Poëtam, frequentiſſimo, & heic aptiſſimo. μενοεικέα. Omnino dicere vult *Ulyſſes*, ſe pretioſiſſima quæque, & quæ maximè ipſi placerent, elegiſſe. *J. B.*]

GRONOVII.

82 *A Poſthumio*] Poſthumo Cominio, *Liv.* 2, 33.

(pp) Non hoc narrat LIVIUS, quem Auctor in orâ libri indicat: ſed DIONYSIUS HALICARNASS. *Antiq. Rom.* Lib. VI. Cap. 94. *J. B.*



Digitized by Google

*Ipſum illum clypeum, criſtaſque rubentes*

83 *Excipiam ſorti.*

Pauſaniæ poſt in Platæis prælium eximia data, mulieres, equos, camelos, narrat * Herodotus. Sic Ocriſiam Corniculanam præcipuam accepit 84 rex † Tullius. d Fabricius apud Halicarnaſſenſem a in oratione ad Pyrrhum: *ἐξεῖναι δορυκτήτων ἐξόν μοι λαβεῖν ὁπόσα βουλοίμην· ex his quæ bello erant capta licebat mihi quantum vellem excipere.* Iſidorus huc reſpiciens ubi de jure agit militari: *præda,* b ait, *deciſio, & pro perſonarum qualitatibus ac laboribus juſta diviſio, ac principis portio.* Tarquinius Superbus, ut apud c Livium eſt, & ipſe ditari volebat, & delinire præda popularium animos. Servilius in oratione pro L. Paulo d ait eum præda partienda locupletem ſe (qq) facere potuiſſe. Et hanc Imperatoris portionem ſunt qui potius ſignificatam volunt 85 manubiarum nomine, quos inter eſt e Aſconius Pedianus.

* Lib. IX. c. 80. † Dion Halic. Lib. IV. c. 1. a Excerpt. pag. 714, 715. Ed. Oxon. b Orig. v. 7. c Lib. I. c. 57. d Liv. l. XLV. c. 37. e In Verr. I. 59.

4. Sed laudatiores illi, qui jus ſuum remittentes nihil ſibi de præda ceperunt, qualis is quem dixi Fabricius, f *τὸν ἐκ δικαίου πλοῦτον ὑπεριδὼν ἕνεκα δόξης, etiam juſte partas divitias præ gloria contemnens:* quod ipſe ſe facere ajebat Valerii Publicolæ & aliorum paucorum exemplo: quos M. Porcius Cato g imitatus eſt in Hiſpanienſi victoria, negans quicquam ad ſe perventurum e bello captis, præter ea quæ in cibo ac potu inſumſiſſet: addens tamen, non a ſe culpari Imperatores qui conceſſas utilitates ſumerent, ſed malle ſe de virtute cum optimis, quam de pecunia cum ditiſſimis certare. Proxime ad hanc laudem accedunt qui prædam 86 modice delibarunt, ut Pompejus apud Lucanum h a Catone laudatur, qui

*Plura retentis*

*Intulit.*

f Apud Dion. Halic. Excerpt. pag. 714. g Plut. M. Catone pag. 342. h Pharſal. IX. 197.

5. In

GROTII.

d *Fabricius* ] Cujus exemplum & ſibi & militi proponit Julianus apud *Ammianum* libro XXIV. (Cap. 3.)

GRONOVII.

83 *Excipiam ſorti* ] Non patiar in ſortem venire & tibi præcipuum dabo.

84 *Rex Tullius* ] Immo Tarquinius Priſcus; fuit enim Ser. Tullii mater. [Maritus *Ocriſiæ* illius vocabatur *Tullius*: idque locum dedit errori Auctoris noſtri. *J. B.*]

85 *Manubiarum nomine* ] Verba *Aſconii*: *ſpolia quæſita de vivo hoſte nobili per deditionem manubias veteres dicebant: & erat Imperatorum hæc præda, ex qua, quod vellent, ſumerent.* Puto quemadmodum Imperatorum erat exercitus, erat provincia, erat bellum: quæ quoties dicuntur, non excludunt jus populi. Sic & manubiæ dicuntur Imperatorum, non quod pars ipſis cedens proprie hoc vocabulo ſignificetur: ſed quod illorum plerumque arbitrii eſſet, vellentne in ærarium deferre, an militi diſtribuere. Poteſt & alluſiſſe videri ad illud *Ex manubiis*: Suet. Jul. 26. *Gell.* 13, 24. quod non efficit, quo minus & , quod privati nanciſcuntur inde, *manubiæ* dicantur.

86 *Modice delibarunt* ] Exiguam de illa ſibi partem ceperunt.

(qq) Non *ſe* ipſum, ſed *Servium Galbam*; qui ægrè ferebat, quòd militibus ſuis prædà data non fuiſſet, in quà partiendâ ipſe locuples fieri poterat. *J. B.*

e Epi-

5. In diviſione interdum & 87 abſentium habita ratio, ut capto Anxure conſtituit * Fabius Ambuſtus; interdum ob cauſam quorundam quamvis præſentium non habita, ut 88 Minutiani exercitus † dictatore Cincinnato.

6. Quod autem jus vetere republica Imperatores habuerant, id poſt occupatam rempublicam ad 89 magiſtros militum tranſlatum ex Codice *a* Juſtinianeo apparet, ubi 90 a geſtorum inſinuatione abſolvuntur donationes rerum mobilium vel ſe moventium, quas magiſtri militum militibus præſtant ex ſpoliis hoſtium, ſive in ipſa bellorum occupatione, ſive in quibuſcumque locis degere noſcerentur.

7. Sed hæc diviſio jam olim ſæpe in calumniam patuit, quaſi duces ea ratione privatam gratiam captarent, quo nomine accuſati *b* Servilius, *c* Coriolanus, Camillus *d*, quaſi amicis & clientibus de publico largientes. Ipſi contra ſe tuebantur publico bono, *ἵνα οἱ συναράμενοι τοῦ ἔργου, τὸν τῶν πόνων καρπὸν κομισάμενοι, προθύμως ἐπὶ τὰς ἄλλας στρατιὰς ἀπαντῶσιν· ut qui operi adfuerant, fructu laboris percepto, ad alias expeditiones fierent promtiores.* quæ *e* Halicarnaſſenſis in hanc rem verba ſunt.

XVIII. 1. Venio ad direptionem. ea militi conceſſa aut in populatione, aut poſt prælium oppidive expugnationem ut ſigno dato diſcurreretur: quod antiquis ſæculis rarius, nec tamen exemplis caruit. Nam Sueſſam *f* Tarquinius militi diripiendam dedit: caſtra Æquorum *g*. Q. Servilius Dictator: Vejos urbem *h* Camillus: caſtra Volſcorum *i* conſul Servilius. Permiſit & direptionem *k* L. Valerius in agro Æquorum, Q. Fabius *l* fuſis Volſcis, captaque Ecetra, mox alii ſæpe. Victo *m* Perſeo Paulus conſul ſpolia jacentis exercitus peditibus, equitibus prædam circumjacentis agri conceſſit. Idem *n* ex ſenatuſconſulto diripiendas dedit militi e Epiri urbes. f Lucullus *o* victo Tigrane, militem a ſpoliis legen-

* *Liv. lib.* IV. c. 59.
† *Idem l.* III. c. 23.
a *L.* 36. §. 1. *C. de donat.*
b *Dion l.* VI. c 30.
c *Idem* VII. c. 63.
d *Liv.* V. 32.
e *Dion. Halic. lib.* VII. c. 64.
f *Dionyſ. l.* IV. c. 50.
g *Liv lib.* IV. c. 47.
h *Liv.* V, 20.
i *Dion. Hal.* VI. 29.
k *Idem*, IX. 55.
l *Idem*, X. 21.
m *Liv.* XLIV. 45.
n *Idem*, XLV. 34.
o *Appian. Mithrid.* pag. 230.

GROTII.

e *Epiri urbes*] Et Athenas Sulla. *Appianus* Mithridatico (*pag.* 195.)

f *Lucullus*] Ab eo data diripienda militi Tigranocerta, narrat *Plutarchus*, (pag. 511. E.) ex ſpoliis datas ſingulis præterea drachmas octingentas. Severus Cteſiphontis prædam conceſſit militi: idem & tribunos & duces & ipſos milites habere juſſit quæ per vicos diripuerant. *Ælius Spartianus* narrat. Mahumetes II. Conſtantinopoleos & prædam & mancipia promiſit militi. [Quod primum narrat SPARTIANUS, factum equidem eſt à *Septimio Severo* Imp. at poſterius eſt *Alexandri Severi*. Prius exſtat in *Vit. Sever*, Cap. 16. alterum in *Vit. Alex. Sever.* Cap. 55. Adeoque nominum ſimilitudo Auctori noſtro cauſſa fuit erroris. *J. B.*]

GRONOVII.

87 *Abſentium*] De eodem exercitu.

88 *Minutiani*] Quem ille obſeſſum ab hoſtibus liberaverat & hanc pœnam ferre juſſit infelicis militiæ.

89 *Magiſtros militum*] A Conſtantino M. inſtitutos.

90 *A geſtorum inſinuatione*] Excipiuntur, ne de illis referre neceſſe ſit ad Imperatorem inter cæteras res de bello geſtas. Sic Tiberius corripuit conſulares exercitibus præpoſitos, quod de tribuendis quibuſdam militaribus donis ad ſe referrent, tanquam non omnium tribuendorum ipſi jus haberent. *Suet.* 32.



Digitized by Google

legendis diu inhibuit, mox certa jam victoria jus ſpoliandi hoſtes
* Cap. 45. indulſit. Cicero de inventione primo * inter modos acquirendi dominii ponit, ſi quid ex hoſtibus captum ſit, g 91 cujus prædæ ſectio non venierit.

2. Qui morem hunc improbant, ajunt avidas in direptiones manus præripere fortium bellatorum præmia, cum ita ferme eveniat, h 92 ut qui ſegnior ſit prædetur, at fortiſſimus quiſque laboris periculique præcipuam partem petere ſoleat, quæ ſunt verba Appii apud † Livium: unde non longe abit Cyri illud apud a Xenophontem: 93 *ἐν τῇ ἁρπαγῇ εὖ οἶδ' ὅτι οἱ πονηροὶ πλεονεκτήσειαν ἄν*. Sed contra *b* dicitur, gratius id fore lætiuſque quod ſua quiſque manu ex hoſte captum domum retuliſſet, quam ſi 94 multiplex accepiſſet alterius arbitrio.

† *Lib.* V. c. 20.
a *De Cyri inſt.* VII. 2. n. 4.
b *Apud Liv.* ubi ſupr.

3. Interdum quoque conceſſa direptio, quod impediri non poſſet. In expugnatione Cortuoſæ Hetruſcorum oppidi, narrante *c* Livio, *publicari prædam 95 tribunis placebat, ſed 96 imperium quam conſilium ſegnius fuit. jam militum præda erat, nec niſi per invidiam adimi poterat.* Sic & *d* Gallogræcorum caſtra a C. Helvii agmine direpta legimus contra ducis voluntatem.

c *Lib.* VI. c. 4.
d *Livius lib.* XXXVIII. c. 23.

XIX. Quod dixi, aliis interdum extra milites prædam aut pecuniam e præda redactam concedi ſolere, id ferme ita contigit, ut his qui tributum ad bellum contulerant tantundem *e* redderetur.

e *Dion. Hal. lib.* V. c. 47.

GROTII.

g *Cujus præda ſectio non venierit*] *Varro* ſex modos numerat, quibus dominus legitimus perficiatur, hereditatis juſtæ aditionem, mancipationem, in jure ceſſionem, uſucapionem, e præda ſub corona venditionem, & ab auctione publica, cum bona cujuſquam ſectione veneunt. [*De Re Ruſt.* Lib. II. Cap. 10. Quo de loco vide WILHELMI GOESII *Vindic. pro receptâ de Mutui alienatione ſententiâ*, p. 66, & ſeqq. *J. B.*]

h *Ut qui ſegnior ſit prædetur*] Vide quæ jam nunc ex *Procopio* adferemus ad §. 24.

GRONOVII.

91 *Cujus præda ſectio*] Quæ præda per quæſtores auctioni ſubjecta non fit. *Cæſar* 2, Gall. 33. *ſectionem ejus oppidi univerſam Cæſar vendidit. Juſtin.* 38, 7. *Flor.* 2, 3.

92 *Ut qui ſegnior ſit prædetur*] Verba *Livii* 5, 20. in libris antiquis ſic leguntur: *ut ſegnior ſit prædator ut quiſque laboris periculique præcipuam petere partem ſoleat.* In quibus hæſerunt propter duplicem uſum particulæ *Ut*. Senſus, uti, prout quiſque ſoleat præcipuam laboris & periculi partem petere, is in prædando ſit ſegnior. Sic lib. 3, 50. *ut quiſque occurrerat, plebem adhortantes.* Eodem cap. 53. *tunc ut quæque cauſa erit, ſtatuetis.*

93. Ἐν τῇ ἁρπαγῇ] In direptione ſat ſcio ignavos majorem partem laturos.

94 *Multiplex*] Amplius, cumulatius.

95 *Tribunis*] Militum conſulari poteſtate.

96 *Imperium quam conſilium*] Id imperari non potuit, facultate & arbitrio ea de re conſultandi erepto per feſtinationem militum, qui prædam jam invaſerant, nec niſi cum maximo odio & criminatione ducum erant redditur.

i *Apud.*

tur. 97 Ludos quoque ex manubiis interdum inſtructos notes.

XX. 1. Neque vero diverſis tantum bellis aliter atque aliter uſurpatum, ſed eodem bello eadem præda ſæpe in uſus diverſos impenſa, aut partibus diviſis, aut rerum generibus diſtinctis. Sic Camillus decimam * ex præda i Apollini Pythio dedit, Græcorum exemplo, ſed quod primitus ab Hebræis venerat: quo tempore ſub decima prædæ vota, non res moventes tantum, ſed & 98 urbem, & agros venire a pontificibus judicatum eſt. Eodem victore prædæ † de Faliſcis pars maxima ad quæſtorem redacta eſt, haud ita multum militi datum. Sic & 99 L. Manlius *prædam aut vendidit, quod ejus in publicum redigendum erat, aut cum cura ut quam æquiſſima eſſet per milites diviſit.* quæ 1 Livii *a* verba ſunt.

* *Liv. l.* v. c. 23.
† *Ibid. c.* 19.
a *Lib.* XXXVIII. c. 23.

2. Genera in quæ præda dividi poteſt ſunt hæc: homines captivi, armenta, & greges, quæ Græci, cum proprie loquuntur λείαν vocant, pecunia, res mobiles aliæ, pretioſæ aut viliores. Q. Fabius *b* Volſcis devictis λείαν & ſpolia per quæſtorem vendi jubet: argentum 2 ipſe defert. Idem *c* Volſcis & Æquis devictis captivos extra Tuſculanos militi donat, & in agro Ecetrano homines ac pecora diripienda concedit. L. Cornelius *d* Antio capto aurum, argentum, æs in ærarium defert: captivos & prædam per quæſtorem vendit: militi ea permittit, quæ ad victum & veſtem pertinebant. Nec diſſimile huic *e* Cincinnati inſtitutum, qui Corbione Æquorum oppido accepto pretioſiora prædæ Romam miſit, cætera centuriatim diviſit. Camillus captis Vejis *f*, præter pecuniam ex venditione captivorum, nihil in publicum redegit; Hetruſcis devictis *g*, captiviſque venditis, ex ea pecunia aurum matronis 3 quod contulerant perſolvit, pateras tres aureas in Capitolio poſuit. Coſſo dictatore, *h* ex Volſcis præda omnis præter libera corpora militi conceſſa eſt.

b *Dionyſ. Ant.* VIII. 82.
c *Idem l.* X. c. 21.
d *Ibidem.*
e *Idem, Lib.* X. c. 25.
f *Liv. lib.* V. c. 22.
g *Idem,* VI. 4.
h *Idem,* VI. 13.

3. Fabricius ſuperatis Lucanis, *i* Brutiis, Samnitibus, militem ditavit, tributa civibus reddidit, 4 quadringenta talenta k in ærarium re-

i *Dion. Halicar.* Excerpt. pag. 714.

GROTII.

i *Apollini* ] Meminit & *Appianus* in *excerptis Peireſcianis*, (pag. 546.)

k *In ærarium retulit* ] Et Fabius pecuniam venditorum hominum capto Tarento, cum prædæ reliquum militibus diſpertiſſet. [ Aliter rem narrant LIVIUS, *Lib.* XXVII. c. 16. num. 7. & PLUTARCHUS, *Vit. Fab.* pag. 187., C. Confudit forte Auctor noſter, quod Hiſtoricus Latinus paullo infra refert de *Scipione*, ubi *Haſdrubalem* deviciſſet, Cap. 19. n. 2. *J. B.*]

GRONOVII.

97 *Ludos quoque* ] Scenicos, Circenſes, Amphitheatrales vel gladiatorios, qui erant voluptas populi, honos Deorum, divitum ambitio.

98 *Urbem, & agros* ] Ut horum etiam decimæ æſtimatio iniretur & dedicaretur.

99 *L. Manlius* ] Immo *Cnæus*. [Ita ipſe Auctor in fine iſtius paragraphi. *J. B.*]

1 *Livii verba XXXVIII.* ] C. 23.

2 *Ipſe defert* ] In triumpho.

3 *Quod contulerant* ] De ornatu ſuo & mundo ad crateram auream Apollini Delphos portandam. c. 25.

4 *Quadringenta talenta* ] 240000. Philip.

5 De-

a *Liv.* XXV. 14. b *App. Pun. Bell.* pag. 83. * *Livius* l. XXXVIII. c. 5. † *Idem lib.* XXXVIII. c. 23.

retulit. Q. Fulvius & Appius Claudius, *a* cum Hannonis capta eſſent caſtra, prædam vendiderunt, diviſeruntque, 5 donatis quorum opera fuerat ſingularis. Scipio, *b* capta Carthagine, quæ in urbe erant dedit diripienda militi, excepto auro, argento, 6 donariis. Acilius, * capta Lamia, partim diviſit, partim vendidit prædam. Cn. Manlius victis Gallogræcis, concrematis ex Romana ſuperſtitione hoſtium armis, † cæteram prædam conferre omnes juſſit, & 7 aut vendidit, quod ejus in publicum redigendum erat, aut cum cura, ut quam æquiſſima eſſet, in milites diviſit.

a *Lib.* V. c. 3. & *Livius* l. XXXVIII. 55.

XXI. 1. Ex his quæ diximus apparet, non minus apud Romanos, quam apud alias gentes pleraſque prædam fuiſſe populi Romani, ſed ejus diſpenſandæ arbitrium aliquod Imperatoribus conceſſum, ita tamen ut, quod ante diximus, rationem actus ſui populo deberent. quod inter alia docet exemplum L. Scipionis qui damnatus eſt peculatus judicio, ut loquitur *a* Valerius Maximus, 8 quadringenta octoginta argenti plus accepiſſe quam in ærarium retuliſſet: & aliorum quos ante retulimus.

b *Lib.* XI. c. 18. c *Priſc. libro* VII. in fin. d *Verr.* IV. c. 41.

2. M. Cato in oratione quam de præda ſcripſit, vehementibus atque illuſtribus verbis, ut ait Gellius *b*, de impunitate peculatus atque licentia conqueſtus eſt: ex qua oratione hoc exſtat fragmentum: *Fures privatorum furtorum* 10 *in nervo atque compedibus ætatem agunt. Fures publici in auro atque purpura.* Idem alibi *c* dixerat, *mirari ſe, audere quemquam capta bello ſigna pro ſupellectile domi ſtatuere.* Ita & Verri peculatus invidiam *d* auget Cicero, quod ſignum ſuſtuliſſet, & quidem 11 captum de præda hoſtium.

e *Hiſt.* X. 16.

3. Nec Imperatores tantum, ſed & milites peculatus prædæ nomine tenebantur, ſi nempe eam in publicum non detuliſſent: adigebantur enim omnes ſacramento, ut ait Polybius, *e* περὶ τοῦ μηδένα νοσφίζεσθαι μηδὲν τῶν ἐκ τῆς διαρπαγῆς, ἀλλὰ τηρεῖν τὴν πίστιν κατὰ τὸν ὅρκον· *nihil quemquam ex præda interverſurum, ſed fidem ſervaturos ex religione ſacramenti.* Quò forte referri poteſt formula juris-

GRONOVII.

5 *Donatis*] Extra ordinem honorificis munere vel dono inſigni.

6 *Donariis*] Templorum ornamentis.

7 *Aut vendidit*] Hoc jam paullo ſuperius poſuit: ſed quia ibi per errorem Manlio prænomen Lucii dederat, aliam de Cnæo hic recte appellato hiſtoriolam putavit.

8 *Quadraginta octoginta*] Huic ſummæ præmittendum erat, *ſex millia pondo auri.*

9 *Liv. lib.* XLV.] Immo 38, 55.

10 *In nervo*] In vinculis carceris *Ter.* Phorm. 2, 2. 11. *Vereor, ne iſthæc fortitudo in nervum denique erumpat.* 4, 4. 16. *noſtra cauſa ſcilicet in nervum potius ibit.*

11 *Captum de præda*] Exemplum alienum: nam id ſimulacrum Mercurii P. Scipio deſtructa Carthagine de Pœnorum hoſtium præda dono dederat Tyndaritanis in Sicilia, a quibus id abſtulit Verres.

12 *Num-*

Digitized by Google

Jurisjurandi apud a Gellium, (rr) qua militi imperatur ne quid tollat in exercitu decemque millia paſſuum prope, quod pluris ſit [12] nummi argentei, aut ſi ſuſtulerit ad conſulem proferat, aut triduo proximo profiteatur. Hinc intelligi poteſt quid ſit quod Modeſtinus b dicit: *is qui prædam ab hoſtibus captam ſurripuit* [13] *peculatus tenetur:* quod vel unum ſatis eſſe debuit ut juris interpretes moneret ne ex hoſtibus capta ſingulis acquiri crederent, cum conſtet * peculatum non eſſe niſi in re publica, ſacra, aut religioſa. Hæc omnia eo pertinent, ut appareat, quod ſupra diximus, [14] ſemota lege civili, & [15] primo, in bellicis actibus capta populi aut regis bellum gerentis fieri.

a *Lib.* XVI. c. 4.

b *L. pen. ad l. Jul. pecul.*

* *L.* 1. *eod. tit.*

XXII. 1. Addidimus ſemota lege civili & primo, ſive directe: illud quia de rebus [16] nondum actu quæſitis lex [17] ad utilitatem publicam poteſt imperare, ſive lex illa lex populi eſt ut apud Romanos, ſive regis ut apud Hebræos & alibi. Sub legis autem nomine etiam conſuetudinem recte introductam volumus comprehendi. Alterum illud eo pertinet, ut ſciamus ſicut res alias ita & prædam poſſe a populo aliis concedi, nec tantum poſt acquiſitionem ſed & ante eam, ita ut ſubſecuta captura [18] conjungantur actiones [19] brevi manu, ut loquuntur juriſconſulti: nec tantum ea conceſſio nominatim fieri poteſt, ſed & in genere, ut viduis, ſenibus, & egentibus pupillis pars prædæ data eſt temporibus Maccabaicis, aut etiam perſonis incertis ad exemplum [20] miſſilium, quæ Romani conſules capientium faciebant.

2 *Mac.* VIII, 28, 30.

2. Neque vero hæc [21] juris tranſlatio, quæ lege aut conceſſu fit, ſemper mera donatio eſt, ſed interdum [22] contractus, interdum aut ſolutio ejus quod debetur, aut remuneratio ob damna

23 quæ

GRONOVII.

12 *Nummi argentei*] Quam nummus ſeſtertius.

13 *Peculatus tenetur*] Publicum fraudaſſe judicatur.

14 *Servata lege civili*] Niſi ubi jus civile alicujus populi aliud ſtatuat.

15 *Primo*] Acquiſitione quaſi originaria. 2. 1. 1.

16 *Nondum actu quæſitis*] Quarum acquiſitio adhuc in ſpe tantum eſt. 2. 2. 5.

17 *Ad utilitatem*] Ut incendantur homines & acrius incumbant ad eas quærendas cum publico fructu, quippe hoſtibus deceſſuras.

18 *Coniungantur actiones*] Altera ex conceſſione populi, altera ex ipſorum occupatione.

19 *Brevi manu*] *Ulpianus* l. 43. §. 1. *de jure dot.* 1. per compendium, ſine ambagibus, quoties ſcilicet celeritate conjungendarum actionum inter ſe una actio occultatur, ut loquitur idem l. 3. §. 12. *de donat int. vir. & ux.*

20 *Miſſilium*] Quæ ſpargebantur rapienda vulgo diebus ſolennibus, ſive in corpore ſuo, ſive per ſortes. *Sueton.* Ner. 11. *Statius* Cal. Satur. *Dives ſparſio quos agit tumultus.* §. 45. Inſtit. *de R. D.* Noſter 2, 8. 25.

21 *Juris tranſlatio*] A populo in privatos.

22 *Contractus*] Quo pacti ſunt privati cum republica vel principe, ut quod damni dare poſſint hoſti, lucro ipſis cedat.

(rr) Vide hac de re RHAB. HERM. SCHELII Diſſertationem *De Sacramentis Militum*, pag. 184, *& ſeqq.* in libro jam ſupra laudato. *J. B.*

1 *Sub-*

23 quæ quis paſſus eſt, aut ob id quod ipſe bello impendit, ſive ſumtu, ſive opera, ut cum ſocii aut ſubditi nullo ſtipendio militant, aut non tali quod operæ reſpondeat. Nam ex his cauſis prædam aut omnem, aut ejus partem concedi ſolitam videmus.

XXIII. Et illud quidem tacita conſuetudine ubique ferme inductum * juriſconſulti noſtri notant, ut ſua faciant quæ capiunt aut ſocii, aut l ſubditi qui ſine ſtipendio & ſuo ſumtu ſuoque periculo bellum gerunt. m Ratio in ſociis eſt evidens, quia naturaliter ſocius ſocio tenetur ad reparationem damnorum quæ ob negotium commune aut publicum eveniunt. Adde quod opera quoque gratis præſtari vix ſolet. *Sic medicis*, ait Seneca †, *pretium opera ſolvi quod deſerviunt, quod a rebus ſuis avocati nobis vacant.* 24 In oratoribus idem æquum judicat *a* Quintilianus, quia hæc ipſa opera tempuſque omne alienis negotiis datum facultatem aliter acquirendi recidunt: quod *b* Tacitus dixit: *omitti curas familiares, ut quis ſe alienis negotiis intendat.* Credibile ergo eſt, niſi cauſa alia appareat, puta aut beneficentia mera, aut contractus antecedens, n ſpem ex hoſtibus lucrandi ſpectatam in damni & operæ compenſationem.

XXIV. 1. In ſubditis id non æque evidenter procedit, quia 25 hi operam civitati ſuæ debent: ſed contra occurrit quod ubi non omnes ſed aliqui militant, his ipſis a corpore civitatis retributio debetur ejus quod plus cæteris operæ aut ſumtus impendunt, multoque magis damnorum. in cujus retributionis certæ locum ſpes prædæ totius aut partis incertæ facile, nec ſine ratione, conceditur. Sic Poëta, *c*

*Præda ſit hæc illis quorum meruere labores.*

2. o De ſociis exemplum eſt in federe Romano, quo Latini *d* in

* *Cald. conſ.* 85. *Joh. Lupus de Bello* §. *ſi bene advert. Jaſon in l. quod apud hoſtes: de Legatis* 1. *Franc. a Ripa in l.* 1. *de acq. poſſ. n.* 5. *Covar. ad C. peccatum. p.* 2. §. 11. *n.* 8. *Bonfin. Lib.* IV, *dec.* 5.
† VI. *de Beneſ.* 15.
*a Inſt. Orat.* XII. 7.
b *Ann.* XI. 7.
c *Propert.* III. Eleg. II. 21.
d *Liv. L.* 21. c. 33. & *Dion. L* VI. *c.* 95.

GROTII.

l *Subditi qui ſine ſtipendio & ſuo ſumtu ſuoque periculo bellum gerunt*] Vide *Cromerum* XIX. Polonicorum.

m *Ratio in ſociis eſt evidens*] Utitur eâ Amalaſuntha in epiſtola ad Juſtinianum apud *Procopium* Goth. I.

n *Spem ex hoſtibus lucrandi ſpectatam in damni & operæ compenſationem*] Vide *Plutarchum* Marcello.

o *De ſociis exemplum eſt*] Priſcis Latinis tertias prædæ populus Romanus præſtabat. *Plinius* lib. XXXIV, 5. Pro modo miſſi militis prædam partiuntur pagi Helvetici, teſte *Simlero*: pro modo ſumtuum partiti Pontifex, Imperator, Veneti, bello contra Turcam. *Paruta* VIII. Pompejus Armeniam minorem Dejotaro Galatiæ regi donavit, quia ſocius belli Mithridatici fuerat. [Poſthemum iſtud habet Auctor ex EUTROPIO, *Breviar.* Lib. VI. Cap. XI. Vide etiam STRABONEM, *Geogr.* Lib. XII. p. 547. Ed. Paris. *J. B.*]

GRONOVII.

23 *Quæ quis paſſus eſt*] Immo *fecit* dicendum.

24 *In oratoribus*] Cauſarum patronis.

25 *Hi operam civitati*] Sic in bello civium corpus addictum atque operarum eſſe reipublicæ dicit *Livius* 4, 60.

p *His*

in prædæ partem æquam admittuntur in iis bellis, quæ populi Romani auſpiciis gerebantur. Sic in bello quod Ætoli gerebant 26 adjutoribus Romanis, *a* Ætolis quidem urbes & agri, Romanis autem captivi & res mobiles cedebant. Poſt victoriam de rege Ptolemæo, partem prædæ Athenienſibus dedit *b* Demetrius. Ambroſius hiſtoriam tractans Abrahami moris hujus æquitatem oſtendit: *c ſane his qui ſecum fuiſſent, in adjumentum fortaſſe ſociati, partem emolumenti tribuendam aſſerit, tanquam mercedem laboris.*

3. De ſubditis exemplum eſt in populo Hebræo *, apud quem pars prædæ dimidia cedebat p his qui in procinctu fuerant. Sic & Alexandri miles prædam privatis ereptam ſuam faciebat, niſi quod eximia quædam ſolitus eſſet ad regem referre: unde accuſatos eos videmus † qui ad Arbela conſpiraſſe dicebantur, de præda omni ita ſibi vindicanda, ut nihil in ærarium deferrent.

4. At quæ publica hoſtium aut regis fuerant, exemta erant huic licentiæ. Ita legimus Macedonas, cum Darii caſtra ad 27 Pyramum amnem irrupiſſent, ingens auri argentique pondus diripuiſſe, nec quicquam reliquiſſe intactum q præter regis tabernaculum: *tradito more*, inquit *a* Curtius, *ut victorem victi regis tabernaculo exciperent.* Unde non abit mos Hebræorum, *b* qui victi regis coronam regi imponebant victori, eidemque aſſignabant (quod in Thalmudicis *c* Digeſtis legitur) regiam ſupellectilem bello captam: & quod in rebus geſtis Caroli Magni legimus, cum is Hungaros viciſſet, privatas opes militi, regias ærario ceſſiſſe. At apud Græcos λάφυρα erant publica, ut ante oſtendimus, σκῦλα ſingulorum. Vocant autem σκῦλα ea quæ 28 durante certamine eripiuntur hoſti, λάφυρα quæ poſt certamen: quod diſcrimen *d* & aliis gentibus nonnullis placuit.

5. At apud Romanos veteri quidem republica non tantum fuiſſe conceſſum militibus, ſatis apparet ex his quæ ſupra diximus. Pluſculum indulgeri cœpit militi in bellis civilibus. Ita a Sullano milite 29 Æquulanum *e* direptum legas. Et Cæſar poſt pugnam Pharſalicam caſtra Pompejana militi dat diripienda cum hoc dicto apud Lucanum: *f*

Su-

a *Polyb. l.* XI. c. 5. & *Liv.* XXVI. 24. XXXIII. 13.
b *Plut. Demetrio*, p. 896. A.
c *Lib.* 1, *de Abraham.* 3.
* *Num.* XXXI, 27. 47. & 1 *Sam.* XXX, 22. & *deinceps.* *vide &* II *Mac.* VIII. 28. 30.
† *Plut. Apophth.* pag. 180. C.
a *Lib.* III. c. II.
b II *Samuel.* XII, 30.
c *Tit. de rege.*
d *Arias de bello n.* 162. *Bellin. p.* 2, *tit.* 18. *n.* 3. *Donell. l.* IV. *Com. c.* 21. *Sylv. in verbo bellum* I. *in pr. ex Roſell. Weſemb. ad* § 17. *Inſt. de rer. div.*
e *App. Civ.* I. p. 380.
f *Lib.* VII. vers 738, *& ſeqq.*

GROTII.

p *His qui in procinctu fuerant*] Piſidæ partem prædæ dabant his qui domos ſervarant. *Chalcocondylas* lib. v.

q *Præter regis tabernaculum*] Vide & *Diodorum* libro XVII. (c. 35.) & *Plutarchum* Alexandro (pag. 676.) Similia vide apud *Xenophontem* IV. de Cyro, (*Cap.* 6. §. 6.) & belli ſui IV. (*Cap.* 4. §. 13.) & VII.

GRONOVII.

26 *Adjutoribus Romanis*] Adverſus Philippum.

27 *Ad Pyramum*] Ad Iſſon in faucibus Ciliciæ. *Curt.* 3, 11.

28 *Durante certamine*] In ipſo fervore prælii.

29 *Æquulanum*] Hirpinorum oppidum.

r En

*Supereſt pro ſanguine mortes,*
*Quam monſtrare meum eſt; nec enim donare vocabo*
*Quod ſibi quiſque dabit.*

*a App. civil. Lib.* IV. *pag.* 668. Bruti & Caſſii caſtra diripuerunt *a* Octaviani & Antoniani milites. Bello 30 civili alio Flaviani ad Cremonam ducti, quanquam inſtabat nox, coloniam divitem feſtinant impetu capere; veriti alioqui ne opes Cremonenſium in 31 ſinu præfectorum legatorumque eſſent, gnari ſcilicet, ut *b* Tacitus loquitur, *expugnatæ urbis prædam ad militem, deditæ ad ducem pertinere.*
*b Hiſt.* III. 19.

6. Atque id langueſcente diſciplina eo libentius conceſſum militi, ne 32 manente periculo omiſſis hoſtibus præda manus impediret, quod plurimas ſæpe victorias corrupit. Cum caſtellum Volandum in Armenia Corbulo expugnaſſet, *imbelle vulgus*, narrante Tacito *, *ſub corona venditum, reliqua præda victoribus ceſſit.* Apud eundem ſcriptorem † in prælio Britannico Suetonius ſuos hortatur, ut cædem continuent prædæ immemores: addens parta victoria cuncta ipſis ceſſura: qualia & alibi paſſim invenias. Adde quod r ex Procopio jam modo attulimus.
* *Tac. ann.* XIII. 39. † *Ann.* XIV. 35.

7. Sunt autem quædam tam exigua, 33 ut publicari digna non ſint. Hæc ubique ſolent capientes ſequi populi conceſſu. Talia erant vetere Romana republica, haſta, haſtile, ligna, pabulum, 34 uter, follis, 35 facula, & ſi quid minoris eſſet nummi argentei. Nam has exceptiones ſacramento militari additas apud Gellium *a* legimus. Cui non diſſimile eſt quod nautis etiam ſtipendio militantibus conceditur: *b* Galli deſpoliationem aut pilagium vocant, & eo comprehendunt veſtem, aurum quoque & argentum intra decem ſcutatos. Alibi pars aliquota prædæ militibus datur, ut in *c* Hiſpania, ſ modo quinta, modo tertia, alias dimidia penes regem manet: & ſeptima, interdum decima penes ducem exer-
*a Lib.* XVI, *c.* IV. *b Conſt. Gall. lib.* XX, *tit.* XIII. *art.* 10 & 16. *c Leg. Hiſp. lib.* IV, *tit.* XXVI. *p.* 2.

GROTII.

r *Ex Procopio*] Is Vandalicorum II. narrat, Salomoni in Levatas bellum gerenti infenſos fuiſſe milites, quod prædam detineret. Dicebat id ſe facere ut bello finito diſtribueret pro cujuſque meritis. Et Gotthicorum II. omnem ex Piceno prædam convectam ad Beliſarium qui eam pro meritis divideret; addita cauſa: οὐ γὰρ δίκαιον ὑφ' ἑτέρων μὲν τοὺς κηφῆνας πόνῳ μεγάλῳ ἀπόλλυσθαι, ἄλλους δὲ τοῦ μέλιτος οὐδεμιᾷ ταλαιπωρίᾳ ὀνίνασθαι· *non æquum eſſe ab aliis magno labore fucos interfici, alios autem ſine ulla moleſtia melle veſci.*

ſ *Modo quinta*] Eum & Turcis morem tribuit *Leunclavius* libro III. & libro V.

GRONOVII.

30 *Civili alio*] Inter Vitellium & Veſpaſianum.

31 *Sinu præfectorum*] A quibus illi magna pecunia redemturi erant, ne diriperentur.

32 *Manente periculo*] Nondum omni prælio confecto.

33 *Ut publicari digna*] Non ſit operæ pretium ærario aut populo ea vindicare.

34 *Uter*] Aquæ aut potionis cauſa.

35 *Facula*] Tum ad alios uſus tum nocturni itineris ergo. *Suet.* Jul 31.

ſ Ex-

Digitized by Google

exercitus: cætera ſunt capientium: t exceptis navibus bellicis quæ totæ regi cedunt.

8. Eſt & ubi operæ, periculi, ſumtuumque habita ratione partitio inſtituitur, ut apud Italos a captæ navis pars tertia cedit domino navis victricis, tantundem ferunt quorum merces in navi erant, tantundem hi qui pugnaverunt. Nec non & illud accidit, ut qui 36 ſuo periculo ac ſumtu bellum miniſtrant non totam prædam auferant, ſed partem debeant publico, aut ei qui 37 ex publico jus ſuum trahit. Sic apud * Hiſpanos ſi in bello naves privatis ſumtibus inſtruantur, de præda pars regi, pars & maris præfecto debetur. Galliæ moribus † decimam fert maris præfectus: ſic & apud Hollandos: ſed hic quinta prius prædæ pars 38 a republica deducitur. a Terra vero paſſim nunc uſurpatur, ut in direptionibus oppidorum & præliis ſuum quiſque faciat quod cepit: in excurſibus vero capta communia fiant eorum qui in comitatu ſunt, inter ipſos pro dignitatis ratione partienda.

a *Conſulatus maris cap.* CCLXXXV.

* *Leg. Hiſp. Lib.* XIX. *tit.* XXVI. *p.* 2. *l.* 14.

† *Conſt. Gall. l.* XX. *tit.* 14. *art.* 1.

a *Inſtruct. rei maritimi c.* XXII.

XXV. Hæc autem eò pertinent, ut ſciamus ſi apud populum 39 bello non permixtum controverſia oriatur de re bello capta, addicendam rem ei cui favent leges aut mores 40 populi à cujus partibus res capta eſt: quod ſi ejus nihil probetur, ex jure gentium communi rem ipſi populo adjudicandam, ſi modo ea res in actu bellico capta eſt. Nam ex his quæ dicta jam ante a nobis ſunt ſatis apparet non omnino verum eſſe id quod pro Thebanis adfert b Quintilianus; in eo 41 quod in judicium deduci poteſt nihil valere jus belli, nec armis erepta niſi armis poſſe retineri.

b *Lib.* VI *c.* 10.

XXVI. 1. Quæ vero res hoſtium non ſunt, u etſi apud hoſtes reperiantur, capientium non fiunt: id enim, ut jam c ante diximus, nec naturali juri congruit, nec jure gentium introductum

c *Hoc c.* §. 34 6.

GROTII.

t *Exceptis navibus bellicis*] Sic machinæ bellicæ regibus exceptæ apud Gotthos. *Johannes* Magnus hiſtoriæ Suedicæ libro IX, c. II.

u *Etſi apud hoſtes reperiantur*] Vide ſupra cap. IV. §. 7.

GRONOVII.

36 *Suo periculo*] Quales qui olim e noſtris auctoritate publica privati privatorum pecunia navibus armatis maritima hoſtium commercia corrumpebant & impediebant.

37 *Ex publico*] Præfecto claſſis, principi.

38 *A republica deducitur*] Vindicatur ærario, de reliquo decima.

39 *Bello non permixtum*] Neutrarum partium.

40 *Populi a cujus partibus*] Non ejus, ubi lis orta eſt, ſed cui militantes rem ceperunt.

41 *Quod in judicium deduci*] De quo actionem recipit prætor vel judex. Quo ſignificatur titulum acquiſitionis per arma valere apud tribunal bellantis aut victoris: ibi enim libellum querentis a milite in permiſſa prædæ occupatione ſibi aliquid ereptum nemo recipit. At ſi quis prædatorem poſſit apud alium judicem convenire, eum poſſe recipere ſuum, nec prodeſſe prædatori, quod jus præmiandi a ſuo imperatore habuerit: nam jus illud pro jure non habetur apud eos, qui non fovent eandem cauſam.

ctum eſt. Sic Romani Pruſiæ a dicunt: x *ſi is ager Antiochi non fuiſſet, eo ne topuli quidem Romani factum apparere.* Si quod tamen in illis rebus 42 jus habuit hoſtis quod poſſeſſioni connectatur, puta pignoris, retentionis, ſervitutis, id quo minus capientibus acquiratur nihil obſtat.

a *Liv. l. XLV. c. 44.*

2. Solet & hoc quæri, an extra territorium utriuſque partis bellum gerentis capta fiant capientium: quod & de rebus & de perſonis ſolet in controverſiam vocari. Si jus ſolum gentium reſpicimus, puto locum hic non conſiderari, ſicut & hoſtem ubique recte interfici diximus. Sed qui in eo loco imperium habet, poteſt lege ſua prohibere ne id fiat; & ſi contra legem factum ſit, de eo tanquam de delicto poſcere poteſt ut ſibi ſatisfiat. Simile eſt quod 43 in agro alieno capta fera dicitur capientium fieri, * ſed a domino agri prohiberi poſſe acceſſum.

XXVII. Jus autem hoc externum acquirendi res bello captas ita proprium eſt belli ſolennis ex jure gentium, ut in aliis bellis locum non habeat. † nam 44 in bellis aliis inter exteros res non acquiritur vi belli ſed in compenſationem debiti, quod aliter obtineri non poteſt. In bellis autem 45 inter cives, ſive magna ea, ſive parva ſint, nulla fit dominii mutatio niſi auctoritate judicis.

* *L. 3. D. De adq. rer. domin. L. 16. D. De Servit. præd. ruſtic.*

† *Silv. in verbo bellum p. 1. § 3. & §. 11. verſ. octavo.*

GROTII.

x *Si is ager Antiochi non fuiſſet, eo ne populi quidem Romani factum apparere*] Sic nec Bocchi factus ager victo Jugurtha is qui non Jugurthæ ſed Bocchi [*Maſſiliſſa* voluit dicere Auctor] liberorum fuerat *Appianus* exc. legationum 28. Simile vide apud *Crantzium* Saxonicorum XII.

GRONOVII.

42 *Jus habuit hoſtis*] Si res aliena pignoris vel hypothecæ loco apud hoſtem fuit pro debito, ſi manus ei injecta, vel, ut loquuntur, arreſtata eſt ob juſtam cauſam, ſi ſervitutem debuit, id jus eſt etiam victoris.

43 *In agro alieno*] §. 12. Inſt. *de R. D.*

44 *In bellis aliis inter exteros*] Obtinet jus naturale, de quo dictum hujus cap. num. 1.

45 *Inter cives*] Hinc Veſpaſianus victor civili bello, forte legit recuperatores, per quos rapta bello reſtituerentur. *Sueton. c. 10.*

# CAPUT VII.

## De jure in captivos.


I. *Omnes captos bello ſolenni jure gentium ſervos fieri:*

II. *Et eorum poſteros.*

III. *In eos quidvis impune fieri.*

IV. *Res captorum, etiam incorporales, dominum ſequi.*

V. *Cauſa cur id conſtitutum.*

VI. *An ita captis licitum ſit fugere?*


VII. An

| | |
|---|---|
| VII. *An & domino resistere?* | IX. *Nec nunc obtinere inter Christianos; & quid ei sit surrogatum.* |
| VIII. *Jus hoc non apud omnes gentes semper obtinuiſſe:* | |

I. 1. SErvi naturâ quidem, id eſt, citra factum humanum aut primævo naturæ ſtatu, hominum nulli ſunt, a ut & alibi diximus: quo ſenſu recte accipi poteſt quod a juriſconſultis * dictum eſt, 1 contra naturam eſſe hanc ſervitutem: ut tamen facto hominis, id eſt, pactione aut delicto, ſervitus originem acciperet, juſtitiæ naturali non repugnat, b ut alibi quoque oſtendimus. * *L. 4. §. 1. D. de ſtatu hominum.*

2. At eo de quo nunc agimus gentium jure aliquanto latius patet ſervitus, tum quoad perſonas, tum quoad effecta. Nam perſonas ſi ſpectamus, non ſoli qui ſe dedunt aut ſervitutem promittunt pro ſervis habentur, ſed omnes omnino bello ſolenni publico capti, ex quo ſcilicet intra præſidia perducti ſunt: ut ait † Pomponius. 2 Neque delictum requiritur, ſed par omnium ſors eſt, etiam eorum qui a fato ſuo, ut diximus, cum bellum repente exortum eſſet intra hoſtium fines deprehenduntur. † *L. 5. §. 1. D. de captivis.* a *L. in bello. 12. D. de capt.*

3. Polybius hiſtoriarum ſecundo: b *τί δ᾽ ἂν παθόντες οὗτοι δίκην δόξαιεν ἁρμόζουσαν δεδωκέναι; τυχὸν ἴσως εἴποι τις ἂν πραθέντες μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν, ἐπεὶ κατεπολεμήθησαν. ἀλλὰ τοῦτό γε καὶ τοῖς μηδὲν ἀσεβὲς ἐπιτελεσαμένοις κατὰ τοὺς τοῦ πολέμου νόμους ὑπόκειται παθεῖν· quid,* inquit, *patiendum his eſt ut juſta ſupplicia pendant? dicat forte aliquis vendendos cum liberis & uxoribus quando armis victi ſunt. At hæc* c *belli lege etiam illis ferenda ſunt, qui nihil impii commiſerunt.* Atque eo fit id quod Philo notat c his verbis: *πολλοὶ πολλάκις καιροῖς ἀβουλήτοις τῶν σφόδρα ἀστείων τὴν ἐκ γένους ἀπέ-* b *Cap. 58.* c *Libro: omnem virum eſſe bonum liberum: p. 866.*

### GROTII.

a UT *& alibi diximus*] Libro II, c. XXII. §. II.

b *Ut alibi quoque oſtendimus*] Libro II, cap. V. §. 27.

c *Belli lege*] *Servius* ad primum Æneidos (*vers.* 619.) de Hercule: *a cujus portu cum eum Laomedon arceret, occiſus eſt, & ejus filia Heſione belli jure ſublata comiti Telamoni tradita eſt, qui primus aſcenderat murum, unde Teucer natus eſt.* Idem ad X. Æneidos eandem narrans hiſtoriam: *Heſionem Græci Trojanis reddere noluerunt, dicentes ſe eam habere jure bellorum.* Joſephus libro XIV. *αἰχμαλωτισθέντας οὐ νόμῳ πολέμου· cum capti eſſent non belli jure.* (Cap. 22.) *τῷ τῶν δοριαλώτων νόμῳ.* Idem alibi: *δορυληπτῶν θεσμῷ, jure eo quod in captos conſtitutum eſt,* ait *Menander Protector.* Multa huc pertinentia habes capite præcedente: quia ſcriptores captas res captoſque homines conjungunt aut æquant.

### GRONOVII.

1 *Contra naturam*] Servitutem eſſe contrariam illi bono, quod contigit homini beneficio naturæ & per naturam, id eſt, libertati: quamvis id ita ei natura dederit, ut ob juſtas cauſas quibuſdam eripi non vetet; ut ſit bonum ſeparabile, quod peccato aut fortuna poſſit amitti.

2 *Neque delictum*] Ut quis improbo facinore reddiderit ſe dignum, qui libertate privetur.

*ἀπέβαλον ἐλευθερίαν· multi viri boni variis caſibus nativam amiſerunt libertatem.*

a *Orat.* XV.

4. Dion Pruſænſis, *a* cum modos acquirendi dominii quoſdam recitaſſet: *τρίτος δὲ κτήσεως τρόπος, ὅταν ἐν πολέμῳ λαβὼν αἰχμάλωτον τοῦτον τὸν τρόπον ἔχῃ καταδουλωσάμενος· ubi quem quis bello nactus captivum hoc modo ſervum factum poſſidet.* Sic pueros bello captos abducere *πολέμου νόμον* vocat Oppianus de piſcatu II.

II. Neque vero ipſi tantum ſervi fiunt, ſed & poſteri in perpetuum, nempe qui ex matre ſerva poſt ſervitutem naſcuntur. Et hoc eſt quod jure gentium ſervos noſtros fieri dixit *b* Martianus, qui ex ancillis noſtris naſcuntur. Servitio ſubjectum uterum dixit *c* Tacitus, agens de 3 Germani ducis uxore.

b *L.* 5. §. 1. *D. de ſtatu hominum.*
c *Ann.* I. 59.

III. 1. Effecta vero juris hujus infinita ſunt, ita ut in ſervum (aa) domino nihil non licere dixerit pater * Seneca. Nulla perpeſſio eſt quæ non 4 impune ſervis illis imponatur, nulla actio quæ non quovis modo imperetur aut extorqueatur: ita ut etiam ſævitia dominorum in ſerviles perſonas impunita ſit, niſi quatenus lex civilis ſævitiæ modum pœnamque ponit. *Apud omnes peraque gentes*, ait Cajus, † *animadvertere poſſumus dominis in ſervos vitæ neciſque poteſtatem fuiſſe.* Addit deinde, 5 fines huic poteſtati poſitos ex lege Romana, in ſolo ſcilicet Romano. Huc pertinet illud Donati ad Terentium *a*, *quid non juſtum domino in ſervum?*

* *Lib.* X. *contr.* 5.
† *L.* 1. *D. de his qui ſui vel al. juris. Inſt. de his qui ſui vel alien. juris ſunt.*
a *Andria act.* 1. *ſc.* 1. *vers.* 9.

2. Sed & res omnes, quæ captæ fuerant, cum perſona acquiruntur domino. Ipſe ſervus qui in poteſtate alterius eſt, ait *b* Juſtinianus, nihil ſuum poteſt habere.

b *Inſtit. per quas perſ. cuique acq.* §. 3.

IV. Unde refellitur aut certe d reſtringitur eorum ſententia qui dicunt 6 incorporalia belli jure non acquiri. (bb) Nam verum eſt non

**GROTII.**

d *Reſtringitur eorum ſententia qui dicunt incorporalia belli jure non acquiri*] *Valerius Maximus* lib. VI, cap. IX. num. II. de Cn. Cornelio Aſina: *qui conſul a Pœnis apud Liparas captus cum belli jure omnia perdidiſſet.* δοῦλος ἄκυρος πάντων καὶ ἑαυτοῦ, *ſervus, aliarum rerum dominium non minus quam ſui ipſius perdidit. Philo*, libro omnem virum bonum eſſe liberum. (pag. 879. C.)

**GRONOVII.**

3 *Germani ducis uxore*] Arminii, Segeſtis filia, quæ gravida in poteſtatem Romanorum venerat.

4 *Impune illis imponatur*] Hinc ſervos in omnia obnoxios dicit *Florus* 3, 20.

5 *Fines huic poteſtati*] Hoc jus temperatum eſſe, certumque modum accepiſſe, ne infinitum foret.

6 *Incorporalia*] Res incorporales, quæ manu tangi nequeunt, ſed in jure conſiſtunt. §. 2. *Inſt. de reb. corp.*

(aa) Locus *Senecæ* non eſt è *Lib.* X. *Contr.* 5. ut ex primâ Editione repoſuimus (nam in aliis *I.* pro *X.* irrepſerat) ſed è *Lib.* V. *Controv.* 34. in quâ idem argumentum tractatur, ut patet ex titulo: unde natus error Auctoris noſtri. *J. B.*

(bb) Vide, in hanc quæſtionem, PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. Cap. 6. §. 19. *J. B.*

e *Ser-*

Digitized by Google

non primo ac per ſe acquiri, ſed media perſona cujus ea fuerunt. Excipienda tamen ſunt ea quæ ex ſingulari perſonæ proprietate fluunt ac proinde inalienabilia ſunt, ut 7 jus patrium. Hæc enim ſi manere poſſunt, manent penes perſonam: ſi non, exſtinguuntur.

V. 1. Atque hæc omnia jure gentium de quo agimus non aliam ob cauſam introducta ſunt, quam 8 ut tot commodis deliniti captores libenter abſtinerent a ſummo illo rigore quo captos & ſtatim, & poſt moram interficere poterant, ut ante diximus. e *Servorum appellatio*, inquit a Pomponius, *ex eo fluxit, quod Imperatores captivos vendere ac per hoc ſervare nec occidere ſolent.* Dixi, ut libenter abſtinerent: neque enim quaſi pactio eſt ut abſtinere cogantur, ſi jus hoc gentium ſpectes, ſed modus perſuadendi ab eo quod eſt 9 utilius. a *L.* 239. §. 1. *D. de V. S.*

2. Eademque ex cauſa hoc jus etiam 10 in alios transſcribitur, perinde ut rerum dominium. Ad natos autem dominium hoc porrigi ideo placuit, quia alioqui, ſi ſummo jure captores uterentur, illi ipſi naſcituri non erant. Cui conſequens eſt ut nati 11 ante calamitatem, niſi ipſi capiantur, ſervi non fiant. Ideo autem natos maternæ eſſe conditionis placuit gentibus, quia ſerviles concubitus nec lege nec certa cuſtodia erant conſtricti, ita ut nulla ſufficiens præſumtio patrem indicaret. Atque ita capiendum Ulpiani * illud: *lex naturæ hæc eſt, ut qui naſcitur ſine legitimo matrimonio matrem ſequatur*, id eſt, (cc) lex conſuetudinis generalis ab ali- * *L.* 24. *D. de ſtatu hom.*

GROTII.

e *Servorum appellatio ex eo fluxit*] Vide & *Servium* ad IV. Æneidos, ubi originem vocis *ſaltem* explicat, (in vers. 327.)

GRONOVII.

7 *Jus patrium*] Patriæ poteſtatis: nec enim qui patrem cepit, jus acquirit in liberos non ſimul captos.

8 *Ut libenter abſtinerent*] Ut facilius ſibi temperarent, ſeque continerent ab interficiendo.

9 *Utilius*] Nam profecto utilius vivum hominem ſervari ad opus, quem tamen, ubi velis, occidere poſſis, quam ſtatim, priuſquam ejus experientiam ceperis, occidi.

10 *In alios transſcribitur*] Ut liceat hominem ſic ſervatum vendere vel donare vel relinquere teſtamento, vel alio modo alienare cum eodem jure vel utendi vel abutendi.

11 *Ante calamitatem*] Captivitatem parentum.

(cc) Videtur omnino Juriſconſultus intelligere heic verum Jus Naturæ; & huc adludit locus CICERONIS, ab Eruditiſſimo SCHULTINGIO laudatus, *Not. in* ULPIAN. *fragm.* V. 8. *Ut enim, Jure Civili, qui matre eſt liberâ, liber eſt: item, Jure Naturæ, qui Dea matre eſt, Deus ſit neceſſe eſt.* De Nat. *Deor.* III. 18. Volebant nimirum Juriſconſulti Veteres, ob incertitudinem Patris, liberos extra connubium natos, matris conditioni accedere, ex ratione naturali. Verum in iis quidem, qui re verâ vulgo concepti ſunt, hoc ſuadet ipſa Ratio naturalis: at non in iis, quorum Pater notus eſt, ut poteſt omnino eſſe eorum quos Mulier, quamquam ſerva, peperit. Nec citra præſumtionem civilem, magis notus eſt & certus Pater, quem nuptiæ demonſtrant: quæ præſumtio etiam ceſſat, ubi validior in contrarium ratio adparet, ut ex *L.* 6. *D. De his qui ſui vel al. jur.* manifeſto patet. *J. B.*

aliqua ducta ratione naturali, quomodo juris naturalis vocem
† Lib. II, c. XII. §. 26. abuſione quadam interdum ſumi alibi † quoque demonſtravimus.

3. Non fruſtra autem a gentibus introducta hæc jura, exemplo bellorum civilium intelligi poteſt, in quibus plerumque videmus captos interfectos, quia in ſervitutem 12 redigi non poterant:
a Pag. 1073. C. quod & Plutarchus notavit vita *a* Othonis: & f Tacitus hiſtoriarum ſecundo. *b*
b Cap. 44.

4. Cæterum populine an ſingulorum fiant qui capiuntur, ex his quæ de præda diximus definiendum eſt. nam homines hac in
c L. 5. & l 7. D. de acq. rer. dom. re jus gentium rebus æquavit. Cajus juriſconſultus *c* libro II. rerum quotidianarum: *item quæ ex hoſtibus capiuntur jure gentium ſtatim capientium fiunt, adeo quidem ut & liberi homines in ſervitutem deducantur.*

d Leſſ. l. 1, c. 5. dub. 5. VI. 1. Quod tamen theologi *d* nonnulli ſentiunt, qui bello injuſto capti ſunt, aut ex captis nati, iis 13 fas non eſſe fugere niſi ad ſuos, in eo eos falli non dubito. Id quidem intereſt, quod g ſi ad ſuos fugiant bello manente, libertatem conſequuntur ex poſtliminii jure: ſi ad alios aut etiam pace facta ad ſuos, 14 vindicanti domino reddendi ſunt. Sed non ideo ſequitur animo quoque 15 injici (dd) religionis vinculum: cum multa ſint jura, 16 quæ tantum exterius judicium ſpectant, qualia ſunt hæc belli jura quæ nunc exponimus Nec eſt quod objiciat aliquis, ex dominii natura talem in animo obligationem ſequi. Reſpondebo enim, cum multæ ſint dominii ſpecies, poſſe & dominium dari quod 17 tantum in judicio humano & quidem coactivo valeat. quod & in aliis juris generibus occurrit.

2. Ta-

GROTII.

f *Tacitus hiſtoriarum ſecundo*] Et tertio, de Cremonenſibus captis, *irritam prædam militibus fecerat conſenſus Italiæ.* (Cap. 34)

g *Si ad ſuos fugiant bello manente, libertatem conſequuntur ex poſtliminii jure*] Vide infra cap. IX. §. 5. *Plinius* naturalis hiſtoriæ VII, 28. de M. Sergio: *bis ab Annibale captus, bis vinculorum ejus profugus.*

GRONOVII.

12 *Redigi non*] Saltem more Romano & Hebræo 2. *Paralip.* 28. nam de aliis dubium facit *Juſtin.* 4, 3. *ſive victoribus captivitatis jure ſervijſent.* n. 3.

13 *Fas non eſſe fugere*] Quaſi alibi nec libertatem conſequantur & conſcientiam lædant, tanquam furtum ſui domino facientes.

14 *Vindicanti domino*] Ex eo, quod cap. præc. nu. 25. traditur de captis apud populum bello non permixtum jus reddi ex legibus aut moribus gentis, a cujus partibus res vel perſona capta eſt.

15 *Injici religionis*] Sine peccato fugere talem ſervum non poſſe.

16 *Quæ tantum exterius*] Ad quæ obligamur tantum metu politici judicii, non etiam metu Dei.

17 *Tantum in judicio humano*] Cui quis adſtrictus ſit tantummodo legibus civilibus, non etiam lege conſcientiæ.

(dd) Hoc verum eſt tantum, ubi nullum pactum inter Victorem, & bello Captum, interceſſit. Dicemus plura in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

h Po-

Digitized by Google

2. Tale enim aliquatenus & jus eſt 18 teſtamenta nulla dicendi, (ee) ob deliquium ſolennitatis alicujus quam jura civilia præſcribant. Probabilior enim ſententia eſt, etiam quod tali teſtamento relictum eſt retineri ſalva pietate poſſe: ſaltem quamdiu ei non contradicitur. Nec longe abit dominium ejus qui ſecundum leges civiles 19 mala fide præſcripſit: nam & hunc civilia judicia, ut dominum tuentur. Et hac diſtinctione facile ſolvitur nodus ille, quem Ariſtoteles nectit de cavillationibus libro II. cap * 5. *ἆρα δίκαιον τὰ αὑτȣ̃ ἔχειν ἕκαστον; ἃδ' ἄν τις κρίνοι κατὰ δόξαν τὴν ἑαυτȣ̃, κἂν ᾖ ψευδής, κύριά ἐστιν ἐκ τȣ̃ νόμȣ. τὸ αὐτὸ ἄρα δίκαιον καὶ ȣ̓ δίκαιον· nonne jus eſt ut ſua quiſque habeat? at quæ ex animi ſui ſententia judex judicaverit,* (ff) *ex lege rata ſunt. Erit ergo* 20 *idem jus & non jus.*

Soto de juſt. & jure l. IV. q. 4. art 3. Leſſ. lib 2. c. 14. dub. 3.

* Lib. II. Cap. 25. pag. 308. D. Ed. Paris.

3. In noſtra vero quæſtione nulla cauſa fingi poteſt, cur gentes aliud ſpectaverint quam externum illud. nam facultas vindicandi ſervum, & cogendi, imo & vinciendi, & res ejus habendi, ſufficiebat ut captis captores vellent parcere: aut ſi tam feri eſſent ut iſtis utilitatibus non moverentur, certe 21 nec moturum eos fuerat vinculum aliquod animis injectum, quod ipſum tamen ſi omnino ſibi neceſſarium crederent, h poterant exigere fidem aut jusjurandum.

4. Neque vero temere in lege, quæ non 22 ex æquitate naturali ſed majoris mali vitandi cauſa lata eſt, ea ſumenda eſt interpretatio quæ peccato obnoxium faciat actum cæteroqui licitum. Florentinus * Juriſconſultus. *nihil intereſt, quomodo captivus reverſus eſt: utrum dimiſſus, an vi vel fallacia poteſtatem hoſtium evaſerit.* Nimirum quia hoc jus captivitatis ita jus eſt, ut alio ſenſu 23 plerumque & injuria ſit, quo nomine & a Paulo † juriſcon-

* L. Nihil. 19. princ. D. de capt.
† L. 19. princ. eod. tit.

GROTII.

h *Poterant exigere fidem aut jusjurandum*] *Bembus* hiſtoriæ libro X.

GRONOVII.

18 *Teſtamenta nulla*] Pro non factis habenda.

19 *Mala fide præſcripſit*] Qui tanquam uſu captam poſſedit, quam ſcivit alienam eſſe, etſi ſciſſe illum non poſſit probari.

20 *Idem jus & non jus*] Eſt enim jus in judicio humano & externo, non in foro conſcientiæ, aut ut illi loquerentur, *jus politicum*, non *ethicum*.

21 *Nec moturum*] Non eſt credibile faciliores fore ad miſericordiam, ſi perſuaſum habeant ſine gravi peccato in Deum fugere ab hac ſervitute, niſi ad ſuos, neminem poſſe.

22 *Ex æquitate naturali*] Qualis eſt lex ſervitutis ei, qui per hanc evadit mortem.

23 *Plerumque & injuria ſit*] Quippe quo libertas aufertur nullum ob delictum, ſed quod arma geſſeris pro eo, cui fidem debebas.

(ee) Confer PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 10. §. 7. *J. B.*

(ff) Omiſſa heic, in omnibus Editionibus, hæc verba; *etiamſi falſa ſint*, aut ſimilia, quæ reſpondeant vocibus Græcis, *κἂν ᾖ ψευδῆ*, ut heic reſtituimus: nam mendoſè etiam in omnibus Editionis concepta erant. *J. B.*

consulto (gg) nominatur: jus, quoad effectus quoſdam: injuria, ſi id quod rei intrinſecum eſt ſpectetur. Unde & hoc apparet, ſi quis bello injuſto captus in poteſtatem hoſtium venerit, ab eo non attaminari furti crimine animum, ſi res ſuas ſubducat, i aut laboris ſui mercedem ſi quam ſupra alimenta præſtari æquum eſt: modo ipſe neque ſuo, neque publico nomine quicquam debeat domino, aut ei cujus jus dominus acceperit. Nec refert quod fuga talis & ſubductio deprehenſa graviter puniri ſoleant. Nam 24 & hæc & alia multa faciunt potentiores, non quia æqua ſunt, ſed quia ipſis expedit.

*Bannes 2, 2, qu. 40.*

5. Quod vero prohibent k canones * nonnulli ſuadere ſervo miniſterium domini ſui deſtituere, ſi ad ſervos referas qui pœnam juſtam ferunt, aut voluntaria pactione ſe addixerunt, præceptum eſt juſtitiæ: ſin ad eos qui bello injuſto capti ſunt, aut ex captis nati, oſtendit Chriſtianos Chriſtianis auctores potius patientiæ eſſe debere, quam rei talis, quæ quamvis licita animos tamen a Chriſtianiſmo alienos aut alioqui infirmos poſſet offendere. Similem-

** C. ſi quis ſervum. 17. q. 4. c. 37. & c. ſeq.*

GROTII.

i *Aut laboris ſui mercedem*] Huc pertinent ea quæ a nobis ex *Irenæo* & *Tertulliano* allata ſunt ſupra ad libri II, capitis VII. §. 2. ubi de Hebræis agitur Ægypto egreſſis, ad quos & hoc *Philonis* pertinet de vita Moſis: *οἱ δ' ἐλαυνόμενοι καὶ διωκόμενοι, τῆς αὐτῶν εὐγενείας εἰς ἔννοιαν ἐλθόντες, τόλμημα τολμῶσιν ὁποῖον εἰκὸς ἦν τοὺς ἐλευθέρους καὶ μὴ ἀμνήμονας ὧν ἐπεβουλεύθησαν ἀδίκως. πολλὴν γὰρ λείαν ἐκφορήσαντες, τὴν μὲν αὐτοὶ διεκόμιζον ἐπηχθισμένοι, τὴν δὲ τοῖς ὑποζυγίοις ἐπέθεσαν, οὐ διὰ φιλοχρηματίαν, ἢ ὡς ἄν τις κατηγορῶν εἴποι, τὴν τῶν ἀλλοτρίων ἐπιθυμίαν. πόθεν; ἀλλὰ πρῶτον μὲν ὧν παρὰ πάντα τὸν χρόνον ὑπηρέτησαν, ἀναγκαῖον μισθὸν κομιζόμενοι. εἶτα δὲ ὑπὲρ ὧν κατεδουλώθησαν ἐν ἐλάττοσι καὶ οὐχὶ τοῖς ἴσοις ἀντιλυποῦντες·* & quæ ibi ſequuntur plura. *Illi autem cum ejicerentur fugarenturque, nobilitatis ſuæ memores, rem incipiunt dignam viris ingenuis, nec oblitis eorum quæ per injuriam dolumque malum perſtulerant, multa enim ſpolia partim ipſi exportarunt, partim impoſuerunt jumentis, non per avaritiam, aut quod calumniator aliquis dixerit, alieni cupiditatem. Unde enim hoc illis? ſed primum quidem ut miniſterii tam longi temporis mercedem ſibi neceſſariam haberent, deinde pro ſervitute per vim impoſita pœnam non parem ſed multo minorem expetentes.* (Pag. 624.) Eſt ſimilis hiſtoria Malchi viri ſancti deſcripta ab *Hieronymo* in epiſtolis, & Langobardi Leupgis quam nobis dat pronepos ejus *Paulus Warnafredi* libro IV. Adde ſi placet & confeſſionem editam ſub *Lanici Patricii* nomine.

k *Canones nonnulli*] Ex *ſynodo Gangrenſi.* vide quæ ſupra libro II. fine capitis V.

GRONOVII.

24 *Et hæc & alia*] Ut ſupra de percuſſore hoſtis & exploratore ſine perfidia dictum eſt. 3, 4. 18.

(gg) Non videtur *Paulus* cogitaſſe de injuſtitiâ illâ intrinſecâ: alias pro certo ponere debuiſſet, omnia bella *Romanorum* juſta fuiſſe, quum nullum fuerit, in quo Jus Poſtliminii locum non haberet. Sed in *L.* 19. *D. de Capt. & Poſtlim.* verba illa, *ut qui* PER INJURIAM *ab extraneis detinebatur*, ſignificant tantum *per vim*, ſive juſtam, ſive injuſtam, quod ſpectat ipſum Hoſtem: & eo ſenſu ſumitur *per injuriam*, in *L.* 3. §. 2. *D. Ad Leg. Jul. de vi privata*, ut adtendenti patebit. *J. B.*

l *Apud*

lemque in modum accipi poſſunt apoſtolorum ad ſervos monita, niſi quod illa magis videntur obedientiam a ſervis exigere dum ſerviunt, quod naturali æquitati conſentaneum eſt. nam 25 alimenta & operæ ſibi mutuo reſpondent.

VII. Cæterum ab iiſdem, quos indicare cœpi, theologis illud dictum recte arbitror, ſervum domino 26 jus illud externum exſequenti reſiſtere illæſo juſtitiæ officio non poſſe. (hh) Eſt enim inter hoc & ea quæ diximus manifeſta diſcrepantia. Externum jus, quod quidem non ſola agendi impunitate ſed & 27 judiciorum tutela conſtat, inane erit ſi ex adverſo reſiſtendi jus maneat. nam ſi domino vi reſiſtere licet, licebit & magiſtratui dominum tuenti, cum tamen magiſtratus ex jure gentium dominum in illo dominio ejuſque uſu defendere debeat. Eſt ergo hoc jus ſimile ei quod ſummis in quaque civitate poteſtatibus alibi tributum eſt a nobis, ut vi illis reſiſtere licitum piumque non ſit. Ideo & Auguſtinus utrumque conjunxit cum dixit: *ita a plebibus principes & a ſervis domini ferendi ſunt, ut ſub exercitatione tolerantia ſuſtineantur temporalia, & ſperentur æterna.*

VIII. Sed & hoc ſciendum eſt, 28 jus iſtud gentium de captivis nec ſemper receptum fuiſſe, nec apud gentes omnes: quanquam Romani juriſconſulti univerſaliter loquuntur, partem notiorem indigitantes totius nomine. Sic [1] apud Hebræos, qui ſpecialibus inſtitutis ab aliorum populorum communitate ſegregabantur, 29 perfugium erat ſervis, nimirum, ut recte notant interpretes, his qui nulla ſua culpa in eam calamitatem devenerant: quali ex cauſa videri poteſt ortum jus quod in ſolo Francorum 30 ſervis datur * proclamandi in libertatem, quanquam id nec qui-

*Deuteron. XXIII, 15.*

* *Bodin. de rep. lib. 1, c. 5.*

GROTII.

1 *Apud Hebræos*] Vide præceptorum vetantium CLXXX.

GRONOVII.

25 *Alimenta & operæ*] Ut quemadmodum dominus tenetur ad alimenta ſervo danda, ita ſervus ad operas reddendas.

26 *Jus illud externum exequenti*] Grave opus injungenti, verbis aut verberibus aut vinculis caſtiganti.

27 *Judiciorum tutela*] Ut non tantum poſſis omne jus domini uſurpare in ſervum ex captivo, ſed id jus etiam poſſis judiciis defendere & per judicem in eo juveris.

28 *Jus gentium de captivis*] Apud Indos ſervitutem nullam eſſe ſcribit *Strabo* lib. 15, p. 710. Niſi accipiendum eſt de eo, quod dixit n. 6, *ut ſi ad alias quam ad ſuos, aut pace facta ad ſuos refugerint, vindicanti domino reddendi ſint.*

29 *Perfugium erat ſervis*] Videtur accipiendum de transfugis. [De omnibus ſervis, aliarum ſcilicet gentium, quicumque apud *Hebræos* fugiebant. Vide Clariſſimi CLERICI *Comment.* in locum laudatum. Nimirum heic *Deus*, in gratiam *Iſraëlitarum*, jure ſuo ſummo in res aliorum Populorum, utebatur. *J. B.*]

30 *Servis datur proclamandi*] Ut ſervus peregrinus, ſimulatque terram Francorum tetigerit, eodem momento liber fiat.

(hh) Non ſatis heic cohærent principia Auctoris noſtri, ut in Notis noſtris Gallicis aliquando, Deo dante, oſtendemus. *J. B.*

quidem nunc tantum bello captis, ſed & aliis qualibuslibet ſervis videmus dari.

* Bart. in l. 24. D. de capt. Covar. in c. peccatum. p. 11, §. 11. n. 6. Vict. de jure belli n. 42. Boër. decis. 178. Silv. in verbo bellum 1. n. 1.

† Lib. IV.

a Plat. v. de rep. pag. 46..C.

b Bart. in l. 12. D. de neg. geſtis. Boër. decis. 178. Conſt. reg. Hiſp. l. VIII, tit. 26. par. 2.

IX. 1. m Sed & Chriſtianis in univerſum placuit * bello inter ipſos orto captos ſervos non fieri, ita ut vendi poſſint, ad operas urgeri, & alia pati quæ ſervorum ſunt: merito ſane: quia 31 ab omnis caritatis commendatore rectius inſtituti erant, aut eſſe debebant quam ut a miſeris hominibus interficiendis abduci nequirent, niſi minoris ſævitiæ conceſſione. Atque hoc a majoribus ad poſteros pridem tranſiiſſe inter eos, qui eandem religionem profiterentur, ſcripſit n 32 Gregoras †, nec eorum fuiſſe proprium qui ſub Romano imperio viverent, ſed commune cum 33 Theſſalis, Illyriis, Triballis, & Bulgaris. Atque ita hoc ſaltem, quanquam exiguum eſt, perfecit reverentia Chriſtianæ legis, quod cum 34 Græcis inter ſe ſervandum olim diceret a Socrates, nihil impetraverat.

2. Quod autem hac in parte Chriſtiani, idem & o Mahumetiſtæ inter ſe ſervant. b Manſit tamen etiam inter Chriſtianos mos captos cuſtodiendi donec perſolutum ſit pretium, cujus æſtimatio in arbitrio eſt victoris: niſi certi aliquid convenerit. c Jus autem hoc captos ſervandi ſolet concedi ſingulis qui ceperunt, extra perſonas eximiæ dignitatis: in has enim reipublicæ aut ejus capiti jus dant plerarumque gentium mores.

### GROTII.

m *Sed & Chriſtianis*] Sed & Eſſenis, a quibus ortum primi Chriſtiani duxere. Vide *Joſephum* (Ant. Jud. XVIII. 2. pag. 6·8. B.)

n *Gregoras*] Lib. IV. ubi hæc verba: νόμος γὰρ ἐστὶν οὗτος ἄνωθεν ἐκ διαδοχῆς ἀεὶ κατιὼν εἰς τοὺς ἀπογόνους ἀκήρατος, οὐ μόνον Ῥωμαίοις καὶ Θετταλοῖς, ἀλλὰ καὶ Ἰλλυρίοις καὶ Τριβαλλοῖς καὶ Βουλγάροις, διὰ τὴν τῆς πίστεως ταυτότητα, τὰ μὲν πράγματα μόνα σκυλεύειν, τὰ δὲ σώματα μὴ ἀνδραποδίζεσθαι, μηδὲ φονεύειν ἔξω τῆς πολεμικῆς παρατάξεως μηδένα· *mos hic eſt ab antiquo deductus ad poſteros, nec corruptus unquam, non Græco-Romanis modo & Theſſalis, ſed Illyriis quoque, Triballis & Bulgaris, propter fidei conſortium, ut res quidem in prædam vertere liceat, homines autem nec captivos facere nec interficere extra prælii tempus.* *Adamus Bremenſis* de ſancto Anſgario: *inde Hammaburg reverſus de venditione Chriſtianorum Nordalbianos correxit.* Meminit hujus moris & *Boërius* deciſione CLXXVIII, additque ſervari in Francia, Anglia, Hiſpania, ut ſi captus ſit dux, comes, baro, is non militum ſit, ſed principis bellum gerentis.

o *Mahumetiſtæ inter ſe ſervant*] *Chalcocondylas* lib. III. *Leunclavius* libro III. & libro XVII. *Busbequius* epiſtola exoticarum tertia.

### GRONOVII.

31 *Ab omnis caritatis*] Chriſto. In illis ceſſabat ratio, quæ prima hoc jus gentium introduxit, nempe ut quos poterant occidere, illis mallent parcere ſuæ utilitatis cauſa.

32 *Gregoras*] Circa ann. Chr. 1260. Michaële Palæologo Imper. Conſtantinopolitano.

33 *Theſſalis, Illyriis, Triballis*] Qui tum temporis ab imperio Rom. defecerant & ſuo jure utebantur. Inter quos Bulgari erant novi populi, Scytharum coloni, qui expulſis Romanorum ſubjectis in Mœſia inferiore ſedes collocaverant.

34 *Græcis inter ſe*] Ne qui Græcorum a Græcis in bellis ipſorum inter ſe caperentur, vincentium ſervi fierent, non erat auditus.

CAPUT

Digitized by Google

# CAPUT VIII.

## De imperio in victos.

I. *Acquiri bello & imperium civile, tum ut eſt in rege, tum ut eſt in populo, & ejus acquiſitionis effecta.*

II. *Acquiri & imperium herile in populum qui tum civitas eſſe deſinit:*

III. *Interdum hæc miſceri.*

IV. *Acquiri & res populi etiam incorporales, ubi tractatur quæſtio de chirographo Theſſalorum.*

I. 1. QUi ſibi ſingulos ſubjicere poteſt ſervitute perſonali, nihil mirum eſt ſi & 1 univerſos, ſive illi civitas fuerunt, ſive civitatis pars, ſubjicere ſibi poteſt ſubjectione ſive 2 mere civili, ſive 3 mere herili, ſive 4 mixta. Hoc argumento quidam utitur in controverſia * de Olynthio apud Senecam: *ſervus eſt meus quem ego emi belli jure* (aa). *vobis, Athenienſes, expedit. alioquin imperium veſtrum in antiquos fines redigitur quicquid eſt bello partum.* Itaque imperia armis quæri, victoriis propagari dixit † Tertullianus. Quintilianus *a* jure belli regna, populos, fines gentium atque urbium contineri. Alexander apud Curtium *b* leges a victoribus dici, accipi a victis. Minio in oratione ad Romanos: *c cur Syracuſas atque in alias Siciliæ Græcas urbes prætorem quotannis cum imperio & virgis & ſecuribus mittitis? nihil aliud profecto dicatis, quam armis ſuperatis vos iis has leges impoſuiſſe.* Arioviſtus apud Cæſarem *d jus eſſe belli* ait, *ut qui viciſſent iis, quos viciſſent, quemadmodum vellent, imperarent:* item, *populum Romanum victis, non ad alterius præſcriptum, sed ad ſuum arbitrium imperare conſueſſe.*

* Contr. 34. pag. 390. Edit. Gron. major.

† Apolog. c. 25.

a Inſt. Orat. V. 10.

b Lib. IV. c. 5.

c Livius l. XXXV. c. 16.

d De bello Gallico l. I. c. 36.

2. Nar-

GRONOVII.

1 UNiverſos] Magnum numerum hominum, ſive illi abſolvant corpus civitatis, ſive membrum faciant illius corporis, veluti reipublicæ regnive urbs una vel plures.

2 *Mere civili*] Ut eos adjungat ad participandos civiles honores, ut reges & primi conſules Romani, qui hoc maxime auxerunt urbem, quod victos populos migrare Romam coëgerunt, & eis jus civitatis dederunt.

3 *Mere herili*] Ut omni erepta libertate, tantum pro ſubjectis aut tributariis habeat.

4 *Mixta*] Ut parte vel ſpecie libertatis relicta aliam conditionem ſtipendiariorum vel provinciæ eis imponat.

(aa) Locum iſtum, in Editt. & MSS. corruptum, ita reſtituit Vir Eruditiſſimus JOANNES SCHULTINGIUS: *Belli jure. Id tueri vobis, A. exp. alioquin* —— *redigitur: quidquid eſt bello partum perdetis. Contra ait: Ille* &c. Mihi in prioribus verbis, *quem ego emi belli jure*, deeſſe videtur *captum*, aut quid ſimile. Neque enim Pictor ſervum à belli jure emerat, ſed venditum ab eo, cujus erat jure belli. *J. B.*

a Ut

a Lib. 1. c. 1. 2. Narrat Juſtinus ex Trogo *a*, qui ante Ninum bella geſſerant, *non imperium ſibi ſed gloriam quæſiſſe, & contentos victoria abſtinuiſſe imperio*: Ninum primum fuiſſe qui fines imperii proferret, alioſque populos bello ſubigeret: & ex eo id abiiſſe in morem. Bocchus apud *b* Salluſtium: *ob regnum tutandum arma ſe cepiſſe: nam Numidiæ partem, unde Jugurtham expulerit, jure belli ſuam factam.*

b De bello Jug. c. 110.

3. Poteſt autem imperium victoria acquiri, vel tantum a 5 ut eſt in rege aut alio imperante, & tunc in ejus duntaxat jus ſuccceditur, non ultra; vel etiam b 6 ut in populo eſt: quo caſu victor imperium habet, ita ut & alienare poſſit, ſicut populus poterat. Et ſic factum ut regna quædam in patrimonio eſſent, diximus alibi.

Lib. 1, cap. III. §. 11.

II. 1. Poteſt & amplius fieri, nempe ut, 7 quæ civitas fuit, civitas eſſe deſinat, ſive ita ut acceſſio fiat alterius civitatis, ut Ro-

GROTII.

a *Ut eſt in rege*] Alexander poſt pugnam ad Gaugamela rex Aſiæ ſalutatus [*Plutarch.* Vit. Alex. pag. 685. B.] Romani quæ Syphacis fuerant ſua dixere πολέμου νόμῳ, *lege belli. Appianus* excerptis legationum x, n. 28. Legati Gotthorum apud *Agathiam* 1. de Theuderico: Ὀδοάκρον καθελὼν τὸν ἐπηλύτην τὸν Τύρκινον (lege Σκύῤῥινον) ταἰκείνου ἅπαντα κατέσχε τῷ πολέμου θεσμῷ· *cum Odoacrum devicisset advenam Scyrum, ejus quæ fuerant belli jure tenuit.* At Hunnis dicentibus ſuos eſſe Gepidas, quod eorum regem cepiſſent, negarunt id Romani, quia Gepidæ habebant principem magis quam regem, nec in ipſius patrimonio erant. Meminit *Menander Protector.*

b *Ut in populo eſt*] Perſæ apud eundem *Menandrum* de Daras urbis territorio; ἐπεὶ ἡ πόλις (Δάρας) αὐτοῖς τῷ θεσμῷ τοῦ πολέμου ὑπεκλίθη, οὐκ ἀπὸ τρόπου καὶ τὰ ὅσα γε ὑπὸ τὴν πόλιν, ἁρμόζειν αὐτοῖς· *cum urbs ipſa belli jure ſubjugata a ſe eſſet, rationis eſſe ut & quæ ſub urbe fuerant ad ſe pertineant.* Vandalis devictis volebat Beliſarius etiam in Sicilia Lilybæum Romano imperio cedere, ut quod Vandalis dediſſent Gotthi. Sed ii dediſſe ſe negabant. *Procopius* Vandalicorum II. Henricus Friderici Barbaroſſæ filius capta Sicilia Epidamnum, Theſſalonicam, aliaque a Siculis poſſeſſa ſibi vindicabat. *Nicetas* lib. 1. de Alexio Iſaaci fratre. Bajanus Avarorum Chaganus ad Imperatorem de Sirmio: προσήκειν αὐτῷ Γηπαίδων πρότερον κτῆμα γενομένην, αὐτῶν δὲ ὑπὸ Ἀβάρων πολεμηθέντων. *ad ſe eam urbem pertinere, ut quæ Gepidarum fuiſſet, qui Gepidæ victi eſſent ab Avaris.* Petrus Juſtiniani legatus in oratione ad Choſroëm: ὁ γὰρ δεσπόσας τοῦ ἡγεμονικοῦ πῶς οὐχ ἕξει τὸ ὑποβεβηκός; οὔτε γὰρ Λάζοι, οὔτε μὴν αὐτοὶ Σουανοὶ πρὸς ἀμφισβήτησιν εἴποιεν, ὡς οὐχ ὑπήκοοι ἡ Σουανία Λάζων ἀνέκαθεν ἦν· *nam qui dominus eſt principalis, quomodo non erit & acceſſorii? neque enim aut Lazi aut Suani unquam controverſiam hanc movebant, non fuiſſe ab antiquo Lazorum Suaniam.* Utrumque eſt ex *Menandro Protectore.* Adde quæ hoc capite. §. IV.

GRONOVII.

5 *Ut eſt in rege*] Ut commiſſum & creditum, ut acquirat non ſibi, ſed populo vel regno cui præeſt.

6 *Ut in populo eſt*] Ut proprium, ſive ipſe jus omne in priorem quoque populum ſuum habeat, ſive quodcumque in priori jus habeat, omne conſequatur in victo, & caput ſit duorum ſeparatorum civilium corporum.

7 *Quæ civitas*] Reſpublica ſui juris.

e Ubi

Digitized by Google

Romanæ provinciæ, ſive ut nulli civitati adhæreat, ut ſi rex ſuo ſumtu bellum gerens populum ſibi ita ſubjiciat, ut eum regi velit 8 non ad populi ſed ad regentis præcipue utilitatem, quod herilis eſt imperii, non civilis. Ariſtoteles lib. VII. * de republica: *ἔστι δὲ ἀρχὴ ἡ μὲν τοῦ ἄρχοντος χάριν, ἡ δὲ τοῦ ἀρχομένου. τούτων δὲ τὴν μὲν δεσποτικὴν εἶναί φαμεν, τὴν δὲ τῶν ἐλευθέρων. imperium aliud eſt ob utilitatem regentis, aliud ob utilitatem ejus qui regitur: hoc inter liberos locum habet, illud inter dominos & ſervos.* Qui ergo tali tenetur imperio populus, in poſterum non civitas erit, ſed 9 magna familia. bene enim dictum ab Anaxandrida: † * Cap. 14.

*Οὐκ ἔστι δούλων, ὦ, γαθ', οὐδαμοῦ πόλις,*
*Vir bone, ſervorum nulla eſt uſquam civitas.*

† In Anchis. Excerpt. Grot. è vett. Comic. & Trag. pag. 639.

2. Et Tacitus *a* hæc inter ſe ſic opponit: *non dominationem & ſervos, ſed rectorem & cives cogitaret.* De Ageſilao *b* Xenophon: *ὁπόσας δὲ πόλεις προσαγάγοιτο, ἀφαιρῶν αὐτῶν ὅσα δοῦλοι δεσπόταις ὑπηρετοῦσι, προσέταττεν ὅσα ἐλεύθεροι ἄρχουσι πείθονται· quaſcunque civitates in ſuam redigebat poteſtatem, has immunes habens ab his quæ ſervi dominis præſtant, ea tantum imperabat in quæ liberi homines rectoribus parent.*

a Ann. XII. c. 11. b Cap. 1. §. 22.

III. Atque hinc intelligi poteſt quale ſit mixtum illud imperium quod dixi ex civili & herili, nempe ubi ſervitus miſcetur cum aliqua 10 perſonali libertate. Sic populis legimus arma ademta, imperatum (bb) ne ferri quid haberent extra quam ad agriculturam; alios coactos ſermonem & 11 vitæ genus mutare.

IV. 1. Sicut autem res, quæ ſingulorum fuerant, jure belli iis acquiruntur qui eos ſibi ſubjiciunt, ſic & res univerſitatis eorum fiunt qui ſibi ſubjiciunt univerſitatem ſi ipſi velint. Nam quod de deditis dixit *b* Livius, c *ubi omnia ei qui armis plus poteſt dedita ſunt, quæ* b Lib. XXXIV. c. 57.

GROTII.

c *Ubi omnia ei qui armis plus poteſt dedita ſunt*] Vide ſupra libro I, c. III. §. 8. & lib. II, c. V. §. 31. & hoc libro cap. V. §. 2. & infra c. XX. §. 49. & adde *Polybii* hæc excerpto legationum 141. *οἱ διδόντες αὑτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων ἐπιτροπὴν, διδόασι πρῶτον μὲν χώραν τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς καὶ πόλεις τὰς ἐν ταύτῃ. σὺν δὲ τούτοις ἄνδρας καὶ γυναῖκας τοὺς ὑπάρχοντας ἐν τῇ χώρᾳ καὶ ταῖς πόλεσιν, ἅπαντας ὁμοίως ποταμοὺς, λιμένας, ἱερὰ, τάφους συλλήβδην, ὥστε πάντων εἶναι κυρίους Ῥωμαίους, αὐτοὺς δὲ τοὺς διδόντας ἁπλῶς μηκέτι μηδενός· qui ſe dedunt in Romanorum poteſtatem, ii dant primum regionem quæ ipſorum fuit, & quæ in ea regione ſunt urbes: viros præterea omnes ac feminas qui aut in regione aut in urbibus ſunt. Inſuper flumina omnia, portus, ſacra, religioſa univerſim omnia, ita ut omnium domini ſint Romani, ipſi autem qui ſe dediderunt plane rei nullius.* Vide quæ modo dicta cap. VII. §. 4. Juſtinus lib. XXXVI. de Judæis loquens: *poſtea cum ipſis Perſis in ditionem Alexandri Magni venere.* (Cap. 3.)

GRONOVII.

8 *Non ad populi*] Cujus ipſe rex eſt, & a quo velut fiduciarium regnum habet.

9 *Magna familia*] Numerus ingens ſervientium.

10 *Perſonali libertate*] In quo corpora relinquuntur libera, quamvis operæ ſerviles & tributa præſtentur.

11 *Vitæ genus*] Ut Lydi. *Juſtin.* 1, 7.

(bb) Hoc nominatim comprehenſum erat in Fœdere, quod, expulſis Regibus, Populo Rom. dedit *Porſenna*, teſte PLINIO, *Hiſt. Nat.* Lib. XXXIV. Cap. 14. *J. B.*

d *Non*

Digitized by Google

*qua ex iis habere victor, quibus mulctari eos velit, ipſius jus atque arbitrium eſt:* idem in bello ſolenni victis locum habet. Nam deditio ſponte permittit, quod alioqui vis eſſet ereptura. Scaptius apud * Livium: *agrum de quo ambigitur finium Coriolanorum fuiſſe, captiſque Coriolis jure belli publicum populi Romani factum.* Annibal in oratione ad milites apud † eundem: *quicquid Romani tot triumphis partum congeſtumque poſſident, id omne noſtrum cum ipſis dominis futurum eſt.* Antiochus *a* apud eumdem: *quo victo cum omnia quæ illius fuiſſent jure belli Seleuci facta ſint, exiſtimare ſuæ ditionis eſſe* Ita Pompejus *b*, quæ Mithridates bello capta imperio ſuo adjecerat, populi Romani fecit.

* Lib. III. c. 71.
† Lib. XXI. c. 43.
a Lib. XXXIII. c. 40.
b Strabo l. XII. pag. 541.

2 Ergo & incorporalia jura, quæ univerſitatis fuerant, fient victoris quatenus velit. Sic Alba victa, quæ Albanorum jura fuerant *c* ſibi vindicarunt Romani. (cc) Unde ſequitur omnino liberatos Theſſalos obligatione centum talentorum, quam ſummam cum ipſi Thebanis deberent, Alexander Magnus Thebarum dominus factus jure victoriæ ipſis donaverat: neque verum quod pro Thebanis apud *d* Quintilianum adfertur, id demum victoris eſſe quod ipſe teneat: jus quod ſit incorporale apprehendi manu non poſſe: aliam conditionem eſſe heredis, aliam victoris, quia ad illum jus, ad hunc res tranſeat. Nam qui dominus eſt perſonarum, idem & rerum eſt, & juris omnis quod perſonis competit. Qui poſſidetur *e* non poſſidet ſibi, nec in poteſtate habet *f* qui non eſt ſuæ poteſtatis.

c Dionyſ. Halic. Ant. Rom. III. 31.
d Inſt. Orat. V. 10.
e L. 118. D. de reg. jur.
f L. 21. D. ad l. Jul. de adult.

3. Imo etiam ſi quis populo victo jus civitatis relinquat, poteſt quædam quæ civitatis fuerant ſibi ſumere. In ipſius enim arbitrio eſt 12 quem velit eſſe ſui beneficii modum. Imitatus fuit factum Alexandri Cæſar, *g* donato Dyrrhachinis ære alieno, quod neſcio cui adverſarum partium debuerant. Sed hic objici poterat bellum Cæſaris d 13 non ex eo eſſe genere, de quo jus hoc gentium conſtitutum eſt.

g Cic. epiſt. ad Brutum 6.

GROTII.

d *Non ex eo eſſe genere, de quo jus hoc gentium conſtitutum eſt*] Antoninus Tyrios juſſit reddere quæ Judæorum tenebant a ſenatu non conceſſa & ante Caſſii bellum poſſeſſa. Memorat *Joſephus* (Ant. Jud. XIV. 22. pag. 492.) Vide & *Bizarum* Genuenſis hiſtoriæ libro X.

GRONOVII.

12 *Quem velit eſſe*] Quo uſque velit indulgentiam ſuam patere.

13 *Non ex eo*] Non juſtum ſive ſolenne, quia civile fuerat.

(cc) Vide §. 9. Capitis ſequentis; & confer PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gentium*, Lib. VIII. c. 6. §. 20. *J. B.*

C A-

Digitized by Google

# CAPUT IX.

## De Poſtliminio.

I. *Origo vocis* poſtliminii.
II. *Quibus in locis poſtliminium ſit.*
III. *Poſtliminio quædam reverti, quædam recipi.*
IV. *Jus poſtliminii eſſe in pace & in bello & quid ſi nihil in pace dictum ſit?*
V. *Liber homo, bello manente, quando poſtliminio redeat:*
VI. *Quæ jura recipiat, quæ non recipiat.*
VII *Jura & in ipſum reſtitui.*
VIII. *Cur qui ſe dedant jus poſtliminii non habeant.*
IX. *Populus quando poſtliminii jus habeat.*
X. *Quæ in his qui poſtliminio redeunt ſint juris civilis.*
XI. *Servi poſtliminio quomodo recipiantur, etiam transfugæ: quomodo qui redemti ſunt.*
XII. *An ſubditi poſtliminio recipiantur.*
XIII. *Agros poſtliminio recipi.*
XIV. *Circa res mobiles quod diſcrimen olim obſervatum.*
XV *Quid circa res mobiles hodie juris?*
XVI. *Quæ res recipiantur, ita ut poſtliminio non egeant.*
XVII *Mutationes ex lege civili, quoad ſubditos ſuos.*
XVIII. *Poſtliminium quomodo obſervatum inter eos, qui hoſtes erant:*
XIX. *Quando id hodieque locum habere poſſit.*

I. 1. SIcut de his quæ ex hoſtibus capiuntur, ita & de poſtliminii jure nihil ferme ſani prodiderunt hi qui retroactis ſæculis juris cognitionem profeſſi ſunt. Accuratius hæc res a veteribus Romanis tractata eſt, ſed ſæpe confuſe nimis, ita ut quæ juris gentium, quæque civilis Romani eſſe vellent, lector nequiret diſtinguere.

2. De voce *poſtliminii* rejicienda Servii ſententia, * qui partem ejus poſteriorem productionem putat eſſe verbi ſine ſignificatu: ſequendus Scævola, qui junctum docebat eſſe verbum a ᵃ *poſt*, quod reditum notat, & *limine*. Nam ¹ *limen* & *limes* exitu & flexionis modo differunt, cum alioqui origine (veniunt enim

* *Cicer. Topic.* c. 8. *& ibidem Boëthius.*

b ab

**GROTII.**

a Poſt, *quod reditum notat*] Unde *Poſtvorta Dea.* [quæ præerat partui mulierum. Vide Aul. Gell. *Noct. Attic* Lib. xvi. Cap. 17. *J. B.*]

**GRONOVII.**

1 *Limen & limes*] Rejicit *Salmaſius* obſerv. ad Jus Att. & Rom. cap. 26. p. 568.

b *Ab*

b ab antiquâ voce 2 *limo*, quæ *tranſverſum* ſignificat) & primitiva notione idem ſint, ſicut materia & materies, pavus & pavo, c contagio & contages, cucumis & cucumer, quanquam uſu ſeriore factum eſt ut *umen* magis ad privata, *limes* ad publica referretur: Sic veteres eliminare dicebant e finibus ejicere, & exilium d nominabant eliminium.

* *L. 5. §. 1. D. de capt.*
† *L. 19. §. 3. ib.*

II. 1. Eſt ergo poſtliminium jus quod naſcitur e ex reditu 3 in limen, id eſt, fines publicos. Sic Pomponius * reverſum poſtliminio ait qui intra præſidia noſtra eſſe cœpit: Paulus † cum in fines noſtros intraverit. Sed ex paritate rationis conſenſus gentium rem eo perduxit, ut poſtliminium locum haberet, etiam ſi quis homo, aut res ejus generis 4 in quo poſtliminium eſſe placuerat, perveniſſet ad amicos noſtros, ut loquitur dicto loco Pomponius, aut, ut Paulus exempli cauſa explicat, ad regem ſocium vel amicum. Quibus in locis f amici aut ſocii intelligendi ſunt non ſimpliciter 5 quibuſcum pax eſt, ſed 6 qui partes in bello eaſdem ſequuntur: ad quos qui venerunt, ut Paulus loquitur, nomine publico tuti eſſe incipiunt. Nihil enim intereſt, 7 homo aut res, ad hos, aut ad ſuos pervenerit.

2. Apud eos vero qui amici ſunt, ſed non earundem partium, bel-

GROTII.

b *Ab antiqua voce* limo] *Servius* ad XII. Æneidos, & *Donatus* ad illud Eunuchi *limis oculis*. Feſtus: *Limus obliquus, id eſt, tranſverſus, unde & limina*. *Iſidorus* libro XV, c. 14. *limites appellati antiquo verbo tranſverſi. nam tranſverſa omnia antiqui lima dicebant, a quo & limina oſtiorum, per quæ foris & intus itur: & limites, quod per eos foras in agros eatur.* In Gloſſario *limes* πλαγία ὁδός.

c *Contagio & contages*] *Compages* & *compago*, quod ipſum olim fuit *compagen*, ut docet genitivus, & verbum inde deductum, ſicut & *ſanguis* fuit *ſanguen*.

d *Nominabant eliminium*] Et *colliminium* in *Solino* (Cap. 15. vel 25.) eſt quod vulgo *collimitium*.

e *Ex reditu in limen*] Hinc ſumta tranſlatione *poſtliminium eccleſiaſticæ pacis* dixit *Tertullianus* de pudicitia. (Cap. 15.)

f *Amici aut ſocii intelligendi ſunt non ſimpliciter quibuſcum pax eſt*] Ita ſenſiſſe Maroci & Feſæ regem apparet ex *Thuani* libro CXXX, *in anno* CIↃ IↃC III.

GRONOVII.

2 *Limo*] *Terentius* Eunuch. 3. 8. *ego limis aſpectu ſic per flabellum clanculum.*

3 *In limen, id eſt, in fines publicos*] Domum. Domus autem non modo dicitur de lare familiari, ſed etiam de patria vel civitate. Sic rediit in limen ſeu domum, qui eſt intra patrios fines.

4 *In quo poſtliminium*] Ut ſimulatque rediiſſet intra fines, rurſus inciperet eſſe veteris juris, quaſi ſtatum aut dominum non mutaſſet, & ſive homo liber erat, ſuus ſuique juris, ſive ſervus aut res animalve prioris domini foret.

5 *Quibuſcum pax eſt*] Nam inter hos valet jus eorum, quibus militans quis rem cepit. 3, 6. 25.

6 *Qui partes in bello*] Qui eandem cauſam fovent, adverſæ adverſantes.

7 *Homo aut res, ad hos aut*] Voluit *homo an res, ad hos an ad ſuos.*

g Qui

Digitized by Google

bello capti 8 ſtatum non mutant niſi ex ſpeciali pacto. quomodo in ſecundo fœdere * icto inter Romanos & Carthaginienſes convenerat, ut qui a Carthaginienſibus capti e populis amicis Romanorum in portus Romanis ſubditos veniſſent, in libertatem vindicari poſſent: utque Carthaginienſium amicis par jus eſſet. Ideo g qui Romanorum bello Punico † ſecundo capti in Græciam commercio pervenerant, jus ibi poſtliminii non habuerunt, quia Græci in eo bello neutras ſecuti fuerant partes: ac propterea opus fuit eos redimi ut liberarentur. Quin & apud Homerum non uno in loco videmus bello captos in locis pacatis venditos, ut Lycaonem iliados *a* Φ. Eurymeduſam *b* odyſſeæ H.

* *Polyb.* III. c. 24.

† *Plut. Flaminio*, p. 376, 377.

a *Vers.* 35. *& ſeq.*

b *Vers.* 8. *& ſeq.*

III. Vetus Romanorum locutio receptos poſtliminio etiam 9 homines liberos dicebat. *c* *Poſtliminio receptum* (ita enim legendum eſt) *Gallus Ælius in libro primo* 10 *ſignificationum quæ ad jus pertinent, ait eſſe eum, qui liber e qua civitate in aliam civitatem abierat, in eandem civitatem redit eo jure quod conſtitutum eſt de poſtliminiis. Item qui ſervus a nobis in hoſtium poteſtatem pervenit, poſtea ad nos redit in ejus poteſtatem cujus antea fuit, jure poſtliminii. Equi & muli & navis eadem ratio eſt in poſtliminii receptu* (ita tria hæc verba, quæ delenda cenſet vir incomparabilis in Romani juris ſtudio 11 Jacobus Cujacius, levi mutatione retineri poſſe arbitror) *quæ ſervi: quæ genera rerum ab hoſtibus ad nos poſtliminio redeunt, eadem genera rerum a nobis ad hoſtes redire poſſunt.* Sed poſteriores Romani *d* juriſconſulti diſcrete magis duas ſtatuerunt ſpecies poſtliminii, ut aut nos revertamur, aut aliquid recipiamus.

c *Feſt. Pomp.* voce *Poſtlimin.*

d *L.* 14. *D. de capt. & poſtl. rev.*

IV. 1. Retinendum & illud *e* Tryphonini, qui poſtliminii jus competere ait 12 in bello aut 13 in pace: ſenſu paulo alio quam quo idem dixerat Pomponius. In pace poſtliminium, niſi aliter convenerit, eſt *h* his qui non virtute bellica ſuperati, ſed 14 fa-

e *L.* 12. *D. eodem tit. d. l. poſtliminii.*

GROTII.

g *Qui Romanorum bello Punico ſecundo capti in Græciam commercio pervenerant, jus ibi poſtliminii non habuerunt*] *Valerius Maximus* lib. V, cap. II. n. 6. *Diodorus Siculus* excerpto legationum n. 3. Sic & Rhodii quos Athenienſium cives bello Philippi emerant, liberaliter Athenienſibus reddidere. *Polybius* excerpto legationum n. 3.

h *His qui non virtute bellica ſuperati, ſed fato ſuo deprehenſi ſunt*] Vide exemplum apud *Parutam* belli Cyprii lib. I.

GRONOVII.

8 *Statum non mutant*] Manent in jure poſſeſſoris, neque redeunt ad priorem dominum, aut in libertatem civilem.

9 *Homines liberos*] Si quis ex civitate Romana in aliam abiiſſet, ut in hac civis eſſet, poſtea eodem animo Romam rediiſſet.

10 *Significationum*] Verborum, quatenus in jure aliquid ſignificant.

11 *Jacobus Cujacius*] *Fulvium Urſinum*, non *Cujacium*, id cenſuiſſe ait *Salmaſius* p. 580. [Omnino cenſet CUJACIUS, obliteranda verba illa, quaſi ſupervacua, *Obſervat.* Lib. XI. Cap. 23. *J. B.*]

12 *In bello*] Durante adhuc bello.

13 *In pace*] Quandocumque poſt bellum finitum.

14 fato ſuo (aa) deprehenſi ſunt, ut qui cum bellum ſubito exarſit apud hoſtes reperiuntur. 15 Aliis autem captivis in pace poſtliminium non eſt, i niſi (bb) id pactis erat comprehenſum, ut optime eum Tryphonini locum emendat * doctiſſimus Petrus Faber, non improbante Cujacio: nam hoc & ſubjecta ratio & oppoſitum membrum aperte evincunt. *Pacem fecerat captivis dimiſſis, ita enim convenerat*, inquit † Zonaras. Et a Pomponius: *ſi captivus, de quo in pace cautum fuerat ut rediret, ſua voluntate apud hoſtes manſit, non eſt ei poſtea poſtliminium.* Paulus: b *ſi in bello captus* 16 *pace facta domum refugit, poſtliminio redit ad eum a quo priore bello captus erat: ſi modo non convenerit in pace, ut captivi redderentur.*

* Sem. l. 1, c. 7.
† Tom. III.
a L. 20. D. de capt.
b L. 28. d. tit.

2. Cauſam cur de his qui bellica virtute capti ſunt id placuerit ex Servio hanc affert Tryphoninus, *quia ſpem revertendi civibus in virtute bellica magis quam in pace Romani eſſe voluerunt*, nimirum ut Livius c loquitur ab antiquo 17 minime indulgens in captivos ci-

c Lib. XXII. Cap. 59.

GROTII.

i *Niſi id pactis erat comprehenſum*] Vide *Joſephum* antiquæ hiſtoriæ XIII, 2. *Polybius* pacta ponit comprehendentia ut captivi redderentur in pace Philippi, Ætolorum, cum exceptione tamen, & Antiochi. excerptis de legationibus 9, 28. 35. Eadem exempla habet *Livius*, & præterea pacis cum Nabide. Similia aliquot ſuppeditat *Zoſimus*. Ut ecce Probi pax cum Vandalis & Burgundis ſic inita: ἐφ' ᾧτε καὶ τὴν λείαν καὶ τὺς αἰχμαλώτυς, ὃς ἔτυχον ἔχοντες, ἀποδῶναι. *ut & prædam omnem & quoſcumque habebant captivos redderent.* Lib. I. (c. 69.) ſimilem pacem narrat Juliani cum Germanis, (Lib. III. c. 4.) item cum Quadis qui in Germania, libro III. [Cap. 7. Sed ibi nihil tale.] Ammianus Marcellinus libro XVII. de rege Alemanorum Suomario: *pacem genibus curvatis orabat. & eam cum conceſſione præteritorum ſub hac meruit lege, ut captivos redderet noſtros.* (Cap. 10. p. 188.) Mox de Sarmatis: *juſſi obtinere ſedes impavidi noſtros reddidere captivos.* (Cap. 12.) de alia rurſum Sarmatarum parte idem dicit. Apud *Zonaram* multa talia: inter cætera in rebus Michaëlis qui filius Theophili, de Bulgaro loquens: τὺς αἰχμαλώτυς ἐλευθερῶσαι συνέθετο. *promiſit captivis ſe daturum libertatem.* *Nicetas* libro II, captivis omnibus libertatem ait datam, exceptis Corinthiis & Thebanis viris ac mulieribus. Interdum convenit ut reddantur captivi qui a republica poſſidentur, ut apud *Thucydidem* V. (cap. 18.)

GRONOVII.

14 *Fato ſuo deprehenſi*] Forte fortuna in hoſtico fuerunt, cum bellum oriretur & odio ſuæ gentis correpti & in ſervitutem redacti ſunt.

15 *Aliis captivis*] Qui armis inferiores in poteſtatem venerunt, poſtquam bellum ceſſavit, niſi pacis in conditionibus placuit, ut qui capti eſſent, liberi dimitterentur.

16 *Pace facta domum refugit*] *Deinde renovato bello capitur.* Quod omittendum non eſt, ut intelligatur non eſſe tum capientis, ſed ejus qui prius cepit. Caſus enim belli cum eodem populo iterum contracti fingitur.

17 *Minime indulgens in captivos*] Ideo duriorem conditionem fecerunt in armis captorum quam deprehenſorum, ut his ſemper poſtliminium pateret, illis non niſi flagrante bello.

(aa) Vide ſupra, *Cap.* 6. hujus Libri, §. 12. num. 1. *J. B.*

(bb) Hanc emendationem, *id*, pro *nihil*, neceſſariam non eſſe, oſtendit Ampliſſ. BYNCKERSHOEK, *Obſ.* Lib. I. Cap. 20. *J. B.*

k Ut

civitas. Sed hæc ratio Romanorum propria non potuit conſtituere jus gentium: potuit tamen inter cauſas eſſe, cur Romani illud jus ab aliis gentibus introductum & ipſi amplecterentur. Verior hæc eſt ratio, quod reges aut populi qui bellum ſuſcipiunt, credi volunt juſtas ſibi fuiſſe cauſas cur id facerent: contra autem, injuriam facere eos qui adverſum ſe arma ferrent: quod cum utraque pars credi vellet, nec tutum eſſet pacem ſervare cupientibus huic ſe controverſiæ interponere, nihil melius facere potuerunt populi pacati, quam k ut id quod eveniſſet pro jure acciperent: 18 atque ita captos in actu repugnandi haberent quaſi ex juſta cauſa captos.

3. At de his qui bello exorto deprehenſi erant dici idem non poterat. (cc) nam in illis nullum injuriæ conſilium fingi poterat. Tamen ad minuendas hoſtium vires retineri eos manente bello non iniquum videbatur: bello autem compoſito nihil obtendi poterat quominus dimitterentur. Itaque conſenſum in hoc eſt, ut tales 19 in pace ſemper libertatem obtinerent, 20 ut confeſſione partium innocentes: in cæteros vero ut quiſque uſurparet quod vellet credi jus eſſe, niſi 21 quatenus pacta certi aliquid præſcriberent. Atque 22 eandem ob cauſam l nec ſervi, nec res bello captæ pace redduntur, niſi pactis expreſſum id ſit: quia victor credi vult jus ſibi fuiſſe iſta quærendi: cui contradicere, id vero fuerat bella ex bellis ſerere: ex quibus apparet ingenioſe non ex vero allatum illud apud Quintilianum * pro Thebanis: ideo capti- * *Inſt. Orat.* vii.

GROTII.

k *Ut id quod eveniſſet pro jure acciperent*] Vide *Priſcum* excerpto de legationibus 28. & *Bizarum* de bello Genuenſium in Venetos libro 11.

l *Nec ſervi*] Totilas Pelagio Diacono a Romanis ad ſe miſſo edicit ne de reddendis Siculorum ſervis verba faciat, dicens iniquum fore ut Romani commilites ſuos veteribus dominis dedant. Locus eſt *Procopii* Gotthicorum III.

GRONOVII.

18 *Atque ita captos*] Atqui hoc repugnat omni juri poſtliminii. Juxta enim jure captos juſtoque titulo acquiſitos credi voluerunt, quos captos intra præſidia ſua habuerunt, etſi brevi poſt aufugerint, durante bello, quam quos diutius tenuerunt uſque ad tempus aliquod poſt exitum belli. Potius habendi ſunt pro deſertis & abjectis a republica, moquam ignavis, & quos pro derelictis habuerit patria; niſi enim hoc eſſet, in pace facienda ratio illorum habita, & mentio facta fuiſſet.

19 *In pace*] Si quo modo effugiſſent.

20 *Ut confeſſione*] Immo quia nihil fecerunt adverſus rempublicam, nec male pugnaverunt, nec conſenſerunt in ſervitutem ſuam, ut tacite faciunt, qui capi ſe patiuntur.

21 *Quatenus pacta*] Quæ ſanciuntur redeunte pace.

22 *Eandem ob cauſam*] Immo quia & hæc pro derelictis habentur.

(cc) At ſupra, *Cap.* 7. hujus Libri, §. 1. Auctor ſtatuit, etiam eos, qui, bello exorto, intra hoſtium fines deprehenduntur fato ſuo, ſervos fieri. Deinde, neque ullum injuriæ conſilium in impuberibus, qui tamen etiam, jure belli, in ſervitutem rediguntur, ſecundum Auctorem noſtrum. Plura dicemus, Deo dante, in Notis noſtris Gallicis. *J. B.*

ptivos ſi in patriam ſuam redierunt, liberos eſſe, quia bello parta non niſi eâdem vi poſſideantur. Diximus de pace.

4. m In bello redeunt poſtliminio homines qui antequam caperentur liberi fuerant: recipiuntur ſervi & alia quædam.

V. Liber homo ita demum poſtliminio redit, ſi 23 hoc animo ad ſuos venerit ut eorum res ſequeretur, ut a * Tryphonino proditum eſt: nimirum quia, ut quis ſervus liber fiat, ſe debet, ut ita dicam, 24 acquirere, quod non eſt niſi 25 volentis. Cæterum n 26 an vi bellica receptus ſit ab hoſtibus, an dolo profugerit, nihil refert, ut a † Florentino notatum eſt. Tantundem erit ſi ab a hoſtibus ſponte ſit traditus. Quid o ſi ab hoſte venditus commercio, ut fit, ad ſuos pervenerit? Tractatur hæc controverſia p apud Senecam in Olynthio quem Parrhaſius emerat. Quærit enim cum decretum factum eſſet ab Athenienſibus quo Olynthii juberentur liberi eſſe, hoc (dd) contineretur 27 liberi ut fierent, an ut liberi judicarentur; quorum hoc eſt verius.

* *D. l. in bello 12. § manumiſſen lo. 9. & l. poſtliminii 5. §. captivus, 3. D. de capt.*
† *L. nihil. D. de capt.*
a *L. cum non redemptum. 5. C. de poſtl. rev.*

VI. 1. Liber autem homo, poſtquam ad ſuos rediit, non ſe tantum 28 ſibi acquirit, ſed & res omnes quas habuerat apud populos pacatos, ſive corporales, ſive incorporales. Quia populi pacati, ſicut 29 factum pro jure ſecuti erant in capto, ita & in

GROTII.

m *In bello redeunt poſtliminio homines, qui antequam caperentur liberi fuerunt*] *Julianus* oratione in malos Cynicos: ὅτω μὲν ἂν εἶεν οἰκέται καὶ ὁπόσους τῶν αἰχμαλώτων λυτρώμεθα. καί τοι οἱ νόμοι τούτοις ἀποδεδώκασι τὴν ἐλευθερίαν βαδίζουσι καὶ οἴκαδε. *hoc modo ſervi eſſent, etiam quos bello captos liberamus. Atqui talibus ubi ad nos redierint libertatem adjudicant leges.* (Orat. VI. pag. 195, 196. *Edit. Spanhem*)

n *An vi bellica receptus ſit ab hoſtibus*] Ut illi quos a Slavis captos liberavere Hunni, apud *Procopium* itidem Gotthicorum III.

o *Si ab hoſte venditus commercio, ut fit, ad ſuos pervenerit*] Ut eodem Procopii libro juvenis Childubius, τὰ νῦν δὲ, ἐπεὶ ἀφίκετο εἰς πάτρια ἤθη, ἐλεύθερος τὸ λοιπὸν κατά γε τὸν νόμον καὶ αὐτὸς ἔςαι· *dicebat, ſe cum in patriam rediiſſet liberum ex jure in poſterum fore.* Et apud Turcas nullum olim fuiſſe captivis poſtliminium notat Leunclavius.

p *Apud Senecam*] Libro V. controverſia 34.

GRONOVII.

23 *Hoc animo*] Ideo M. Atilius Regulus bello Pun. primo non rediit poſtliminio, quia miſſus erat cum legatis Pœnorum pacis ſuadendæ cauſa. Sil. 6, Pun. 452. l. 5. §. 3. D. de capt. & poſtl.

24 *Se acquirere*] Sui juris ipſe quodammodo auctor eſſe.

25 *Volentis*] i. 2, 3. 6. 2, 6. 2.

26 *An vi*] Utrùm vi.

27 *Liberi ut fierent*] Manumitterentur, an haberentur tanquam qui non ſerviiſſent.

28 *Se ſibi acquirit*] Fit ipſe ſua opera ſui juris.

29 *Factum pro jure*] Quod factum erat, pro juſte facto habuerunt, atque adeo & ipſum & res ejus pro homine ac rebus juris alieni.

(dd) Debuit heic dicere, *utrum hoc* &c. quod forte omiſſum à Typographis. *J. B.*

30 *An*

in liberato, ut ſe æquos præbeant utrique parti. Ergo dominium quod habuerat in res ejus is, qui belli jure eum poſſidebat, non erat ſine omni conditione: ceſſare enim poterat ipſo invito, ſi captus qui fuerat ad ſuos perveniſſet. Has ergo res ſic ille perdit, quomodo hominem cujus erant acceſſio.

2. Quid ſi tamen alienaſſet? 30 an qui titulum habet ab eo qui belli jure eo tempore erat dominus, 31 tutus erit gentium jure, an & hæc recuperabuntur? de his loquor quæ apud populum belli medium exſtabant. Diſtinguendum videtur inter res, quæ ejus ſunt generis ut poſtliminio redeant, & quæ extra id genus ſunt, quod diſcrimen jam mox explicabimus, ut illa videantur alienata 32 cum ſua cauſa & ſub conditione: iſta vero ſimpliciter. Alienata autem intelligo etiam quæ donata aut 33 acceptilata ſunt.

VII. At ſicut ad poſtliminio redeuntem jura redeunt, ita & 34 jura in ipſum reſtituuntur, ac pro eo habentur, ut * Tryphoninus loquitur, ac ſi nunquam ille 35 hoſtium potitus fuiſſet.

* L. 12. §. 6. l. 6. D. de capt.

VIII. Huic regulæ de liberis hominibus exceptionem hanc recte aſſcribit Paulus: † *poſtliminio carent qui armis victi hoſtibus ſe dederant*, nimirum quia pactiones cum hoſtibus factæ valent jure gentium, ut alibi dicemus, nec adverſus eas eſt poſtliminium. Ideo Romani illi a Pœnis capti apud a Gellium: *poſtliminium juſtum non eſſe ſibi, quoniam perjurio vincti forent.* Unde & induciarum tempore non eſſe poſtliminium recte a Paulo notatum b eſt. At hos qui hoſtibus deduntur ſine ulla ſcilicet pactione, poſtliminio reverti reſpondit c Modeſtinus.

† L. 17. d. tit.

a Lib. VII. c. 18.

b L. 19. §. 1. D. de capt.

c L. 4. d. tit.

IX. 1. Quod de ſingulis perſonis diximus, idem & in populis locum habere arbitror, ut qui liberi fuerunt ſuam recipiant libertatem, ſi forte eos vis ſociorum eximat hoſtili imperio. At ſi ipſa multitudo quæ civitatem conſtituerat diſſoluta ſit, verius puto non eundem populum cenſeri, nec poſtliminio res reſtitui ipſo gentium jure, quia populus, ut navis, partium diſſolutione plane interit, eo quod tota ejus natura in illa perpetua conjunctione con-

GRONOVII.

30 *An qui titulum*] Utrum qui titulum.

31 *Tutus erit gentium jure*] Res retinebit.

32 *Cum ſua cauſa*] Sic alienata ut alienari poterant per naturam ſuam cum ſuis commodis & incommodis, & ſub conditione, niſi poſtliminio rediiſſent.

33 *Acceptilata*] Relicta tenenti data apocha vel acceptilatione, qua quis fatetur ſe accepiſſe, quod non accepit.

34 *Jura in ipſum*] Quæ alii adverſus eum habuerunt.

35 *Hoſtium potitus*] Sic & *Papinianus* l. 11. *de capt. & poſtl. Plaut.* Captiv. 1, 1. 24.



Digitized by Google

conſiſtit. 36 Non ergo quæ fuerat Sagunti civitas eadem exſtitit, cum veteribus cultoribus ea ſedes octavo poſt anno reſtituta eſt. neque Thebæ, cum jam Thebani in ſervitutem ab Alexandro veniſſent. Hinc apparet quod Theſſali Thebanis debuerant, non eſſe Thebanis poſtliminio reſtitutum: idque duplici de cauſa: tum quod novus erat populus, tum quod Alexander, quo tempore dominus erat, hoc jus alienare potuerat & alienaverat, & quia 37 creditum non in eorum eſt numero quæ poſtliminio redeunt.

2. Ei quod de civitate diximus haud multum diſſimile eſt quod veteri illo Romano jure, quo diſſolubilia erant conjugia, q matrimonium * non cenſebatur 38 poſtliminio reſtitui, ſed novo conſenſu redintegrari.

* L. 8. l. 14. §. 1. D. de capt.

X 1. Et ex his quidem intelligi poteſt quale ſit jure gentium poſtliminium in liberis hominibus. Cæterum jure civili idipſum jus,

GROTII.

q *Matrimonium non cenſebatur poſtliminio reſtitui*] Aliter inter Chriſtianos. *Leo* Papa ad Nicetam Aquilejenſem epiſcopum: *ut ficut in mancipiis vel agris, aut etiam in domibus ac poſſeſſionibus, in captivitatem ductis, poſtliminium reverſis de captivitate ſervatur, ita etiam & conjugia, ſi aliis juncti fuerint, reformentur.* Vide *Hincmarum* in opuſculo de divortio Lotharii & Tetbergæ ad interrogationem XIII. & reſponſum *Stephani* Papæ cap. 19. in tomo II. conciliorum Galliæ.

GRONOVII.

36 *Non ergo Sagunti civitas*] Probare non poſſum. Immo, quia veteribus cultoribus ſuperſtitibus poſt breve tempus (Saguntus octavo, Thebæ XX. anno, ſalva lingua, legibus, moribus, inſtitutis, religionibus & ſacris, ordinibus & corporibus civitatis) reſtitutæ ſunt, fuerunt eadem. Et ita judicant ipſi Saguntini apud *Liv.* 28, 39. Si verum noſter de Sagunto & Thebis tradit, nec qui ex captivitate Babylonica poſt 70. annos in Judæam ſunt reverſi, populus fuerunt Hebræus vel Iſraëlitarum. Atqui ſcriptura ſacra omnis pro eodem populo eos agnoſcit. Aptius Capuæ & Carthaginis fuiſſet uſus exemplis, quarum illa circum 150. hæc 100. annos in ruderibus jacuiſſent, a Julio Cæſare jura urbium, Romanis colonis attributis, recuperarunt. [ At vero, quamvis *Saguntini & Thebani* eadem eſſent *gens*, non tamen idem erant *Populus*, ſecundum tradita ab Auctore noſtro ſupra, *Lib.* II. *Cap.* 9. §. 5, 6. *J. B.*]

37 *Creditum non eſt*] Si quis captus fuiſſet debitores habens, a quibus qui creditorem in poteſtate habet, æs illud exigere, aut quibus remittere poſſit (puta, in civitate media & neutras partes fovente domicilium habentes) iſque id exegerit vel remiſerit, jus debiti exigendi non recipit captus, ſi poſtliminio redierit, inter cætera jura, quæ recuperat, atque adeo id rurſus exigere non poteſt. Ratio eſt, quod ſupra docuit, partim, una cum capto, jure belli etiam jura ejus incorporalia acquiri. 3, 7. 4. partim in controverſiis de re capta apud populum bello non permixtum reſpiciendum jus ejus populi, a cujus partibus res capta eſt. 3, 6. 2.

38 *Poſtliminio reſtitui*] Diſpar eſt exemplum, quia in divortio juſto conſenſus diſcedentium intercedit. At Sagunti & Thebarum diſſipatio ſimilis eſt diſſidio fortuito vel friguſculo, non divortio. l. 32. §. 12. *de donat. inter vir. & ux.* per calorem miſſo repudio, ſi brevi reverſa uxor eſt, non divortiſſe videtur. l. 2. *de divort. & repud.* Sic illis quaſi friguſculum fortune venit.

r Ser-

Digitized by Google

jus, quod ea attinet quæ [39] intra civitatem aguntur, & adſtringi additis exceptionibus aut conditionibus, & produci ad alia commoda poteſt. Sic [40] jure civili Romano de numero eorum qui poſtliminio redeunt, † exemti ſunt transfugæ: [41] etiam filiifamilias in quos patri videtur ſalva eſſe debuiſſe poteſtas illa patria, quæ propria erat Quiritium. Sed hoc ideo placuiſſe ait Paulus, quia diſciplina caſtrorum antiquior fuit parentibus Romanis quam caritas liberorum: cui congruit quod de Manlio ait * Cicero, ſuo dolore ſanciviſſe eum militaris imperii diſciplinam, ut ſaluti proſpiceret civium, [42] qua intelligebat contineri ſuam: ipſique naturæ & patrio amori prælatum ab eo jus majeſtatis.

† d. l. 19. §. 4. & §. 7. eod. tit.

* De finib. 1. c. 7. 10.

2. Detrahit & hoc aliquid de jure poſtliminii, quod legibus Atticis † primum, deinde Romanis conſtitutum eſt, ut qui redemtus eſt ab hoſtibus, redemtori r ſerviat, donec pretium reddiderit. Sed hoc ipſum favore libertatis introductum apparet, ne ademta ſpe recuperandæ pecuniæ multi in hoſtium manu relinquerentur. Et illa [43] ipſa ſervitus iiſdem Romanis legibus multis modis mitigatur, & poſtrema lege a Juſtiniani finitur operis quinquennii: morte quoque b redemti jus repetendæ pecuniæ exſtinguitur: ſicut & [44] contracto inter redimentem & redemtum matrimonio c remiſſum cenſetur: & redemtæ mulieris [45] proſtitutione d amittitur, multaque alia jure Romano in favorem redimentium & pœnam proximorum qui ſuos non redimunt conſtituta ſunt.

† Dem. in Nicoſtratum, pag. 724. B.

a L. ult. C. de poſtl.

b L. ſi patre, 15. D. De capt. & poſtl.

c L. ſi is qui te, 13. C. de poſtl.

d L. fœdiſſima. 7. eod. tit.

3. Rurſum auctum eſt poſtliminii jus lege civili, eo quod non ea tantum quæ in poſtliminio ſunt jure gentium, ſed res om-

**G R O T I I.**

r *Serviat donec pretium reddiderit*] Idem cap. 34. edicto *Caroli Calvi* Piſtis.

**G R O N O V I I.**

39 *Intra civitatem*] Populum ſingularem.

40 *Jure civili Romano*] Quaſi apud alias gentes impune transfugerint & redeuntes in civitatem priſtina jura receperint. At Indibilis apud *Liv.* 27, 17. ex gentium jure ſcire ſe transfugæ nomen execrabile veteribus ſociis, novis ſuſpectum eſſe.

41 *Etiam filiifamilias*] Transfugæ ſine dubio, ſive patres ſive filiifamilias poſtliminii jure, id eſt, reditu in patriam ſecuto & recuperatione ſtatus ac rerum ſuarum, omnium gentium legibus aut moribus carent. Quod autem filius quoque familias Romæ non recidebat in poteſtatem patriam, non eſt magis ſingulare, quam quod nec filius familias latro aut deſertor, aut qui quodcumque capital admiſerat, ſpecie ac prætextu poteſtatis patriæ judici poterat eripi. Erant enim ſervi pœnæ, in quibus maxima capitis deminutio locum haberet. §. 1. Inſtit. *de cap. dim.*

42 *Qua intelligebat*] Sine qua nec ſe ſalvum putabat fore.

43 *Ipſa ſervitus*] Quæ præſtatur redemtori.

44 *Contracto inter*] Si mulier, quem ſua pecunia redemit ab hoſtibus captum & pro ſervo ad tempus habuit, ei nupſerit.

45 *Proſtitutione*] Si cujuſquam aut plurium permiſſa eſt libidini, quam quis redemit.

 46 *Meſ-*

omnes, jura omnia perinde habentur ac ſi is qui rediit nunquam hoſtium potitus eſſet: quod & jure Attico obtinuit. Nam, ut apud Dionem Pruſæenſem oratione XV. legimus, quidam Calliæ ſe filium dicens captum in clade ad Acanthum, & ſerviiſſe in Thracia, cum Athenas poſtliminio rediiſſet, hereditatem Calliæ a poſſeſſoribus petiit, nec aliud quæſitum eſt in judicio quam an is revera Calliæ eſſet filius. Idem narrat, 46 Meſſenios cum longo tempore ſerviiſſent, tandem & libertatem & regionem recepiſſe. Imo & * quæ 47 per uſucapionem aut 48 liberationem ex bonis ſubtracta, vel 49 non utendo finita eſſe videbantur, 50 actione reſciſſoria reſtituuntur. nam in edicto de majoribus in integrum reſtituendis, † is comprehenditur qui in hoſtium eſt poteſtate. Et hoc quidem venit ex jure Romano antiquo.

* *L. ab hoſtibus.* 18. *C. de poſtliminio.*

† *L.* 1. §. 1. *D. quib. ex cauſ. maj.*

4. At 51 lex Cornelia etiam heredibus conſuluit eorum qui capti apud hoſtes deceſſiſſent: bona eorum conſervans perinde quaſi qui non redit jam eo tempore quo captus eſt 52 deceſſiſſet. Quæ jura civilia ſi tollas, haud dubie ſtatim ut quis ab hoſtibus cap-

GRONOVII.

46 *Meſſenios cum longo*] 3, 9. 10. Meſſenios poſtliminio vult patriam & libertatem recepiſſe. Hi poſt primum cum Spartanis bellum Ithome deſtructa Olymp. 14. Candaule apud Lydos, Salmanaſſare in Chaldæis regnante, diſſipati per Arcadiam, Argos, Sicyona, Eleuſina, quum capti & remanentes omnia ſervitutis mala ut *Juſtinus*, annos 84. ut *Pauſanias* 39. perpeſſi eſſent, ductore Ariſtomene ſe liberarunt: Secundo bello expugnata Ira Olymp. 29. Ardye Gygis F. in Lydis, Tullo Hoſt. Romæ regnante, rurſus qui effugere nequierant, in Ilotas redacti, qui evaſerunt, Zanclen in Sicilia occupaverunt & Meſſanam appellaverunt: utrorumque poſteri poſt 200. annos Olymp. 77. paullo poſt expeditionem Xerxis in Græciam, cum terræ motus omnem fere Spartam evertiſſet ac 20000. hominum exanimaſſet, tertium bellum excitarunt, quo poſt decennium inferiores in Siciliam, Africam, Naupactum Acarnaniæ aliaſque regiones ſparſi vacuam & vaſtam Meſſanen reliquerunt, donec poſt annos fere 100. Olymp. 103. proximo poſt Leuctricam cladem anno Epaminondas urbem inſtauravit convocatis undique veterum cultorum poſteris. *Pauſ.* 4, 241. & 268. *Liv.* 32, 22. Quod ſi poſtliminium his concedit, quanto minus id Saguntinis & Thebanis negari debuit?

47 *Per uſucapionem*] Si abſentis ejus bonorum aliquid poſſeſſor bonæ fidei tempore longo acquiſivit.

48 *Liberationem*] Si quod ei obligatum erat, quocumque modo tollendæ obligationis, dum captivus detinetur, liberatum eſt.

49 *Non utendo*] Ut uſus fructus non utendo intra tempus x. aut xx. annorum. amittitur. §. 3. Inſt. *de uſufr.*

50 *Actione reſciſſoria*] Qua uſucapio aut quid aliud factum in præjudicium velut abſentis reipublicæ cauſa reſcinditur. §. 5. Inſt. *de act.* l. 35. pr. *de oblig. & act.*

51 *Lex Cornelia*] L. 22. pr. & §. 1. ac 3. *de capt. & poſtl.* l. 1. §. 2. *ad L. Falcid.* l. 12. *qui teſtam. fac. poſ.* l. 15. D. *de injuſto rupto.* l. 9. Cod. *de poſtl. rev.* *Ulpian.* Inſtit. 23. §. 4. l. 5. C *quibus ex cauſ. maj.* §. ult. Inſtit. *quibus non eſt perm. fac. teſt.*

52 *Deceſſiſſet*] Ut medio tempore minui nequeant.



Digitized by Google

captus eſſet *f* bona ejus futura fuiſſent occupantium, quia qui apud hoſtes eſt, 53 pro nullo habetur. Quod ſi qui captus fuerat rediret, nihil reciperet præter ea quæ jure gentium poſtliminium habent. Quod vero captivorum bona fiſco cedunt ſi heres nullus ſit, *a* ex jure ſpeciali eſt Romano. Vidimus de his qui redeunt: videamus de his quæ recipiuntur.

a *L. 31. D. de jure fiſci. l. 22. §. 1. D. de capt.*

XI. 1. Inter hæc ſunt primum ſervi & ancillæ, *t* etiam 54 ſæpe alienati, *u* etiam ab hoſte manumiſſi: quia hoſtium jure manumiſſio obeſſe civi noſtro ſervi domino non potuit: ut bene notat * Tryphoninus. Sed ut ſervus recipiatur, neceſſe eſt ut aut 55 revera habeatur a vetere domino, aut haberi facile poſſit. Quare cum in rebus aliis ſufficiat eas intra fines eſſe perductas, ad poſtliminii jus in ſervo id non erit ſatis, 56 niſi & cognoſcatur. nam qui in urbe Roma eſt ita ut lateat, 57 nondum receptus Paulo † videtur. Ac ſicut hac in parte a rebus inanimis diſtat ſervus, ita viciſſim a libero homine in eo diſtat, quod ut poſtliminio recipiatur non requiritur 58 ut animo res noſtras ſequendi venerit. Id enim in eo requiritur qui ſe recepturus eſt, non in eo qui ab altero ſit recipiendus, & ut *a* Sabinus ſcripſit, *de ſua qua civitate cuique conſtituendi facultas libera eſt, non de dominii jure.*

* *L. in bello, 12. §. manumittendo, 9. D. De Captiv.*
† *L. ult. D. de capt.*
a *d. l. 12. §. 9. eod.*

2. Non excepit ab hoc gentium jure ſervos transfugas lex Romana. Nam & in his dominus priſtinum jus recipit, ut Paulus *b* nos docet: ne 59 contrarium jus non tam ipſi injurioſum ſit qui ſervus ſemper permanet, quam domino damnoſum. Generaliter de ſervis qui virtute militum recuperantur, dictum eſt ab Imperatoribus *c* illud quod ad res omnes male a nonnullis trahitur, 60 re-

b *d. l. 19. §. 5. eod.*
c *L. 12. C. de poſtl.*

GROTII.

*f Bona ejus futura fuiſſent occupantium* ] Vide *legem Wiſigotthicam* lib. v, tit. IV. c. 15.

*t Etiam ſæpe alienati* ] At edicto Theuderici ita conſtitutum eſt: *ſervi aut coloni ab hoſtibus capti & reverſi domino reſtituantur, ſi non ſunt ante ab altero vendentibus hoſtibus in commercio comparati.* Vide & *Caſſiodorum* III, 43. At *lege Wiſigotthica* mancipium bello receptum domino redditur, is qui recepit, tertiam partem accipit juſti pretii. Si ab hoſtibus venditum receptum fuerit, redit ad dominum pretio reddito & melioramentis. lib. v, tit. IV, 21.

*u Etiam ab hoſte manumiſſi* ] Ut a Mithridate, qui retracti in ſervitutem. *Appianus* Mithridatico, (pag. 211. *Ed. H. Steph.*)

GRONOVII.

53 *Pro nullo habetur* ] Immo ſuis eſt pro peregrinante, & qui exſpectetur poſt tempus rediturus.

54 *Sæpe alienati* ] Ab eo, qui cepit, alii domino, & ab hoc rurſus alii, & deinceps traditi.

55 *Revera habeatur* ] Jam ſit in ejus poteſtate aut in eam venturus ſit, ubi domino libuerit.

56 *Niſi & cognoſcatur* ] Gnaro & conſcio domino intra fines verſetur.

57 *Nondum receptus* ] Poſtliminio rediiſſe cenſet *Paulus*.

58 *Ut animo* ] Quia ſervus conſilium non habere videtur, ſed omne conſilium de eo eſſe domini.

59 *Contrarium jus* ] Quod transfugam punit.

60 *receptos eos non captos judicare debemus, & militem noſtrum* 61 *defenſorem eorum decet eſſe, non dominum.*

3. Qui ab hoſtibus redemti ſunt ſervi protinus Romano jure fiunt redimentis, ſed oblato demum pretio poſtliminio recipi intelliguntur. Verum hæc ſubtilius explicare juris civilis interpretum eſt. Nam & poſterioribus legibus mutata ſunt nonnulla: & quo ſervi capti ad reditum invitarentur, propoſita libertas his quibus membrum ruptum eſſet ſtatim, cæteris poſt quinquennium, ut videre eſt in legibus militaribus 62 a Ruſo collectis.

XII. Illa quæſtio magis ad nos pertinet, an & populi qui ſubjecti alieno imperio fuerunt 63 in veterem cauſam recidant: quod tractari poteſt ſi non is cujus imperium fuerat, ſed ſociorum aliquis eos hoſti eripuiſſet: puto hic idem dicendum quod in ſervis, niſi ſociali fœdere aliter convenerit.

XIII. 1. Inter res primum occurrunt agri, qui in poſtliminio ſunt. *Verum eſt*, ait * Pomponius, *expulſis hoſtibus ex agris quos ceperint dominia eorum ad priores dominos redire.* Expulſi autem hoſtes intelligi debent, ex quo aperte eo accedere amplius non poſſunt, ut alibi explicavimus. Sic Æginam inſulam † Athenienſibus ereptam x veteribus dominis Lacedæmonii reddiderunt. Agros ex Gothis & Vandalis recuperatos veterum poſſeſſorum heredibus reddiderunt a Juſtinianus, aliique b Imperatores; y non admiſſis adverſus dominos 64 præſcriptionibus illis, *quas Romanæ leges induxerant.*

* *L. ſi captivus.* 20. §. *verum eſt.* 1. *D. de capt.*

† *Strabo libro* VIII. pag. 376.

a *Nov.* XXXVI.

b *Nov. Valent. de epiſc. Jud. Proc.* I. *de bell. Vand. Cuj. obſ.* II. 9.

2. Quod

GROTII.

x *Veteribus dominis*] Nempe qui partium Lacedæmoniarum fuerant. Confer quæ ſupra cap. VI. §. 7.

y *Non admiſſis adverſus dominos præſcriptionibus illis*] Idque ex lege Honorii, qui quanquam relicta Vandalis Hiſpania, tamen dum eam tenerent Vandali, præſcriptionem tricenariam dominis nocere noluerat. meminit *Procopius* Vandalicorum I. *Valentinianus* in novella lege de epiſcopali judicio: *tricennali definitione concludi ea præcepimus, quæ perpetuis aut infinitis ſæculis ſervabantur: exceptis Afrorum negotiis, qui ſe probaverint neceſſitatem Vandalicam pertuliſſe: ut de illorum cauſis illa tempora præfixo tricennio ſubtrahantur, quæ claruerit ſub hoſtilitate conſumta.* In *concilio Hiſpalenſi* relato in cauſam XVI, quæſtione III. c. 13. *ſicut per legem mundialem his quos barbarica ſeveritas captiva neceſſitate tranſvexit, poſtliminio revertentibus redditur antiqua poſſeſſio.* convenit c. ex tranſmiſſa. *de præſcriptionibus.* vide & *Cujacium* ad titulum C. de præſcriptione XXX. annorum.

GRONOVII.

60 *Receptos eos*] Tanquam qui jam dominum habeant & ad eum redeant; non tanquam qui nunc demum dominum naneiſcantur eum qui hoſti eripuit.

61 *Defenſorem*] Nimirum ut rei alienæ: ſic in Dig. conjunguntur *procuratores & defenſores.*

62 *A Ruſo collectis*] Libellus inſcribitur: *leges navales Rhodiorum, militares, ruſtica Juſtiniani* Gr. & Lat. opera *Sim. Schardii* Baſil. 1561.

63 *In veterem cauſam*] Redeant ſub prioris principis imperium.

64 *Præſcriptionibus*] Privilegiis longinquæ poſſeſſionis.

65 Lit-

Digitized by Google

2. Quod de agris jus eſt, idem eſſe arbitror de omni jure quod ſolo adhæret. Nam & loca capta ab hoſtibus quæ religioſa vel ſacra fuerant, ſi ab hac calamitate fuerint liberata, quaſi quodam poſtliminio reverſa priſtino ſtatui reſtitui ſcripſit *a* Pomponius: quicum convenit illud Ciceronis in *b* Verrina de ſignis, de Diana Segeſtana: *P. Africani virtute religionem ſimul cum loco recuperavit*. & Marcianus *c* cum poſtliminii jure comparat jus illud quo ſolum ædificio occupatum eo collapſo 65 littori redditur. Quare & uſumfructum agri recepti reſtitui dicendum erit, ad exemplum ejus quod de agro inundato Pomponius *d* reſpondit. Sic Hiſpanis lege *e* cautum eſt, ut comitatus & aliæ juriſdictiones hereditariæ poſtliminio redeant, majores omnino; minores, ſi intra quadriennium a receptione vindicentur; niſi quod arcem bello amiſſam & quomodocunque recuperatam retinendi jus rex habet.

*a L. cum loca. 36. D. de religioſis.*
*b IV. 35.*
*c L. in tantum. 6. de diviſ. rer.*
*d L. ſi ager. 26. D. quibus mod. uſusfruct. amit.*
*e Reg. Conſt. lib. X. tit. 29. p. 2.*

XIV. 1. De mobilibus generalis in contrarium regula eſt, ut poſtliminio non redeant, ſed in præda ſint: ut hæc opponit Labeo. Quare & 66 commercio parata, ubicunque reperiuntur, manent ejus, qui emit: nec apud pacatos reperta aut intra fines perducta vindicandi jus eſt veteri domino. Sed ab hac regula videmus olim excepta, quæ in bello uſum habent: quod ideo placuiſſe gentibus videtur, ut 67 recuperandi ſpes ad ea comparanda alacriores homines redderet. Plurimarum enim civitatum inſtituta eo tempore ad rem bellicam referebantur. quare facile in hoc conſenſum eſt. Uſum autem in bello hæc habere cenſentur quæ modo ex Gallo Ælio attulimus, ſed quæ diſtinctius expoſita exſtant tum apud Ciceronem in *f* Topicis, tum apud *g* Modeſtinum. Naves ſcilicet 68 longæ atque onerariæ, non item luſoriæ, aut actuariæ voluptatis cauſa paratæ: muli, ſed 69 clitellarii: equi

*f Cap. 8.*
*g L. 2. & 4. D. de capt.*

GRONOVII.

65 *Littori redditur*] Ex privato fit nullius.

66 *Commercio parata*] Emta & permutata.

67 *Recuperandi ſpes*] Ut animoſius emerent, in quibus ſcirent valere jus poſtliminii.

68 *Longa & oneraria naves*] Quia illis milites, his belli apparatus vehebatur. *Luſoria* & *actuaria*, duorum erant generum. Aliæ enim luſoriæ in ripis omnium terminantium imperium (ut erant Danubius, Rhenus, Euphrates) excubabant. l. 4. Cod. *de offic. judic. milit.* l. 4. C. *de offic. mag. offi.*, in his utpote bellicis, erat ſine dubio jus poſtliminii. At vocabantur & *luſoria* privatorum, quibus illi voluptatis cauſa huc illuc vectabantur, ut loquitur *Petronius* cap. 61. de quibus *Seneca* 7, de Benef. 20. & meminit auctor 3, 1. 5. *Actuaria*, omnes quæ remis agebantur, quarum etiam quædam belli adhibitæ. *Liv.* 30, 43. *Cæſar* 5, de Gall. 1. & in his poſtliminium; non in eis, quæ voluptatis ergo aut alios ad uſus erant paratæ. *Salmaſ.* ad jus Att. & Ro. c. 26. p. 740.

69 *Clitellarii*] Qui clitellis onera portant, non qui carpento junguntur. Sunt autem clitellæ ſtratum, quod imponitur aſinis & mulis ad onera commodius portanda. Eundem uſum habent equi ſagmarii.

equi & equæ, ſed freni patientes. Et hæ res ſunt, [70] quas & legari recte * voluerunt Romani, & [71] in præſtationes familiæ herciſcundæ † venire.

2. Arma & veſtis uſum quidem in bello habent, ſed poſtliminio non redibant, quia minime favorabiles erant, qui in bello arma aut veſtem amitterent: imo id flagitii loco habebatur, ut paſſim in hiſtoriis apparet. Atque in hoc notantur arma ab equo diſtare, quod equus ſine culpa equitis proripere ſe potuit. Et hoc quidem rerum mobilium diſcrimen videtur uſum habuiſſe in occidente, etiam ſub Gothis, ad Boëthii uſque tempora. Is enim Ciceronis topica explicans ita videtur de hoc jure loqui, quaſi quod ad eum diem vim ſuam obtineret.

XV. At poſterioribus temporibus, ſi non ante, ſublata videtur hæc differentia. Paſſim enim tradunt [72] morum periti res mobiles poſtliminio non redire, & [z] id de navibus conſtitutum multis in locis [a] videmus.

XVI. Eæ vero res, quæ [73] intra præſidia perductæ nondum ſunt, quanquam ab hoſtibus occupatæ, ideo poſtliminii non egent, quia dominum nondum mutarunt ex gentium jure. Et quæ piratæ aut latrones nobis eripuerunt, non opus habent poſtliminio, ut [b] Ulpianus & Javolenus reſponderunt: quia jus gentium illis non conceſſit, ut [74] jus domini mutare poſſint: quo innixi Athenienſes [c] Haloneſum, quam ipſis prædones, [a] prædonibus Philippus eripuerat, ut redditam a Philippo, non ut donatam, volebant accipere. Itaque res ab illis captæ, ubicunque reperiuntur, vindicari poſſunt, niſi quod ex naturali jure [75] alibi [d] cenſuimus, ei qui ſuo ſumtu poſſeſſionem rei adeptus eſt, tantum eſſe reddendum, quantum dominus ipſe ad rem recuperandam libenter impenſurus fuerat.

XVII. Poteſt tamen lege civili aliud conſtitui: ſicuti [b] lege [e] Hiſpanica naves a piratis captæ eorum fiunt, qui eas eripiunt piratis: neque enim iniquum eſt, ut privata res publicæ utilitati ce-

* L. id, quod apud hoſtes. 8. D. de leg. 1.

† L. item Labeo. 22. cum l. ſeq. D. fam. herc.

a Bart. in L. ſi quid bello D. de capt. Ang. & Salic. in l. ab hoſtibus. C. de capt. Conſt. Gall. l. xx. tit. 13. art. 24. & Conſul. maris, c. 287.

b L. hoſtes, & 24. & l. Latrones. 27. D. de capt. Vide & L. poſtlim. 19. §. a piratis. 2. eod. tit.

c Demoſth. de Haloneſo. pag. 30. A.

d Sup. lib. II. c. x. §. 9.

e Lib. XXXI. tit. 29. p. 2. Covar. ad c. peccatum. part. II, §. II. n. 8.

GROTII.

z *Id de navibus conſtitutum multis in locis videmus*] *Deciſio Genuenſis* centeſima prima.

a *Prædonibus Philippus eripuerat*] Vide ipſam Philippi epiſtolam inter opera *Demoſthenis*, (pag. 63. A. B.)

b *Lege Hiſpanica naves a piratis captæ eorum fiunt, qui eas eripiunt piratis*] Idem apud Venetos. Patet ex literis *Fraxinii Canai* tomo I.

GRONOVII.

70 *Quas & legari*] Etiamſi quo tempore teſtamentum ſcribebatur, apud hoſtes eſſent.

71 *In præſtationes familiæ*] Attribui & imputari pro parte ſortis ſuæ alicui heredum, ſed cum cautione, ſi recipiantur.

72 *Periti morum*] Juris per conſuetudinem introducti.

73 *Intra præſidia*] 3, 6. 3.

74 *Ut jus domini mutare*] Ut eorum, quæ rapuiſſent, jus acquirerent, & prior dominus jure ſuo caderet.

75 *Alibi cenſuimus*] 2, 10. 9

76 Nu-

Digitized by Google

cedat, præſertim in tanta recuperandi difficultate. Sed lex talis [76] non obſtabit exteris, quo minus res ſuas vindicent.

XVIII. 1. Illud magis mirandum, quod teſtantur Romanæ leges, poſtliminii jus locum habuiſſe non tantum inter hoſtes, ſed & inter Romanos & populos externos. Sed alibi diximus, a reliquias has eſſe ſæculi [77] Nomadum, quo ſenſum naturalis ſocietatis, quæ eſt inter homines, mores exſurdaverant. Itaque apud gentes etiam quæ bellum publicum non gererent, erat quædam [78] belli inter privatos quaſi ipſis moribus indicti licentia: ac, ne ea licentia ad interficiendos homines proſiliret, placuit [79] captivitatis jura inter eos introduci, cui conſequens fuit, ut & poſtliminio locus eſſet, aliter quam cum latronibus ac piratis, quia illa vis rem producebat [80] ad æquas pactiones, quæ a latronibus & piratis contemni ſolent.

a *Lib.* II. *c.* 15. §. 5.

2. Juris olim controverſi videtur fuiſſe, an, qui apud nos ſerviunt ex populo federato, ſi domum reveniſſent, poſtliminio redeant. Ita enim hanc quæſtionem proponit [81] Cicero primo de oratore. Et Gallus quidem * Ælius ſic ait: *cum populis liberris & cum federatis, & cum regibus poſtliminium nobis eſt ita uti cum hoſtibus.* Contra † Proculus: [82] *non dubito quin federati & liberi nobis externi ſint: non inter nos atque eos poſtliminium eſſe.*

* *Apud Feſtum,* voce *Poſtlimin.*

† *L. non dubito,* 7. *princ. D. de captiv. & poſtl.*

3. Ego arbitror diſtinguendum inter federa, [83] ut ſi qua eſſent quæ belli duntaxat publici componendi aut cavendi cauſa eſſent inita, ea nec captivitati in poſterum, nec poſtliminio obſtarent. at ſi qua id continerent ut tuti eſſent publico nomine, qui ab his ad illos veniſſent, ut tunc captivitate ſublata ceſſaret & poſtlimi-

GRONOVII.

76 *Non obſtabit exteris*] Sed tantum Hiſpanis, aut qui ſub regis Hiſpaniæ vivunt imperio.

77 *Nomadum*] Populorum vagorum adhuc & incertæ ſedis atque inconditorum, quum in omnes peregrinos aliquid licebat, quod nunc intelligunt homines meliora docti non licere niſi in hoſtes.

78 *Belli inter privatos*] Puta naufragio ejectum aliquem aut quocumque caſu in terris peregrinis oberrantem, ubi ſine notore ac defenſore eſſet, arreptum a privato & in ergaſtulum fuiſſe conjectum: quod frequenter olim contigiſſe oſtendit *Sueton.* Aug. 3[illegible]. Tit. 8. *Cic.* pro Cluent. 7. Et hodie nihil frequentius accidit Chriſtianis inter Turcas.

79 *Captivitatis jura*] Ut liceret comprehenſos peregrinos pro ſervis habere, quaſi captos ex hoſtibus.

80 *Ad æquas pactiones*] Ut utrimque aliquid remitterent de ſævis moribus, & paullatim jus diſcerent.

81 *Cicero primo de oratore*] Cap. 40. ſed de libertis, non de ſervis agere Ciceronem monet *Salmaſius* p. 596.

82 *Non dubito, quin*] Lege, *quum fœderati & liberi nobis externi ſint, inter nos*: ita conſentiunt Gallus & Proculus. *Salmaſius* p. 606. [At emendatio illa repugnat verbis ſequentibus. Vide omnino CUJACIUM, loco *Obſervationum* in margine indicato. *J. B.*]

83 *Ut ſi qua eſſent*] Qualia quæ hodie Turcis ſunt cum Chriſtianis, quibus privati Mahometanorum non impediuntur, quominus in captivitatem redigant, quoſcumque poſſunt de Chriſtianis.

x Po-

a D. l. poſtliminii. §. in pace. 2. — minium. Et hoc mihi indicare videtur a Pomponius; cum ait: *ſi cum gente aliqua neque amicitiam, neque hoſpitium, neque fedus amicitiæ cauſa factum habemus, hi hoſtes quidem non ſunt: quod autem ex noſtro ad eos pervenit, illorum fit, & liber homo noſter ab eis captus ſervus fit & eorum: idemque eſt ſi ab illis ad nos aliquid perveniat. hoc quoque igitur caſu poſtliminium datum eſt.* Cum dixit fedus amicitiæ cauſa, oſtendit & alia eſſe poſſe federa, quibus nec hoſpitii nec amicitiæ jus inſit. Proculus quoque eos a ſe populos federatos intelligi, qui amicitiam aut hoſpitium tutum promiſiſſent, ſatis ſignificat cum ſubjicit: *etenim quid inter nos atque eos poſtliminii opus eſt, cum & illi apud nos, & libertatem ſuam & dominium rerum ſuarum æque atque apud ſe retineant, & eadem nobis apud eos contingant?* quare quod apud Gallum Ælium ſequitur, *quæ nationes in ditione noſtra ſunt, cum his poſtliminium non eſt*, ut recte legit b Cujacius, hoc additamento ſupplendum erit, nec cum his quibuſcum fedus amicitiæ cauſa habemus.

b Obſ. XI. c. 23.

XIX. 1. At noſtris temporibus non inter Chriſtianos tantum, c ſed & apud pleroſque Mahumetiſtas, jus ut captivitatis extra bellum, ita & poſtliminii evanuit, ſublata utriuſque neceſſitate ob reſtitutam vim ejus cognationis, quam inter homines natura eſſe voluit.

c Bod. lib. 1, de rep. c. 7.

2. Habere tamen locum poterit vetus illud jus gentium, ſi res ſit cum gente tam barbara, ut ſine indictione aut cauſa omnes externos & res eorum hoſtiliter tractare pro jure habeat. Atque eam in partem, dum hæc ſcribo, judicatum eſt in ſummo auditorio Pariſienſi, cœtus principe Nicolao Verdunio: bona, quæ Francorum civium fuerant, ab Algerienſibus, populo prædationibus maritimis in omnes alios graſſari ſolito, capta belli jure mutaſſe dominum: ac proinde, cum recepta ab aliis eſſent, facta eorum, qui recepiſſent. In eadem cognitione & hoc judicatum eſt, quod modo diximus, naves hodie inter ea non eſſe, quæ poſtliminio recipiuntur.

## CAPUT X.

## Monita de his, quæ fiunt in bello injuſto.

I. *Quo ſenſu pudor vetare dicatur, quod lex permittit:*

II. *Aptatum hoc ad ea quæ jure gentium permiſſa diximus.*

III. *Interna injuſtitia injuſtum eſſe, quod ex bello injuſto fit.*

IV. *Qui hinc, & quatenus ad reſtitutionem obligentur.*

V. An

| | |
|---|---|
| V. *An res capta bello injuſto reddenda ſint ab eo, qui cepit.* | VI. *An & ab eo, qui detinet.* |

I. 1. **L**Egenda mihi retro veſtigia, & eripienda bellum gerentibus 1 pene omnia, quæ largitus videri poſſum, nec tamen largitus ſum. nam, cum primum * hanc juris gentium partem explicare ſum aggreſſus, teſtatus ſum, *juris eſſe* aut *licere* multa dici, eo quod impune fiant, partim etiam quod 2 judicia coactiva ſuam illis auctoritatem accommodent, quæ tamen aut exorbitent a recti regula, ſive 3 illa in jure ſtricte dicto, ſive in aliarum virtutum præcepto poſita eſt, aut certe omittantur ſanctius & cum majori apud bonos laude.

* Lib. III. c. 4.

2. In Troadibus Senecæ dicenti Pyrrho, (verſ. 333.)

*Lex nulla capto parcit, aut pœnam impedit:*

regerit Agamemnon,

*Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor:*

Quo in loco 4 pudor non tam hominum & famæ, quam æqui & boni, aut certe ejus quod æquius meliuſque eſt, reſpectum ſignificat. Sic in Juſtinianeis Inſtitutionibus † legimus: *fideicommiſſa appellata ſunt, quia 5 nullo vinculo juris, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur.* Apud patrem a Quintilianum: *non aliter 6 ſalvo pudore ad ſponſorem venit creditor, quam ſi recipere a debitore non poſſit.* Atque eo ſenſu ſæpe videas juſtitiam cum pudore conjungi.

† De Fideicomm. hered. §. 1.
a Declam. 273.

*b Nondum juſtitiam facinus mortale fugarat:*
*Ultima de ſuperis illa reliquit humum,*
*Proque metu populum ſine vi 7 pudor ipſe regebat.*

b Ovid. Faſt. I. 248, & ſeq.

Heſiodus: c

Δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς
Οὐκ ἔσαι, βλάψει δ' ὁ κακὸς τὸν ἀρείονα φῶτα.
——— *nuſquam pudor: aurea nuſquam*
*Juſtitia: inſultant pravi melioribus ultro.*

c Operibus, verſ. 192, 193.

Plato libro XII. de d legibus: παρθένος γὰρ αἰδοῦς, δίκη λέγεταί τε

d Pag. 943. E. Tom. II. Ed. H. Steph.



GRONOVII.

1 *PEne omnia*] Et oſtendendum, quamquam hæc jure gentium conceſſa in bello & impunia ſint, perpauca tamen eorum virum bonum & Chriſtianum licere ſibi putare debere.

2 *Judicia coactiva*] Magiſtratus pro poteſtate facta tuentur.

3. *Illa in jure ſtricto*] Quæ nihil vi geri patitur, niſi ad ſui tutelam inculpatam.

4 *Pudor*] Pudor ille potiſſimum eſt pudor ſui, quum quis nihil magis vereretur quam ſuam conſcientiam, & antiquiſſimum habet *Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa.*

5 *Nullo vinculo*] Olim ad ea præſtanda nemo per judicem adigebatur, ſed, prout inciderant in probum & pudentem, aut in improbum & impudentem hominem, rata aut irrita erant.

6 *Salvo pudore*] Siquidem vult retinere verecundiam & exiſtimationem, niſi vult decoquere pudorem.

7 *Pudor ipſe*] Reverentia ſola recti.



Digitized by Google

καὶ ὄντως εἴρηται. emendem 8 πάρεδρ☉· ut ſenſus ſit: *comes pudoris juſtitia vocatur, & merito quidem.* Nam & alibi idem Plato ſic loquitur: *a* Θεὸς δείσας περὶ τῷ γένει ἀνθρώπων, μὴ ἀπόλοιτο πᾶν, δωρεῖται ἀνθρώποις αἰδῶ τε καὶ δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί· 9 *Deus metuens, ne plane interiret genus humanum, dedit hominibus juſtitiam ac pudorem, ornamenta civitatum, & ad amicitiam colligandam vincula:* & Plutarchus *b* ſimili modo δίκην vocat 10 ἔνοικον αἰδοῦς, *juſtitiam pudoris cohabitatricem*, qui & *c* alibi jungit αἰδῶ & δικαιοσύνην. Apud Dionyſium Halicarnaſſenſem ſimul nominantur *d* αἰδὼς, κόσμ☉ καὶ δίκη, *pudor, decorum, & honeſtum.* Sic & αἰδῶ & ἐπιείκειαν copulat *e* Joſephus *pudorem & æquitatem.* Paulus quoque juriſconſultus *f* conjungit naturale jus & pudorem. Cicero *g* autem inter juſtitiam & verecundiam 11 ita fines regit, ut juſtitiæ partes ſtatuat non violare homines, (aa) verecundiæ non offendere.

3. Cum eo quem ex Seneca adduximus verſu bene convenit dictum * ejuſdem in ſcriptis philoſophicis: a *Quam anguſta innocentia eſt* 12 *ad legem bonum eſſe? quanto latius officiorum patet quam juris regula? quam multa pietas, humanitas, liberalitas, juſtitia, fides exigunt? quæ omnia* 13 *extra publicas tabulas ſunt.* Ubi vides jus a juſtitia diſtingui, quia jus accipit id, 14 quod in judiciis externis viget. Idem id alibi † explicat egregie exemplo juris herilis in ſervos: *In mancipio cogitandum eſt, non quantum illud impune pati poſſit; ſed quantum tibi permittat æqui bonique natura, quæ parcere etiam captivis & pretio paratis jubet.* Deinde: *cum*

15 *in*

*a Protagora, pag. 322. C. Tom. I.*

*b Ad ineruditum Princip. pag. 781. B. Tom. II.*

*c Vita Theſei, pag. 3. C. Tom. I.*

*d Lib. VI. c. 36.*

*e Lib. XIII. antiq. c. 19.*

*f L. 14. §. 2. D. de ritu nupt.*

*g Off. I. 28.*

** Lib. I. de ira, c. 27.*

*† Lib. I. de Clem. c. 18.*

GROTII.

a *Quam anguſta innocentia eſt ad legem bonum eſſe?* ] Idem *Seneca* de Beneficiis V, 21. *Multa legem non habent, nec actionem, ad quæ conſuetudo vitæ humanæ lege omni valentior dat aditum.* *Quintilianus* inſtitutionum oratoriarum lib. III, c. 6. *Sunt enim quædam non laudabilia natura, ſed lege conceſſa, ut in XII. tabulis, debitoris corpus inter creditores dividi licuit, quam legem mos publicus repudiavit.* *Cicero* de Officiis libro III. *Aliter leges, aliter philoſophi tollunt aſtutias: leges, quatenus manu tenere poſſunt: philoſophi, quatenus ratione & intelligentia.* (Cap. 17.)

GRONOVII.

8 Πάρεδρ☉] Ex Afranio apud Nonium licet reddere *adſeſtrix* ] Verba Poëtæ: *remiſtis adſeſtricem:* me ad ſe vocat.

9 *Deus metuens* ] Providens.

10 Ἔνοικον ] Domeſticam, contubernalem.

11 *Ita fines regit* ] Diſtinguit.

12 *Ad legem bonum eſſe?* ] Hactenus ſolummodo recte facere ac juſtitiam colere, ut præſtes, quod leges imperant, quod a judice potes cogi.

13 *Extra publicas tabulas ſunt* ] Quæ negligere poſſis ſine metu tribunalis & prætoris, quæque actionem ex legum tabulis non habent.

14 *Quod in judiciis externis* ] De quo prætor vel judex & conſilium diſceptant, quod actione petitur.

(aa) At vero *Verecundia* heic eſt virtus quædam ſingularis: ut & *Pudor* in verbis *Pauli* Juriſconſulti propriè ſumitur. *J. B.*

b *Non*

Digitized by Google

15 *in ſervum omnia liceant, eſt aliquid quod* 16 *in hominem licere commune jus animantium vetet.* quo in loco notanda iterum vocis *licere* diverſa acceptio, altera exterior, altera interior.

II. 1. Eundem habet ſenſum illa Marcelli * in ſenatu Romano diſtinctio: *non quid ego fecerim in diſquiſitionem venit, quem quicquid in hoſtibus feci jus belli defendit, ſed* 17 *quid iſti pati debuerint*: ex æquo & bono ſcilicet. Idem diſcrimen Ariſtoteles † innuit, diſputans, an juſta dicenda ſit quæ ex bello oritur ſervitus: ὅλως δ' ἀντεχόμενοί τινες, ὡς οἴονται, δικαίου τινὸς (ὁ γὰρ νόμος δίκαιόν τι) τὴν κατὰ πόλεμον δουλείαν τιθέασι δικαίαν. ὅλως δ' οὔ φασι· τὴν γὰρ ἀρχὴν ἐνδέχεται μὴ δικαίαν εἶναι τῶν πολέμων. *quidam reſpicientes juſti aliquid* (b *nam & lex juſtum quid eſt*) *juſtam eſſe ajunt ſervitutem ex bello; at* 18 *omnino juſtam eſſe negant, quando accidere poteſt, ut injuſta fuerit bellandi cauſa.* Simile eſt illud Thucydidis *a* in Thebanorum oratione: οὓς ἐν χερσὶν ἀπεκτείνατε, οὐχ ὁμοίως ἀλγοῦμεν· κατὰ νόμον γὰρ δή τινα ἔπαθον. *de his, quos in conflictu occidiſtis, non adeo querimur. accidit enim hoc illis jure quodammodo.*

2. Sic & ipſi juriſconſulti Romani, quod ſæpe jus captivitatis vocant, alibi injuriam *b* appellant, & æquitati opponunt naturali; & *c* Seneca ſervi nomen ex injuria natum, 19 id quod ſæpe accidit reſpiciens. Apud Livium *d* quoque Itali retinentes ea, quæ Syracuſanis bello ademerant, pertinaces 20 ad obtinendam injuriam appellantur. Dion Pruſæenſis *e* cum dixiſſet, bello captos, ſi ad ſuos rediiſſent, libertatem recipere, addit, ὡς ἀδίκως δουλεύοντας, *ut qui per injuriam in ſervitute fuiſſent.*

c Lactantius *f* de philoſophis loquens: *cum de officiis ad rem militarem pertinentibus diſputant, neque ad juſtitiam, neque ad veram virtutem accommodatur illa omnis oratio, ſed ad hanc vitam moremque civilem.* Idem mox a Romanis ait legitime illatas injurias.

III. Primum ergo dicimus, ſi belli cauſa injuſta ſit, etiamſi bel-

* *Liv. l.* 26. c. 31.
† *Pol.* 1. c. 6.
a *Lib.* III. c. 66.
b *L.* 19. *pr.* D. *de capt.*
c *Epi.* XXXI.
d *L.* XXIV. c. I.
e *Orat.* XV.
f *Inſt. Div.* VI. 6.

GROTII.

b *Nam & lex juſtum quid eſt*] *Seneca* ad Helviam c. 6. *alii armis ſibi jus in aliena terra fecerunt.* Pugnare videntur jus & aliena. Sed concilianda, ut docet hic textus. Repete quæ ſupra hoc libro cap. IV. §. 2.

c *Lactantius*] *Auguſtinus* vero epiſtola IV. quæ eſt ad Marcellinum: *ac per hoc ſi terrena iſta reſpublica Chriſtiana præcepta cuſtodiat, etiam ipſa bella ſine benevolentia non gerentur.* Idem de diverſis eccleſiæ obſervationibus: *apud veros Dei cultores etiam ipſa bella pacata ſunt.*

GRONOVII.

15 *In ſervum omnia liceant*] Quicquid ſtatuas, forum & faſces non metuas.

16 *In hominem licere*] Si facias in homine, utcumque vili & humili, ferum, immane, inhumanum habeatur.

17 *Quid iſti pati*] Annon debueris ab illis jus belli abſtineri.

18 *Omnino juſtam*] Semper & in univerſum.

19 *Id quod ſæpe accidit*] Ut ſervi fiant, qui fieri non meruerunt.

20 *Ad obtinendam injuriam*] Ad retinenda & non reddenda, quæ per vim parum probatam quæſiviſſent.



Digitized by Google

bellum ſolenni modo ſuſceptum ſit, injuſtos eſſe 21 internâ injuſtitiâ omnes actus qui inde naſcuntur: ita ut qui ſcientes tales actus operantur, aut 22 ad eos cooperantur, habendi ſint in eorum numero, * qui ad regnum cœleſte ſine pœnitentia pervenire non poſſunt. Vera autem pœnitentia, ſi tempus & copia ſuppetat, omnino requirit, d ut is, qui damnum dedit, ſive interficiendo, ſive res corrumpendo, ſive prædas agendo, id ipſum reſarciat. Ideo Deus e negat grata ſibi eſſe jejunia eorum qui non jure captos detinebant: & Ninivitis † rex indicens 23 juſtitium præcipit, ut rapina manus vacuefaciant, 24 naturæ ductu agnoſcens, ſine tali reſtitutione pœnitentiam fictam & inanem fore. Atque ita videmus ſentire f non a Judæos tantum & Chriſtianos, ſed & g Mahumetiſtas.

IV. Ad reſtitutionem autem b tenentur, ſecundum ea quæ generaliter a nobis alibi explicata ſunt, belli auctores, 25 ſive poteſtatis jure, ſive conſilio, de his ſcilicet omnibus, quæ bellum conſequi ſolent: etiam de inſolitis, ſi quid tale juſſerunt aut ſuaſerunt, aut cum impedire poſſent non impedierunt. Sic & duces tenentur de his, quæ ſuo ductu facta ſunt: & milites in ſolidum omnes, qui ad actum aliquem communem, puta urbis incendium, concurrerunt: in 26 actibus dividuis pro damno quiſque cujus ipſe cauſa unica, aut certe inter cauſas fuit.

V. 1. Neque admittendam putem exceptionem, quam nonnulli c adferunt de his, qui aliis operam navant, ſi modo in ipſis aliquid hæreat (bb) culpæ: 27 ad reſtitutionem enim ſine dolo culpa

* 1 *Cor.* VI. 10.

† *Jon.* III. 8.

a *Libro præceptorum legis præcepto jubente* XVI.

b *Silv. in verbo bellum p.* 1, *n.* 10. 11. & 12. *Covar. d.* §. 11. *n.* 8. & *Leſſ. lib.* 11, *c.* 13. *dub.* 4. *Adde l.* 21. §. 9. *D. de furtis.*

c *Silv. d. loco num.* 10.

**GROTII.**

d *Ut is, qui damnum dedit, ſive interficiendo, ſive res corrumpendo, ſive prædas agendo, id ipſum reſarciat.*] Num. V, 6. 7. *Hieronymus* ad Ruſticum: *nec differtur ultionis ſententia, ſi non reddantur univerſa. Auguſtinus* in epiſtola ad Macedonium, quæ eſt LIV. *Si res aliena, propter quam peccatum eſt, reddi poſſit, & non redditur, pœnitentia non agitur, ſed ſimulatur.* Retulit *Gratianus* in cauſam XI, quæſtione VI. c. 1.

e *Negat grata ſibi eſſe jejunia eorum, qui non jure captos detinebant*] Locus eſt illuſtris *Eſaiæ* LVIII, 5. 6. 7. habes eum græce apud *Juſtinum Martyrem* in colloquio cum Tryphone.

f *Non Judæos tantum*] Vide canones pœnitententiales *Moſis Maimonidæ* cap. 11, §. 2. Et *Moſem de Kotzi* præcepto jubente XVI.

g *Mahumetiſtas*] Vide *Leunclavium Turcicorum* V. & XVII.

**GRONOVII.**

21 *Interna injuſtitia*] Quæ apud Deum reos faciat, etſi humano foro excuſatos.

22 *Ad eos cooperantur*] Aut eis adjutorium faciunt.

23 *Juſtitium præcipit*] Ferias & vacationem ab omni opere ac negotio obſecrationis cauſa.

24 *Naturæ ductu*] Quippe veræ religionis ignarus.

25 *Sive poteſtatis jure, ſive conſilio*] Vel jubendo vel ſuadendo.

26 *Actibus dividuis*] Quos non faciunt agminatim, centuriatim, manipulatim, ſed ſingulatim.

27 *Ad reſtitutionem*] Ad reſtituendum quiſque obligatur ipſa poſſeſſione alieni, aut caſu damni dati, etiamſi dolus ejus & prava voluntas non intervenerit.

(bb) Videtur heic deeſſe *doloſa*, aut aliud ſimile: ut patet ex verbis ſequentibus, *ſine dolo culpa ſufficit.* Non eſt in promtu SYLVESTER ille, ad cujus ſententiam heic reſpicit Auctor noſter. *J. B.*

h *Cov.*

pa ſufficit. Sunt, qui videntur * exiſtimare res bello captas, etiamſi juſta belli cauſa non adfuerit, reddendas non eſſe, eo quod bellantes inter ſe, cum bellum inierunt, iſta 28 capientibus donaſſe intelligantur. Sed nemo 29 ſuum jactare temere præſumitur: & bellum per ſe longe abeſt a contractuum natura. Ut vero pacati populi certi quid haberent quod ſequerentur, nec bello implicarentur inviti, ſufficiebat introductio 30 externi, de quo diximus, dominii, quod cum interna obligatione reſtitutionis poteſt conſiſtere. Atque id illi ipſi auctores videntur ſtatuere in jure captivitatis perſonarum. Ideo Samnites apud † Livium, *res hoſtium in præda captas, quæ belli jure noſtra videbantur, remiſimus*. *Videbantur*, ait, quia injuſtum id bellum fuerat, ut jam ante *a* agnoverant Samnites.

* *Vaſq. lib. I, contro. ill. c. 9. n. 17. Molin. diſp. 118. §. at vero.*

† *Lib. IX. c. 1.*

a *Lib. VIII c. 39.*

2. Non diſſimile eſt, quod ex contractu ſine dolo inito, 31 cui *b* ineſt inæqualitas, jure gentium naſcitur facultas quædam cogendi eum 32 qui contraxit ad implenda pacta: nec eo tamen minus, qui plus æquo ſtipulatus eſt rem ad æqualitatem reducere ex probi ac pii hominis officio tenetur.

b *Vide ſupra l. II, c. 12.*

VI, 1. Sed &, qui damnum ipſe non dedit, *c* aut ſine omni culpa dedit, ſed rem bello injuſto captam ab alio penes ſe habet, tenetur eam reddere, quia cur alter ea carere debeat nulla cauſa ſubeſt naturaliter juſta, non conſenſus ipſius, non malum meritum, non compenſatio. Non aliena ab hac re hiſtoria eſt apud Valerium *d* Maximum: *populus*, inquit, *Romanus cum P. Claudius Camerinos ductu atque auſpiciis ſuis captos ſub haſta vendidiſſet, etſi ærarium pecunia, fines agris auctos animadvertebat, tamen, quia 33 parum liquida fide id geſtum ab imperatore videbatur, maxima cura* h *conquiſitos redemit, iiſque habitandi gratiâ locum in Aventino adſignavit, & prædia reſtituit.* Similiter Phocenſibus

c *Vide ſupra lib. 12, c. 10.*

d *Lib. VI c. 5.*

* Ro-

GROTII.

¹ h *Conquiſitos redemit, & prædia reſtituit*] Antonius Tyrios coëgit reddere, quæ Judæorum tenebant. Homines ab eis venditos juſſit liberari, bona dominis reddi. *Joſephus* XIV. antiquæ hiſtoriæ, (Cap. 22. p. 491. G.) Macrinus Parthis reddidit captivos & prædam, quod cauſa non fuiſſet, cur Romani pacem rumperent. *Herodianus* libro IV. in fine. Mahumetes Turca liberari juſſit eos, qui fuerant in oppido Sanctæ Mariæ in Achaia. *Chalcocondylas* libro IX.

GRONOVII.

28 *Capientibus donaſſe*] Res ſuas miſiſſe in aleam & tacito pacto conſtituiſſe, ut id haberent pars utraque, quod huic aut illi aſſignaret mars communis & fortuna.

29 *Suum jactare*] Pro derelicto habere.

30 *Externi dominii*] Ut eum paterentur eſſe jure publico dominum, qui res cepit: quod potuerunt pati, etſi non ſolverent conſcientiam vinculo quarundam reſtituendarum.

31 *Cui ineſt inæqualitas*] Ubi non redditur par pro pari, quod fieri debet in legitimo contractu.

32 *Qui contraxit*] Qui plus debet, quam accepit.

33 *Parum liquida*] Dubitabatur, an vere hoſtes fuiſſent.



i Li-

* Liv. lib. XXXVIII. c. 39. † Liv. l. XLII. c. 8. a Idem, XLIII. 6.

* Romanorum decreto reddita libertas 34 etiam illa publica & qui erepti erant agri. Et poſtea i Ligures qui a M. Popillio venditi fuerant, † reddito emtoribus pretio reſtituti ſunt in libertatem, bona quoque reddi curata. Idem de Abderitis decrevit ſenatus, a addita cauſa quod injuſtum bellum illatum iis eſſet.

2. Poterit tamen, ſi quid ſumtus aut operæ impendit is, qui rem tenet, deducere tantum, 35 quantum domino valebat adipiſci deſperatam poſſeſſionem, ſecundum ea quæ alibi explicata ſunt. Quod ſi rei poſſeſſor culpæ exſors eam conſumſerit aut alienaverit, non tenebitur niſi in quantum cenſeri poteſt locupletior factus,

GROTII.

i *Ligures*] Vide excerpta Peireſciana *Diodori Siculi.*

GRONOVII.

34 *Etiam illa publica*] Non tantum, ut privati liberarentur ſervitute apud privatos, ſed etiam ut reipublicæ ſuæ leges redderentur.

35 *Quantum domino*] Eam ſummam pecuniæ, quam dominus impendere non dubitaſſet, ut reciperet. 2, 10. 9.

# CAPUT XI.

## Temperamentum circa jus interficiendi in bello juſto.

I. *In bello juſto actus quoſdam interna juſtitia carere quod exponitur:*

II. *Interfici qui poſſint ſecundum juſtitiam internam.*

III. *Ob infortunium neminem recte interfici, ut qui coacti partes ſequuntur:*

IV. *Nec ob culpam mediam inter infortunium & dolum: cujus natura explicatur.*

V. *Diſtinguendos auctores belli ab his qui ſequuntur.*

VI. *In ipſis auctoribus diſtinguendas cauſas probabiles ab improbabilibus.*

VII. *Etiam mortem meritis hoſtibus ſæpe pœnam recte condonari.*

VIII. *Cavendum, quantum fieri poteſt, ne innocentes, etiam præter propoſitum, occidantur.*

IX. *Pueris ſemper parcendum: feminis, niſi quid gravius admiſerint: & ſenibus.*

X. *Parcendum & his, qui ſacra aut literas tantum curant:*

XI. *Et agricolis:*

XII. *Et mercatoribus ac ſimilibus:*

XIII. *Et captis.*

XIV. *Recipiendos, qui dedere ſe volunt ſub æquis conditionibus.*

XV. *Parcendum & his qui ſine conditione ſe dediderunt.*

XVI. *Hæc ita vera, niſi grave delictum anteceſſerit: quod quomodo accipiendum.*

XVII. De-

Digitized by Google

XVII. *Delinquentibus ob multitudinem recte parci.*
XVIII. *Non occidendos obſides, niſi ipſi deliquerint.*
XIX. *Abſtinendum ab omni dimicatione inutili.*

I. 1. SEd nec in bello juſto admittendum eſt, quod dicitur,

* 1 *Omnia dat, qui juſta negat.* * *Lucanus, Pharſ.* I. 349.

Melius † Cicero: *Sunt* 2 *quædam officia etiam adverſus eos ſervanda, a quibus injuriam acceperis.* 2 *Eſt enim ulciſcendi & puniendi modus.* Idem *a* laudat vetera Romanorum tempora, cum exitus bellorum erant 3 aut mites, aut neceſſarii. Crudeles vocat *b* Seneca, qui *puniendi cauſam habent, modum non habent.* Ariſtides Leuctrica *c* prima: ἔστι γὰρ, ἔστι καὶ ἀμυνομένους ἀμέτρως ἀδικεῖν. κἂν τις οἷς τὰς τιμωρίας ἀναπληροῖ, πρὸς τ' ἀδικήματα τούτοις ὑπερβῇ δεύτερος, ἄρχει πάλιν. *Poſſunt ſane, poſſunt etiam, qui ſe vindicant injuſti eſſe, ſi modum excedant. Nam & qui in puniendo progreditur ad id quod iniquum eſt, ſecundus eſt injuriæ auctor.* Sic, *d* Ovidio judice, rex quidam † *Off.* I. c. 11. *a Off.* II. 8. *b* II. *de Clem. cap.* 4. *c Pag.* 94. Tom. II.

*cæde nocentum*
*Se nimis ulciſcens exſtitit ipſe nocens.* *d De Ponto,* I. Eleg. VIII. 19, 20.

2. Platæenſes in Iſocratea *e* oratione quærunt: εἰ δίκαιόν ἐστιν ὑπὲρ τηλικούτων ἐγκλημάτων οὕτως ἀνόμους καὶ δεινὰς ποιεῖσθαι τὰς τιμωρίας; *an æquum ſit, ob tantilla peccata tam graves & iniquas pœnas exigere?* Idem ille Ariſtides *f* ſecunda pro pace: μὴ τοίνυν ἀνθ' ὅτων αὐτοὺς τιμωρήσεσθε; σκοπεῖτε, ἀλλ' οὕστινας ὄντας, καὶ τίνες ὄν- *e Pag.* 298. B. *Ed. H. Steph.* *f Pag.* 77. A. Tom. II.

GROTII.

2 *Eſt enim ulciſcendi & puniendi modus*] Vide quæ ſupra lib. II, cap. XX. §. 2. & 28. & loca *Auguſtini* de Chriſtianorum in ipſis bellis benevolentia, quæ modo produximus. *Ariſtoteles* politicorum V, cap. 6. narrat aſperiores æquo pœnas exactas Thebis & Heracleæ, στασιωτικῶς, factionis ſtudio. Et *Thucydides* III. Τιμωρίας μείζους, οὐ μέχρι τοῦ δικαίου. *pœnas juſto majores.* (Cap. 82.) Tacitus III, annalium: *Pompejus gravior remediis, quam delicta erant.* (Cap. 28.) Idem eodem libro (*Cap.* 24) Auguſtum culpat, quod in puniendis adulteriis clementiam majorum ſuaſque ipſe leges egreſſus ſit. Juvenalis (*Sat.* X. vers. 314, *& ſeqq.*)

*exigit autem*
*Interdum ille dolor plus quam lex ulla dolori*
*Conceſſit.*

Quintilianus: *non niſi ab ultimo parricidio exigitur pœna trans hominem.* [Id eſt, à cadavere. *Declamat.* VI. pag. 102. *Ed. Obrecht.*] M. Antoninus Imperator, referente *Vulcatio* vita Caſſii, (Cap. 11.) *ad ſenatum ſcribam, ne aut proſcriptio gravior ſit aut pœna crudelior.* *Auſonius* [Cupid. crucif. vers. 93, 94.]

*vindictaque major*
*Crimine viſa ſuo eſt.*

*Ammianus* libro XXVI. *ſævitum eſt in multos acrius quam errata flagitaverant vel delicta.* (Cap. 10.) Similis eſt apud Agathiam locus libro III.

GRONOVII.

1 *Omnia dat*] Efficit, ut nihil non liceat in invitum, qui, quod in volentem licere debet, recuſat.

2 *Quædam officia*] Sunt quædam humaniter & benigne agenda.

3 *Aut mites aut neceſſarii*] Aut parcebatur victis, aut non occidebantur duriterve tractabantur, niſi quibus ob graves cauſas parci nequibat.

*ὄντες αὐτοὶ καὶ τὸ μέτρον τῆς τιμωρίας· non hoc tantum reſpicite quas ob cauſas pœnas ſitis exacturi, ſed & 4 qui ſint de quibus ſumenda ſit pœna, 5 qui nos ipſi, & quis juſtus pœnarum modus.* Laudatur Propertio Minos (*Lib.* III. *Eleg.* XVII. 28.)

*Victor erat quamvis, b æquus in hoſte fuit.*

Sed & Ovidio, (*Metam.* VIII, 101.)

*leges captis juſtiſſimus auctor*
*Hoſtibus impoſuit.*

II. Quando autem juſta ſit interfectio (inde enim nobis incipiendum eſt) in bello juſto ſecundum juſtitiam internam, quando non ſit, ex iis intelligi poteſt quæ capite primo hujus libri nobis explicata ſunt. * Interfici enim aliquem contingit ex propoſito, aut citra propoſitum. Ex propoſito juſte interfici nemo poteſt, niſi aut in pœnam juſtam, aut quatenus 6 abſque eo vitam & res noſtras tueri non poſſumus: quamquam illud ipſum ob res caducas hominem occidere, etiamſi a juſtitia ſtricte dicta non abeat, a caritatis tamen lege diſcedit. Pœna vero juſta ut ſit, opus eſt ut ipſe qui interficitur deliquerit, & quidem tantum quod apud æquum judicem mortis ſupplicio poſſit vindicari. qua de re eo nunc minus diſſeremus, quia quicquid ejus ſciri oportet, ſatis explicatum arbitramur capite de pœnis.

* *Vid. de jure bell. n.* 86. & 43.

III. 1. Supra, 7 cum de ſupplicibus ageremus (ſunt autem ut in pace, ita & in bello ſupplices,) diſcrevimus *ἀτύχημα καὶ ἀδίκημα, infortunium & injuriam.* Gylippus eo quem ibi citare cœpimus Diodori Siculi † loco quærit, 8 utra in claſſe Athenienſes poni debeant, infortunatorum an injuſtorum: & pro infortunatis habendos negat qui ultro nulla laceſſiti injuria Syracuſanis bellum intuliſſent: unde infert cum ſponte bellum ſuſceperint, ferenda quoque ab ipſis belli mala. Infortunatorum exemplum ſunt illi, qui 9 non hoſtili animo apud hoſtes ſunt, quales Athenienſes temporibus Mithridaticis, de quibus ſic loquitur a Vellejus Paterculus:

† *Biblioth.* XIII. 29.

a *Lib.* II. *c.* 23.

GROTII.

b *Æquus in hoſte fuit*] *Ovidius* triſtium 1, elegia 8, (*vers.* 35.)

*Eſt etiam in miſeris pietas, & in hoſte probatur.*

GRONOVII.

4 *Qui ſint, de quibus*] Poſſunt enim aut aliis rebus laudati aut bene olim de nobis meriti eſſe. *Florus* de Ætolis 2, 9. *Memineramus auxilii, ſic placuit ignoſcere.*

5 *Qui nos ipſi*] *Cæſar* apud Salluſt. Catil. 51. *magis, quid ſe dignum foret, quam quid in illos fieri jure poſſet, quærebant.* item: *ſententia ejus non crudelis (quid enim in tales homines crudele fieri poteſt?) ſed aliena a republica noſtra videtur.*

6 *Abſque eo*] Niſi ille de medio tollatur aut interficiatur.

7 *Supra cum*] 2, 21. 5.

8 *Utra in claſſe poni*] Utro numero vel loco haberi.

9 *Non hoſtili animo*] Inter hoſtes morantur non infeſti nobis, neque ſponte nocituri.

10 *Ab*

lus: *ſi quis hoc rebellandi tempus, quo Athenæ oppugnata a Sulla ſunt, imputat Athenienſibus, nimium veri vetuſtatiſque ignarus eſt. adeo enim certa Athenienſium in Romanos fides fuit, ut ſemper & in omni re, quicquid ſincera fide gereretur, id Romani Atticâ fieri prædicarent. Cæterum tum oppreſſi Mithridatis armis homines miſerrimæ conditionis, cum* 10 *ab inimicis tenerentur, oppugnabantur* 11 *ab amicis, & animos extra mœnia, corpora neceſſitati ſervientes intra muros habebant.* quæ pars poſtrema ex Livio *a* ſumta videri poteſt, apud quem Indibilis Hiſpanus corpus duntaxat ſuum apud Carthaginienſes, animum apud Romanos ait fuiſſe. a Lib. XXXVII. c. 17.

2. *Nimirum*, ut ait *b* Cicero, *omnes, quorum in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius cogitant, quid poſſit is, cujus in ditione ac poteſtate ſunt, quam* 12 *quid debeat facere.* Idem pro Ligario: *tertium eſt tempus, quo poſt adventum Vari in Africa reſtitit: quod* 13 *ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis.* Atque hoc ſecutus eſt Julianus in cauſa Aquilejenſium, teſte * Ammiano, qui cum paucorum ſupplicium narraſſet, adjicit: *reſidui omnes* 14 *abierunt innoxii, quos in certaminum rabiem* c *neceſſitas egerat, non*

b Pro Quintio. Cap. 2.

* Lib. XXI. c. 12.

GRONOVII.

10 *Ab inimicis*] Ariſtione tyranno, & præſidio, quod ei dederat Mithridates.

11 *Amicis*] L. Cornelio Sulla & Romanis.

12 *Quid debeat facere*] Eoque magis illum metuunt, quam ei fidunt.

13 *Si eſt criminoſum*] Si poteſt accuſari, tanquam in eo culpam admiſerit Ligarius.

14 *Abierunt innoxii*] Illæſi, pœnæ immunes.

GROTII.

c *Neceſſitas egerat, non voluntas*] Addit mox: *id enim æquitate penſata ſtatuerat placabilis Imperator & clemens.* *Thucydides* libro III. (Cap. 39.) in oratione Cleonis: οἵ τινες ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναγκασθέντες ἀπέστησαν, συγγνώμην ἔχω. *ignoſco illis, qui defecerunt a nobis, cogente hoſte.* Contemplatio extremæ neceſſitatis hæc dicitur *Paulo* ſententiarum V, tit. I. §. I. certe enim, ut *Syneſius* ait, ἰσχυρὸν ἀνάγκη πρᾶγμα καὶ βίαιον. *res eſt valida ac violenta neceſſitas.* *Juvenalis* de Calaguritanis, (*Sat.* XV. 103.)

*Quiſnam hominum veniam dare,*
*quiſve Deorum*
*Viribus abnueret dira atque immania*
*paſſis?*

Vide de famis neceſſitate *Caſſiodorum* IX, 13. Pertinax de Læto & aliis: *paruerunt inviti Commodo: ſed, ubi habuerunt facultatem, quid ſemper voluerint, oſtenderunt.* (CAPITOLIN. Cap. 5.) Caſſius Clemens apud Xiphilinum in rebus Severi: ἐγὼ οὔτε σε οὔτε Νίγρον ἠπιστάμην· καταλειφθεὶς δὲ δὴ ἐν τῇ ἐκείνου μερίδι, τὸ παρὸν ἀναγκαίως ἐθεράπευσα, οὐχ ὡς σοὶ πολεμήσων, ἀλλ᾽ ὡς Ἰουλιανὸν καταλύσων· *ego neque te neque Nigrum noveram, ſed in parte, quam ille obtinebat, relictus, feci quod neceſſe erat, præſenti parui, non tibi bellum volens inferre, ſed Julianum depellere.* Aurelianus Antiochiam ingreſſus, ubi multi Zenobiæ partes ſecuti fuerant, edictum propoſuit, [referente ZOSIMO, Lib. I. Cap. 51. Edit. Cellar.] τῷ ἀκουσίῳ κατ᾽ ἀναγκαῖον πλέον ἢ προαιρέσει τὰ συμβάντα ἀνατιθείς· *magis ad neceſſitatem impoſitam invitis quam ad voluntatem, quæ acta erant referens.* Beliſarius apud *Procopium* Vandalicorum I. Λίβυας γὰρ ἅπαντας γενέσθαι ὑπὸ Βανδίλοις οὐκ ἐθελουσίους. *Afros enim omnes ſub Vandalis fuiſſe invitos.* Apud eundem Got-

* Lib. I. c. *non voluntas.* Ad Thucydidis locum * de Corcyrenſium captivis
55. venditis vetus commentator : τὸ ἥμερον τοῦ ἑλληνικοῦ τρόπου δηλοῖ,
καὶ ὡς ἀπηνὲς μετὰ μάχην τοὺς ἑαλωκότας θανατοῦν, ἄλλως τε καὶ
δούλους, τοὺς μὴ μετὰ γνώμην οἰκείαν πολεμοῦντας. *oſtendit clemen-
tiam dignam Græcorum ingeniis : durum enim poſt pugnam captos oc-
cidere, ſervos præſertim, qui non ſua voluntate bellum gerunt.* Pla-
† Pag. tæenſes in dicta oratione † apud Iſocratem : οὐ γὰρ ἑκόντες, ἀλλ'
299. A. ἀναγκασθέντες αὐτοῖς ἐδουλεύομεν. *non volentes, ſed coacti illis* (Lace-
a Ibid. C. dæmoniis) *ſervivimus.* Idem *a* de Græcis aliis : τοῖς σώμασι μὲν
ἐκείνοις ἀκολουθεῖν ἠναγκάζοντο, ταῖς δὲ εὐνοίαις μεθ' ὑμῶν ἦσαν *illo-
rum* (Lacedæmoniorum) *partes corpore ſequi cogebantur, animo*
b Lib. IX. *vobiſcum erant.* Herodotus *b* de Phocenſibus dixerat : ἐμήδιζον
Cap. 17. οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ὑπ' ἀναγκαίης. *Medorum partes ſequebantur, non*
c Lib. I. c. *ſponte, ſed vi neceſſitatis.* Zelitis, ut Arrianus *c* narrat, pepercit
18. Alexander, ὅτι πρὸς βίαν ἤγνωσαν συστρατεῦσαι τοῖς βαρβάροις, *quod
coacti fuiſſent militare in partibus barbarorum.* Nicolaus Syracuſa-
d Lib. nus apud *d* Diodorum in oratione pro captivis : οἱ σύμμαχοι τῇ
XIII. c.27. τῶν κρατούντων ὑπεροχῇ βιασθέντες, ἠναγκάσθησαν συστρατεύειν· ὥσ-
περ, εἰ τοὺς ἐξ ἐπιβουλῆς ἀδικήσαντας δίκαιόν ἐστι τιμωρεῖσθαι, τοὺς
ἀκουσίως ἁμαρτάνοντας προσῆκον ἂν εἴη συγγνώμης ἀξιοῦν. *ſocii vi im-
perantium adacti ſunt militare: quare, ſicut par eſt eos puniri, qui
data opera injuriam inferunt, ita æquum eſt ignoſci his, qui præter*
e Lib. XXV. *voluntatem ſuam peccant.* Sic & apud *e* Livium Syracuſani Ro-
c. 29. manis ſe purgantes ajunt, ſe metu ac fraude turbatis, pacem
f Juſtinus oppreſſam. Similem ob cauſam Antigonus bellum *f* ſe cum Cleo-
lib. mene, non cum Spartanis habuiſſe dicebat.
XXVIII.
c. 4.

IV. 1. Sed notandum eſt, inter 15 plenam injuriam & 16 merum infortunium medium ſæpe aliquid intercedere, quod ex utroque quaſi conflatum ſit, ita ut actio neque mere ſcientis & volentis, neque mere aut ignorantis, aut inviti dici poſſit.

2. Ariſtoteles huic generi nomen poſuit ἁμάρτημα, latine 17 culpam aliquam liceat dicere. Sic enim ille moralium libro quinto capite decimo: *Eorum, quæ ſponte facimus, alia facimus deliberato, alia non deliberato. Deliberato fieri dicuntur, quæ præeunte conſultatione quadam animi fiunt, quæ vero aliter, indeliberata.*

Gotthicorum III, Totilas Neapolitanis ait, ſcire eos ſub hoſtibus fuiſſe invitos. *Nicetas* autem, aut continuator ſcriptæ ab eo hiſtoriæ, de Henrico loquens fratre Balduini : τὸ ἐνοικοῦν ἐνδοὺς εἰς σφαγήν, ὡς εἰ ποίμνιον ἦν καὶ βουκόλιον, ἀλλ' οὐ χριστώνυμον τὸ κτεινόμενον, καὶ βίᾳ μᾶλλον ἢ πειθοῖ τοῖς Βλάχοις ὑποκύψαν, μηδὲ προσχωρήσαν ἑκουσιότητι· *qui urbem incolebant, eos juſſit interfici, quaſi armentum aut grex eſſent, non Chriſtiani homines qui interficerentur, præſertim tales, qui Blachis non verborum ſuaſu, ſed vi ſuccubuerant, neque ſponte eis paruerant.*

**GRONOVII.**

15 *Plenam injuriam*] Cui dolus & culpa omnis ineſt.

16 *Merum infortunium*] Cui nec dolus nec ulla culpa ſubeſt.

17 *Culpam aliquam*] Erratum.

18 Qui

*rato. Cum ergo damni datio tribus modis in hominum ſocietate contingat, ea, quæ ab ignorantia procedit,* (cc) *infortunium dicitur, ut, ſi quis egerit quippiam, non in quem exiſtimabat, aut quod non putabat, aut non quo putabat modo, aut non tali fine: ut ſi quis ſe ferire non hoc inſtrumento, non hunc hominem, aut non hujus rei cauſa credidit: ſed evenit quod ipſe non propoſuerat ſibi: puta vellicare voluit, non vulnerare, aut non hunc, non hoc modo. Ergo, ſi ita præter id, quod exſpectari potuit, damnum detur, erit infortunium. At, ſi ita, ut exſpectari ac prævideri aliquo modo potuerit, ſed non improbo animo, culpa erit aliqua: nam culpæ affinis eſt, qui* 18 *in ſe habet agendi principium:* 19 *qui vero extra, infelix. At, quoties quis id quod facit,* 20 *ſciens facit, non tamen deliberato, fatendum eſt adeſſe injuriam: ut quæ facere homines ſolent per iracundiam & perturbationes ſimiles aut naturales aut neceſſarias. nam, qui ira commoti lædunt & culpam admittunt, ab injuria non vacant: neque tamen* 21 *injuſti aut improbi dicuntur: at, ſi quis idem* 22 *conſulto admittat, is vero improbus & injuſtus recte nominabitur.*

3. *Merito igitur, quæ per iram fiunt, cenſentur non ex proviſo fieri. non enim incipit is, qui ex ira quid facit, ſed is qui iram provocavit: atque eo fit, ut ſæpe in judiciis rerum ejuſmodi* 23 *non facti, ſed legitima fiat quæſtio. naſcitur enim ira ex eo,* 24 *quod quis injurioſe factum exiſtimat. Non ergo ſicut in contractibus, an hoc factum ſit, diſputant: ibi enim, niſi* 25 *quæ interceſſerit oblivio, omnino altera partium improba eſt, quæ fidem non implet: ſed, an juſte factum ſit, quod factum eſt, exquiri volunt. At qui prior ſtruxit inſidias, nihil ignorans fecit: quare non mirum* 26 *ſi alter ſibi injuriam factam putat,* 27 *alter non putat. . . Eſt tamen ut & qui tali ex cauſa lædit, injuſtus cenſeri debeat, ſi nempe æqualitatis aut proportionis normam excedat, quod reponitur. Sic juſtus eſt, qui deliberato juſte agit: alioqui juſte agere poteſt aliquis ſponte tantum, non & deliberato.*

4. Ca-

GRONOVII.

18 *Qui in ſe habet*] Quem ſuum ipſius conſilium & voluntas malefica incitavit ad nocendum alteri.

19 *Qui vero extra*] Qui ſine conſilio & voluntate lædendi, aliud agens inque aliud intentus lædit tamen.

20 *Sciens facit, non tamen*] Qui aliunde ſubito impellitur, priuſquam providere poſſit & proſpicere, quale ſit, quod agit, etſi volens id agat.

21 *Injuſti aut improbi*] *Tacitus* de Germanis 25. *Verberare ſervum ac vinculis & opere coërcere rarum: occidere ſolent, non diſciplina & ſeveritate, ſed impetu & ira, ut inimicum.*

22 *Conſulto*] Non ſubito animi motu impulſus.

23 *Non facti*] Diſputetur, non utrum factum ſit, nec ne, ſed utrum per leges licuerit nec ne.

24 *Quod quis injurioſe*] Atque eo jus ſibi datum contra offendendi.

25 *Quæ interceſſerit*] Niſi cui exciderit e memoria, quid facere debeat.

26 *Si alter ſibi*] Ille, cui ſtructæ ſunt inſidiæ.

27 *Alter non*] Ille, cui non impletum eſt promiſſum, quia id, quid facere debuit, oblitus eſt.

(cc) Immo *culpa aliqua*: eſt enim heic in Græco, *ἁμάρτημα. J. B.*

4. *Cæterum eorum, quæ non ſponte fiunt, alia venia digna ſunt, alia minus.* d *Venia digna, quæ non ab ignorantibus modo, ſed & 28 ob ignorantiam fiunt. At, ſi quæ ab ignorantibus admittantur, 29 nec tamen per ignorantiam, ſed tali animi morbo, qui communes humanæ naturæ fines excedat, non digna ſunt, quibus ignoſcas.* Locum ſane egregium & uſus maximi integrum latine poſui, quia minus recte verti, ideoque nec ſatis intelligi ſolet.

* VII, Nic. 11. 5. Michael Epheſius eum locum interpretans, ejus 30 quod * exſpectari non potuit, exemplum ponit in eo, qui fores aperiens patrem læſit, aut in loco ſolitario jaculando ſe exercens aliquem vulneravit. Ejus, quod prævideri potuit, ſed ſine dolo, in eo qui jaculatus eſt 31 in via publica. Idem ſcriptor neceſſitatis exemplum ponit in eo, qui fame aut ſiti adigitur, ut quid faciat: perturbationum naturalium, in amore, dolore, metu. Per ignorantiam fieri ait, ubi factum ignoratur, ut 32 ſi quis mulierem neſciat nuptam. Ab ignorante 33 non per ignorantiam, ubi jus ignoratur. Jus autem ignorari interdum excuſabiliter, interdum

† D. & C. de juris & facti ign. inexcuſabiliter: quæ cum † Juriſconſultorum dictis optime congruunt. Eſt ejuſdem Ariſtotelis locus huic non diſſimilis libro

a Lib. 1. c. 13. a de arte oratoria: *æquitas imperat, ne pari loco habeamus injurias & culpas, neque item culpas & infortunia. Infortunia autem ſunt, quæ nec provideri potuerunt, nec improbo animo admittuntur: culpa, quæ provideri potuerant, non tamen improbo animo fiunt: injuria, quæ & deſtinato & animo improbo.* Tria hæc notarunt veteres, & in

b Vers. 157. 386. illo Homeri verſu de Achille Iliados b poſtremo:

> Οὔτε γάρ ἐστ' ἄφρων, οὔτ' ἄσκοπος, οὔτ' ἀλιτήμων.
> *Non ignara illi, male provida, nec mala mens eſt.*

c L. 11. §. 2. D. de pœnis. 6. Similis eſt diviſio apud c Marcianum: *delinquitur aut propoſito,*

GROTII.

d *Venia digna, quæ non ab ignorantibus modo, ſed & ob ignorantiam fiunt*] *Dionyſius Halicarnaſſenſis* libro 1. (Cap. 58.) *ἅπαν συγγνώμης ἄξιον τὸ ἀκούσιον. quod non ſponte fit, omne dignum venia.* *Procopius* Gotthicorum III. *ὅσοι μὲν ἀδικοῦσι τοὺς πέλας, ἢ προλαβούσης ἀγνοίας, ἢ λήθης ἐπιγενομένης τινὸς, τούτους ἄξιον τοὺς τὰ δεινὰ πεπονθότας ξυγγνώμονας εἶναι. qui aliis moleſti ſunt, ſive quod occupaverit eos ignorantia, ſive quod oblivio ſupervenerit aliqua, his etiam ipſos, qui mala ſunt paſſi, æquum eſt veniam dare.*

GRONOVII.

28 *Ob ignorantiam*] Quæ ſcire aut cogitare quis non potuit.

29 *Nec tamen per ignorantiam*] Et tamen hujuſmodi, ut ſenſus communis ea evenire poſſe cuique dictet.

30 *Quod exſpectari*] Quod factum eſt non modo ab ignorante, ſed etiam ob ignorantiam.

31 *In via publica*] Nam, quia in ea ut plurimum obverſantur homines, facile unicuique ſuccurrit, etſi nunc nemo appareat, repente intervenire poſſe, qui lædatur.

32 *Si quis mulierem*] Quam ſollicitat, aut cujus tentat pudicitiam.

33 *Non per ignorantiam*] Qui ſciens facit, quod neſcit jus eſſe non facere.

*o Utrum*

Digitized by Google

ſito, aut impetu, aut caſu. propoſito delinquunt latrones, 34 qui factionem habent: impetu autem, cum per ebrietatem ad manus aut ad ferrum venitur: caſu vero, cum in venando telum in feram miſſum hominem interfecit. Duo illa quæ propoſito & impetu fiunt, hunc in modum diſtinguit Cicero. * *Sed in omni injuſtitia permultum intereſt, e utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque brevis eſt & ad tempus, an conſulto & cogitato fiat injuria. Leviora enim ſunt quæ repentino aliquo motu accidunt, quam ea quæ meditata & præparata inferuntur.* f Philo autem in legum ſpecialium explicatione ſic ait: ἡμίεργον τὴν πρᾶξιν εἶναι τῆς διανοίας μὴ προκατεσχημένης ἐκ μακροῦ τοῖς μιάσμασι. 35 *dimidiatum eſſe facinus, ubi non anteceſſit longa animi deliberatio.* * De off. I. c. 8.

7. Cujus generis ea præcipue ſunt, g quæ neceſſitas, ſi non defendit, tamen excuſat. Nam ut Demoſthenes ait in † Ariſtocratem, αἱ ἀναγκαῖαι χρεῖαι τὸ τί πρακτέον, ἢ μή, λογισμοὺς ἀφαιροῦσιν ἅπαντας. ὥστ' οὐ πάνυ ταῦτα ἀκριβολογεῖσθαι δεῖ τὸν δικαίως ἐξετάζοντα· *neceſſitatis impulſus auferunt dijudicationem de eo quod agendum vel non agendum eſt: quare non nimis rigide expendenda hæc ſunt ab æquis rerum arbitris.* Qui ſenſus etiam latius ab eodem exprimitur in oratione a de falſo teſtimonio adverſus Stephanum. Thucydides libro b quarto: πᾶν δ' εἰκὸς εἶναι τῷ πολέμῳ καὶ δεινῷ τινι † Pag. 449. B. a Pag. 616. B. b Cap. 98.

GROTII.

e *Utrum perturbatione aliqua animi, quæ plerumque brevis eſt & ad tempus, an conſulto & cogitato fiat injuria*] *Seneca* de Ira I, 16. *Dimittit ſæpe, ſi intelligit non ex alto venire nequitiam, ſed ſummo, quod ajunt, animo inhærere.* Deinde: *nonnunquam magna ſcelera levius quam minora compeſcit, ſi illa lapſu, non crudelitate commiſſa ſunt, his ineſt latens & aperta & inveterata calliditas. Idem delictum in duobus non eodem modo afficiet, ſi alter per negligentiam admiſit, alter curavit, ut nocens eſſet.*

f *Philo*] Lib. II. ſpecialium legum. (*Pag.* 791. B. *Ed. Paris.*)

g *Quæ neceſſitas, ſi non defendit, tamen excuſat*] Adde quæ ſupra lib. II, cap. XX. §. 29. & hoc capite ſupra §. 3. Samii apud Thucydidem libro III. Alcidæ Lacedæmonio, cum captivos Chios occideret, hæc dicunt: οὐ καλῶς τὴν Ἑλλάδα ἐλευθεροῦν αὐτὸν, εἰ ἄνδρας διέφθειρεν, οὔτε χεῖρας ἀνταιρομένους, οὔτε πολεμίους, Ἀθηναίων δὲ ὑπ' ἀνάγκης ξυμμάχους· *non recte eum ſe dicere veniſſe ad liberandam Græciam, qui homines interficeret nec manibus ipſi contrarios, nec animo infeſtos, Athenienſium quidem ſocios, ſed neceſſitate adactos.* (Cap. 32.) *Chryſoſtomus* de providentia V. καὶ ἐχθροὶ μὲν καὶ πολέμιοι τοῖς αὐτῶν πολεμίοις ἴσασι συγγινώσκειν, ὅταν ἄκοντες καὶ μὴ βουλόμενοι πράττωσί τι τῶν χαλεπωτάτων αὐτοῖς· *norunt & inimici inimicis & hoſtes hoſtibus ignoſcere, ubi inviti ac contra voluntatem aliquod in ipſos quamvis grave patrant.* Miſimiani apud *Agathiam* III. γένος πλεῖστα προηδικημένοι, ὥστε τὸ ἐληλυθὸς εἰς τὸ ἀντιδρᾶσαι, βαρβαρικῷ καὶ τοῦτο ἀνοίᾳ, εἰ μὴν παντάπασί γε φειδοῦς καὶ συγγνώμης ἀνάξιοι ἔφασκον εἶναι. *cum plurimas perpeſſi injurias ita truſi eſſent ad talionem barbaro ſane impetu, attamen non omnino indignos eſſe, quibus ignoſceretur parceretur que.*

GRONOVII.

34 *Qui factionem habent*] Manipulum furum, ut loquitur *Terentius*: qui coierunt conjuratione facta.

35 *Dimidiatum eſſe*] Dimidia parte defectum.

h *Apud*

Digitized by Google

τινι κατειργασμένον ξύγγνωμόν τι γίγνεσθαι καὶ πρὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ γὰρ τῶν ἀκουσίων ἁμαρτημάτων καταφυγὴν εἶναι τοὺς βωμοὺς· παρανομίαν τε ἐπὶ τοῖς μὴ ἀνάγκῃ κακοῖς ὀνομασθῆναι, καὶ οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀπὸ τῶν ξυμφορῶν τι τολμήσασι· *credibile eſſe* h *apud Deum quoque paratam eſſe veniam his, qui bello aut qua ſimili neceſſitate tracti aliquid admittunt: nam & Deorum altaria perfugium patere culpis non voluntariis: & injuſtitiam iis aſſcribi qui ultro mali ſunt, non his quos ad audendum res extrema impellunt.* Cærites apud Livium * ad Romanos: 36 *ne appellarent conſilium, quæ vis ac neceſſitas appellanda eſſet.* Juſtinus † *factum Phocenſium, tametſi omnes execrarentur propter ſacrilegium, plus tamen invidiæ Thebanis, a quibus ad hanc neceſſitatem compulſi fuerant, quam ipſis intulit.* Sic, Iſocrate judice, qui 37 ſalutis cauſa prædatur, ἔχει πρόσχημα τῆς ἀδικίας τὴν ἀνάγκην, *habet neceſſitatem injuriæ velamentum.* Ariſtides a Leuctrica ſecunda: αἱ δυσκολίαι τῶν καιρῶν ἀπολογίας ἐνδιδόασι τοῖς ἀφεστηκόσιν 38 *difficilia tempora excuſationem aliquam dant deſciſcentibus.* De Meſſeniis accuſatis, quod ab Athenis exules non recepiſſent, ita *b* Philoſtratus: ἡ ἀπολογία κατὰ ξυγγνώμην 39 ἵσταται, τὸν Ἀλέξανδρον προϊσχομένων καὶ τὸν ἐκείνου φόβον, ὃ μηδὲ ἡ ἄλλη Ἑλλὰς ἀπείρως εἶχε· *cauſa ipſorum in deprecatione poſita eſt, obtendens facto Alexandrum, & metum ab ipſo, quem nulla non pars Græciæ experta eſſet.* Talis & ille apud Ariſtotelem, *c* ἡμιπόνηρος καὶ οὐκ ἄδικος, οὐ γὰρ ἐπίβουλος *ſemipravus, non injuſtus:* i *neque enim inſidiator.* Diſcrimina hæc ad argumenti noſtri uſum ſic aptat The-

* Lib. VII. c. 20.

† Lib. VIII. c. 1.

a Tom. II. p. 145. C.

b Vit. Sophiſt. Lib. II. C. 15. §. 2. pag. 596. Ed. Olear.

c Ethic. Nic. VII. 11.

GROTII.

h *Apud Deum quoque paratam eſſe veniam*] *Deuteronomii* XXII, 26. *Moſes Maimonides* Ductore dubitantium III, 41.

i *Neque enim inſidiator*] Mitylenæorum cauſam hac parte onerat Cleon apud *Thucyd.* III. ἄκοντες μὲν γὰρ οὐκ ἔβλαψαν, εἰδότες δὲ ἐπεβούλευσαν· ξύγγνωμον δέ ἐστι τὸ ἀκούσιον· *non inviti nobis nocuere, ſed de induſtria fecere inſidias. Id vero demum ignoſci dignum eſt, quod præter voluntatem fit.* (Cap. 40.) Philo libro de conſtituendo principe: διακρίνει δ᾽, ὁπότε πρὸς ἄμυναν ἴοι, τοὺς ἐπιβούλως ζῶντας καὶ τοὐναντίον. τὸ γὰρ κατὰ πάντα καὶ τῶν ἐλάχιστα ἢ μηδὲν ἡμαρτηκότων φονᾶν, ἀνημέρου καὶ ἀτιθάσσου ψυχῆς· *ſi ad ultionem veniendum ſit, novit diſcernere inter eos, qui vitam agant inſidiatricem, & eos, qui longe alterius ſunt animi. In omnes enim, etiam qui minima deliquerunt, graſſari cædibus animi eſt immanſueti ac feri.* (Pag. 734. B.)

GRONOVII.

36 *Appellarent conſilium*] Quod ab ſe minus recte adminiſtratum videretur, ne dicerent conſilio aut de induſtria factum.

37 *Salutis cauſa prædatur*] Quia receptum alibi non habet, ut majores noſtri qui *Brilam* ceperunt.

38 *Difficilia tempora*] Periculum præſens ab hoſte & deſperatio auxilii a ſociis aut ſuo principe.

39 Ἵσταται] Verbum hoc reſpicit, quos rhetores vocant in genere cauſarum juridiciali ſtatus: eſt autem ſtatus, quæſtio, quæ ex prima intentione actoris & depulſione rei naſcitur. Inter illos eſt ſtatus qualitatis, ſub quo rationalis aſſumtivus dividitur in comparationem, relationem, remotionem, conceſſionem; conceſſio ſub ſeſe habet purgationem & deprecationem.

k Di-

Digitized by Google

Themiſtius in laudibus Valentis Imperatoris: καὶ διέκρινας τὸ ἀδίκημα καὶ ἁμάρτημα, καὶ ἀτύχημα. καὶ γὰρ εἰ μὴ τὰ Πλάτωνος ἀποστοματίζεις, μηδὲ τὰ Ἀριστοτέλους μεταχειρίζῃ, ἀλλὰ τάγε ἐκείνοις δοκοῦντα τοῖς ἔργοις βεβαιοῖς. οὐ γὰρ τῆς ἴσης τιμωρίας ἀξίους ᾤηθης τούς τε ἐξ ἀρχῆς βουλεύσαντας τὴν ἐπανάστασιν, καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν ὅπλων παρασυρέντας, καὶ τοὺς ἤδη τῷ δοκοῦντι κρατεῖν ὑποκύψαντας. ἀλλὰ τῶν μὲν κατέγνως, τοὺς δὲ ἐμέμψω, τοῖς δὲ συνήλγησας. k *diſtinxiſti inter injuriam & culpam & infortunium.* l *Quanquam nec Platonis verba ediſcis, nec Ariſtotelem tractas, ipſorum tamen placita facto exequeris. Non enim pari pœna dignos exiſtimaſti, qui ab initio bellum ſuaſerant, & qui poſtea abrepti ſunt armorum impetu, & qui ſuccubuerunt ei, qui jam rerum potiri videbatur. Sed illos damnaſti, hos caſtigaſti, poſtremos miſeratus es.*

8. Idem alibi adoleſcentem Imperatorem vult diſcere, τί διενήνοχεν ἀτύχημα καὶ ἁμάρτημα καὶ ἀδίκημα· καὶ ὅτι προσήκει τὸν βασιλέα, τὸ μὲν οἰκτείρειν, τὸ δὲ ἐπανορθοῦν, μόνον δὲ τὸ ἔσχατον τιμωρεῖσθαι· *quid diſtet infortunium, culpa aliquid, & injuria: & quomodo regem deceat iſtius miſereri, hanc corrigere, poſtremam vero ſolam ultione proſequi.* Sic apud Joſephum * Titus unum criminis ducem punit μέχρις ἔργου *reipſa*, multitudinem μέχρι λόγου *ſola verborum increpatione*. Mera infortunia nec pœnas merentur, nec ad reſtitutionem damni obligant. Injuſtæ actiones ad utrumque. Culpa media ut reſtitutioni obnoxia eſt, ita pœnam ſæpe non meretur, præſertim capitalem. Ad hoc illud pertinet Valerii Flacci, (*Lib.* III. vers. 391, & *ſeqq.*)

* *Lib.* V. *belli Jud.* c. 13. Lat. VI. 6. pag. 912. B.

*At 40 quibus invito maduerunt ſanguine dextræ,*
*Si 41 ſors ſæva premat miſeros, ſed proxima culpa,*
*42 Hos variis mens ipſa modis agit, & ſua carpunt*
*Facta viros reſides.*

V. Quod

GROTII.

k *Diſtinxiſti inter injuriam & culpam & infortunium*] *Seneca* naturalium II, 44. ubi de fulminibus: *voluerunt admonere eos, quibus adverſus peccata hominum fulminandum eſt, non eodem modo omnia eſſe percutienda: quædam frangi debere, quædam elidi & diſtringi, quædam admoneri.*

l *Quanquam nec Platonis verba ediſcis, nec Ariſtotelem tractas, ipſorum tamen placita facto exſequeris*] Talis Trajanus inter principes Romanos egregius: παιδείας μὲν ἀκριβοῦς, ὅσην ἐν λόγοις, οὐ μετέσχε· τό γε μὲν ἔργον αὐτῆς καὶ ἠπίστατο καὶ ἐποίει. *illius exactæ eruditionis in verbis poſitæ compos non erat, rem tamen ejus & norat & implebat.* Xiphilinus. De Marco Aurelio Herodianus: μόνος τῇ βασιλείᾳ φιλοσοφίαν οὐ λόγοις, οὐδὲ δογμάτων γνώσεσι, σεμνῷ δ' ἤθει καὶ βίῳ σώφρονι ἐπιστώσατο· *ſolus principum ſapientiam non verbis aut dogmatum cognitione, ſed moribus gravibus & vita temperata oſtendebat.* (Lib. I. c. 2. n. 6. *Ed. Boecler.*) De Macrino *Xiphilinus*: τά τε νόμιμα οὐχ οὕτως ἀκριβῶς ἠπίστατο, ὡς πιστῶς μετεχειρίζετο· *leges non tam norat exacte, quam fideliter exequebatur.* Det noſtro ſæculo, Deus, vel tales principes.

GRONOVII.

40 *Quibus invito*] Qui occiderunt imprudentes. Forte, *invita.*

41 *Si ſors ſæva*] Leg. *fors*, ſi per infortunium patratum, quod parum diſtat a ſcelere.

42 *Hos mens ipſa*] Hi conſcientiæ tormenta patiuntur.

m Di-

Digitized by Google

V. Quod monet Themiſtius m diſtinguendos, qui auctores belli fuerunt, ab his, qui alios ducentes ſecuti ſunt, ejus paſſim exempla in hiſtoriis extant. Narrat Herodotus † Græcos pœnas ſumſiſſe de his, qui Thebanis ad Medos deficiendi auctores fuerant. Sic Ardeæ principes ſeditionis ſecuri percuſſi, narrante a Livio. Eodem auctore, b Valerius Lævinus, *Agrigento capto, qui capita rerum erant virgis cæſos ſecuri percuſſit: cæteros prædamque vendidit.* Idem c alibi: *Atella Calatiaque in deditionem accepta: ibi quoque in eos, 43 qui capita rerum erant, animadverſum.* Rurſum d alibi: *quoniam defectionis auctores meritas pœnas a Diis immortalibus & a vobis habent P. C. quid placet de innoxia multitudine fieri? tandem* (dd) *ignotum eſt illis, & civitas data.* nimirum, ut idem e alibi loquitur, *ut, unde orta culpa eſſet, ibi pœna conſiſteret.* Laudatur apud Euripidem f Eteoclus Argivus, quia

*Culpam ferebat ſemper illo judice*
*Reus ipſe: non urbs patria, quæ 44 paſſim mali*
*Rectoris ergo ſuſtinet calumniam.*

Et Athenienſes, ut g Thucydides narrat, pœnituit decreti adverſus Mitylenæos, πόλιν ὅλην διαφθεῖραι μᾶλλον ἢ οὐ τοὺς αἰτίους, *ut totam civitatem potius quam ſolos defectionis auctores interficerent.* Narratur & Diodoro h Demetrius, captis Thebis, decem ſolos interfeciſſe auctores defectionis.

VI. 1. Sed in ipſis quoque belli auctoribus i diſtinguendæ cauſæ: ſunt enim quædam non juſtæ quidem, ſed tamen tales, ut non improbis 45 poſſint imponere. Scriptor k ad Herennium deprecationis cauſam æquiſſimam hanc ponit, ſi quis, quæ peccavit, non odio neque crudelitate, ſed officio & recto ſtudio commotus fecerit. Sapiens l Senecæ, *hoſtes dimittet ſalvos, aliquando etiam laudatos, ſi honeſtis cauſis pro fide, pro fœdere, pro libertate in bellum accincti ſint.* Apud 46 Livium n petunt errori veniam

Cæ-

† *Calliop. ſeu* Lib. IX. c. 85.
a *Lib.* IV. c. 10.
b *Lib.* XXVI. c. 40.
c *Ibid.* c. 16.
d *Lib.* VIII. c. 20.
e *Lib.* XXVIII. c. 26.
f *Supplic.* vers. 878, *& ſeqq.*
g *Lib.* III. c. 36.
h *Fragm. è Lib.* XXI. Ecl. 10.
i *Vict. de jure belli n.* 59.
k *Lib.* II. c. 17.
l *Lib.* II, *de Clem. c.* 7.
m *Lib.* VII. c. 20.

GROTII.

m *Diſtinguendos, qui auctores belli fuerunt*] Vide *Gailium* lib. II, de pace publica cap. 9. n. 18.

n *Petunt errori veniam*] *Ignoſci debere interdum armis ſuperato rectori juſtum quid ſit ignoranti*] Ex *Iſocrate* transſcripſit *Ammianus* in librum XXX. (Cap. 8.)

GRONOVII.

43 *Qui capita*] Qui rempublicam in manu habuerunt, οἱ ἐν τέλει.

44 *Paſſim mali*] Vulgi judicio, & perperam infamari ſolet ob improbum principem.

45 *Poſſint imponere*] Pro juſtis agnoſci & eos fallere.

46 *Apud Livium* lib. VII.] 19. & 20.

(dd) Hæc debebant alio charactere edi: neque enim verba ſunt LIVII, ſed Auctoris noſtri. Hiſtoricus, in fine demum Capitis ſequentis, narrat, *ex auctoritate Patrum, latum ad Populum eſſe, ut Privernatibus civitas daretur.* Cap. 21. num. 10. *J. B.*

*Apud*

Digitized by Google

Cærites, quod fuerint auxilio conſanguineis. 47 Phocenſibus, 48 Chalcidenſibus * & aliis, qui ex federe Antiochum juverant, data a Romanis venia. Ariſtides Leuctrica ſecunda † Thebanos, qui Lacedæmoniorum ductum contra Athenienſes ſecuti erant, ait, *κοινωνεῖν μὲν οὐ δικαίως πραγμάτων, δικαίῳ δὲ ἑτέρῳ περιστέλλειν τὴν μέμψιν, τῷ πιστοὺς εἶναι τοῖς ἡγεμόνοις, in partem quidem veniſſe injuſta actionis, ſed quam juſto aliquo velarent, fide in principes ſui federis.*

* *Appian. Syriac.* pag. 98. *Ed. H. Steph.*

† *Tom.* II. pag. 135. B.

2. Cicero de officiis primo *a* conſervandos eos dicit, qui non crudeles in bello, non immanes fuerunt: tum bella, quibus imperii gloria propoſita eſt, 49 minus acerbe gerenda eſſe. Sic Ptolemæus rex *b* Demetrio ſignificat, *οὐ περὶ πάντων ἄμφω, περὶ δόξης δὲ καὶ ἀρχῆς πολεμητέον αὐτοῖς· non de rebus omnibus, ſed de 50 imperio & gloria inter ipſos certamen eſſe.* Severus o apud *c* Herodianum: *cum bellum adverſus Nigrum geſſimus, non ita ſane ſpecioſas inimicitiarum cauſas habebamus. nam 51 poſitum in medio principatum atque adhuc in diſceptatione verſantem pari ambitu uterque noſtrum ad ſe trahebat.*

a *Cap.* 11.

b *Plutarch. in Demetr.* p. 891. A.

c *Lib.* III. c. 6.

3. Sæpe habet locum, quod de bello Cæſaris & Pompeji eſt apud *d* Ciceronem: 52 *erat obſcuritas quædam: erat certamen inter clariſſimos duces: multi dubitabant, quid optimum eſſet.* Et quod idem *e* alibi: *etſi aliqua culpa tenemur erroris humani, a ſcelere cer-*

d *Orat. pro Marc.* c. 5.

e Ibid. c. 10.

### GROTII.

o *Apud Herodianum*] Verba Græca hæc ſunt: *καὶ Νίγρῳ μὲν πολεμοῦντες οὐχ οὕτως εὐλόγους εἴχομεν αἰτίας ἔχθρας, ὡς ἀναγκαίας. οὐ γὰρ παρ' ἡμῶν προϋπάρχουσαν ἀρχὴν ὑφαρπάζων μεμίσητο, ἐν μέσῳ δὲ ἐρριμμένην καὶ ἀμφήριστον οὖσαν, ἑκάτερος ἡμῶν ἐξ ἰσοτίμου φιλοτιμίας εἰς αὑτὸν ἀνθεῖλκεν.* optime.

### GRONOVII.

47 *Phocenſibus*] Immo *Tarquinienſibus* in Etruria: unde namque *Phocenſes Caritibus* cognati? [Vitioſa interpunctio, quæ hactenus fuerat in omnibus Editionibus, etiam in primâ, heic occaſionem de Viro Doctiſſimo reprehendendi Auctorem noſtrum, qui tamen ab errore planè immunis eſt. Nimirum Typographi, poſt vocem *conſanguineis*, omiſerant punctum, & poſt ſequentem, *Phocenſibus*, malè collocaverant. Tum in omnibus aliis, poſt primam, Editionibus, è margine excidit *App. Syr.* apud quem Auctorem, loco à me diſtinctè indicato, res, de quâ agitur, clarè exſtat: *Μάνιος δὲ Φωκέας μὲν, καὶ Χαλκιδέας, καὶ ὅσοι ἄλλοι τῷ Ἀντιόχῳ συνεπετρέχεσαν, δεομένους, ἀπέλυσε τῆς δίκης.* Pag. 98. *Ed. H. Stephan.* Vel ex hoc loco patet, quàm neceſſarium fuerit primas illas Editiones conferre, ut opus iſtud emendatius ederetur. *J. B.*]

48 *Chalcidenſibus*] Haud ſcio, unde habeat: non enim in federe Chalcis Eubœæ urbs cum Antiocho fuit, ſed vi & metu eam Antiochus occupavit. *Liv.* lib. 35, 51. Puto hic dicere voluiſſe, *Phocaenſibus*, qui in Aſia minore, & eandem eſſe hiſtoriam, cujus meminit num. ult. cap. præced. [At vide Not. præced.]

49 *Minus acerbe*] Non ſæviendo in victos.

50 *De imperio & gloria*] Id ipſum quod *Juſtinus* lib. 15, 1. non ſe propter prædam, ſed propter dignitatem iniiſſe bellum.

51 *Poſitum in medio*] Vacuum & certo poſſeſſore carentem.

52 *Erat obſcuritas*] Incertum & obſcurum, utra cauſa eſſet juſtior.

P A-

Digitized by Google

*certe liberati ſumus.* Plane ut apud Thucydidem * dicuntur veniæ digna, quæ ſunt 53 *μὴ μετὰ κακίας, δόξης δὲ μᾶλλον ἁμαρτία.* 54 De Dejotaro idem † ille Cicero: *non ille odio tuo 55 progreſſus, ſed errore communi lapſus eſt.* Salluſtius in *a* hiſtoriis: *cætera multitudo, vulgi more magis quam judicio, poſt alius alium quaſi prudentiorem ſecuti.* Quod de bellis civilibus Brutus *b* ſcripſerat, putem non male ad pleraque bella alia referri poſſe: p 56 *acrius eſſe prohibenda quam in ſuperatos iracundiam exercendam.*

VII. 1. Etiam ubi juſtitia hoc non exigit, ſæpe tamen convenit bonitati, q convenit modeſtiæ, convenit animo excelſo. *Ignoſcendo auxiſſe populi Romani magnitudinem,* ait *c* Salluſtius. Taciti *d* eſt: *quanta pervicacia in hoſtem, tanta beneficentia adverſus ſupplices utendum.* At *e* Seneca: *ferarum, nec generoſarum quidem, 57 permordere & urgere abjectos. Elephantes leoneſque tranſeunt quæ 58 impulerunt.* Sæpe opportunum eſt illud Maronis, (*Æneid. X, 528.*)

*Non hic victoria Teucrum*
*Vertitur, 59 aut anima una dabit diſcrimina tanta.*

2. Eſt in eam rem inſignis locus in libro *f* quarto 60 ad Herennium: *bene majores noſtri hoc comparaverunt, ut neminem regem, quem armis cepiſſent, vita privarent. Quid ita? quia, quam nobis facultatem fortuna dediſſet, iniquum erat in eorum ſupplicio conſumere, quos eadem fortuna paulo ante in ampliſſimo ſtatu collocarat. Quid quod exercitum contra duxit? deſino meminiſſe. Quid ita? quia viri fortis eſt, 61 qui de victoria contendant, eos hoſtes putare: qui victi ſunt, 62 eos homines judicare; ut poſſit 63 bellum fortitudo minuere,* pa-

* *Lib.* I. c. 32.
† *Orat. pro Dejot.* c. 3.
a *Fragm.* VI. 34. Orat. I. ad Cæſ. *de Rep. ordin.*
b *Cic. ad Brut. Ep.* 2.
c *Fragm.* I. 13.
d *Ann.* XII. 20.
e *De Clem.* I. *cap.* 5.
f *Cap.* 16.

GROTII.

p *Acrius eſſe prohibenda, quam in ſuperatos iracundiam exercendam*] *Bembus* IX.

q *Convenit modeſtiæ*] Rex Theudericus apud *Caſſiodorum* II, 41. *illa mihi feliciter bella provenerunt, quæ moderato fine peracta ſunt. is enim vincit aſſidue, qui novit omnia temperare.*

GRONOVII.

53 *Μὴ μετὰ κακίας*] Non per malitiam, ſed nimio gloriæ ſtudio.

54 *De Dejotaro idem ille Cicero*] Cap. 3.

55 *Progreſſus, ſed lapſus*] 2, Attic. 21. quia deciderat ex aſtris, lapſus quam progreſſus potius videbatur.

56 *Acrius eſſe prohibenda*] Inclementius eſſe animadvertendum in eos, quos liquet bellum civile moturos, quam in eos, qui bello civili ſunt victi: nam in illis non tam facilis præſumitur pœnitentia conſilii, quam in his facti, cujus jam ſupplicium luerunt ipſa calamitate.

57 *Permordere*] Uſque & uſque morſicare, perſiſtere in mordendo jam jacentes & impotes repugnandi.

58 *Impulerunt*] De ſtatu deturbarunt, poſtraverunt, dejecerunt.

59 *Anima una dabit*] Unius cædes momentum faciet.

60 *Ad Herennium*] C. 16.

61 *Qui de victoria contendant*] Qui armati reſiſtant, in eos hoſtilia moliri.

62 *Eos homines*] Dignos venia & clementia.

63 *Bellum*] Metum, periculum, vim ex bello.

r *Læ-*

Digitized by Google

*pacem humanitas augere. At, ille ſi viciſſet,* 64 *num idem feciſſet? non profecto tam ſapiens fuiſſet.* 65 *quid igitur ei parcis? quia* 66 *talem ſtultitiam contemnere, non imitari conſuevi.* Si de Romanis hoc accipias (incertum enim hoc, cum & peregrinis & fictis argumentis utatur is ſcriptor) adverſa fronte pugnat cum eo, quod habemus in 67 panegyrico, † qui dictus eſt Conſtantino Conſtantii filio: *cautior licet ſit qui devinctos habet per veniam perduelles, fortior tamen eſt* 68 *qui calcat iratos. Renovaſti, Imperator, veterem illam Romani imperii fiduciam, quæ de captis hoſtium ducibus vindictam morte ſumebat. Tunc enim captivi reges, cum a portis uſque ad forum triumphantium currus honeſtaſſent, ſimulatque in Capitolium currum flectere cœperat Imperator, abrepti in carcerem necabantur. unus pro ſeipſo Paulo qui ſedentem ſe acceperat deprecante* (lege: 69 *unus Perſeus ipſo Paulo, qui dedentem ſe acceperat, deprecante*) *legem illius ſeveritatis evaſit: cæteri in vinculis* 1 *luce privati aliis regibus dedere documentum, ut mallent amicitiam colere Romanorum, quam exaſperare juſtitiam.* Sed & hic 70 nimis laxe. Dicit quidem Joſephus idem de ſeveritate Romanorum in hiſtoria interfecti Simo-

† *Eumenii*, Paneg. VI. c. 10. *Ed. Cell.*

*Vide Plut. Paulo Æmilio.*

**GROTII.**

1 *Luce privati aliis regibus dedere documentum*] Nolim reduci hunc morem; tamen & Joſua reges captos interfecit. *Joſephus* antiquæ hiſtoriæ v, 1. & de Soſſio *Dion*: Ἀντίγονον ἐμαστίγωσε σταυρῷ προσδήσας· *Antigonum virgis cecidit alligatum cruci.* Sed provide addit, ὃ μηδεὶς βασιλεὺς ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐπεπόνθει. *quod nemo regum a Romanis victoribus pertulerat.* Eſt eadem hiſtoria apud *Joſephum* libro xv. (Cap. 1.) De Maximiano Herculio [Immo de *Conſtantino* J. B.] *Eutropius* libro x. c. 2. *cæſis Francis atque Alemannis, captiſque eorum regibus, quos etiam beſtiis, cum magnificum ſpectaculum muneris paraſſet, objecit.* De rege Alemannorum patibulo ſuffixo vide *Ammianum* XXVII. (Cap. 2.) Theuderichus rex Wiſigotthorum Athinulfum Suevorum in Hiſpania regem capite plectit, memorante *Jornande* hiſtoria Gothica. Nimirum hæc documenta ſunt regibus ad modeſtiam, & ut cogitent, ſe quoque ſubjectos, ſi Deo ita viſum, humanis vicibus, &, quod in ſimili periculo a Solone dictum meminerat Crœſus, de felicitate hominis ante mortem non judicandum.

**GRONOVII.**

64 *Num idem*] Numquid peperciſſet tibi?

65 *Quid igitur*] Ante hæc verba, omiſſum eſt: *non profecto tam ſapiens fuiſſet.*. [Quod & nos reſtituimus. *J. B.*]

66 *Talem ſtultitiam*] Qua forſan ille uſus eſſet, immoderate ſe gerendo in victoria.

67 *Panegyrico*] Qui nonus eſt in ordine, & adſcribitur *Eumenio* cap. 10.

68 *Qui calcat iratos*] Forte, *ſtratos*, cui non eſt neceſſe quicquam facere in hoſtis adulationem, aut in dubios belli exitus lenocinia quærere, ut loquitur *Juſtin.* 11, 12. ſed qui poteſt per fiduciam virtutis & fortunæ ſubmiſſis inſultare.

69 *Unus Perſeus ipſo Paulo, qui dedentem ſe acceperat, deprecante*] Sero: ſic enim jam *Gruterus* edidit a. 1607.

70 *Nimis laxe*] Adulatur nimium Conſtantino, qui duos Francorum reges, ſed barbaros & inconditos, quales tum erant Franci, beſtiis objecit. Cæterum ne unum quidem exemplum juſti regis poſt victoriam interfecti Romanis exprobrari poteſt.



Digitized by Google

monis Barjoræ: ſed de ducibus loquitur, qualis Pontius Samnis, non de his, quibus regium eſſet nomen. Verborum ſenſus latine ſic habet: * *finis triumphi erat, poſtquam ad Capitolium Jovis ædem erat perventum: nam ibi exſpectare Imperatores mos antiquus patria jubebat, donec nuntiata eſſet mors hoſtium ducis. Is erat Simon Joræ filius, qui inter captivos in triumpho ducebatur: is tum injecto laqueo* 71 *in forum trahitur, verberantibus inſuper ipſum cuſtodibus. Nam eo in loco mos eſt Romanis ſupplicium ſumere de damnatis ob noxas capitales. Hic ubi vitam finiiſſe nuntiatus eſt, ſecuta ſunt fauſta omina, deinde ſacrificia.* Idem ferme dicit Cicero † Verrina de ſuppliciis.

* *Bell. Jud.* Lib. VII. pag. 979. E. F.

† *Cap.* 26, 27.

3. De ducibus paſſim exempla exſtant: de regibus aliqua, ut s 72 de Ariſtonico, 73 Jugurtha, 74 Artabaſdo: ſed tamen præter 75 Perſea t 76 Syphax, 77 Gentius, 78 Juba & Cæſarum tempore 79 Caractacus, atque alii tale ſupplicium evaſerunt, ut appareat & belli cauſas & gerendi modum ſpectata a Romanis, quos tamen æquo 80 aſperiores in victoria fuiſſe Cicero atque alii agnoſcunt. Itaque M. Æmilius Paulus apud Diodorum Siculum a non male in Perſei cauſa Romanos ſenatores monet, *εἰ μὴ τὸν ἀνθρώπινον φόβον εὐλαβοῖντο, τήν γε τοὺς ὑπερηφάνως ταῖς ἐξουσίαις χρωμένους μετερχομένην Νέμεσιν αἰδεῖσθαι. ſi humani nihil metuerent, at divinam vindictam timerent, iis imminentem, qui victoria inſolentius*

a *Exerpt. è* Lib. XXI.

**GROTII.**

s *De Ariſtonico*] Vide *Appianum* Mithridatico in fine. [*Pag.* 253. *Ed. H. Steph* ubi de *Ariſtobulo* & *Tigrane*, quos *Pompejus* triumphans capite plecti juſſit.]

t *Syphax*] Variant de eo hiſtorici. multi tradunt eum prope Romam ante triumphum deceſſiſſe: *Polybius* in triumpho ductum: *Appianus*, dum de eo deliberatur, morbo obiiſſe.

**GRONOVII.**

71 *In forum*] Εἰς τὸν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἐπίφερετο τόπον. Joſeph. *ἁλώσ*. 7. *in*. Intelligit Tullianum. *Saluſt.* Catil. 55.

72 *Ariſtonico*] Hic non erat verus rex, ſed Eumenis ſpurius ex cithariſtria Epheſia: & cum ab Attalo III, ejuſdem Eumenis legitimo in teſtamento, quo Populum Ro. heredem inſtituerat, præteritus eſſet, regnum Pergamenum invaſerat & ſuſtinebat invidiam Licinii Craſſi conſulis capti & occiſi. *Juſtinus* 36, 4.

73 *Jugurtha*] Hic & ipſe ſpurius, fratribus legitimis Adherbale & Hiempſale, Maſſiva quoque cognato Romæ, dum fide publica ibi moratur, per ſummum ſcelus occiſis, legatis & exercitu & primoribus e ſenatu pecunia corruptis, exercitu quoque ſub jugum miſſo, miſericordiam omnem perdiderat. *Flor.* 3, 1.

74 *Artabaſdo*] Non Romæ, neque ex auctoritate ſenatus, ſed Alexandriæ, & M. Antonii ſcelus appellat *Tacitus* 3, annal. 3.

75 *Perſea*] Macedonum.

76 *Syphax*] Maſæſulorum Numidarum.

77 *Gentius*] Illyrici.

78 *Juba*] Numidiæ.

79 *Caractacus*] Britanniæ regulus. *Tac.* 2, ann. 36.

80 *Aſperiores in victoria*] Nonniſi in una Corintho *de offic.* I. 11. quam tamen ad deſtruendam habuerunt gravem cauſam, violatos legatos. *Juſtin.* 34, 1, 2.

u *Plu-*

*tius utuntur*. Et u Plutarchus notat, bellis inter Græcos ipſos etiam hoſtes regibus Lacedæmoniis manus abſtinuiſſe reverentiâ dignitatis.

4. Hoſtis ergo, qui non id, quod humanæ leges permittunt; ſed quod ſui eſt officii, quod fas & pium eſt, volet reſpicere, parcet etiam hoſtili ſanguini: neminique mortem irrogabit, 81 niſi quo mortem mortive ſimile quid evitet, aut ob peccata perſonæ propria, quæ 82 ad capitalem menſuram devenerint. Et tamen quibuſdam id meritis aut omnem, aut mortis pœnam condonabit, ſive humanitatis intuitu, ſive ob alias probabiles cauſas. Egregie idem, quem dixi, * Diodorus Siculus: *αἱ τῶν πόλεων πολιορκίαι καὶ παρατάξεις καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ τὸν πόλεμον προτερήματα τὰ πλείονα διὰ τύχην ἢ δι' ἀρετὴν ἐπιτυγχάνεται· ὁ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις εἰς τοὺς ἐπταικότας ἔλεος μεριζόμενος διὰ μόνης τῆς φρονήσεως γίνεται· urbium expugnationes, ſecunda prælia, & ſi quid aliud in bello proſperum, ſæpe fortunæ magis quam virtuti debentur. At in ſummo imperio victis miſericordiam impartiri ſolius prudentiæ opus eſt.* Apud Curtium † legimus: *Alexander quanquam belli auctoribus jure poterat iraſci, tamen omnibus venia data.* * Lib. XVII. 38. † Lib. IX. Cap. 1.

VIII. De 83 nece autem eorum, qui caſu non deſtinato occiduntur, tenendum, quod ſupra diximus, ſi non juſtitiæ, miſericordiæ tamen eſſe non niſi magnis & ad multorum ſalutem perventuris cauſis tale quid aggredi, unde innocentibus imminere pernities poſſit. Idem nobiſcum ſenſit Polybius, qui libro v. a ſic loquitur: *οὐ γὰρ ἐπ' ἀπωλείᾳ δεῖ καὶ ἀφανισμῷ τοῖς ἀγνώμοσι πολεμεῖν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλ' ἐπὶ διορθώσει καὶ μεταθέσει τῶν ἡμαρτημένων· οὐδὲ συναναιρεῖν τὰ μηδὲν ἀδικοῦντα τοῖς ἠδικηκόσιν, ἀλλὰ συσσώζειν καὶ συνεξαιρεῖσθαι τοῖς ἀναιτίοις* ( male editur *ἐναντίοις*) *τοὺς δοκοῦντας ἀδικεῖν. bonorum virorum eſt, etiam cum minus probis non internecinum gerere bellum; ſed hactenus, ut delicta ſarciantur atque emendentur: neque inſontes cum ſontibus una pœna involvere, ſed inſontium cauſa etiam ſontibus parcere.* a Cap. 11.

IX. 1. His cognitis, de his, quæ magis ſpecialia ſunt, non difficilis erit definitio. x *Puerum ætas excuſet, feminam ſexus*, ait Se-

### GROTII.

u *Plutarchus notat*] Agide. (Pag. 804. D.)

### GRONOVII.

81 *Niſi quo mortem*] Præterquam ſi quo videt incolumi ſe ſalvum eſſe non poſſe.

82 *Ad capitalem menſuram*] Mortis ſupplicio digna ſint.

83 *De nece*] In tentanda aggreſſione vel inferenda quamvis juſta vi, per quam multi innoxii, & quos lædendi nullam propriam cauſam nec conſilium habemus, ſunt perituri.

### GROTII.

x *Puerum ætas excuſet, feminam ſexus*] *Plinius* hiſtoriæ naturalis libro VIII, cap. 16. *Leo ubi ſævit, in viros prius quam in feminas fremit, in infan-*

* Lib. III, 21. Seneca * libris, 84 quibus iræ iraſcitur. Deus ipſe in bellis Hebræorum † etiam poſt pacem oblatam & repudiatam parci vult feminis & infantibus, extra paucas gentes ſpeciali jure exceptas, adverſus quas quod erat bellum, non erat hominum, 85 ſed Dei, atque ita appellabatur. Et, cum mulieres Madianitidas vellet oc-

† Deut. XX, 14.

*ſantes non niſi magna fame.* Ad illa *Horatii* libro IV, ode VI. de Achille, ( *vers.* 17, & ſeqq )

*Neſcios fari pueros Achivum*
*Ureret flammis, etiam latentes*
*Matris in alvo.*

Ita Scholiaſtes: *Dolenter declamat in ſævitiam Achillis, qui, ſi per Apollinem vivere licuiſſet, adeo ſævus erat, ut nec infantibus nec in utero geſtantibus peperciſſet. Philo* de principis conſtitutione, ( pag. 734. ) παρθένοι δὲ καὶ γυναῖκες μεθείσθωσαν. *dimittantur autem virgines & mulieres*: cauſam reddit, τὸ προσθήκην ἀνδρῶν πόλεμον κατασκευασάντων ποιεῖσθαι γυναῖκας, ἀνήμερον· *virorum, qui bella fabricant, acceſſionem facere mulieres, immite.* Idem de ſpecialibus legibus II. πρὸς μὲν γὰρ τοὺς τελείους μυρίας προφάσεις εὔλογοι προσκρουμάτων τε καὶ διαφορῶν. τοῖς δὲ κομιδῇ νηπίοις ἄρτι παρεληλυθόσιν εἰς φῶς καὶ τὸν ἀνθρώπινον βίον, οὐδ᾽ ἐπιψεύσασθαι κατηγορίαν ἀκακώτοις οὖσιν ἐνδέχεται· *nam injuſtæ ætatis homines mille ſpecioſi obtentus reperiri poſſunt diſcordiarum ac ſimultatum. At in infantes, qui modo in lucem vitamque humanam venere, ne calumnia quidem quod dicat habet, ut plane innocentes,* ( Pag. 795. D. ) *Joſephus* antiquæ hiſtoriæ libro IX. de Manaemo, (cap. II.) μηδὲ νηπίων φειδόμενος, ὠμότητος ὑπερβολὴν οὐ καταλείπων οὐδ᾽ ἀγριότητος. ἃ γὰρ οὐδὲ τῶν ἀλλοφύλων τινὰς συγγνωστὸν δραθῆναι γενομένους ὑποχειρίους, ταῦτα τοὺς ὁμοφύλους οὕτως εἰργάσατο· *Ne infantibus quidem parcens nihil fecit reliquum ad crudelitatem, aut feritatem potius. Quæ enim veniam non merebantur, ſi in externos bello victos eſſent edita, ea fecit in populares ſuos.* Idem *Joſephus* Judam Maccabæum narrat Boſra & Ephrone captis, interfeciſſe πᾶν τὸ ἄρσεν καὶ μάχεσθαι δυνάμενον· *quicquid virilis ſexus & pugnæ idoneum erat.* [Ant. Jud. *Lib.* XII. Cap. 12. pag. 417. G. ubi tamen hoc tantum legitur: Καὶ πᾶν ὅσον ἄρσεν ἦν ἐν αὐτῇ κτείνας &c. *J. B.*] Et alibi pœnam, quam Alexander Thracidas dictus de Judæorum pueris & mulieribus ſumſerat, vocat ὑπὲρ ἄνθρωπον δίκην, *ultionem ultra hominum morem.* ( Antiq. Jud. XIII. 22. p. 461. C. ) *Agathias* libro III. ἐπειδὴ δ᾽ ὅμως οὐχ ὅσιον καὶ εἰς αὐτὰ δὴ τὰ νεογνὰ βρέφη καὶ τῶν τοῖς γονεῦσι τετολμημένων οὐδὲν ἐπιστάμενα παροινεῖν οὕτω καὶ ἀφυβρίζειν, οὔκουν αὐτοῖς οὐδὲ ἀποινὶ τοῦτο ἡμάρτησαν· *quandoquidem vero pium non erat in recens natos infantes paternorum facinorum inſcios ita ſævire atque inſanire, ideo hæc ipſis non impune abiere. Nicetas*, aut qui hiſtoriam ejus produxit ad tempora Henrici regis, de Scythis agens, qui Athiram ceperant: ἀλλ᾽ οὐδὲ τὰ ὑπομαστίδια τῶν παίδων τοῦ κακοῦ ἐσάνη ἀνέπορα, ἀλλ᾽ ἀπεθερίσθη καὶ ταῦτα κατὰ χλόην καὶ ἄνθος ἐμάραντον, ὑπὸ τῶν ἐλέου ἀναλώτων ἐκείνων ἀνδρῶν καὶ μηδαμῶς εἰδότων ὡς ἀδικεῖ τὴν φύσιν καὶ θεσμὸν ἀθετεῖ τὸν ἀνθρώπινον, ὁ πέραιτέρω τῆς νίκης καὶ τοῦ κρατεῖν τῶν ἐναντίων θυμῷ χρώμενος· *ne infantes quidem lactentes adhuc mali exſortes fuere, ſed & hi velut in herba demeſſi ſunt, aut velut flos emarcuere, facto hominum miſericordiæ intactorum, neque ſcientium injuriam ab eo fieri naturæ ac fas hominum violari, qui ultra, quam ut hoſtes vincat aut ſubigat, extendit iram.* Adde quæ *Beda* habet libro II, cap. 20. de Carævollæ feritate: & Helvetiorum bonam legem apud *Simlerum*, & Eliſabethæ reginæ pia mandata apud *Camdenum* in anno CIϽ IϽ XCVI.

GRONOVII.

84 *Quibus ira iraſcitur* ] Adverſus iracundiam ſcribit, iram coërcendam eſſe monet ac præcipit.

85 *Sed Dei* ] Qui eas ob corruptiſſimos mores ab ſtirpe volebat exſcindi.

y Fe-

Digitized by Google

occidi ob proprium ipſarum crimen, * excepit virgines intactas. Imo cum Ninivitis ob graviſſima peccata † internecionem ſevere admodum minatus eſſet, retrahi ſe paſſus eſt miſeratione multorum millium ejus ætatis, quæ honeſti & inhoneſti diſcrimina ignoraret. Cui ſimilis eſt apud Senecam *a* ſententia: *num quis iraſcitur pueris, quorum ætas nondum novit rerum diſcrimina?* Et apud Lucanum: *b*

* Num. XXXI, 18.
† Jon. IV, 11.
a De Ira II, c. 9.
b Pharſal. II. 108.

*Crimine quo parvi cædem potuere mereri?*

Si hæc Deus fecit ac ſtatuit, qui quoſvis homines cujuſcumque ſexus aut ætatis ſine ulla cauſa non injuſte poteſt occidere, utpote vitæ dator ac dominus, quid homines facere æquum eſt, quibus ille nullum jus tribuit in homines, quod non ad hominum ſalutem ac ſocietatem conſervandam eſſet neceſſarium?

2. Accedit primum de pueris judicium *c* eorum populorum ac temporum, 86 quibus fas maxime valuit. *Arma habemus* (ait apud Livium *d* Camillus) *non adverſus eam ætatem, cui etiam, captis urbibus, parcitur, ſed adverſus armatos.* Addit hoc eſſe inter belli jura, 87 naturalia ſcilicet. Plutarchus *e* de eadem re agens: *ſunt*, inquit, *apud bonos etiam belli quædam leges* Ubi nota illud *apud bonos*, ut hoc jus ab eo, 88 quod in moribus & impunitate poſitum eſt, diſcrimines. Sic *f* Florus negat aliter (ee) fieri potuiſſe 89 ſalva integritate. Apud Livium *g* alio loco eſt: *a qua ætate etiam hoſtes irati abſtinerent.* Et *h* alibi: *uſque ad infantium cædem ira crudelis pervenit.*

c Vid. de jure belli n. 36.
d Lib. V. c. 27.
e Vita Camilli. pag. 134.
f Lib. I.
g Lib. XXIV. c. 26.
h Lib. XXVIII. c. 20.

3. Quod autem in pueris rationis uſum non adeptis ſemper, id in feminis plerumque obtinet, id eſt, niſi aliquid peculiariter vindicandum admiſerint, aut virilia officia & ipſæ uſurpent. Eſt enim, ut Statius *i* loquitur, *ſexus rudis inſciuſque ferri.* Neroni hoſtem vocanti Octaviam in tragœdia reponit præfectus, (verſ. 864.)

i Silvar. I. 6. 53.
Octavia.

——— y 90 *Femina hoc nomen capit?*

Alexander apud *k* Curtium: *cum captivis & feminis gerere bellum non*

k Lib. IV. c. 11.

GROTII.

y *Femina hoc nomen capit?*] Ideo Tucca & Varus delendos cenſuere in ſecunda Æneide verſus, ubi deliberat Æneas, an Helenam occidat.

GRONOVII.

86 *Quibus fas maxime*] *Boni fuere mores & valuit recti obſervantia.* Tacit. 3, annal. 26.

87 *Naturalia ſcilicet*] Nam gentium jura plus permiſere. 3, 4. 9.

88 *Quod in moribus*] Quod non fundatum eſt in juſtitia naturali & morali, ſed politica, & conſuetudine invaluit, neque innocentem, ſed impunitum præſtat.

89 *Salva integritate*] Fide ac dignitate integra & illæſa.

90 *Femina hoc nomen*] Cum ſit imbellis & imbecilla, poteſtne etiam hoſtis vocari?

(ee) Locus FLORI ita ſeſe habet: *Veram ſciebat victoriam, quæ, ſalvâ fide, & integrâ dignitate, pareretur.* Lib. I. Cap 12. J. B.

* Lib. xxxix. c. 3.

*non ſoleo: armatus ſit oportet, quem oderim.* Gryphus apud * Juſtinum: *a nullo unquam majorum ſuorum inter tot domeſtica & externa bella poſt victoriam in feminas ſævitum, quas ſexus ipſe & periculis bellorum & ſævitia victorum eximat.* Apud Tacitum alius: *neque adverſus feminas*, (ff) *ſed palam adverſus armatos bellum ſe tractare.*

† Lib. ix. c. 2. — a Lib. xiii. c. 57. — b Lib. xiv. c. 54. — c Paneg. Theod. c. 29. — d Theb. v. 258.

4. Valerius Maximus † Munatii Flacci in infantes & feminas efferatam vocat crudelitatem, & auditu etiam intolerabilem. Apud Diodorum *a* Carthaginienſes Selinunte narrantur interfeciſſe ſenes, feminas, infantes, *οὐδεμίαν συμπάθειαν λαμβάνοντες*, *ſine humanitatis affectu.* Et alibi *b* hoc ipſum *ὠμότητα crudelitatem* vocat. Latinus Pacatus *c* de feminis: *ſexus, cui bella parcunt.* Simile Papinii *d* de ſenibus pronuntiatum:

> *Nullis violabilis armis*
> *Turba ſenes.*

e Vict. d. loco. — f Lib. xxviii. c. 23. — g Ant. xii, cap. 3. — h Liv. lib. v. c. 21. — i Quæſt. Gr. 21. pag. 296. B.

X. 1. Idem ſtatuendum univerſaliter de maribus *e*, quorum vitæ genus ab armis abhorret. *Jure belli in armatos repugnanteſque cædes*, ut ait Livius *f*, id eſt, 91 eo jure quod naturæ congruit. Sic *g* Joſephus æquum ait, ut in pugna pœnas dent, qui arma ceperunt, inſontibus non nocendum. Camillus *h* Vejis expugnatis edixit, ut ab inermi abſtineretur. In hac claſſe primum ponendi ſunt hi, qui ſacra curant: nam ut hi ab armis abſtinerent mos ab antiquo fuit gentium omnium: atque ideo viciſſim vi in illos temperabatur. Sic Philiſthæi hoſtes Judæorum non nocebant z collegio prophetarum, quod erat Gabæ, ut videre eſt 1 Sam. x, 5. & 10. Et ſic ad alium locum, ubi ſimile erat collegium tanquam ſepoſitum ab omni armorum injuria, cum Samuele confugit David, 1 Sam. xix, 18. Cretenſes, narrat *i* Plutarchus, cum bellis inteſtinis colliderentur, omnem noxam abſtinuiſſe a a ſacerdotibus, & iis, quos humandis mortuis præpoſitos *καλαχαύτας* vocabant. Huc & proverbium illud Græcum per-

**GROTII.**

z *Collegio prophetarum* ] Hyrcanus Hieroſolyma obſidens victimas ad templum miſit, narrantibus Hebræis. Sic & Gotthi laudantur *Procopio* Gotthicorum II, (*Cap.* 3.) qui ſacerdotibus Petri & Pauli extra Romam pepercerunt. Vide additamentum *Caroli Magni* ad *legem Bajoariorum*, & *legem Langobardicam* libro I, tit. XI. 14.

a *A ſacerdotibus* ] *Servius* ad VII. Æneidos: *nam cum defendebat a bello, ſi non ætas, ſaltem religio ſacerdotis.*

**GRONOVII.**

91 *Eo jure, quod natura* ] Etenim jure gentium etiam in inermes & ſeſe ſubmittentes, modo inter hoſtes ſint, aut inter eos fuerint, ut ſupra cap. 4.

(ff) Eſt apud TACITUM: *feminas gravidas.* Annal. Lib. I. Cap. 59. n. 4. J. B.

b No-

Digitized by Google

pertinet, 92 οὐδὲ πυρφόρος ὑπελείφθη. b Notat 93 Strabo *, olim cum tota Græcia armis ferveret, Eleos, utpote 94 Jovi ſacros, & 95 eorum hoſpites in alta pace vixiſſe.

* Lib. VIII. pag. 358. Ed. Paris.

2. Sacerdotibus merito hac in parte æquantur, qui vitæ genus ſimile elegerunt, ut monachi & 96 converſi, id eſt, pœnitentes, quibus proinde æque ut ſacerdotibus parci volunt † canones naturalem æquitatem ſecuti. Addas his merito eos, 97 qui ſtudiis literarum honeſtis & humano generi utilibus operam navant.

† C. 2. de trenga & pace.

XI. Deinde agricolas, quos & canones adſcribunt. Diodorus Siculus a de Indis cum laude refert: ἀμφότεροι γὰρ οἱ πολεμοῦντες ἀλλήλους μὲν ἀποκτείνουσιν ἐν ταῖς μάχαις, τοὺς δὲ περὶ τὴν γεωργίαν ὄντας ἐῶσιν ἀβλαβεῖς, ὡς κοινοὺς ὄντας ἁπάντων εὐεργέτας· *in præliis quidem hoſtes alii alios interficiunt: at agricolas relinquunt intactos, tanquam in commune utiles.* De antiquis Corinthiis & Megarenſiqus Plutarchus: τοὺς γεωργοῦντας οὐδεὶς ἠδίκει τὸ παράπαν· *nemo agricolas ullo afficiebat malo.* Et Cyrus b regi Aſſyriorum nuntiari juſſit: ὅτι ἕτοιμος εἴη ἐᾷν τοὺς ἐργαζομένους τὴν γῆν καὶ μὴ ἀδικεῖν· *paratum ſe eos, qui agros colerent, illæſos indemneſque ſinere.* De Beliſario Suidas: εἰς δὲ τοὺς ἀγροίκους τοσαύτῃ φειδοῖ τε καὶ προνοίᾳ ἐχρῆτο, ὥστε βιασθῆναι μὲν αὐτοὺς οὐδὲν πώποτε στρατηγοῦντος Βελισαρίου τετύχηκεν· *agricolis ita parcebat, ac tantam pro illis curam gerebat, ut eo duce nulli unquam eorum vis illata fuerit.*

a Biblioth. Lib. II. c. 36.

b Xen. de Cyri inſt. v. c. 4. §. 12.

XII. Addit canon mercatores, quod non tantum de his, qui 98 temporariam in hoſtico moram agitant, intelligendum eſt, ſed & de ſubditis perpetuis: nam & horum vita ab armis aliena eſt: ac ſub hoc nomine continentur ſimul alii 99 opifices & artifices, quorum quæſtus pacem amat, non bellum.

XIII.

GROTII.

b *Notat Strabo*] Et *Polybius* libro IV. (Cap. 73.) & *Diodorus Siculus* in excerptis Peireſianis. (Pag. 225.) Pari modo & qui ad Olympia, Pythia, Nemea, Iſthmia certatum ibant, habebant belli tempore ἀσφάλειαν καὶ ἄδειαν, *tutelam ac ſecuritatem.* Docent *Thucydides* libro V. & VIII. & *Plutarchus* Arato.

GRONOVII.

92 Οὐδὲ πυρφόρος] Cum ſignificabant omnes occiſos, & πυρφόρον interpretantur vatem, qui ſacrum igniculum ferret.

93 *Strabo Lib. VIII.*] Pag. 312.

94 *Jovi ſacros*] Propter Olympia, quæ Piſæ in Elide Jovis honori celebrabantur. *Polyb.* 4, 73.

95 *Et eorum hoſpites*] Peregrinos, qui morarentur in finibus illorum.

96 *Converſi*] Primus gradus monaſticæ vitæ, eorum, qui ſæculo renuntiant manentes in ſæculo, hoc eſt, cucullam ſumunt, & ſe alligant ad certum numerum precum & quædam genera piorum operum, retento patrimonio & opibus, ex quibus deinde fiunt profeſſi, qui jam res ſuas dederunt monaſterio: & denique monachi. *Rittershuſ.* ad Salv. p. 126. *Cerda* adv. Sac. 40, 28.

97 *Qui literarum*] Seneca epiſt. 14. *Hæ literæ non dico apud bonos, ſed apud mediocriter malos inſularum loco ſunt.* Unde eidem tutus literarum amor ad Polyb. 22.

98 *Temporarium in hoſtico*] Dum merces advectas diſtrahant.

99 *Opifices & artifices*] Cicero 4. Catil. 8. *Multo vero maxima pars eorum, qui in tabernis ſunt, genus hoc univerſum amantiſſimum eſt otii.*

XIII. 1. Ut ad eos veniamus, qui arma geſſerunt, jam ante * retulimus dictum Pyrrhi apud Senecam, qui vetari nos ait pudore, id eſt, æqui reſpectu, ne capto vitam adimamus. Similem Alexandri ſententiam † attulimus, quæ cum feminis conjungit captivos. Accedat illud a Auguſtini: *hoſtem pugnantem* c 1 *neceſſitas perimat, non voluntas. Sicut bellanti & reſiſtenti violentia redditur, ita victo vel capto miſericordia jam debetur, maxime* 2 *in quo pacis perturbatio non timetur.* Xenophon b de Ageſilao: προηγόρευε τοῖς στρατιώταις τοὺς ἁλισκομένους μὴ ὡς ἀδίκους τιμωρεῖσθαι, ἀλλ᾽ ὡς ἀνθρώπους ὄντας φυλάσσειν. *monuit milites, ut captos non tanquam ſontes punirent, ſed tanquam homines cuſtodirent.* Apud Dio-

* Cap. 10. §. 1. hujus Lib.
† Supr. §. 9. n. 3.
a Ad Bonif. epiſt. 1.
b Cap. 1. §. 2.

GROTII.

c *Neceſſitas perimat*] *Gratianus* poſuit *deprimat. Plutarchus* Marcello: Ἐπαμινώνδας καὶ Πελοπίδας οὐδένα πώποτε κρατήσαντες ἀπέκτειναν, οὐδὲ πόλεις ἠνδραποδίζοντο· λέγονται δὲ Θηβαῖοι μηδὲ Ὀρχομενίους ἂν οὕτω μεταχειρίσασθαι παρόντων ἐκείνων. *Epaminondas & Pelopidas nec quenquam interfecere poſt victoriam, nec civitates in ſervitutem redegerunt. creduntur que non facturi fuiſſe Thebani, quod fecere in Orchomenios, ſi illi adfuiſſent* (Pag. 316.) Secutus hoc Marcellus captis Syracuſis, ut ibidem ait *Plutarchus*. Vide eundem *Plutarchum* in Catone Uticenſi. *Cabada Perſarum regi, cum Amida vi ceciſſet, multaque cædes fieret, ſenex ſacerdos dixit non eſſe regium jam captos occidere.* Narrat *Procopius* Perſicorum I. (Cap. 7.) qui & Perſicorum II. dicit: τὸ ἐπεμβαίνειν τοῖς ἡλωκόσιν οὐχ ὅσιον· *ſævire in captos pietati adverſatur.* Apud eundem egregia eſt oratio Beliſarii ad milites capta Neapoli, Gotth. I. (Cap. 9.) Imperator Alexius apud *Annam Comnenam*, ſuadenti occidere Scythas captivos: κἂν Σκύθαι, ἀλλὰ πάντως ἄνθρωποι. κἂν ἐχθροί, ἀλλ᾽ ἐλέους ἄξιοι. *etiamſi Scythæ, homines tamen ſunt: etiamſi hoſtes, miſeratione tamen digni.* (Lib. VIII. c. 4.) *Gregoras* libro VI. τὰ γὰρ ἐν πολέμῳ καὶ μάχῃ γινόμενα ὁποῖα ποτ᾽ ἂν ᾖ, συγγνώμην ἔχει τῷ πεπραχότι, περιεσταμένου τότε τοῦ λογισμοῦ, καὶ τῆς χειρὸς τότε μεθυούσης, καὶ λόγον οὐκ ἐχούσης χειραγωγὸν καὶ πρύτανιν τῶν πραττομένων· τῆς δ᾽ ἀκμῆς τῶν δεινῶν παυσαμένης, καὶ καιρὸν ἤδη τῆς προαιρέσεως εἰληφυίας μετὰ στάθμης τινὸς καὶ κρίσεως, τὰς τῶν πράξεων ἀρχὰς παρελέσθαι τῇ χειρί, μοχθηρίαν γνώμης κατηγορεῖ τοῦ πράξαντος, εἴ τι μὴ κατὰ τὸ προσῆκον γίνοιτο· *quæ in prœliis actuque belli fiunt, ea, qualiacunque ſunt, facienti veniam impetrant, ideo quod tali tempore obſidetur animus ebria manu rationemque non habente ducem ac præſidem actionum. At, ubi periculis ſuus abſceſſit vigor, ubi tempus cuncta examinandi ac judicandi accepit liber animus, agendi imperium manui tradere, pravum hominis propoſitum indicat, ſi quid indecorum evenerit.* Adde ejuſdem *Gregoræ* locum alterum, quem in his notis poſuimus ad finem capitis VII. libri hujus, & de more laudabili Polonorum *Chalcocondylam* lib. V. *Julianus* laudatione ſecunda Conſtantii, ſub cujus perſona bonum principem deſcribit: κρατήσας δὲ μετὰ τῶν ὅπλων ἔπαυσε τὸ ξίφος τῶν πόνων, μίασμα κρίνων τὸν οὐκ ἀμυνόμενον ἔτι κτείνειν καὶ ἀναιρεῖν· *armis victor finem impoſuit gladii operibus, nefas exiſtimans, homini non ultra ſe defendenti vitam adimere.* [Legendum, in iſto poſtremo loco, non τὸ ξίφος τῶν πόνων, ſed τὸ ξίφος φόνων, ut habet Editio Illuſtris SPANHEMII, *Orat.* II. pag. 86. C. *J. B.*]

GRONOVII.

1 *Neceſſitas perimat*] Hoſtis ne interficiatur niſi pugnans & ex neceſſitate, non a valde volentibus nobis.

2 *In quo pacis perturbatio*] Quem non eſt verendum, ne ſeditionem faciat & tumultum.

d Cap.

Digitized by Google

Diodorum † Siculum eſt: πάντες ἀνταιρόντας μὲν πρὸς τοὺς ἀντικαθισταμένους, εἴκουσι δὲ τοῖς ὑποπεπτωκόσι· *omnes* (Græci) *opponunt ſe repugnantibus, parcunt jam ſubactis.* Eodem judice Macedones, qui ſub Alexandro, *a* πικρότερον ἢ πολεμικώτερον προσεφέροντο τοῖς Θηβαίοις, *acerbius egerant cum Thebanis quam belli fas ferebat.* † *Lib. XIII. c. 24.* a *Lib. XVII. c. 13.*

2. Salluſtius hiſtoria *b* Jugurthina, cum puberes poſt deditionem interfectos narraſſet, factum ait 3 contra jus belli: quod interpretare, contra æqui naturam & morem mitius viventium. Apud Lactantium *c* eſt: *parcitur victis, & eſt locus inter arma clementiæ.* Laudat *d* Tacitus Primum Antonium & Varum Flavianos duces, quod in neminem ultra aciem ſæviiſſent. Ariſtides *e*: ἀνδρῶν γάρ ἐστι καθ' ὑμᾶς τὴν φύσιν, τοὺς μὲν ἀνθεστηκότας καθαιρεῖν τοῖς ὅπλοις· τοὺς δ' ὑποπεσόντας ἠπίως μεταχειρίζεσθαι. 4 *hominum eſt noſtri ingenii, reſiſtentes armis coercere, proſtratos tractare leniter.* b *Cap. 96. Ed. Waſſ.* c *Lib. V. c. 9.* d *Hiſt. IV. 39.* e *De pace Orat. II. pag. 80. C. Tom. II.*

De captivis propheta *f* Eliſæus regem Samariæ ſic alloquitur: *an quos captivos abduceres, gladio tuo & arcu tuo eos interimeres?* apud Euripidem in Heraclidis quærenti nuntio, *g* f *II Reg. VI, 22.* g *Vers. 965.*

*Hoſtem perimere veſtra lex ergo vetat?*

Reſpondet chorus,

*Quem Mars reliquit prælio ſuperſtitem.*

Ibidem Euryſtheus captivus: *h* h *Vers. 1011.*

*Qua me necabunt, non erunt 5 puræ manus.*

Apud Diodorum Siculum *i* Byzantii & Chalcedonii, quod captivos ſatis multos interfeciſſent, hoc elogio notantur: ἐπετέλησαν πράξεις ὠμότητι διαφερούσας· *perpetrarunt facinora eximiæ crudelitatis.* Idem *k* alibi d captivis parcere vocat τὰ κοινὰ νόμιμα *jus commune*: qui aliter agunt, eos ait extra controverſiam peccare. Parcere captivis jubet boni & æqui natura, ut in philoſophicis ſcriptis dicentem *l* Senecam non diu eſt cum audivimus. Et laudari in hiſtoriis eos videmus, qui cum nimia captivorum multitudo oneri aut periculo eſſe poſſet, dimittere omnes quam occidere maluerunt. i *Lib. XII. c. 82.* k *Lib. XIII. c. 25, 26.* l *De Clement. Lib. I. c. 18.*

XIV. 1. Eaſdem ob cauſas e vitam ſalvam 6 paciſcentium, ſive in prælio, ſive in obſidione, non repudianda deditio. Ideo Ar-

GROTII.

d *Captivis parcere*] Capitolinus M. Antonino: *æquitatem etiam circa captos hoſtes cuſtodivit.* (Cap. 24.)

GRONOVII.

3 *Contra jus belli*] Nempe naturale, ut num. 9.

4 *Hominum noſtri ingenii*] Moribus & inſtitutis noſtris imbutorum.

5 *Puræ manus*] Liberæ a cædis crimine.

6 *Paciſcentium*] Offerentium ſe arma poſituros, ſi fides detur vitam & libertatem ſalvam fore.

GROTII.

e *Vitam ſalvam paciſcentium, ſive in prælio ſive in obſidione, non repudianda deditio*] Romani Perſis, qui in arce Petræ erant, apud Procopium, Goth. IV. ὡς ἡμεῖς ὑμᾶς γε καὶ ζυγομαχοῦντας οἰκτείρομεν, καὶ θανατῶντων φειδόμεθα, καὶ

Arrianus * in deditos editam a Thebanis ſtragem, ait fuiſſe non Græci moris, οὐχ Ἑλληνικὴν σφαγήν· Ac ſimiliter Thucydides libro III. † ἑκόντας τε ἐλάβετε, καὶ χεῖρας προϊσχομένους· ὁ δὲ νόμος τοῖς Ἕλλησι μὴ κτείνειν τούτους. *volentes nos & manus tendentes accepiſtis in poteſtatem. Mos autem Græcorum eſt, tales non interficere.* Et apud Diodorum Siculum *a* Syracuſani ſenatores: σώζειν τὸν ἱκέτην, ἄξιον τῆς μεγαλοψυχίας, *magno animo dignum eſt ſupplici parcere.* Sopater: νόμος ἐστὶ τοὺς ἱκέτας σώζειν ἐν τοῖς πολέμοις. *moris eſt, in bellis ſervare ſupplices.*

* *De Exped. Alex.* Lib. I. c. 9.
† *Cap.* 58.
a *Biblioth.* Lib. XI. c. 91.

2. In obſeſſis oppidis obſervatum a Romanis, antequam 7 murum aries percuſſiſſet. Cæſar *b* Adaticis denuntiat, ſe eorum civitatem conſervaturum, ſi priuſquam aries murum attigiſſet, ſe dedidiſſent: qui mos nunc quoque obtinet in locis infirmis, antequam machinæ igniariæ explodantur; in munitionibus, antequam in mœnia impetus fiat. At Cicero *c* non tam quid fiat, quam quid natura æquum ſit reſpiciens, ſic ea de re pronuntiat: *& cum iis, quos vi deviceris, conſulendum eſt, tum ii qui armis poſitis* 8 *ad Imperatorum fidem confugiunt, quamvis murum aries percuſſerit, recipiendi.* Notant Hebræi interpretes majoribus ſuis in more fuiſſe (gg), ut quam oppugnarent urbem, eam non 9 cingerent corona, ſed f partem liberam relinquerent effugere volentibus, quo minori ſanguine res tranſiret.

b *Lib.* II. *de bello Gall.* c. 32.
c *Off.* I. c. II.

XV. Eadem æquitas jubet parci his, qui ſine conditionibus ſe victori permittunt, aut ſupplices fiunt. *Trucidare deditos, ſævum*, cenſente *d* Tacito. Salluſtius *e* ſimiliter de Campanis, qui ſe Mario dediderant, cum puberes interfectos narraſſet, addit facinus fuiſſe contra jus belli, naturale ſcilicet. Idem *f* alibi: *non armatos neque in prælio belli jure, ſed poſtea ſupplices interfectos.* Et Livio, ut jam diximus, *g jure belli in armatos repugnanteſque cædes:*

d *Ann.* XII. 17.
e *Bell. Jug.* c. 96. *Ed. Waſſ.*
f *Orat.* I. *de rep. ord.* n. 36. *Fragm.* Lib. VI.
g *Lib.* XXVIII. 23.

καὶ πρὸς τὸν βίον ἐνδιαθρυπτομένους τε καὶ βλακεύοντας ἐλεεῖν ἀξιοῦμεν, ὡς Ῥωμαίοις Χριστιανοῖς νόμος· *nos vero veſtrum miſeremur jugum cervice jactantium, mortemque concupiſcentibus parcere volumus, & vitam delicate faſtidientes ſervare, ut decet Chriſtianos & Romani imperii cives.* (Cap. 12. Hiſt. miſcell.) Vide *Serranum* in rebus Franciſci I. & Henrici II.

GROTII.

f *Partem liberam relinquerent effugere volentibus* ] Sic Scipio Æmilianus, cum Carthaginem everſurus eſſet, edixit: *fugerent, qui vellent.* Polybius. [Nihil tale reperio apud POLYBIUM; & vereor ut memoria Auctorem noſtrum fefellerit. *J. B.*]

GRONOVII.

7 *Murum aries* ] Machina contentis funibus acta & emittens grande telum ad ſolvendam commiſſuram ſaxorum in muris.

8 *Ad Imperatorum fidem* ] Orant ſe in fidem & clientelam recipi.

9 *Cingerent corona* ] Ab omnibus partibus clauderent exitus.

(gg) Vide SELDENUM, *De jure Nat. & Gent. juxta diſcipl. Hebræor.* Lib. V. Cap. 15. *J. B.*

10 Si.

*des:* & * alibi: *qui deditis contra jus ac fas bellum intulisset.* Imo * Lib. XLII. c. 21. & in hoc laborandum, ut potius metu ad deditionem cogantur, quam ut interficiantur. Laudatur id in Bruto, † qui adverſarios † Plutarch. in Brut. pag. 996. A. οὐκ εἴασεν ἐμβαλεῖν, ἀλλὰ περιΐππευσεν, φείδεσθαι κελεύων, ὡς μετὰ μικρὸν ἰδίων ἐσομένων. *non paſſus eſt impetu oppugnari, ſed equitatu circumdedit: parci jubens ut mox ſuis futuris.*

XVI. 1. Adverſus hæc æquitatis ac juris naturalis præcepta exceptiones adferri ſolent minime juſtæ, nempe, 10 ſi talio exigatur, 11 ſi terrore opus ſit, 12 ſi pertinacius reſtitum ſit. Atqui hæc non ſufficere ad juſtam cædem facile intelliget, qui eorum meminerit, quæ de juſtis occidendi cauſis ſupra ſunt prodita. *a* A a Vide Vict. de jure belli n. 49. & 60. captivis & deditis aut dedere ſe cupientibus periculum non eſt: ut ergo juſte occidantur, oportet crimen antecedat, & quidem tale, quod æquus judex morte vindicandum cenſeret. Atque ita videmus interdum in captos aut deditos ſævitum, aut deditionem ſub vitæ pacto non acceptam, ſi qui de injuſtitia belli convicti, tamen in armis perſtitiſſent; ſi 13 immanibus convitiis famam hoſtis laceraſſent; ſi 14 fidem violaſſent, aut aliud gentium jus, ut legatorum; ſi transfugæ eſſent.

2. At talionem natura non admittit, niſi in ipſos qui deliquerunt: neque ſufficit quod 15 hoſtium unum quaſi corpus fictione quadam intelligatur, ut ex iis poteſt intelligi, quæ de pœnarum communicatione ſupra *b* a nobis tractata ſunt. Apud Ariſtidem b Lib. II. c. XXI. §. 18. *c* legimus: πῶς οὐκ ἄτοπον κατηγορεῖν μὲν καὶ λέγειν ὡς ἁμαρτήματα συμβαίη, μιμεῖσθαι δ᾽ ἀξιοῦν ὡς ὀρθῶς ἔχοντα; *nonne abſurdum, ea quæ accuſes & prave facta dicas, tanquam recta velle imitari?* Ac- c De pace II pag. 75. C. Tom. II. cuſat Syracuſanos hoc nomine *d* Plutarchus, quod Hicetæ uxores ac liberos occiderint, ideo tantum, quod Hicetas Dionis d Plut. Tim. pag. 252. C. & Dione, p. 983. E. uxorem, ſororem & filium interfeciſſet.

3. Utilitas etiam, quæ ex terrore in poſterum ſperatur, ad jus

GRONOVII.

10 *Si talio exigatur*] Si hoſtis crudelitas pari crudelitate plectenda aut deterrenda ſit. Ut Thracum apud *Florum* 3, 4. Obſervatum, neque Hiſpanorum in Batavos, neque Gallorum *Ligiſtarum* in Proteſtantes ſævitiam aliter quam pari ſævitia coërceri potuiſſe.

11 *Si terrore*] Si unius ſeveritatis exemplo multis aliis poſſit metus fieri, ut repugnare deſinant.

12 *Si pertinacius*] Si diutius reſiſtendo irritaverint victorem & ei occaſiones promovendæ victoriæ eripuerint.

13 *Immanibus convitiis*] Ut Cæcina Cæſaris Julii. *Cic.* 6, famil. 7. ut Thebani obſeſſi per præconem in altiſſima turre ſtatutum proclamaverant tyrannum Græciæ Alexandrum. *Diod.* 17, 9. Ut Athenienſes Sullam obſidem exaſperarunt. *Plutarch.* de garrul. p. 505.

14 *Fidem violaſſent*] *Cæſar* 1, Gall. 27. & 2, 23. civilis 2, 14.

15 *Hoſtium unum*] Ita ut ſingula membra ſint obligata & obnoxia pœnæ pro ſingulis aliis, & quod unus commeruit, omnes commiſiſſe videantur.

g Fa-

Digitized by Google

jus dandum cædis non pertinet; ſed, 16 ſi ſubſit jus, poteſt inter cauſas eſſe, ob quas jus non remittatur.

4. Obſtinatius autem ſtudium in ſuas partes, ſi modo cauſa earum non ſit omnino inhoneſta, ſupplicium non meretur, ut apud Procopium * differunt Neapolitani: aut, ſi qua ejus pœna eſt, non debet ad mortem pervenire: neque enim id ſtatueret æquus judex. Alexander †, cum in oppido quodam, quod acrius reſtiterat, puberes omnes juſſiſſet interfici, viſus eſt Indis bellare latronum more, eamque famam reveritus rex victoria clementius uti cœpit. Melius idem Mileſiis quibuſdam parci voluit, *ὅτι γενναῖοί τε καὶ πιστοὶ αὐτῷ ἐφαίνοντο, quod eos videret generoſos ac ſuis fidos eſſe*, quæ Arriani *a* verba ſunt. Phyto Reginorum prætor, cum ob pertinacius defenſam urbem a Dionyſio ad cruciatus & mortem raperetur, exclamavit, eo quod urbem noluiſſet prodere, ſupplicio ſe affici, cujus ultionem Deus brevi eſſet exacturus. Diodorus Siculus *b* pœnas has iniquas, *ἐκνόμους τιμωρίας* vocat. Valde mihi placet votum quod eſt apud Lucanum: *c*

*Vincat, quicunque neceſſe*
*Non putat in victos ſævum diſtringere ferrum,*
*Quique ſuos cives, quod 17 ſigna adverſa tulerunt,*
*Non credit feciſſe nefas.*

Dum tamen civium nomine intelligamus non hujus aut illius regionis, ſed communis illius (hh) ex humano genere conſtantis cives.

5. Multo vero minus cædem juſtam facit dolor ex accepta clade, ſicut Achillem, Æneam, Alexandrum amicis ſuis ſanguine captorum aut ſe dedentium parentaſſe legimus. Itaque *d* Homerus merito illud accinit:

*Κακὰ δὲ φρεσὶ μήδετο ἔργα.*
*g Facinuſque animo verſabat iniquum.*

XVII. Sed & ubi delicta ſunt talia, ut morte digna videri poſſint, miſericordiæ erit, 18 ob multitudinem eorum aliquid decedere de ſummo jure: cujus clementiæ auctorem ipſum habe-

* *Lib.* I. *Goth.* c. 10.
† *Polyæn.* *libro* IV. c. 3. n. 30.
a *De Exped. Alex.* Lib. I. c. 20.
b *Bibl. hiſt.* XIV. 113.
c *Pharſal.* VII, 312, *& ſeqq.*
d *Iliad.* XXIII, 24, 176.

GROTII.

g *Facinuſque animo verſabat iniquum*] Crudele hoc viſum ſæculis poſterioribus notat ad X. Æneidos *Servius*. (ad vers. 519.)

GRONOVII.

16 *Si ſubſit jus*] Si victum & in poteſtatem redactum liceat occidere ob facinus, non tantum ob hoſtilem animum, quum forſan ei alioquin ignoſceres: tantum momenti habet utilitas, ut merito non parcas aut gravius in eum conſulas.

17 *Quod ſigna adverſa*] Non ſceleratos & obnoxios ſupplicio eſſe judicat, quod hoſtes fuerunt.

18 *Ob multitudinem*] Ob numerum eorum, qui peccaverunt, non uti ſummo jure neque omnes occidere. *Flor.* 4, 6. *Hac quoque, niſi multa fuiſſet, etiam juſta cædes haberetur.*

(hh) Videtur heic excidiſſe vox *civitatis*, aut ſimilis. Adcuratè enim loquendo, non *regio*, ſed *civitas*, aut *ſocietas*, dici poteſt *conſtare ex humano genere.* J. B.

h *Ter-*

bemus Deum, qui Cananæis eorumque vicinis populis longe flagitioſiſſimis pacem offerri voluit, quæ vitam ipſis ſub tributaria conditione concederet. Pertinet huc * Senecæ dictum: *in ſingulos ſeveritas Imperatoris diſtringitur: at neceſſaria eſt venia, ubi totus deſeruit exercitus. Quid tollit iram ſapientis?* h *turba peccantum.* Et Lucani illud: †

*Tot ſimul infeſto juvenes occumbere letho*
*Sæpe fames pelagique furor, ſubitæque ruinæ,*
*Aut cœli terræque lues, aut bellica clades,*
*Nunquam pœna fuit.*

*Ne nimium multi pœnam ſubirent*, 19 *ſortitio comparata eſt*, inquit a Cicero. Salluſtius b ad Cæſarem: *neque quiſquam te ad crudeles pœnas aut acerba judicia invocat, quibus civitas magis vaſtatur quam corrigitur.*

* *De Ira* II. 10.
† *Pharſ.* Lib. II. *vers.* 198, & *ſeq.*
a *Pro Cluent.* c. 46.
b *Orat.* I. *De Rep. ordin.* C. 40. Lib. VI. Fragm.

XVIII. 1. De obſidibus quid ex jure naturæ ſtatuendum ſit, accipi poteſt ex iis, quæ in ſuperioribus dicta a nobis ſunt. Olim cum vulgo crederetur quiſque in vitam ſuam id juris habere, quod in res alias, 20 quæ in proprietatem veniunt, atque id jus conſenſu aut tacito aut expreſſo a ſingulis perveniſſe ad civitatem, minus mirandum eſt, ſi obſides privatim innoxios ob peccatum civitatis morte affectos legamus, ſive tanquam 21 ex ſuo peculiari conſenſu, ſive tanquam ex publico, cui & ſuus includeretur. At, c poſtquam verior ſapientia nos docuit dominium in vitam 22 Deo exceptum, ſequitur, ut ſolo conſenſu nemo jus cuipiam dare poſſit in vitam aut ſuam, aut civis ſui. Atque ideo Narſeti bono duci atrox viſum de innoxiis obſidibus ſup-

c *Vict. de jure belli n.* 43.

GROTII.

h *Turba peccantum*] *Quicquid multis peccatur, inultum eſt.* Scholiaſtes *Juvenalis* ex *Lucano.* [ubi legitur, *Lib.* V. vers. 260.] Livia apud *Xiphilinum* ex Dione: ἄν τε τις πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα κατὰ τὴν ἀξίαν κολάζῃ, λήσει τοὺς πλείους τῶν ἀνθρώπων ἀπολέσας· *ſi quis talia omnia rigore punire velit, non videt eo ſe ferri, ut maximam hominum partem interimat.* *Auguſtinus* epiſtola LXIV. *Magis monendo, quam minando. Sic enim agendum eſt cum multitudine peccantium; ſeveritas autem exercenda eſt in peccata paucorum.* Adde *Gailium* de pace publica lib. II, cap. 9. 37.

GRONOVII.

19 *Sortitio comparata eſt*] Ut fortibus in urnam conjectis eductiſque vel unus e paucioribus, vel pauci, ut decimus aut vigeſimus quiſque, e pluribus, qui deliquerunt, ut cuique maligna ſors excidiſſet, ſupplicium luerent.

20 *Quæ in proprietatem*] Quæ mancipii ſunt & dominos mutant: nempe ut eam alienare vel obligare poſſet, & quod quiſque de ſua vita vel interimenda vel obliganda ut interimeretur, ſi tertius vel civitas pacto non ſteriſſet, idem poſſe de ſingulorum vitis ſtatuere civitatem.

21 *Ex ſuo peculiari*] Sive ipſi ſe obſides dederint, ſive quod omnes, vel maxima pars de illis ſtatuerint, in id conſenſiſſe videantur, ex regula 2, ſ. 17.

22 *Deo exceptum*] Deum ſibi recepiſſe ac reſervaſſe, neque homini permiſiſſe, ut eam pro arbitrio vel retineret vel abjiceret.

i *Sed*

* Lib. I. c. 7. † Livius lib. XXVIII. c. 34. a Menoch. arb. q. 7.

ſupplicium ſumere narrat * Agathias: de aliis alii: etiam Scipionis exemplo, qui ajebat, † ſe non in obſides innoxios, i ſed in ipſos qui defeciſſent ſæviturum: nec ab inermi, ſed ab armato hoſte pœnas expetiturum.

2. Quod autem ex recentioribus juriſconſultis a non ignobiles, 23 conventiones tales valere dicunt 24 ſi moribus firmentur, accipio, ſi jus vocant ſolam impunitatem, quæ in hoc argumento ſæpe venit ſub tali nomine: ſin a peccato immunes putant, qui ex conventione ſola vitam adimunt alicui, vereor, ne & fallantur ipſi, & periculoſa auctoritate alios fallant. Plane ſi qui obſes venit, eſt aut ante fuit in numero graviter delinquentium, aut poſtea fidem a ſe datam in re magna fefellit, fieri poteſt, ut ſupplicium injuria vacet.

b Lib. II. c. 13.

3. At Clœliæ, quæ k non ſua ſponte, ſed civitatis juſſu obſes venerat, cum Tranato Tyberi effugiſſet, *apud regem Etruſcum non tuta ſolum, ſed & honorata virtus fuit*, quæ b Livii in hac re enarranda verba ſunt.

c Arr. lib. I. d Germ. c. 30.

XIX. Illud adhuc addendum eſt, omnes 25 commiſſiones, quæ ad jus conſequendum aut bellum finiendum nullius ſunt uſus, ſed meram habent virium oſtentationem propoſitam, id eſt, ut Græci loquuntur, c *ἐπίδειξιν ῥώμης μᾶλλον ἢ πρὸς πολεμίους ἀγῶνα*, & cum officio Chriſtiani hominis & cum ipſa humanitate pugnare. Itaque ſerio hæc vetare debent rectores, *inutiliter fuſi ſanguinis* rationem ei reddituri, cujus vice gladium geſtant. Quippe & (ii) Salluſtio laudati duces, qui incruento exercitu victoriam deportarent. Et de Cattis notæ virtutis populo d Tacitus: l *rari excurſus & fortuita pugna.*

GROTII.

i *Sed in ipſos qui defeciſſent ſæviturum*] Idem ait *Julianus* apud Eunapium excerpto legationum 9.

k *Non ſua ſponte*] Confer hiſtoriam obſidum id onus detrectantium & ob id punitorum, apud *Nicetam* libro II.

l *Rari excurſus & fortuita pugna*] Demetrium reprehendit *Plutarchus*: *φιλονεικίας ἕνεκα μᾶλλον ἢ χρείας μάχεσθαι καὶ κινδυνεύειν τοὺς στρατιώτας ἀναγκάζοντος· quod gloriæ magis ſtudio quam ex utilitate milites in pericula truderet, præliiſque objiceret.* (pag. 908. C.)

GRONOVII.

23 *Conventiones tales*] Pacta, quæ vitæ obligatione ſanciuntur.

24 *Si moribus*] Si quo in populo uſu invaluiſſent & nunc quoque frequentarentur.

25 *commiſſiones*] Conflictus ex provocatione.

(ii) Apud SERVIUM, in *Aen.* XI. Vide *Fragmenta* SALLUSTII, Lib. VI. Cap. 25. pag. 102. Ed. Waſſ. *J. B.*

CA-

Digitized by Google

# CAPUT XII.

## Temperamentum circa vaſtationem, & ſimilia.

I. *Quæ vaſtatio juſta ſit & quatenus.*
II. *Abſtinendum a vaſtatione, ſi res nobis fructuoſa ſit & extra hoſtis poteſtatem.*
III. *Si magna ſit ſpes celeris victoriæ:*
IV. *Si hoſtis habeat aliunde quo ſe ſuſtentet:*
V. *Si res ipſa ad bellum fovendum nullius ſit uſus.*
VI. *Hoc maxime locum habere in his quæ ſacra ſunt aut ſacris accedunt:*
VII. *Item religioſis:*
VIII. *Utilitates quæ ex tali moderatione ſequuntur, annotata.*

I. 1. RES alterius ut perdere quis ſine injuria poſſit, horum trium unum antecedat neceſſe eſt: aut neceſſitas talis, quæ in primi 1 dominii inſtitutione excepta debeat intelligi; ut ſi quis tertii gladium, quo uſurus ſit furioſus, periculi ſui evitandi cauſa in amnem projiciat, quo ipſo tamen caſu manere obligationem damni reſarciendi ex veriore ſententia alibi * diximus: aut debitum aliquod procedens 2 ex inæqualitate, nimirum ut 3 res perdita imputetur in illud debitum quaſi percepta, alioqui enim jus non eſſet: aut 4 meritum aliquod malum, cui pœna talis par ſit, aut cujus menſuram pœna non excedat: nam, ut recte notat † ſani judicii theologus, ut propter pecora abacta aut domos aliquas incenſas totum regnum vaſtetur, æquitas non fert: quod & Polybius a vidit, qui in bello non in infinitum vult vagari pœnam, ſed uſque eo, ut delicta æquo modo expien-

* *Lib.* II. c. 11. §. 9.
† *Vict. de jure belli* n. 12. & 56.
a *Lib.* V. c. 11.

GRONOVII.

1 *Dominii inſtitutione excepta*] Neque enim privatis dominiis inſtitutis præſumuntur voluiſſe gentes, ſi quis veniat in manifeſtum periculum pereundi & quidem non ſuo peccato, iſque ſervari poſſit arrepta aut corrupta re aliena, tum quoque valere ſtrictum jus privati dominii & potius abſtineri re aliena, quam hominem innoxium ſervari: ſed hunc caſum excepiſſe præſumuntur & ei homini regreſſum dediſſe ad primævam facultatem uſurpandi quidvis ad ſui conſervationem: præſertim ſi, qui aliena re abutitur, eamque conſumit, ſciat habendum ſibi habeatque propoſitum illius rei, quandoque poſſit, domino reſtituendæ ac ſarciendæ.

2 *Ex inæqualitate*] Ex eo, quod quis mecum contraxit, & plus accepit quam ei debebatur, me fraudato & minus habente, quam habere debeo.

3 *Res perdita*] Ut quod ego de alterius bonis corrumpo, procedat pro eo, quod mihi debetur, & detrahatur poſſeſſori, quaſi ego perceperim & ille mihi tradiderit, tanquam partem ejus, quod mihi debet.

4 *Meritum aliquod*] Facinus in meam vitam, famam, bona, aut eorum, quos mei officii eſt defendere.

a Pe-

Digitized by Google

pientur. Et hæ quidem cauſæ & intra hos duntaxat fines faciunt 5 ut abſit injuria.

2. Cæterum, 6 niſi cauſa utilitatis ſuadeat, ſtultum ſit, nullo ſuo bono nocere alteri. Ideo, qui ſapiunt, utilitatibus moveri ſolent, quarum præcipua eſt illa, quam annotavit * Onoſander: τὴν γῆν τῶν πολεμίων φθειρέτω καὶ καιέτω καὶ τεμνέτω. ζημία γὰρ χρημάτων καὶ καρπῶν ἔνδεια μειοῖ πόλεμον, ὥσπερ ἡ εὐπορία τρέφει. *Hoſtium terram perdere, urere, populari meminerit. Nam & a pecuniarum & frugum penuria bellum minuit, quantum auget copia.* a quo non diſcrepat illud Procli: στρατηγικὸν τὸ τῶν ἀγωνιστῶν περικόπτειν τὴν εὐπορίαν, *boni eſt Imperatoris hoſtium copias undique accidere.* De Dario † Curtius: *credebat inopia debellari poſſe nihil habentem niſi quod rapiendo occupaſſet.*

3. Et illa quidem populatio ferenda eſt, 7 quæ brevi ad pacem petendam hoſtem ſubigit: quo genere belli uſus *a* Halyattes in Mileſios, Thraces *b* in Byzantios, Romani *c* in Campanos, *d* Capenates, Hiſpanos, *e* Ligures, Nervios, *f* Menapios. At, ſi recte rem expendas, plerumque admittuntur talia 8 odio magis quam prudenti ratione. Ferme enim evenit, ut aut cauſæ illæ ſuadentes ceſſent, aut ut aliæ ſint validiores, quæ diſſuadeant.

II. 1. Id eveniet primum, ſi nos ipſi rem frugiferam ita teneamus, ut hoſtibus non poſſit eſſe in fructu. Quo proprie ſpectat *g* lex divina, quæ in 9 vallum bellique opera vult impendi arbores feras, frugiferas vero aſſervari ad victum, addita cauſa, quod non ut homines, ita & arbores adverſum nos in prælium conſurgere poſſint: quod ex rationis ſimilitudine b Philo *h* etiam ad

* *Strat. c. 6.*
† *Lib. IV. c. 9. n. 8.*
a *Herod. L. I. c. 17.*
b *Polyb. lib. IV. c. 45.*
c *Frontin. Strat.* III. *c. 4. n. 1.*
d *Liv. lib.* V. *c. 12.*
e *Idem, Lib.* XXXIV. 17. XL. 39.
f *Cæſ. de bello Gal. lib.* VI. *c. 3. 6.*
g *Deuter.* XX. 19, 20
h *De creat. magiſtr.* p. 734. C.

### GROTII.

a *Pecuniarum & frugum penuria bellum minuit*] *Philo* de vita contemplativa: οἱ πολέμιοι κείρουσιν ἢ δενδροτομοῦσι τὴν τῶν ἀντιπάλων χώραν, ἵνα σπάνει τῶν ἀναγκαίων πιεσθέντες ἐνδῶσι. *ſolent hoſtes vaſtare & arboribus nudare terram hoſtilem, ut hoſtes eo facilius ſe dedant rerum neceſſariarum penuria.* (Pag. 891. D.) Idem in Diris: διττὰν ἐργαζόμενοι συμφορὰν, λιμὸν μὲν φίλοις, ἐχθροῖς δὲ περιουσίαν. *duplex ſibi malum acquirunt, inopiam amicis, copiam hoſtibus.* (Pag. 930. A. init. lib.)

### GRONOVII.

5 *Ut abſit injuria*] Ut vaſtemus & vexemus alienas res ſine peccato.

6 *Niſi cauſa utilitatis*] Magnum inde commodum ad nos aut incommodum ad hoſtem perveniat.

7 *Quæ brevi ad pacem*] Qua videmur effecturi, ut hoſtis citius de bello finiendo & pace reducenda cogitet.

8 *Odio magis quam*] Dum ſæpius indulgemus iræ aut prædæ cupiditati, quam ut in ſumma re aliquid profligemus.

9 *Vallum bellique opera*] Aggeres & machinas.

### GROTII.

b *Philo*] Alter ejuſdem ſcriptoris locus de humanitate dignus & ipſe qui huc transſcribatur: ἐπιδαψιλευόμενος τὸ ἐπιεικὲς, πάλιν πλουσίως αὐτῷ καὶ κατακόρως χρῆται, μετιὼν αὐτὸ μὴ

Digitized by Google

μὲν τῶν λογικῶν ἐπὶ τὰ ἄλογα, ἀπὸ δὲ τῶν ἀλόγων ἐπὶ τὰ φυτά, περὶ ὧν αὐτίκα λεκτέον, ἐπειδή γε περὶ τῶν προτέρων ἀνθρώπων, καὶ τῶν ὅσα ψυχῆς μεμοίραται, λέλεκται. ἀπεῖπε τοίνυν ἄντικρυς μήτε δενδροτομεῖν ὅσα τῆς ἡμέρου ὕλης, μήτε κείρειν ἐπὶ λύμῃ σταχυοφοροῦσαν πρὸ καιροῦ πεδιάδα, μήτε συνόλως καρπὸν διαφθείρειν, ἵνα περιουσίᾳ μὲν τροφῶν ἀφθόνων χορηγῆται τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, περιουσιάζῃ δὲ μὴ μόνον τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ τῶν πρὸς τὸν ἁβροδίαιτον βίον. ἀναγκαῖον μὲν γὰρ ὁ τοῦ σίτου καρπὸς εἰς τροφὴν ἀνθρώπων ἀποκριθείς· πρὸς δὲ τὸν ἁβροδίαιτον βίον, αἱ τῶν ἀκροδρύων ἀμύθητοι ποικιλίαι· γίνονται δὲ ἐν ἐνδείαις πολλάκις ὅτε καὶ τροφαὶ δεύτεραι. καὶ προσυπερβάλλων, οὔτε τῶν πολεμίων χώραν τέμνειν ἐᾷ, παραγγέλλει δὲ ἀνέχειν δενδροτομιῶν, ἄδικον ὑπολαμβάνων τὴν πρὸς ἀνθρώπους ὀργὴν ἀποσκήπτειν εἰς τὰ μηδενὸς αἴτια κακοῦ. ἔπειτα δὲ ἀξιοῖ μὴ μόνον τὸ παρὸν προορᾶσθαι, μηδενὸς ἐν ὁμοίῳ μένοντος, ἀλλὰ πάντων τροπαῖς καὶ μεταβολαῖς χρωμένων, ὡς εἰκὸς εἶναι τοὺς τέως δυσμενεῖς ἐπικηρυκευσαμένους καὶ συμβατηρίων ἄρξαντας, ἐνσπόνδους αὐτίκα γίνεσθαι. φίλους δὲ τροφῶν ἀναγκαίων ἀποστερεῖν χαλεπόν, μηδὲν ταμιευσαμένους τῶν ἐπ' ὠφελείᾳ, διὰ τὴν τοῦ μέλλοντος ἀδηλότητα. πάλαι γὰρ ἐκεῖνο καλῶς εἴρηται τοῖς παλαιοῖς, ὅτι καὶ φιλίας κοινωνητέον, μὴ ἀπογινώσκοντας ἔχθραν, καὶ προσκρουστέον ὡς φιλίας ἐσομένης, ἵνα ἕκαστος ἐν τῇ ἑαυτοῦ φύσει ταμιεύηταί τι τῶν εἰς ἀσφάλειαν, καὶ μὴ ἀπογυμνωθεὶς ἐν ἔργοις καὶ λόγοις, μετανοῇ τῆς ἄγαν εὐχερείας, ὅτ' οὐδὲν ὄφελος, αἰτιώμενος ἑαυτόν. τὸ λόγιον τοῦτο χρὴ φυλάττειν καὶ τὰς πόλεις, ἐν μὲν εἰρήνῃ προνοουμένας τῶν κατὰ πόλεμον, ἐν δὲ πολέμῳ τῶν κατ' εἰρήνην, καὶ μήτε τοῖς συμμάχοις ἀνέδην πιστεύειν, ὡς οὐ χρησομένοις μεταβολῇ πρὸς τὸ ἀντίπαλον, μήτε τοῖς πολεμίοις εἰσάπαν ἀπιστεῖν, ὡς οὐ δυναμένοις ποτὲ μεθαρμόσασθαι πρὸς τὸ ἔνσπονδον. εἰ μέντοι καὶ μηδὲν ὑπὲρ ἐχθροῦ πρακτέον δι' ἐλπίδα καταλλαγῶν, οὐδὲν ἐχθρὸν φυτόν, ἀλλὰ πάντα ἔνσπονδα καὶ ὠφέλιμα· τὰ δ' ἥμερα καὶ διαφερόντως ἀναγκαῖα, ὧν ὁ καρπὸς ἢ τροφή ἐστιν, ἢ ἰσότιμον τροφῇ κτῆμα. οὐ δεῖ πολεμεῖν πρὸς τὰ μὴ πολέμια, τέμνοντας ἢ καίοντας ἢ

ῥίζαις αὐταῖς ἀνασπῶντας, ἅπερ αὐτὴ ἡ φύσις ὑδάτων ἐπιρροίαις καὶ θέρους εὐκρασίαις ἐντελεσιογονοῦσα, θεσμοὺς ἐτίθει [?] οἷα βασιλεῦσιν. ἔμελλε δ' αὐτῷ καθάπερ ἀγαθῷ προστάτῃ ἄληπτον εἶναι μὴ μόνον ζῴοις, ἀλλὰ καὶ φυτοῖς ἰσχύν τε καὶ ῥώμην, καὶ μάλιστα τοῖς ἡμέροις, ἐπειδὴ καὶ πλείονος ἄξια φροντίδος ἐστί, καὶ οὐχ ὁμοίως τοῖς ἀγρίοις ἔγγονα, γεωργικῆς ἐπιστήμης δεόμενα πρὸς κραταιοτέραν δύναμιν.

*Æquitatem ſuam etiam latius diffuſam Moſes valde ea ubertim ac liberaliter utitur, deſcendens a ratione utentibus ad muta animantia, ab his vero ad ea, quæ e terra naſcuntur, de quibus nunc dicendum eſt, quando de hominibus ut præſtantiſſimis, & aliis, quæ animam ſentientem nacta ſunt, jam egimus. Diſerte itaque vetuit aut exſcindere arbores mites, aut exitialiter ante tempus demetere frugiferas terras, aut ullos omnino fructus corrumpere, ut abundantia alimentorum inſtruatur humanum genus: abundet autem non modo neceſſaria, ſed & quæ ad vitam delicatiorem faciunt. Neceſſaria enim fruges, ad homines nutriendos ſepoſita res. ad delicias vero omnium de arboribus naſcentium varietas. quæ ſæpe, ubi alia deficiunt, ſuccedunt in alimentorum locum. Ultra procedens, terram etiam hoſtilem vaſtari non ſinit; præcipue vero excidiis arborum abſtineri jubet, iniquum exiſtimans, iram in homines conceptam erogari in ea, quæ cauſa mali nullius ſunt. Hoc ipſo & illud docet, non præſens tempus ſpectare tantum, cum nihil in ſuo ſtatu maneat, ſed cuncta vicibus ac mutationibus ſubjecta ſint. ita ut facile ſit eos qui nunc ſunt hoſtes, ubi ad colloquia & pacta ventum erit, rurſum fœderatos fieri. At amicos neceſſariis fraudare durum, quibus ob futurum incertum etiam aſſervari debuerant, quæ uſui eſſe poſſunt. Veriſſime enim dictum antiquis, ita amicis utendum, ut non putentur nullæ ſupervenire poſſe inimicitiæ, & ita tractandas offenſas, ut amicitia ſperetur, nimirum ut quiſque intra animum aliquid recondat, quo tutus ſit, & non eo nimium nudato per verba & facta mox pœnitentiam agat nimiæ ſuæ vehementiæ; ſeque accuſet, ubi res ſanari amplius non poteſt. oraculum hoc & civitatibus obſervandum eſt, ut pacis tempore parent,*

ad agros frugiferos producit, legi hæc verba affingens: *quid rebus manimis quæ & mites ſunt & mites fructus ferunt iraſceris? an vero in morem hominum qui hoſtes ſunt, inimicitiæ ſignificationem arbores produnt, ut pro his quæ faciunt aut facere minantur ſtirpitus evellendæ ſint? quin proſunt victoribus, præbentque copiam rerum quas neceſſitas exigit, imo & ad voluptatem; non ſoli homines tributa ferunt, ſed meliora arbores ſtatis temporibus, ac talia ut ſine iis vivere non detur.* Joſephus vero * ad eundem locum, ſi vocem edere poſſent arbores clamaturas ait, inique ſe cum belli cauſæ non ſint perferre belli pœnas. Neque aliunde, ni fallor, originem habet illud Pythagoricum apud † Jamblichum: ἥμερον φυτὸν καὶ ἔγκαρπον μήτε βλάπτειν, μήτε φθείρειν· *manſuetam frugiferamque arborem nec lædere nec exſcindere fas eſto.*

* *Ant. Jud.* IV 8. p. 150. B

† *De Vit. Pyth.* Cap. XXI. §. 99.

2. c Porphyrius vero mores Judaicos deſcribens libro de non edendis animalibus quarto, legem hanc, 10 conſuetudine ut puto interprete, etiam ad 11 animantia ruris operi inſervientia producit: nam his quoque ut in bello parceretur a Moſe præceptum ait: Thalmudica vero ſcripta & Hebræi interpretes addunt, d legem hanc porrigendam ad rem quamvis quæ 12 ſine cauſa peritura ſit, ut ſi ædificia comburantur, eſculenta ac potulenta corrumpantur. Conſentit cum hac lege ducis Athenienſis Timothei prudens moderatio, qui narrante *a* Polyæno, οὐκ ἐπέτρεπεν οὔτε οἰκίαν οὔτε ἔπαυλιν καθαιρεῖν, οὐ μὴν οὐδὲ ἥμερον δένδρον ἐκκόπτειν. *non patiebatur aut domum, aut villam dirui, aut arborem frugiferam ex-*

a *Strateg.* Lib. III. c. 10. n. 5.

*quæ ad bellum ſunt opus, in bello vero, quæ ad pacem: ac neque amicis ſupra modum fidant, tanquam qui non poſſunt in contrarium verti; neque hoſtibus ita diffidant, quaſi nunquam poſſint ad amicitiam reduci. Quod ſi etiam pro hoſte nihil faciendum eſſet in ſpem conciliationis, certe nihil eorum, quæ terra fert, hoſtile: quin amica omnia, utilia omnia. mitiſſima vero vel maxime neceſſaria, ut quorum fructus aut alimentum ſint, aut par aliquid alimento. Non oportet bellum inferre belli neſciis, non ſecare, non urere, non exſtirpare radicitus, quæ natura aquarum irrigationibus & æſtatum ſereno tenere educavit, ut tributa hominibus velut regibus ferrent. Cura autem ei ut communi rerum omnium & optimo præſidi fuit, illæſam præſtare non animantibus tantum ſed & terræ fœtibus vim ac robur, præſertim vero mitibus, quia majoris tutelæ indigent, nec ad ſylveſtrium morem fœcunda ſunt, ſed peritam culturam deſiderant, ut firmitatem conſequantur.* (Pag. 712, 713. Edit. Paris.)

c *Porphyrius vero*] Verba ejus ſunt: φείδεσθαι δὲ κελεύει κἂν τῇ πολεμίᾳ τῶν συνεργαζομένων ζώων καὶ μὴ φονεύειν. *parci etiam jubet lex in terra quamvis hoſtili animantibus operum ſociis, ita ut ea occidere non liceat.* (Pag. 394. Edit. Lugd. 1620.)

d *Legem hanc porrigendam*] Contra vero reſtringendam, addita exceptione, niſi arbores in ſuburbanis locis impediant jaculatores. [Vide SELDEN. *de Jure Nat. & Gent.* Lib. VI. c. 15. *J. B.*]

GRONOVII.

10 *Conſuetudine interprete*] Unius & alterius bonum exemplum imitantibus aliis, ut ita res in perpetuum morem abiret.

11 *Animantia ruris*] Boves agricolas & jumenta ruſtica.

12 *Sine cauſa*] In nullum uſum noſtrum.

e *In*

Digitized by Google

ſcindi. Exſtat & lex Platonis de republica * quinto: μήτε γῆν τέμνειν, μήτε οἰκίαν ἐμπιπράναι, ne terra vaſtetur, ne domus incen-dantur. * Pag. 470. 471. Tom II Ed. H. Steph.

3. Multo vero magis hoc locum habebit poſt plenam victo-
ram. Corinthum exciſam non probat † Cicero: ubi tamen fœ-
: tractati erant Romanorum legati: idemque alibi *a* horrificum, † Off. I. c. 11.
ːfarium, omni imbutum odio dicit bellum, quod parietibus, a Pro domo ſua ad
ctis, columnis, poſtibus fit. Laudat Livius *b* Romanorum le- Pont c. 23.
tatem victa Capuâ, quod non ſævitum ſit incendiis ruinis- b Lib. XXVI.
ue *e* in tecta innoxia muroſque. Agamemnon apud *c* Sene c Troadibus. vers. 286, & ſeq.
um:

Equi-

*e* *In tecta innoxia muroſque*] Egre-
a eſt hujus argumenti epiſtola Beliſarii ad Totilam apud *Procopium* Gotthicorum III. πρότερον μὲν κάλλη οὐκ ὄντα ἐργάζεσθαι, ἀνθρώπων ἂν φρονίμων εὑρήματα εἴη καὶ πολιτικῶς βιοτεύειν ἐπισταμένων. ὄντα δὲ ἀφανίζειν τῶν γε ξυνέτων εἰκὸς, καὶ γνώρισμα τοῦτο τῆς αὐτῶν φύσεως οὐκ αἰσχυνομένων χρόνῳ τῷ ὑστέρῳ ἀπολιπεῖν. Ῥώμη μὲν τοι πόλεων ἁπασῶν, ὅσαι ὑφ' ἡλίῳ τυγχάνουσιν οὖσαι, μεγίστη τε καὶ ἀξιολογωτάτη ὁμολογεῖται εἶναι. οὐδὲ γὰρ ἀνδρὸς ἑνὸς ἀρετῇ εἴργασται, οὐδὲ χρόνου βραχέος δυνάμει εἰς τόσον μεγέθους τε καὶ κάλλους ἀφῖκται. ἀλλὰ βασιλέων μὲν πλῆθος, ἀνδρῶν δὲ ἀρίστων ξυμμορίαι πολλαὶ, χρόνου τε μῆκος καὶ πλούτου ἐξουσίας ὑπερβολὴ, τά τε ἄλλα πάντα ἐκ πάσης τῆς γῆς καὶ τεχνίτας ἀνθρώπους ἐνταῦθα ξυναγαγεῖν ἴσχυσαν. οὕτω τε τὴν πόλιν τοιαύτην, οἵανπερ ὁρᾷς κατὰ βραχὺ τεκτηνάμενοι, μνημεῖα τῆς πάντων ἀρετῆς τοῖς ἐπιγενησομένοις ἀπέλιπον. ὥστε ἡ εἰς ταῦτα ἐπήρεια, εἰκότως ἂν ἀδίκημα μέγα εἰς τοὺς ἀνθρώπους τοῦ παντὸς αἰῶνος δόξειεν εἶναι. ἀφαιρεῖται μὲν γὰρ τοὺς προγεγενημένους τὴν τῆς ἀρετῆς μνήμην, τοὺς δὲ ὕστερον ἐπιγενησομένους τῶν ἔργων τὴν θέαν. τούτων δὲ τοιούτων ὄντων ἐκεῖνο εὖ ἴσθι, ὡς δυοῖν ἀνάγκη τὸ ἕτερον εἶναι. ἢ γὰρ ἡσσηθήσῃ τοῦ βασιλέως ἐν τῷ δε τῷ πόνῳ, ἢ περιέσῃ, ἂν οὕτω τύχοι. ἢν μὲν οὖν νικῴης Ῥώμην γε καθελὼν, οὐ τῶν ἑτέρων σου, ἀλλὰ τὴν σαυτοῦ ἀπολωλεκὼς ἂν, ὦ βέλτιστε, εἴης. καὶ διαφυλάξας κτήματι, ὡς τὸ εἰκὸς, τῶν πάντων καλλίστῳ πλουτήσεις. ἢν δὲ γε τὴν χείρω σοι τύχην κληροῦσθαι ξυμβαίη, σώσαντι μὲν Ῥώμην, χάρις ἂν σώζοιτο παρὰ τῷ νενικηκότι πολλή. διαφθείραντι δὲ, φιλανθρωπίας τε οὐδεὶς ἔτι λείψεται λόγος, καὶ προσέσται τὸ μηδὲν τοῦ ἔργου ἀπόνασθαι, καταλήψεται δέ σε καὶ δόξα τῆς πράξεως ἀξία πρὸς πάντων ἀνθρώπων, ἥπερ ἐφ' ἑκάτερα σοι τῆς γνώμης ἑτοίμως ἕστηκεν. ὁποῖα γὰρ ἂν τῶν ἀρχόντων τὰ ἔργα εἴη, τοιοῦτον ἀνάγκη καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ὄνομα φέρεσθαι· *Antehac ſic exiſtimatum eſt, ſpecioſa ſtruere opera, ſapientum eſſe & civilis vitæ ſcientum: ſtructa demoliri, ſtultorum & vecordis animi ſigna ad poſteros tranſmittere non erubeſcentium. Romam conſtat urbium, quas ſol adſpicit, maximam eſſe ac ſpectatu digniſſimam. ea non unius labore hominis nec brevi tempore ad id magnitudinis ſplendoriſque proceſſit, ſed plurimi reges atque Imperatores, virorum eminentium immenſa ſeries, multa ſæcula, divitiarum ſtupenda congeries, tum alia tum artificum primos huc traxere. ita illi, tanta urbe paulatim effecta, monumenta ſua virtutis poſt futuris reliquere. Quare in eam ſævire id vero injuriam ſit facere humano generi omnis ævi, eripiendo iis, qui olim fuere, debitæ laudis memoriam, venturis vero ſpectaculi voluptatem. Hæc cum eum in modum ſe habeant, cogita de duobus alterum neceſſario futurum, ut aut in hoc bello vincaris ab Imperatore, aut tua fortuna ſit ſuperior. Si tu victor, everſa urbe, non aliena, ſed tua perdideris: eadem ſervata, poſſeſſione frueris omnium ſpecioſiſſima. ſi adverſa tibi ſors ceciderit, Roma per te incolumi, repoſita tibi erit apud victorem gratia:*

 *eadem*

*Equidem fatebor (pace dixiſſe hoc tua*
*Argiva tellus liceat) affligi Phrygas,*
*Vincique volui; ruere & aquari ſolo,*
13 *Etiam artuiſſem.*

* Joſ. VI. 4. Sane docet nos ſacra hiſtoria urbes * quaſdam a Deo damnatas excidio: etiam contra legem illam generalem 14 arbores Moabitarum † juſſas exſcindi. Verum non factum id odio hoſtili, ſed in juſtam deteſtationem facinorum, quæ aut publice erant cognita, aut Deo judice tanti æſtimata.

† II. Reg. III, 19.

III. 1. Secundo 15 eveniet quod diximus etiam in dubia agri poſſeſſione, ſi magna ſpes ſit celeris victoriæ, cujus præmium & ager & fructus futuri ſint. Sic Alexander Magnus milites, narrante *a* Juſtino, a populatione Aſiæ prohibuit, f *parcendum ſuis rebus præfatus, nec perdenda ea, quæ poſſeſſuri venerant.* Sic Quintius, Philippo Theſſaliam tranſcurrente populabunda manu, ipſe hortatus eſt milites, ut Plutarchus *b* loquitur, iter facere tanquam 16 per conceſſam & ipſorum jam factam regionem. Crœſus Cyro ſuadens, ne Lydiam populandam militi daret, *cum meam*, inquit, *urbem, non res meas diripies: nihil enim ad me jam iſta pertinent: tua ſunt: tua illi perdent.*

a *Lib.* XI. c. 6.

b *Vita Flamin.* pag. 371. D.

c *Herodot.* Lib. I. c. 88.

2. Aliter qui faciunt, in eos non male quadrant illa Jocaſtæ ad Polynicem verba 17 Thebaidibus Senecæ, (vers. 558, & ſeq.)

*Petendo patriam perdis: ut fiat tua,*
*Vis eſſe nullam: quin tua cauſa nocet*

Ip-

*eadem jacente, jacebunt extra omnem ſpem miſericordiæ res tuæ. Neque tantum nullus ad te facti fructus redibit, ſed & digna facto fama te ab hominibus univerſis ſequetur. Ea, in utram velis partem, tibi parata eſt: nam potentum quales ſunt actiones, talis exiſtimatio.* (Cap. 22.) Vide & legem Friderici I. apud *Conradum* Abbatem *Urſpergenſem*, & de Friderico comite Palatino chronica *Melanchthonis*.

f *Parcendum ſuis rebus præfatus*] Gelimer & Vandali obſidentes Carthaginem, neque prædas egere, neque terram vaſtarunt, ſed curæ habuerunt ut ſuam. *Procopius* initio Vandalicorum ſecundi. (Cap. 1.) Apud *Helmoldum* lego lib. 1, cap. 66. *Nonne terra, quam devaſtamus, terra noſtra eſt, & populus, quem expugnamus, populus noſter eſt? quare ergo invenimur hoſtes noſtrimet, & diſſipatores vectigalium noſtrorum?* cum his conveniunt, quæ *Bembus* habet libro IX. *Paruta* vero contra Germanos libro hiſtoriæ VI.

GRONOVII.

13 *Etiam artuiſſem*] Adde *Sen.* Hippoly. 805. Vetuiſſem, vel prohibuiſſem, ſi potuiſſem.

14 *Arbores Moabitarum*] Hoc factum credibile eſt odio idololatriæ, quæ in lucis exercebatur.

15 *Eveniet quod diximus*] Ut rationes ſuadentes ceſſent, vel ſint validiores, quæ diſſuadeant, ubi nondum quidem in poteſtate noſtra res ſunt hoſtium, ſed credimus & ſperamus, alibi brevi dijudicatum iri, & res eas noſtras fore.

16 *Per conceſſam*] Deditam & ipſorum poteſtati permiſſam.

17 *Thebaidibus*] Phœniſſis.

g Di-

*Ipſum hoc, quod armis uris infeſtis ſolum,*
*Segeteſque adultas ſternis, & totos fugam*
*Edis per agros. Nemo ſic vaſtat ſua.*
*Quæ corripi igne, quæ meti gladio jubes,*
*Aliena credis.*

Par ſenſus apud Curtium * illis verbis: *quicquid non corrupiſſent,* [18] *hoſtium eſſe confeſſi.* Unde non longe abeunt ea, quæ † Cicero in literis ad Atticum diſputat, adverſus Pompeji conſilium [19] fame patriam necandi. Atque hoc nomine Alexander Iſius culpat Philippum libro a Polybii XVII, cujus verba latine hunc in modum vertit b Livius: *in bello non congredi (Philippum) æquo campo, neque* [20] *collatis ſignis dimicare, ſed refugientem incendere ac diripere urbes, & vincentium præmia victum corrumpere. At non ſic antiquos Macedonum reges, ſed acie bellare ſolitos, urbibus parcere, quantum poſſent, quo opulentius imperium haberent. Nam* [21] *de quorum poſſeſſione dimicetur tollentem, nihil ſibi præter bellum relinquere, quod conſilium eſſe?*

* Lib. IV. c. 14.
† Ep. 7. 9. 10. Lib. IX.
a Cap. 3.
b Lib. XXXII. c. 33.

IV. 1. Tertio idem fiet, ſi hoſtis habere [22] poſſit aliunde, quo ſe ſuſtentet: puta ſi mare, ſi fines alii pateant. Archidamus apud Thucydidem c in oratione, qua Lacedæmonios ſuos a bello in Athenienſes dehortatur, quærit, quas belli gerendi ſpes habeant: an forte, quod militum copia valeant, ſperent Atticum agrum a ſe facile poſſe vaſtari: atqui, inquit, habent illi & terras alias ſuæ ditionis (Thraciam & Joniam intelligens) & maritimis advectionibus adipiſci poſſunt ea, quorum indigent. Tali ergo ſtatu optimum factu, ut agricultura etiam in ipſo collimitio tuta maneat: quod ſub tributo utrique parti præſtando factum diu [23] in Belgico Germanico bello nuper vidimus.

c Lib. I. c. 80, 81.

2. Eſtque id conſentaneum mori veteri Indorum, apud quos, ut g Diodorus Siculus loquitur, *τῶν γεωργῶν ἱερῶν καὶ ἀσύλων ἐωμένων οἱ πλησίον τῶν παρατάξεων γεωργοῦντες, ἀνεπαίσθητοι τῶν κινδύνων εἰσί· agricolæ intacti ſunt ac veluti ſacroſancti, imo prope caſtra* &

GROTII.

g *Diodorus Siculus*] Libro II. (cap. 36.)

GRONOVII.

18 *Hoſtium eſſe confeſſi*] Prodentes deſperationem de victoria: nam ſi ſperarent, ſe poſſe vincere ac tenere loca illa, non vaſtarent.

19 *Fame patriam*] Prohibendo ſubvectiones frumenti & aliorum utenſilium, quia mare claſſibus tenebat.

20 *Collatis ſignis*] Acie aperta.

21 *De quorum poſſeſſione*]. Perdito præmio, propter quod bellum geratur, verbis *Juſtini* 28, 3.

22 *Poſſit aliunde*] Quam ex eo agro, quem nobis urere ac vaſtare licet.

23 *In Belgico-Germanico*] Germaniæ Belgicæ conſociatæ adverſus Hiſpanos. Pacti enim inter ſe ſunt belligerantes, ut agricolæ in confinio hoſtilium terrarum extra præſidia ſiti, utrimque tuti & inviolati eſſent, modo penderent modicum tributum, ex parte Belgarum Hiſpanis, ex parte Hiſpanorum Belgis.



Digitized by Google

*& agmina opus faciunt ſepoſiti a periculo.* Addit, τὰς χώρας τῶν ἀντιπολεμούντων οὔτ' ἐμπυρίζουσιν, οὔτε δενδροτομοῦσιν· *hoſtium agros neque urunt, neque exſcindunt arbores.* Poſtea: * οὐδεὶς ἂν πολέμιος περιτυχὼν γεωργῷ κατὰ τὴν χώραν ἀδικήσειεν, ἀλλ' ὡς κοινοὺς εὐεργέτας ἡγούμενοι πάσης ἀδικίας ἀπέχονται· *hoſtis nemo cuiquam agricolæ damnum dat, ſed id hominum genus, ut in commune beneficum, ab injuriis omnibus immune præſtatur.*

3. Inter Cyrum quoque & Aſſyrium conveniſſe ait † Xenophon, ut *cum agricolis pax eſſet, cum armatis bellum.* h Sic Timotheus partem agri maxime frugiferam elocabat colonis, ut *a* Polyænus narrat: imo, quod *b* Ariſtoteles addit, ipſos etiam fructus vendebat hoſtibus, & ex ea pecunia ſtipendium præbebat militi: quod a Viriato etiam factum in Hiſpania teſtis eſt *c* Appianus. Idque ipſum 24 in eo quod diximus Belgico-Germanico bello ſumma cum ratione & utilitate fieri vidimus, exteris mirantibus.

4. Hos mores humanitatis magiſtri 25 canones *d* Chriſtianis omnibus, ut majorem cæteris humanitatem debentibus ac profitentibus, imitandos proponunt, ideoque non agricolas tantum, ſed & animalia, quibus arant, & ſemina, quæ ad agrum portant, extra belli periculum poni volunt; nimirum ſimilem ob cauſam, ex qua civiles leges, *e* quæ ad arandum uſui ſunt, vetant in pignus capi, & apud Phrygas *f* ac Cyprios olim, poſtea i apud *g* Atticos & Romanos bovem aratorem occidere nefas erat.

V. Quar-

* *Cap.* 40. *ejusdem Lib.* I.
† *De Cyri inſt.* Lib. V c. 4. §. 3.
a *Strateg.* Lib. III. c. 10. §. 9.
b *Oeconom.* II. p. 507. A.
c *Bell Hiſ.* pag. 29.
d c. 2. *De Treug. & pac.*
e *L.* 7. *C. Quæ res pign. obl.*
f *Nic. Damaſc. Excerpt. Peireſc.* p 517.
g *Ælian.* V, 14. *Var. Hiſt. Dion. Chryſ. orat.* LXIV.

GROTII.

h *Sic Timotheus*] De Megarenſibus idem prodidit *Plutarchus* quæſtionibus Græcis. (Qu. 17. p. 295. B.) de Totila, cum Romam obſideret, *Procopius* Gotthicorum III. τοὺς μέν τοι γεωργοὺς οὐδὲν ἄχαρι ἀνὰ πᾶσαν τὴν Ἰταλίαν εἰργάσατο, ἀλλὰ τὴν γῆν ἐκέλευεν ἀδεῶς ἧπερ εἰώθεισαν, ἐσαεὶ γεωργεῖν, τοὺς φόρους αὐτῷ ἀναφέροντας. *agricolis interim per omnem Italiam nihil mali intulit, ſed juſſit eos, ita ut ſoliti erant, terram perpetuo ſecuros colere, modo ad ipſum tributa perferrent.* (Cap. 13.) *Caſſiod.* XII, 5. *Defenſorum maxima laus eſt, ſi, cum illi videantur prædictas regiones protegere, iſti non deſinant patrioticas poſſeſſiones excolere.*

i *Apud Atticos & Romanos*] Etiam in Peloponneſo. *Varro* II. de Re Ruſtica, (cap. 5.) *Columella* principio libri VI. His adde *Plinium* VIII, 45. *Ælianum* de hiſtoria animalium II. capite ultimo. *Porphyrium* II. de abſtinentia, (pag. 173. & ſeq.) *Vegetium* III, de Arte Veterinaria.

GRONOVII.

24 *In eo, quod diximus,*] Quod apparuit non tantum ex eo genere vectigalis, cui *Licenten* nomen (eſt autem de mercibus, quæ in hoſtiles regiones hinc, præter arma, portabantur,) ſed quod conſtat, integras bellicas naves Amſtelædami emtas inſtructaſque cum diſſimulatione magiſtratuum, quibus hoſtis adverſus Batavos uteretur: ne ſcilicet, cum ſat eſſet aliorum locorum, ubi parari poſſent, hi incolæ eo lucro fraudarentur.

25 *Canones*] Synodales vel conciliorum veterum.

k Rhe-

Digitized by Google

V. Quarto evenit, ut res quædam ejus ſint naturæ, quæ ad bellum faciendum aut ducendum nihil momenti habeant: quibus rebus parci etiam, manente bello, ratio vult. Huc pertinet k 26 Rhodiorum oratio ad Demetrium 27 urbicapum pro pictura Ialyſi, ſic a Gellio * latine expreſſa: *qua malum ratio eſt, ut tu imaginem iſtam velis incendio adium facto diſperdere? nam, ſi nos omnes ſuperaveris, & oppidum hoc totum ceperis, imagine quoque illa integra & incolumi per victoriam potieris: ſin vero nos vincere obſidendo nequieris, petimus conſideres, ne turpe tibi ſit, quia non potueris Rhodios vincere, bellum 28 cum Protogene mortuo geſſiſſe.* Polybius † rabioſi eſſe animi ait, ea perdere, quæ nec hoſti perdita vires adimant, nec perdenti emolumentum adferant, qualia ſunt templa, porticus, ſtatuæ, & ſimilia. Marcellus, laudante a Cicerone, *ædificiis omnibus Syracuſarum, publicis & privatis, ſacris & profanis ſic pepercit, quaſi ad ea defendenda cum exercitu, non expugnanda veniſſet.* Idem b poſtea: *majores noſtri relinquebant iis, quæ jucunda victis, nobis 29 levia videbantur.*

* Lib. xv. c. 31.
† Lib. v. c. 11.
a In Verr. IV. 54.
b Ibid. c. 60.

VI. 1. Hoc vero ſicut in aliis ornamentis valet ob eam quam jam diximus, cauſam: ita ſpecialis ratio accedit in iis, quæ ſacris uſibus dicata ſunt: quanquam enim & hæc, ut 30 alibi diximus, publica ſuo modo ſunt, atque ideo impune per jus gentium violantur, tamen ſi nullum inde periculum ſit, conſervari talia ædificia & quæ eis accedunt, l ſuadet rerum divinarum reve-

GROTII.

k *Rhodiorum oratio ad Demetrium*] De hac re vide *Plinium* hiſtoriæ naturalis VII, 38. & XXXV, 10 & *Plutarchum* Demetrio (pag. 898. E) Senſus idem in epiſtola Beliſarii modo a nobis recitata.

GRONOVII.

26 *Rhodiorum oratio ad Demetrium*] Ut parceret, Rhodo obſeſſa, ei parti murorum, prope quam erat ea nobiliſſima Protogenis pictura, neque eam labefactaret machinis: etſi facilius inde capi urbs potuiſſet, teſte *Plinio* 7, 38. 35, 10. Fuerat autem Jalyſius iſte inter conditores Rhodiorum gentis.

27 *Urbicapum*] Poliorceten Antigoni Coclitis filium.

28 *Cum Protogene mortuo*] Protogenis mortui opus nobile hoſtiliter laceſſiſſe. Sic *Gellius*. At *Plinius* etiam tum vixiſſe Protogenem & id opus tractaſſe ſcribit.

29 *Levia*] Vana, parvi momenti, nec tanti, ut illis ea invideremus.

30 *Alibi diximus*] 3, 5. 2.

GROTII.

l *Suadet rerum divinarum reverentia*] *Polybius* in excerptis Peireſianis: τὸ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις ὀργιζόμενον, εἰς τὸ θεῖον ἀσεβεῖν τῆς πάσης ἀλογιστίας ἐστὶ σημεῖον· *cum hominibus iraſcaris, ob id impie in Deos agere ſummæ ſtultitiæ ſignum eſt.* Merito ſane. nam & *Severus reſcripſit, melius eſſe, ut quomodocunque illic Deus colatur, quam popinariis dedatur*, *Lampridio* referente, (cap. 49) *Saguntinæ Dianæ templo pepercit religione inductus*, ait de Annibale *Plinius* naturalis hiſtoriæ XVI, 40. Ἱερῶν οὐδὲ τοὺς ἀλλοφύλους πολεμίους ἀφῃρούμεθα. *templa hoſtibus nec externis eripimus.* *Appianus* id habet civilium III. (Pag. 516.) De Ageſi-

 lao

* Sy. de bello. 3. n. 5. verentia, * inter eos maxime, qui eundem Deum ex eadem lege colunt, etiamsi forte ſententiis quibuſdam aut ritibus diſſideant.

† Lib. IV. c. 97. 2. Thucydides † jus ait fuiſſe inter Græcos ſui temporis, ἐσβάλλοντας ἐπὶ τὴν ἀλλήλων, ἱερῶν τῶν ἐνόντων ἀπέχεσθαι, *ut, qui in hoſticum impetum facerent, a locis ſacris abſtinerent.* Alba a Romanis diruta

a Lib. I c. 29. Deûm templis temperatum ait *a* Livius. De Romanis Capua capta ſic Silius libro XIII, (vers. 316. *& ſeqq.*)

*Ecce repens tacito percurrit pectora ſenſu*
*Relligio & ſævas componit numine mentes,*
*Ne flammam tædaſque velint, ne templa ſub uno*
*In cinerem (22) ſediſſe rogo.*

b Lib. XLII. c. 3. Adverſus Q. Fulvium Cenſorem dictum narrat *b* Livius: *obſtringere eum religione populum Romanum 31 ruinis templorum templa ædificantem, tanquam non iidem ubique Dii immortales ſint, ſed ſpoliis*

c Idem, Lib. XLIV. c. 7. *aliorum alii colendi exornandique.* At Marcius Philippus, *c* ad Dium cum veniſſet, 32 metari ſub ipſo templo, ne quid in loco ſacro vio-

lao ſcriptor latinus vitæ ejus: *neque hoc ſolum in Græcia fecit, ut templa Deorum ſancta haberet, ſed etiam apud Barbaros ſumma religione ſimulacra araſque conſervavit. Itaque prædicabat mirari ſe, non ſacrilegorum numero haberi, qui ſupplicibus eorum nocuiſſent: aut non gravioribus pœnis affici, qui religionem minuerent, quam qui fana ſpoliarent.* (Corn. Nepos, *cap.* 4.) De Ageſilai ſanctimonia in hac re etiam Plutarchum vide. Idem multos pariter Romanos ejus laudis participes facit in Sulla (Pag. 459. C. D.) εἰς μνήμην ἐβάλλοντο τοῦτο μὲν τοὺς τὸν Φλαμινῖνον, καὶ Μάνιον Ἀκίλιον, τοῦτο δὲ Αἰμίλιον Παῦλον, ὧν ὁ μὲν Ἀντίοχον ἐξελάσας τῆς Ἑλλάδος, οἱ δὲ τοὺς Μακεδόνων βασιλεῖς καταπεπολεμηκότες, οὐ μόνον ἀπέσχοντο τῶν ἱερῶν τῶν Ἑλληνικῶν, ἀλλὰ καὶ δῶρα καὶ τιμὴν αὐτοῖς καὶ σεμνότητα πολλὴν προσετίθησαν· *in memoriam revocabant alii Flamininum, alii Manium Aquilium & Æmilium Paulum, quorum ille, Antiocho ejecto e Græcia, hi vero, debellatis Macedonum regibus, non modo Græcanicis templis pepercerant, ſed & donis ea multoque honore ac ſanctimonia auxerant.* Adi & *Vitruvium* lib II. (Cap. 8.) *Dionem* XLII. *Plutarchum* Cæſare (pag. 72. E.) *Erasmum* v. miſcellaneorum c. 29. Gabao Maurus ipſe non Chriſtianus honorem volebat haberi Chriſtianorum eccleſiis. contra quam facerent Vandali, quibus ſperabat iratum fore, quiſquis ille eſſet, Chriſtianorum Deum. Teſtatur hoc *Procopius* Vandalicorum I (*cap.* 8.) qui & Perſicorum II, (*cap.* 9.) Choſroën, Perſam non Chriſtianum, eccleſiæ Antiochienſium Chriſtianorum ait pepercisse. Juſtinianus etiam, ut idem refert Vandalicorum II, (*Cap.* 9.) retinere apud ſe non auſus eſt res illas, quas Hieroſolymorum templo Veſpaſianus abſtulerat Romam, Romæ autem repertas in Africam aſportaverat Gizerichus. De ſanctimonia a Mahumetiſtis ſervata loco, in quo Ezechielis & trium Danielis ſociorum oſſa erant condita, teſtis eſt in itinerario Judæus *Benjamin.*

**GRONOVII.**

31 *Ruinis templorum* ] Male omiſſum: *templa ædificantem.*

32 *Metari* ] Caſtra poni.

(22) *Traxiſſe* habent Mſſ. & ex illis nupera atque adcurata Editio: unde fecerant *tranſiſſe.* Neſcio unde ſuam lectionem *ſediſſe* habeat noſter: quamquam, poſt illum, ita quoque locum laudat *J. G. Grævius*, Vir Eruditiſſimus, in Cic. *Verr.* IV. 55. *J. B.*

In

violaretur, juſſit. Narrat Strabo * Tectoſages, qui cum aliis 33 pecunias Delphicas rapuerant, placandi numinis cauſa domi eaſdem cum additamento conſecraſſe. * Lib. IV, p. 188. Ed. Paris. Caſaub.

3. Ad Chriſtianos ut veniamus, commemorat † Agathias Francos templis peperciſſe, ut qui cum Græcis eſſent ejuſdem religionis. Imo & hominibus ob templa parci ſolitum, quod (ne profanarum gentium, quæ multa ſunt exempla, adferam, quippe cum morem hunc κοινὰ τῶν Ἑλλήνων νόμιμα a Scriptores vocent) m in Gothis Romæ captoribus ſic laudat b Auguſtinus: n *teſtantur hoc martyrum loca & baſilica Apoſtolorum, quæ in illa vaſtatione victos ad ſe confugientes ſuos alienoſque receperunt. huecuſque cruentus ſæviebat inimicus: ibi accipiebat limitem trucidationis furor: illo ducebantur a miſerantibus 34 hoſtibus, quibus* (o malim, *qui*, nam diſtinguit mitiores a durioribus) *etiam extra ipſa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, qui ſimilem miſericordiam non haberent: qui tamen etiam ipſi alibi truces atque hoſtili more ſævientes* p *poſteaquam ad loca illa veniebant, ubi fuerat interdictum quod alibi jure belli licuiſſet, tota ſæviendi refrenabatur immanitas, & captivandi cupiditas frangebatur.* † Lib. II, c. 1. a Diod. l. XIX, c. 73. b Libro I. de Civit. Dei, c. 1.

VII. 1. Quod de ſacris dixi, idem de religioſis intelligendum eſt, etiam de iis, 35 quæ in honorem mortuorum ſtructa ſunt. nam & hæc, quanquam 36 jus gentium impunitatem iræ in iſta exercendæ indulget, violari non poſſunt niſi contemta humanitate.

GROTII.

m *In Gothis Romæ captoribus*] Sub Alarico Ariano: cujus & hoc factum memorabile apud *Caſſiodorum* XII, 20. *Rex Alarichus apoſtoli Petri vaſa ſuis deferentibus cum excepiſſet, mox, ut rei cauſam habita interrogatione cognovit, ſacris liminibus deportari diripientium manibus imperavit, ut cupiditas quæ deprædationis ambitu admiſerat ſcelus, devotione largiſſima deleret exceſſum.*

n *Teſtantur hoc martyrum loca*] Exſcripſit hunc locum *Iſidorus* in Chronicis Gotthicis Æra CCCC XLVII.

o *Malim*, qui] Omnino ſic legendum oſtendit *Oroſius* eandem hiſtoriam referens lib. VII, c. 28.

p *Poſteaquam ad loca illa veniebant*] Eiſdem apoſtolorum baſilicis Gotthi ſub Vitige Romam obſidentes pepercerunt, teſte *Procopio* Gotthicorum II. (Cap. 4.) Etiam barbaris & non Chriſtianis jus confugii in talia loca profuit, vide *Zoſimum* libro IV. (Cap. 40. Ed. Cellar.) de Tomitanis barbaris. Adde Helvetiorum legem apud *Simlerum*: *Nicetam* Alexio, Manuelis filio: eundem lib. 1. de Andronico, ubi Siculos culpat ob violatas Antiochienſium eccleſias, (*cap.* 9.)

GRONOVII.

33 *Pecunias Delphicas*] Harum pars aurum Tholoſanum. Juſtin. 32, 3.

34 *Hoſtibus quibus*] Nihil mutandum, ſed intelligendum; iſti quibus pepercerant, nempe in profanis locis. Significat quoſdam hoſtium tam fuiſſe miſericordes, ut Romanos captos in illis locis, quorum nulla erat religio, ſponte ducerent in templa, ne, ſi in alios vincentium non tam miſericordes incidiſſent, irrita foret prior clementia.

35 *Quæ in honorem*] Cenotaphiis aut monumentis, in quibus ipſa corpora defunctorum collocata non ſunt.

36 *Jus gentium impunitatem*] Jure gentium ea impune diruere ac corrumpere licet.

* L. 43. D. de Religioſis. 37 Summam eſſe rationem ajunt * juriſconſulti, quæ facit pro religione. Tam pro religioſis quam pro ſacris pia exſtat Euripidis ſententia Troadibus, (*vers.* 95, & ſeqq.)

> Μῶρος δὲ θνητῶν ὅστις ἐκπορθεῖ πόλεις,
> Ναούς τε τύμβους θ', ἱερὰ τῶν κεκμηκότων,
> Ἐρημίᾳ δοὺς, αὐτὸς ὤλεθ' ὕστερον.
> *Homo quiſquis urbes vaſtat & Dis Manibus*
> *Sedes ſacratas, templaque, haud recte ſapit:*
> *Nam mox is ipſum peſtis excidii manet.*

† Philoſtrat. Lib. V. c. 16. Ed. Olear. Apollonius † Tyanæus q de cœlo a gigantibus oppugnato fabulam ſic interpretabatur: ὑβρίσαι εἰς τοὺς ναοὺς αὐτῶν καὶ τὰ ἕδη, *vim eos intuliſſe Deorum templis ac ſedibus.* Statio Annibal ſacrilegus (bb), qui *Deûm* 38 *face miſcuit aras.*

a Punic. pag. 83. b Lib. XLII. 2. Scipio, capta Carthagine, milites donis ornat, χωρὶς τῶν εἰς τὸ Ἀπολλώνιον ἁμαρτόντων, inquit a Appianus, *exceptis, qui in Apollinis templum peccaverant* Trophæum a Mithridate ſtructum Cæſar, ut narrat b Dio, καθελεῖν οὐκ ἐτόλμησεν ὡς τοῖς ἐμπολεμίοις θεοῖς ἱερώμενον, *tollere auſus non eſt, ut belli Diis ſacratum.* Marcus

c Cap. 55. d De Divin. I. 37. e Lib. XIV. c. 64. f Lib. XXXI c. 26 30. 31. g L. b. II. c. 7. n. 4. Marcellus, quæ 39 victoria profana fecerat, religione impeditus non attigit, ait Cicero c Verrina quarta: & ibidem addit, (cc) hoſtes eſſe aliquos, qui in bello religionis & conſuetudinum jura retineant. Idem d alibi Brenni bellum 40 fano Apollinis illatum, nefarium dixit. 41 Pyrrhi factum, qui Proſerpinæ theſauros ſpoliaſſet, fœdum vocat Livius & in Deos ſuperbum. Simile Hilmiconis e Diodorus ἀσέβειαν & εἰς θεοὺς ἁμάρτημα. Philippi bellum idem ille Livius f nefarium, quaſi Diis ſuperis inferiſque illatum: etiam furorem, ac ſcelera. Florus g de eodem: r *Philippus ultra jus victoria in templa, aras, ſepulchra ſaviit.* Eandem hiſtoriam

GROTII.

q *De cœlo a gigantibus oppugnato fabulam ſic interpretabatur*] Ut & alteram de Epopeo *Diodorus Siculus.* [Excerpt Peireſc. pag 221. è Lib VII.]

r *Philippus ultra jus victoria in templa, aras, ſepulchra ſaviit*] Simile Pruſiæ factum deteſtatus *Polybius*, cujus verba *Suidas* ſervavit in vocabulo *Pruſia*, & excerpta Peireſciana. (pag. 337.)

GRONOVII.

37 *Summam eſſe rationem, quæ facit*] Religionis primam & maximam rationem habendam.

38 *Face miſcuit*] Incendit & in cineres confuſos ac deformia rudera redegit.

39 *Victoria profana*] Sacra, quæ, urbe per vim expugnata, reverentiam apud victores non habebant, & in præda duci poterant.

40 *Fano Apollinis*] Delphico. *Juſtin.* 24, 7. 8.

41 *Pyrrhi, qui Proſerpinæ*] *Livius* 29, 18.

(bb) En ipſa verba Poëtæ:

> *Præcipue quum ſacrilegus face miſcuit arces*
> *Ipſius* [Herculis] *immeritaque domos ac templa Sagunti*
> *Polluit, & populis furias immiſit honeſtas.*

Sylv. Lib. IV. Sylv. VI. vers. 82, & ſeqq. J. B.

(cc) Hoc paullo ante legitur: *Non ut ab hoſte aliquo, qui tamen in bello religionum & conſuetudinis jura retineret* &c. Caput in orâ libri indicavimus. J. B.

§ Idem

riam tangens Polybius hoc addit * judicium: *τὸ μήτε τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐπικουρίαν μέλλοντα, μηδ' ἐντεῦθεν παρασκευάζειν, μήτε τοῖς ἐχθροῖς ἐλάττωσιν πρός γε τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον, ἐκ περιττοῦ καὶ ναοὺς, ἅμα δὲ τούτοις ἀνδριάντας καὶ πᾶσαν δὴ τὴν τοιαύτην κατασκευὴν λυμαίνεσθαι, πῶς οὐκ ἂν εἴποι τις εἶναι τρόπου καὶ θυμοῦ λυττῶντος ἔργον. quæ neque nobis ad bellum futura sunt uſui, nec hoſtibus incommodatura, ea ire perditum, templa maxime, & quæ in iis ſimulacra & ſimilia ornamenta, quis neget mala mentis & præ ira furibunda eſſe opera?* atque ibidem talionis non admittit excuſationem. * *Lib.* v. c. 11.

VIII. 1. Quanquam vero proprie 42 inſtituti noſtri hic non eſt, quid ex uſu ſit, inquirere, ſed laxam bellandi licentiam adducere ad id, quod natura licitum, aut inter licita melius eſt; tamen 43 ipſa virtus, vilis hoc ſæculo, ignoſcere mihi debet, ſi, quando per ſe contemnitur, ex utilitatibus ipſi pretium facio. Primum igitur moderatio iſta in ſervandis rebus, quæ 44 bellum non morantur, magnum hoſti telum eripit, deſperationem. Archidami dictum eſt apud † Thucydidem, *μὴ γὰρ ἄλλο τι νομίζετε τὴν γῆν τῶν πολεμίων, ἢ ὅμηρον ἔχειν, καὶ οὐχ ἧσσον ὅσῳ ἄμεινον ἐξείργασται, ἧς φείδεσθαι χρὴ ὡς ἐπιπλεῖστον, καὶ μὴ ἐς ἀπόνοιαν καταστήσαντας αὐτοὺς, 45 ἀληπτοτέρους ἔχειν. terram hoſtilem non aliud quam 46 obſidem cenſete, tantoque meliorem, quanto magis exculta eſt: quare & ut plurimum ei parcendum eſt, ne deſperatio hoſtes reddat 47 invictiores.* f Idem Ageſilai conſilium a, cum Acarnanibus, contra quam ſentiebant Achæi, 48 liberam reliquit ſementem, ajens, quo plus ſeviſſent eo 49 pacis cupidiores fore. Hoc eſt quod dicit b ſatyra: 50 *ſpoliatis arma ſuperſunt.* Livius narrans c captam a Gallis urbem; *placuerat*, inquit, *principibus Gallorum, non omnia* † *Lib.* I. c. 82. a *Xen. hiſt. Gr.* IV. c. 6. n. 13. b *Juvenal.* VIII. 124. c *Lib.* v. c. 42.

*con-*

GROTII.

f *Idem Ageſilai conſilium*] Meminit & *Plutarchus* Ageſilao. (Pag. 608. B.)

GRONOVII.

42 *Inſtituti noſtri hic non eſt*] Quippe quod τοῦ πολιτικοῦ.

43 *Ipſa virtus vilis.*] Non debet alienum aut putidum videri, ſi, quod honeſtum eſt & per ſe ſine ulla mercede probandum, id ſtudeam perſuadere & commendare per commoda, quæ ſecum trahit, quando eo ſæculo vivimus, quo nihil, niſi quod utile eſt, appetitur.

44 *Bellum non morantur*] Impedimentum non afferunt rebus gerendis.

45 'Αληπτοτέρους ἔχειν] Forte, ἀλειπτοτέρους, nam ἄλειπτος, ἀνίκητος, ἀκαταγώνιστος. *Salmaſ.* ad hiſt. Auguſt. p. 333.

46 *Obſidem*] Nam qui agros hoſtium tenent, perinde eſt ac ſi obſides eis extorſiſſent: quorum recipiendorum ſpe ad ſaniora conſilia cogi poſſunt: eo autem facilius cogentur, quo cultiores agri conſervati fuerint.

47 *Invictiores*] Difficiliores.

48 *Liberam reliquit ſementem*] Vetuit, dum in arando ac ſerendo occupati eſſent, ullam vim a ſuo exercitu fieri.

49 *Pacis cupidiores*] Promtiores & procliviores ad legem pacis accipiendam, ne meſſem hoſtis intercipiat.

50 *Spoliatis arma*] Cum ſupereſt nihil præter arma, acrius eis utuntur.

t De

*concremari tecta, ut quodcunque ſupereſſet urbis, 51 id pignus ad fle-ctendos hoſtium animos haberent.*

2. Adde quod 52 ſpeciem hoc præfert, manente bello, magnæ de victoria fiduciæ: & quod clementia apta per ſe frangendis & conciliandis animis.
* Lib. xxiv. c. 20. Annibal apud * Livium in Tarentino agro nihil violat: *apparebat*, ait, *non id modeſtia militum aut ducis, 53 niſi ad conciliandos Tarentinorum animos fieri.* Simili de cauſa
† Lib. xlix. Auguſtus Cæſar de Pannoniis rapina abſtinebat. Cauſam † Dio adfert: ἤλπιζε γὰρ ἐθέλοντας αὐτοὺς ἐκδέξεσθαι. *ſperabat enim fore, ut ſic eos ſine vi ſibi adjungeret.* Timotheus ea cura, quam ſupra narravimus, præter alia πολλὴν τὴν εὔνοιαν τῶν πολεμίων ἐθήρευεν, ait
a Lib. iii. c. 10. n. 5. *a* Polyænus, *magnam ab hoſtibus ipſis benevolentiam captabat.* t De Quintio & qui cum eo erant Romanis Plutarchus cum quæ ſupra
b Pag. 471. D. Vit. Flam. diximus commemoraſſet, *b* addit: *hujus modeſtia non multo poſt fructum cepêre. nam ut in Theſſaliam perventum eſt, defecerunt ad eum urbes. Tum vero & qui intra Thermopylas habitabant Græci Quintium ardentibus votis deſiderabant: Achæi vero, renuntiata Philippi amicitia, ſocietatem adverſus eum cum Romanis inierunt.* De Lingonum civitate quæ bello, quod ductu Cerealis, auſpiciis autem Domitiani, in Civilem Batavum ejuſque ſocios gerebatur,
c Lib. iv. c. 3. n. 14. populationem formidatam evaſerat, ſic narrat *c* Frontinus, *quod contra exſpectationem inviolata nihil ex rebus ſuis amiſerat, ad obſequium reducta ſeptuaginta millia armatorum tradidit ei.*

3. Conſiliis contrariis contrarii quoque eventus: exemplum
d Lib. xxvi. c. 38. dat Livius *d* in Annibale: *Præceps in avaritiam & crudelitatem animus, ad ſpolianda quæ tueri nequibat, ut vaſtata hoſti relinquerentur, inclinavit. Id fœdum conſilium cum incepto tum etiam exitu fuit: neque enim indigna patientium modo abalienabantur animi, ſed cæterorum etiam: quippe 54 ad plures exemplum quam calamitas pertinebat.*

e Ægid. Reg. de actibus ſupern. diſp. 31. dub. 7. num. 127. 4. Veriſſimum autem ſentio, quod a theologis *e* quibuſdam notatum eſt, & ſummarum poteſtatum & ducum qui Chriſtianos ſe & a Deo & ab hominibus haberi volunt officium eſſe, violentis urbium direptionibus & ſi quid his ſimile eſt intercedere, ut quæ abire non poſſint ſine graviſſimo multorum innocentium malo, & ſæpe ad belli ſummam parum proficiant: ita ut bonitas Chri-

GROTII.

t *De Quintio*] Nempe T. Quintio Flaminio.

GRONOVII.

51 *Id pignus*] Lenocinium pacis, per quam ea erant recuperaturi.

52 *Speciem hoc præfert*] Parcere illis, quæ in poteſtate ſunt, eſt ſignum judicantis hæc ſua eſſe ſperantiſque ſe obtinere illa poſſe, univerſi belli victoria.

53 *Niſi ad conciliandos*] *Niſi* pro *ſed*.

54 *Ad plures*] Plures ſimile quid metuebant, quam ipſam calamitatem ſentiebant.

(dd) Te-

Digitized by Google

Chriſtiana fere ſemper, ipſa quoque juſtitia plerumque ab ipſis abhorreat. Majus ſane eſt Chriſtianorum inter ſe vinculum, quam olim Græcorum fuit, quorum bellis ne qua (dd) urbs Græca exſcinderetur cautum erat Amphictyonum decreto. Et Alexandrum Macedonem narrant veteres nullius rei a ſe actæ magis ductum pœnitentia, (ee) quam quod Thebas evertiſſet.

(dd) Teſtis eſt ÆSCHINES: Ἐν οἷς ἔνορκον ἦν τοῖς ἀρχαίοις, Μηδεμίαν πόλιν τῶν Ἀμφικτυονίδων ἀνάστατον ποιήσειν &c. Orat. de male obita legat. pag. 262. A. Edit. Baſil. 1572. J. B.

(ee) Vide, inter alios, PLUTARCHUM; *Vit. Alexandr.* pag. 671. E. J. B.

# CAPUT XIII.

## Temperamentum circa res captas.

I. *Res etiam hoſtilium ſubditorum bello captas retineri ad modum debiti:*

II. *Non etiam in pœnam alieni criminis.*

III. *Debitum hic intelligi etiam quod in bello ſubnaſcitur. Exempla.*

IV. *Humanitatis eſſe, ſummo jure hic non uti.*

I. 1. SEd neque peccato vacare, aut a reſtitutionis onere immunis cenſeri debet rerum hoſtilium in bello juſto captura. Quippe a ſi id quod recte fit ſpectas, non ultra licitum eſt capere aut habere quam 1 cauſa ſubeſt debendi in hoſte: excepto quod etiam extra eam ad 2 ſecuritatem neceſſariæ res poſſunt detineri, ſed reſtituendæ ceſſante periculo, in ſe aut in pretio, ſecundum ea quæ libro II, cap. II. tractavimus. nam quod & in re 3 pacatorum liceret, multo magis in re hoſtium licet. Hoc igitur eſt 4 capiendi quoddam jus, ſine acquirendi jure. *Vict. de jure belli n. 55. 56.* ** Cajetan. in ſum. pecc. verb. belli damnum. Covarr. ad d. c. peccatum. p. II. §. II. Vict. de jure belli n. 39. & 41. & Molina II, tract. diſp. 117.*

2. Cum autem deberi aliquid nobis poſſit, aut 5 ob inæqualitatem rerum, b aut 6 ex pœna, * poteſt ex utraque cauſa acquiri res hoſtilis, ſed cum diſcrimine tamen. nam ſupra diximus, ex de-

GROTII.

a *SI id quod recte fit ſpectas*] Vide quod judicavit Innocentius Romanus Pontifex apud *Bembum* I.

b *Aut ex pœna*] Romani Pruſiam Attalo juſſerunt & damnum reſarcire & pœnam inſuper pendere. [Habet Auctor noſter ex APPIANO ALEXANDRINO, *Bell. Mithrid.* pag. 172, 173. Ed. H. Steph. J. B.]

GRONOVII.

1 *Cauſa ſubeſt debendi*] Donec nanciſcamur id, quod nobis debetur.

2 *Securitatem*] Ne noceant nobis, aut ne quis illis utatur nos lædendi gratia.

3 *Pacatorum*] Eorum qui non offendunt nos.

4 *Capiendi*] Apprehendendi, corripiendi & tenendi aliquantiſper, ita ut tamen tuum non facias.

5 *Ob inæqualitatem*] Ex contractu.

6 *Ex pœna*] Ex maleficio.

7 Non

Digitized by Google

debito illo priore 7 non res tantum debentis ſed & ſubditorum ejus ex introducto jure gentium quaſi fidejuſſione obligari. Quod quidem jus gentium alterius generis credimus, quam illud 8 quod in impunitate ſola aut externa vi judiciorum conſiſtit. Nam ſicut in res noſtras, ex conſenſu privato noſtro, ei quicum actum eſt, 9 non externum modo, ſed & internum jus quæritur, ſic & ex communi quodam conſenſu, qui ſingulorum conſenſum vi quadam in ſe continet, quo ſenſu lex πόλεως συνθήκη κοινὴ, (aa) *communis pactio civitatis* dicitur. Atque id in hoc negotii genere placuiſſe gentibus eo eſt credibilius, quia hæc lex gentium non (bb) ſolum majoris mali vitandi cauſa, ſed etiam juris cuique ſui conſequendi gratia introducta eſt.

II. At in altero debendi genere 10 quod pœnale eſt, non video gentium conſenſu tale jus in res ſubditorum eſſe proditum. odioſa enim eſt talis rerum alienarum obligatio, ideoque 11 latius produci non debet quam actum appareat. Neque vero par eſt utilitas in poſteriore hoc & in priore debendi genere. nam prius illud 12 eſt in bonis, poſterius hoc 13 non eſt, ideoque perſecutio ejus ſine damno omitti poteſt. Nec obſtat quod ſupra * de jure Attico diximus. Nam ibi homines obligabantur non ex eo proprie quod 14 civitas puniri poterat, ſed duntaxat ad cogendam civitatem id facere quod facere debebat, id eſt, judicium reddere in ſontem; quod debitum ex officio ad 15 *prius illud*, non ad 16 poſterius debendi genus refertur: aliud enim eſt debere punire, aliud

* *Lib.* III, c. 2. n. 3.

GRONOVII.

7 *Non res tantum debentis*] Propter debitum principis, aut eorum, qui rempublicam tenent, ex contractu cum alio principe populove inito & principis patrimonium & civium bona hypothecæ loco ſunt.

8 *Quod in impunitate*] Quod pœnam remittit res alienas rapienti & judicis officium præſtat raptas defendenti pro ſuis, quas alter debet, nec reddit.

9 *Non externum modo*] Non tantum quod condonat pœnam aut interdictis defenditur, ſed etiam, quod congruit juri naturæ, quale eſt quod poſt introducta dominia & ſalva conſcientia exigitur.

10 *Quod pœnale eſt*] Ex maleficio imperantis & magiſtratuum oritur.

11 *Latius produci*] Etiam ad pœnam, cum videatur tantum placuiſſe ad ſatisfactionem aut compenſationem.

12 *Eſt in bonis*] Ita ut ſi perſequi ceſſes, tuo careas.

13 *Non eſt*] Spectat enim tantum vindictam, de qua remittere licet ita ut nulla re egeas.

14 *Civitas puniri*] Aliquid deliquerat noxam nocendo, ſed quod negligentius egerat in alieno dolore æſtimando.

15 *Ad prius illud*] Ex inæqualitate.

16 *Ad poſterius*] Ex pœna.

(aa) Vide ſupra, *Lib.* II. *Cap.* II. num. 3. *J. B.*

(bb) Omnes Editiones, etiam prima, habent heic *ſola*, quæ vox manifeſto mendoſa eſt. Mutavimus igitur, ut ſenſus poſtulabat: quemadmodum & initio Capitis, ubi etiam in omnibus Editionibus hactenus legebatur: *excepto quod etiam extra eam ad ſecuritatem* NECESSARIAM *res poſſunt detineri*; pro, *ad ſecuritatem* NECESSARIÆ *res*: quæ menda à nemine animadverſa, mirum ſane eſt. *J. B.*

c Im-

aliud debere aut poſſe puniri, 17 quanquam ex ceſſatione circa illud hoc ſequi ſolet, ſed ita ut diſtincta ſit cauſa illa & hoc effectum. Ergo pœnæ nomine acquiri res ſubditorum hoſtilium non poterunt, ſed eorum duntaxat qui ipſi deliquerint, in quibus & magiſtratus continentur qui delicta non puniunt.

III. Cæterum res ſubditorum & capi & acquiri poſſunt, non tantum ad conſecutionem 18 debiti primarii, unde ortum eſt bellum, ſed & 19 ſubnaſcentis, ſecundum ea quæ diximus initio hujus libri. Et ſic accipiendum eſt, quod ſcribunt * theologi quidam, capta in bello 20 non compenſari cum debito principali: intelligendum enim hoc uſque dum 21 ſecundum ſanum judicium ſatisfactum ſit de eo damno quod in ipſo bello datum eſt. ſic in diſceptatione cum Antiocho Romani, Livio † narrante, c impenſam, quæ in bellum facta eſſet, omnem præſtare regem æquum cenſebant, cujus culpa bellum excitatum eſſet. Apud Juſtinum a eſt *impenſas belli lege juſta* (cc) *ſuſcepturus*: apud Thucydidem b damnantur Samii *χρήματα τὰ ἀναλωθέντα ἀποδοῦναι*, *ſolvere belli impenſas*. Et alibi ſæpe. Quod autem victis juſte imponitur, idem & bello juſte extorquetur.

* Silv. verb. bell. n. 10. vict. n. 51. Bart. in l. ſi quid bello. D. de capt.
† Lib. XXXVII. c. 35.
a Lib. XXXIII. c. 1.
b Lib. I. c. 117.

IV. 1. Cæterum ſciendum eſt, quod & alibi meminimus, 22 latius patere caritatis quam juris regulas. Qui divitiis floret, immiſericordiæ reus erit, ſi inopem 23 debitorem omnibus recu-

lis

### GROTII.

c *Impenſam, quæ in bellum facta eſſet*] Meminit *Polybius* excerpto legationum 23. Sic & a Sulla damnati Aſiatici, narrante in Mithridaticis *Appiano*. (Pag. 213.) morem hunc pro ſe allegat rex Poloniæ, apud *Thuanum* libro LXXIII. anno CIƆ IƆ LXXXI. Sic apud *Homerum* Iliados Γ vocem *τιμὴν* ſcholiaſtes interpretatur *πρόστιμον τοῦ πολέμου· λέγει δὲ τὸ ἥμισυ τῶν ἐν τῇ πόλει κτημάτων*· *belli æſtimationem, dimidium nempe rerum quæ in urbe erant*. (Ad vers. 286.)

### GRONOVII.

17 *Quanquam ex ceſſatione*] Si poſt quam ex officio punire oportebat, in eo ceſſet, ipſe pœna ſeſe dignum reddat: atque adeo ex iſto ſæpius hoc exoritur & exiſtit: haud quaquam tamen hæc duo miſcenda & pro eodem habenda ſunt.

18 *Debiti primarii*] In quo cœpit injuſtitia.

19 *Subnaſcentis*] Ejus quod ex illo ſequitur & provenit.

20 *Non compenſari*] Non poſſe imputari ab eo, de cujus bonis vel territorio rapta ſunt, tanquam ſufficientem retributionem pro injuria, quam dedit cauſam bello: ſed jus eſſe victori ſuper illa, quæ tenet aut bello acquiſivit, pro ea injuria, quæ locum bello fecit, novam ſatisfactionem poſcere.

21 *Secundum ſanum judicium*] Arbitratu prudentium & bonorum virorum.

22 *Latius patere*] Plus deberi humanitati, aut vinculo quod omnem hominem nobis proximum facit, quam legibus; ut quis plane ac vere juſtus ſit, non ſufficere id tantum præſtari, quo leges contentæ ſunt & recepta jura.

23 *Debitorem omnibus reculis*] Cic. pro Quinctio 16. *Viri boni, cum palam fraudantur, cum experiundi poteſtas non eſt, timide tamen & pedetentim hoc deſcendunt vi ac neceſſitate coacti.*

(cc) Eſt apud JUSTINUM, *belli lege victi*, nec ulla varietas lectionis notatur ab Inſt. in Editione quidem Græviana. *J. B.*

d Mi-

Digitized by Google

lis ſuis excutiat, ut ipſe ultimum quadrantem conſequatur, multoque magis ſi is ipſe debitor in id debitum venerit 24 ſua bonitate, ut ſi pro amico fidejuſſerit, ipſe autem nihil pecuniæ verterit in rem ſuam. d 25 *Miſerabile enim eſt*, ut ait * pater Quintilianus, *ſponſoris periculum.* Tamen 26 tam durus creditor contra jus ſtricte dictum nihil facit.

* Declam. 273.

2. Quare e exigit humanitas, ut his qui extra culpam ſunt belli, quique 27 non alio quam fidejuſſorio nomine obſtricti ſunt, relinquantur res iſtæ quibus nos facilius quam ipſi careamus, præſertim vero ſi ſatis appareat illos ipſos id, quod eo modo amiſerunt, a civitate ſua non recuperaturos. Huc pertinet quod Babylone capta Cyrus † militibus dixit: οὔκουν ἀδικίᾳ γε ἕξετε ὅ, τι ἂν ἔχητε, ἀλλὰ φιλανθρωπίας οὐκ ἀφαιρήσεσθε, ἤν τι ἐᾶτε ἔχειν αὐτούς. *injuſte quidem non poſſidebitis quæ tenetis; ſed ſi quid non auferetis hoſtibus, id veſtra erit humanitatis.*

† Xenoph. de Cyri Inſt. Lib. VII.

3. Notandum & hoc, a cum 28 in ſubſidium introductum ſit jus hoc in bona ſubditorum innocentium, quamdiu ſpes eſt nos noſtrum ſatis facile conſequi poſſe ab originariis debitoribus, aut ab iis qui jus non reddendo ſponte ſua debitores ſe faciunt, ad eos venire qui culpa vacant, etiamſi concedatur cum ſtricto jure non pugnare, abire tamen ab humanitatis regula.

c. 5. n. 26. a Ægid. Reg. de actibus ſupern. diſp. 31, dub. 7. n. 117. b L. 16. D. de aq. rer. dom. c d. l. 16. l. 25. §. 2. D. de rei vind. Vict. de jure belli n. 40. Silv. in verb. bellum p. 1, §. 10. n. verſ. 3. d Liv. l. 15.

4. Exempla hujus humanitatis exſtant paſſim in *hiſtoria præſertim Romana*, ut cum agri hoſtibus devictis ea conditione conceſſi b ut in civitatem venirent, id eſt, victæ civitati cederent, aut cum ex agris modicum, c honoris gratia, f veteri poſſeſſori relinquebatur. Sic a Romulo d Vejentes agri parte multa-

### GROTII.

d *Miſerabile enim eſt, ut ait pater Quintilianus, ſponſoris periculum*] Addit ſalvo pudore ad ſponſorem non aliter creditorem venire, quam ſi recipere a debitore non poſſit. Bene *ſalvo pudore*. nam ſponſores appellare, videtur habere quandam δυσωπίαν, ut ait *Cicero* ad Atticum XVI, 15.

e *Exigit humanitas*] Ptolemæus Demetrio Antigoni filio tabernaculum & alia ad curam corporis ipſius pertinentia, pecunias quoque captas remiſit, dicens non de omnibus rebus, ſed de imperio & honore inter ipſos certari. Narrat *Plutarchus* Demetrio. (pag. 891. A.) Vide & factum Sanctii Vaſconum regis apud *Marianam* lib. XI, cap. 16.

### GRONOVII.

24 *Sua bonitate*] Non lucri aut utilitatis ſtudio.

25 *Miſerabile*] Dignum favore ac miſericordia.

26 *Tam durus*] Qui acerbiſſime ad ultimum quadrantem ſibi debita perſequitur.

27 *Non alio quam fidejuſſorio*] Hanc unam ob cauſam, quod tanquam ſponſores interceſſerunt.

28 *In ſubſidium*] κατὰ δεύτερον πλοῦν altero, vel repetito aut mutato curſu, ut ſi regia via nequeas, hoc velut tranſverſo tramite ad jus tuum perveniat.

### GROTII.

f *Veteri poſſeſſori relinquebatur*] Appianus civilium II. τῶν δὲ πολεμίων ὅτε κρατήσειαν, οὐδὲ τούτων ἅπασαν τὴν γῆν ἀφῃροῦντο, ἀλλ᾽ ἐμερίζοντο· *Romani veteres ne hoſtibus quidem victis omnes agros*

Digitized by Google

ſtatos narrat Livius. Sic Uxiis * Alexander Macedo agros quos habuerant dedit vectigales. Sic deditas urbes non diripi ſæpe legas: & ſupra diximus, non perſonis tantum, ſed & rebus agros colentium cum laude & ex pio canonum præſcripto parci, ſaltem ſub tributo; & ſub ſimili tributo ſolere & 29 mercibus concedi a bello immunitatem. * *Arriani* Lib. III. c. 17.

*agros adimebant, ſed cum eis partiebantur.* (Pag. 516.) Sic & Vandalos in Africa & in Italia Gotthos feciſſe hiſtoriæ nos docent.

GRONOVII.

29 *Mercibus concedi* ] Permitti negotiantibus, ut merces in hoſtilia loca ſupportent.

# CAPUT XIV.

## Temperamentum circa captos.

I. *Quo uſque capere homines liceat juſtitia interna:*
II. *Quid interno juſtitiæ dominio in ſervum liceat:*
III. *Non licere occidere innocentem.*
IV. *Non punire inclementer.*
V. *Non operas nimium graves imponere.*
VI. *Peculium quomodo domini; quomodo ſervi.*
VII. *An ſervis fugere liceat.*
VIII. *An e ſervis nati domino teneantur, & quatenus.*
IX. *Quid faciendum ubi captorum ſervitus in uſu non eſt.*

I. 1. QUibus in locis captivitas hominum & ſervitus in more eſt, ſi internam juſtitiam reſpicimus, limitanda primum eſt ad rerum inſtar, ut ſcilicet 1 eo uſque licita ſit talis acquiſitio, quo uſque debiti aut primarii, aut ſubnaſcentis quantitas patitur, niſi forte in ipſis hominibus peculiare ſit delictum quod libertatis damno puniri æquitas ferat. Hactenus igitur nec ultra juſtum bellum gerens in hoſtis ſubditos captos jus habet, idque 2 in alios valide transfert. *Vict. de Jure belli n. 41. Leſſ. l. 11. c. 5. dub. 5. Covar. c. peccatum. p. 11. §. 11. Molina diſp. 120. & 121. Valentia diſp. 3. q. 16.*

2. Erit autem æquitatis & bonitatis officium hic quoque ea adhibere diſcrimina, quæ, cum de interficiendis hoſtibus ageretur, ſupra annotata ſunt. Demoſthenes * in epiſtola pro Lycurgi liberis laudat Philippum Macedonem, a quod non omnes, qui inter hoſtes fuerant, ſervos feciſſet: καὶ γὰρ ὅτι δίκαια εἶναι πρὸς ἅπαν- * *Pag. 114. B.*

GROTII.

a QUod non omnes qui inter hoſtes fuerant ſervos feciſſet ] Filius ejus Alexander Thebis captis eximit ſervituti & ſacerdotes & eos qui decretis in ſe factis non adſenſerant. narrat *Plutarchus* in vita ejus. (Pag. 670. E.)

GRONOVII.

1 *Eo uſque licita ſit talis* ] Ad eum numerum & pretium corporum, quo exæquetur aut a principio nobis datum, aut a ſuborientibus poſtea profectum cauſis damnum.

2 *In alios* ] Alienandis captivis.



Digitized by Google

*ὑπάρχοντας τὰ αὐτὰ, ὅτι καλὰ ἡγεῖτο, ἀλλὰ τὴν τῆς ἀξίας προσθήκην συλλογιζόμενος, τὰ τοιαῦτ' ἐπέκρινεν· neque enim*, inquit, *eadem in omnes aut æqua aut honeſta cenſebat, ſed rem expu*t*ans cum acceſſione ejus quod quiſque meruiſſet, etiam in talibus velut judicem agebat.*

II. 1. Sed primum notandum hic eſt, jus illud 3 quod quaſi ex fidejuſſione pro civitate oritur, neutiquam 4 tam late patere, quam jus quod ex delicto naſcitur in eos qui 5 pœnæ ſervi fiunt. Unde Spartanus quidam b 6 captivum ſe dicebat, (aa) non ſervum. nam ſi rem recte inſpicimus, jus hoc generale in captos ex bello juſto par eſt ei juri quod habent domini in eos qui ſe paupertate coacti in ſervitutem vendiderunt, demto quod etiam magis miſeranda eſt eorum calamitas, qui non ſuo facto ſpeciali ſed regentium culpa in eam ſortem deveniunt. *Δεινότατον δοριαλώτους γενέσθαι· res acerbiſſima eſt belli jure captivum fieri:* teſte * Iſocrate.

2. Eſt ergo 7 ſervitus hæc perpetua obligatio operarum, pro alimentis itidem perpetuis. Chryſippea † definitio huic generi ſervorum optime congruit: *ſervus eſt perpetuus mercenarius.* Et lex Hebræa eum qui inopia coactus ſe vendidit diſerte mercenario comparat. (bb) Deut. xv, 18. 40. 53. & in 8 redemtura ejus ope-

* *Plataico.* p. 300. A. *Ed. H. Steph.*

† *Sen. de Benef. lib.* III, c. 22.

**GROTII.**

b *Captivum ſe dicebat, non ſervum*] Philo: ἐπεὶ καὶ πατέρες υἱῶν τιμὰς κατέθεσαν, καὶ υἱοὶ πολλάκις πατέρων, ἢ κατὰ λῃστείας ἀπαχθέντων, ἢ κατὰ πόλεμον αἰχμαλώτων γενομένων, οὓς οἱ τῆς φύσεως νόμοι τῶν κατωθεν ὄντες βεβαιότεροι γράφουσιν ἐλευθέρους· *nam & patres pro filiis & filii pro parentibus ſæpe pretium pependerunt, aut vi latronum abreptis, aut belli more captis, quos quidem naturæ leges valentiores his quæ in terra ſunt legibus, ſcribunt liberos.* (Lib. *Quod omnis Probus liber*, pag. 870. E.) Nimirum ut apud *Theodocten* Helena loquebatur:

*Θεῶν ἀπ' ἀμφοῖν ἐκγόνον ῥιζωμάτων,*
*Τίς ἂν προσειπεῖν ἀξιώσειεν λάτριν;*
*Utraque generis parte prognatam Deis,*
*Eritne ſervam nominare qui audeat?*

[Habet hoc Auctor noſter etiam in *Excerptis ex Tragœd. & Comœd. Græc.* pag. 445. ſed non docet, unde hauſerit. Reperies apud ARISTOTELEM, *Politic.* Lib. I. Cap. 6. pag. 302. B. *Ed. Paris.* ubi legitur: Θείων δ' ἀπ' &c. ut & in *Heinſii* Editione, cum Paraphraſ. J. B.]

**GRONOVII.**

3 *Quod quaſi ex fidejuſſione*] De captivis in ſervitutem redigendis hoc nomine gentibus placitum, quod ſinguli ſubjecti ſint quaſi ſponſores & ſecundi debitores pro eo, quod debet civitas, ut ea non ſolvente quaſi addici poſſint.

4 *Tam late patere*] Tantam vim habere.

5 *Pœna ſervi*] §. 1. Inſtit. *de cap. dimin.* Obſerv. I, 8. 77.

6 *Captivum ſe*] Servire jure belli, non ob noxam aut malignos natales.

7 *Servitus hæc perpetua*] Ac ſi quis conduxerit hominem liberum, ut, quoad vivat, ſibi operas præſtet, victus & neceſſariorum ſecurus, cum jure cogendi ſi negligens ſit.

8 *In redemtura ejus operas*] Pretium redemtionis minui, prout multas & magis utiles operas edidit domino.

(aa) Refert id PLUTARCHUS, *Apophth. Lacon.* pag. 233. C. Tom. II. Ed. Wechel. J. B.

(bb) Heic mendoſe omnes Editiones, à primâ uſque, ſeſe habent. Legen-

Digitized by Google

operas ita vult ipſi prodeſſe ſicut fructus ex agro vendito percepti prodeſſent veteri domino. Deut. XVIII, 50.

3. Multum ergo diſtat id quod impune 9 in ſervum fit ex gentium jure, & id quod naturalis ratio fieri ſinit. Ex * Seneca ſu- * 1, *de* pra citavimus: *cum in ſervum omnia liceant, eſt aliquid quod* *Clem.* c. 18. 10 *in hominem licere commune jus animantium vetet.* Philemonis illud eodem tendit: † † *Apud* *Stob.* Tit. 62.

> Κἂν δοῦλος ἦν τις οὐδὲν ἧττον, δεσπότα;
> Ἄνθρωπος οὗτος ἐστιν ἂν ἄνθρωπος ᾖ.
> *Here, quiſquis eſt homo natus, quamvis ſerviat*
> *Is ſervitutem, tamen eſſe homo non deſinit.*

Alibi item *a* Seneca: *ſervi ſunt, imo homines: ſervi ſunt, imo con-* a *Ep.* *tubernales: ſervi ſunt, imo humiles amici: ſervi ſunt, imo* 11 *conſer-* XLVII. *vi.* quæ & apud Macrobium *b* legas ſenſum plane eundem haben- b *Saturn.* I. tia cum Pauli *c* apoſtoli dicto: *Domini, jus & quod æquum eſt ſer-* 11. *vis præſtate, gnari vobis quoque dominum eſſe in cœlo.* Et alibi *d* vult c *Coloſ.* IV, dominos cum ſervis non minaciter agere, eo quod jam diximus 1. argumento, quod & ipſi dominum in cœlo habeant, qui ad talia d *Eph.* VI, 12 qualitatum diſcrimina non attendat. In conſtitutionibus *e* quæ 9. Clementi Romano aſcribi ſolent legitur, οὐκ ἐπιτάξεις δούλῳ σου, e *Lib.* VII, ἢ παιδίσκῃ c ἐν πικρίᾳ ψυχῆς, *cave ſervo aut ancillæ imperes acerbo* c. XIV. *animo.* Clemens Alexandrinus *f* ſervis nos uti vult tanquam al- f *Pæd.* teris nobis, quando homines ſunt non minus quam nos, ſecutus *ultim.* ſapientis Hebræi dictum, εἰ ἐστί σοι οἰκέτης, ἄγε αὐτὸν ὡς ἀδελφὸν, ὅτι ὡς ἡ ψυχή σου· *ſi ſervum habeas, ut fratre utere, talis enim eſt qualis tu.*

III. Jus ergo vitæ & necis quod dicitur in ſervum domino præſtat, ut 13 domeſticam habeat juriſdictionem, ſed nimirum ea-

gendum, ut ad *Pufendorfium* obiter obſervavimus, *Levit.* XXV, 40, 53. & poſtea, pro *Deut.* XVIII, 50. reponendum, *Levit.* XXV, 16, 50. Res ſtatim patebit inſpicienti loca illa. *J. B.*

GROTII.

c Ἐν πικρίᾳ ψυχῆς] Sic & in epiſtola *Barnabæ* eſt: οὐ μὴ ἐπιτάξῃς παιδίσκῃ ἢ δούλῳ σου ἐν πικρίᾳ, τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐλπίζουσι, μήποτε οὐ φοβηθήσῃ τὸν ἐπ' ἀμφοτέροις Θεόν· *noli acerbe imperare ſervo aut ancillæ tuæ in Chriſtum ſperantibus, ne eo ipſo oſtendas non timere te communem tibi & ipſi Dominum.*

GRONOVII.

9 *In ſervum*] In ſervilem perſonam.

10 *In hominem*] In eundem, tanquam & hominem, ejuſdemque ſortis, cujus & domini ſunt.

11 *Conſervi*] Omnes enim quodammodo ſervimus, præfectis, tempori, illis quorum gratiam volumus, denique Deo & naturæ.

12 *Qualitatum diſcrimina*] Qui omnes homines uno ordine habeat, liberum a ſervo non diſtinguat.

13 *Ut domeſticam habeat*] Ei mandare poſſit juſtum opus & ad id modica coercitione cogere.

eadem 14 religione exercendam, 15 qua publica exercetur. Hoc voluit Seneca, * cum dixit: *in mancipio cogitandum non quantum illud impune pati poſſit, ſed quantum tibi permittat æqui bonique natura, quæ parcere etiam captivis & pretio paratis jubet*: qui † & alibi, *quid intereſt*, ait, *quali quis teneatur imperio, ſi ſummo tenetur?* quo loco comparat ſubditum ſervo, & ait 16 diſpari titulo 17 paria in illos licere: quod certe 18 in hac parte vitæ adimendæ, & ſi quid eo accedit, veriſſimum eſt. *Majores noſtri*, ait idem d Seneca, *domum noſtram puſillam rempublicam eſſe judicarunt*: & a Plinius: *ſervis reſpublica quædam & quaſi civitas, domus eſt.* Cato Cenſorius, narrante b Plutarcho, ſi quis ſervus capital admiſiſſe videretur, de eo ſupplicium non ſumebat, niſi poſtquam damnatus eſſet, etiam conſervorum judicio. Quicum conferenda verba Job. XXXI, 13. & deinceps.

* L. 1. de Clem. c. 18.
† Lib. III, de Ben. c. 18.
a Lib. VIII. Epiſt. 16.
b Pag. 349. A.

IV. Sed & circa minores pœnas, puta verbera in ſervos, adhibenda eſt æquitas, imo & clementia. *Non opprimes eum*, e *non dominaberis ei dure*, ait lex divina de ſervo Hebræo, quod nunc 19 prolata vi proximitatis ad omnes ſervos debet extendi (cc), Deut.

GROTII.

d *Seneca*] Epiſtola XLVII.

e *Non dominaberis ei dure*] Vide *Moſem de Kotzi* præceptis jubentibus 147. 175. 178. & *collationem legum Moſis & Romanarum* titulo III. Priſcus in excerptis legationum ubi Romanos barbaris præfert: ἄμεινον δὴ καὶ τοῖς οἰκέταις διατελοῦσι Ῥωμαῖοι χρώμενοι. πατέρων γὰρ ἢ διδασκάλων εἰς αὐτοὺς ἔργα ἐπιδεικνύντες, ἐφ' ᾧ τῶν φαύλων ἀπεχομένους μετιέναι ἅπερ αὐτοῖς φαῦλα νενόμισται, σωφρονίζουσι σφᾶς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι, ὥσπερ τοὺς οἰκείους παῖδας, οὐ δὴ γὰρ οὐδ' αὐτοῖς θάνατον, ὥσπερ Σκύθαις, ἐπάγειν θέμις. ἐλευθερίας δὲ τρόποι παρ' αὐτοῖς πλεῖστοι, ἣν οὐ μόνον περιόντες ἀλλὰ καὶ τελευτῶντες χαρίζονται, διατάττοντες κατὰ τῆς περιουσίας ὃν βούλονται τρόπον· καὶ νόμος ἐστὶν ὥσπερ ἕκαστος τελευτῶν περὶ τῶν προσηκόντων βουλεύσαιτο· *multo melius ſervos ſuos Romani tractant, patrumque aut magiſtrorum in eos funguntur officio. nam ut eos abſtrahant ab iis quæ moribus ipſorum illicita habentur, ita eos delinquentes quaſi filios ſuos caſtigant: neque enim jus eſt eos occidere, ut apud Scythas. Tam vero libertatis complura genera, quam non viventes tantum ſed in mortis tempore domini largiuntur: qui quidquid morituri de re ſua ſtatuerint id legis vim habet.* Adde *legem Wiſigothicam* lib. VI, tit. I. c. 12.

GRONOVII.

14 *Religione*] Moderatione.

15 *Qua publica*] Qua civibus imperatur.

16 *Diſpari titulo*] Magiſtratus & domini.

17 *Paria in illos*] Nempe jure naturæ, non gentium, non civili.

18 *In hac parte vitæ*] Significat quemadmodum magiſtratui aut principi non licet occidere civem ſine delicto capitali ejus, ita nec domino ſervum.

19 *Prolata vi proximitatis*] Ut ſit aliqua cognatio omnium hominum inter ſe, quod docent S. Literæ, unde ſcimus nos omnes ex Adamo oriundos, ſed maxime, ut Chriſtus juſſerit, quemvis hominem pro proximo haberi.

(cc) Heic etiam voluit dicere Auctor, *Levit.* XXV. 17, 43. 53. pro eo quod habent omnes Editiones. Et hinc patet, non à Typographis ortum eſſe mendum illud, quum in duobus locis diverſis ita conſtanter unus Liber *Moſis* pro alio laudatus fuerit, numeruſque Capitis eodem modo permutatus. J. B.

f Phi-

Digitized by Google

Deut. xv, 17. 45. 53. Ad quem locum ſic f Philo: θεράποντες τύχῃ μὲν ἐλάττονι κέχρηνται, φύσεως δὲ τῆς αὐτῆς μεταποιοῦνται τοῖς δεσπόταις· τῷ δὲ θείῳ νόμῳ κανὼν τῶν δικαίων ἐστὶν, οὐ τὸ τύχης, ἀλλὰ τὸ τῆς φύσεως ἐναρμόνιον. διὸ προσήκει τοὺς κυρίους μὴ κατακόρως χρῆσθαι ταῖς ἐξουσίαις κατὰ τῶν οἰκετῶν, ἀλαζονείαν καὶ ὑπεροψίαν καὶ δεινὴν ὠμότητα ἐπιδεικνυμένους. ταῦτα γὰρ οὐκ ἔστι δείγματα ψυχῆς εἰρηνικῆς, ἀλλ' ὑπ' ἀκρασίας τὸν ὑπεύθυνον (male editum ἀνεύθυνον) κολαζούσης κατὰ τυραννικὴν δυναστείαν· *Servi fortuna quidem inferiores ſunt: natura autem pares dominis: ac* 20 *divina legi juſti regula eſt, non quod fortuna, ſed quod natura congruit. Ideo non oportet dominos poteſtate ſua in ſervos proterve uti, nec eam materiam ſumere ſuperbiæ & inſolentiæ & diræ feritati. Hæc enim ſigna animi non placidi ſed male temperati, & in ſubditos tyrannico quodam dominatu ſævientis. Numquidnam æquum eſt*, ait * Seneca, *gravius homini & durius imperari quam imperatur animalibus mutis? atqui æquum non crebris verberibus exterret dominandi peritus magiſter: fiet enim formidoloſus & contumax, niſi eum tactu blandiente permulſeris.* Et † mox: *quid ſtultius quam in jumentis quidem & canibus erubeſcere iram exercere, peſſima autem conditione ſub homine hominem eſſe?* Hinc eſt quod Hebræa lege a ſervo aut ancillæ g non pro oculo tantum ſed & pro dente excuſſo, per injuriam ſcilicet, libertas debebatur.

* *De Clement.* I. 16.

† *Cap.* 17.

a *Exod.* XXI, 26. 27.

V. 1. Sed & h 21 operæ cum modo exigendæ ſunt, & valetu-

### GROTII.

f *Philo*] De ſpecialibus legibus ſecundo. (*Pag.* 798. C.) *Cyprianus* ad Demetrianum: *niſi tibi pro arbitrio tuo ſerviatur, niſi ad voluntatis obſequium pareatur, imperioſus & nimius ſervitutis exactor flagellas, verberas, fame, ſiti, nuditate, ferro frequenter & carcere affligis, & non agnoſcis miſer Dominum Deum tuum, cum ſic exerceas ipſe in hominem dominatum.*

g *Non pro oculo tantum, ſed & pro dente excuſſo*] Philo dicto loco: οὕτω γὰρ ὁ μὲν ἀνθ' ὧν ἔδρασε, διττὴν ἐκδέξεται ζημίαν, ἅμα τιμῇ καὶ τὴν ὑπηρεσίαν ἀφαιρεθείς· καὶ τρίτον ἑκατέρου τῶν λεχθέντων χαλεπώτερον, ἀναγκαζόμενος ἐν τοῖς μεγίστοις εὐεργετεῖν ἐχθρὸν, ὃν ἴσως ηὔχετο κακοῦν ἀεὶ δύνασθαι· ὁ δ' ἀνθ' ὧν ὑπέμεινε παρηγορίαν ἕξει διπλῆν, οὐ μόνον ἐλευθερωθεὶς, ἀλλὰ καὶ ἀργαλέον καὶ ὠμὸν δεσπότην ἐκφυγών. *ſic ille pro facto duplicem pendet pœnam, amiſſis & operis & ſervi pretio. ad quæ accedit & tertium duobus iſtis gravius, quod cogitur in rebus maximis bene facere homini exoſo & quem optaſſet ſemper vexare poſſe; alter autem pro malo quod pertulit duplex habebit ſolatium, non libertatem tantum adeptus, ſed a tam fero ſævoque domino exſolutus.* (Pag 808. A. B.)

h *Operæ cum modo exigendæ*] Vide c. 14. in epiſtola epiſcoporum ad Ludovicum regem, quæ inſerta eſt in *capitulare Caroli Calvi. Seneca* epiſtola XLVII. *non tanquam hominibus, ſed tanquam jumentis abutimur.* De Athenienſium vero in ſervos lenitate vide *Xenophontem* de republica Athenienſium.

### GRONOVII.

20 *Divina legi juſti regula*] Divina lege juſtum habetur, non quod exiſtens forte caſus aut temporis iniquitas aliquando permittit, ſed quod æterna & ſemper ſibi ſimilis ratio ſancit.

21 *Operæ cum modo*] Quatenus ſalvis corporibus ſuſtineri poſſunt.



Digitized by Google

tudinis ſervorum humane habenda ratio. Quod ipſum præter alia ſpectat lex Hebræa in ſabbathi inſtitutione, * nimirum ut laboribus aliquod daretur ſpiramentum. Et C. Plinii † epiſtola ad Paulinum quæ ſic incipit: *video quam molliter tuos habeas, quo ſimplicius confitebor tibi qua indulgentia meos tractem. Eſt mihi ſemper in animo & Homericum illud* ἑκυρὸς δὲ πατὴρ ὣς 22 ἤπιος ἦεν, *& hoc noſtrum* PATERFAMILIAS.

* Exod. XX, 10. XXIII, 12. Deut. XVI, 14.
† Lib. V. Ep. 19.

2. In eadem voce veterum humanitatem obſervat & a Seneca: *ne illud quidem videtis quam 23 omnem invidiam majores noſtri dominis, omnem contumeliam ſervis detraxerint? dominum patremfamiliæ appellaverunt,* i *ſervos familiares.* Dion Pruſæenſis optimum regem deſcribens: δεσπότην δὲ οὐχ ὅπως τῶν ἐλευθέρων, ἀλλὰ μηδὲ τῶν δούλων χαίρειν καλούμενον· *domini nomen adeo in homines liberos non uſurpat, ut & in ſervos eo abſtineat.* k Ulyſſes apud b Homerum ſervos, quos fidos reperit, apud ſe ait futuros eo loco quaſi Telemachi filii ipſius fratres eſſent. Tertullianus c: l *gratius eſt 24 nomen pietatis quam 25 poteſtatis: etiam familiæ magis patres quam domini vocantur.* Hieronymus ſive Paulinus ad Celantiam: *familiam tuam ita rege & conſtitue ut te matrem magis tuorum quam dominam videri velis, a quibus benignitate potius quam ſeveritate exige reverentiam.* Auguſtinus d: *Domeſtica pax a juſtis patribus ita olim adminiſtrata eſt, ut ſecundum hæc temporalia bo-*

a Ep. XLVII.
b Od. φ. vers. 215, & ſeq.
c Apologet. c. 33.
d Lib. XIX, de Civit. Dei cap. 16.

GROTII.

i *Servos familiares*] Amicos Epicurus. *Seneca* epiſtola CVII.

k *Ulyſſes*] Cujus paternam in ſe benignitatem prædicat Eumæus Odyſſeæ ξ. (*vers.* 138, *& ſeqq.*)

l *Gratius eſt nomen pietatis quam poteſtatis*] Notat & *Cyprianus* teſtimoniorum III. ad Quirinum: *dominos ſervis, cum crediderint, mitiores eſſe debere:* probatque id apoſtoli *Pauli* ad Epheſios verbis. *Lactantius* libro V, cap. 15. *Nec alia cauſa eſt cur nobis invicem fratrum nomen impartiamur, niſi quia pares eſſe nos credimus. Nam cum omnia humana non corpore ſed ſpiritu metiamur, tametſi corporum ſit diverſa conditio, nobis tamen ſervi non ſunt: ſed eos & habemus, & dicimus ſpiritu fratres, religione conſervos.* *Auguſtinus* de moribus eccleſiæ catholicæ X, 30. *Tu dominis ſervos non tam conditionis neceſſitate quam officii delectatione doces adhærere. Tu dominos ſervis, ſummi Dei ſcilicet communis domini conſideratione, placabiles, & ad conſulendum quam ad coërcendum propenſiores facis.* Adde *Iſidorum* Peluſiotam lib. I, epiſtola 471. Repete quæ modo ex *Priſco* poſuimus.

GRONOVII.

22 Ἤπιος ἦεν] Αἰεί. Helenæ verba de Priamo ιλ. ω. 775. dicentis, affines cæteros & ipſam ſocrum ſæpe ſibi convicium feciſſe, nunquam vero Hectorem & Priamum ſocerum, qui ſemper ſibi fuerit quaſi mitis pater. [Voces illæ, ἑκυρὸς δὲ, non leguntur apud *Plinium* in Editione quidem *Cellarii*, quâ utor. Ex alio igitur loco reliqua potuerunt deſumi; ut oſtendunt *Seberi* & *Barneſii* Indices. *J. B.*]

23 *Omnem invidiam*] Ipſo nomine oſtenderint ſe nec dominos inviſos & odioſos, nec ſervos viles & contumeliis obnoxios velle.

24 *Nomen pietatis*] Officii, curæ ſanguinis.

25 *Poteſtatis*] Juris & imperii.

m Ac-

Digitized by Google

*ſona 26 filiorum ſortem a ſervorum conditione diſtinguerent, ad Deum autem colendum omnibus domus ſuæ membris pari dilectione conſulerent: quod naturalis ordo ita præſcribit, ut nomen patrisfamilias hinc exortum ſit, & tam late vulgatum, ut 27 inique etiam dominantes hoc ſe gaudeant appellari. Qui autem veri patresfamilias ſunt, omnibus in familia ſua, tanquam filiis, ad colendum & promerendum Deum conſulunt.*

3. Similem pietatem in voce puerorum, qua ſervos ſignificabant, annotavit Servius (dd) ad illud Maronis: *claudite jam rivos pueri.* nec diſſimile quod Heracleotæ ſervos ſuos Mariandynos m 28 *δωροφόρυς*, id eſt, *donatarios* appellabant, *ἀφαιροῦντες τὸ πικρὸν τῆς προσηγορίας*, *parcentes acerbitati nominis*, ut ad Ariſtophanem 29 vetus interpres Calliſtratus notabat. Laudat Germanos * Tacitus, quibus ſervi tanquam coloni habebantur. Theano in † epiſtola: *δικαία χρῆσις ἵνα μήτε διὰ τὸν κόπον καμνωσι, μήτε ἀδυνατῶσι διὰ τὴν ἔνδειαν· juſtus mancipiorum hic eſt uſus, ut nec præ labore deficiant, nec per egeſtatem impares ſint ferendo.*

* *Germ. c. 25.*
† *Epiſt. 3. pag. 746. Opuſc. Mythol. Phyſ. Eth.*

VI. 1. Pro opera ut diximus n alimenta ſervo debentur. *Servis*, ait a Cicero, *non male præcipiunt qui ita jubent uti, ut mercenariis: operam exigendam, juſta præbenda.* Ariſtoteles: b *δούλῳ μισθὸς τροφή*, *ſervo pro mercede alimenta.* Cato: c *familia ut bene ſit provideto, ne algeat, ne eſuriat. Eſt aliquid*, ait o Seneca, d *quod dominus præſtare ſervo debeat: ut cibaria, veſtiarium.* In cibariis

a *De Off. 1. 13.*
b *1, Oecon. v.*
c *De Re Ruſt. c. 5.*
d *Lib. III. de Benef. c. 21.*

GROTII.

m *Δωροφόρυς appellabant*] *Athenæus* VI, 18.

n *Alimenta ſervo debentur*] *Sirachides* XXXIII, 25. *ἄρτος καὶ παιδεία καὶ ἔργα οἰκέτῃ· Panis & diſciplina & opera ſervo.*

GRONOVII.

26 *Filiorum ſortem a*] Liberos liberalius tractarent quam ſervos.

27 *Inique dominantes*] Duriter & tyrannorum more imperantes.

28 *Δωροφόρυς, id eſt, donatarios*] Potius *tributarios*, ſeu qui dominis dona ferrent, ut operæ quas præſtarent, & mercedes quas mererent, in alienum opus locati, haberentur pro munere ac donis: nam apud *Euphorionem* eſt *Δωροφόροι καλέονται.* Et hujus generis compoſita omnia activam habent ſignificationem. Adde *Terentium* Phormione I, 1. 6.

29 *Vetus interpres Calliſtratus*] Non ille, qui exſtat, ſed quem habuit *Athenæus* lib. 6 p 26.

(dd) Nihil tale video apud *Servium*, in hunc verſum, qui eſt ultimus Eclogæ III. Hoc tantum alibi lego: *Utrum ergo ætate* PUEROS, *an ut miniſtros & familiares ſolemus communiter* PUEROS *vocare?* In Eclog. VI. vers. 14. *J. B.*

GROTII.

o *Seneca*] Idem de tranquillitate: *familia veſtiarium petit victumque.* Romani ad Beſſam apud *Procopium* Gothicorum III. *χορηγεῖτε τοῖς ὑμετέροις αἰχμαλώτοις τροφὴν οὐκ ἀρκοῦσαν, οὐδὲ κατὰ τὴν χρείαν ἡμῶν ἀποχρῶσαν, ἀλλ' ὥς γε ἀποζῆν διαρκῶς ἔχουσαν· date nobis ſaltem ut captivis veſtris alimenta, non dicam quæ ſufficiant, qualia neceſſitas noſtra deſiderat, ſed quæ mortem arceant.* (Cap. 17.) *Chryſoſtomus* ad Epheſios v, 2. *ὅταν οὗτος μὲν τὴν σωματικὴν διακονίαν παρέχῃ, σὺ δὲ τὸ σῶμα τρέφῃς καὶ θεραπεύῃς καὶ τροφαῖς καὶ ἐνδύμασι καὶ ὑποδήμασι, καὶ οὗτος*



Digitized by Google

riis erant 30 quaterni modii frumenti in menſem ", quos præſtitos ſervis * Donatus auctor eſt. Martianus juriſconſultus † eſſe ait quæ dominus neceſſe habet ſervo præſtare, ut tunicas & ſimilia. Damnatur ab a hiſtoriis p Siculorum crudelitas, qui captivos Athenienſes fame necabant.

* *Ad Phorm. act.* I. *ſc.* I. *vers.* 9.
† *L.* 40. *D. de peculio.*
a *Thuc. l.* VII. *c.* 87. *Diod. libro* XIII. *c.* 19.
b *Cap.* 19, *& ſeqq.*

2. Inſuper Seneca b dicto loco probat 31 in quædam liberum eſſe ſervum, & 32 beneficii quoque habere materiam, ſi quid fecerit quod ſervilis officii modum excedat, quod non ex imperio ſed ex voluntate præſtetur, ubi ex miniſterio in affectum amici tranſitur, quod late explicat. His conſentaneum eſt, ut ſi quid ſervus, quemadmodum q apud Terentium eſt, ſuum defraudans genium comparſit, aut 33 ſucciſivi temporis diligentia quæſivit, id aliquo modo ſit ipſius. Non male Theophilus c peculium definit οὐσίαν φυσικὴν r 34 naturale patrimonium, quaſi contubernium definias naturale matrimonium; ſed & d Ulpianus peculium dixit puſillum patrimonium. Nec refert quod 35 peculium dominus ſuo

c *Inſt. quod cum eo qui in aliena pot.*
d *L.* 5. §. 3. *D. de peculio.*

δουλείας ἐστὶ τρόπος· ὅτι ἐὰν μὴ παρέχῃς καὶ σὺ τὴν σὴν διακονίαν, οὐδὲ ἐκεῖνος τὴν ἑαυτοῦ, ἀλλ᾽ ἔσται ἐλεύθερος, καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ἀναγκάσει νόμος καὶ μὴ τρεφόμενον τοῦτο ποιεῖν· *ubi ille corporis miniſteria exhibet, tu vero eum alis, curaſque ut præter victum habeat quo induatur, quo calcietur, eſt & hoc ſervitutis quoddam genus: nam niſi & tu tuum hoc exhibeas miniſterium, nec ille exhibebit ſuum, ſed liber erit, neque ulla eum lex conſtringet, ſi non alatur, operas præſtare.*

p *Siculorum crudelitas* ] Et Iſaaci Angeli in Siculos captivos, memorante *Niceta* lib. 1. qui & epiſtolam ponit ea de re regis Siculi ad Imperatorem Græcum. (Cap. 3.)

q *Apud Terentium eſt* ] Phormione actu I, ſc. I. (vers. 10.)

r *Naturale patrimonium* ] Eumæus *Odyſſea* Ξ. (vers. 63, 64.)

Οἷά τε ᾧ οἰκῆϊ ἄναξ εὔθυμος ἔδωκεν,
Οἶκόν τε κλῆρόν τε πολυμνήστην τε γυναῖκα.

*Qualia dat famulis domini prolixa voluntas,*
*Fœdera conjugii ſocialia, remque, domumque.*

Ipſe Ulyſſes *Odyſſea* Φ Eumæo & Philætio dicit, (vers. 214, 215.)

Ἄξομαι ἀμφοτέροις ἀλόχους καὶ κτήματ᾽ ὀπάσσω,
Οἰκία τ᾽ ἐγγὺς ἐμεῖο τετυγμένα.

*Veſtrum utrique thori ſocias dabo, largiar & rem*
*Vicinaſque domos noſtræ.*

Varro de ſervis: *ſtudioſiores ad opus fieri liberalius tractando, aut cibariis aut veſtitu largiore, aut remiſſione operis, conceſſioneve ut peculiare aliquid in fundo paſcere liceat.* (De Re Ruſt. Lib. I. c. 17.)

GRONOVII.

30 *Quaterni modii* ] *Seneca* ſervo tragœdo, quod genus honeſtius, quinque modios menſtruos dari ſcribit epiſt. 80.

31 *In quædam liberum eſſe* ] Eſſe nonnulla, quæ homo ſervus agit tanquam liber.

32 *Beneficii quoque* ] Poſſe domino beneficium dare.

33 *Succiſivi* ] Subſecivi.

34 *Naturale patrimonium* ] Ut naturale dicitur, quod tantum eſt naturale, non etiam confirmatum civilibus legibus, eoque carens effectu, quem habent eædem res ornatæ ſolemnibus legum. Sic naturales liberi, qui non juſtis nuptiis nati.

35 *Peculium dominus* ] Dominus juſtam cauſam habet auferendi peculium ſervo, non modo ſi quid is committat, ob quod mereatur eo mulctari, ſed etiam ſi eo ipſe ad uſus vitæ indigeat.

f Se-

Digitized by Google

ſuo arbitrio adimere poteſt aut minuere: neque enim quod æquum eſt faciet, ſi ſine cauſa id faciat. Cauſam vero intelligo non pœnam modo, ſed & domini neceſſitatem: nam ſervi utilitas utilitatibus domini ſubeſt, magis etiam quam res civium civitati. Appoſite ad hanc rem f Seneca: ** non ideo nihil habet ſervus, quia non eſt habiturus, ſi dominus illum habere noluerit.* * L. VII, de beneſ. 4.

3. Et hinc eſt quod 36 dominus non repetit, ſi quid ſervo in ſervitute debitum poſt manumiſſionem ſolvit: † quia (ut Tryphoninus ait) debiti vel non debiti ratio in condictione 37 naturaliter intelligitur; dominus autem ſervo debere naturaliter poteſt. Itaque ſicut *a* clientes in uſum patronorum & ſubditos in uſum regum, ſic ſervos in uſus heriles contuliſſe legimus, ut ſi filia dotanda, ſi captivus filius redimendus, & ſi quid his eveniſſet ſimile. Plinius, ut ipſe in epiſtolis narrat, *b* ſervis ſuis concedebat etiam quædam quaſi teſtamenta facere, id eſt, dividere, donare, relinquere 38 intra domum. Apud aliquas gentes etiam plenius quoddam res acquirendi jus ſervis conceſſum legimus, ſicut ſervitutis plures eſſe gradus a nobis *c* alibi tractatum eſt.

† *L.* 64. *D. de cond. indeb.*
*a* *Dionyſ.* Lib. II. c. 10. *Ant. Rom.*
b *Lib.* VIII. *epiſt.* 16.
c *Lib.* II. c. 5.

4. Ad 39 hanc internam quam exponimus juſtitiam multos apud populos etiam jus illud exterius dominorum leges 40 retraxerunt. Nam & apud Græcos ſervis durius habitis licebat (ee) πρᾶσιν αἰτεῖν, 41 *ad venditionem proclamare*, & Romæ ad ſtatuas confugere, aut 42 præſidum implorare opem contra ſævitiam, *d* vel famem, vel intolerabilem injuriam. Illud vero jam non ex jure ſtricto, ſed ex humanitate & beneficentia veniet, interdum tali quæ & debeatur, ut poſt longas operas aut valde magnas libertas detur ſervo.

d §. 2. *Inſti. de his, qui ſui vel al. jur.*

5. Poſteaquam jure gentium ſervitus invaſit, ſecutum eſt bene-

### Grotii.

f *Seneca*] Ejuſdem eſt ibidem: *Numquid dubium eſt quin ſervus cum peculio domini ſit? Dat tamen domino ſuo munus.*

### Gronovii.

36 *Dominus non repetit*] Non conſequitur actione indebiti. §. 1. Inſtit. *Quibus modis re contrahitur obligatio.*

37 *Naturaliter*] Poteſt aliquis debere naturaliter, qui non debet civiliter, ut ſi pupillus ſine auctoritate tutoris contraxit, naturaliter obligatur ad implendum contractum; ceſſat autem condictio indebiti, etiam ſi quis ſolverit, quod naturaliter debebat: non tantummodo, ſi quis ſolvit, quod debebat civiliter.

38 *Intra domum*] Conſervis, non ſervis alienis.

39 *Ad hanc internam*] Ethicam, morum, humanitatis, conſcientiæ, ad quam non adigimur legibus.

40 *Retraxerunt*] Imminuerunt.

41 *Ad venditionem*] Adire magiſtratum & petere, ut dominus ſævus atque inexorabilis alii domino ſe vendere compelleretur.

42 *Præſidum*] Provinciæ alicui præfectorum.

(ee) Refert id Julius Pollux, *Onomaſtic.* Lib. VII. Cap. 2. num. 13. *Ed. Amſt.* teſtemque laudat *Ariſtophanem*, in Ὧραις, Dramate deperdito. Vide ibi Kuhnii Notam: & adde Potter. *Archæolog. Græc.* Lib. I. Cap 10. J. B.



Digitized by Google

neficium manumiſſionis, ait * Ulpianus. Exemplo ſit illud † Terentianum:

*feci e ſervo ut eſſes libertus mihi*
*Propterea* t *quod ſervibas liberaliter.*

Salvianus *a* in uſu quotidiano eſſe ait, ut ſervi, etſi non optimæ, ſaltem non improbæ ſervitutis, libertate donentur. addit, *& illa quæ in ſervitute poſiti conquiſierant ex dominorum domo tollere non vetantur.* Cujus benignitatis multa exempla in martyrologiis apparent. Et hic quoque laudanda benignitas legis Hebrææ, *b* quæ ſervum Hebræum certo tempore exacto manumitti omnino jubet, u 43 nec ſine donis: de cujus legis contemtu graviter queruntur prophetæ. Catonem majorem reprehendit Plutarchus *c* quod ſervos ſenectute confectos venderet, immemor ejus quæ eſt inter homines communis naturæ.

VII. Quæſtio hic incidit, *d* an fugere fas ſit ei 44 qui bello juſto captus eſt. non de eo agimus, qui ſuo 45 proprio delicto pœnam eam eſt commeritus, ſed qui 46 publico facto in hanc fortunam decidit. Verius eſt fas non eſſe, quia ex conventione, ut diximus, gentium communi operas ſuas civitatis nomine debet. Quod tamen ita eſt intelligendum, niſi intolerabilis ſævitia hanc ipſi imponat neceſſitatem. Videri circa hanc rem poteſt reſponſum Gregorii Neocæſarienſis XVI.

VIII. 1. † Movimus 47 alibi dubitationem, an & quatenus nati ex ſervis domino teneantur interno jure, quæ hic ob ſpecialem bello captorum conſiderationem omitti non debet. Si parentes ſuo delicto pœnam 48 mortis erant commeriti, poterunt eo-

* L. 4. D. de juſt. & jure.
† Andr. I. 1. 10, 11.
a Lib. III. Ad Eccleſ. Cathol. pag. 413. Ed. Paris. 1645.
b Deut. XV, 13.
c Vit. M. Cat. p. 338. E.
d Silv. verb. ſervitus §. 3. Fortunius in l. 4. D. de juſt. & jur. Æg. Reg. de act. ſupern. diſp. 31, dub. 7. num. 119. Leſſ. l. 11, c. 5. dub. 5.
† L. II. c. 5.

GROTII.

t *Quod ſervibas liberaliter*] Ita manuſcripti recte. *Varro* narrat in Feroniæ luco dictum ſervis: *bene meriti ſedeant ſervi, ſurgant liberi.* in quibuſdam locis mos liberari ſervos, ubi octuplum pretii, quo emti erant, paraverunt. [Quod Auctor noſter adfert heic, tamquam è VARRONE, habet id ſine dubio à SERVIO, ad *Æneid.* VIII. 564. Sed Grammaticus iſte ait: *In hujus* [Feroniæ] *templo* [non autem *luco*] *Tarracinæ ſedile lapideum fuit, in quo hic verſus inciſus erat:* BENEMERITI &c. *Quam libertatem* [legendum *libertatis*] *deam dicit* Feroniam, *quaſi* Fidoniam. Igitur non dicit *Servius*, verſum illum referri à *Varrone*, ſed tantum ab illo etymologiam tradi vocis *Feroniæ*. Vide hunc, *De Ling. Lat.* Lib. IV. pag. 20. *Ed. H. Steph. J. B.*]

u *Nec ſine donis*] Conſuetudo id interpretata ne minus XXX. ſiclis detur. vide præcepto jubente 84.

GRONOVII.

43 *Nec ſine donis*] Ut ſit unde vivat in libertate, cum deſierit eum alere dominus.

44 *Qui bello juſto captus*] Nam qui bello injuſto, illis licere tradidit 3, 7. 6.

45 *Proprio delicto*] Aliquid præter cæteros flagitioſe aut ſceleſte patrando.

46 *Publico facto*] Calamitate partium victarum.

47 *Movimus alibi*] 2, 5, 29. 3, 7, 5.

48 *Mortis erant commeriti*] Et ſic non genuiſſent, niſi victor illos conſervaſſet hac conditione, ut ſervirent: poſſunt videri & ii, quos gignunt poſtea, ſervitutem eandem debere ob ſuam

eorum poſteri qui ſperabantur, ob (ff) vitam ſervandam obſtringi ſervitio, quia alioqui exſtituri non fuerant. nam & ob alimenta alioquin defutura prolem ſuam parentes in ſervitutem vendere poſſunt, ut ibi diximus. Tale eſt jus quod in Cananæorum poſteros Hebræis * Deus concedit. * Deut. XX, 14.

2. Pro debito autem civitatis ii quidem qui jam nati erant, ut pars civitatis obligari poterant, non minus quam parentes ipſi; at in nondum natis non videtur hæc cauſa ſufficere, ſed alia requiri: aut ex parentum conſenſu expreſſo, accedente alendi neceſſitate, idque etiam in perpetuum: aut ex ipſa alimentorum præſtatione, idque duntaxat 49 uſque dum operæ totum quod impenſum eſt expunxerint. Si quid ultra juris in hos domino datur, id videtur ex lege civili dominis plus æquo largiente (gg) procedere.

IX. 1. At quas apud gentes jus illud ſervitutis ex bello in uſu non eſt, optimum erit permutari captivos: proximum dimitti pretio non iniquo. Hoc quale ſit præciſe definiri non poteſt: ſed humanitas docet non ultra intendi debere quam 50 deducto ne egeat captus rebus neceſſariis. nam & leges civiles hoc multis indulgent qui ſuo facto proprio in debitum inciderunt. Alibi hoc pactis aut moribus definitur: x ut apud (hh) Græcos 51 olim mina.

ſuam vitam: neque enim aut nati forent aut ſuperſtites eſſent, niſi genitoribus eorum pepercìſſet communis dominus & ipſos procreandi educandique copiam feciſſet.

GROTII.

x *Ut apud Græcos olim mina*] Bello Gallorum cum Hiſpanis in Italia eques redemtus quarta parte annui ſtipendii. non comprehenſi qui ordines ducerent eiſque ſuperiores: nec qui juſto prælio aut oppido per vim capto venirent in poteſtatem. *Mariana* XXVII, 18.

GRONOVII.

49 *Uſque dum operæ totum*] Labore pro omni ſumtu, qui in eos factus eſt, ſatisfecerint.

50 *Deducto ne egeat*] Ut captus non privetur omni patrimonio, ſed tantum ei relinquatur, quo ſe ſuſtentare poſſit.

51 *Olim mina*] Centum drachmis ſive decem Philippis. Inter Fabium & Hannibalem convenerat, argenti pondo binis & ſelibra ſive mille nummis. *Liv.* 22, 23. Hannibal ad Cannas captis, equiti quingenos quadrigatos, trecenos pediti, ſervis centum ſtatuit. *Liv.* 22, 58.

(ff) In omnibus Editionibus, etiam primâ, heic legebatur *ad*. Sed nos audacter poſuimus *ob*, quod ſenſus manifeſto poſtulat. Neque enim agitur de obligatione quadam vitæ ſervandæ, quæ ipſis natis è *Servo* incumbat, ſed de obligatione ſerviendi, quâ tenentur ob vitam à Victore ſervatam. Sic in ſequenti periodo *ob alimenta* à Domino præſtanda proles à Parentibus in ſervitutem dari poſſe dicitur. *J. B.*

(gg) Heic etiam, in omnibus Editionibus, hactenus legebatur, *largientibus*, mendo manifeſtiſſimo. Videtur Auctor primo ſcripſiſſe, *ex legibus civilibus dominis plus æquo largientibus*; poſtea, quum, ad vitandum concurſum duplicis caſûs ſimilis ejuſdem numeri, unum è plurali ſingularem facere vellet, perſpicuitatis cauſſâ; *ex lege civili* poſuit, ſed oblitus eſt τὸ *largientibus* ſimul, ut par erat, mutare. *J. B.*

(hh) Nullus dubito, quin Auctor in animo habuerit quod legerat apud ARISTOTELEM, οἷον τὸ μνᾶς λυτροῦσθαι. Ethic. Nicom. *Lib.* V. *Cap.* 10. Verum hoc ibi tantum refertur ut exemplum *Juris*, quod Philoſophus ve-

Digitized by Google

na, nunc inter milites menſtruo ſtipendio. Narrat Plutarchus olim inter Corinthios & Megarenſes bella geſta * ἡμέρως καὶ συγγενικῶς, *manſuete & ita ut populos conſanguineos decebat*. Si quis captus eſſet, eum a captore habitum ut hoſpitem & fide de pretio accepta dimiſſum domum: unde natum 52 δορυξένων nomen.

* *Quaeſt. Gr.* pag. 295. B.

2. Excelſioris animi eſt illud Pyrrhi a Cicerone † laudatum:

† *De Offic.* I. 12.

> y *Nec mi aurum poſco, nec mi pretium dederitis:*
> *Ferro non auro* 53 *vitam cernamus utrique:*
> *Quorum virtuti belli fortuna pepercit*
> *Eorundem libertati me parcere certum eſt.*

Non dubium quin crediderit Pyrrhus juſtum a ſe bellum geri: tamen parcendum exiſtimabat eorum libertati, quos probabiles cauſæ in bellum tuliſſent. Simile *a* Cyri factum celebrat Xenophon: Philippi Macedonis poſt victoriam in Chæronea *b* Polybius: Alexandri in Scythas *c* Curtius: Ptolemæi regis & Demetrii, inter ſe non bello magis quam in captivos benignitate certantium, *d* Plutarchus. Lyſimachum vero z Getarum rex Dromichætes *e* bello captum hoſpitem ſuum fecit, paupertatiſque ſimul Geticæ ac comitatis teſtem factum perpulit ut talibus amicis, quam hoſtibus uti mallet.

a *Xenoph.* *Lib.* III. *Cyrop.* c. 1. §. 20.
b *Lib.* V. c. 10.
c *Lib.* VII. c. 9. n. 18.
d *Vita Dem.* p. 891.
e *Strabo lib.* VII. pag. 302. *Ed. Paris.*

vocat *Legitimum*, quodque opponit *Naturali*: nihil dicit, nec *Ariſtoteles*, nec *Andronicus Rhodius* in Paraphraſi, nec *Michael Epheſius*, unde colligi queat, hoc lege quadam communi ſancitum eſſe apud *Græcos*. Immo video, in oratione DEMOSTHENIS *de male obita Legatione*, Captivos quoſdam mutuo ſumſiſſe, alium *tres minas*, alium *quinque*, alium prout cuique conditiones erant propoſitæ: Ὁ μὲν, τρεῖς μνᾶς, ὁ δὲ, πέντε, ὁ δὲ, ὅπως συνέβαινεν ἑκάστῳ, τὰ λύτρα. Pag. 222. A. J. B.

GROTII.

y *Nec mi aurum poſco*] Similem Tiberii Chriſtiani Imperatoris in Perſas bonitatem laudat *Menander protector*. (Legat. c. 17.) Siſebuti *Mariana*, item Sanctii Caſtellæ regis, libro XI.

z *Getarum rex Dromichætes*] Meminit & *Diodorus Siculus* in excerptis Peireſianis. (Pag. 257, 258.)

GRONOVII.

52 Δορυξένων] Quaſi haſta & armis hoſpitum: quæ tamen vox uſu deinde ad quemvis hoſpitem ſignificandum producta & dilatata eſt.

53 *Vitam cernamus*] De vita certemus & pugnemus.



Digitized by Google

# CAPUT XV.

## Temperamentum circa acquiſitionem imperii.

. *Quatenus juſtitia interna permittat imperium acquiri.*
I. *Laudabile eſſe hoc jure in victos abſtinere.*
II. *Sive eos miſcendo victoribus:*
V. *Sive relinquendo imperium his qui habuerant:*
J. *Interdum impoſitis præſidiis:*
JI. *Aut tributis etiam & ſimilibus oneribus:*
VII. *Utilitas ab hac moderatione indicatur.*
VIII. *Exempla: & de mutata forma reipublica apud victos.*
IX. *Imperium ſi aſſumendum ſit, recte partem ejus victis relinqui.*
X. *Aut certe libertatem aliquam.*
XI. *Præcipue in religione.*
XII. *Saltem victos clementer haberi oportere: & cur?*

. QUæ in ſingulos aut exigitur æquitas aut laudatur humanitas, tanto magis in populos aut 1 in populorum partes, quanto in multos inſignior eſt & injuria & beneficentia. Juſto bello ut alia acquiri poſſunt, ita & 2 jus imperantis in populum, & jus quod in imperio habet ipſe populus: ſed nempe quatenus fert aut pœnæ naſcentis ex delicto, aut alterius debiti modus. Quibus addenda eſt cauſa vitandi periculi ſummi. Sed hæc cauſa plerumque cum aliis miſcetur, quæ tamen ipſa tum in pace conſtituenda, tum in utendo victoria maxime ſpectanda eſt. Nam cætera eſt ut remittantur ex miſericordia: in publico autem periculo, 3 quæ modum excedit ſecuritas, immiſericordia eſt. Iſocrates * ad Philippum: τῶν βαρβάρων ἐπὶ τοσοῦτον ἐξαρκέσει κρατεῖν, ὅσον ἐν ἀσφαλείᾳ καταστῆσαι τὴν σαυτοῦ χώραν· *barbari hactenus edomandi ſunt, quantum ſatis erit ut tuam regionem in tuto colloces.* *Vict. de jure belli n. 38. & 59.* * *Epiſt. II. pag. 409. A. Ed. H. Steph.*

II. 1. Criſpus Salluſtius † de Romanis veteribus: *majores noſtri religioſiſſimi mortales nihil victis eripiebant, 4 præter injuriæ li-* † *Catilin. Bell. c. 12.*

GRONOVII.

1 *IN populorum partes*] Aut exigitur æquitas, aut laudatur humanitas.

2 *Jus imperantis*] Et principis & quod ſibi populus reſervavit. (Ut, exempli gratia, ſi comitia, ſi ordines, ſi privilegia) illo poteſt uti victor, huic detrahere & id imminuere, quatenus tamen &c.

3 *Quæ modum excedit, ſecuritas*] Si non peccavit quidem aliquid inſigniter, neque debet, ſed tamen ſalvus eſſe victor non poteſt, aut non ſtabile imperium acquiſitum, niſi duriter victos tractet: hoc caſu ſi miſericors eſt victor, in ſuos & ſe immiſericors eſt. *Cato* apud *Salluſtium: Hic mihi aliquis miſericordiam & manſuetudinem nominat* &c. Bell. Catil. c. 52.

4 *Præter injuria*] Præterquam facultatem nocendi, qua per laſciviam male uſi fuerant.



Digitized by Google

*licentiam.* Digna quæ a Chriſtiano diceretur ſententia: quicum illud ejuſdem * convenit: *ſapientes pacis cauſa bellum gerunt, & laborem ſpe otii ſuſtentant.* Ariſtoteles non ſemel † dixerat, *πόλεμον εἶναι εἰρήνης χάριν, ἀσχολίαν δὲ σχολῆς, bellum pacis & negotium otii cauſa inſtitutum.* Nec aliud vult Cicero, cujus hoc eſt ſanctiſſimum *a* effatum: *bellum ita ſuſcipiatur, ut nihil aliud niſi pax quaſita videatur.* Ejuſdem & hoc *b* ſimile: *ſic ſuſcipienda bella ſunt ob eam cauſam, ut ſine injuria in pace vivatur.*

2. Nihil hæc diſtant ab his quæ nos docent veræ religionis *c* theologi, finem belli eſſe amovere ea quæ pacem perturbant. Ante Nini tempora, ut ex *d* Trogo alibi dicere cœpimus, fines imperii a tueri magis quam proferre mos erat: intra ſuam cuique patriam regna finiebantur: reges non imperium ſibi, ſed populis ſuis gloriam quærebant, contentique victoria imperio abſtinebant: quo nos retrahit quantum poteſt Auguſtinus, cum *e* ait: *videant tamen ne forte non pertineat ad viros bonos* b *gaudere de imperii latitudine.* qui & hoc addit: *felicitas major eſt vicinum habere concordem, quam vicinum malum ſubjugare bellantem.* Adde quod in ipſis Ammonitis, propheta *f* Amoſus ſevere reprehendit hoc ſtudium proferendorum per arma finium.

III. Ad hoc antiquæ innocentiæ exemplar proxime acceſſit veterum Romanorum prudens modeſtia: *Quid hodie eſſet imperium,* ait *g* Seneca, *niſi ſalubris providentia victos permiſcuiſſet victoribus? Conditor noſter Romulus,* ait apud *h* Tacitum Claudius, *tantum ſapientia valuit, ut pleroſque populos eodem die hoſtes, deinde cives habuerit:* addit exitio Lacedæmoniis & Athenienſibus nihil aliud fuiſſe quam quod victos pro alienigenis arcebant. Livius rem Romanam auctam *i* dicit hoſtibus in civitatem recipiendis. Exempla exſtant in hiſtoriis Sabinorum, Albanorum, Latinorum, deinde aliorum ex Italia, donec poſtremo *k Cæſar Gallos in triumphum duxit, idem in curiam.* Cerialis in oratione ad Gallos quæ apud *l* Tacitum: *ipſi plerumque legionibus noſtris præſidetis: ipſi has aliaſque provincias regitis. nihil ſeparatum clauſumve.* Et mox: *proinde pacem & vitam, quam victi victoreſque eodem jure obtinemus,*

* De Rep. ordin. fragm. VI. 40. p. 118. Ed. Waſſ.
† De Rep. VII. c. 14. & 15. & X. Ethic. Nic. c. 7.
a De Off. I. 23.
b Ibid. c. 11.
c Th. 2. 2. q. 40. art. 1. ad 3. Wil. Mat. de bellis ſec. requiſ. q. 7.
d Juſtin. I. 1.
e De Civ. Dei lib. IV, 15.
f Cap. 1, v. 13.
g L. II, de Ira c. 34.
h Ann. XI. 24.
i Lib. VIII. c. 13.
k Suet. in Cæſ. c. 80.
l Hiſt. IV. 74.

GROTII.

a *Tueri magis quam proferre*] Alexander Imperator Artaxerxi Perſæ: *δεῖν μένειν τε αὐτὸν ἐν τοῖς ἰδίοις ὅροις καὶ μὴ καινοτομεῖν, μηδὲ ματαίαις ἐλπίσιν αἰωρούμενον μέγαν ἐγείρειν πόλεμον· ἀγαπητῶς δὲ ἔχειν ἕκαστον τὰ ἑαυτοῦ· manendum cuique intra ſuos fines nihil novando, neque debere quemquam incerta ſpe ſublatum bella incipere, ſed ſuo eſſe contentum.* [Habet hoc Auctor noſter ex HERODIANO, Lib. VI. Cap. 2. num. 9. *Ed. Boecleri*: ubi, ut & in aliis Editionibus, legitur: ἐν τοῖς τῶν ἰδίων ὅροις: neque neceſſe eſt emendare: ἐν τοῖς ἰδίοις, ut facit Auctor noſter, ſive ex incogitantiâ, ſive datâ operâ. *J. B.*]

b *Gaudere de imperii latitudine*] Vide *Cyrillum* libro V. contra *Julianum*, reges Hebræos hoc nomine laudantem, quod ſuis contenti eſſent finibus. (Pag. 177. E. *Ed. Spanh.*)

c Sic

*mus, amate, colite.* Tandem, 5 quod mirandum maxime, in orbe Romano qui ſunt, ex conſtitutione Imperatoris 6 Antonini cives Romani effecti ſunt, quæ verba ſunt * Ulpiani. ex eo, ut † Modeſtinus ait, 7 Roma communis patria eſt. Et de ea Claudianus: *a*

> *Hujus pacificis debemus moribus omnes,*
> *Quod cuncti gens una ſumus.*

IV. 1. Alia moderatæ victoriæ ſpecies eſt, victis aut regibus, aut populis relinquere quod habuerant imperium. Sic Hercules, Priami *b*

> *Hoſtis parvi victus lacrymis,*
> *Suſcipe, dixit, rector habenas,*
> *Patrioque ſede celſus ſolio:*
> *Sed ſceptra fide meliore tene.*

Idem, *c* victo Neleo, filio ejus Neſtori regnum permiſit. Sic Perſæ *d* reges victis regibus regnum relinquebant. Sic Cyrus *e* Armenio. c Sic Poro (aa) Alexander. Laudat hoc d Seneca, *f nihil ex rege victo præter gloriam ſumere.* Et *g* Polybius celebrat Antigoni bonitatem, qui cum Spartam haberet in poteſtate reliquerit ipſis τὸ πάτριον πολίτευμα καὶ τὴν ἐλευθερίαν, *rempublicam majorum*

* *L. in orbe 17. D. de ſtat. hom.*
† *L. Roma 33. D. ad municip.*
a *In Sec. Conſul. Stilic. verſ. 154, 159.*
b *Sen. Troad. verſ. 725, & ſeqq.*
c *Aelian. Var. Hiſt. IV, 5.*
d *Herod. Lib. III. c. 15.*
e *Xenoph. Cyrip. L. IV. c. 1.*
f *De Clem. I. 21.*
g *Lib. V. Cap. 9.*

GROTII.

c *Sic Poro Alexander*] Pipinus Aiſtolfo Langobardo.

d *Seneca*] Totus locus dignus inſpici, ubi & hoc egregie dictum: *hoc eſt etiam ex victoria ſua triumphare, teſtarique ſe nihil quod dignum eſſet victore apud victos inveniſſe.* Tigrani pars regni a Pompejo relicta. *Eutropius* VI. (c. 11.)

GRONOVII.

5 *Quod mirandum maxime*] Meo judicio valde reprehendendum & perinde æſtimandum, ac ſi quis omnes ruſticos declaret nobiles. Eo dono non provinciales civium honorem conſecuti ſunt, ſed cives provincialium conditionem ac vilitatem ſubierunt.

6 *Imperatoris Antonini*] Non *Marci* philoſophi, non *Titi Pii*, laudatiſſimorum principum, ſed *Baſſiani Caracalla*, qui Septimii Severi filius fuit, teterrimus parricida & tyrannus perfidus, ut oſtendit *Salmaſ.* ex *Dione*, *de Modo Uſ.* 855. additque ſpeciem quidem fuiſſe quaſi peregrinis honorem haberet, ſed revera id factum, ut plus e vectigalibus colligeret, quia peregrini quædam non conferrent, quæ a civibus exigebantur. [Adde plenè de hac Conſtitutione diſputantem Illuſtr. EZECH. SPANHEMIUM, in Eruditiſſimis Diſſertationibus, quibus *Orbis Romani* titulum præſcripſit. *J. B.*]

7 *Roma communis*] Recte, ſed non tantummodo ex eo. Poterat hoc dici & eo titulo digna eſſe Roma, etiamſi non cives Romani dignitatem ſuam perdidiſſent, & omnium hominum diſcrimina turbata eſſent: quemadmodum jam Plinio ſub Veſpaſiano dicitur Italia omnium terrarum alumna eadem & parens, numine Deûm electa &c. ut una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret lib. 3, cap. 5. *Rutilius Numatianus* itiner. lib. 1. *Feciſti patriam diverſis gentibus unam: Profuit injuſtis te dominante capi. Dumque offers victis proprii conſortia juris, Urbem feciſti, quod prius orbis erat.* vers. 63, *& ſeqq.*

(aa) Vide QUINT. CURTIUM, Lib. VIII. Cap 14. *num.* 45. ibique *Pitiſci* notam 100. in Edit. 3. *J. B.*

e Quaſ-

*rum ac libertatem:* quo ex facto maximas per Græciam laudes conſecutus ibidem narratur.

2. Sic Cappadocibus permiſſum a Romanis uti qua vellent 8 reipublicæ forma: & multi populi poſt bellum relicti liberi. *Carthago libera cum ſuis legibus eſt*, ajunt Rhodii * ad Romanos poſt bellum Punicum ſecundum. Pompejus τῶν εἰλημμένων ἐθνῶν τὰ μὲν αὐτόνομα ἠφίει, inquit † Appianus, *ex devictis gentibus* e *quaſdam reliquit liberas.* Et Quintius Ætolis dicentibus pacem firmam eſſe non poſſe, a niſi Philippus Macedo regno pelleretur, dixit, ſententiam eos dixiſſe immemores Romanorum moris, victis parcendi. addidit: *adverſus victos mitiſſimum quemque maximum animum habere.* Apud b Tacitum eſt: *Zorſini victo nihil ereptum.*

* Livius lib. XXXVII. c. 54.
† Mithrid. Bell. p. 251.
a Liv. XXXIII. 12.
b Ann. XII. 19.

V. Interdum ſimul cum conceſſione imperii conſultum victorum ſecuritati. f 9 Sic a Quintio decretum, Corinthus redderetur Achæis, ut in Acrocorintho tamen præſidium eſſet: Chalcidem ac Demetriadem detineri, donec cura de Antiocho deceſſiſſet.

VI. Tributorum quoque indictio ſæpe non tam ad factorum ſumtuum reſtitutionem, quam ad ſecuritatem 10 & victoris & victi in poſterum pertinet. Cicero c de Græcis: *ſimul illud Aſia cogitet; nullam a ſe neque belli externi, neque diſcordiarum domeſticarum calamitatem abfuturam fuiſſe, ſi hoc imperio non teneatur: id autem imperium cum retineri ſine vectigalibus nullo modo poſſit, æquo animo* 11 *parte aliqua ſuorum fructuum pacem ſibi ſempiternam redimat atque otium.* Petilius Cerialis apud d Tacitum pro Romanis apud Lingonas aliosque Gallos ſic diſſerit: *nos quanquam toties laceſſiti jure victoria id ſolum vobis addidimus quo pacem tueremur. nam neque quies gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendiis, neque ſtipendia ſine tributis haberi queunt.* Eodem pertinent & alia quæ ex-

c L. 1. ad Qu. frat. ep. 1. num. 11.
d Hiſt. IV. 74.

GROTII.

e *Quaſdam reliquit liberas*] Earum ut noſcatur conditio vide *Polybium* excerptis legationum num. 19. *Suetonium* in Cæſare ubi de Gallia. Habet & quædam *Guilimannus* non indigna lectu in rebus Helvetiorum.

f *Sic a Quintio decretum*] Remiſſum id tamen poſtea. *Polybius* excerptis legationum num. IX. *Plutarchus* Flaminio.

GRONOVII.

8 *Reipublica forma*] Cum Romani eos liberaſſent, maluerunt eſſe ſub rege: itaque rex eis a S. P. Q. R. datus Ariobarzanes. (Vide *Juſtin.* XXXVIII. 2.)

9 *A Quintio decretum*] *Livius* XXXIII. 31. Et tamen paullo poſt eodem annitente Quintio omnibus iſtis oppidis, quamvis maxime minante Antiocho, præſidia eduxerunt. *Liv.* 34. 51.

10 *Et victoris & victi*] Ne ille metuat rebellionem, hic ſe præcipitet in priora mala, ſi nimis indultum ſit.

11 *Parte aliqua ſuorum*] Laudanda Romanorum modeſtia, qui de regnis ſubactis alias urbes liberabant, aliis dimidium tributi, quod regibus erant ſoliti pendere, imperabant. *Livius* 45, 26. Illyriis eodem libro cap. 18. & Macedonibus. c. 29.

g Tra-

Digitized by Google

expreſſimus * cum de inæquali fœdere ageremus, g tradere arma, claſſem, elephantos, non habere arcem, non exercitum.

* Lib. II. c. 15. §. 7.

VII. 1. Ut autem victis relinquatur ſuum imperium, non tantum humanitatis eſt, ſed ſæpe & conſilii. Inter Numæ inſtituta laudatur, † quod 12 a Termini ſacris omnem ſanguinem abeſſe voluit: ſignificans ad quietem & certam pacem nihil utilius quam ſuis ſe finibus tenere. Optime a Florus: *difficilius eſt provincias obtinere quam facere: viribus parantur, jure retinentur.* cui non diſſimile apud b Livium illud: *facilius parari ſingula quam teneri univerſa:* & Auguſti dictum c apud Plutarchum: 13 μεῖζον ἔργον τοῦ κτήσασθαι μεγάλην ἡγεμονίαν, τὸ διατάξαι τὴν ὑπάρχουσαν. Darii regis d legati Alexandro: *Periculoſum eſt 14 peregrinum imperium: difficile eſt continere quod capere non poſſis. . . . Facilius eſt quædam vincere quam tueri: quam hercule expeditius manus noſtra recipiunt quam continent.*

† Plut. quæſt. Rom. 15. p. 267. C.
a Lib. IV. c. 12. n. 29.
b Lib. XXXVII. c. 35.
c Apophtegm. pag. 207.
d Curt. IV. 11.

2. Quod h Calanus Indus & ante eum Oebarus Cyri amicus explicabant 15 corii ſimilitudine, quod alia parte ſe tollat ſi ſimul aliam pede preſſeris: & T. Quintius apud e Livium i comparatione teſtudinis, tutæ ad ictus ubi collecta in ſuum tegmen eſt, 16 obnoxiæ atque infirmæ ſimul exſeruerit ſui partem. Plato III. de legibus f huc aptat Heſiodi dictum; *omni dimidium plus.* Et Appianus notat g non paucos populos qui ſub Romano imperio eſſe vellent ab ipſis repudiatos: aliis etiam reges datos. Scipione Africano judice h, jam ſuis temporibus tantum Roma poſſidebat, ut avidum eſſet quicquam ultra appetere: abunde felix ſi nihil ex eo quod obtinebat amitteret. Itaque & 17 luſtri condendi carmen, quo Dii rogabantur ut res populi Romani meliores ampliorեſque facerent, k ita emendavit, precatus ut eas perpetuo 18 incolumes ſervarent.

e Livius lib. XXXVI. c. 32.
f Pag. 690. E Tom. II. Ed. H. Steph.
g In Præfat.
h Val. Max. IV, 1. n. 10.

VIII. La-

GROTII.

g *Tradere arma, claſſem*] Vide de Perſis *Agathiam* libro IV.

h *Calanus Indus*] Habet id *Plutarchus* Alexandro. [Pag. 701. E.]

i *Comparatione teſtudinis*] Plutarchus ſic narrat: Ἀχαιοὺς σφετεριζομένους τὴν Ζακυνθίαν νῆσον ἀποτρέπων ἔφη, κινδυνεύσειν, ἂν, ὥσπερ αἱ χελῶναι, πορρωτέρω τὴν κεφαλὴν τῆς Πελοποννήσου προτείνωσι· *Achæos Zacynthum inſulam appetentes cum dehortari vellet, dixit periculum eos adituros, ſi teſtudinis more caput extra Peloponneſum extuliſſent.* (Vit. Flamin. pag. 378. D.)

GRONOVII.

12 *A Termini ſacris*] Quem Romanis finxerat Deum, ut eos doceret abſtinere a movendis agrorum terminis, & ſic minueret lites de finibus.

13 Μεῖζον ἔργον τοῦ] Parare magnum imperium non tanta res eſt, quanta, cum habeas, ordinare ac componere.

14 *Peregrinum*] *Prægrave. Curt.* 4, 11. n. 8, 9.

15 *Corii*] Sicci nimirum & durati.

16 *Obnoxiæ*] Expoſitæ injuriis.

17 *Luſtri condendi*] Quum finiretur quinquennalis aut anni ſemeſtriſque cenſus. *Sueton.* Octav 97.

18 *Incolumes ſervarent*] Huc pertinet *Flori* votum circa Gracchanos & cæteros tumultus 3, 12.

GROTII.

k *Ita emendavit*] Utitur hac hiſtoria Claudianus Julianus conſul in epi-

VIII. Lacedæmonii, & initio Athenienſes, in captas civitates nullum ſibi vindicabant imperium: tantum eas republica uti volebant ad ſuam accommodata, Lacedæmonii quidem 19 ſub primorum potentia, Athenienſes ſub 20 arbitrio populi, ut * Thucydides, Iſocrates †, Demoſthenes *a* nos docent, ipſe etiam Ariſtoteles quarti de republica capite XI. & quinti VII. Quod ipſum in comœdia ſic notat *b* Heniochus illorum temporum ſcriptor:

* Thucyd. I c. 19.
† Iſoc. Panathen. pag. 243. D. Ed. H. Steph.
a Dem. orat. de Cherſ. Diod. Lib. XIII. & XV.
b Apud Stob. Serm. 39.

*Γυναῖκε δ' αὐτὰς δύ' ἐταράττετόν τινε,*
*Ἀεὶ συνοῦσαι. δημοκρατία θατέρᾳ*
*Ὄνομ' ἐστὶ, τῇ δ' ἀριστοκρατία θατέρᾳ,*
*Δι' ἃς πεπαρῳνήκασιν ἤδη πολλάκις.*
*Tum gemina ad illas acceſſerunt mulieres*
*Quæ cuncta conturbarunt: optimatitas*
*Eſt nomen alteri, alteri popularitas,*
*Quarum incitatu pridem 21 externata fuerunt.*

Simile eſt quod Tacitus *c* ab Artabano narrat Seleuciæ factum; *plebem primoribus tradidit*, inquit, *ex ſuo uſu: nam populi imperium juxta libertatem, paucorum dominatio regiæ libidini propior eſt.* Sed ejuſmodi mutationes an ad victoris ſecuritatem faciant, non eſt noſtræ inſpectionis.

c Ann. VI. c. 42.

IX. Si minus tutum ſit omni in victos imperio abſtinere, temperari tamen res poteſt, ut aliquid imperii relinquatur ipſis aut ipſorum regibus. Populi Romani conſuetudinem vocat Tacitus *d* ut haberet *inſtrumenta ſervitutis & reges.* Eidem *e Antiochus inſervientium regum ditiſſimus. βασιλεῦς Ῥωμαίων ὑπήκοος*, (bb) in commentariis de Muſonio: & apud Strabonem *f* circa finem libri ſexti. Lucanus, *g*

*Atque omnis 1 Latio quæ ſervit purpura ferro.*

d Agric. c. 14.
e Hiſt. II. c. 81.
f Pag. 288. Edit. Paris. Caſaub.
g Pharſal. VII. 228.

Sic

ſtola ad Pupienum & Balbinum. (*Capitolin.* in Maxim. & Balbin. c. 17.) Imitatus Auguſtus qui *Dione* narrante, *ἐπῄνειτο ἐφ' οἷς οὐκ ἠξίου ἕτερόν τι προσκτήσασθαι, ἀλλ' ἀκριβῶς ἀρκεῖσθαι τοῖς ὑπάρχουσιν ἐδικαίου· laudatus eſt quod nihil novi acquirere voluit, ſed quæ jam habebantur ſufficere eſt arbitratus.*

1 *Latio quæ ſervit purpura ferro* ] Vide Panegyricum Maximiano dictum (à *Claudian. Mamertino*, c. 10.

GRONOVII.

19 *Sub primorum* ] Ariſtocratia vel potius Oligarchia.

20 *Arbitrio populi* ] Democratia.

21 *Externata fuerunt* ] *Ovidius* I, met. 637. *ſeque externata refugit.* Et lib. II, 77. *Externata fugam fruſtra tentabat.*

(bb) Intelligit Auctor noſter τὰ Ἀπομνημονεύματα Μουσωνίου τοῦ φιλοσόφου, ſcripta à *Pollione*; de quibus SUIDAS, voce Πολλίων. Vide JONSIUM, *De Scriptoribus Hiſt. Philoſ.* III. 7. Unde autem petitum ſit fragmentum illius Operis, in quo verba ab Auctore noſtro adlata exſtant, juxta ſcio cum ignariſſimis. *J. B.*

m Ut

Sic 22 apud Judæos manſit ſceptrum in Synedrio, etiam poſt confiſcationem 23 Archelai. Euagoras Cypri rex, ut apud * Diodorum eſt, dicebat velle ſe Perſæ obedire, ſed ut regem regi. Et † Dario victo aliquoties hanc conditionem ferebat Alexander, m ut ipſe imperaret aliis, pareret Alexandro. Nos de modis miſcendi imperii a diximus alibi. Quibuſdam pars regni relicta, ſicut veteribus poſſeſſoribus agrorum pars.

X. Sed & cum omne imperium victis eripitur, relinqui illis poſſunt circa res privatas & publicas minores n ſuæ leges ſuique mores & magiſtratus. Sic in Bithynia proconſulari provincia Apamæa civitas privilegium habuit o ſuo arbitrio rempublicam adminiſtrandi, ut b Plinii epiſtolæ nos docent, & c alibi, Bithynis ſui magiſtratus, ſuus ſenatus. Sic & in Ponto d Amiſenorum civitas legibus ſuis utebatur Luculli (cc) beneficio. Gotthi victis Romanis leges reliquerunt Romanas.

XI. 1. Hujus indulgentiæ pars eſt p avitæ religionis uſum victis

* *Lib.* XV. *c.* 9.

† *Lib.* XVII. c 54.

a *Lib.* I, *cap.* III. §. 17. *Lib.* III, *cap.* VIII, 3.

b *Lib.* X, *epiſt.* 56.

c *Ibid.* Epiſt. 84. 113.

d *Idem*, ibid. *Epiſt.* 93. & 111.

GROTII.

m *Ut ipſe imperaret aliis, pareret Alexandro*] Tales & olim in Italia reges ſub aliorum regum imperiis: *Servius* ad X. Æneid. Sic apud *Æſchylum* Perſis:

Βασιλεῖς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου·

*Reges regis magni ſubices.*

Sic & apud Turcas teſte *Leunclavio* libro XVIII.

n *Sua leges*] Philo legatione ad Cajum: Σεβαστὸς τοσαύτην ἐποιεῖτο τῆς ἐπιβεβαιώσεως τῶν παρ' ἑκάστοις πατρίων, ὅσην καὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἐπιμέλειαν· *Auguſtus non minus cura ſua duxit cuſtodiam legum propriarum cuique genti quam Romanorum.* [Pag. 1014. B. Vide de hoc loco Ampliſſ. BYNCKERSHOEK. Ad *L.* Ἀξίωσις, *D. De Leg. Rhod.* pag. 90. *J. B.*]

o *Suo arbitrio rempublicam adminiſtrandi*] Vide epiſtolam XCIII. *Plinii*, & ſequentem Trajani libro X. Sinope ſub Perſis rempublicam habebat popularem. *Appianus* Mithridaticis. (pag. 227.) Talis apud Græcos ſub Romanis umbra libertatis. Vide *Ciceronem* lib. VI, ad Atticum epiſt. 1. *Plinium* lib. VIII, epiſt. 24. Evocari ex inſula Cyprios non licebat. *Cicero* ad Atticum V, 21.

p *Avitæ religionis uſum*] *Melius eſt ibi aliquem Deum coli quam nullum*: ut Severi verbis modo diximus. Sic Gotthi apud *Procopium* Gotth. II. (c. 6.) dicunt ſe ad ſuam religionem adegiſſe neminem. [Quod de *Severo* dicit heic Auctor, retulit ſupra, ad Cap. 12. §. 6. ex *Lampridio*, c. 49. ubi paullo aliter verba ſe habent. *J. B.*]

GRONOVII.

22 *Apud Judæos manſit ſceptrum*] Valde quidem debile, ſi tamen ſceptrum appellandum eſt: nam hac ratione omnes fere populi a Romanis ſubacti, dicendi ſunt retinuiſſe ſceptrum. Facile enim hoc illis relinquebant, ut haberent inſtar ſenatus domeſtici & apud judices gentiles certarent ſuis legibus. Videndus *Cicero* 2, in Verr. cap. 13. & lib. 6, ad Attic. epiſt. 1. & 2. At Judaicam gentem poſt Pompeii victoriam Mithridaticam, hoc eſt, 68 annis ante Archelaum relegatum, *elocatam*, (id eſt, ſtipendiariam publicaniſque traditam) & *ſervam* vocat *Cicero* pro Flacco cap. 28. Nec profecto poſt hunc caſum Archelai ſceptrum apud eos manere debuit, quum jam adeſſet Meſſias rex æternus.

23 *Archelai*] Herodis Magni filii & ſucceſſoris, quo Viennam in Gallia relegato rebuſque ejus in fiſcum Auguſti Cæſaris redactis Judæa deſiit habere regem aut ethnarcham & provincia facta eſt.

(cc) Id narrat APPIANUS, *De Bell. Mithrid.* pag. 228. Edit. H. Steph *J. B.*

ctis 24 niſi perſuaſis non eripere: quod ut victis pergratum ita victori innoxium probat Agrippa oratione ad Cajum, quam * Philo recitat in legationis ſuæ renunciatione. Et apud Joſephum, tum ipſe † Joſephus, tum Titus *a* Imperator rebellibus Hieroſolymitis objiciunt, quod Romanorum beneficio ſacris ſuis tanto cum jure uterentur, ut templo alienigenas arcere poſſent, etiam capitis periculo.

* *Pag.* 1032, & *ſeqq.*
† *Bell. Jud.* VI 24 p. 930. & *Lib.* VII. c. 8. pag. 948.
a *Ibid.* pag. 949. G.

2. At ſi falſa apud victos religio, ne vera opprimatur, recte curabit victor: quod Conſtantinus fecit fractis Licinii partibus, & poſt eum Franci aliique reges.

XII. 1. Poſtrema cautio hæc eſt, ut in imperio etiam pleniſſimo & quaſi herili victi clementer habeantur, & ita ut 25 eorum utilitates cum victoris utilitatibus ſocientur. Cyrus *b* victos Aſſyrios jubebat bono eſſe animo: eandem ipſorum ſortem fore quæ fuiſſet, mutato tantum rege. manſuras ipſis domos, agros, jus in uxores, in liberos, ut fuiſſet hactenus quin ſi quis injuriam ipſis faceret, ſe ac ſuos vindices fore. Apud Salluſtium *c* legimus: *populo Romano melius viſum amicos quam ſervos quærere: tutiuſque rati q volentibus quam coactis imperitare.* Britanni temporibus *d* Taciti delectum ac tributa & injuncta imperii munera impigre obibant, ſi injuriæ abeſſent: has ægre tolerabant: jam domiti ut parerent, nondum ut ſervirent.

b *Xen. de Cyri inſt. l.* IV. c. 4. n. 3.
c *Jugurth. Bell.* cap. 109.
d *Vit. Agr.* c. 13.

2. Privernas ille in ſenatu Romano interrogatus, qualem ab ipſis pacem Romani exſpectandam haberent: *ſi bonam dederitis,* ait *e*, *& fidam & perpetuam; ſi malam, haud diuturnam:* (dd) ratione addita: *ne credideris ullum populum, aut hominem denique, in ea conditione,* 26 *cujus eum pœniteat, diutius quam neceſſe ſit manſurum.* Sic Camillus dicebat, *f* firmiſſimum imperium eſſe quo obedientes gaudeant. Scythæ *g* Alexandro: *inter dominum & ſer-*

e *Liv. lib.* VIII. c. 21.
f *Liv. Lib.* VIII. c. 13.
g *Curt. l.* VII. c. 8.

**GROTII.**

q *Volentibus quam coactis imperitare*] Lacedæmonii apud Thucydidem: νομίζομέν τε τὰς μεγάλας ἔχθρας μάλιϛ᾽ ἂν διαλύεσθαι βεβαίως, ȣ̓χ ἢν ἀνταμυνόμενός τις καὶ ἐπικρατήσας τὰ πλέω τȣ̃ πολέμȣ, κατ᾽ ἀνάγκην ὅρκοις ἐγκαταλαμβάνων, μὴ ἀπὸ τȣ̃ ἴσȣ ξυμβῇ, ἀλλ᾽ ἢν παρὸν τὸ αὐτὸ δρᾶσαι, πρὸς τὸ ἐπιεικὲς καὶ ἀρετῇ αὐτὸς νικήσας παρὰ ἃ προσεδέχετο, μετρίως ξυναλλαγῇ· *ſic exiſtimamus, magnas inimicitias ita in firmam concordiam mutari, non ſi quis ſe ulciſcens & fortuna uſus proſperiore neceſſitatem alteris imponat jurandi in leges inæquales, ſed ſi cum id facere poſſit, æquitate uſus non minore quam in vincendo virtute, quam potest moderatiſſime rem tranſigat.* (Lib. IV. c. 19.)

**GRONOVII.**

24 *Niſi perſuaſis*] Niſi meliora docti ultro conſentiant in veteres ritus abolendos.

25 *Eorum utilitatis*] Ut victi ſeu novi ſubjecti intelligant idem ſibi utile eſſe, quod ei, cui acceſſerunt.

26 *Cujus eum pœniteat*] Quam gravem & duram experiatur.

(dd) Non ipſe Privernas Legatus hanc rationem addidit, ſed *pars melior Senatus* ita reſponſum, in meliorem partem, interpretata eſt. *J. B.*

27 *Bel-*

Digitized by Google

*ſervum nulla amicitia: etiam in pace*, 27 *belli tamen jura ſervantur.* Hermocratus apud * Diodorum: καλλόν ἐςὶ τοῦ νικᾶν τὸ τὴν νίκην ἐνεγκεῖν ἀνθρωπίνως· *non tam vincere pulchrum quam victoria clementer uti.* Salubris ad victoriæ uſum † Taciti ſententia: *bellorum egregii fines, quoties ignoſcendo tranſigitur.* In Cæſaris Dictatoris (ee) epiſtola: *hæc nova ſit ratio vincendi, ut miſericordia & liberalitate nos muniamus.*

* *Lib.* XIII. c. 19. *pag.* 341. *Ed. H. Steph.*
† *Annal.* XII. 19.

GRONOVII.

27 *Belli tamen jura*] Servorum ſunt erga dominos animi hoſtiles. *Feſtus.* Quot ſervi, tot hoſtes. *Seneca* epiſt. 47.

(ee) Epiſtola illa reperitur apud CICERONEM, *Lib.* IX. *Ad Attic.* poſt Epiſt. 8. *J. B.*

# CAPUT XVI.

## Temperamentum circa ea, quæ jure gentium poſtliminio carent.

I. *Internam juſtitiam exigere ut reddantur quæ hoſtis noſter alii injuſto bello eripuit.*
II. *Exempla.*
III. *An quid deduci poſſit.*
IV. *Etiam populos ſubditos aut populorum partes reddendas his quorum fuerant, ſi ab hoſte injuſte occupati ſint.*
V. *Quo tempore obligatio reddendi extinguatur.*
VI. *Quid faciendum in dubia cauſa.*

I. 1. QUo uſque ex bello juſto res capientium fiant, diximus ſupra, 1 quibus de rebus deducenda ſunt quæ recipiuntur poſtliminii jure. ſunt enim hæc 2 pro non captis. At quæ bello injuſto quæruntur reſtituenda diximus, nec ab iis tantum qui ceperunt, ſed & ab aliis ad quos res quoquo modo pervenit. nemo enim plus juris ad alium transferre poteſt quam ipſe habuit, ajunt juris * Romani auctores. quod Seneca † breviter explicat, *nemo poteſt quod non habet dare.* 3 Dominium internum non habuit qui primo cepit: quare nec illud habebit 4 qui cauſam ab ipſo obtinet: dominium ergo ſecundus aut tertius poſſeſſor accepit, quod docendi cauſa externum vocamus, id eſt, 5 commodum hoc, 6 ut ubique judiciaria auctoritate ac manu pro domino tuen-

* *L.* 27. §. 1. *D. de nox. act. l.* 20. *D. de acq. rer. dom.*
† *Lib.* V. *de benef. c.* 12.

GRONOVII.

1 QUibus de rebus] A quibus excipienda, quæ in patrios fines reverſa priſtinum ſtatum recuperant.

2 *Pro non captis*] Fingit enim poſtliminium eas res nunquam in poteſtate hoſtium fuiſſe.

3 *Dominium internum*] In jure naturæ ac civili fundatum.

4 *Qui cauſam ab ipſo*] Jus ſuum derivat.

5 *Commodum hoc*] Hac parte vel ad hoc.

6 *Ut ubique judiciaria*] Ut qui poſſidet rem armis captam, ſive ceperit ipſe,

tuendus ſit: quo tamen ſi utatur adverſus eum cui res malo facto erepta eſt, faciet non probe.

* L. 27. D. de capt.

2. Nam quod de ſervo * qui a latronibus captus mox 7 ad hoſtes pervenerat reſponderunt 8 juriſconſulti nobiles, verum eſſe eum ſubreptum eſſe, nec quod hoſtium fuiſſet aut poſtliminio rediiſſet ei rei 9 impedimento eſſe: idem ex naturali jure reſpondendum eſt de eo, qui bello injuſto captus, mox bello juſto, aut alia ratione in alterius venit poteſtatem. † nam in jure interno bellum injuſtum latrocinio nihil diſtat. Atque in hanc ſententiam ex facto conſultus *a* reſpondit *a* Gregorius Neocæſarienſis, cum Pontici quidam res civium a barbaris captas recepiſſent.

† Ægid. Regius de act. ſupern. diſp. 31. dub. 7. num. 122.

a Can. x.

II. 1. Reddendæ ergo res tales his quibus fuerant ereptæ, quod & factum ſæpe videmus. Livius *b* cum retuliſſet a L. Lucretio Tricipitino victos Volſcos & Æquos, expoſitam ait in campo 10 Martio prædam, ut ſuum quiſque per triduum cognitum abduceret. Idem *c* cum narraſſet, Volſcos a Poſthumio dictatore fuſos: *præda pars ſua 11 cognoſcentibus Latinis atque Hernicis reddita: partem ſub haſta dictator vendidit.* Alibi: *biduum ad recognoſcendas res datum dominis.* Idem *d* ubi Samnitium de (aa) Campanis victoriam narraverat; *quod lætiſſimum victoribus fuit, captivorum recepta ſeptem millia & quadringenti: præda ingens ſociorum: 12 accitique edicto domini ad res ſuas noſcendas recipiendaſque præſtituta die.* Mox *e* ſimile recitat factum Romanorum: *Samnites Interamnam coloniam Romanorum occupare conati urbem non tenuerunt: agros depopulati cum prædam aliam inde mixtam hominum atque pecudum colonoſque captos agerent, in victorem incidunt conſulem ab Luceria redeuntem, nec prædam ſolum amittunt, ſed ipſi longo ac impedito agmine incompoſiti cæduntur. Conſul Interamnam edicto dominis ad res ſuas noſcendas recipiendaſque convocatis, exercitu ibi relicto, comitiorum cauſa Romam eſt profectus.* Alibi *f* de præda agens, quam

b Lib. III. c. 10.

c Lib. IV. c. 29.

d Lib. X. c. 20.

e Cap. 36.

f Lib. XXXV. c. 1.

ipſe, ſive a capiente bono modo nactus ſit, quocumque veniat, quemcumque apud judicem ea de re compelletur, vincat & non modo ſententia judicis, ſed & vi lictorum aut militum in ea poſſeſſione defendatur.

GROTII.

a *Gregorius Neocæſarienſis* ] Sequuntur *Petr.* de poteſtate principis c. 3. quæſt. 4. *Braunngius* de homagiis concl. 241.

GRONOVII.

7 *Ad hoſtes* ] Quibus victis venum ierat.

8 *Juriſconſulti nobiles* ] Labeo, Ofilius, Trebatius.

9 *Impedimento eſſe* ] Adeo ut uſucapi ab emtore non poſſit.

10 *Martio prædam* ] Hoſtibus, qui eam per incurſionem in Rom. ac ſociorum fines egerant, ereptam.

11 *Cognoſcentibus* ] Quod privati, quibus ablatum erat, ſuum fuiſſe oſtendere poterant, & ſe pro ſuo noſſe fidem faciebant.

12 *Accitique edicto* ] Affixis in publico tabellis vel libellis.

(aa) Immo *Romanorum* de *Samnitibus*, qui agrum *Campanorum* populabantur. Inſpice locum, à me in ora libri diſtincte deſignatum. J. B.

b *Liv.*

Digitized by Google

quam ad Ilipam Luſitaniæ urbem Cornelius Scipio ceperat, ſic ait idem ſcriptor: *ea omnis ante urbem expoſita eſt, poteſtaſque dominis res ſuas cognoſcendi facta: cætera vendenda quæſtori data: quod inde effectum eſt, militi diviſum.* Poſt pugnam T. Gracchi ad Beneventum: *præda omnis, præterquam hominum captivorum, militi concessa eſt, & pecus exceptum eſt quod intra triginta dies domini cognoviſſent*, eodem * Livio auctore. * Lib. XXIV. c. 16.

2. De 13 L. Æmilio Gallorum victore † Polybius *τὴν λείαν ἀπέδωκε τοῖς προειμένοις, prædam iis reddidit a quibus abacta fuerat.* † Hiſt. l. II. c. 31. b Idem feciſſe Scipionem *a* Plutarchus & *b* Appianus narrant, cum Carthagine capta multa ibi inveniſſet donaria, quæ e Siciliæ urbibus & aliunde Pœni eo advexerant. Cicero *c* Verrina de juriſdictione Sicilienſi: *oppidum Himeram Carthaginienſes quondam ceperant, quod fuerat imprimis Siciliæ clarum & ornatum. Scipio qui hoc 14 dignum populo Romano arbitraretur, bello confecto ſocios ſua per noſtram victoriam recuperare, Siculis omnibus, Carthagine capta, quæ potuit, reſtituenda curavit.* Idem late ſatis id ipſum Scipionis factum proſequitur Verrina 15 de ſignis. Rhodii *d* naves quatuor Athenienſium captas a Macedonibus recuperataſque Athenienſibus reddiderunt. Sic Phaneas Ætolus reſtitui Ætolis æquum cenſebat quæ ante bellum habuiſſent. *e* Nec negabat T. Quinctius, c ſi de urbibus bello captis ageretur, & ſocietatis leges non rupiſſent Ætoli. Etiam bona, *f* olim conſecrata Epheſi, 16 quæ reges ſua fecerant, Romani in veterem ſtatum reſtituerunt.

a Plut. apoph pag. 200. B. b Bell. Pun. p. 83. Ed. H. Steph. c In Verr. II. 35. d Livius libro XXXI. c. 15. e Livius lib. XXXIII. c. 13. f Strabo libro XIV. pag. 742.

III. 1. Quod ſi 17 commercio res talis ad aliquem pervenerit, poteritne is ei, cui res fuit erepta, pretium a ſe numeratum 18 imputare? conſentaneum eſt his, quæ alibi diximus, poſſe im-

GROTII.

b *Idem feciſſe Scipionem Plutarchus & Appianus narrant*] Etiam *Diodorus Siculus* excerptis Peireſcianis. (Pag. 345.) Et Valerius Maximus lib. V. cap. 1. num. 6. *Africani quoque poſterioris humanitas ſpecioſe lateque patuit. Expugnata enim Carthagine circa Siciliæ civitates liberas miſit, ut ornamenta templorum ſuorum Pœnis rapta per legatos recuperarent, inque priſtinis ſedibus reponenda curarent.*

c *Si de urbibus bello captis ageretur*] Pompejus Attalo & Pylæmeni Paphlagoniam reddidit. *Eutropius* VI. (c. 11.) In fœdere Pontificis, Imperatoris Caroli V. & Venetorum contra Solimannum convenerat, ut poſſeſſa quiſque reciperet. *Paruta* VIII. itaque Cephalenia ab Hiſpanis capta reddita Venetis. Eſt ad eam rem pertinens locus & in *Anna Comnena*, ubi de Gothofredo agit. (Lib. XI. c. 6.)

GRONOVII.

13 *L. Æmilio*] Papo. *Flor.* 2, 4.

14 *Dignum populo*] Glorioſum & amplum convenienſque laudis avido P. R. ut quæ ſociorum fuiſſent, etſi per multa ſæcula ab hoſtibus poſſeſſa, nunc iiſdem victis, non ipſi retinerent Romani, quod jure poterant, ſed ſociis redderent.

15 *De ſignis*] Statuis tabuliſque materia & arte pretioſis, quas Siculis Verres abſtulerat.

16 *Quæ reges*] Seleucidæ pro imperio ſibi vindicando.

17 *Commercio*] Emtione.

18 *Imputare*] A domino repoſcere, ſi rem recipere velit.

imputari, in quantum ipſi qui rem amiſerat valitura fuerat deſperatæ poſſeſſionis recuperatio. Quod ſi tale impendium repeti poteſt, quidni & æſtimatio laboris ac periculi, perinde ac ſi quis rem alienam in mari perditam 19 urinando eduxiſſet? Appoſita ad hanc quæſtionem mihi videtur hiſtoria Abrahami cum quinque regum victor Sodoma rediret: וישב את כל הרכש ait * Moſes, *Reduxit omnes illas res:* nempe quas a regibus captas ſuperius narraverat.

* *Geneſ.* xiv. 16.

2. Nec alio referenda conditio regis Sodomorum quam fert Abrahamo, ut captivos redderet, cætera ſibi retineret pro labore & periculo. At † ipſe Abrahamus d vir non pii tantum animi, ſed & excelſi, ſibi quidem nihil voluit ſumere: cæterum de rebus receptis (nam ad eas, ut diximus, ſpectat iſta narratio) quaſi ſuo jure decumam Deo dedit, detraxit ſumtus neceſſarios, & ſociis ſuis partem aliquam tribui voluit.

† *Com.* 20. 21. 22. 23. 24.

IV. Sicut autem res domino reddendæ ſunt, e ita & populi & 20 partes populorum his qui jus imperii habuerant, 21 aut etiam ſibi, ſi ſui fuerant juris ante vim injuſtam. Ita Sutrium receptum re-

GROTII.

d *Vir non pii tantum animi ſed & excelſi*] Bene hoc notavit *Jacchiades* ad Danielem v, 17. *Sulpitius Severus* de Abrahamo: *reliqua his quibus erepta erant reddidit.* (Hiſt. Sacr. L. I. c. 5.) *Ambroſius* lib. 1. de patriarcha Abraham: *ideo quoniam ſibi mercedem ab homine non quæſivit, a Deo accepit.* (Cap. 3.) Non multum hinc diſtant facta Pittaci & Timoleontis: *Pittacus Mitylenæus cum recuperati agri dimidia pars conſenſu omnium offerretur, avertit animum ab eo munere, deforme judicans virtutis gloriam magnitudine prædæ minuere.* *Valerius Maximus* libro VI, cap. V. num. 1. De Timoleonte *Plutarchus*. οὐ τὸ λαβεῖν ἐκ τοιούτων αἰσχρὸν, ἀλλὰ τὸ μὴ λαβεῖν κρεῖττον, καὶ περιουσία τῆς ἀρετῆς ἐν οἷς ἔξεστιν ἐπιδεικνυμένης τὸ μὴ δεόμενον· *non accipere in talibus turpe, ſed non accipere melius, & virtutis cujuſdam exuberantis, & in iis quæ licita ſunt oſtendentis, ſe & his carere poſſe.* (Pag. 277. B.) Confer quæ ſupra lib. II, c. XIV. §. VI. & hoc libro c. IV. §. I. [Auctor, in hac Nota, conjungit *Pittacum* & *Timoleontem*, quaſi utriuſque *factum* eſſet. At vero Timoleon planè contrarium fecit, ut patebit inſpicienti locum PLUTARCHI, unde verba quædam heic adferuntur *J. B.*]

e *Ita & populi*] Exules Saguntini poſt ſex annos a Romanis reſtituti. Antoninus Caſſii bello in ſervitutem redactos liberos eſſe juſſit, bona dominis reddi. Sic Calatrava militibus, quibus erepta a Mauris erat, reddita a rege Caſtellæ aliiſque. *Mariana* lib. XI. Confer quæ ſupra hoc libro cap. X. §. 6. [Neſcio unde Auctor habeat, quæ de *Saguntinis* exſulibus, & de captis in bello *Avidii Caſſii*, heic refert. Circa priores, aliquid reperies apud LIVIUM, *Lib.* XXVIII. c. 39. in Oratione Legatorum *Saguntinorum*: de aliis autem, in Vitâ *M. Aurel. Antonini* à JULIO CAPITOLINO ſcriptâ, Cap. 25. quanquam non ita diſerte res ibi narretur, ac Auctor noſter proponit. *J. B.*]

GRONOVII.

19 *Urinando*] Natando ſubter aquam vel ad fundum uſque. *Plin.* II, 37. ranas & phocas diu ſub aqua urinari. l. 4 §. 1. *Ad l. Rhod. de jactu:* ſubmerſæ navis merces per urinatores extractæ.

20 *Partes populorum*] Privati, vici, pagi.

21 *Aut etiam ſibi*] In libertatem reſtituendi.

f *Ar-*

ſtitutumque ſociis, Camilli ævo, ex * Livio diſcimus. Ægi- * Liv. l. VI. c. 3.
tas & Melios ſuis urbibus reſtituerunt † Lacedæmonii. Græciæ † Xen. hiſt. Gr. III.
vitates, quas Macedones invaſerant, a a Flaminio redditæ liber- a Liv. l. XXXIII. c. 32. Lib. XXXIV. c. 58.
ti. Idem & in colloquio cum Antiochi legatis æquum eſſe
nſuit liberari Aſiæ urbes quæ Graji eſſent nominis, quas Se-
ucus Antiochi proavus bello ceperat, amiſſas receperat idem
ntiochus: *neque enim in Æolidem Ioniamque coloniæ* 22 *in ſervi-
tem regiam miſſæ ſunt*, ajebat, *ſed ſtirpis augendæ cauſa, gen-
que vetuſtiſſimæ per orbem terrarum propagandæ.*

V. Solet & de temporis ſpatio quæri, 23 quo reddendæ rei
ligatio interna poſſit extingui. Sed hæc quæſtio inter ejuſdem
nperii cives definienda eſt ex legibus ipſorum; (ſi modo illæ in-
rnum jus concedunt, non in externo ſolo conſiſtunt: quod ex
rbis & propoſito legum prudenti inſpectione colligendum eſt:)
ter eos vero qui alii aliis externi ſunt, ex ſola conjectura de-
lictionis, de qua diximus b alibi, quantum inſtituto noſtro b Lib. II. c. 4.
fficit.

VI. Quod ſi valde 24 ambiguum ſit jus belli, optimum erit
Arati Sicyonii conſilium ſequi, c qui partim novis poſſeſſori- c Cic. off. II. c. 23.
us perſuaſit ut pecuniam accipere mallent, poſſeſſionibus ce-
erent; partim veteribus dominis, ut commodius putarent nu-
nerari ſibi quod tanti eſſet quam ſuum recuperare.

GROTII.

f *Arati Sicyonii conſilium ſequi*] Quod
ecit rex Ferdinandus memorante
Mariana lib. XXIX, c. 14.

GRONOVII.

22 *In ſervitutem regiam*] Ut Aſia-
icis regibus ſervirent.

23 *Quo reddendæ*] Bello injuſto
captum, quaſi uſu captum, etiam
conſcientiam obligare ad reſtituendum
deſinat.

24 *Ambiguum ſit jus belli*] Difficile
ſit decernere juſta cauſa belli nec ne
fuerit.

# CAPUT XVII.

## De his, qui in bello medii ſunt.

I. *A pacatis nihil ſumendum niſi ex ſumma neceſſitate, cum reſtitutione pretii.*
II. *Exempla abſtinentiæ & præcepta.*
III. *Quod ſit officium pacatorum circa bellantes.*

SUpervacuum videri poſſet agere nos de his, qui extra bel-
lum ſunt poſiti, quando in hos ſatis conſtet nullum eſſe
us bellicum. Sed quia occaſione belli multa in eos, finitimos
præſertim, patrari ſolent prætexta neceſſitate, repetendum hic L. II, c. 2. §. 10.
breviter quod diximus alibi, neceſſitatem, ut jus aliquod det in



Digitized by Google

rem alienam, ſummam eſſe debere: requiri præterea 1 ut ipſo domino par neceſſitas non ſubſit: etiam ubi de neceſſitate conſtat, non ultra ſumendum quam exigit: id eſt, 2 ſi cuſtodia ſufficiat, non ſumendum uſum: ſi uſus, non ſumendum abuſum; ſi abuſu ſit opus, reſtituendum tamen rei pretium.

II. 1. Moſes cum ſumma ipſum & populum neceſſitas urgeret tranſeundi per agros Idumæorum *, primum ait tranſiturum ſe via regia, neque deflexurum in arva aut vineta: ſi vel aqua ipſorum opus haberet, perſoluturum ſe ejus pretium. Idem præſtiterunt laudati & Græcorum & Romanorum duces. Apud Xenophontem † Græci qui cum Clearcho, Perſis pollicentur, nullo ſe damno iter facturos: & ſi 3 venales commeatus præberent, neque eſculenta ſe, neque poculenta cuiquam erepturos.

2. Dercyllides, narrante eodem a Xenophonte, *περιήγαγε τὸ στράτευμα διὰ τῆς φιλίας χώρας, μηδὲν βλάψας τοὺς συμμάχους, copias duxit per fines pacatos, ita ut nullo detrimento ſocii afficerentur.* Livius b de Perſeo rege: *per Phthiotidem, Achaiam, Theſſaliamque, ſine damno injuriaque agrorum per quos iter fecit, in regnum redit.* De Agidis Spartani exereitu c Plutarchus: *θέαμα ταῖς πόλεσιν ἦσαν, ἀβλαβῶς καὶ πρᾴως καὶ μόνον οὐκ ἀψοφητὶ διαπορευόμενοι τὴν Πελοπόννησον· 4 ſpectaculum erant civitatibus clementer ac ſine noxa & pene a ſine ſtrepitu peragrantes Peloponneſum.* De Sulla d Vellejus: *putares veniſſe in Italiam, non belli vindicem, ſed pacis auctorem: 5 tanta cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamque cum ſingulari cura frugum, agrorum, urbium, hominum, perduxit in Campaniam.* b De Pompejo Magno e Tullius: *cujus legiones ſic in Aſiam pervenerunt, ut non modo manus tanti exercitus, ſed 6 nec veſtigium quidem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur.* De Domitiano ita f Frontinus: *cum in finibus Ubiorum ca-*

* Numer. xx. 17. & ſeqq.

† De Expedit. Cyr. Lib. II. c. 3. §. 12, 13. Ed Oxon.

a Hiſt. Græc. III. 1. §. 8.

b Lib. XLI. c. 27.

c Vit. Agid. p. 801. D.

d Lib. II. c. 25.

e Pro lege Manilia, c. 13.

f Libro II, ſtrat. c. 11. n. 7.

GROTII.

a *Sine ſtrepitu peragrantes Peloponneſum*] Par teſtimonium Tito Quintio Flaminio perhibet *Plutarchus*.

b *De Pompejo Magno Tullius*] Et Plutarchus: *ἀκούων τοὺς στρατιώτας ἐν ταῖς ὁδοιπορίαις ἀτακτεῖν, σφραγῖδα ταῖς μαχαίραις αὐτῶν ἐπέβαλεν· ἣν ὁ μὴ φυλάξας, ἐκολάζετο· cum audiſſet milites ſuos per itinera licentioſius agere, ſigillum gladiis eorum appoſuit. quod qui non cuſtodiſſet in puniebatur.* (Pag. 634. A.)

GRONOVII.

1 UT *ipſo domino*] Ut ipſe dominus non æque re ſua indigeat atque ille qui attrectare vult eam.

2 *Si cuſtodia*] Si ſufficiat in poteſtate habere, ne delibentur aut carpantur: ſi hoc neceſſum & ſatis ſit, ne abſumantur; ſi & hoc fieri oporteat, ut juſto pretio compenſentur.

3 *Venales commeatus*] Si copia fieret coëmendorum neceſſariorum a populis, per quos commearent.

4 *Spectaculum erant*] Cum admiratione conſpiciebantur.

5 *Tanta cum quiete*] Diſciplina & modeſtia.

6 *Ne veſtigium quidem*] Ut nec pedibus quidquam ſatorum conculcarint, quod ubi via eſt anguſta, facillime fit propter laxitatem ordinum & adſitu frumenta.

c De

Digitized by Google

*ella poneret, pro fructibus eorum locorum, 7 quæ vallo comprehen-at, pretium ſolvi juſſit, atque ea juſtitiæ fama omnium fidem ſibi rinxit.* De Parthica Alexandri Severi expeditione * Lampri-s: *tanta diſciplina, tanta reverentia ſui egit, ut non milites, ſed itores tranſire dicerentur: quacumque iter milites faciebant, ribuni accincti, centuriones verecundi, milites amabiles erant: ſos vero ob hac tot & tanta bona provinciales ut Deum ſuſcipiebant.* e Gotthis, Hunnis, Alanis qui Theodoſio merebant † Pane-iſta: *nullus tumultus, nulla confuſio, nulla direptio ut a barbaris t; quin ſi quando difficilior frumentaria res fuiſſet, inopiam patien-ferebat, & 9 quam numero arctaret annonam comparcendo laxa-.* Stiliconi Claudianus a idem tribuit:

*Tanta quies, juriſque metus ſervator honeſti*
*Te moderante fuit, nullus ut vinea furtis*
*Aut ſeges erepta fraudaret meſſe colonum.*

Et Beliſario Suidas.

* Cap. 50.

† Latin. Pacat. c. 32. Panegyr. vet. XII.

a In I. Conſ. Stilich. Lib. I, vers. 162, & ſeqq.

3. Hoc

GROTII.

c *De Gotthis*] Multa de hujus gen- modeſtia habemus apud *Caſſiodo-m*, ut v. 10, 11, 13. Eodem au-m libro epiſtola 26. *Nec poſſeſſorum getes aut prata vaſtetis, ſed ſub omni ntinentia properate: ut grata nobis eſſe ſtra occurſio poſſit. Quia ideo exerci-ales gratis ſubimus impenſas, ut ab matis cuſtodiatur intacta civilitas.* Lib. , 25. *Arma ejus nulla poſſeſſorum mma ſenſerunt.*

GRONOVII.

7 *Quæ vallo comprehendebat*] Intra aſtra recipiebat.

8 *Tribuni accincti*] Parati & expe-iti, tanquam cum hoſte ſtatim con-reſſuri, non trahentes impedimenta d convectandam prædam. Ms. *aciti*: nde Salm. *taciti*, non clamoſi ſtre-erique.

9 *Quam numero*] Multitudine capi-um anguſtam & difficilem fecerat, rugalitate ſufficientem reddebat.

GROTII.

d *Et Beliſario Suidas*] Sæpe hanc n Beliſario virtutem prædicat comes jus teſtiſque actionum *Procopius*. Vide gregiam ejus orationem huc pertinen-tem, quam ad milites habuit prope Siciliam, cum in Africam tenderet, narrationemque itineris per Africam Vandalicorum primo. (Cap. 12. & 17.) Ex Gotthicorum autem III. integrum hunc locum apponam: εἰς δὲ τὰς ἀγροίκους ἔτι τοσαύτῃ φειδοῖ καὶ προνοίᾳ ἐχρῆτο, ὥστε βιασθῆναι μὲν αὐτῶν οὐδένα πώποτε, στρατηγοῦντος Βελισαρίου, τετύχηκε· πλουτεῖν δὲ παρὰ δόξαν ξυνέβαινε πᾶσιν, οἷς ἂν αὐτὸς ἐπιδημοίη στρατιᾶς πλήθει. ἀπεδίδοντο γὰρ αὐτοῖς κατὰ γνώμην τὰ ὤνια πάντα. καὶ ἡνίκα μὲν ἀκμάζοι τὰ λήϊα ἐς τὸ ἀκριβὲς διεφύλαττε, μήτινα παριόντα ἡ ἵππος λυμήνηται· τῶν δὲ ὡραίων ἐν τοῖς δένδρεσιν ὄντων ἅψασθαι αὐτῶν οὐδενὶ τὸ παράπαν ἐξουσία ἐγίνετο· *adverſus agricolas tanta cura providentiaque agebat ut eorum nemo vim pateretur, exercitum ducente Beliſario: contra vero opulenti fierent omnes quocunque ille cum multo milite adveniſſet: vendebant enim illi militibus res ſuas ſuopte arbitratu. & cum matura eſſent ſegetes ſollicite cavebat ne ab equite corrumperentur. tum vero poma in arboribus pendentia tangere nemini omnino permittebatur.* (Cap. 1.) Similem Alemannorum laudem in expeditione ad ſanctum ſepulcrum vide apud *Nicetam* Manuele Comneno. (Lib. I. c. 4.) *Gregoras* autem libro IX. idem in Venetis prædicat: καί γε μὴν οὐδένας, ὡς οὐ μάλα ἐξέπληξεν ἡ τῶν

Be-

3. Hoc præſtabat exacta cura e 10 proviſus rerum neceſſariarum, & bene ſoluta ſtipendia, & vigor diſciplinæ, cujus legem
* Lib. audis f apud * Ammianum : *pacatorum terras non debere calcari.*
XVIII. c. 2. Et apud † Vopiſcum: *nemo pullum alienum rapiat: ovem nemo con-*
pag. 205. *tingat, uvam nullus auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, li-*
† Aurelian. c. 7. *gnum nemo exigat.* Item apud a Caſſiodorum : *vivant cum pro-*
a Var. VII. *vincialibus jure civili: nec inſoleſcat animus qui ſe ſentit armatum:*
4. *quia clypeus ille exercitus noſtri quietem debet præſtare paganis.* His
b Cap. 2. accedat illud Xenophontis expeditionis b libro VI. *μὴ ἀναγκάζειν*
§. 4. *πόλιν φιλίαν ὅ, τι μὴ αὐτοὶ ἐθέλοντες διδοῖεν· civitatem amicam cogendam non eſſe, ut quicquam daret invita.*

c Luc. III. 4. Ex quibus dictis optime interpreteris illud c magni prophe-
14. tæ, imo prophetâ majoris monitum : *μηδένα διασείσητε, μηδὲ συκοφαντήσητε, καὶ ἀρκεῖσθε τοῖς ὀψωνίοις ὑμῶν·* 11 *a concuſſione, g a calumnia in quoſvis abſtinete. h contenti eſtote ſtipendiis veſtris.* Cui ſimile illud Aureliani apud Vopiſcum dicto loco : *annona ſua con-*

*Βενετικῶν εὐταξία, καὶ ἡ μετὰ δικαιοσύνης μεγαλοπρέπεια. οὐδὲ γὰρ ἠξίωσε τῶν πάντων ἐκείνων οὐδεὶς ἐξελθὼν ἀφελέσθαι τι τῶν ἁπάντων ἄνευ τιμῆς ἀργυρίου· nemo erat quem non admiratione percelleret Venetorum diſciplina, & conjuncta cum juſtitia animi magnitudo. Nemo enim de exercitu egreſſus quicquam rerum ſumere volebat niſi pecunia dependiſa.*

### GROTII.

e *Proviſus rerum neceſſariarum*] Plinius hiſtoriæ naturalis XXVI, 4. *curve Romani duces primam ſemper in bellis commerciorum curam habuere?* Caſſiodorus IV, 13. *Habeat quod emat, ne cogatur cogitare quod auferat.* Similia habet V, 10. & 13.

f *Apud Ammianum*] Quem vide & libro XXI.

g *A calumnia*] Poſſis vertere *a rapina*, quo ſenſu ea vox ſumitur in græca verſione Jobi XXXV, 9. Pſalm. CXIX, 122. Prov. XIV, 31. XXII, 16. XXVIII, 3. Eccleſiaſtæ, IV, 1. item Levitici XIX, 11. Eandem græcam vocem per *defraudare* vertit vulgatus interpres Lucæ XIX, 8.

h *Contenti eſtote ſtipendiis veſtris*] *Ambroſius* ad hunc Lucæ locum: *idcirco ſtipendia conſtituta militiæ: ne dum ſumtus quæritur, præda graſſetur.* (Pag. 1647. *Ed. Paris.* 1669.) Quæ tranſſcripſit *Auguſtinus* ſermone XIX. de verbis Domini ſecundum Matthæum. Sunt egregiæ ad hanc rem conſtitutiones apud *Gregorium Turonenſem* libro II, cap. 37. in *capitulis Caroli* & ſucceſſorum, lib. V, tit. CLXXXIX. in *concilio Galliæ* tomo II. in *capitulari* II. *Ludovici* Pii capite XIV. & tomo III. in *concilio ad S. Macram.* Adde *legem Bajoariorum* tit. II, 5. Friderici I. legem ſic refert *Guntherus* :

*Si quis pacifica plebis villaſve domoſve*
*Uſſerit, abraſis ſignabitur ora capillis,*
*Et pulſus caſtris poſt verbera multa recedet.*

### GRONOVII.

10 *Proviſus*] Diligentia comparandi in anteceſſum annona ſua contentus ſit. Hæc vox annona poſterioribus ſæculis interdum ſignificat ſpecies, quæ militibus dabantur, ut frumentum, carnes, lardum, ſal, oleum: interdum annonæ plurali numero ſunt panes: interdum annona ipſum eſt ſtipendium, quod victus cauſa datur, ut hoc loco.

11 *A concuſſione*] Pecunia per vim, metum, tormenta, provincialibus & ſociis exprimenda I, 2. 7.

i Ne-

*entus ſit, de præda hoſtis non* 12 *de lachrymis provincialium vivat.*
: eſt quod quis putet dici hæc pulchre, 13 ſed præſtari non
e: neque enim aut moneret hæc vir divinus, aut ſapientes
ım auctores præciperent, ſi crederent impleri non poſſe. De-
ıe i neceſſe eſt concedamus fieri poſſe, quod factum videmus.
ɔ attulimus exempla, quibus accedat illud inſigne, quod k 14 ex
uro memorat * Frontinus, pomiferam arborem 15 quam in * *Lib.* IV,
e caſtrorum fuerat complexa metatio, poſtero die abeunte c. 3. n. 13.
rcitu intactis fructibus relictam.

. Livius † cum narraſſet milites Romanos in caſtris ad Su- † *Libro*
nem 16 procacius egiſſe, & quoſdam eorum noctu prædatum XXVIII.
grum circa pacatum iiſſe, adjicit, omnia libidine ac licentia c. 24.
itum, nihil inſtituto ac diſciplina militari geſtum. Eſt & alter
gnis ejus ſcriptoris locus, *a* ubi iter Philippi per Denthelata- a *Lib.* XL.
n agros narratur: *ſocii erant, ſed propter inopiam haud ſecus* c. 22.
*am hoſtium fines Macedones populati ſunt. rapiendo enim paſſim,*
*las primum, deinde quoſdam etiam vicos evaſtarunt, non ſine*
*gno pudore regis, cum ſociorum voces nequicquam Deos ſociales*
*menque ſuum implorantes audiret.* Apud Tacitum *b* Peligni turpis b *Ann.*
na, dum ſocios magis quam hoſtes prædatur. Idem *c* Vitellia- XII. c. 49.
s notat per omnia Italiæ municipia deſides & tantum hoſpitibus c *Hiſt.* III. c. 2.
tuendos. In Verrina quoque *d* Ciceronis de prætura urbana d *In Verr.*
c eſt accuſatio: *oppida pacata ſociorum, atque amicorum, diri-* Lib. I. c.
*nda ac vexanda curaſti.* 21.

6. Atque hic omittere non poſſum theologorum *e* ſententiam, e *Ægid.*
am veriſſimam puto, regem qui quæ debet ſtipendia militibus *Regius de*
n ſolvit, non tantum 17 militibus teneri de damnis inde ſecu- *act. ſuperni*
, ſed & ſubditis ſuis & vicinis quos inedia coacti milites *diſp.* 31,
ale habuerunt. *dub.* 7. *n.* 95.

III. 1. Viciſſim eorum qui a bello abſtinent officium eſt nihil
ere, quo validior fiat is qui improbam fovet cauſam, aut quo
tum 18 bellum gerentis motus impediantur, ſecundum ea quæ
di-

GROTII.

i *Neceſſe eſt concedamus fieri poſſe, od factum videmus* ] Sic & *Guicciar-nus* differit libro XVI.

k *Ex Scauro memorat Frontinus*] De gri ſeveritate ob raptum gallum linaceum vide Spartianum.

GRONOVII.

12 *De lachrymis*] Bonis, quæ do-ntibus flentibuſque eripiuntur.

13 *Sed præſtari non poſſe* ] Quod ja-ctant vulgo militares, hæc imaginaria eſſe, & non poſſe introduci, nec militem armatum contineri ſe pati, ut virgines in gynæcæo.

14 *Ex Scauro*] Ex M. Æmilii Scauri commentario de bello ab ſe geſto.

15 *Quam in ſede*] Quæ intra caſtra concluſa fuerat.

16 *Procacius egiſſe* ] Per abſentiam & morbum P. Scipionis tumultuantes laſciviſſe in Hiſpania.

17 *Militibus teneri* ] Satisfacere oportere.

18 *Bellum gerentis motus*] Apparatus & proceſſus.

l Æ-

Digitized by Google

* L. III, c. I. dicta a nobis ſupra * ſunt: 19 in re vero dubia l æquos ſe præbere utriſque in permittendo tranſitu, in commeatu præbendo legionibus, in obſeſſis non ſublevandis. Corcyrenſes apud Thucydidem † Athenienſium officii eſſe ajunt, ſi extra partes eſſe velint, aut Corinthios prohibere ne ex agro Attico militem conducant, aut idem ſibi permittere. (Marg.: † Lib. I. c. 35.) 20 Philippo Macedonum regi objectum a Romanis dupliciter ab eo fedus violatum, & quod ſociis populi Romani injurias fecerit, & quod hoſtes auxiliis & pecunia juverit. Eadem urget T. Quintius *a* in colloquio cum Nabide, *vos tamen, inquit, veſtramque amicitiam ac ſocietatem proprie non violavi. Quoties vis te arguam id feciſſe? ſed nolo pluribus? 21 ſummam rem complectar: quibus igitur rebus amicitia violatur? nempe his maxime duabus, ſi ſocios meos pro hoſtibus habeas, ſi hoſtibus te conjungas.*

a Liv. XXXIV. 32.

2. Apud Agathiam *b* legimus hoſtem eſſe, qui faciat quod hoſti placet; & in *c* Procopio, m 22 in exercitu hoſtium eum cenſeri qui quæ proprie ad bellum uſui ſunt hoſtili exercitui ſubminiſtrat. Demoſthenes *d* olim dixerat: *ὁ γὰρ οἷς ἂν ἐγὼ ληφθείην ταῦτα πράττων καὶ κατασκευαζόμενος, οὗτος ἐμοὶ πολεμεῖ, κἂν μήπω βάλλῃ μηδὲ τοξεύῃ· qui ea facit & machinatur quibus ego capi poſſim, etiamſi nec feriat, nec jaculum emittat, hoſtis mihi eſt.* M. Acilius Epirotis *e*, qui milite Antiochum non juverant, ſed pecuniam ei miſiſſe inſimulabantur, negavit ſcire ſe hoſtium an pacatorum numero eos habere deberet. L. Æmilius *f* Prætor Tejos arguit, quod commeatu claſſem hoſtium juviſſent, vinum promiſiſſent: addens, ni eadem Romanæ claſſi darent, ſe pro hoſtibus eos habiturum. Memoratur & Cæſaris *g* Auguſti dictum: *ἔκσπονδον πόλιν εἶναι, πολέμιον ἔχουσαν παρ' αὐτῇ· pacis jus amittere civitatem quæ hoſtem recipiat,*

b Lib. IV. c. I.
c Gotth. I.
d Phil. III. pag. 46. B.
e Liv. lib. XXXVI. c. 35.
f Idem, Lib. XXXVII. c. 28.
g Plut. Brut. in fin. pag. 1011. B.

3. Proderit etiam cum utraque parte bellum gerente 23 fedus miſcere, ita ut cum utriuſque bona voluntate a bello abſtinere, & communia humanitatis officia utriſque exhibere liceat. Apud *h* Livium eſt: *pacem utrique parti, quod medios decet amicos, optent: bel-*

h Lib. XXXV. c. 48.

GROTII.

l *Æquus ſe præbere utriſque in permittendo tranſitu, in commeatu præbendo*] Exemplum nobile vide apud Parutam libro VIII.

m *In exercitu hoſtium eum cenſeri*] Et contra, ſocium & amicum recte ait dici non eum modo qui juxta ſtat in procinctu, ſed & qui omnia quibus opus habet bellum aperte ſuppeditat. in epiſtola *Amalaſunthæ* ad *Juſtinianum*. (Gotth. Lib. I. c. 3.)

GRONOVII.

19 *In re dubia*] Ubi certo non conſtat, utrius cauſa juſtior ſit.

20 *Philippo Macedonum regi objectum*] Liv. 30, 42.

21 *Summam rem complectar*] Caput rei, vel quod maximum eſt, paucis expediam.

22 *In exercitu hoſtium*] Perinde arripi ac violari poſſe, atque illi, qui intra caſtra & præſidia hoſtilia ſunt, & arma contra nos ferunt.

23 *Fedus miſcere*] Agere palam oriente bello ac paciſci.



Digitized by Google

*ſo ſe non interponunt.* Archidamus Spartæ rex Eleis, cum videntur in Arcadum partes inclinare *, epiſtolam ſcripſit hoc tantum continentem: *καλὸν ἡσυχία·* *bonum eſt quieſcere.* * *Plutarch. Apopht.* p. 219. A.

# CAPUT XVIII.

## De his, quæ in bello publico privatim fiunt.

*An privatim hoſti nocere liceat expoſitum cum diſtinctione juris naturalis, gentium, & civilis.*

I. *His, qui ſuo ſumtu militant, aut naves inſtruunt, quid per internam juſtitiam liceat reſpectu hoſtium.*

III. *Quid reſpectu ſua civitatis:*

IV. *Quid Chriſtianæ dilectionis regula ab ipſis exigat.*

V. *Quomodo bellum privatum cum publico miſceatur.*

VI. *Ad quod teneantur qui ſine mandato hoſtibus nocuit, cum diſtinctione explicatur.*

I. 1. QUæ diximus hactenus pleraque ad eos pertinent, qui aut ſummum in bello arbitrium habent, 1 aut publica imperia exequuntur. Videndum etiam quid privatim in bello liceat, qua naturæ, qua divino, qua gentium jure. Narrat officiorum primo † Cicero 2 Pompilii Imperatoris exercitu militaſſe Catonis Cenſorii filium, ſed mox 3 dimiſſam legionem in qua is militabat. cum nihilominus adoleſcens amore pugnandi in exercitu remanſiſſet, Catonem ſcripſiſſe ad Pompilium, ut ſi eum vellet remanere in exercitu, 4 ſecundo eum ſacramento militiæ obligaret, addita cauſa, quia 5 priore amiſſo, jure cum hoſtibus pugnare non poterat. Addit & ipſa Catonis ad filium verba ex epiſtola, quibus eum monet ut caveat ne prælium ineat: neque enim jus eſſe, qui miles non ſit, pugnare cum hoſte. a Sic & Chryſantam *a* Cyri militem laudatum legimus, qui hoſti imminens repreſſit enſem, 6 ſimul ac receptui canere audierat; & Se- † Cap. 11. a *Plut. Quaſt. Rom.* 39. & *Marcello*, p. 317.

GROTII.

a SIc & *Chryſantam*] Vide *Xenophontem* Cyri inſtitutione. (Lib. IV. c. 1. §. 2. *Ed. Oxon.*)

GRONOVII.

1 *Aut publica imperia*] Aliquid ex juſſu & auctoritate præfectorum adminiſtrant.

2 *Pompilii*] Videtur legendum, *M. Hoſtilii*. Liv. 43, 6. &c.

3 *Dimiſſam*] Exauctoratam, ſacramento ſolutam.

4 *Secundo eum obligaret*] Iterum juberet illum ſacramentum dicere ſive jurare ad ſigna.

5 *Priore amiſſo*] Remiſſo, ſublato, cum dimitteretur legio.

6 *Simul ac receptui*] Simul atque dari ſignum ceſſandi a pugna.

b In-

Digitized by Google

*De Ira, Lib. I. c. 9.* Seneca: *inutilis miles dicitur, 7 qui ſignum receptui datum neglegit.*

2. Sed falluntur, qui venire hoc putant ex 8 jure gentium externo: nam id ſi ſpectes, ſicut rem hoſtilem cuilibet occupare licet, ut ſupra † oſtendimus, ita & hoſtem occidere: nam illo jure hoſtes pro nullis habentur. Venit ergo quod Cato monebat ex diſciplina militari Romana, cujus ea lex erat, *a* Modeſtino notante, ut qui mandata non ſervaſſet, capite puniretur, etiamſi res bene ceſſiſſet: mandata autem non ſervaſſe intelligebatur etiam qui extra ordinem ſine ducis imperio in hoſtem pugnaſſet, ut 9 Manliana *b* imperia nos docent: nimirum quia ſi id temere liceat, aut 10 ſtationes deſererentur, aut etiam progrediente licentia exercitus parſve ejus b inconſultis præliis implicaretur, quod omnino cavendum erat. Itaque Salluſtius *c*, ubi Romanam diſciplinam deſcribit, *in bello*, inquit, *ſæpius 11 vindicatum in eos, qui contra imperium in hoſtem pugnaverant, quique tardius revocati prælio exceſſerant.* Laco quidam *d* cum hoſti imminens audito receptûs ſigno ictum repreſſiſſet, cauſam reddidit: ὅτι βέλτιόν ἐϛι τοῦ φονεύειν, τὸ πείθεσθαι τῷ ἄρχοντι· *quia præfectis parere ſatius eſt quam hoſtem occidere.* Et Plutarchus cur qui militia ſolutus eſt occidere hoſtem non poſſit cauſam *e* reddit, quod legibus militaribus non teneatur quibus teneri debeant pugnaturi. Et apud *f* Arrianum Epictetus memoratum modo Chryſantæ factum referens: οὕτω προὐργιαίτερον ἔδοξεν αὐτῷ τὸ τοῦ στρατηγοῦ πρόσταγμα, ἢ τὸ ἴδιον ποιεῖν· *tanto illi potius videbatur ducis quam ſuam voluntatem exequi.*

3. At jus naturæ & internum ſi reſpicimus, videtur in bello juſto cuilibet conceſſum ea facere, quæ 12 parti innocenti intra juſtum bellandi modum profutura confidit: non etiam res captas ſuas facere, quia nihil ipſi debetur: niſi forte pœnam juſtam exigat communi hominum jure. Quod poſtremum quomodo per evan-

† *Lib. III, cap. 6.*

a *L. 3. D. de re milit. §. 15.*

b *Liv. lib. VIII. c. 7.*

c *Catil. c. 9.*

d *Apud Plutarch. Lacon. Apopht. p. 236. E.*

e *Quaſt. Rom. 39. p. 275. E.*

f *Lib. II, c. 6.*

GROTII.

b *Inconſultis præliis implicaretur*] Ita Avidius Caſſius cauſam ſententiæ ſuæ reddebat: *evenire potuiſſe ut eſſent inſidiæ.* Narrat *Vulcatius.* (c. 1.).

GRONOVII.

7 *Qui ſignum receptui*] Qui non deſinit pugnare, cum Imperator jubet quieſcere. [Vox *datum* abeſt è MSS. & optimis Edd.]

8 *Jure gentium externo*] Quo conceditur omnis illa licentia, de qua a cap. 4. uſque ad 9. egit.

9 *Manliana Imperia*] T. Manlii Torquati Cos. qui filium, quod contra edictum ſuum in hoſtem pugnaſſet, quamvis victorem, ſecuri ſubjecit.

10 *Stationes deſererentur*] Milites vel præfecti e loco, in quo cuſtodiæ vel excubiarum cauſa collocati eſſent, temere ac ſine venia ducum exirent.

11 *Vindicatum in eos*] Animadverſum, ſupplicium exactum de illis.

12 *Parti innocenti intra juſtum bellandi modum*] Ei, qui habet juſtam cauſam, hactenus, ut nihil gravius fiat, quam jure publico licet in bello.

13 Qui

Digitized by Google

euangelii legem reſtrictum ſit, ex his quæ ſupra * a nobis tractata ſunt, intelligi poteſt. * *Lib.* II, *c.* 20. §. 10.

4. Mandatum autem eſſe poteſt aut generale, aut ſpeciale. Generale, ut in tumultu apud Romanos † Conſul dicebat: *qui rempublicam ſalvam volunt me ſequantur.* Imo & ſingulis interdum ſubditorum jus datur *a* occidendi etiam extra ſui tutelam, ubi id publice expedit. † *Serv. ad Aen.* VIII. 1 a *C. quando liceat unicuique l.* 1. & 2.

II. 1. Speciale mandatum habere poſſunt non hi tantum qui ſtipendia percipiunt, ſed & 13 qui ſuo ſumtu militant, & qui, quod plus eſt, ſuo ſumtu partem belli adminiſtrant, ut qui naves inſtruunt ac ſuſtentant ſuis impendiis, quibus vice mercedis concedi ſolet ut capta ſua faciant, ſicut alibi *b* diximus. Id vero quatenus procedat, illæſa juſtitia interna, & caritate, non immerito quæritur. b *L.* III, *c.* 6.

2. Juſtitia 14 aut hoſtem reſpicit, aut 15 ipſam civitatem cum qua contrahitur. Hoſti diximus eripi poſſe poſſeſſionem rerum omnium, quæ bellum alere poſſunt, ſecuritatis cauſa, ſed hoc 16 ſub onere reddendi: ipſum vero dominium ad compenſationem uſque ejus quod aut 17 ab initio belli, aut 18 ex poſt facto civitati juſtum bellum gerenti debetur, ſive res ſint civitatis hoſtilis, ſive ſingulorum, etiam per ſe innocentium: bona vero nocentium etiam ex pœnæ cauſa adimi & acquiri capientibus poſſe. Fient ergo res hoſtiles eorum, qui belli partem ſuo ſumtu adminiſtrant, quod hoſtes attinet, hactenus ut is quem expreſſi modus non excedatur, quod æquo arbitratu æſtimandum eſt.

III. 19 Adverſus ſuam autem civitatem juſtum juſtitia interna id ipſum erit, ſi 20 contractui æqualitas inſit, hoc eſt, ſi ſumtus & pericula tanti ſunt quanti 21 prædæ alea. nam ſi hæc ſpes multo pluris valeat, reddendum erit civitati quod ſupererit, perinde ac ſi quis nimium vili pretio 22 jactum, incertum quidem, ſed tamen facilem & magnæ ſpei emiſſet.

IV. Cæterum, etiam cum juſtitia ſtricte dicta non læditur, eſt ut peccetur adverſus id officium quod in aliis diligendis conſiſtit, præ-

GRONOVII.

13 *Qui ſuo ſumtu*] Qui nunc dicuntur voluntarii.

14 *Aut hoſtem reſpicit*] Quatenus ab eo capere licet.

15 *Ipſam civitatem*] Quatenus cum ea, quod ab hoſte capitur, eſt dividendum.

16 *Sub onere reddendi*] Si pax commoda fiat, & ille aliter pro injuria ſatisfaciat.

17 *Ab initio*] Ex debito principali.

18 *Ex poſt facto*] Ex debito ſubnaſcenti. 3, 13, 3.

19 *Adverſus ſuam civitatem*] Ut privati acquirant res captas illæſo jure civitatis, pro qua militant.

20 *Contractui*] Quem illi privati cum republica fecerunt, quum impetrarunt ab ea jus ſuo ſumtu belli gerendi.

21 *Prædæ alea*] Dubia & incerta ſpes.

22 *Jactum*] Retis. l. 12. D. *de act. emt. & vend.* bolum vocat *Suet.* de rhetor. cap. 1.

præſertim quale Chriſtiana lex præſcribit, ut ſi appareat talem prædationem præcipue nocituram non hoſtium univerſitati, aut regi, aut his qui per ſe ſontes ſunt, ſed innocentibus, & quidem adeo ut eos detruſura ſit in ſummas calamitates, in quas etiam eos qui privatim nobis debent conjicere, immiſericordiæ foret. Quod ſi ad hæc accedat ut ea deprædatio neque ad finem bello imponendum, neque ad hoſtium publicas vires accidendas notabile aliquod momentum habeat, tum vero probo homine præſertim Chriſtiano indignus cenſeri debet c quæſtus ex ſola temporum infelicitate.

* *Sylv. in verbo bellum n.* 8. *verſ.* 5.

V. Evenit autem interdum ut occaſione belli publici 23 naſcatur bellum privatum, puta ſi quis in hoſtes inciderit, & vitæ aut rerum adeat periculum, quo eventu ea erunt obſervanda quæ de conceſſo tuendi ſe modo alibi diximus. Solet & conjungi auctoritas publica cum privata utilitate: ut ſi quis magno ab hoſtibus damno affectus impetret jus ex rebus hoſtium damna ſarciendi: quod jus definiendum eſt ex iis quæ de pignorationibus ſupra a nobis ſunt tradita.

† *Lib.* II, *c.* 1.

a *L.* III, *c.* 2.

VI. At ſi quis miles aut alius, etiam in bello juſto, ædificia hoſtium incenderit, agros vaſtaverit, atque id genus dederit damna, non juſſus, adde cum neque neceſſitas ſubeſſet, neque juſta cauſa, teneri eum ad ſarcienda damna recte a theologis eſt proditum. Merito autem addidi, quod ab illis omiſſum eſt, ſi juſta cauſa non ſubſit. nam ea ſi adſit, tenebitur forte ſuæ civitati, 24 cujus leges tranſgreſſus eſt; non item hoſti cui nullam fecit injuriam. Non diſſimile eſt quod Carthaginienſis quidam Romanis Annibalem dedi poſtulantibus reſpondebat: *non privato publicove conſilio Saguntum oppugnatum ſit, quærendum cenſeo: ſed utrum jure an injuria? noſtra enim hæc quæſtio atque animadverſio in civem noſtrum eſt, noſtro an ſuo fecerit arbitrio: vobiſcum una diſceptatio eſt, licueritne per fedus fieri.*

b *Sylv. in verbo bellum p.* 1.

GROTII.

c *Quæſtus ex ſola temporum infelicitate*] Nam & Craſſum hoc nomine culpat Plutarchus: τὰ πλεῖστα τούτων ἐκ πυρὸς συνήγαγε καὶ πολέμου, ταῖς κοιναῖς ἀτυχίαις προσόδῳ τῇ μεγίστῃ χρησάμενος. *pleraque horum ex igne belloque rapuit, nihil magis lucro habens quam communes calamitates.* (Vit. Craſſ. init. *pag.* 643. B.)

GRONOVII.

23 *Naſcatur bellum privatum*] Neceſſitas ſit ſingulis aut privatis, ſine auctoritate publica, pugnandi.

24 *Cujus leges tranſgreſſus*] Injuſſu contra diſciplinam aliquid faciendo.

CA-

# CAPUT XIX.

## De fide inter hoſtes.

*Fidem deberi hoſtibus quibuſvis.*
. *Refellitur ſententia, quæ prædonibus & tyrannis fidem ſervandam negat.*
L. *Solvitur argumentum ſumtum ex eo quod tales pœnam merentur, & oſtenditur hoc non conſiderari ubi tanquam cum tali actum eſt.*
V. *Non obſtare quod promiſſio metu extorta ſit, ſi ei qui promiſit metus illatus non ſit:*
. *Aut ſi juramentum acceſſerit, quamquam id adverſus prædonem impune, quod homines attinet, violatur.*
VI. *Eadem aptata ad ſubditos bellantes.*
VII. *Specialis difficultas circa promiſſa ſubditis facta, ob ſupereminens dominium tractatur:*
VIII. *Et oſtenditur talia promiſſa firmari civitatis jurejurando:*
IX. *Aut ſi tertius ſe interponat cui fiat promiſſio.*
X *Mutatio ſtatus publici quomodo fiat,*
XI. *Metus exceptionem ad bellum ſolenne juris gentium non pertinere:*
XII. *Quod intelligendum de metu tali quem jus gentium agnoſcat:*
XIII. *Servandam fidem & perfidis:*
XIV. *Non ſi conditio deficiat: quod locum habet ſi alter parti pactorum non ſtet.*
XV. *Nec ſi juſta compenſatio opponatur:*
XVI. *Quamvis ex alio contractu:*
XVII. *Aut damno dato.*
XVIII. *Imo & ex pœna:*
XIX. *Quomodo hæc in bello locum habeant.*

I. 1. QUid quantumque in bello liceat, diximus 1 partim nude ſpectari, partim ex promiſſo antecedente. Parte priore abſoluta, reſtat poſterior, quæ eſt 2 de fide hoſtium inter ſe. Egregium eſt conſulis Romani * Silii Italici dictum:

*Optimus ille*
*Militia, cui poſtremum primumque tueri*
a *Inter bella fidem.*

Xenophon † oratione de Ageſilao, *οὕτω μέγα καὶ καλὸν κτῆμα τοῖς*

* *Lib.* XIV. vers. 169. & *ſeq.*

† *Cap.* 3 §. 5. *Ed. Oxon.*

GROTII.

a INter bella fidem] Archelaus philoſophus apud *Appianum* civilium IV. *σπονδὰς ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ἐσπένδετε, καὶ δεξιὰς ἐτίθεσθε, αἳ καὶ παρὰ τοῖς πολεμίοις ἰσχύουσι·* *fœdera juraſtis, dediſtis dexteras, quæ etiam inter hoſtes valent.* (Pag. 628. *Ed. H. Steph.*) Laudat hujus virtutis nomine Africanum minorem *Diodorus Siculus* in excerptis Peireſcianis. (Pag. 342.)

GRONOVII.

1 *Partem nude ſpectari*] 3, 1, 1.
2 *De fide*] De pactis intervenientibus durante bello ſervandis.

τοῖς τε ἄλλοις ἅπασι καὶ ἀνδρὶ δὴ ϛρατηγῷ, τὸ ὅσιόν τε καὶ πιϛὸν εἶναί τε καὶ ὄντα ἐγνῶσθαι· *tanta tamque preclara res eſt in omnibus quidem, ſed precipue in ducibus, religionis & fidei obſervantes eſſe atque haberi.* Ariſtides * Leuctrica quarta: ἐν εἰρήνῃ καὶ σπονδαῖς μάλιϛα οἱ τὰ δίκαια ποιεῖν βυλόμενοι κρίνονται· *in pace aliiſque publicis conventionibus ſervandis, maxime ſpectantur qui juſtitiæ ſtudent:* ut enim recte dixit Cicero de finibus † quinto: *nemo eſt qui non hanc 3 affectionem animi probet atque laudet, qua non modo utilitas nulla quæritur, ſed contra utilitatem etiam conſervatur fides.*

* Tom. II. p. 184. B.

† Cap. 22.

2. Publica fides, ut apud patrem eſt *a* Quintilianum, inter armatos hoſtes inducias facit, deditarum civitatum jura conſervat. Apud eundem *b* alibi: *fides ſupremum rerum humanarum vinculum eſt: ſacra laus fidei inter hoſtes.* Sic & *c* Ambroſius: *Liquet igitur etiam in bello fidem & juſtitiam ſervari oportere.* Et b Auguſtinus: *d fides quando promittitur, etiam hoſti ſervanda eſt contra quem bellum geritur:* nimirum hoſtes qui ſunt, homines eſſe non deſinunt. At homines omnes, qui ad rationis uſum pervenerunt, 4 capaces ſunt juris ex promiſſo. Camillus apud Livium *e* ait, 5 *ſibi cum Faliſcis eam eſſe ſocietatem, quam ingeneravit natura.*

a Declam. 267.

b Decl. 343.

c Lib. II, c. 29. Offic.

d Epiſt. CCV. ad Bonif.

e Lib. V, c. 27.

3. Ex hac autem ſocietate rationis & ſermonis naſcitur ea de qua agimus obligatio ex promiſſo. Neque vero putandum eſt, quia hoſti 6 falſum eloqui aut licere, aut crimine vacare ex multorum ſententia 7 ſupra diximus, pari ratione hoc & ad fidem datam referri poſſe. Nam verum eloquendi obligatio eſt 8 ex cauſa, quæ bello fuit anterior, & bello tolli forte aliquatenus poteſt: at promiſſio per ſe jus novum confert. Vidit hoc diſcrimen Ariſtoteles *f* quum de veriloquio agens ait: ὐ περὶ τοῦ ἐν ταῖς ὁμολογίαις ἀληθεύοντ☉ λέγομεν, ὐδ᾽ ὅσα εἰς ἀδικίαν καὶ δικαιοσύνην συντείνει, ἄλλης γὰρ ἂν εἴη ταῦτ᾽ ἀρετῆς. 9 *non de eo loquimur, qui in conventionibus verax eſt, & in iis quæ ad juſtitiam & injuſtitiam pertinent: ſunt enim hæc alterius virtutis.*

f Nic. IV, 13.

4. Pauſanias *g* Arcadicis de Philippo Macedone: ϛρατηγὸν ἀγαθὸν οὐκ ἄν τις φρονῶν ὀρθῶς καλέσειεν αὐτόν· ὅς γε καὶ ὅρκυς θεῶν κατεπά-

g Cap. 7. pag. 241. ed. Gr. Wech.

**GROTII.**

b *Auguſtinus*] Qui idem argumentum late tractat epiſtola CCXXV.

**GRONOVII.**

3 *Affectionem animi*] Propoſitum ejus qui ſe geſtit bonum virum haberi.

4 *Capaces ſunt juris ex promiſſo*] Poſſunt obligare alter alterum ſtipulando.

5 *Sibi cum Faliſcis*] Quamvis hoſtibus cum maxime.

6 *Falſum eloqui*] Dicere vel facere, quo hoſtis decipiatur, & falſam opinionem de conſiliis noſtris imbibat.

7 *Supra diximus*] 3, I. 18.

8 *Ex cauſa, quæ bello*] Ex illa judicandi libertate, de qua 3, I. II. nata cum ipſo ſermonis inter homines commercio.

9 *Non de eo, qui in conventionibus*] De *veritate*, cui contraria *vanitas* aut *mendacium*; non cui *perfidia* & *perjurium*.

c Ambr-

πάντων ἀεὶ, καὶ σπονδὰς ἐπὶ παντὶ ἐψεύσατο, πίστιν τὸ ἀτίμασι μάλιστα ἀνθρώπων· *bonum eum Imperatorem nemo recte vocaverit, ut qui pro more habuerit jusjurandum contemnere, fidem quavis occaſione violare, ita ut nulli homini fides vilior fuerit.* Valerius Maximus * de Annibale: *bellum adverſus populum Romanum & Italiam profeſſus,* 10 *adverſus ipſam fidem acrius geſſit, mendaciis & fallacia quaſi præclaris artibus gaudens. quo evenit ut alioqui inſignem ſui memoriam relicturus, in dubio majorne vir an pejor haberi deberet poneret.* Apud Homerum † ſemet accuſant adacti conſcientia Trojani:

* *Lib.* IX. c. 6. n. 2. ext.

Νῦν δ' ὅρκια πιστὰ
Ψευσάμενοι μαχόμεσθα, τῷ οὔ νύ τι κάλλιόν ἐστι (aa).

† *Iliad.* H. vers. 351, 352.

*Rumpentes fœdera ſacra*
*Juratamque fidem pugnamus, non quibus eſt fas.*

II. 1. Et ſupra *a* jam diximus non recipienda illa Ciceronis *b*: *nulla nobis ſocietas cum tyrannis, ſed potius ſumma diſtractio eſt.* Item: *pirata non eſt* 11 *ex perduellium numero definitus: cum hoc nec fides eſſe debet, nec* 12 *jusjurandum commune.* De tyranno etiam *c* Seneca: *quicquid erat quo mihi cohæreret interciſa juris humani ſocietas abſcidit.* Ex quo fonte error Michaëlis Epheſii profluxit, qui ad quintum Nicomachiorum *d* dixit, in tyranni uxorem c adulterium non committi: quod ipſum pari errore quidam d Judæorum magiſtri de alienigenis dixerunt, quorum conjugia pro nullis habent.

a *Lib.* II. *cap.* XIII. §. 15.
b *De Offic.* III. 29.
c *Lib.* VII. *de benef.* c. 19.
d *Cap.* 10.

2. Atqui belli piratici magnam partem Cn. e Pompejus pactionibus confecit, vitam illis pollicitus & ſedes, in quibus ſine rapto viverent. Et tyranni interdum 13 libertatem reddiderunt, im-

GROTII.

c *Adulterium non committi*] *Seneca* in excerptis IV, 7. *Non putans adulterium, uxorem tyranni polluere: ſicut nec homicidium, tyrannum occidere. Julius Clarus* in §. homicidium num. 36. feminam bannitam impune adulterio corrumpi cenſuit.

d *Judæorum magiſtri*] Rabbi *Levi Ben-Gerſon* & Rabbi *Salomo* ad *Levit.* XX, 10.

e *Pompejus pactionibus confecit*] Sic improbata Didii perfidia in Celtiberos ex rapto viventes.

GRONOVII.

10 *Adverſus ipſam fidem*] Adeo nihil pactorum ſibi ſervandum putavit, ut ipſi fidei bellum indixiſſe videretur.

11 *Ex perduellium numero*] Non pro juſto hoſte habetur.

12 *Jusjurandum commune*] Nec ſi quid ei promiſſum vel juratum ſit, id ſervandum eſt.

13 *Libertatem reddiderunt*] Ut Iſeas Carynenſium tyrannus, qui dominatu depoſito & accepta fide publica patriam fœderi Achaico adjunxit. *Polyb.* 2. Et hinc materia declamationis *Fabio* avo decl. 267. *Flens ad arcem depoſitor tyrandidis.*

(aa) Eſt apud Homerum:

—— κέρδιον ἡμῖν
Ἔλπομαι ἐκτελέεσθαι, ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε.

i. e. ut benè vertunt ultimi Intt. *Quare nihil utile nobis antiquo effectum iri, niſi fecerimus ita,* ſcilicet, niſi reddamus *Helenam.* Sic Auctor noſter, ex memoriæ vitio, ſenſum & ſeriem orationis immutavit: quemadmodum etiam in ora libri ſcriptum erat, *Iliad.* X. pro *Iliad.* H. *J. B.*



Digitized by Google

* Cap. 19. impunitatem pacti. Cæſar belli civilis * tertio, a Romanis ducibus cum prædonibus & fugitivis, qui in Pyrenæis erant montibus, actum de compoſitione ſcribit. quis dixerit, ſi quid conveniſſet, nullam inde exſtituram fuiſſe obligationem? non habent quidem iſti ſpecialem iſtam communionem, quam inter hoſtes in bello ſolenni & pleno introduxit jus gentium: at quia homines ſunt, communionem habent juris naturalis, ut recte diſſerit Porphyrius †, libro de non eſu animalium tertio, ex quo naſcitur ut pacta ſervanda ſint. Sic Diodorus *a* fugitivorum duci Apollonio a Lucullo fidem ſervatam memorat. Et Dio *b* ſcribit, ab Auguſto Crocotæ (bb) latroni perſolutum pretium capiti ejus impoſitum, cum ſe ipſe ſiſteret, ne fides violaretur.

† Pag. 322.
a Lib. XXXVI. fragm. n. 1.
b Lib. LVI.

III. 1. Videamus tamen ecquid a Cicerone non allatum proferri ſpecioſius poſſit. Primum hoc eſt, quod qui atrociter malefici ſunt, 14 neque pars ſunt ullius civitatis, hi a quovis homine puniri poſſunt ſi jus naturæ reſpicimus, ut 15 alibi a nobis explicatum eſt. At qui puniri poſſunt ut vitam amittant, his & res & jura ſua poſſunt auferri: ſicut recte dixit idem *c* Cicero: *non eſt contra naturam ſpoliare eum, ſi poſſis, quem honeſtum eſt necare.* Inter jura autem eſt 16 hoc jus ex promiſſo quæſitum: poteſt igitur & hoc in pœnam ei auferri. Reſpondeo, proceſſurum hoc, ſi 17 non tanquam cum malefico actum eſſet; at f ſi quando 18 cum tali, qua talis eſt, actum eſt, 19 ſimul de remittenda, quod hanc rem attinet, pœna actum cenſeri debet. quia ſemper, ut alibi diximus, ea ſumenda eſt interpretatio, quæ 20 cavet, ne actus in vanum recidat.

c Off. III. 6.

2. Non male apud Livium *d* Nabis, cum tyrannidem ipſi objiceret Quintius Flaminius: *de nomine hoc reſpondere poſſum, me, qualiſcumque ſum, eundem eſſe qui fui, cum tu ipſe mecum, T. Quinti, ſocietatem pepigiſti.* Et mox: *jam feceram hæc, qualiacumque ſunt, cum ſocietatem mecum pepigiſtis.* Addit, *ſi quid ego mutaſ-*

d Lib. XXXIV. c. 31.

GROTII.

f *Si quando cum tali, qua talis eſt, actum eſt*] *Terentius* in Adelphis:

*Leno ſum, fateor: pernities communis adoleſcentium:*

*Perjurus, peſtis: tamen tibi a me nulla eſt orta injuria.* (II. 1. 34.)

Vide hac de re ſcriptorem *de compoſitione pacis inter principes & ordines Imperii.*

GRONOVII.

14 *Neque pars ſunt*] Vagi, ſedium inopes, nec civili ſocietate conjuncti, in quoſvis graſſantur.

15 *Alibi*] 2, 20. 3.

16 *Hoc jus ex promiſſo*] Quod ei ex pacto debetur.

17 *Non tanquam cum malefico*] Si cum eo egit, quem putavit eſſe bonum virum, & neſcivit latronem, piratam, maleficum eſſe.

18 *Cum tali, qua talis*] Cum eo, quem notum eſt, qualis ſit.

19 *Simul de remittenda*] Contractui tacite incluſum, quæ prius fecit improbe, fraudi eſſe illi non debere.

20 *Cavet ne actus*] Efficit, ut contrahentes non videantur nihil egiſſe.

(bb) Ita veteres Edd. ſed legendum *Corocotta*, ut eſt apud Auctorem, unde hoc petitur. J. B.

21 Li-

Digitized by Google

*taſſem, mihi mea inconſtantia, cum vos mutetis, vobis veſtra ratio reddenda eſt.* Locus eſt non diſſimilis in oratione Periclis, ad cives ſuos apud * Thucydidem: τὰς πόλεις αὐτονόμους ἀφήσομεν, εἰ καὶ αὐτονόμους ἔχοντες ἐσπεισάμεθα· *civitates ſocias liberas eſſe patiemur, ſi tales fuerunt quo tempore factum eſt fedus.* * *Lib.* I in fin. c. 144.

IV. Deinde objici poteſt, quod † alibi diximus, eum qui metu causam dedit promiſſo, teneri 21 liberare promiſſorem, quia damnum dedit per injuſtitiam, id eſt, per actum pugnantem & cum natura libertatis humanæ, & cum natura actus qui liber eſſe debuit. Hoc vero ſicut fatemur interdum locum habere, ita non ad omnia promiſſa prædonibus facta pertinet. nam ut cui promiſſum quid eſt, ad liberandum promiſſorem teneatur, 22 opus eſt, ipſe metu injuſto cauſam promiſſo dederit. (cc) Si quis ergo ut amicum vinculis eximeret promiſerit pretium, tenebitur: huic enim metus illatus non eſt, qui ad contrahendum ſponte venit. † *Lib.* II, c. XI. §. 7.

V. Adde quod & qui injuſto metu coactus promiſit, teneri poterit, accedente jurisjurandi religione. nam inde, ut alibi diximus, homo non homini tantum, ſed & Deo obſtringitur, adverſus quem metus exceptio non eſt. Verum tamen eſt, ex tali vinculo ſolo promittentis heredem non teneri, quia 23 in heredem tranſeunt quæ in humano ſunt commercio ex primæva dominii lege, at in his non eſt jus illud Deo quæſitum qua tale. Iterum illud quoque ex a ſuperioribus repetendum eſt, ſi quis fidem juratam aut injuratam prædoni datam violet, eum eo nomine pœnam apud alias gentes non debiturum: quia odio prædonum placuit gentibus, quæ adverſus eos etiam vitioſe committuntur, 24 diſſimulare. a *Lib.* III, c. IV. §. 18.

VI. Quid

**GRONOVII.**

21 *Liberare*] Solvere obligatione.

22 *Opus eſt, ipſe metu injuſto*] Non videtur ſufficere reſponſio: nam certe prædones & fugitivi metu injuſto cauſam contractui dederunt: niſi enim metuerentur, nulla cum iis fieret pactio. Malim dicere id verum eſſe in eo promiſſore, qui fuit in poteſtate illius cui promittebat: quippe huic nihil fuit indignum, itaque nec juſtus ejus conſenſus. At qui liber & ſui juris cum prædone contrahit, ejus plenus eſt conſenſus, utcumque provido metu inducti: nec hic eſt metus proprie dictus, qui cadit in conſtantem virum, cum præſens obverſatur periculum cruciatus aut mortis, quo amittitur conſtantia & omne conſilium abjicitur, ſed quidam proviſus adverſus futurum malum, quod ita exſpectatur, ut ſæpe non accidat.

23 *In heredem tranſeunt quæ in humano*] Debita ex contractu legitimo: hi enim bonis adhærent, & quocumque bona veniant, hoc commodum aut incommodum ſecum ferunt. At ubi quis injuſto metu coactus interpoſito jurejurando promittit, nullus eſt contractus legitimus, ſed tantum vinculum perſonale, quod cum perſona extinguitur, niſi novum jus accedat, hoc eſt, moriens forte qui promiſit, ultima voluntate mandet heredi, ut illud ſolvat.

24 *Diſſimulare*] Impunita tranſmittere.

(cc) At vide quæ diximus ad PUFENDORFIUM, *De Jur. N. & Gent.* Lib. III. cap. 6. §. 11. Not. 11. *J. B.*



Digitized by Google

VI. Quid dicemus de ſubditorum bellis adverſus reges aliaſque ſummas poteſtates? his, etiamſi cauſam [25] per ſe non injuſtam habeant, [26] jus tamen per vim agendi deeſſe oſtendimus * alibi. Poteſt interdum & tanta eſſe aut cauſæ injuſtitia, aut reſiſtendi improbitas, ut puniri graviter poſſit. Tamen ſi quaſi cum deſertoribus aut rebellibus actum ſit, [27] pœna promiſſo opponi non poteſt, ſecundum ea quæ modo diximus. Nam & ſervis fidem ſervandam veterum pietas exiſtimavit, credito † Lacedæmonios iram divinam expertos, quod Tænarenſes ſervos contra pacta occidiſſent, Et Diodorus a Siculus notat fidem ſervis datam in fano Palicorum nunquam a quoquam domino fuiſſe violatam. [28] Metus autem illati exceptio & hic poterit elidi interpoſito jurejurando, ſicut g M. Pomponius tribunus plebis jurejurando obſtrictus ſervavit, quod L. Manlio metu coactus promiſerat.

* Lib. I, c. IV.
† Aelian. Var. Hiſt. VI. 7.
a Lib. XI. c. 88.

VII. Sed hîc ſupra priores ſpecialem difficultatem facit [29] jus legis conſtituendæ & jus ſupereminens dominii [30] in res ſubditorum quod civitati competit, & ejus nomine a ſummam poteſtatem habente exercetur. Id enim jus ſi ad omnes ſpectat res ſubditorum, quidni etiam ad [31] jus ex promiſſo bellico natum? quod ſi conceditur, videntur inanes fore omnes tales pactiones, ac proinde belli niſi per victoriam finiendi ſpes nulla. Sed notandum contra eſt, jus illud ſupereminens [32] non promiſcue competere, ſed quatenus communiter expedit in *regimine non dominico ſed civili*, etiam regio. Plerumque autem communiter expedit pacta talia ſervari, quo ea pertinent quæ de præſenti ſtatu tuendo alibi dicta a nobis ſunt. Adde quod ubi hujus dominii uſum res exigit,

GROTII.

g *M. Pomponius tribunus plebis*] *Juravit tribunus, nec fefellit, & cauſam accuſationis remiſſæ concioni reddidit. Nulli alii licuit impune tribunum in ordinem redigere.* Seneca de beneficiis III, c. 37.

GRONOVII.

25 *Per ſe non injuſtam*] Puta injuſta tyrannide preſſi.

26 *Jus tamen*] Adſtringit enim eos civilis ordo ad obedientiam & patientiam.

27 *Pœna promiſſo*] Non liberatur princeps fide illis data, dicendo eos pœnam ſibi debere: itaque cum illa promiſſum ſuum compenſari, nec ſe id ſervare teneri, & ſufficere, ſi pœnam remittat.

28 *Metus autem illati*] Quod dicere poteſt imperans ſe a ſubjectis rebellibus injuſto metu coactum ea *promiſiſſe*, eoque civili jure poſſe *reſcindere* contractum initum, id ei prodeſſe nequit, quia plerumque intervenit jusjurandum.

29 *Jus legis conſtituendæ*] Quod ſumma poteſtas legem poteſt ferre & abrogare.

30 *In res ſubditorum*] Ut poſſit eas dominis auferre aut conſumere in utilitatem publicam. 2, 14. 7.

31 *Jus ex promiſſo*] Quod acquiſiverunt ſubjecti ab imperante armis rebellibus expreſſum.

32 *Non promiſcue*] Ut pro libidine ſua poſſit princeps vel civitas abuti privatorum bonis.

h Le-

Digitized by Google

git, 33 compenſatio tamen facienda eſt, ut infra latius explicabitur.

VIII. 1. Præterea poſſunt pacta ſanciri jurejurando, nec tantum a rege aut ſenatu, ſed & ab ipſa civitate, quomodo in leges ſuas Lacedæmonios jurare fecit * Lycurgus, Athenienſes † Solon, & 34 ne perſonarum mutatione jus jurisjurandi intercideret, repeti quotannis jusjurandum. (dd) Id enim ſi fiat, omnino ne publicæ quidem utilitatis cauſa recedendum a promiſſo erit: nam & de ſuo cedere civitas potuit, & verba poſſunt ita eſſe aperta ut nullam exceptionem admittant. Valerius *a* Maximus Athenas ita alloquitur: *lege legem, quæ te jurejurando obſtrictam tenet.* Romani hoc genus h leges ſacratas appellabant, 35 per quas ipſe populus Romanus, ut 36 Cicero pro Balbo explicat, religione obligabatur.

* Plut. Lycurg. pag. 57.
† Idem, Vit. Solon. pag. 92.
a Lib. v. c. 3. n. 3. ext.

2. Eſt ad hanc rem pertinens diſputatio per ſe obſcurior apud 37 Livium libro tertio, ubi ex ſententia multorum juris interpretum ait tribunos eſſe ſacroſanctos, non etiam ædiles, judices, decemviros, quorum tamen ſi cui noceretur id non jure fieret. Cauſa diſcriminis eſt, quod ædiles atque alii 38 lege ſola defendebantur: quod autem poſtremum populus juſſiſſet id ratum erat, manente tamen lege nemini contra agere jus erat, at tribunos religio publica populi Romani tuebatur. nam jusjurandum interceſſerat, quod ab his ipſis qui juraverant ſalva religione tolli non poterat. Dionyſius Halicarnaſſenſis *b* libro ſexto: *Βροῦτος ἐκκλησίαν συναγαγὼν συνεβούλευσε τοῖς δημόταις ἱερὰν καὶ ἄσυλον ἀποδεῖξαι τὴν ἀρχὴν, νόμῳ τε καὶ ὅρκῳ βεβαιώσαντας αὐτῇ τὸ ἀσφαλές· ἔδοξε ταῦτα πᾶσι.* 39 *Brutus concione advocata auctor* Qui-

b Cap. 89.

**GROTII.**

h *Leges ſacratas appellabant* ] Vide *Minutium* de legibus.

**GRONOVII.**

33 *Compenſatio tamen* ] Quoties princeps vel civitas bona privatorum arripit publici commodi cauſa, debet pro illis ſatisfacere ei, qui ſua perdit.

34 *Ne perſonarum* ] Ne poſteri exciperent jusjurandum illud fuiſſe perſonale, atque ideo obligaſſe tantum jurantes.

35 *Per quas ipſe populus* ] Non hoc dicit Cicero, ſed *ſacroſanctum nihil eſſe, niſi quod populus plebſve ſanxiſſet.* Itaque oportebat quidem intervenire populum, ut lex ſacrata ferretur: non tamen ubi populus intervenerat, ea lex ſtatim ſacrata erat: niſi fuiſſet adjecta ſanctio, qui eam non ſervaſſet, ejus caput ſacrum, hoc eſt, Diis devotum eſſet: eoque is homo a quovis poſſet occidi.

36 *Cicero pro Balbo* ] C. 15.

37 *Apud Livium libro tertio* ] C. 55.

38 *Lege ſola* ] Non etiam jurejurando, ut vult. Non tamen hæc diſcriminis eſſe cauſa videtur, ſed quod neminem voluerunt ſacroſanctum haberi, de quo id nominatim cautum non eſſet, ut factum fuerat in tribunis. Liv. 2, 33.

39 *Brutus* ] Non ille regum expulſor, ſed L. Junius, unus e primis tribunis plebis.

(dd) Vide quæ diximus ad PUFENDORFIUM, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. IV. Cap. 2. §. 17. Not. 2. *J. B.*



Digitized by Google

*Quiritibus fuit, ut magiſtratum hunc non lege tantum ſed & jurejurando inviolabilem redderent, quod omnibus placuit.* Hinc lex illa ſacrata appellatur. Ideoque improbatum fuit bonis i factum Tiberii Gracchi, cum Octavio tribunatum abrogavit, dicens tribunitiam poteſtatem a populo habere ſanctimoniam, non adverſus populum. Ergo ut diximus jurejurando & civitas & rex obſtringi poterunt, etiam in cauſa ſubditorum.

IX. 40 Sed & tertio, qui metum non intulit, promiſſio valide fiet: nec ſcrutabimur quid aut quatenus ejus interſit, quæ juris Romani ſunt ſubtilitates: natura enim omnium hominum intereſt ut hominibus aliis conſulatur. Sic Philippo, k pace cum Romanis inita, * jus ſæviendi in Macedonas qui in bello ab eo defecerant ademtum legimus.

* Livius lib. XXXIX.

X. Sed &, quemadmodum probavimus alibi, ſtatus mixtos interdum exiſtere, ſicut de ſtatu puro in purum, ita & 41 in mixtum tranſiri pactis poteſt: ita ut 42 ſubditi qui fuerant, incipiant ſummum habere imperium, aut certe partem ejus, etiam cum libertate partis ejus vi tuendæ.

XI. 1. Bellum vero ſolenne, id eſt, publicum utrinque & indictum ſicut alia habet peculiaria in jure externo poſita, ita & hoc, ut quæ in eo bello aut ejus finiendi cauſa promittuntur adeo ſint valida, ut 43 ex cauſa metus injuſte illati, invito eo cui promiſſa ſunt, in irritum deduci non poſſint: *quia ſicut alia multa quantumvis vitio non carentia ex jure gentium pro juſtis habentur,* l ita & metus qui tali bello utrinque infertur. Quod ni id placuiſſet, bellis talibus quæ valde ſunt frequentia nec modus, nec finis potuiſſet imponi: quod tamen fieri intereſt humani generis. Et hoc poteſt intelligi jus illud eſſe bellicum quod cum hoſte ſervandum ait † Cicero, cui & alibi a dictum, hoſtem in bello jura retinere, ſcilicet non tantum naturalia, ſed & quædam ex gentium conſenſu orta.

† De off. III. 29.
a Verr. IV. 55.

2. Neque tamen hinc ſequitur, eum qui tale quid bello injuſto extorſit, ſalva pietate, ſalvis viri boni officiis, poſſe retinere quod

GROTII.

i *Factum Tiberis Gracchi* ] Vide id late narratum *Plut.* in ejus vita. (pag. 831, *& ſeq.*)

k *Pace cum Romanis inita, jus ſæviendi in Macedonas qui in bello ab eo defecerant ademtum legimus* ] Eſt ſimile exemplum apud *Parutam* lib. VI.

l *Ita & metus qui tali bello utrinque infertur* ] Vide dictum ſcriptorem *de compoſitione pacis.*

GRONOVII.

40 *Sed & tertio* ] Qui tanquam pacificator aut quomodocumque medius inter regem & ſubditos intervenit.

41 *In mixtum* ] Ex pura monarchia in temperatam ariſtocratiam.

42 *Subditi qui fuerant, incipiant* ] Ut *Helvetii* excuſſo *Auſtriacorum*, *Belgæ* liberi *Hiſpanorum* jugo.

43 *Ex cauſa metus injuſte* ] Eo prætextu, quaſi vitium intervenerit contractui, aut metu injecto expreſſa ſint, non poſſit ab his diſcedi, niſi remittente ipſo rectore, cui promiſſa ſunt.

m De

quod accepit, aut etiam cogere alterum, ut ſtet pactis ſive juratis ſive injuratis. 44 Intus enim & ipſa rei natura id injuſtum manet: neque interna hæc injuſtitia actus tolli poteſt, niſi ex novo & vere libero conſenſu.

XII. Cæterum quod metum dixi haberi pro juſto qui bello ſolenni infertur, m de eo metu intelligi debet 45 quem jus gentium non improbat. Nam ſi ſtupri inferendi metu extortum ſit quippiam, aut alio terrore contra datam fidem, verius erit rem conſtitutam intra jus naturale: quia jus gentium ad talem metum ſuam vim non porrigit.

XIII. 1. Servandam autem fidem etiam perfidis & nos in generali tractatione ſupra * diximus, & idem docet † Ambroſius: quod haud dubie porrigendum ad hoſtes quoque perfidos: quales Pœni, quibus Romani fidem ſancte ſervaverunt. *Se tunc Senatus, non eos quibus hoc præſtabatur aſpexit*, ait in hoc argumento a Valerius Maximus. Et b Salluſtius: *bellis Punicis omnibus, cum ſæpe Carthaginienſes & in pace & per inducias multa nefanda facinora feciſſent, nunquam ipſi per occaſionem talia fecere.*

* *Lib.* II, c. XIII. §. 16.
† *Offic.* I. 29.
a *Lib.* VI, c. 6. n. 3.
b *Bell. Catil.* cap. 50. *Ed. Waſſ.*

2. Appianus c de Luſitanis fœdifragis, quos 46 Sergius Galba nova pactione deceptos trucidaverat: *ἀπιστίᾳ μὲν ἄρα ἀπιστίαν μετιὼν, οὐκ ἀξίως δὲ Ῥωμαίων μιμούμενος βαρβάρους· perfidia perfidiam ultus contra Romanam dignitatem barbaros imitabatur.* Eoque nomine idem Galba poſtea a Libone tribuno plebis accuſatus eſt: quam rem narrans d Valerius Maximus, *miſericordia*, inquit, *illam quæſtionem, non æquitas rexit.* (ee) (male editur *texit*) *quoniam quæ innocentiæ tribui non poterat abſolutio, reſpectui puerorum data eſt.* Cato in originibus ſcripſerat, e niſi 47 pueris & lacrymis uſus eſſet, pœnas eum daturum fuiſſe.

c *Bell. Hiſp.* pag. 288. *Ed. H. Steph.*
d *Lib.* VIII, c. 1. n. 2.
e *Cic. de orat. Lib.* I. c. 53. & *Bruto*, c. 20.

XIV. Sed ſimul ſciendum eſt, duobus modis fieri poſſe ut quis a perfidia vacet, nec tamen id faciat quod promiſſum eſt, 48 defectu ſcilicet conditionis, & 49 per compenſationem. Defectu con-

GROTII.

m *De eo metu intelligi debet, quem jus gentium non improbat*] Sic nihil prodeſt extorquenti promiſſio, quam legato capto is extorſit. *Mariana* XXX.

GRONOVII.

44 *Intus enim & ipſa rei natura*] Fictione tantum juris hoc juſtum eſt, ut aliquis finis perniciali diſcordiæ reperiretur; non per naturam rerum, aut legem morum, aut apud Deum.

45 *Quem jus gentium*] Qui infertur actionibus, quæ in bello conſenſu gentium licitæ putantur.

46 *Sergius Galba*] Leg. *Servius Sulpicius Galba.*

47 *Pueris & lacrymis*] C. Sulpicii Galli, hominis gratioſi ad plebem, filio, pupillo ſuo, & duobus parvis ſuis, quorum ſe, tanquam in procinctu teſtamentum faceret, ſine libra & tabulis pop. Rom. inſtituere tutorem orbitati dicebat: atque hi fletu ſuo populum moverunt.

48 *Defectu conditionis*] Si quis promiſit non omnino, ſed certo caſu & conditione, & is caſus, eave conditio non exſtiterit.

49 *Per compenſationem*] Si promiſſum eſt, & ipſe rem noſtram tenet mala fide & cum conſilio non reddendi, quæ ſit ejuſdem æſtimationis cujus eſt quod promiſſum eſt.

(ee) Neſcio quâ Editione uſus fuerit

Digitized by Google

conditionis non vere liberatur promiſſor, ſed eventus oſtendit nullam eſſe obligationem, ut quæ non niſi ſub conditione contracta erat. Et huc referendus caſus, ſi prior alter non impleverit quod ex ſua parte implere tenebatur. Nam unius ejuſdemque contractus capita 50 ſingula alia aliis ineſſe videntur per modum conditionis, quaſi expreſſum eſſet, hæc ita faciam ſi & alter faciat quæ promiſit. Ideo * Tullus Albanis reſpondens, *Deos teſtes facit, uter prius populus res repetentes legatos aſpernatus dimiſerit, ut in eum omnes expetant clades belli. Non tenebitur pro ſocio*, ait † Ulpianus, *qui ideo renunciavit, quia conditio quædam qua ſocietas erat inita ei non præſtatur.* 51 Hanc ob cauſam quoties alia mens eſt, ſolet diſerte poni, ut ſi contra hanc aut illam partem quid fiat, cætera non eo minus rata maneant.

* *Apud Liv.* I, 22.

† L. 14. D. *pro ſocio.*

XV. n Compenſationis originem a alibi indicavimus, cum diximus nos, ſi quod noſtrum eſt, aut quod nobis debetur, conſequi aliter non poſſumus ab eo, qui noſtrum habet, aut nobis debet, tantundem in re quavis accipere poſſe: unde ſequitur, ut multo magis poſſimus id, quod penes nos eſt, ſive corporale eſt, ſive incorporale, retinere. Ergo quod promiſimus poterit non præſtari, ſi non amplius valet quam res noſtra quæ ſine jure eſt penes alterum. o Seneca libro de beneficiis ſexto: *ſic debitori ſuo creditor ſæpe damnatur, ubi plus ex alia cauſa abſtulit quam ex credito petit. Non tantum inter creditorem & debitorem judex ſedet 52 qui dicat. Pecuniam credidiſti. Quid ergo? . . . 53 agellum quem non emeras poſſides: æſtimatione facta debitor diſcede, qui creditor veneras.*

a *Lib.* II, *c.* VII, §. 2.

XVI. Idem erit ſi ex alio contractu is quicum negotium eſt, plus aut tantundem debet, idque ego aliter conſequi non valeo. In foro quidem, ut p idem Seneca ait, 54 actiones quædam ſeparantur, nec confunditur formula: ſed illa exempla, ut ibidem di-

rit Auctor. Certè ejus ævo jam legebatur heic *rexit*. Saltem ita habet Editio Wecheliana, ann. 1627. à *Chriſtophoro Colero* curata. *J. B.*

GROTII.

n *Compenſationis originem alibi indicavimus*] *Tertullianus* Scorpiaco: *nulli compenſatio invidioſa eſt, in qua aut gratia aut injuria communis eſt ratio.* (Cap. 6.)

o *Seneca libro de beneficiis* VI] Cap. 4.

p *Idem Seneca*] Eodem libro capitibus 6. & 7.

GRONOVII.

50 *Singula alia aliis ineſſe*] Adeo ut ſi unum non ſervetur, omnia pro irritis & violatis habeantur.

51 *Hanc ob cauſam*] Hæc exceptio ut elidatur, quoties eam valere nolunt contrahentes.

52 *Qui dicat*] Actori, pecuniam credidiſti, itaque illum, unde petitur, condemno, ut tibi reddat: Sed & alia ſæpe dicit. Quæ iſta? nempe, credidiſti tu quidem illi pecuniam, ſed argentum, ſcilicet factum in vaſis, ab eo, quacumque ſpecie aut occaſione acceptum, neque emtum aut jure tuum, poſſides: id æſtimatum pluris eſt, quam quod petis. Ergo ſic abi e judicio, ut te debitorem ſcias, qui creditorem præferebas, teque ultro aliquid debere illi, a quo nummos petiturus huc veniſti.

53 *Agellum quem*] *Argentum quod.*

54 *Actiones quædam ſeparantur*] Ita ſuas

dicitur, certis legibus continentur, quas neceſſe eſt ſequi: lex legi non miſcetur: eundum eſt qua ducimur. Jus gentium iſta diſcrimina non agnoſcit, ubi ſcilicet alia juris ſui obtinendi ſpes non eſt.

XVII. Idem dicendum erit ſi qui promiſſum urget 55 non contraxerit, ſed damnum dederit. q Seneca ibidem: 56 *colonum ſuum non tenet, quamvis 57 tabellis manentibus, qui ſegetem ejus proculcavit, qui ſuccidit arbuſta, non quia recepit quod pepigerat, ſed quia ne reciperetur effecit.* Mox alia addit exempla: *pecus abegiſti, ſervum ejus occidiſti.* r Deinde: *licet me comparare inter ſe quantum profuerit mihi quiſque, aut quantum nocuerit, & tum pronuntiare, utrum plus debeatur mihi, an debeam.*

XVIII. Poſtremo & quod ex pœna debetur ei, quod promiſſum eſt, 58 poteſt contribui, quod eodem loco late explicatur: * *& beneficio gratia debetur, & injuria ultio: nec ego gratiam illi debeo, nec ille mihi pœnam: alter ab altero abſolvimur.* mox †: ſ *comparatione facta inter ſe beneficii & injuriæ, videbo an etiam ultra mihi debeatur.* * Cap. 5. † Cap. 6.

XIX. 1. Sed ſicut 59 ſi quid inter litigantes convenerit, ei quod promiſſum eſt opponi lite manente non poterit, aut actio de qua lis erat, aut litis damna & impenſæ, ita nec manente bello compenſari poterit aut id unde ortum eſt bellum, aut quidquid bellico gentium jure fieri ſolet. 60 Negotii enim natura, ne nihil actum ſit, oſtendit conveniſſe ſepoſitis belli controverſiis. nam alioqui nulla eſſet pactio quæ non poſſet eludi: nec forte male huc aptum quod t apud eundem, quem jam laudavi aliquoties, Senecam eſt: *Nullam excuſationem recepermus (majores) ut homines ſci-*

ſunt diverſæ, ut compenſari nequeant: ſed ſi duorum uterque adverſus alterum propriam actionem habet, uterque ſua uti, & quod ea continetur, proſequi neceſſe habet: nec tollit altera alteram.

**GROTII.**

q *Seneca ibidem*] Dicto cap. 4.
r *Deinde*] Dicto cap. 6.
ſ *Comparatione facta*] Eodem cap. 6.
t *Apud eundem, quem jam laudavi aliquoties, Senecam eſt*] De benef. VII, 16.

**GRONOVII.**

55 *Non contraxerit*] Nihil quidem viciſſim promiſerit, ſed in culpa eſt, ut alter minus habeat.

56 *Colonum non tenet*] Non habet obligatum, ita ut fructus vel pecuniam, qua ille conduxit, exigere poſſit.

57 *Tabellis manentibus*] Formula vel inſtrumento conductionis illæſo & integro.

58 *Poteſt contribui*] Pro eo, quod promiſſum eſt, ut non præſtetur, poteſt imputari & compenſari id, quod propter maleficium promittendi debet, cui promiſſum eſt.

59 *Si quid inter litigantes*] Si qui jam contendunt in foro, de alia cauſa contraxerint, non poteſt alter contrahentium ſalva fide promiſſum negare, quod dicat ſe ab illo lite vexari & multum impendere. Sic etiam jam bellantes ſi quid inter ſe pacti fuerint, non re tota compoſita, nequit alter a pacto reſilire, propter cauſam aut continuationem belli.

60 *Negotii enim natura*] Hoc omni negotio naturaliter ineſt, ut præſumatur

*ſcirent fidem utique præſtandam. Satius enim erat a paucis etiam juſtam excuſationem non accipi, quam ab omnibus aliquam tentari.*

2. Quæ ergo ſunt quæ compenſari cum eo quod promiſſum eſt poterunt? nimirum ſi quid alter, quamvis ex alio contractu, inter bellum inito, debet: ſi damnum dedit intra induciarum tempora: ſi legatos violavit, aut aliud quid fecit quod inter hoſtes jus gentium damnat.

3. Obſervandum tamen ut 61 inter eaſdem perſonas fiat compenſatio, ac ne jus tertii cujuſquam lædatur: ita tamen ut ſubditorum bona pro eo quod civitas debet jure gentium obligata in-
* *Libro* III, telligantur, ut alibi * diximus.
c. II. §. 2. 4. Addamus & hoc, generoſi eſſe animi ſtare federibus etiam
† *Philoſt.* poſt aliquid injuriæ acceptum: quo nomine ſapiens † Indus Iarchas
*lib.* III, laudabat regem, qui læſus a vicino federato, *οὐ παρέλυσε τοὺς ὅρ-*
*c.* 9. *cap.* 20. *κους, οὕτω βεβαίως ὀμωμοκέναι φήσας, ὡς μηδὲ ὁπότε ἠδικεῖτο λυπῆσαι*
*Ed. Olear.* *αὐτὸν, non diſceſſit a jurata fide, ajens tam ſancte ſe juraſſe, ut alteri ne poſt acceptam quidem injuriam nociturus eſſet.*

5. Quæ vero de fide hoſtibus data incidere ſolent quæſtiones,
a *Lib.* II, ferme omnes ſolvi poſſunt, ſi adhibeantur regulæ ſupra traditæ a,
c. XI. XIII. cum de vi, tum quorumvis promiſſorum, tum ſpeciali jurisjuran-
XV. XVI. di, federis ac ſponſionum, & de regum jure ac obligatione, deque ambiguis interpretandis diſſertavimus. Tamen ut & antedictorum uſus ſit manifeſtior, & ſi quid præterea controverſi eſt diſcutiatur, ſpecialium quæſtionum frequentiores atque illuſtriores attingere non pigebit.

tur aliquid actum, non pueriliter luſum. Hoc autem caſu non poteſt aliquid actum videri, niſi ſepoſita cauſa principali.

61 *Inter eaſdem perſonas* ] Quod in compenſationem mei promiſſi imputare alicui volo, ſit ejus, quicum mihi res eſt, non alicujus tertii.

## CAPUT XX.

### De fide publica qua bellum finitur, ubi de pacis pactione, de ſorte, de certamine condicto, de arbitrio, deditione, obſidibus, pignoribus.

I. *Fidei inter hoſtes diviſio ad ordinem ſequentium.*
II. *Pacem facere in regio ſtatu eſſe regis.*
III. *Quid ſi rex ſit infans, furioſus, captivus, exul?*
IV. *In procerum aut populi ſtatu jus pacis facienda eſſe penes plures.*
V. *Quomodo imperium aut pars imperii, aut regni bona pacis cauſa valide alienentur.*

VI. *Qua-*

VI. *Quatenus ex pace per regem facta populus aut ſucceſſores teneantur.*
VII. *Res ſubditorum pace concedi poſſe ob utilitatem publicam, ſed cum onere damni reſarciendi.*
VIII. *Quid de rebus jam bello amiſſis.*
IX. *Non diſtingui hic inter quaſita jure gentium & jure civili.*
X. *Utilitatem publicam apud externos pro probata haberi.*
XI. *Regula generalis in pace interpretanda.*
XII. *In dubio credi conventum, ut res maneant quo ſunt loco, quod quomodo accipiendum.*
XIII. *Quid ſi convenerit, ut reſtituantur omnia in eum ſtatum, quo ante bellum fuerant?*
XIV. *Tunc, qui, ſui juris cum eſſent, ſponte ſe alicui ſubjecerunt, non reddi.*
XV. *Damna bello data remiſſa in dubio cenſeri;*
XVI. *Non etiam quæ ante bellum privatis debebantur.*
XVII. *Pœnas etiam, ante bellum publice debitas, in dubio remiſſas cenſeri.*
XVIII. *Quid de jure privatorum ad pœnas?*
XIX. *Jus quod ante bellum publice obtendebatur, ſed controverſum erat, facile cenſeri remiſſum.*
XX. *Capta poſt pacem reddenda.*
XXI. *De pacto reddendarum rerum, quæ bello capta ſunt, regulæ quædam.*
XXII. *De fructibus.*
XXIII. *De nominibus regionum.*
XXIV. *De relatione ad pactum antecedens: & de eo per quem ſtetit.*
XXV. *De mora.*
XXVI. *In dubio interpretationem faciendam contra eum, qui leges dedit.*
XVII. *Diſtinguuntur; novam bello cauſam præbere, & pacem rumpere.*
XXVIII. *Quomodo rumpatur pax faciendo contra id, quod omni paci ineſt.*
XXIX. *Quid ſi ſocii vim intulerint?*
XXX. *Quid ſi ſubditi: & quomodo eorum factum approbatum cenſeri debeat?*
XXXI. *Quid ſi ſubditi aliis militent?*
XXXII. *Quid ſi ſubditis nocitum ſit? ubi diſtinctio adhibetur.*
XXXIII. *Quid ſi ſociis? ubi item diſtinguitur?*
XXXIV. *Quomodo rumpatur pax faciendo contra id, quod in pace dictum eſt.*
XXXV. *An facienda diſtinctio capitum pacis.*
XXXVI. *Quid ſi pœna ſit adjecta?*
XXXVII. *Quid ſi neceſſitas obſtiterit?*
XXXVIII. *Pacem manere, ſi id velit is qui læſus eſt.*
XXXIX. *Quomodo rumpatur pax faciendo contra id, quod eſt de ſpeciali natura cujuſque pacis.*
XL. *Amicitiæ nomine quid veniat?*
XLI. *Subditos & exules recipere an contra amicitiam ſit.*
XLII. *Sorte quomodo bellum finiatur.*
XLIII. *Quomodo condicto certamine; & an id licitum.*
XLIV. *An factum regum populos hic obliget.*
XLV. *Quis victor cenſendus.*

XLVI. *Quomodo per arbitrium finiatur bellum, & arbitrium hic intelligi ſine provocatione.*
XLVII. *Arbitros in dubio intelligi adſtrictos juri.*
XLVIII. *Arbitros de poſſeſſione pronuntiare non debere.*
XLIX. *Quæ ſit vis deditionis puræ.*
L. *Quid officium victoris circa eos, qui ſic ſe dedunt.*
LI. *De deditione conditionata.*
LII. *Obſides dari qui poſſint & debeant.*
LIII. *Quod jus in obſides.*
LIV. *An fugere obſidi liceat.*
LV. *An obſes in aliam cauſam recte retineatur.*
LVI. *Mortuo eo, pro quo quis obſes venit, obſidem liberari.*
LVII. *Rege qui obſidem dederit mortuo, an obſes teneatur?*
LVIII. *Obſides interdum principaliter obligari: & alterum ex alterius facto non teneri.*
LIX. *Pignorum obligatio qualis?*
LX. *Luendi jus quando amittatur?*

I. INter hoſtes quæ conveniunt, fide aut expreſſa, aut 1 tacita conſtant. Fides expreſſa aut publica eſt, aut privata. Publica aut ſummarum poteſtatum, aut inferiorum. Quæ ſummarum eſt poteſtatum, aut bello finem imponit, aut eo manente vim habet. In his quæ bellum finiunt ſpectantur principalia & acceſſiones. Principalia ſunt ipſa quæ bellum finiunt, 2 ſive actu ſuo, ut pactiones, ſive ex conſenſu 3 ad aliud relato, ut ſortes, prælii exitus, arbitri pronuntiatio. quorum illæ mere ſunt fortuitæ, alia duo 4 caſum temperant cum viribus animi aut corporis, aut cum facultate judicante.

II. Pactiones inire, quæ bellum finiant, eorum eſt quorum eſt bellum *. rei enim ſuæ quiſque moderator. Unde ſequitur ut in bello utrinque publico hoc eorum ſit, qui ſummi imperii exercendi jus habent. a Regis igitur hoc erit in ſtatu vere regio, modo is rex etiam 5 jus habeat non impeditum.

* *Vide lib.* II, c. XV. §. 3.

III. 1. Nam rex qui ætatis eſt ejus †, quæ judicii maturitatem non habet, (quod in regnis aliquibus 6 lege definitur, alibi probabilibus conjecturis erit æſtimandum) qui imminutæ men-

† *Vide lib.* I. c. III. §. 24.

GROTII.

a *Regis igitur hoc erit*] *Mariana* XXI, 1.

GRONOVII.

1 *Tacita*] Quæ ſcilicet eorum conſenſum colligunt ex ſignis non nimium dubiis, aut ex iis quæ expreſſa ſunt, tanquam horum poſtera & conſequentia.

2 *Sive actu ſuo*] Præſenti partium conſenſu.

3 *Ad aliud relato*] Dilato in fortunæ aut mediæ perſonæ arbitrium.

4 *Caſum temperant*] Partim ſunt fortuita, partim pendent a numero & virtute copiarum, partim a vi mentis.

5 *Jus habeat non impeditum*] Poteſtate ſua libere utatur.

6 *Lege definitur*] Quo ætatis anno a tutela aut cura liber habeatur.

b De

Digitized by Google

mentis eſt, pacem facere non poteſt. Idem dicendum eſt [b] de rege captivo, ſi modo regnum ex conſenſu populi ortum habet. non enim credibile eſt a populo imperium delatum ea lege, ut & a non libero exerceri poſſit. Ergo & hoc caſu imperii [c] non quidem jus totum, ſed exercitio & quaſi tutela erit penes populum, aut eum cui id populus commiſerit.

2. De his tamen quæ privatim ſua ſunt ſi quid pepigerit rex etiam captivus valebit, ad exemplum eorum quæ de privatis conventionibus dicemus. Quod ſi exul ſit rex, [d] pacemne facere poterit? ſane, ſi conſtet eum non 7 obnoxium vivere: cæteroqui parum a captivo ſors ejus diſtabit: nam ſunt & 8 laxæ cuſtodiæ. Regulus ſententiam in ſenatu dicere recuſavit, * dicens, quamdiu jurejurando hoſtium teneretur, non eſſe ſe ſenatorem. * *Cic. de off.* III. 27.

IV. 1. In procerum aut populi imperio jus paciſcendi erit penes majorem partem, illic 9 conſilii publici, hic civium 10 ſententiæ dicendæ jus ex more habentium, ſecundum ea quæ diximus † alibi. Itaque ſic pacta obligabunt etiam eos qui aliter ſenſerunt. Livius: [a] *ubi ſemel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante diſplicuerit, pro bono atque utili fœdere defendendum.* Dionyſius [b] Halicarnaſſenſis: *δίκαιον πείθεσθαι τοῖς ὑπὸ πλειόνων κριθεῖσιν. parendum his quæ pars major cenſuerit.* Appianus: *δεῖ πάντας τὸ κριθὲν ἀπροφασίστως ποιεῖν. omnes decreto obſequi tenentur, nulla admiſſa excuſatione.* Plinius: [c] *quod pluribus placuiſſet, cunctis tenendum.* Quos autem obligat pax, 11 iiſdem & volentibus prodeſt.

† *Lib.* II, c. V. §. 17.
a *L.* XXXII. c. 20.
b *L.* XI. c. 56.
c *L.* VI. *epiſt.* 13.

V. 1. Nunc de rebus pactioni ſubjectis videamus. Imperium aut omne, aut ejus partem reges, quales nunc ſunt plerique, regnum habentes non in patrimonio ſed tanquam 12 in uſufructu, pa-

*Vaſq. contr. ill. l.* 1, *c.* 4. *ibi multos allegat; & c.* 5. *vide ſupra lib.* II, *c* VI. §. 3. *& ſeq.*

GROTII.

b *De rege captivo*] Vide *Guicciardinum* lib. XVI. & lib. XVIII. non ſemel.

c *Non quidem jus totum*] *Arumæus* in aureæ bullæ diſcurſu: *Rudolphus Palatinus metu in Angliam profugerat, Henricus Moguntinus a Treverenſi vi erat ejectus. Electuram tamen eo non perdidere.*

d *Pacemne facere poterit*] *Lucanus*:

*Vejos habitante Camillo*
*Illic Roma fuit.* (Pharſ. V. 28.)

Vide *Chaſſanæum* de gloria mundi parte V, conſid. 89.

GRONOVII.

7 *Obnoxium vivere*] Servire cogi ei, cujus in finibus eſt.

8 *Laxa cuſtodiæ*] In quibus non quidem vinctus eſt aliquis, nec tamen ſui arbitrii, ut Vonones apud *Tacitum* 2, annal. 4.

9 *Conſilii publici*] Senatus comitiorum.

10 *Sententiæ dicendæ*] Suffragii ferendi.

11 *Iiſdem & volentibus*] Loquitur de illis, qui diſſenſerunt quidem initio, ſed tamen in eo, quod majori parti placuit, acquieverunt.

12 *In uſufructu*] Non ut de eo, tanquam de privatis bonis paterfamilias, ſtatuant pro arbitrio ſuo, ſed id teneant, ut beneficium populi, quo ad vitam fruantur, quodque, quantum in ipſis eſt, fideliter conſervent & augeant



Digitized by Google

paciſcendo alienare non valent. Imo antequam regnum accipiant, quo tempore populus adhuc ipſis ſuperior eſt, 13 lege publica tales actus in futurum plane irriti reddi poſſunt, ita ut 14 nec ad id, quod intereſt, obligationem pariant. Atque id populos voluiſſe credibile eſt, ne alioqui ſi ad id quod intereſt ſalva eſſet actio contrahenti, 15 ſubditorum bona pro debito regis caperentur, ac ſic de non alienando imperio vana eſſet cautio.

2. Ergo ut imperium totum valide tranſeat, populi totius conſenſu opus eſt, qui expediri poteſt per 16 partium legatos quos Ordines vocant. Ut pars aliqua imperii valide alienetur duplici opus eſt conſenſu, & corporis, & ſpecialiter ejus partis, de qua agitur; ut quæ invita a corpore cui coaluit avelli nequeat. Sed pars ipſa tamen valide in ſe imperium tranſcribet ſine populi conſenſu, in ſumma atque alias inevitabili neceſſitate, qui eam poteſtatem credibile eſt exceptam, cum ſocietas civilis coita eſt.

3. At in regnis patrimonialibus quo minus rex regnum alienet, nihil impedit. Fieri tamen poteſt ut talis rex partem aliquam imperii alienare non valeat, ſi nempe regnum ſub onere ejus non dividendi in proprietatem acceperit. Bona vero quæ regni dicuntur quod attinet, poſſunt & hæc in patrimonium venire regis duobus modis, aut ſeparabiliter, aut individue cum ipſo regno. Si hoc modo, 17 transſcribi poterunt, ſed non niſi cum regno: ſi illud, etiam ſeorſum.

4. Qui vero reges in patrimonio *regnum non habent*, * his vix eſt ut jus regni bona alienandi conceſſum videatur, niſi diſerte id appareat ex primitiva lege, aut more cui contradictum nunquam ſit.

* *Lib.* II, c. VI. §. 13.

VI. Sed & quatenus promiſſo regis populus ac ſimul ſucceſſores obligentur, alibi † diximus: nempe e quatenus obligandi poteſtas 18 ſub imperio comprehenſa eſt. quod nec in infinitum protrahi, nec ad anguſtias nimias arctari debet, ſed ita intelligi ut

† *Lib.* II, c. XIV. §. 10. & ſeq. *Vid.* *Vaſq.* d. c. 5. n. 9.

GROTII.

e *Quatenus obligandi poteſtas ſub imperio comprehenſa eſt: quod nec in infinitum protrahi, nec ad anguſtias nimias arctari debet*] Vide *Reinking*. lib. I, claſſe III. cap. 5. num. 30. Vide & ſupra lib. II, cap. XIV. §. 7. & 12.

GRONOVII.

13 *Lege publica*] In capitulando, ut vulgo loquuntur, ſeu lege regia formanda, in quam in aditu imperii jurent, poteſt præcaveri, ut ſi quid tale faciat rex, irritum & inane ſit.

14 *Nec ad id, quod intereſt*] Non modo ad implendum contractum, ſed ne quidem ad ſatisfaciendum aliqua compenſatione pro eo, quod non impletur.

15 *Subditorum bona pro*] Subjecti venirent in periculum bonorum amittendorum, quæ invadere poterat, qui contraxit pro eo, quod non præſtatur male promiſſum a rege.

16 *Partium legatos*] Provinciarum deputatos.

17 *Transſcribi*] Alienari.

18 *Sub imperio comprehenſa*] Eſt pars ejus, quod illi populus in ſe conceſſit, imperii.

f *Res*

Digitized by Google

ut valeat quod probabili ratione nititur. Plane aliud erit ſi quis rex ſimul ſubditorum dominus ſit, * neque tam civile quam familiare imperium acceperit: ut qui bello victos in ſervitutem redigunt: aut ſi in perſonam quidem dominium non habeat, ſed in res habeat, ut Pharao in terra Ægypti ex emto, & alii qui advenas in ſuum privatum receperunt. Nam hic 19 jus præter regium accedens efficit ut ex eo conſiſtat, quod alioqui per ſe ſolo regio jure conſiſtere non poſſet.

* *Suprà lib.* III, *cap.* VIII, §. 2.

VII. 1. Diſputari & hoc ſolet, quid in res ſingulorum poſſint pacis cauſa ſtatuere, qui reges ſunt, nec in res ſubditorum aliud jus habent 20 quam regium. Alibi diximus ſ res ſubditorum ſub eminenti dominio eſſe civitatis, ita ut civitas, aut qui civitatis vice fungitur, iis rebus uti, eaſque etiam perdere & alienare poſſit, non tantum ex ſumma neceſſitate, quæ privatis quoque jus aliquod in aliena concedit, ſed ob publicam utilitatem, cui privatas cedere illi ipſi voluiſſe cenſendi ſunt, qui in civilem cœtum coierunt.

2. Sed addendum eſt, id cum fit, † civitatem teneri his, qui ſuum amittunt, ſarcire damnum de publico, in quod publicum nomen 21 & ipſe, qui damnum paſſus eſt, ſi opus eſt, contribuet. Neque hoc onere levabitur civitas, ſi nunc forte ei præſtationi par non ſit, ſed quandocumque copia ſuppetit, exſeret ſeſe quaſi ſopita obligatio.

† *Vaſq. lib.* I. *c.* 5. *Rom. conſ.* 310. *Sylv. in verb. belli* I, §. 43.

VIII. Neque illud indiſtincte admitto, quod dicit Ferdinandus a Vaſquius, 22 agnoſcere civitatem non debere id damnum, quod jam bello datum eſt, eo quod jus belli talia permittat. Nam jus illud belli 23 populos alios ſpectat, ut alibi b expoſuimus: partim & hoſtes inter ſe, non cives inter ſe, qui cum ſocii ſint æquum eſt c ut communia habeant damna, quæ ſocietatis cauſa contingunt. Plane civili lege & hoc conſtitui poterit, ut 24 rei bello amiſ-

a *Lib.* I. *contr. ill. c.* 4. *in fine.*
b *Lib.* III, *c.* VI. §. 2. *c.* X. §. 5.
c *L. cum duob.* 52. §. *quidam.* 4. *D. pro ſocio.*

GROTII.

ſ *Res ſubditorum ſub eminenti dominio eſſe civitatis* ] *Gail.* II, obſ. 57.

GRONOVII.

19 *Jus præter regium accedens* ] Dominicum.

20 *Quam regium* ] Non etiam familiare aut herile.

21 *Et ipſe, qui damnum paſſus eſt* ] *Fecit* voluit dicere: is paullo minus accipiet, quam amiſit, proportione ſcilicet, ſecundum quam conferre deberet, ſi alius damnum feciſſet, quod pro parte illi erat compenſandum. [Sine cauſſâ Vir Doctiſſimus reprehendit heic Auctorem noſtrum, quaſi malè dixerit, *Damnum pati*, pro *facere*. At vero *Damnum pati* non tantum dicitur ab ULPIANO, *L.* 29. §. 1. D. *Ad L. Aquil.* ſed etiam à SENECA, *De Ira*, I. 2. & à LUCANO, *Pharſ.* VIII. 750. Vide BRISSON. *De verbor. ſign.* & FABRI *Theſaur.* ult. Edd. *J. B.*]

22 *Agnoſcere non debere* ] Civitatem non obligari ad ſarciendum.

23 *Populos alios ſpectat* ] Liberat populum a populo, externos ab externis, non civem a cive.

24 *Rei bello amiſſa* ] Quemadmodum Romani in armis ſuſtulerunt poſtliminium.

 25 *Quæ*

amiſſæ cauſa nulla adverſus civitatem actio ſit, ut ſua quiſque acrius defendat.

IX. Sunt qui latum diſcrimen collocant inter ea, quæ civium ſunt ex gentium jure, & ea quæ eorundem ſunt ex jure civili, ut in hæc jus laxius regi concedant, etiam auferendi ſine cauſa & compenſatione, in illa non item: perverſe: nam dominium ex qualicunque cauſa ortum ſit, ſuos ſemper effectus habet ex ipſo jure naturali, ut ſcilicet auferri nequeat niſi ex cauſis [25] quæ aut dominio inſunt ſuapte natura, aut [26] ex dominorum facto ortum habent.

X. Sed hæc inſpectio, ne niſi ex publica utilitate res privatorum concedantur, regem ſpectat & ſubditos, ut illa de damno ſarciendo civitatem & ſingulos. Nam externis, qui [27] cum rege contrahunt, ſufficit factum regis, non tantum [28] ob præſumtionem quam ſecum adfert dignitas perſonæ, verum etiam ob

* Lib. III, c. II. [29] gentium jus, * quod bona ſubditorum obligari ex facto regis patitur.

XI. 1. Circa interpretandas pacis conventiones obſervandum

† L. II, c. XV. §. 11. 12. eſt quod ſupra † a nobis eſt traditum, [30] quo quidque plus habet favoris, eo laxius accipiendum; [31] quo longius abit, eo reſtrictius. Si jus naturæ merum ſpectamus, maximus favor in eo eſſe videtur ut ſuum quiſque conſequatur, quod Græci dicunt ἕκαςον ἔχειν τὰ ἑαυτῦ· & proinde videtur [32] *ambigue poſitorum* interpretatio eo ducenda, ut qui juſta arma habuit id conſequatur ob quæ arma ſumſit, & damna ſumtuſque recuperet; non item ut pœnæ nomine quicquam lucretur, id enim eſt odioſius.

2. Sed quia ad pacem veniri [33] vix ſolet injuriæ confeſſione, ideo ea ſumenda eſt in pactis interpretatio, [34] quæ partes quoad belli juſtitiam quam maxime æquet: quod fieri ſolet duobus maxime

GRONOVII.

25 *Quæ aut dominio inſunt*] Velut ineſt ei, ut poſſit ſervire publico, & totius civitatis periculum levare.

26 *Ex dominorum facto*] Sive contraxerint, ſive deliquerint.

27 *Cum rege contrahunt*] Et aliquid ſubjectis ejus ablatum accipiunt, etiamſi citra neceſſitatem & publicam utilitatem ablatum, etiamſi civitas id non reſarciat, non verendum ne malo jure rem teneant, quia illis pro omni jure eſt factum regis tradentis.

28 *Ob præſumtionem*] Quod præſumitur rex hoc non niſi juſte facere.

29 *Gentium jus*] Quo, etſi non traderet, arripi tamen bona ſubjectorum poſſent propter debitum regis tanquam pignori oppoſita.

30 *Quo quidque plus*] Quo quidque caput eſt de re magis favorabili.

31 *Quo longius*] Odioſiorem rem continet.

32 *Ambigue poſitorum*] Dubio ſenſu ſcriptorum.

33 *Vix ſolet injuriæ*] Nemo enim volens fatetur injuria ſe feciſſe.

34 *Quæ partes*] Qua parti utrique, quantum poteſt, relinquitur ſalva juſtitiæ fama & ſpecies.



Digitized by Google

ximæ modis: aut g ut quarum rerum turbata bello poſſeſſio eſt, 35 ex formula juris antiqui componatur: (quæ verba ſunt Menippi in * oratione qua de federum generibus diſſerit) aut 36 ut res maneant quo ſunt loco: quod Græci dicunt ἔχοντες ἃ ἔχουσι.

* *Livius lib.* XXXIV. *c.* 57.

XII. 1. Ex his duobus poſterius in dubio magis eſt ut præſumatur, quia facilius eſt, & nullam inducit mutationem. Hinc eſt illud quod a Tryphonino notatum eſt, † ut in pace illis demum captivis poſtliminium ſit de quibus id in pactis erat comprehenſum, ut recte emendare Fabrum diximus a ſupra, & certis argumentis evicimus. Sic & transfugæ non reddentur niſi convenerit. Nam h transfugas b jure belli recipimus. id eſt, per jus belli licet nobis admittere & noſtris aſſcribere eum qui partes mutat. Res cæteræ tali pacto manent penes tenentem.

† *L. in bello* 12. *D. de captivis.*
a *Supra hoc libro c.* 9. §. 4.
b *L. transfugam.* 51. *D. de acq. rer. dom.*

2. Illud autem *tenere* 37 non civiliter ſed 38 naturaliter ſumitur: in bellis enim ſufficit facti poſſeſſio, nec alia attenditur. c Agros autem diximus d ita teneri ſi munitionibus quibuſdam clauſi ſunt: nam temporariam inſeſſionem ut per 39 ſtativa hic non ſpectari. Demoſthenes pro Cteſiphonte e feſtinatum ait a Philippo, ut quæ poſſet loca occuparet, gnarus ut res erat, pacis confecto negotio, retenturum ſe quæ teneret. Incorporalia non tenentur niſi per res, quibus adhærent, ut ſervitutes prædiorum, aut per perſonas quarum ſunt f, dum ne in ſolo 40 quod hoſtium fuit exercenda ſint.

c *Dec. T.* III. *conſ.* 74.
d *Supra libro* III, *c.* 6. §. 4.
e *Pag.* 316. B.
f *Supra lib.* III, *cap.* VII. § 4.

XIII. In altero illo paciſcendi genere, quo reſtituitur poſſeſſio bello turbata, notandum eſt, ultimam, quæ ante bellum fuit, poſſeſſionem reſpici, ita tamen ut 41 privatis dejectis 42 interdicto aut 43 vindicatione apud judicem experiri liceat.

XIV. At

**GROTII.**

g *Ut quarum rerum turbata bello poſſeſſio eſt, ex formula juris antiqui componatur*] Vide *Parutam* lib. V.

h *Transfugas jure belli recipimus*] Supra hoc libro cap. I. in fine. in pace convenire & hoc ſolet, ne transfugæ recipiantur. Vide pacem Juſtiniani cum Choſroë apud *Menandrum Protectorem.* (Cap. 2.)

**GRONOVII.**

35 *Ex formula juris antiqui*] Reſtituatur cuique, quod antea habuit.

36 *Ut res maneant*] Ut ſervet quiſque quod bello cepit.

37 *Non civiliter*] Cum juſto titulo acquirendi.

38 *Naturaliter*] Quomodo tenere dicitur, quicumque habet quavis ratione.

39 *Stativa*] Caſtra ad tempus poſita.

40 *Quod hoſtium fuit*] Eorum qui hoſtes fuerunt, & nunc ita fecerunt pacem, ut de perſonis iſtis nihil ſint pacti.

41 *Privatis dejectis*] Si forte paullo ante bellum vis facta eſt, nec jure vindicata propter bellum interveniens, ita ut oriente bello invaſor poſſideat.

42 *Interdicto*] *Unde vi*, quo poſſeſſio adſeritur. §. 6. Inſt. *de interd.*

43 *Vindicatione*] Qua proprietas adſeritur.

XIV. At ſi quis ſui juris populus ſponte ſe bellantium alteri ſubjecerit, 44 ad eum reſtitutio non porrigetur, ut quæ ad ea tantum pertineat, quæ vi, metu facta ſunt, aut alioqui & dolo non niſi in hoſtem licito. Sic pace inter Græcos Thebani i Platæam retinuerunt, dicentes: οὐ βίᾳ ἀλλ' ὁμολογίᾳ αὐτῶν προσχωρησάντων, καὶ οὐ προδόντων, ἔχειν τὸ χωρίον. *habere ſe eum locum non vi, non proditione, ſed eorum quorum erat libera voluntate.* Parique jure Niſæa penes Athenienſes manſit. Eadem diſtinctione adverſus Ætolos utebatur * T. Quinctius. *Captarum*, inquiens, *urbium illa lex. Theſſaliæ civitates ſua voluntate in ditionem noſtram venerunt.*

* Livius lib. XXXIII. §. 13.

XV. Si nihil aliud convenerit, omni pace id actum cenſeri debet, ut quæ bello data ſunt damna, eorum nomine actio non ſit. quod de damnis etiam privatim acceptis intelligendum eſt: nam & hæc belli effecta ſunt. In dubio enim ita cenſentur contrahere voluiſſe bellantes, ut neuter injuſtitiæ damnaretur.

XVI. Non tamen & 45 quæ privatis deberi † cœperunt belli tempore condonata cenſeri debent, nam hæc non belli jure quæſita ſunt, ſed bello tantum exigi vetita. Itaque ſublato impedimento vim ſuam retinent. Jus vero quod ante bellum fuit, quanquam nemini facile ademtum cenſeri debet, (hanc enim ob cauſam maxime ut ſua tenerentur res publicæ civitateſque conſtitutæ ſunt, ut recte ait a Cicero) intelligendum id tamen de eo jure quod ex rerum inæqualitate naſcitur.

† Dec. conſ. 61.

a L. II. De offic. c. 21.

XVII. k De jure ad pœnas non æque. nam id jus, quatenus inter ipſos reges aut populos verſatur, remiſſum ideo cenſeri debet, ne pax non ſatis pax ſit, ſi veteres ad bellum cauſas relinquat. Quare & ignorata hic venient ſub verbis generalibus, ut de mercatoribus Romanis quos a Carthaginienſibus merſos 46 ignorabant Romani, narrante Appiano. κράτισται διαλλαγαὶ ἐν αἷς οὐδὲν

ἴσιν

GROTII.

i *Platæam retinuerunt* ] Locus hic eſt apud *Thucydidem* v. (Cap. 17.) Præceſſerat ſimilis lib III. μὴ ἀνάδοτος εἶναι ἡ Πλάταια, ὡς αὐτῶν ἑκόντων προσχωρησάντων· *ne reddenda ſit Platæa, cum ejus urbis homines ſponte acceſſerint.* [Cap. 52. In iis autem, quæ ſtatim ſequuntur poſt locum primum, legitur quoque quod Auctor ait de *Niſæa.*]

k *De jure ad pœnas non æque* ] *Gail.* de arreſtis c. XIV, n. 7.

GRONOVII.

44 *Ad eum reſtitutio non* ] Is non reſtituetur ex generali conventione, ſed oportet ſpecialiter de eo cautum fuerit.

45 *Quæ privatis deberi cœperunt* ] Ex contractu civili ante bellum inito: ut ex. gr. quod colonus meus mihi debere cœpit, dum hoſtis agrum inſidet: vel uſuræ quarum dies ceſſit, dum debitor cum patria ſua in hoſtium poteſtate eſt.

46 *Ignorabant Romani* ] Cum ſcilicet pacem facerent, dein eo cognito non poterant propterea turbare pacem factam aut novas pœnas exigere. Sed exemplum eſt alienum. nam illa non erant facta & ignorabantur ante pacem ſtatutam & primum bellum finitum; ſed aliquanto poſt id tempus.

Ita-

Digitized by Google

*ἔστιν ἔγκοτον οὐδὲ μνησίκακον*, inquit * Dionyſius Halicarnaſſenſis: *optima conciliationes qua iram & offenſarum memoriam delent.* Iſo- * *Antiq. Rom.* Lib. III. c. 8. pag. 138. *Ed. Oxon.*
crates † Plataica: *εἰρήνης οὔσης οὐ προσήκει μνησικακεῖν περὶ τῶν τότε γενομένων· in pace non decet ante peccata exequi.*

XVIII. De privatorum jure ad pœnam non tanta eſt ratio ut remiſſum cenſeatur: quia ſine bello judiciis expediri poteſt: tamen cum hoc jus non ita noſtrum ſit ut quod ex inæqualitate naſcitur, & pœnæ ſemper aliquid odii habeant, 47 levis verborum conjectura ſufficiet, ut hoc quoque donatum intelligatur. † *Pag.* 299. B. *Ed. H. Steph.*

XIX. Quod vero diximus, jus quod ante bellum fuit ademtum facile cenſeri non debere, id in privatorum jure firme tenendum eſt. in jure autem regum & populorum facilius eſt ut condonatio aliqua intelligatur facta, ſi modo verba aut conjecturæ non improbabiles ſuppetant: maxime vero ſi jus de quo agitur non liquidum erat, ſed in controverſia poſitum. Benignum enim eſt credere id actum, ut belli ſemina evellerentur. Idem quem modo laudavi *a* Dionyſius Halicarnaſſenſis: *οὐκ ἀπόχρη τοῦτο μόνον ὑμᾶς σκοπεῖν ὅπως ἂν τὴν παροῦσαν ἔχθραν διαλυσαίμεθα πρὸς ἀλλήλους, ἀλλ᾽ ὥστε μηδ᾽ αὖθίς ποτε πολεμήσαιμεν ἔτι δεῖ παρασκευάσασθαι· οὐ γὰρ ἀναβολὰς ποιησόμενοι τῶν κακῶν συνεληλύθαμεν, ἀλλ᾽ ἀπαλλαγάς. non tam cogitandum eſt de ſarcienda in præſens amicitia, quam id curandum ne bello iterum implicemur: neque enim ad differenda ſed ad auferenda mala convenimus*: quæ poſtrema verbo tenus ferme deſumta ſunt ex Iſocrate, *b* oratione de pace. a *L.* III. c. 9. b *Pag.* 164. C.

XX. Quæ poſt perfectas pactiones capta ſunt, reddenda ſatis conſtat: ſublatum enim jam erat belli jus.

XXI. At in pactionibus, quæ ſunt de reddendis his, quæ bello capta ſunt, primum latius interpretandæ 48 quæ mutuæ ſunt quam quæ claudicant: deinde quæ de hominibus agunt plus favoris habent quam quæ de rebus: & inter eas quæ de rebus, hæ quæ de agris plus quam quæ de rebus mobilibus: & quæ de his quæ penes publicum ſunt plus quam quæ penes privatos: & inter eas quæ penes privatos, plus illæ quæ reddi jubent 49 lucrativo titulo poſſeſſa, quam oneroſo, ut quæ emtionibus *c*, quæ dotibus tenentur. c *Cic. de Offi.* II. 23.

XXII. Cui pace res conceditur, ei & fructus conceduntur a tempore conceſſionis, non retro, quod recte *d* defendit Cæſar Auguſtus contra Sextum Pompejum, qui Peloponneſo ſibi con- d *App. civ.* V. p. 716.
ceſ-

Itaque poſtquam ea reſciverunt Romani, merito, quod prius fœdus violatum eſſet, minando bellum Pœnis imparatis, adegerunt illos ad novum fœdus, quo Sardinia ceſſerunt. [Vide APPIAN. *Bell. Punic.* pag. 3, 4. Edit. H. Steph. *J. B.*]

47 *Levis verborum conjectura*] Si minime detur anſa formulam pacis ita interpretandi, ut & iſtæ lites ceſſare debeant.

48 *Quæ mutuæ ſunt*] Ubi utrimque redditur, quam ubi tantum ab altera parte.

49 *Lucrativo titulo*] Donatione, teſtamento.

ceſſa, ſimul etiam tributa quæ pro exactis annis debebantur ſibi vindicabat.

XXIII. l 50 Nomina regionum accipienda ex uſu præſentis temporis, non tam vulgi quam peritorum. nam a peritis negotia talia tractari ſolent.

XXIV. Habent & illæ regulæ frequentem uſum, quoties 51 relatio fit ad pactum antecedens aut vetus, toties repetitas cenſeri qualitates aut conditiones priore pacto expreſſas: & 52 pro faciente habendum qui facere voluit, * ſi per alterum, quicum controverſia eſt, ſtetit quo minus fieret.

* Quint. decl. CCCXLIII.

XXV. Quod vero quidam ajunt 53 moræ purgationem intra breve tempus admitti, m verum non eſt, niſi improviſa neceſſitas impedimento fuerit. Nam quod canones nonnulli purgationi tali favent mirum non eſt, cum eorum officium ſit, Chriſtianos ad ea permovere quæ caritati mutuæ conveniunt. At in hac quæſtione de pactis interpretandis non jam quærimus quid melius ſit, imo nec quid a quoque religio & pietas expoſcat; ſed ad quid cogi poſſit, quod totum verſatur in eo jure, quod externum diximus.

XXVI. In dubio autem ſenſu magis eſt ut contra eum fiat interpretatio, n 54 qui conditiones elocutus eſt, quod eſſe ſolet potentioris: (eſt ejus 55 qui dat non qui petit conditiones pacis (aa) dare, ait Annibal) ſicut & contra venditorem † fit interpretatio: habet enim quod ſibi imputet, qui non apertius locutus eſt: alter autem quod plures ſenſus recipiebat, id ſuo jure accipere potuit in partem ſibi utiliorem unde alienum non eſt quod Ariſtoteles a dixit: *διὰ τὸ χρήσιμον τῆς φιλίας οὔσης, ἡ τοῦ παθόντος ὠφέλεια μέτρον ἐστίν· ubi utilitatis cauſa amicitia eſt, ibi 56 ejus qui accipit utilitas ejus quod debetur menſura eſt.*

† L. Veteribus. 39. D. de pactis.

a Ethic. Nicom. VIII. 15.

XXVII. Quo-

GROTII.

l *Nomina regionum accipienda ex uſu præſentis temporis*] Vide *Guicciardinum* libro v.

m *Verum non eſt, niſi improviſa neceſſitas impedimento fuerit*] Vide *Albertum Argentinenſem.*

n *Qui conditiones elocutus eſt*] *Plautus* Perſa: *tua merx, tua indicatio eſt.* (IV. 4. 37.) In hac re ſolet prior loqui is qui plus valet; ut vero petantur conditiones, loqui prior ſolet qui eſt infirmior. *Plutarchus* Sulla: *τῶν δεομένων ἐστὶ τὸ προτέρους λέγειν· τοῖς δὲ νικῶσιν ἐξαρκεῖ τὸ σιωπᾶν. eorum eſt prius loqui qui opus habent pace, victori ſatis eſt tacere.* (Pag. 467. C.)

GRONOVII.

50 *Nomina regionum*] Provinciarum, diœceſium, quod interdum latius, interdum ſtrictius accipiuntur.

51 *Relatio fit*] Si dictum ſit, ita poſſideri aut reſtitui debere, ut definitum ſit in pacto ante tot annos inito.

52 *Pro faciente habendum*] Quaſi reſtituerit, nec naſci cum eo novam actionem putandum.

53 *Mora purgationem*] Aliquam excuſationem, ſi quis ſtatutum reſtitutioni tempus non obſervaverit.

54 *Qui conditiones elocutus eſt*] Qui formulam dictavit, aut concepit.

55 *Qui dat*] Pacem.

56 *Ejus qui accipit*] Ex commodo accipientis grandius aut minus æſtimatur, quod debetur.

(aa) *Dicere*, non *dare*, eſt apud LIVIUM, qui ita *Hannibalem* inducit loquentem, Lib. XXX. Cap. 30. J. B.

o Pa-

XXVII. Quotidiani uſus & illa diſputatio eſt: quando pax rupta cenſeatur: quod Græci vocant παρασπόνδημα. non enim idem eſt 57 novam bello cauſam præbere & pacem rumpere: ſed multum inter hæc intereſt, tum 58 ad committendam pœnam a peccante, tum ad liberandam in cæteris fidem ejus, in quem peccatum eſt. Rumpitur pax tribus modis, aut faciendo contra id 59 quod omni paci ineſt, aut contra id quod 60 in pace dictum eſt aperte, aut contra id quod 61 ex pacis cujuſque natura debet intelligi.

XXVIII. Contra id quod omni paci ineſt fiet, ſi vis bellica inferatur, nimirum ubi nulla nova ſubeſt cauſa: quæ ſi probabiliter adferri poteſt, ſatius eſt injuſtitiam ſine perfidia, quam cum perfidia admiſſam credi. Illud Thucydidis * vix opus habet moneri: λύουσι τὰς σπονδὰς οὐχ οἱ ἀμυνόμενοι, ἀλλ' οἱ πρότεροι ἐπιόντες. o *pacem rumpunt non qui vim vi arcent, ſed qui priores vim inferunt.* Hoc poſito, a quibus, & quibus illata vis armata pacem ſolvat, videndum eſt.

* *Lib.* I. c. 123.

XXIX. Qui 62 ſocii fuerunt ſi quid tale faciant, pacem rumpi: video eſſe qui ſentiant. Nec nego ita conveniri poſſe, non proprie ut ex alieno facto alius fiat pœnæ obnoxius, ſed ut pax non

GROTII.

o *Pacem rumpunt non qui vim vi arcent, ſed qui priores vim inferunt*] Vide *Ammianum Marcellinum* initio libri XXIX. qui ſic de Romanis: *opera conſulta retro cedentes, ne ferro violarent adverſorum quenquam primi, & judicarentur diſciſſi fœderis rei, ultima trudente neceſſitate congreſſi ſunt.* Armenii in oratione ad Choſroën apud *Procopium* Perſicorum II. (c. 3.) λύουσι μὲν γὰρ τὴν εἰρήνην οὐχ οἳ ἂν ἐν ὅπλοις γένοιντο πρῶτοι, ἀλλ' οἳ ἂν ἐπιβουλεύοντες ἐν σπονδαῖς τοῖς πέλας ἁλῶσιν· *rumpunt pacem non qui primi in armis ſunt, ſed qui fœderis tempore deprehenduntur inſidiati alteris.* Apud eundem Vandalicorum II. Mauri: λύουσι γὰρ τὰς σπονδὰς, οὐχ ὅσοι ἀδικούμενοι ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς τοὺς πέλας κατηγοροῦντες ἀφίστανται, ἀλλ' ὅσοι ὑποσπόνδους ἔχειν ἀξιοῦντές τινας, εἶτα βιάζονται. καὶ τὸν Θεὸν πολέμιόν σφισι ποιοῦνται, οὐχ οἳ ἂν τὰ σφέτερα αὐτῶν κομιζόμενοι ἐφ' ἑτέρους χωροῖεν, ἀλλ' ὅσοι τῶν ἀλλοτρίων ἐπιβατεύοντες εἰς κίνδυνον πολέμου καθίστανται· *frangunt pacis fœdera, non qui injuriis affecti, palamque id deqveſti ad alios ſe transferunt, ſed qui, quos fœderatos habere volunt, violant: Deumque ſibi faciunt hoſtem, non ſi qui rebus ſuis ſecum ſumtis ad alios tranſeant, ſed ſi qui aliena invadentes rerum dominos in belli pericula cogunt.* (Cap. II.)

GRONOVII.

57 *Novam bello cauſam præbere &*] Alterum, ſi temere fiat, injuſtitia eſt; alterum, perfidia.

58 *Ad committendam*] Quia in poſteriore, quod gravius, plus pœnæ debet, qui ſacrati juris aliquid violat, & liberior excuſatiorque eſt ad non ſervanda cætera, quæ convenerunt.

59 *Quod omni paci*] Quod dictum, conventum, pactum intelligitur in genere, quotieſcumque pax coit.

60 *In pace dictum eſt*] Quod in ea quæ nunc placuit, ſatis evidenter & perſpicue cautum eſt.

61 *Ex pacis cujuſque*] Quod ipſum genus pacis, in quod conſenſum eſt, præſtari oportere recte judicantibus demonſtrat. *num.* 39. *ſpecialem naturam pacis* vocat.

62 *Socii fuerunt*] Eorum, quibuſcum bellavimus.



Digitized by Google

non videatur plene inita, ſed ſub conditione, 63 partim poteſtativa, partim caſuali. Verum hoc modo facta pax, ni manifeſte appareat, credi non debet: eſt enim enorme, & communi pacem facientium voto non convenit: ergo qui vim intulerunt, 64 aliis non adjuvantibus, pacis ruptæ 65 tenebuntur, & in eos bellandi jus erit, non in alios: contra 66 quam * Thebani aliquando contra 67 Lacedæmoniorum ſocios dixerunt.

* *Pauſ.* IX. c. 1.

XXX. Si quid ſubditi per vim armatam faciunt, ſine juſſu publico, videndum erit an privatorum factum 68 publice probatum dici poſſit: ad quod tria requiri, ſcientiam, puniendi potentiam, & neglectum, ex his quæ ſupra † tractavimus facile poteſt intelligi. Scientiam evincunt 69 facta manifeſta, aut denuntiata. Potentia 70 præſumitur niſi defectio appareat. neglectum oſtendit elapſum temporis ſpatium, quale in quaque civitate ad crimina punienda ſumi ſolet: Et talis 71 neglectus decreto idem valet; nec aliter accipiendum, quod ait apud Joſephum a Agrippa, regem Parthum arbitraturum pacem rumpi, ſi ſubditi ſui contra Romanos armati procedant.

† *L.* II, c. XXI. §. 2. *& ſeqq.*

a *Bell. Jud.* Lib. II. pag. 208. B.

XXXI. Quæri ſæpe ſolet an & hoc locum habeat, ſi cujus ſubditi non per ſe arma moveant, ſed aliis bellum gerentibus militent. Certe Cerites apud b Livium ſe purgant, ſuos non publico conſilio militaſſe. Eademque Rhodienſium c fuit defenſio. Et verius eſt, ut id quoque permittendum non ſit, niſi probabilibus argumentis appareat 72 actum aliud, ut nunc interdum fieri ſolet, exemplo veteri Ætolorum, quibus pro jure erat p ἄγειν λάφυρον ἀπὸ λαφύρου, *ex omni præda prædam ſumere*: d cujus moris hanc vim eſſe ait q Polybius: κἂν ἕτεροί τινες πολεμῶσι πρὸς

b *L.* VII. c. 20.

c *Gell.* VII, c. 3.

d *Polyb.* libro XVII. c. 4. 5.

### GROTII.

p Ἄγειν λάφυρον ἀπὸ λαφύρου] *Plautus* Truculento: *de præda prædam capio.* (II. 7. 15, 16.)

q *Polybius*] Vide eum & in excerptis.

### GRONOVII.

63 *Partim poteſtativa*] Qua caveatur partim de eo, quod in poteſtate eſt, & noſtro arbitrio poteſt permitti aut impediri: partim de eo, quod forte fortuna accidere poteſt.

64 *Aliis non adjuvantibus*] Illis, quibus antea ſocii fuerint, quieſcentibus, neque iſtos ſubornantibus.

65 *Tenebuntur*] Ipſi & non, quorum ſocii antea fuerant.

66 *Pauſ.* IX.] P. 544.

67 *Lacedæmoniorum ſocios*] Platæenſes, quod Lacedæmonii, quorum illi ſocii fuerant in bello, Cadmea ex inſidiis occupata pacem rupiſſent, quamvis Platæenſes ipſi nihil deliquiſſent.

68 *Publice probatum*] Accipi poſſit, ut conſilio & approbatione populi, vel imperantis factum.

69 *Facta manifeſta*] Quæ qui fecit, ita palam fecit, ut civitas non poſſit non ſcire; aut ſi civitati ab eo, cui factum, ſignificatum eſt.

70 *Præſumitur niſi*] Creditur enim princeps vel populus in privatos juſtum habere imperium, niſi contrarium doceat manifeſta ſeditio.

71 *Neglectus decreto*] Perinde in culpa eſt, ac ſi decreto facinus eſſet probatum.

72 *Actum aliud*] Id prohibitum non eſſe.

r Co-

Digitized by Google

πρὸς ἀλλήλους, ὄντες Αἰτωλῶν φίλοι καὶ σύμμαχοι, μηδὲν ἧττον ἐξεῖναι τοῖς Αἰτωλοῖς ἄνευ κοινοῦ δόγματος καὶ παρ' ἀμφοτέροις πολεμοῦσι τὴν χώραν ἄγειν τῶν ἀμφοτέρων· *etiamſi non ipſi ſed alii bellum gerant amici ipſorum aut ſocii, ut eo non minùs Ætolis liceat, r citra publicum decretum utrique parti militare & utrinque prædas agere.* Livius * de iiſdem: *juventutem adverſus ſuos ſocios publica tantum auctoritate demta militare ſinunt, & contraria ſæpe acies in utraque parte Ætolica auxilia habent.* Olim Etruſci, negato Vejentibus auxilio, † ſi qui ſuæ juventutis voluntarii ad id bellum irent, non impediebant. * Lib. XXXI. c. 34. † Liv. lib. V. c. 17.

XXXII. 1. Rurſum pax rupta cenſeri debet, non modo ſi toti corpori civitatis, ſed & ſi ſubditis vis armata infetatur, nimirum 73 ſine nova cauſa. Nam ut omnes ſubditi tuti ſint, pax initur: eſt enim pax actus civitatis 74 pro toto & pro partibus. Imo & ſi cauſa nova ſubſit, 75 per pacem licebit ſe ſuaque defendere: Naturale enim hoc, ut ait a Caſſius, arma armis repellere: ideo 76 abdicatum inter pares, non eſt ut facile credatur. ulciſci autem aut ablata recuperare per vim non licebit, niſi poſtquam judicium erit negatum. Hæc enim res 77 moram fert: illa non fert. a L. vim vi, 1. §. 27. D. de vi & vi arm.

2. At ſ ſi quorum ſubditorum ita perpetuum ſit maleficium ac juri naturæ contrarium, ut quod faciunt id credendi ſint omnino facere rectoribus ſuis improbantibus, & in eos judicium poſtulari non poſſit, quales ſunt qui piraticam exercent; ab his & res recuperare & ultionem expoſcere licebit tanquam à deditis. At alios innocentes eo nomine armis impetere, id vero eſt contra pacem.

XXXIII. 1. t 78 Sociis quoque vis armorum illata pacem rumpit: 79 ſed his demum qui in pace comprehenſi ſunt, ut b oſtendi- b Lib. II. c. XVI. §. 13.

GROTII.

r *Citra publicum decretum*] Idem de Hunnis Sabiris ſuo tempore narrat *Agathias* libro IV. (Cap. 4.)

ſ *Si quorum ſubditorum ita perpetuum ſit maleficium*] Ita Auguſtus judicavit contra Syllæum pro Herode. *Joſephus* XVI, 16.

t *Sociis quoque vis armorum illata pacem rumpit*] *Thuanus* lib. LXV. anno cIɔ Iɔ LXXVIII. Eſt &, quod huc pertineat, apud *Haræum*, tomo II. hiſtoriæ Brabanticæ in anno cIɔ Iɔ LVI.

GRONOVII.

73 *Sine nova cauſa*] Qui poſt pacem initam damnum non dederunt vel offenſam contraxerunt.

74 *Pro toto & pro partibus*] Pro ipſo corpore ſive omnibus junctim & ſingulis ſeorſum.

75 *Per pacem licebit*] Iis quibus vis infertur.

76 *Abdicatum inter pares*] Renuntiaſſe quemquam huic juri, qui non alteri ſeſe ſubmiſit.

77 *Moram fert*] Ultionis aut ablatorum perſecutio non neceſſe eſt, ut fiat in inſtanti, quemadmodum defenſio contra repentinam vim aut aggreſſionem.

78 *Sociis quoque*] Illorum, quibuſcum velut cum ducibus adverſæ partis pax facta eſt.

79 *Sed his demum*] Potius dicendum,

Digitized by Google

dimus cum Saguntinam controverſiam examinavimus. Urgent hoc Corinthii in oratione, quæ eſt apud Xenophontem hiſtoriæ
*Cap. 5. §. 37.* Græcæ * ſexto: *πᾶσιν ὑμῖν πάντες ἡμεῖς ὠμόσαμεν, omnes vos vobis omnibus juravimus.* Quod ſi ipſi ſocii non pepigerint, ſed alii pro ipſis, idem tamen ſtatuendum erit, poſtquam ſatis conſtat, eos ſocios pacem ratam habuiſſe. nam quamdiu adhuc incertum eſt an ratam habere velint, [80] hoſtium loco ſunt.

*† Cep. conſ. 690. Dec. conſ. 531.* 2. Aliorum ſociorum, † ut & cognatorum & affinium, qui nec ſubditi ſunt, nec in pace nominati, ſeparata cauſa eſt, nec ad pacem ruptam vis in eos trahi poteſt. neque tamen ſequitur, ut & ſupra diximus, bellum eo nomine ſuſcipi non poſſe, ſed id bellum erit ex nova cauſa.

XXXIV. Rumpitur & pax, ut diximus, faciendo contra id quod in pace dictum eſt: ſub faciendo autem comprehenditur [81] & non facere quod & cum oportet.

XXXV. Neque admittam hic diſcrimen capitum pacis quæ majoris, quæque minoris momenti ſint. Satis enim magna ut ſerventur videri debent quæ pace comprehenſa ſunt. Bonitas tamen, maxime Chriſtiana, leviores culpas, accedente præſertim pœnitentia, facilius condonabit, ut illud *a* locum habeat,

*a Sen. Agam. verſ. 243.* *Quem pœnitet peccaſſe, pene eſt innocens.*

Sed quo magis paci caveatur, conſultum erit [u] ut capitibus minoris momenti adjiciatur *b*, ut ſi quid adverſus ea factum erit, pacem non rumpat: aut ut [82] arbitri prius adeantur quam arma inferre liceat, quod erat in federe Peloponneſiaco, memorante † Thucydide. *b Vide ſupra lib. II, c. XV. §. 15.*

XXXVI. Et plane ſentio id actum videri, [x] ſi qua ſpecialis pœna [83] adjecta ſit: non quod neſciam poſſe ita contrahi, ut electio ſit ejus, cui facta eſt injuria, pœnam malit, an a tranſactione recedere, ſed quod negotii natura hoc, quod dixi, potius requirat. Illud quidem conſtat, & jam *c* ſupra dictum a nobis eſt, & hiſtoriæ auctoritate probatum, pacem non rumpere qui pa- *c Lib. III, c. XIX. §. 14.*

dum, niſi qui nominatim excepti ſunt, aut niſi quos certo conſtat comprehendi non potuiſſe, ut ſi ſubjecti alterius alteri ſeſe applicent.

GROTII.

u *Ut capitibus minoris momenti adjiciatur, ut ſi quid adverſus ea factum erit, pacem non rumpat*] Vide egregium exemplum in pace Juſtiniani, Juſtinianum inter & Choſroën. *Menander Protector* eam habet. (Cap. 2.)

x *Si qua ſpecialis pœna adjecta ſit*] Ut in Gotthorum pactis cum Francis. Vide *Procopium* Goth. I. (Cap. 12.)

GRONOVII.

80 *Hoſtium loco ſunt*] Si ſcilicet ante pacem hoſtes fuerunt.

81 *Et non facere*] Facere contra pacta videtur & qui non facit, quod eum facere placuit, & qui non facit, quo tempore facere debuit ex pacto aut negotii natura.

82 *Arbitri prius adeantur*] Sumatur judex medius & neutrarum partium, apud quem diſceptetur.

83 *Adjecta ſit*] Certo capiti, ni ſervetur.

84 Poſte-

Digitized by Google

pactis ſimpliciter factis 84 poſterior non ſtat: neque enim tenebatur niſi ſub conditione.

XXXVII. Quod ſi neceſſitas aliqua in cauſa ſit, quo minus pars una impleat id quod promiſſum eſt, puta ſi res perierit, aut ablata ſit, aut factum redditum ſit aliquo eventu impoſſibile, pax quidem rupta non cenſebitur: nam, ut diximus, non ſolet illa pendere a 85 conditione caſuali. Sed alter optabit, an expectare malit, ſi qua ſpes ſit impleri promiſſum ſerius poſſe, an 86 æſtimationem accipere, an 87 mutuis præſtationibus iſti capiti reſpondentibus aut æquum valentibus liberari.

XXXVIII. Certe, etiam poſt læſam fidem, * integrum eſt 88 innocenti pacem ſervare, ſicut Scipio fecit poſt multa Carthaginienſium perfida facta, quia contra obligationem faciendo nemo ſe obligationi eximit: &, ſi additum eſt, ut tali facto pax rupta habeatur, adjectum id cenſeri debet in commodum innocentis duntaxat, ſi eo uti velit.

* Vide ſupra hoc libro. c. xix. §. 13, 14.

XXXIX. Poſtremo diximus, pacem ſolvi faciendo id, quod ſpecialis pacis natura repudiat.

XL. 1. Sic quæ 89 contra amicitiam ſunt, rumpunt pacem, quæ 90 ſub amicitiæ lege contracta eſt: quod enim inter cæteros ſolius amicitiæ 91 officium exigeret, hic etiam pacti jure præſtandum eſt. Et huc, non vero ad quamvis omnino pacem (eſt enim & fedus, non amicitiæ cauſa, ut nos † Pomponius docet) refero multa, quæ de 92 injuriis non armatis & contumelia a legum peritis diſſertari ſolent, & præcipue illud a Tullii: *poſt reditum in gratiam 93 ſi quid eſt commiſſum, 94 id non neglectum ſed violatum putatur, nec imprudentia ſed perfidia aſſignatur.* Sed hic quoque 95 detrahenda quantum fieri poteſt facto invidia.

† L. Poſtliminio 5. D. de capt.

a Pro Gabin. Apud Hieronym. Apol. adv. Rufin.

2. Ita-

GRONOVII.

84 *Poſterior non ſtat*] Cum prius alter eis non ſtetit, & ipſe poſterius ea implere ceſſavit.

85 *Conditione caſuali*] Sed poteſtativa ſcilicet, id eſt, non ſolet ita ſtatui, ut, quod forte fit, eam rumpat, ſed quod conſilio & culpa.

86 *Æſtimationem accipere*] Aliud tantundem valens.

87 *Mutuis præſtationibus*] Sibi remitti, quod ipſe facturum ſe promiſit, in compenſationem ejus quod ab altero non præſtatur.

88 *Innocenti pacem ſervare*] Quieſcere & ab eo vinculo, quo tenetur alter, eum non dimittere.

89 *Contra amicitiam*] Quibus malevolus declaratur animus, etſi proprie nihil fiat adverſus præcipua pacti capita.

90 *Sub amicitiæ lege*] Cui additum eſt inter articulos, ut poſthac vivant tanquam boni & fideles amici.

91 *Officium exigeret*] Quod fieri deberet lege humanitatis & morum, cui qui non paret, facit quidem improbe, non tamen actionem alteri parit.

92 *Injuriis non armatis*] Quæ fiunt ſine vi, aut ſi negentur honores debiti, aut fiat aliud quid in contumeliam ſocii.

93 *Si quid eſt commiſſum*] Si qua offenſio data.

94 *Id non neglectum*] Pro fraude & culpa habetur, non pro negligentia.

95 *Detrahenda eſt invidia*] Ne nimis cito in bellum ruatur, factum, quamvis malignum, leniore potius animo accipiatur & mitiore vocabulo appelletur, quam graviore & invidioſe.

y Sub-

Digitized by Google

2. Itaque perſonæ quamvis conjunctæ aut ſubditæ facta injuria, ipſi quicum pax inita eſt facta non cenſebitur, niſi aperte ad ipſius ſugillationem facta ſit, quam naturalem æquitatem in 96 ſervis atrociter læſis ſequuntur leges * Romanæ: & adulterium aut ſtuprum 97 libidini potius quam inimicitiæ imputabitur: & invaſio rei alienæ novæ potius cupiditatis reum faciet, quam fidei læſæ.

* L. item 15. §. ſi quis 35. D. de injur. Inſtit. §. ſervis 3. eod. tit. Alex. 11. Conſ. n. 3.

3. Atroces ſane minæ, nulla nova cauſa præcedente, cum amicitia pugnant: & huc referam arces in finibus ſtructas, non tuendi ſed nocendi cauſa, & inſolitam copiarum conſcriptionem, ſi juſtis ſatis indiciis appareat, in non alium hæc, quam in eum quicum pax facta eſt, comparari.

† L. II, c. v. §. 24.

a Ibid. §. 25.

b L. XLII. c. 41.

c Immo Orat. Leuctr. I. pag. 105. C. Tom. II.

XLI. 1. y Subditos ſingulos, qui ex altera ditione in alteram migrare volunt, ſuſcipere non eſt contra amicitiam. Neque enim naturalis tantum, ſed & favorabilis eſt iſta libertas, ut alibi † diximus. Eodem loco pono perfugium exulibus datum. Nam in exules, ut ex Euripide diximus *a* alibi, nullum jus civitati. Perſeus apud Livium *b* recte, *quid attinet cuiquam exilium patere, ſi nuſquam exuli futurus eſt locus?* Ariſtides Leuctrica *c* ſecunda: *δέχεσθαι τοὺς ἐκπεσόντας*, vocat *κοινὸν ἁπάντων ἀνθρώπων. commune jus hominum exules recipere.*

2. Plane z oppida aut magnos cœtus, qui civitatis 98 partem integrantem faciant, recipere non licet, ut alibi diximus: neque magis eos qui ex ſacramento, aut aliter, *miniſterium aut ſervitu-*

GROTII.

y *Subditos ſingulos, qui ex altera ditione in alteram migrare volunt, ſuſcipere, non eſt contra amicitiam*] Solon: *γενέσθαι πολίταις ȣ̓ δίδωσι πλὴν τοῖς φεύγουσιν ἀειφυγίᾳ τὴν ἑαυτῶν, ἢ πανεστίοις Ἀθήναζε μετοικιζομένοις ἐπὶ τέχνῃ. civium albo aſſcribi non ſivit, miſi eos qui e ſua patria in exilium perpetuum ejecti eſſent, aut cum omni familia artificii alicujus exercendi cauſa Athenas migraſſent.* [PLUTARCH. Vit. Sol. pag. 91. E.] Perſeus apud *Appianum* in excerptis legationum num. 25. *κοινῷ γε πάντων ἀνθρώπων νόμῳ, καθὰ καὶ ὑμεῖς τῶν ἑτέρων φεύγοντας ὑποδέχεσθε· feci hoc communi hominum jure, quomodo & vos alibi ejectos ſuſcipitis.* Commune hoc jus pactis firmari aut adſtringi ſolet. Vide pacem Antiochi apud *Polybium* exc. leg. n. 35. & apud *Livium.* (Lib. XXXVIII. c. 38.) pacem inter Romanos & Perſas apud *Menandrum Protectorem.* (Cap. 2.) *Simlerum* de Helvetiorum inter ſe pactis. *Aradii, regibus Syriæ inter ſe certantibus, obtinuere, ut fugientes ſuſcipere poſſent, ſed non emittere.* Teſtatur id *Strabo* XVI. (Pag. 754. Ed. Caſaub. Paris.)

z *Oppida aut magnos cœtus, qui civitatis partem integrantem faciant, recipere non licet, ut alibi diximus*] Libro II, cap. V. §. 24. Vide & *Bizarrum* libro XII.

GRONOVII.

96 *Servis atrociter læſis*] Tanquam id pertineat ad domini offenſam.

97 *Libidini potius*] In eo peccaſſe magis aliquem interpretabimur, quod ſe continere non poſſet, quam quod in perſona cara læſos nos vellet aut contemneret.

98 *Partem integrantem*] Qualis pars ſi abſcedat, totum non manet integrum, ſed mutilum fit.

99 *Idem*

Digitized by Google

tutem debent. De his autem, qui belli ſorte ſervi ſunt, 99 idem introductum gentium jure apud quoſdam populos ſupra * memoravimus. Sed & de his, 1 qui exules non acti pœnam juſtam effugiunt, dedendis egimus † alibi. * Lib. III. c. 7. † L. II, c. XXI. §. 3. & ſeq.

XLII. Sortis aleæ ſubjici belli exitus licite non ſemper poteſt, ſed tum demum, quoties de re agitur 2 in quam plenum habemus dominium. Nam ad ſubditorum vitam, pudicitiam, & ſimilia tuenda, civitas, & ad bonum civitatis tuendum rex arctius obligatur, quam ut omittere poſſit eas rationes, quæ ad ſui & aliorum tutelam maxime ſunt naturales. Attamen ſi vera æſtimatione qui injuſto bello impetitur tanto ſit inferior, ut reſiſtendi nulla ſpes ſit, videtur ſortem offerre poſſe, ut certum periculum incerto evadat: hoc enim eſt de malis minimum.

XLIII. 1. Sequitur valde agitata quæſtio de prœliis, 3 quæ definito numero condicuntur belli finiendi cauſa, puta inter ſingulos utrimque, ut Æneam & Turnum, Menelaum & Paridem: inter binos utrimque, (bb) ut inter a Ætolos & Eleos: inter ternos utrimque, ut inter Horatios Romanos & Curiatios Albanos: inter tricenos utrimque, ut inter 4 Lacedæmonios & Argivos. a Pauſan. Lib. V.

2. Si jus gentium externum tantum ſpectamus, non eſt dubitandum, quin per id ipſum talia certamina ſint licita: hoſtium enim cædem id jus indiſcrete permittit. Quod ſi vera eſſet veterum Græcorum, Romanorum, & aliarum gentium opinio, quemque vitæ ſuæ eſſe ſummo jure dominum, jam & interna juſtitia talibus prœliis non deeſſet. Sed hanc ſententiam rectæ rationi ac Dei præceptis pugnare aliquoties jam b diximus. In proximi caritatem peccare eum, qui ob res, quibus carere poſſumus, retinendas, hominem occidit, alibi c oſtendimus & ratione, & ſacrorum oraculorum auctoritate. b Lib. II, c. XIX. §. 5. & XXI. §. 11. c Lib. II, c. I. §. XIII. & ſeqq.

3. Ad-

GRONOVII.

99 *Idem introductum*] Ut eos aufugientes a dominis, in quorum ſervitutem bello venerunt, recipere, nec reddere liceat.

1 *Qui exules non acti*] Qui non ſunt damnati exilio, ſed ipſi ſolum mutaverunt fuga, ne gravius punirentur.

2 *In quam plenum*] In qua & exequi jus noſtrum, & id remittere ſine injuſtitia poſſumus.

3 *Quæ definito numero*] Ubi jubentur pauci decertare de fato & eventu populi utriuſque. 2, 23, 10.

4 *Lacedæmonios & Argivos*] Ducibus Othryade ac Therſandro. [Vide MEURSII *Miſcellanea Laconica*, Lib. IV. c. 13. ubi fuſè de hac hiſtoria agit, & plures auctoritates veterum adducit. *J. B.*]

(bb) De ſingulis tantum loquitur PAUSANIAS, quem in orâ libri Auctor noſter teſtem indicat (neque enim alio referri poteſt illius teſtimonium) nimirum *Degmenus* Eleus, ab unâ parte; *Pyrachmes* Aetolus, ab alterâ, electi ſunt, qui ſingulari certamine de re inter utrumque Populum controverſâ decernerent. Neque in memoriam revocavit Auctor, ſe idem exemplum, tamquam è *Strabone*, alibi adtuliſſe, *Lib.* II. *Cap.* 23. §. 10. num. 1. *Epeus* enim, & *Eleus*, ibi unum idemque ſunt. Ceterum locus *Pauſaniæ*, de quo jam agitur, exſtat *Cap.* 4. dicti Lib. V. *J. B.*

a *Quo-*

3. Addemus nunc, & in ſe & in Deum peccare, qui vitam ſibi a Deo pro magno beneficio conceſſam tam vili æſtimat. Si res bello digna agitur, ut multorum innocentium ſalus, pro ea totis viribus nitendum eſt. Condicto certamine 5 uti, tanquam teſtimonio bonæ cauſæ aut judicii divini inſtrumento, * vanum eſt & a vera pietate alienum.

* Th.2,2.q. 95. art. 8. & ibi Cajet.

4. Una res eſt, (cc) quæ tale certamen juſtum ac pium poteſt reddere ex una duntaxat parte, † ſi alioqui omnino expectandum ſit ut qui injuſtam cauſam fovet victor ſit futurus cum magna innocentium ſtrage: 6 nihil enim ei imputandum eſt, qui mavult ea ratione certare, quæ ſpem ipſi maxime probabilem oſtentat. Sed & hoc verum eſt, quædam quæ non recte fiunt, ab aliis tamen recte non probari, ſed permitti, ut graviora mala, quæ aliter vitari non poſſunt, vitentur. quomodo multis in locis tolerantur & improba fenora, & impudicitiam profeſſæ mulieres.

† Cajetan. d. l.

5. Quod ergo ſupra a diximus cum de præveniendo bello ageretur, ſi duo, quos inter de regno controverſia eſt, parati ſint inter ſe armis cernere, pati id poſſe populum, ut major calamitas cæteroqui imminens evitetur: idem &, cum de bello finiendo agitur, dicendum erit. a Quomodo Aſſyrium regem Cyrus provocavit: & apud Dionyſium b Halicarnaſſenſem Metius ait, non iniquum fuiſſe, b ut ipſi principes populorum armis rem inter ſe diſceptarent, ſi de ipſorum, non de populorum potentia aut dignitate controverſia fuiſſet. Sic c Heraclium Imperatorem cum Coſroë filio Perſarum regis pugnaſſe ſingulari certamine legimus.

a Lib. II, c. XXIII. §. 10. Ægid. Regius diſp. 32, dub. 2. n. 18.
b Lib. III. c. 12.

XLIV. Cæterum qui ſic in prælii exitum conjiciunt contro-ver-

### GROTII.

a *Quomodo Aſſyrium regem Cyrus provocavit*] [Apud XENOPHONTEM, *De Cyri inſtit.* Lib. V. c. 3. n. 4.] Et multo ante Hyllus Euryſtheum. Vide *Euripidem* Heraclidis. [verſ. 804, & *ſeqq*. At aliter rem narrat DIODORUS SICULUS, *Bibl. Hiſtor.* Lib. IV. c. 59. 60. *J. B.*]

b *Ut ipſi principes populorum armis rem inter ſe diſceptarent*] Hoc Adrianopolitæ reſpondebant Mahumeti de ipſo & Muſa Zelebe. *Leunclavius* lib. XI. Sic Cunibertus Langobardorum rex Alachin provocat. *Paulus Warnafredi* lib V. Sic de Cherſonis caſtro Pharnacus cum Sauromato pugnare volebat, ne multitudo ob ipſorum controverſiam periculis objiceretur; narrat *Conſtantinus Porphyrogenneta* capite de caſtro Cherſonis. Vide exemplum ſingularis certaminis de regno apud *Pontanum* hiſtoria Danica: & quæ de provocationibus inter Carolum V. Imperatorem & Franciſcum Primum Galliæ regem, narrant hiſtorici.

c *Heraclium*] Vide *Aymoinum* libro IV, cap. 21. & *Fredegarium* cap. 64.

### GRONOVII.

5 *Uti, tanquam teſtimonio*] Quemadmodum ſuperioribus ætatibus, in defectu probationum innocentiæ ſuæ, ſolebant cum accuſatoribus in certamen armorum deſcendere.

6 *Nihil ei imputandum*] Nulla ejus eſt culpa.

(cc) Confer heic PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. c. 8. §. 5. *J. B.*



Digitized by Google

verſiam; 7 ſibi quidem jus, ſi quod habent, adimere poſſunt, non & alteri, qui non habet, dare, in illis quidem regnis quæ in patrimonio non ſunt. Itaque, ut valeat pactio, & populi & ſi qui jam nati jus ad ſucceſſionem habent conſenſum neceſſe eſt accedere: in 8 feudis non liberis, etiam domini ſive ſenioris.

XLV. 1. Sæpe in talibus præliis quæri ſolet, d 9 uter pro victore ſit habendus. Victi non poſſunt videri niſi qui aut omnes occubuerunt, aut in fugam dati ſunt. Sic e 10 in fines ſe aut oppida recipere apud Livium * victi ſigna. * Lib. III, c. 2, 3.

2. Apud tres nobiles hiſtoricos, Herodotum, Thucydidem, Polybium, 11 tres proponuntur de victoria controverſiæ, quarum prima ad 12 condictum certamen pertinet. Sed, ſi quis recte advertat, inveniet omnibus illis præliis 13 ſine vera victoria diſceſſum. Nam † Argivi non fugati ab Othryade, ſed nocte ſuperveniente abierant, victores ſe rati & id ſuis renuntiaturi. Neque Corinthios fugaverant Corcyræi, a ſed Corinthii, cum feliciter pugnaſſent, Athenienſium claſſem validam conſpicati, nullo cum Athenienſibus virium periculo facto, ceſſim ierant. Philippus vero Macedo Attali quidem navem a ſuis deſertam ceperat, at claſſem nihil minus quam fugaverat. Itaque, ut b Polybius notat, magis pro victore ſe gerebat, quam victorem ſe ſentiebat.

† Herod. I. c. 82.
a Thuc. I. c. 51. 54.
b Lib. XVI. c. 1. pag. 1014, 1015. Ed. Amſt.

3. Illa vero, 14 ſpolia legere, f cadavera ad ſepulturam concedere, 15 prælio iterum laceſſere, quæ & dictis locis & apud

* Li-

GROTII.

d *Uter pro victore ſit habendus*] Ennius: [Apud *Servium*, in fragm.]

*Qui vicit non eſt victor niſi victus fatetur.*

Vide *Scaligerum* ad illud Feſti, *herbam do*.

e *In fines ſe aut oppida recipere apud Livium victi ſigna*] Et apud *Guicciardinum*. lib. II.

f *Cadavera ad ſepulturam concedere*] *Plutarchus* Ageſilao: ὡς δ᾽ ἔπεμψαν οἱ πολέμιοι νεκρῶν ἀναίρεσιν αἰτοῦντες, ἐσπείσατο, καὶ τὴν νίκην οὕτως ἐκβεβαιωσάμενος, εἰς Δελφοὺς ἀπεκομίσθη. *poſtquam autem hoſtes miſere ut mortuos tollere liceret, conceſſit, eoque modo victoriæ teſtimonium adeptus Delphos abiit.* (Pag. 606. B.) Idem Nicia: καίτοι κατὰ νόμον τινὰ καὶ συνήθειαν οἱ νεκρῶν ὑποσπόνδων λαβόντες ἀναίρεσιν, ἀπολέγεσθαι τὴν νίκην, καὶ τρόπαιον ἱστάναι τοὺς τούτων τυχόντας οὐκ ἔνθεσμον ἦν· *quanquam more & inſtituto recepto qui mortuos deportandos conceſſu acceperant, cenſebantur a ſe abdicaſſe victoriam, & qui id impetraſſent eis jus non erat trophea figendi.* (Pag. 527. A. B.)

GRONOVII.

7 *Sibi quidem jus*] Pacto ſuo efficiunt, ut, ſi vincantur, perdant jus regni; non tamen ut id ſtatim acquirat victor, niſi etiam conſenſerint, quorum intereſt.

8 *Feudis non liberis*] Ligiis. 1, 3. 23.

9 *Uter pro victore*] Quia exitus ſæpe ſunt tales, ut uterque illos pro ſe poſſit interpretari.

10 *In fines ſe aut oppida*] Excedere campo, nec caſtris confidere audere.

11 *Tres controverſiæ*] Tria controverſiarum hujuſmodi exempla.

12 *Condictum certamen*] Num. 43.

13 *Sine vera*] Plena & conſummata alterius utrius partium.

14 *Spolia legere, cadavera*] Quæ indicio ſunt, locum aciei, antea communem, nunc eſſe ejus, qui ſpolia legit, & cadavera concedit. Juſtin. 6, 6.

15 *Prælio iterum laceſſere*] Quod detrectet hoſtis, neque audeat prodire in æquum. *Liv.* 22, 12.



Digitized by Google

* Lib. XXIX. XI. * Livium aliquoties reperias ut ſigna poni victoriæ, per ſe nihil probant, niſi quatenus cum aliis indiciis valent ad docendam hoſtium fugam, Et certe, qui loco ceſſit, in dubio magis eſt ut fugiſſe credatur. At, ubi victoriæ firma argumenta non ſunt, res manet 16 eo loco quo ante prælium fuit: & aut ad bellum, aut ad novas pactiones veniendum eſt.

† L. ſocietatem. 76. D. pro ſocio. XLVI. 1. Arbitriorum † Proculus nos docet duo eſſe genera: unum ejuſmodi, ut ſive æquum, ſive iniquum, parere debeamus, quod obſervatur, ait, cum 17 ex compromiſſo ad arbitrum itum eſt: alterum ejuſmodi, ut 18 ad boni viri arbitrium redigi debeat, cujus generis exemplum habemus in a Celſi reſponſo: *ſi libertus*, inquit, *ita juraverit dare ſe quot operas patronus arbitratus ſit, non aliter ratum fore arbitrium patroni quam* 19 *ſi æquum arbitratus ſit*. Sed hæc jurisjurandi interpretatio, ut Romanis legibus induci potuit, ita verborum ſimplicitati per ſe ſpectatæ non convenit. Illud tamen verum manet, utrovis modo arbitrum ſumi poſſe, aut ut 20 conciliatorem tantum, quales Athenienſes inter Rhodios & (dd) Demetrium fuiſſe legimus, aut ut 21 cujus dicto parendum omnino ſit. (ee) Et hoc eſt genus de quo nos hic agimus, & de quo nonnulla ſupra b diximus cum de cavendi belli rationibus loqueremur.

a L. Si libertus. 30. D. de op. lib.

b Lib. II c. 23. §. 8.

2. Quanquam vero etiam de talibus arbitris, 22 in quos compromiſſum eſt, lex civilis ſtatuere poſſit, & alicubi ſtatuerit, ut ab iis provocare & de injuria queri liceat; g id tamen inter reges ac populos locum habere non poteſt. 23 Nulla enim hic eſt poteſtas ſuperior, quæ promiſſi vinculum aut impediat, aut ſolvat. Standum ergo omnino, ſive æquum, ſive iniquum pronun-

GROTII.

g *Id tamen inter reges & populos locum habere non poteſt*] *Mariana* libro XXIX, 15. *Bembus* libro IV. Paces per arbitrum factas habes aliquammultas in Polonica hiſtoria *Cromeri* libris X. XVI. XVIII. XXI. XXIV. XXVII. XXVIII. Habes & in Danica *Pontani* libro II. confer quæ nos ſupra libro II, c. XXIII. §. 8.

GRONOVII.

16 *Eo loco quo ante*] Ambigua.

17 *Ex compromiſſo*] Ubi convenit inter partes, ut quicquid ſtatuerint arbitri, eo ſtetur ſine exceptione.

18 *Ad boni viri arbitrium*] Ubi convenit hoc ita, ſi patuerit arbitros ſe gerere tanquam medios & bonos viros.

19 *Si æquum arbitratus*] Si non abuſus fuerit liberti bonitate, qui ejus arbitrio ſe commiſit.

20 *Conciliatorem*] Qui perſuaſione & inductione utatur.

21 *Cujus dicto*] Qui imperio & ſententia decretoria.

22 *In quos compromiſſum*] Qui omnem habent pronuntiandi & litem terminandi poteſtatem.

23 *Nulla hic poteſtas ſuperior*] Ut in privatarum rerum arbitris eſt magiſtratus vel princeps.

(dd) Confer heic PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. V. cap. 13. §. 4, & ſeqq. *J. B.*

(ee) Habet hoc è PLUTARCHO, *Vit. Demetr.* pag. 899. A. Nihil enim de hoc officio *Athenienſium* memorat *Diodorus Siculus*, Lib. XX. Cap. 100. quum tamen fuſè narret fruſtraneam *Rhodi* obſidionem, quæ ad pacem ineundam *Demetrium* compulit. *J. B.*

24 De

Digitized by Google

nuntiaverint, ita ut Plinii * illud huc recte aptes: *ſummum quiſque cauſæ ſuæ judicem facit, quemcunque eligit.* Aliud enim eſt 24 de arbitri officio, aliud 25 de compromittentium obligatione quærere. * Præf. nat. hiſt.

XLVII. 1. In arbitri officio ſpectandum, an electus ſit 26 in vicem judicis, an 27 cum laxiore quadam poteſtate, quam (ff) arbitri quaſi propriam vult Seneca, † cum dicit: *melior videtur conditio cauſæ bonæ, ſi ad judicem, quam ſi ad arbitrum mittitur: quia 28 illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit; hujus libera & nullis adſtricta vinculis religio & detrahere aliquid poteſt & adjicere, & ſententiam ſuam, non prout lex aut juſtitia ſuadet, ſed prout humanitas & miſericordia impulit, regere.* Ariſtoteles a quoque ἐπιεικοῦς, id eſt, æqui & commodi hominis eſſe ait, εἰς δίαιταν μᾶλλον ἢ εἰς δίκην βούλεσθαι ἰέναι, *malle ire ad arbitrum quam in jus*, rationem adjiciens, ὁ γὰρ διαιτητὴς τὸ ἐπιεικὲς ὁρᾷ. ὁ δὲ δικαστὴς τὸν νόμον· καὶ τούτου ἕνεκα διαιτητὴς εὑρέθη ὅπως τὸ ἐπιεικὲς ἰσχύῃ. *nam arbiter id quod æquum eſt reſpicit, judex legem: imo arbiter ejus rei cauſa repertus eſt, ut valeret æquitas.*

† Lib. III. de benef. c. 7.

a Rhet. I. c. 13. in fin.

2. Quo in loco æquitas non proprie ſignificat, ut alibi, partem illam juſtitiæ, 29 quæ legis ſonum generalem ex mente auctoris adductius interpretatur, (nam hæc & judici commiſſa eſt) ſed omne id, quod rectius fit quam non fit, 30 etiam extra juſtitiæ proprie dictæ regulas. Sed tales arbitri ſicut inter privatos & ejuſdem imperii cives frequentes ſunt, & ſpecialiter Chriſtianis commendantur ab Apoſtolo Paulo 1 Cor. VI. 31 ita in dubio non debet tanta poteſtas conceſſa intelligi: in dubiis enim, 32 quod minimum eſt, ſequimur: præcipue vero id locum habet inter ſum-

GRONOVII.

24 *De arbitri officio*] Quid facere illum deceat.

25 *De compromittentium obligatione*] Quid facere neceſſario teneantur.

26 *In vicem judicis*] Ut merum jus ſummamque juſtitiæ legem & cauſarum merita ſpectet.

27 *Cum laxiore quadam*] Ut poſſit etiam præter jus ex æquo & bono ſtatuere.

28 *Illum formula*] Cum qua ſemper dabatur a prætore judex, veluti: *ſi pareret dare vel facere oportere.*

29 *Quæ legis ſonum*] Quæ quod lex dicit, cum poſſit in alienum & abſurdum ſenſum rapi, ex ratione & cum prudentia id intelligendum monet. 2, 20, 27.

30 *Etiam extra juſtitiæ*] Etiam per leges poſſit non fieri.

31 *Ita in dubio*] Ubi non plane ac diſerte de iis conventum eſt.

32 *Quod minimum*] L. 9. D. de R. J.

(ff) In loco SENECÆ non agitur de *Arbitris ex compromiſſo*: ſed illi *Arbitri* veri ſunt *Judices*, nimirum Pedanei, ſeu à Prætore dati; *Arbitri* autem dicuntur, quòd dentur in *Judiciis bonæ fidei*, ubi laxior erat eorum poteſtas, adeo ut ex æquo & bono decernere eis liceret; quum *Judices* ſtrictè ſic dicti, qui in *Judiciis ſtricti juris* addicebantur, intra verba & legum ſubtilitatem manere deberent. Vide CICER. *Orat. pro Roſc. Comœd.* c. 4. INSTIT. *de Actionib.* §. 1. & 30. inprimis Eruditiſſimi NOODTII eximium Opus *De Juriſd. & Imp.* Lib. I. cap. 13. *J. B.*



Digitized by Google

ſummam poteſtatem obtinentes, qui cum judicem communem non habeant, arbitrum cenſendi ſunt adſtrinxiſſe iis regulis, quibus judicis officium adſtringi ſolet.

XLVIII. Illud tamen obſervandum eſt, arbitros lectos a populis aut ſummis poteſtatibus h 33 de principali negotio pronuntiare debere, non de poſſeſſione: nam 34 poſſeſſoria judicia juris civilis ſunt: jure gentium poſſidendi jus dominium ſequitur. Ideo, dum cauſa cognoſcitur, 35 nihil eſt innovandum, tum ne præjudicium fiat, tum quia difficilis eſt recuperatio. Livius in * hiſtoria diſceptatorum inter populum Carthaginienſem & Maſiniſſam, *legati*, inquit, *jus poſſeſſionis non mutarunt*.

* *Lib.* XL. c. 17.

XLIX. 1. Alterius generis eſt arbitri ſumtio, cum quis ipſi hoſti de ſe arbitrium permittit, quæ eſt deditio pura, ſubditum faciens eum, qui ſe dedit, ei vero, cui fit deditio, ſummam deferens poteſtatem. ἐπιτρέπειν τὰ καθ' αὑτὸν dicunt Græci. Sic Ætolos in ſenatu rogatos legimus, † permitterentne de ſe arbitrium populo Romano. Conſilium P. Cornelii Lentuli apud Appianum, a circa finem belli Punici ſecundi, de re Carthaginienſium hoc erat: *permittant*, inquit, *Carthaginienſes ſe arbitrio noſtro, ut victi ſolent, & multi antehac fecerunt: videbimus deinde nos, & ſi quid fuerimus largiti*, 36 *habebunt nobis gratiam*: 37 *neque enim fedus dicere poterunt. permultum autem intereſt. Quamdiu federa cum illis inimus, ut ea rumpant, ſemper aliquid cauſabuntur tanquam læſi adverſus aliquam federis partem. Nam quia multa ſunt dubiæ interpretationis, patet ſemper perplexandi materia. At, ubi ut deditis abſtulerimus arma, corpora ipſa acceperimus in poteſtatem, tum demum intelligent nihil ſe habere proprium, demittent animos, & quodcumque a nobis acceperint, id tanquam de alieno datum libentibus animis accipient*.

† *Livius lib.* XXXVII. c. 49.
a *Bell. Punic.* p. 34. *Ed. H. Steph.*

2. Sed hic quoque diſtinguendum eſt, quid victus pati debeat, & quid victor jure, quid etiam ſalvo omni officio facere poſſit, quid denique eum maxime deceat. Victus poſt deditionem nihil non patiendum habet: quippe jam ſubditus, &, ſi jus belli externum reſpicimus, eo in loco, ut ei nihil non eripi poſſit, etiam vita, etiam libertas perſonalis, multo magis bona, non publica tan-

GROTII.

h *De principali negotio pronuntiare debere, non de poſſeſſione*] Id Dux Sabaudiæ dicebat in controverſia Saluciæ. Vide *Serranum* Henrico IV.

GRONOVII.

33 *De principali negotio*] Utrius ſit res, de qua ambigitur: non uter interim eam poſſidere debeat.

34 *Poſſeſſoria judicia*] Quibus in antecesſum certatur, uter, dum lis eſt, poſſidere debeat: nam is onus probandi in alterum devolvit.

35 *Nihil eſt innovandum*] Non auferenda poſſeſſio ei, qui rem tenet.

36 *Habebunt nobis gratiam*] Id beneficio noſtro conſecuti fuerint.

37 *Neque enim fedus dicere*] Ex federe quicquam illis deberi.

i *Li-*

Digitized by Google

tantum, ſed & ſingulorum. *Ætoli*, inquit alio * loco Livius, *38 permiſſo libero arbitrio, ne in corpora ſæviretur, metuebant.* Citavimus † alibi: *ubi omnia ei, qui armis plus poteſt, dedita ſunt, quæ ex iis habere victor, quibus mulctari eos velit, ipſius judicium atque arbitrium eſt.* Eodem (gg) illud Livii *a* pertinet: *Romanis mos vetuſtus erat, cum quo nec fœdere, nec æquis legibus jungerentur amicitia, non prius imperio in eum tanquam pacatum uti, quam omnia divina humanaque dediſſet, obſides accepti, arma ademta, præſidia urbibus impoſita forent.* Etiam occidi licite interdum deditos *b* oſtendimus.

* L. XXXVI. c. 7.
† Lib. III, c. VIII. §. 4.
a Lib. VII.
b Lib. III, c. XI §. 16.

L. 1. At victor, ne quid injuſte faciat, ſpectare primum debet, ne quem occidat, niſi id 39 ſuo facinore meritum. ſic &, ne cui quicquam auferat, niſi in juſtam pœnam. i Intra hunc autem modum, 40 quantum ſecuritas patitur, ad clementiam & liberalitatem propendere ſemper honeſtum eſt, interdum pro circumſtantiis etiam ex morum regula neceſſarium.

2. Diximus alibi, *c* bellorum egregios fines, quoties ignoſcendo tranſigitur. Nicolaus Syracuſanus apud *d* Diodorum: παρέδωκαν ἑαυτοὺς μετὰ τῶν ὅπλων πιστεύσαντες τῇ τῶν κρατούντων συγγνωμοσύνῃ. διόπερ οὐκ ἄξιον αὐτοὺς τῆς ἡμετέρας ψευσθῆναι φιλανθρωπίας· *tradiderunt ſe cum armis, confiſi clementiæ victoris: quare indignum foret eos decipi ſpe noſtra humanitatis.* Poſtea: *e* τίς Ἑλλήνων τοὺς παραδόντας αὐτοὺς καὶ τῇ τῶν κρατούντων συγγνωμοσύνῃ πιστεύσαντας ἀπαραιτήτου τιμωρίας ἠξίωσεν; *quis unquam Græcorum eos, qui ſe clementiæ victoris permitterent, 41 indeprecabili ſupplicio puniendos cenſuit?* & Cæſar Octavius apud *f* Appianum, L. Antonium, qui ſe deditum venerat, alloquens, σπονδὰς γάρ μοι τιθέμενος ἔτυχες ἂν ἠδικημένου καὶ νενικηκότος. ἄσπονδον δὲ σαυτόν τε καὶ τοὺς φίλους ἐπιτρέπων ἡμῖν καὶ τὸν στρατὸν, ἀφαιρῇ μὲν πᾶσαν ὀργήν, ἀφαιρῇ δὲ καὶ τὴν

c Lib. III, c. XV. in fin.
d Lib. XIII. c. 21.
e Cap. 23.
f Bell. Civ. V. p. 697.

GROTII.

i *Intra hunc autem modum, quantum ſecuritas patitur, ad clementiam & liberalitatem propendere ſemper honeſtum eſt*] Vide nobile exemplum Ferdinandi Legionenſium regis apud *Marianam* lib. XI, c. 15. Et repete, quæ nos ſupra hoc libro, cap. XI. §. 14. & 15.

GRONOVII.

38 *Permiſſo libero arbitrio*] Si ſenatus populique Rom. omne de ſe arbitrium facerent, ne principes eorum vinculis & ſuppliciis traderentur, metuebant.

39 *Suo facinore*] Proprio, extra communia, & egreſſo modum eorum, quæ vulgo & promiſcue in bello fiunt.

40 *Quantum ſecuritas*] Concedere poteſt victor, ita ut ipſe extra metum cladis aut rebellionis maneat.

41 *Indeprecabili ſupplicio*] Ut *Gell.* I, 13. *Pœna indeprecabilis.*

(gg) Locus non exſtat *Lib.* VII. quem Auctor in margine indicat, ſed *Lib.* XXVIII. c. 34 quem errorem tacitus emendaſſem, ut innumeros alios ejuſmodi ſilentio prætererii, niſi fontem ejus oſtendere poſſem, & aliquatenus id juvaret. Nimirum locum illum noſter exſcripſerat è PETRI FABRI SEMESTR. Lib. I. c. 7. p. m 43. ubi tamquam ex *Lib.* 7. laudatur, & alterius libri ejuſdem Scriptoris numerus falſo notatur. *J. B.*

τὴν ἐξουσίαν ἣν σπευδόμενος ἂν ἔδωκας (male editur ἔδωκα) ὑπ' ἀνάγκης: συμπέπλεκται γὰρ οἷς ἄξιον ὑμᾶς παθεῖν, τὸ προσῆκον ὃν ἐμὲ δίκαιόν ἐστι ποιεῖν. ὃ δὴ προτιμήσω· *ſi ad fœdera paciſcenda veniſſes,* 42 *ſenſiſſes me & victorem & injuria affectum. nunc, cum te & amicos & exercitum arbitrio noſtro permittis, demis mihi iram, demis & eam poteſtatem, quam in fœdere coactus eſſes concedere. Nam cum eo, quod vos dignum eſt pati, ſimul jam & alterum ſpectandum eſt, quid me facere par ſit: atque hoc præferam.*

3. Occurrit ſæpe in Romanis hiſtoriis locutio, tradere ſe in fidem, tradere in fidem & clementiam. Sic apud Livium lib. * XXXVII. *Legationes finitimas tradentes in fidem civitates ſuas benigne audivit.* Lib. † XLV. *Paulo, ut ſe ſuaque omnia in fidem & clementiam populi Romani permitteret, contendente*, ubi de rege Perſeo ſermo eſt. ſciendum autem eſt, his verbis nihil aliud quam 43 deditionem meram intelligi : k neque fidei nomen his in locis aliud ſignificare, quam ipſam probitatem victoris, cui ſe victus committit.

* Cap. 9.

† Cap. 4.

4. l Nobilis eſt apud Polybium & Livium hiſtoria de Phanea Ætolorum legato, qui in oratione ad Manium conſulem eo prolapſus eſt ut a diceret: διότι κέκριται τοῖς Αἰτωλοῖς σφᾶς αὐτοὺς ἐγχειρίζειν εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν· (ita b vertit Livius) *ſe ſuaque omnia fidei populi Romani permittere.* Cumque percunctanti conſuli iterum id affirmaſſet, poſtulaſſe conſulem, ut quidam 44 belli incentores ſibi ſine mora dederentur. Cum Phaneas excepiſſet, *non in ſervitutem, ſed in fidem tuam nos tradimus*, &, quod imperaretur, non eſſe moris Græcorum, reſpondiſſe conſulem, nihil ſe curare, quid Græci eſſet moris, ſe more Romano imperium habere in deditos ſuo decreto, & catenis vinciri legatos juſſiſſe. In Græco eſt, περὶ τοῦ δέοντος καὶ καθήκοντος ποιεῖτε λόγον, δεδωκότες ἑαυτοὺς εἰς τὴν πίστιν; *de officio & decoro hic diſputatur, cum jam*

a Polyb. Exc. Leg. 13. pag. 1116. Ed. Amſt.

b Lib. XXXVI. c. 28.

GROTII.

k *Neque fidei nomen his in locis aliud ſignificare quam ipſam probitatem victoris, cui ſe victus permittit*] Polybius : παρὰ Ῥωμαίοις ἰσοδυναμεῖ τό, τε εἰς τὴν πίστιν αὑτὸν ἐγχειρίσαι, καὶ τὸ τὴν ἐπιτροπὴν δοῦναι περὶ αὑτοῦ τῷ κρατοῦντι· *apud Romanos idem valent, ſe in fidem alicujus committere, & victori de ſe ſtatuendi liberam facere poteſtatem.* (Ibid.) Græci dicunt, εἰς δίκην σφᾶς αὐτοὺς παραδιδόναι, ut *Thucydides* libro III. (Cap. 67.) ait : καθ' αὑτῶν ἐπιτρέπειν ἐξουσίαν, ut *Diodorus Siculus* lib. XIV.

l *Nobilis eſt apud Polybium*] In excerptis legationum num. 13.

GRONOVII.

42 *Senſiſſes me & victorem*] Duras tibi conditiones præſcripſiſſem, quod & poſſum, ut victor, & jure poſſum, ut affectus injuria.

43 *Deditionem*] Romani rerum acerbitatem verbis mitigare ſolebant. Sic *fidem* dicebant poteſtatem liberam de aliquo ſtatuendi. Sic *ſocios*, qui erant veri ſubjecti. Sic Magiſtratus in edictis ponebant *bonum factum*, id eſt, *recte facietis*, pro eo, quod eſſet, volumus & jubemus. Sic lictor ſupplicium ſumturus jubebatur *lege agere*.

44 *Belli incentores*] Auctores & concitores.

m Ob-

*jam vos fidei noſtræ permiſeritis?* Ex his verbis apparet, quantum impune & non violato gentium jure facere poſſit is, in cujus fidem populus aliquis ſe permiſit. Neque tamen hac poteſtate uſus eſt Romanus conſul, ſed & legatos dimiſit, & Ætolorum concilio de integro deliberandi fecit poteſtatem. Sic populus Romanus * Faliſcis reſpondiſſe legitur, eductum ſe, Faliſcos ſe non poteſtati ſed fidei Romanorum commiſiſſe: & de Campanis legimus, † eos non fœdere ſed deditione in fidem veniſſe. * *Val. Max. lib.* VI, *c.* 5. *n.* 1. † *Livius lib.* VIII. *c.* 2.

5. Ad officium vero ejus, cui facta eſt deditio, non male retuleris Senecæ *a* illud: *clementia liberum arbitrium habet: 45 non ſub formula, ſed ex æquo & bono judicat, & abſolvere illi licet, & quanti vult 46 taxare litem.* Neque referre exiſtimo, an dedens ſe dicat ſe dedere alterius ſapientiæ, an moderationi, an miſericordiæ. hæc enim omnia blandimenta ſunt; res manet, ut victor arbiter fiat. a *L.* II, *de clem.* 7.

LI. Sed ſunt tamen & deditiones conditionatæ, quæ aut ſingulis conſulunt (hh), ut quibus vita ſalva, aut corporum libertas, aut & quædam bona excipiuntur; aut etiam univerſitati: quarum nonnullæ etiam 47 mixtum quoddam imperium poſſunt inducere. de quo egimus *b* alibi. b *Lib.* I. *c.* III. *§.* 17.

LII. Acceſſiones pactionum ſunt obſides & pignora. m Obſides diximus dari aut ſua voluntate, 48 aut ejus qui imperium habet. nam in ſummo civili imperio comprehenditur & 49 jus in actiones ſubditorum, ut in bona. Sed civitas aut ejus rector tenebitur illud incommodum ei, qui patitur, aut proximis repenſare; & ſi plures ſint, quorum quis obſes eat, reipublicæ nihil interſit, danda opera videtur, ut ſorte res dirimatur. In vaſallum, niſi idem ſubditus ſit, jus hoc 50 feudi dominus non habet: neque enim reverentia & obſequium, quæ debet, huc uſque pertingunt.

LIII. Interfici 51 obſidem poſſe diximus, per jus gentium externum; non etiam interno jure, niſi par ipſius culpa accedat. Ser-

GROTII.

m *Obſides diximus dari*] Hoc libro, c. IV. §. 14. vide & caput XI. §. 18.

GRONOVII.

45 *Non ſub formula*] Non eſt adſcripta verbis conceptis.

46 *Taxare litem*] Quantum vult, imponere mulctam.

47 *Mixtum quoddam*] In quo aliquid juris in ſuos relinquat deditio, exceptum ab imperio victoris.

48 *Aut ejus qui imperium*] Ipſos invitos.

49 *Jus in actiones*] Poteſt qui ſummum imperium habet, publici boni cauſa, auferre ſingulis arbitrium agendi vel non agendi, ut poteſt auferre bona.

50 *Feudi dominus non habet*] Ut eum vaſallum obſidem det invitum.

51 *Obſidem poſſe*] Si non ſervet pactum, qui obſidem dedit.

(hh) Sic *Phocæenſes*, dum ſeſe dedunt *Aemilio*, *pacti, ne quid hoſtile paterentur*, narrante LIVIO, Lib. XXXVII. c. 32. num. 10. *J. B.*

 n Ci-

Servi quoque non fiunt: imo & jure gentium bona habere & he-
* *L. Divus.* redibus relinquere poſſunt, quanquam Romano * jure cautum
*31. D. de* eſt, ut bona eorum in fiſcum cogantur.
*Jure fiſci.* LIV. An fugere obſidi liceat, quæritur? & conſtat non licere,
52 ſi ab initio aut poſtea, quo laxius haberetur, fidem dederit.
Alioqui videtur non is animus fuiſſe civitatis obligandi civem ne
aufugeret, ſed hoſti dandi facultatem qualis vellet cuſtodiæ. Et
† *Liv. lib.* ſic defendi poteſt Clœliæ † factum. Sed etſi ipſa nihil peccave-
*II. c. 13.* rat, n civitas tamen recipere & retinere obſidem non poterat.
a *Dict. c. 13.* Sic a Porſenna: *ſi non dedatur obſes, pro rupto ſe fedus habiturum.*
Deinde: *Romani pignus pacis ex fœdere reſtituerunt.*

LV. Odioſa autem eſt obſidum obligatio, tum quia libertati
inimica, tum quia ex facto alieno venit. Ideoque ſtricta inter-
pretatio hic locum habet. quare 53 in unam cauſam dati, in aliam
retineri non poterunt: quod ita intellige, ſi aliud quid ſine obſi-
dum acceſſione promiſſum ſit. At ſi in alia cauſa fides jam vio-
lata ſit, aut contractum debitum, jam poterit obſes retineri, non
ut obſes, ſed eo gentium jure, quo ſubditi ex facto imperantium
b *Vide ſupra* detineri b poſſunt, 54 *κατ' ἀνδροληψίαν*: quod ipſum tamen ne
*Lib. III,* fiat, caveri poterit, adjecto pacto de reddendis obſidibus, ubi
*c. 2.* id, cujus nomine dati erunt, impletum erit.

LVI. Qui obſes datus eſt, 55 tantum ut alterum captivum
aut obſidem redimat, eo mortuo liberatur. nam in illo, dum mo-
ritur, jus pignoris exſtinctum eſt, 56 ut in captivo redemto dixit
c *L. ſi patre.* c Ulpianus. Quare, ficut in Ulpiani quæſtione pretium non de-
*15. D. de* betur, 57 quod in perſonæ locum ſucceſſit, ita nec hic perſona
*capt.* manebit obligata, quæ perſonæ vicaria facta eſt. Sic Demetrius
a ſenatu Romano non inique poſtulabat dimitti, *ὡς Ἀντιόχου μὲν*
d *Syr. Bell.* *ἀντιδοθεὶς, Ἀντιόχου δὲ ἀποθανόντος*, inquit d Appianus. Juſtinus e
*pag. 117.* ex Trogo: *Demetrius, qui obſes Romæ erat, cognita morte Antiochi*
e *Lib.* *fratris, ſenatum adiit, obſidemque ſe* (malim legere *obſidem inquiens*
*XXXIV. c. 3.* *ſe*

GROTII.

n *Civitas tamen recipere & retinere obſidem non poterat*] Vide *Plutarchum* in Publicola hac de re. Ad illud *Virgilii*, (Aen. VIII. 651.)

*Vinclis innaret Clœlia ruptis.*

*Vinculis fœderis* ait *Servius*.

GRONOVII.

52 *Si ab initio quo laxius*] Ut minus arcte vel moleſte cuſtodiretur, dextra data & jurejurando promiſit ſe non abiturum.

53 *In unam cauſam dati*] Elapſo tempore, in quod, aut perfecta re, ob quam dati erant.

54 *Κατ' ἀνδροληψίαν*] Per clarigationem vel pignoris capionem.

55 *Tantum ut alterum*] Dum alter captivus vel obſes inviſit patriam & redemtionis pretium comparat.

56 *Ut in captivo redemto*] Si quis patrem alicujus redemit, ut, recepto pretio a filio, eum liberum dimittat, & is pater mortuus ſit, priuſquam pretium a filio redderetur.

57 *Quod in perſonæ locum*] Quod cum erogandum eſſet pro captivo, & cujus ipſe captivus erogandi pignus fuiſſet: pro eo mortuo & ſic jure pignoris ſoluto, habet retinetque filius.

58 *Per-*

Digitized by Google

ſe (ii), ut cohæreat oratio) *vivo fratre veniſſe, quo mortuo, cujus obſes ſit, ignorare.*

LVII. Rege autem, qui fœdus fecit, mortuo, an teneatur adhuc obſes, pendet ab eo, quod * alibi tractavimus, an fœdus habendum ſit 58 perſonale an reale. nam 59 acceſſoria non poſſunt efficere, ut in principalium interpretatione a regula recedatur. ejus autem naturam & ipſa ſequi debent.

* *Lib.* II. c. XVI. §. 16.

LVIII. Obiter hoc addendum eſt, obſides interdum non acceſſionem eſſe obligationis, ſed revera partem principalem: ut cum quis ex contractu 60 factum promittit non ſuum, & quia, eo non præſtito, tenetur ad id quod intereſt, ejus vice 61 obſides obligantur: quam fuiſſe videri ſententiam Caudinæ ſponſionis diximus † alibi. Non dura tantum, ſed & iniqua eſt ſententia exiſtimantium *a*, obſides etiam ſine conſenſu ſuo alterum ex facto alterius poſſe obligari.

† *Lib.* II. c. XV. §. 16.
a *Alb. Gent.* l. II. c. 19.

LIX. Pignora quædam communia habent cum obſidibus, quædam propria. Commune, quod 62 & ex alio jam debito retinentur, 63 niſi obſtet data fides: proprium, quod quæ de iis eſt pactio, non tam ſtricte ſumitur, quam illa de obſidibus: neque enim 64 æqnale eſt odium. Res enim natæ ſunt, ut teneantur, non & homines.

LX. Illud alibi quoque diximus *b*, 65 nullum tempus id efficere poſſe, ne luitio ſit pignoris, ſi id præſtetur, pro quo pignus ſuppoſitum eſt. Nam qui actus cauſam 66 veterem & novam habet, non creditur 67 ex nova procedere. Ideo 68 patientia debi-

b *Lib.* II. c. IV. §. 15.

GRONOVII.

58 *Perſonale an reale*] Cum ſolo rege percuſſum, an cum rege & populo.

59 *Acceſſoria non poſſunt*] Propter obſidem datum non ſtatim fœdus intelligitur eſſe reale, ſi aliud ab initio actum eſſe appareat.

60 *Factum non ſuum*] Quod alius debet præſtare.

61 *Obſides etiam ſine conſenſu*] Si aliquis obſidum peccet aut aufugiat, pro ejus delicto alterum, qui ſimul ſit obſes datus, teneri.

62 *Et ex alio debito*] Si jam ſolutum ſit, cujus cauſa pignus datum eſt, & interim debitor aliud debitum ab eodem creditore contraxit, in hujus quoque debiti ſecuritatem olim datum pignus poteſt retineri.

63 *Niſi obſtet data fides*] Niſi expreſſe cautum eſt, non niſi in unam cauſam, quicquid etiam interveniat, hunc obſidem eſſe debere.

64 *Æquale eſt odium*] Favorabilior eſt cauſa pignoris quam obſidum: ideo laxior ejus interpretatio.

65 *Nullum tempus*] Placuit enim tempus non eſſe modum finiendæ obligationis. *Weſemb.* ad tit. *Quibus modis pign. vel. hyp. ſolvitur.*

66 *Veterem & novam*] Ut pignus contractum.

67 *Ex nova*] Habitione pro derelicto.

68 *Patientia debitoris*] Quod debitor pignus tamdiu penes tenentem eſſe paſſus eſt, id præſumitur feciſſe, quia confidebat contractui, per quem putabat id ſibi repetere, quandocumque vellet, licere atque integrum eſſe; non quod id pro derelicto haberet.

(ii) Hanc conjecturam, tacito nomine Auctoris, rejicit *Matthias Bernecerus*; tuetur autem *J. Schefferus*, niſi *que* detrahatur de voce *Obſidem*, ut habent nonnulli MSſ. Quod ultimum verius videtur. *J. B.*



Digitized by Google

bitoris veteri contractui, non derelictioni imputatur, niſi certæ conjecturæ aliam interpretationem exprimant: ut ſi quis luere cum vellet, impeditus id ſilentio tranſmiſiſſet tanto tempore, quod ad conſenſus conjecturam ſufficere poſſit.

## CAPUT XXI.

### De fide manente bello, ubi de induciis, commeatu, captivorum redemtione.

I. *Induciæ quid ſint, & an id tempus veniat pacis an belli nomine.*
II. *Vocis origo.*
III. *Nova indictione poſt inducias non opus.*
IV. *Quomodo computanda ſint tempora induciis præfinita.*
V. *Quando obligare incipiant.*
VI. *Quid per inducias liceat.*
VII. *An retrocedere & reficere mœnia, & ſimilia:*
VIII. *De locis occupandis diſtinctio.*
IX. *An redire poſſit, qui vi majore retentus eſt, circa exitum induciarum.*
X. *De ſpecialibus induciarum pactionibus, & quæ inde quæri ſolent.*
XI. *Induciarum pactionibus ab altera parte ruptis, alteram bellum movere poſſe.*
XII. *Quid ſi pœna addita fuerit?*
XIII. *Privatorum facta quando inducias rumpant.*
XIV. *In jure commeandi extra inducias qualis ſumenda interpretatio.*
XV. *Qui militum nomine veniant.*
XVI. *Ire, venire, abire, quomodo hic accipienda:*
XVII. *De extenſione ad perſonas:*
XVIII. *Ad bona.*
XIX. *Comitis & gentis nomine qui veniant:*
XX. *An conceſſio juris commeandi morte extinguatur:*
XXI. *Quid ſi data ſit, donec qui dedit voluerit?*
XXII. *An ſecuritas & extra territorium debeatur.*
XXIII. *Favor redemtionis captivorum:*
XXIV. *An lege interdici redemtio poſſit, diſtinctione explicatur.*
XXV. *Jus in captivum cedi poſſe:*
XXVI. *Poſſe ab uno pretium pluribus deberi:*
XXVII. *Conventio an reſcindi poſſit, ob divitias captivi ignoratas.*
XXVIII. *Quæ bona capti captorem ſequantur.*
XXIX. *An heres pretium debeat, diſtinctione explicatur.*
XXX. *An redire debeat qui dimiſſus eſt, ut alterum liberet, eo mortuo.*

* *Aen.* x. 532.
† *Ann.* XIV. c. 33. & *hiſt.* III. c. 81.

I. 1. SOlent & inter bellum a ſummis poteſtatibus concedi quædam, ut cum * Virgilio & † Tacito loquar, belli

1 belli commercia, Homero * συνημοσύνας, qualia ſunt induciæ, commeatus, captivorum redemtio. Induciæ ſunt conventio, per quam, bello manente, ad tempus bellicis actibus abſtinendum eſt. Bello, inquam, manente: nam, ut Cicero ait Philippica † octava, inter bellum & pacem nihil eſt medium: & bellum 2 ſtatus eſt nomen, qui poteſt eſſe etiam cum 3 operationes ſuas non exſerit: δοκεῖ ἐνδέχεσθαι καὶ καθεύδειν ἔχοντα τὴν ἀρετὴν ἢ ἀπρακτεῖν διὰ βίου, ait a Ariſtoteles: *fieri poteſt ut virtute quis ſit præditus & aut dormiat aut vitam agat actione vacuam.* Idem b alibi: οἱ τόποι οὐ διαλύουσι τὴν φιλίαν ἁπλῶς, ἀλλὰ τὴν ἐνέργειαν· *non ipſam amicitiam diſſolvunt locorum intervalla, ſed uſum ejus.* Andronicus c Rhodius: τὴν ἕξιν ἐνδέχεται ὑπάρχουσαν μηδὲν ἀποτελεῖν· *habitus eſſe poteſt, ita ut nihil operetur.* Euſtratius ad ſextum d Nicomachiorum: ἡ ἕξις πρὸς τὴν ἁπλῶς δύναμιν ἐντελέχεια λέγεται· πρὸς δὲ τὴν ἐνέργειαν καὶ προαίρεσιν δύναμις, ὡς ἐν τῷ κοιμωμένῳ γεωμέτρῃ γεωμετρία· *habitus, potentia ſimpliciter dicta ratione habita, actus dicitur: at ipſi actioni ſive exercitio comparatus vocatur potentia, ut ars menſoria in dormiente menſore.*

* Iliad. Lib. XXII. vers. 261.
† Cap. 1.
a Ethic. Nic. Lib. I. c. 3.
b Lib. VIII. c. 6.
c Paraphr. Lib. I. c. 14 p 47.
d Cap. 1.

> a *Ut quamvis tacet Hermogenes, cantor tamen atque*
> *Optimus eſt modulator: & Alfenus vafer omni.*
> b *Abjecto inſtrumento artis, clauſaque taberna*
> *Sutor erat.*

Horatius 1, ſat. 3. vers. 129, & ſeqq.

2. Sic ergo, ut & Gellius e dixit, *non pax eſt inducia: bellum enim manet, pugna ceſſat.* Et in panegyrico f Latini Pacati legimus: *induciæ 4 bella ſuſpendebant.* Quod eo dico ut ſciamus, ſi quid convenit, ut belli tempore valeat, id per inducias quoque valere, niſi manifeſte appareat, 5 non ſtatum ſpectari ſed ipſas functiones. Contra, ſi quid de pace dictum erit, id induciarum tempore locum non habebit: quanquam g Virgilius 6 pacem ſequeſtram dixit, Servius ad eum locum pacem temporalem, ut & Thu-

e Noct. Attic. Lib. I. c. 25.
f Cap. 9.
g Aen. XI. 133.

GROTII.

a *Ut quamvis tacet Hermogenes*] *Seneca* de beneficiis IV. c. 21. *Eſt diſertus, etiam qui tacet.*

b *Abjecto inſtrumento artis, clauſaque taberna Sutor erat*] *Seneca* dicto jam loco: *artifex eſt etiam cui ad exercendam artem inſtrumenta non ſuppetunt.*

GRONOVII.

1 BElli commercia] Commutationes communicationeſque nihil hoſtile habentes.

2 *Status eſt nomen*] Conditionem temporum deſignat. 1, 1. 2.

3 *Operationes ſuas non exſerit*] Non pugnatur, cæditur, capitur, nocetur, turbatur.

4 *Bella ſuſpendebant*] Differebant & quaſi tenebant in pendenti, in ſuſpenſo.

5 *Non ſtatum ſpectari*] Non eſſe pactum generale aut de univerſis circa rem aliquam actionibus, ſed de eo, quod ſemel iterumque fieri debeat.

6 *Pacem ſequeſtram*] *Sequeſter*, penes quem res controverſa interim deponitur: aut qui medius intervenit duobus certantibus; ita *pax ſequeſtra*, per quam ad tempus deponitur certamen belli, aut quæ intervenit certamini media.

c Si-

Digitized by Google

* *Ad Lib.* I. c. 40. pag. 24. n. 3. *Ed. Oxon.*

Thucydidis * ſcholiaſtes 7 *εἰρήνην πρόσκαιρον, πόλεμον ὠδίνουσαν*, Varro [8] pacem caſtrorum, paucorum dierum: quæ omnes ſunt non definitiones ſed delineationes quædam, eæque figuratæ. Qualis & illa Varronis, qui cum inducias dixit bellorum ferias, potuerat & belli ſomnum dicere. Sic & ipſas 9 forenſes ferias pacem vocavit Papinius: & ſomnum (aa) Ariſtoteles vinculum ſenſuum, quo exemplo & inducias belli vinculum recte dixeris.

† *Ad. Ter. Eun. act.* 1, *ſc.* 1. *verſ.* 15.
a *Lib.* 1, *c.* 25.
b *L. poſtliminium.* 19. *D. de captivis.* §. 1.

3. In M. Varronis autem expoſitione, quam & Donatus † ſequitur, hoc recte reprehendit *a* Gellius, quod paucos dies adjecit, oſtendens ſolere & in horas dari, addam ego & in annos etiam viginti, triginta, quadraginta, etiam centum: quarum apud Livium exempla, quæ & illam *b* Pauli Juriſconſulti definitionem redarguunt: *induciæ ſunt cum in breve & in præſens tempus convenit, ne invicem ſe laceſſant.*

4. Fieri tamen poterit, ut ſi appareat, alicujus conventionis rationem unicam & per ſe moventem in ſolidum fuiſſe 10 ceſſationem actuum bellicorum, ut tunc, quod de pacis tempore dictum eſt, per inducias valeat, non ex vi vocis, ſed ex mentis certa collectione, de qua alibi *c* legimus.

c *Lib.* II, *c.* 16. §. 20.
d *Gell.* XIX, *c.* 8.

II. Videtur autem induciarum nomen non ab eo, quod Gellius vult, *inde uti jam*, nec ab *endoitu*, id eſt, introgreſſu, ut Opilius voluit, veniſſe, ſed quod *inde*, id eſt, a certo tempore 11 *otium* ſit, quomodo *ἐκεχειρίαν* Græci vocant. Apparet enim etiam ex Gellio *d* & Opilio, veteribus per *t*, non per *c* literam ſcriptum hoc nomen, quod nunc pluraliter profertur, olim haud dubie etiam ſingulariter. Vetus ſcriptura fuit *indoitia*: nam *otium* tunc *oitium* enunciabant a verbo *oiti*, quod nunc *uti* dicimus, e ſicut ex *poina* (nunc *pœnam* ſcribimus) fit *punio*, & ex *Poino* (qui nunc *Pœnus*) fit *Punicus*. Sicut autem ex eo quod eſt *oſtia*, *oſtiorum*,

GROTII.

e *Sicut ex poina (nunc pœnam ſcribimus) fit punio*] Vide *Servium* in X. Æneidos ad vocem *mœrorum*. (verſ. 24.)

GRONOVII.

7 *Εἰρήνην πρόσκαιρον*] Pacem temporariam, caducam, quæ bellum parturit.

8 *Pacem caſtrorum*] Quia caſtra eſſe indicium eſt eſſe bellum: non ergo hæc pax ſimpliciter, ſed bello durante pax intercedens. [*Varro* dixerat, *Pax caſtrenſis* &c. Locus eſt apud *A. Gell.* d. l. 1. c. 25. ubi & quod ſequitur ejuſdem, ab Auctore noſtro obſervatum. *J. B.*]

9 *Forenſes ferias pacem*] 4, Silv. 4. *Certe jam Latia non miſcent jurgia leges, Et pacem piger annus habet.* (Verſ. 39, 40.

10 *Ceſſationem actuum*] Non ut ceſſaretur propter aliud, velut colloquii cauſa aut religionis aut ſimilium, ſed tantum ut ceſſaretur, velut in longis multorum annorum induciis.

11 *Otium ſit*] Otium pro pace Cicero 2, fam. 17. *Si antea auditum erit otium eſſe in Syria, legiones venturæ non ſunt.* Agrar. 2, 27. *Ego vobis in hunc annum conſul popularis affero pacem, tranquillitatem, otium.*

(aa) Vide Philoſophi Librum *De Somno & Vigilia*, Cap. 3. in fine. *J. B.*

d *Oſtia*

Digitized by Google

*rum*, factum eſt nomen d *Oſtia Oſtia*: ſic ex *indoitia indoitiorum*, factum eſt *indoitia*, *indoitia*, deinde *indutia*, cujus, ut dixi, plurale nunc tantum in uſu eſt. olim, ut Gellius * monuit, etiam unitatis numero enunciabatur. non longe abit Donatus, † cum inducias dictas vult, quod in dies otium præbeant. Sunt ergo induciæ in bello otium (bb), non pax: itaque accurate loquuntur hiſtorici *a*, qui narrant ſæpe, pacem negatam, inducias datas.

* *d. loco.*
† *Ad. Ter. Eun.* I. 1. 15.
a *Liv. Plut. Juſtin.*

III. Quare *b* nec nova 12 indictione opus erit: nam 13 ſublato impedimento temporali, ipſo jure ſe exſerit ſtatus belli 14 non mortuus ſed ſopitus, ut 15 dominium & patria poteſtas in eo qui a furore convaluit. Legimus tamen apud Livium, ex fecialium ſententia finitis induciis indictum bellum: ſed nimirum iſtis non neceſſariis cautionibus oſtendere veteres Romani voluerunt quantopere pacem amarent, & quam juſtis de cauſis in arma traherentur. Innuit hoc ipſe *c* Livius: *cum Vejentibus nuper acie dimicatum apud Nomentum & Fidenas fuerat, induciæque inde, non pax facta, quarum & dies exierat, & ante diem rebellaverant: miſſi tamen feciales, nec eorum, cum more patrum jurati repeterent res, verba ſunt audita.*

b *Ang. l. ſi unus.* §. 1. *D. de pactis. Mart. Laud. q.* 29.
c *Lib.* IV. c. 30.

IV. 1. Tempus induciis aſſcribi ſolet aut continuum, ut in centum dies, aut cum deſignatione termini, ut uſque calendas Martias. In priori 16 ad momenta temporum facienda eſt numeratio: id enim naturæ convenit. nam, quæ fit 17 ad civiles dies computatio, ex legibus aut populorum moribus venit. In altero genere dubitari ſolet, utrum ad quem diem aut menſem, aut annum dictum eſt duraturas inducias, is dies, menſis, *d* annus excluſus an comprehenſus intelligatur.

2. Certe in rebus naturalibus duo ſunt terminorum genera, 18 intra rem, ut cutis terminus eſt corporis: 19 extra rem, ut flumen terminus eſt terræ. Ad utrumque hunc modum, etiam qui 20 voluntate conſtituuntur, termini conſtitui poſſunt. Magis au-

d *L. amiculus.* 132. 134. *D. de verbor. ſignif.*

GROTII.

d *Oſtia Oſtia*] Et ex *oſtrea*, *oſtreorum*, factum eſt *oſtrea*, *oſtrea*.

GRONOVII.

12 *Indictione opus erit*] Ad bellum poſt inducias repetendum.

13 *Sublato impedimento temporali*] Elapſo tempore induciis præſtituto.

14 *Non mortuus, ſed ſopitus*] Non extinctus, abolitus, ſed intermiſſus.

15 *Dominium*] Adminiſtratio rerum ſuarum.

16 *Ad momenta temporum*] Ab hora, qua conſenſum eſt in inducias, ad horam eandem centeſimi diei.

17 *Ad civiles dies*] Ut quæ ſuperſunt horæ ultimi diei, ſimul comprehendantur, ut l. 38. D. de V. S.

18 *Intra rem*] Extremitas vel ultimæ partes rei.

19 *Extra rem*] De proximo rem attingentia.

20 *Voluntate*] Arbitrio hominum, ubi natura non facit terminos.

(bb) De toto iſto argumento, confer PUFENDORFIUM noſtrum, *De Jure Nat. & Gent.* Lib. VIII. cap. 7. §. 3, & *ſeqq.* *J. B.*

e *Ut*

Digitized by Google

autem naturale videtur, [e] ut terminus ſumatur qui pars ſit rei: *πέρας λέγεται τὸ ἔσχατον ἑκάστου, terminus dicitur quod ultimum cujuſque eſt*, inquit * Ariſtoteles: nec uſus repugnat. *ſi † quis ſic dixerit, ut intra diem mortis ejus aliquid fiat, ipſe quoque dies, quo quis mortuus eſt, numeratur*. Prædixerat Cæſari Spurina periculum, quod non ultra Idus Martias proferretur. [a] Interpellatus ipſis Idibus, dixit [f] veniſſe quidem, ſed non præteriiſſe. Quare multo magis ſumenda eſt hæc interpretatio, ubi temporis productio favorem in ſe habet, ut in induciis quæ humano ſanguini parcunt.

* *Met.* v. 17.
† *L. ſi quis.* 133. *D. de verb. ſignif.*
a *Suet. in Cæſ.* c. 81.

3. At vero, 21 a quo die menſura aliqua temporis incipere dicitur, is dies intra menſuram non erit: quia ejus propoſitionis vis eſt diſcernere, non conjungere.

V. Illud obiter addam, inducias & ſi quid eſt ſimile, ipſos contrahentes ſtatim obligare ex quo contractus abſolutus eſt: at ſubditos utrinque obligari incipere, ubi induciæ 22 acceperunt formam legis, cui ineſt exterior quædam publicatio: qua facta ſtatim quidem incipit habere vim obligandi ſubditos, ſed ea vis, ſi publicatio uno tantum loco facta ſit, non 23 per omnem ditionem eodem momento ſe exſerit, ſed per tempus ſufficiens ad perferendam ad ſingula loca notitiam. Quare ſi quid interea a ſubditis contra inducias factum ſit [b], ipſi a pœnis immunes erunt. [g] neque tamen eo minus contrahentes damnum reſarcire debebunt.

b *Bart. ad l. omnes pop. Pan.* c. 2. *de conſt. & ibid. Fel.* n. 7.

VI. 1. Quantum per inducias liceat, quantum non liceat, ex ipſa definitione datur intelligi. Illiciti enim ſunt omnes actus bellici, ſive in perſonas, ſive in res, id eſt, quicquid vi fit adverſus hoſtem: id enim omne per induciarum tempus fit contra jus gentium, ut in concione ad milites loquitur L. Æmilius apud [c] Livium.

c *Lib.* xxx. c. 27.

2. Etiam quæ res hoſtium 24 caſu aliquo ad nos pervenerunt, ex

GROTII.

e *Ut terminus ſumatur qui pars ſit rei*] *Baldus* de ſtatutis in verbo *uſque*. *Bartolus* in l. patronus. D. de legatis III. & l. nuptæ. D. de ſenatoribus. *Archidiaconus* in c. eccleſias. XIII. q. I. *Hieronymus de Monte* libro de finibus c. 23.

f *Veniſſe quidem, ſed non præteriiſſe*] Dion: *παρέστιν, οὐδέπω δὲ παρελήλυθεν.* Appianus: *πάρεισιν αἱ Εἰδοί, ἀλλ' οὐ παρεληλύθασιν.* Poſtema verba non ſunt *Appiani*, ſed PLUTARCHI, qui tribuit ea Haruſpici, Cæſarem de adventu Iduum ſibi gratulantem caſtiganti, *Vit. Cæſ.* pag. 737. E. Tom. II. Ed. Wech. *J. B.*

g *Neque tamen eo minus contrahentes damnum reſarcire debebunt*] Ut de Scione apud *Thucydidem* IV. (Cap 122) Defendi itaque non poteſt quod ab Hiſpanis in Italia factum narrat *Mariana* XXVIII, 7.

GRONOVII.

21 *A quo die*] Ut ſit, poſt quem diem; non, cum quo die.

22 *Acceperunt formam legis*] Ex quo ſolemniter promulgatæ ſunt.

23 *Per omnem ditionem*] Per omne territorium.

24 *Caſu aliquo*] Non induſtria aut opera noſtra.

h A

Digitized by Google

eæ reddendæ erunt, etiamſi ante noſtræ fuiſſent: quia, quod jus
externum attinet, ex quo hæc dijudicanda ſunt, ipſorum ſunt fa-
ctæ: & hoc eſt, quod ait Paulus juriſconſultus, * induciarum * L.19.§.1.
tempore poſtliminium non eſſe, quia poſtliminium requirit, ut D. de
antecedat jus bello capiendi: quod per inducias non eſt. Captiv.

3. Ire & redire ultro citroque, ſed eo paratu, qui periculum
nullum oſtentet, licet. Notatum hoc h a Servio ad illud † Ma- † Aen. XI.
ronis, *Mixtique impune Latini*, ubi & hoc narrat, obſeſſa urbe a 134.
Tarquinio inter Porſennam & Romanos factis induciis, cum ludi
Circenſes in urbe celebrarentur, ingreſſos hoſtium duces curuli
certamine contendiſſe & victores coronatos.

VII. Interius 25 recedere cum exercitu, quod Philippum feciſſe
legimus apud a Livium, cum induciis non pugnat: nec reficere a Lib.
mœnia, nec militem conſcribere, i niſi quid ſpecialius conve- XXXI, c. 38.
nerit. Add. Frontinus l. II, c. 13. n. 8.

VIII. 1. Corruptis 26 hoſtium præſidiis loca invadere quæ ipſi
tenebant, haud dubie contra inducias eſt. talis enim acquiſitio
juſta eſſe non poteſt, niſi ex jure belli. Idem habendum, ſi qui
ſubditi deficere ad hoſtem velint. Exemplum eſt apud Livium,
lib. XLII. *b Coronæi & Haliartii favore quodam inſito in reges, lega-* b Cap. 46.
*tos in Macedoniam miſerunt præſidium petentes, quo ſe adverſus impo-
tentem ſuperbiam Thebanorum tueri poſſint. Cui legationi reſponſum
ab rege eſt, præſidium ſe ob inducias cum Romanis factas mittere non
poſſe.* Apud Thucydidem libro c quarto Braſidas Mendam civita- c Cap. 123.
tem ab Athenienſibus ad Lacedæmonios deficientem induciarum
tempore recipit: ſed additur excuſatio, quia habebat 27 quæ ipſe
viciſſim Athenienſes criminaretur.

2. Derelicta ſane occupare licet, dum vere derelicta, id eſt,
eo animo ne amplius ſint quorum fuerant, non ſi incuſtodita,
ſive cuſtodia ante inducias, ſive factis induciis omiſſa ſit. domi-
nium enim manens injuſtam facit alterius poſſeſſionem. quo refel-
litur Beliſarii adverſus Gothos cavillatio, d qui tali obtentu k lo- d Proc. II.
ca præſidiis nudata per inducias invaſerat. Gotth. c. 7.

IX. 1. Quæ-

GROTII.

h *A Servio*] Ad XI. Æneidos.

i *Niſi quid ſpecialius convenerit*] Ut apud *Parutam* lib. III.

k *Loca præſidiis nudata*] Portum, Centum cellas, Albanum.

GRONOVII.

25 *Interius recedere*] Intra fines ex eo loco, unde alioqui non facile ſine conflictu digredimur, ut Philippus apud *Liv.* 31, 39.

26 *Corruptis*] Sollicitatis ad defectionem pecunia vel promiſſis, ut Sulla illuſit L. Scipioni. *Appian.* 1, civ. p. 401. *Flor.* 3, 21.

27 *Quæ ipſe viciſſim Athenienſes*] Feciſſe contra inducias. Vel *quibus ipſe*. [Niſi helleniſmo uti voluerit Auctor, videtur potius ſcripſiſſe, *quæ ipſe viciſſim in Athenienſes criminaretur*; & τὸ *in* poſtea omiſſum à Typographis, ob ſimilitudinem vocis præcedentis in *im* deſinentis. *J. B.*]

Si

IX. 1. Quæritur, an qui 28 vi majore impeditus quo minus recederet, intra fines hoſticos deprehenditur poſtquam exierint induciæ, jus redeundi habeat? Si jus externum gentium reſpicimus, non dubito quin hic par ſit ei, qui cum in pace veniſſet bello repente exorto inter hoſtes fato ſuo deprehenditur, quem captivum manere ad pacem uſque ſupra * notavimus; neque juſtitia interna deeſt, quatenus bona & actiones hoſtium pro debito civitatis obligantur, & 29 in ſolutum capiuntur: nec magis hic quod queratur habet, quam tot alii innocentes, in quos bellorum mala recidunt.

* Lib. III, c. 9. §. 4.

2. Nec quæ 30 de commiſſi cauſa † circa merces tractantur adferri huc debent, nec quod 31 apud Ciceronem eſt de inventione ſecundo, de nave roſtrata vi ventorum in portum delata, quam 32 ex lege quæſtor publicari volebat. 33 Ibi enim vis major a pœna liberat; 34 hic proprie de pœna non agitur, ſed de jure quod certo tantum tempore interquieſcebat. Tamen quin talem remittere benignius, quin & generoſius ſit, nullam habet dubitationem.

† *L. Cæſar.* 15. *L. interdum.* 16. *§. ſi propter.* 8. *D. de publican.*

X. Sunt & quædam per inducias illicita, ob ſpecialem conventionis naturam; ut ſi tantum ſepeliendorum hominum cauſa datæ ſint induciæ, nihil erit immutandum: ſic l ſi obſeſſis datæ induciæ tantum ne oppugnentur, jam auxilia & commeatus admittere non licebit: nam cum tales induciæ alteri partium proſint, non debent interim ejus, qui dedit, cauſam duriorem facere. Interdum & 35 convenit, ne commeare liceat. m Interdum perſonis cavetur, non & rebus: quo caſu 36 ſi ad res defendendas lædantur perſonæ, nihil contra inducias fiet: nam cum liceat res defendere, perſonarum ſecuritas 37 ad id quod principale eſt, non quod in alicujus conſequentiam venit, referenda eſt.

XI. Si

GROTII.

l *Si obſeſſis datæ induciæ tantum ne oppugnentur* ] Ut a Totila Neapolitanis apud *Procopium*.

m *Interdum perſonis cavetur, non & rebus* ] Vide c. ſignificavit 11. *de Judæis*. De induciis cum exceptione locorum exempla habes apud *Procopium* & *Menandrum Protectorem*.

GRONOVII.

28 *Vi majore* ] Θεῦ βία. l. 25. §. 6. D. *locati*: quæ conſilio humano neque provideri neque vitari poteſt.

29 *In ſolutum* ] Vicem ejus, quod ſolvi debet.

30 *De commiſſi cauſa* ] Si tempeſtate acta navis præterierit locum, ubi applicare debebat & vectigal ſolvere: vectigali autem non ſoluto merces incidunt in cauſam commiſſi.

31 *Apud Ciceronem de inventione ſecundo* ] Cap. 32.

32 *Ex lege* ] Si qua roſtrata navis in portu deprehenſa eſſet, ut publicaretur.

33 *Ibi enim* ] In commiſſis.

34 *Hic proprie* ] In detinendo eo, qui deprehenditur inter fines.

35 *Convenit, ne commeare* ] Diſerte ponitur in pactis induciarum, ne utrimque inter partes hoſtiles liber ſit commeatus.

36 *Si ad res defendendas* ] Si, quæ res alterius invadunt, violentur perſonæ.

37 *Ad id quod principale* ] Ita accipienda eſt, ut directo & per ſe perſonæ nihil hoſtile facientes non lædantur; non, ne lædantur, dum ea quæ per inducias licet arcere ac prohibere, attentant.

38 Cur.

Digitized by Google

XI. Si fides induciarum a parte altera rumpatur, quin læſo liberum ſit etiam ſine indictione ad arma venire, fruſtra diſputatur. nam capita 38 conventionis inſunt conventioni per modum conditionis, ut paulo * ante diximus. Reperias quidem in hiſtoriis exempla eorum 39 qui ſuſtinuerint in finem induciarum. Sed & bellum illatum Hetruſcis † & aliis, quod contra inducias feciſſent, legas: quæ diverſitas argumento eſt, jus ita eſſe ut diximus, ſed eo jure uti vel non uti, in arbitrio eſſe ejus, qui læſus eſt.

* Libro [illegible] c. XIX §. 14 [illegible] XX §. 56.
† [illegible] 41. [illegible]

XII. Illud conſtat, ſi 40 pœna conventa poſcitur & perſolvitur ab eo qui contra fecit, jam bellandi jus non eſſe: ideo enim pœna ſolvitur, ut cætera ſalva maneant Et contra, ſi 41 bellum moveatur, receſſum a pœna cenſeri debet, quando optio data eſt.

XIII. Privata tamen facta non rumpunt inducias, niſi publicus actus accedat, puta 42 imperii aut ratihabitionis, quæ etiam intelligitur accedere, ſi qui deliquerint nec puniantur, nec dedantur: ſi non reddantur res.

XIV. Jus commeandi extra inducias 43 privilegium quoddam eſt. quare in ejus interpretatione ſequenda ſunt quæ 44 de privilegiis traduntur. Eſt autem hoc privilegium neque tertio noxium, neque danti admodum grave: ideo 45 intra *a* verborum proprietatem laxa magis quam ſtricta interpretatio admittenda eſt, eoque magis ſi non petenti datum beneficium, ſed ultro oblatum ſit; multoque magis, ſi ultra privatam publica quædam utilitas in negotio vertatur. Rejicienda ergo ſtricta interpretatio, etiam quam ferunt verba, niſi alioqui abſurdum aliquod ſequeretur, aut eo ducant probabiles admodum voluntatis conjecturæ. Contra vero etiam extra proprietatem laxior interpretatio locum habebit, ut ſimile abſurdum vitetur, aut ex valde urgentibus conjecturis.

a *Vide ſupra l.* II, *c.* XVI. §. 12.
b *Can. in c. cum in cunctis.* 7. §. *cum vero.* 2. *De elect.*

XV. Hinc

GRONOVII.

38 *Conventionis inſunt*] Omnia conventionis capita infirmantur & læduntur in uno, quaſi ſingulis eſſet adjectum, hoc caput ſalvum fore, ſi & cætera ſalva fuerint.

39 *Qui ſuſtinuerint*] Non reddiderint par pro pari & ruptis ab altera parte induciis proſiluerint viciſſim ad hoſtilia, ſed exſpectaverint finem.

40 *Pœna conventa*] In pacto induciarum eo caſu, ſi quis eas violet.

41 *Bellum moveatur*] Poſt violatas inducias alter viciſſim aliquid hoſtile fecerit, is pœnam conventam poſcere nequit: jam enim videtur legiſſe alterum eorum, quæ optare potuit.

42 *Imperii aut ratihabitionis*] Si juſſa fuerint aut approbata ab eo, penes quem imperium eſt.

43 *Privilegium quoddam*] Certis perſonis plerumque datur, quum in aliis maneat bellum.

44 *De privilegiis*] Juribus ſingularibus, quæ non ad exemplum trahuntur. §. 6. Inſtit. *de J. n. g. c.*

45 *Intra verborum proprietatem*] Quatenus propria verborum ſignificatio permittit.



Digitized by Google

XV. Hinc colligimus [46] datum militibus commeatum non ad medios tantum, ſed & ſummos duces porrigi: quia verbi proprietas admittit eam ſignificationem, quanquam eſt & alia ſtrictior. Sic [47] nomine clericorum venit epiſcopus. Etiam, * qui in claſſibus ſunt nautæ, milites intelliguntur, & omnes omnino qui ſacramentum dixerunt.

* L. 1. §. 1. D. de bon. poſſ. ex teſt. mil.

XVI. 1. [48] In itu cautum & de reditu cenſetur, non hoc ex vi verbi, ſed ut abſurdum vitetur: neque enim [49] inutile eſſe beneficium debet. Et abitus tutus intelligendus uſque dum eo pervenerit ubi in tuto ſit. unde [n] Alexandri fides accuſata †, qui, quibus abitum indulſerat, eos in ipſo itinere juſſit interfici.

† Diod. Sic. lib. XVII. c. 84.

2. At, cui abire datum, non & redire: ſed nec, cui venire conceſſum eſt, [50] mittere poterit: nec contra: ſunt enim hæc diverſa, nec extra verba exſpatiari ratio cogit: ita tamen [51] ut error etſi jus non det, a pœna certe, ſi qua adjecta eſt, relevet. Sed & cui venire permiſſum eſt, ſemel veniet, non iterum, niſi temporis adjectio aliam ſuppeditet conjecturam.

XVII. Patrem filius, uxor virum non ſequitur, aliter quam in jure [52] commorandi. nam morari a ſolemus [53] cum familia, peregrinari ſine ea. Famulus tamen unus aut alter, etiamſi expreſſus non ſit, comprehenſus cenſebitur in eo, quem ſine tali comitatu ire indecorum foret. nam qui aliquid concedit, concedit quæ neceſſario ſequuntur. neceſſitas autem hic [54] moraliter intelligenda eſt.

a L. penult. D. de precario.

XVIII. Si-

### GROTII.

n *Alexandri fides accuſata*] Plutarchus: Καὶ τοῦτο τοῖς πολεμικοῖς ἔργοις αὐτοῦ τὰ ἄλλα νομίμως καὶ βασιλικῶς πολεμήσαντος ὡς κηλὶς πρόσεστιν· *hæc velut macula adhæſit bellicis actionibus regis, cætera in bello agere & juſte & regaliter ſoliti.* (Cap. 698. C.) Simile factum Bajazetis contra Vidynenſes in Servia habes apud *Leunclavium* lib. VI.

### GRONOVII.

46 *Datum militibus commeatum*] Si poſitum ſit in pacto induciarum, concedi liberum iter in hoſtiles terras aut per hoſtiles militibus, non excludi centuriones, tribunos, præfectos. ſed nec legatos, qui ſummæ rei præſunt.

47 *Nomine clericorum*] Quod clericis conceſſum, id etiam vindicare poteſt epiſcopus.

48 *In itu*] Si data facultas eundi, utique & redeundi.

49 *Inutile beneficium*] Quod pro beneficio datur, id ita datum intelligitur, ut poſſit effectum ſortiri.

50 *Mittere*] Alium ſibi ſubſtituere, qui veniat.

51 *Ut error*] Ut, ſi quis hoc fecerit per errorem, ſine fallendi propoſito, etſi male fecerit, non tamen pœnæ forte in pacto expreſſæ ſubjaceat.

52 *Commorandi*] Conceſſa itione habitandi cauſa.

53 *Cum familia*] At familiæ vel præcipuæ partes uxor & liberi.

54 *Moraliter*] Non ſine quo ſimpliciter & quocumque modo aliquid eſſe non poſſit, ſed ſine quo aliquid decenter & commode eſſe non poſſit.

o Nam

Digitized by Google

XVIII. Similiter bona non quævis comprehendentur, ſed quæ ſolita ſunt ad iter aſſumi. • *Abbas c. quam ſit. de Judæis.*

XIX. Expreſſo comitum nomine non ſunt intelligendi hi, 55 quorum cauſa magis eſt odioſa, quam ipſius cui proſpicitur. Tales ſunt piratæ, latrones, transfugæ, deſertores. Gentis expreſſum nomen in comitibus, ſatis oſtendit facultatem ad alios non porrigi.

XX. Jus commeandi cum veniat ex vi poteſtatis, in dubio non exſtinguitur 56 morte concedentis, ſecundum ea quæ † alibi diximus de regum & aliorum imperantium beneficiis. † *Lib.* II, *c.* 14. §. 11. 12.

XXI. Diſputari ſolet de eo, quod dictum eſt in hunc modum, 57 *quamdiu voluero.* Et verior eſt ſententia eorum, qui exiſtimant durare 58 beneficium tale, etiam ſi 59 novus volendi actus non intercedat, quia durare in dubio præſumitur, quod ad juris effectum ſufficit; o non etiam ubi is, qui conceſſit, a deſiit poſſe velle, quod per mortem contingit. Perſona enim ſublata, collabitur etiam illa præſumtio durationis, ſicut accidens interitu ſubſtantiæ. a *Canon. in c. ſi gratioſe. 5. de reſcr. in* VI.

XXII. Commeandi autem ſecuritas ei, cui data eſt, debetur etiam extra territorium concedentis: quia datur 60 contra jus belli, quod per ſe territorio non includitur: ut alibi *b* a nobis dictum eſt. b *Lib.* III, *c.* IV. §. 8.

XXIII. Captivorum redemtio multum habet favoris, maxime apud Chriſtianos, quibus lex *c* divina hoc miſericordiæ genus peculiariter commendat. *Captivorum redemtio, magnum atque præclarum juſtitiæ munus eſt:* verba ſunt *d* Lactantii. Ambroſio captivos redimere, maxime ab hoſte barbaro, præcipua & ſumma liberalitas *e* vocatur. Idem *f* defendit ſuum & eccleſiæ c *Matt.* XXV, 36. 39. d *Lib.* VI. e *Lib.* II, *off. c.* 15. f *Ibid. c.* 28.

GROTII.

o *Non etiam ubi is qui conceſſit deſiit poſſe velle, quod per mortem contingit*] L. Lucius Titius. 32. *de donationibus*, ita ut eam emendat vir magnus *Antonius Faber*, *voluero* ponens pro *voluerit.* [Conject. Jur. Civ. Lib. II. c. 19.] Adde l. locatio. 4. ff. *locati*: Cardinalem *Tuſchum* pp. concluſion. 751. lit. p. *Reinking.* lib. II, claſſe II. c. 8. num. 30.

GRONOVII.

55 *Quorum cauſa magis eſt odioſa*] Qui minus ſunt favorabiles, adeo ut videatur conceſſurus non fuiſſe, qui conceſſit, ſi ſuo nomine petiiſſent.

56 *Morte concedentis*] Sic ut a novo Imperatore novus commeatus ſit petendus, ſi quis uti velit.

57 *Quamdiu voluero*] Quoties conceſſi aliquid alteri licitum fore tamdiu, quamdiu id ei concedere velim.

58 *Beneficium tale*] Poſtquam ſemel iterumque eo uſus eſt, qui accepit.

59 *Novus volendi*] Etſi nec verbis neque alio certo ſigno me adhuc velle oſtenderim.

60 *Contra jus belli*] Ut in aliquem non liceat, quod jure belli liceret; licet autem in hoſtes jure belli quidvis hoſtile etiam extra territorium.



Digitized by Google

ſiæ factum ; p quod vaſa eccleſiæ 61 etiam initiata confregerint, ut captivi redimerentur. 62 *Ornatus*, inquit, *ſacramentorum, redemtio captivorum eſt*, & multa alia in eandem ſententiam.

XXIV. 1. Quibus adducor, ut non audeam indiſtincte probare leges illas, quæ captivos redimi vetant, quales apud Romanos fuiſſe legimus : * *nulli civitati viliores captivi quam noſtræ*, ait in ſenatu Romano quidam. Eadem civitas Livio † dicitur minime in captivos jam inde antiquitus indulgens. Nota eſt in hanc rem Horatii *a* ode, ubi captivos redimere vocat 63 conditiones fœdas, & exemplum perniciem trahens : flagitio additum damnum. Sed quod *b* Ariſtoteles in Laconum inſtitutis reprehendit, idem in Romanorum culpari ſolet : nimis ſcilicet illa omnia directa ad res bellicas, quaſi in illis ſolis ſalus civitatis conſiſteret. Atqui ſi rem humanitatis modo æſtimamus, ſatius ſæpe eſſet jus, quod bello petitur, amitti, q quam plurimos homines, & quidem cognatos aut populares, relinqui in graviſſimis ærumnis.

* *Livius lib.* XXII. c. 59.
† *Ibid.*
a III. *Od.* 5.
b *Politic.* Lib. II.

2. Non videtur ergo lex talis juſta, 64 niſi appareat opus tali rigore, ut majora aut plura mala alioqui moraliter inevitabilia caveantur. Nam in tali neceſſitate, cum 65 ipſi captivi ex caritatis lege ſuam ſortem patienter ferre debeant, poteſt hoc eis injungi, & aliis, ne quid contra faciant, præcipi, ſecundum ea

GROTII.

p *Quod vaſa eccleſiæ etiam initiata confregerint, ut captivi redimerentur*] Imitatus hoc Ambroſii factum Auguſtinus, narrante *Poſſidio*, qui contra carnalem ſenſum quorundam id factum dicit. Imitatus eſt & in eadem Africa epiſcopus Deogratias, narrante *Victore Uticenſi* lib. 1. Vas, quod Remigii fuerat, datum ad redimendos a Nortmannis captivos narrat in Remigii vita *Hincmarus*. Simile factum archiepiſcopi Bremenſis Rimberti laudat *M. Adamus* Bremenſis eccleſiaſticæ hiſtoriæ cap. 32. Probat hoc ſynodus univerſalis ſexta, decreto relato in *cauſam* XII, *quæſtione* II. Quæ adjungenda his, quæ diximus ſupra hoc libro cap. V. §. 2.

q *Quam plurimos homines, & quidem cognatos aut populares, relinqui in graviſſimis ærumnis*] De Mauritii Imperatoris ob tale factum ſeria admodum pœnitentia vide *Zonaram*.

GRONOVII.

61 *Etiam initiata*] Quibus ad ſacrum uſum jam uſi fuiſſent ſacerdotes.

62 *Ornatus ſacramentorum*] Si ſupellex ſacra impendatur in redimendos captivos, honoratur & ornatur, non violatur.

63 *Conditiones fœdas*] Quod his milites redduntur ſegniores, & facilius armis abjectis in captivitatem conſentiant, certi ſe redemtum iri.

64 *Niſi appareat*] Nempe quia tanti taxantur, aut id pro eis petitur, quod non poteſt, niſi gravi reipublicæ detrimento concedi.

65 *Ipſi captivi ex caritatis lege*] Mithridates oppugnans Cyzicum 3000. captivorum in navibus ad urbem admovit, qui manus tendentes ad mœnia orabant, ut ſibi parcerent cives : donec Lyſiſtratus Cyzicenorum prætor e muro per præconem eos monuit φέρειν τὸ συμβαῖνον ἐγκρατῶς αἰχμαλώτους γεγονότας ut captivi & in alienam poteſtatem redacti fortiter fortunam ferrent. *Appian.* Bell. Mithr. p. 220. *Ed. H. Steph.*

66 *In*

Digitized by Google

ea quæ de cive ob bonum publicum dedendo ſcripſimus * alibi.

* Lib. II, c. XXV. §. 3.

XXV. Non ſunt quidem moribus noſtris ſervi, qui bello capiuntur: non dubitem tamen, quin jus exigendi pretium redemtionis a capto poſſit ab eo, qui captum tenet, 66 in alium transſcribi: nam & incorporalia alienari natura patitur.

XXVI. Et poteſt idem pluribus debere pretium, ſi ab uno dimiſſus, pretio nondum ſoluto, captus ſit ab alio: ſunt enim diverſa hæc debita ex diverſis cauſis

XXVII. Conventio de pretio facta reſcindi non poteſt, eo quod captus intelligatur locupletior quam credebatur: quia jure gentium externo, de quo quærimus, 67 nemo cogitur ſupplere quod in contractu minus æquo pretio promiſit, ſi dolus non interceſſit: ut intelligi poteſt ex his quæ de contractibus † ſupra a nobis explicata ſunt.

† L. II, c. 12. §. 26.

XXVIII. Ex eo, quod diximus captivos noſtros ſervos non eſſe, ſequitur ceſſare illam 68 acquiſitionem univerſalem, quam acceſſionem eſſe dominii in perſonam *a* diximus alibi. Non alia ergo captori acquirentur quam quæ ſpecialiter apprehenderit: quare ſi quid clam ſecum habet captivus, non erit acquiſitum, quia nec poſſeſſum. Sicut Paulus juriſconſultus *b* contra Brutum & Manilium reſpondit, qui fundum poſſeſſione cepit, theſaurum, quem in fundo eſſe neſciat, non cepiſſe: quia qui neſcit nequeat poſſidere. Cui conſequens eſt, ut res 69 eo modo celata ad redemtionis pretium ſolvendum prodeſſe poſſit, quaſi retento dominio.

a L. III, c. VII. §. 4.

b L. poſſideri. 3. §. Neratius. 3. D. de acqu. poſſ.

XXIX. 1. Quæri & hoc ſolet, an pretium conventum & ante mortem non ſolutum ab herede debeatur. Expedita mihi videtur reſponſio, ſi in carcere mortuus eſt, non deberi: promiſſo enim inerat conditio, ſi liberaretur; mortuus autem non liberatur. Contra, ſi mortuus eſt cum in libertate eſſet, deberi. Jam enim lucratus erat id, pro quo promiſſum erat pretium.

2. Plane fateor & aliter conveniri poſſe, ut ab ipſo contractus momento 70 pure debeatur pretium, & captivus tantum retineatur, non jam ut jure belli captus, ſed ut 71 a ſe oppignoratus: &

GRONOVII.

66 *In alium tranſcribi*] Donari, delegari creditori, quocumque modo alienari.

67 *Nemo cogitur ſupplere*] Non eſt dolus venditoris, ſi emtor non intelligens quid emat, obtulit plus juſto: ita nec captivi dolus eſt, ſi qui eum tenet, bonorum ejus ignarus, nec in tempore requirendi copia uſus, minoris, quam potuit, eum taxavit.

68 *Acquiſitionem univerſalem*] Etiam rerum incorporalium captivi.

69 *Eo modo celata*] Poſſit numerari in parte pretii, nec poſſit dicere, qui cepit, eam rem jam ſuam fuiſſe, ex quo dominum ceperit.

70 *Pure debeatur*] Sine conditione plenæ libertatis recuperatæ.

71 *A ſe oppignoratus*] Quaſi ſe ipſe pro pretio tantiſper pignori dederit, donec id repræſentaretur.

& contra pactum iniri poſſe, ut procedat pretii ſolutio, ſi die præſtituto, qui captus ſit, liber vivat. Sed hæc ut minus naturalia non præſumuntur acta, niſi manifeſtis documentis.

XXX. Proponitur & illud, an in carcerem redire debeat, qui demiſſus eſt ſub pacto, ut faceret dimitti alterum, qui [72] factum morte prævenerit. Diximus * alibi, factum tertii liberaliter promiſſum ſatis impleri, ſi [73] nihil omittitur ex parte promiſſoris; at in oneroſis obligari promiſſorem ad id, quod tantundem valet. Sic ergo in propoſita quæſtione non tenebitur quidem dimiſſus reddere ſe cuſtodiæ: neque enim id conventum fuit, neque tacite actum intelligi patitur favor libertatis, neque debebit lucrifacere libertatem, [r] ſed [74] ejus, quod præſtare non poteſt, æſtimationem præſtabit. Hoc enim naturali ſimplicitati congruentius, quam quæ [75] in actione † de præſcriptis verbis & de condictione ob cauſam dati cauſa non ſecuta Romani juris interpretes tradunt.

* *Lib.* II, *c.* XI. §. 22. *&* XV §. 16. *Hoc libro c.* XX. §. 58.

† *L. naturalis.* 5. §. 1. *de præſc. verb. l. ult. D. de cond. ob cauſ. dati.*

GROTII.

r *Sed ejus quod præſtare non poteſt æſtimationem præſtabit* ] Id non fecit Paulus Balionius ea lege dimiſſus ut Carvajalium reſtitueret libertati, qui Carvajalius, antequam liberaretur, mortuus fuit: quo nomine reprehendit Balionium *Mariana* libro XXX. Sed facti ſpeciem paullo aliter narrat *Paruta* libro II.

GRONOVII.

72 *Factum morte* ] Mortuus fuerit, antequam poſſet dimitti.

73 *Nihil omittitur* ] Promiſſor fecit, quod potuit, ut promiſſum præſtaret, quamvis fortuna interceſſerit.

74 *Ejus quod præſtare non poteſt* ] Ob alterius mortem aliquid dabit pro ſua redemtione.

75 *In actione de præſcriptis verbis* ] Damnari præciſe promiſſorem, in quantum intereſt mea, illud, de quo convenit, accipere: vel repeti, quod datum eſt quaſi ob rem datam, re non ſecuta.

# CAPUT XXII.

## De fide minorum poteſtatum in bello.

I. *Ducum genera.*
II. *Quatenus eorum pactio obliget ſummam poteſtatem:*
III. *Aut occaſionem obligationi det.*
IV. *Quid ſi factum quid contra mandatum? ubi diſtinctiones adhibentur.*
V. *An tali caſu pars altera obligetur.*
VI. *Quid belli duces aut magiſtratus poſſint circa inferiores ſe, aut pro iiſdem.*
VII. *Pacem facere ducum non eſſe:*
VIII. *An inducias dare, diſtinguitur.*
IX. *Quæ ſecuritas perſonarum, quæ res ab ipſis concedi poſſint.*
X. *Stricte interpretanda talia pacta, & quare?*

XI. Qu-

I. *Quomodo interpretanda deditio a duce accepta.*
II. *Quomodo cautio, ſi regi aut populo viſum fuerit.*
XIII. *Quomodo promiſſum de oppido tradendo.*

INter publicas conventiones (aa) Ulpianus * & hanc ſpeciem poſuit, *quoties inter ſe duces belli quadam paciſcuntur.* Nos ximus poſt fidem datam a ſummis poteſtatibus, agendum & de , quam dant minores inter ſe, aut aliis: ſive minores illi ſumis ſint proximi, quales ſunt 1 duces excellenter dicti, de quibus ud Livii † capiendum: *nec ducem novimus, niſi cujus auſpicio llum geritur:* ſive longius remoti, quos ſic diſtinguit *a* Cæſar: *ia ſunt legati partes, alia Imperatoris. Alter 2 agere ad præſcriptum, ter libere ad ſummam rerum conſulere debet.*

* L. conventionum. ſ. D. de pactis.
† Lib. IV. c. 20.
a Comm. III. c. 51. De Bell. Civ.

II. Eſt autem in horum promiſſis duplex inſpectio. nam aut oc quæritur, an ſummam poteſtatem obligent, aut an ſe ipſos. Prior quæſtio definienda eſt ex eo, quod alibi *b* diximus, obliari nos & per eum quem voluntatis noſtræ miniſtrum elegeriius, ſive 3 voluntas illa ſpecialiter expreſſa eſt, ſive 4 ex ipſa ræpoſitionis natura colligitur. Nam qui dat facultatem, dat uantum in ſe eſt quæ ad facultatem ſunt neceſſaria, quod in materia morali intelligendum eſt 5 morali modo. Duobus ergo molis poteſtates minores ſupremam ſuo facto obſtringunt, faciendo d quod probabiliter ipſorum officio contineri cenſetur, aut etiam extra illud ex ſpeciali præpoſitione nota publice, aut iis quorum res agitur.

b L. II. c. XI. § 12.

III. Sunt & alii modi, quibus poteſtas ſumma obligatur antecedente miniſtrorum facto, ſed non ita, ut id factum cauſa ſit proprie dicta, ſed ut occaſio ſit obligationis: idque dupliciter, vel per conſenſum, vel per rem ipſam. Conſenſus apparet ratihabitione, non tantum expreſſa, ſed & tacita, id eſt, ubi ſcivit ſumma poteſtas quod actum erat, & fieri paſſa eſt, 6 quæ ad aliam cauſam referri probabiliter non poſſunt. quod ipſum quomodo

GROTII.

a PRior quæſtio definienda eſt ex eo, quod alibi diximus] Vide Camdenum in anno CIↃ IↃ XCIV. in pronuntiato Comitiis Mirandæ in cauſa Haukinſi.

GRONOVII.

1 Duces excellenter] Integris exercitibus præfecti, aut quibus ſumma belli commiſſa eſt.

2 Agere ad præſcriptum] Ille inter mandati terminos ſe continet, hic neminis arbitrium ſpectans, quod in univerſum ſalutare & conſultiſſimum judicat, agit ac exſequitur.

3 Voluntas illa ſpecialiter] Libello ad ſingulare negotium commiſſum aptato conſignata.

4 Ex ipſa præpoſitionis natura] Mandato procurationis aut præfecturæ jure, ordine, neceſſitate.

5 Morali modo] Ut ea facultas commode poteſt explicari.

6 Quæ ad aliam cauſam] Quæ ſatis videbat huc evaſura, ut ipſius perſona obſtringeretur.

(aa) Vide celeberrimi & ſummi JCti Clar. NOODT eximium Librum *De Pactis & Tranſactionibus*, Cap. 7. *J. B.*



Digitized by Google

* L. 11, [illegible] modo procedat, alibi * tractavimus. Per rem hactenus obligantur, ne locupletiores fiant aliena jactura, id eſt, ut aut 7 contractum præſtent ex quo commodum volunt conſequi, aut de commodo diſcedant. de qua æquitate itidem a nobis alibi † dictum eſt. Et hactenus nec ultra recipi poteſt, quod dicitur 8 valere, ſi quid utiliter geſtum eſt. Contra vero ab injuſtitia excuſari non poſſunt, qui, cum pacta improbent, tamen retinent quod ſine pactis non haberent: ut cum ſenatus Romanus, narrante *a* Valerio, 9 factum Cn. Domitii neque probare potuit, neque reſcindere voluit: qualia multa in hiſtoriis occurrunt.

a Lib. ix. [illegible]

IV. 1. Illud quoque ex ſupra *b* a nobis dictis repetendum eſt, obligari eum qui præpoſuit, etiam ſi præpoſitus fecit 10 contra mandata arcana, intra limites tamen publicæ functionis. Hanc æquitatem recte ſecutus eſt prætor Romanus in inſtitoria actione. neque enim omne, quod cum inſtitore geritur, obligat eum, qui præpoſuit, ſed ita, *c* ſi ejus rei gratia cui præpoſitus fuerit contractum eſt. de quo autem 11 palam proſcriptum fuit, ne cum eo contrahatur, is præpoſiti loco non habebitur: quod ſi proſcriptum quidem ſit, ſed 12 non pateat, tenetur qui præpoſuit. conditio quoque præpoſitionis ſervanda eſt: nam ſi quis ſub certa lege vel 13 interventu cujuſdam perſonæ contrahi voluit, æquiſſimum erit id ſervari, in quo præpoſitus eſt.

[illegible] tum. 4. cod. tit.

2. Cui conſequens eſt, ut alii reges aut populi magis, alii minus ex ducum ſuorum contractibus teneri poſſint, ſi ſatis notæ ſint ipſorum leges atque inſtituta. De his ſi non conſtat, ſequendum eſt quod conjectura dictat, ut conceſſum intelligatur id, ſine quo ſatis commode, quæ officii ſunt, expediri non poſſunt.

3. Mandati fines ſi exceſſerit minor poteſtas, tenebitur ipſa, ſi quid promiſit præſtare non poteſt, ad æſtimationem: niſi lex aliqua ſatis cognita id quoque impediat. Quod ſi dolus acceſſerit, id eſt, ſi 14 præ ſe tulerit jus majus quam habebat, jam tenebitur

### GRONOVII.

7 *Contractum præſtent*] Ut aut obnoxios ſe reddant vinculo, quod ſubeundum eſt una cum utilitate ex eo proveniente, aut etiam ipſi utilitati renuntient, ſi grave ducunt id vinculum ſubire.

8 *Valere, ſi quid utiliter*] Ex præſumtione non facile irritum facturum aliquem, quod licet inſcio ſe geſtum ſit, tamen fructus ad eum redundat, utcumque cum onere aliquo.

9 *Factum Cn. Domitii*] Regem Arvernorum Bituitum, qui fide publica in caſtra Romana venerat, retinentis.

10 *Contra mandata arcana*] Diverſa ſcilicet iis, quæ palam in ſpeciem data ſunt.

11 *Palam proſcriptum*] Literis in loco publico affixo denuntiatum.

12 *Non pateat*] Literis forte obſcuratis pluvia caſuve alio, aut ablatis & refixis.

13 *Interventu*] Non niſi adhibita perſona nominata.

14 *Præ ſe tulerit jus majus*] Sibi finxerit plus eſſe commiſſum & permiſſum quam erat.

*b De*

Digitized by Google

tur & de damno culpa dato, imo & ex crimine ad pœnam 15 crimini reſpondentem. 16 Ex priore cauſa bona obligantur, & ſi ea deficiant operæ, aut libertas corporis: ex poſteriore quoque perſona, aut bona, aut utrumque, pro delicti quantitate. Quod autem de dolo diximus procedet etiam, ſi quis 17 teſtationem interpoſuerit ſemetipſum obligari nolle, quia & damni dati & pœnæ juſtæ debitum cum delicto non voluntario ſed naturali nexu cohærent.

V. Quia vero ſemper aut ſumma poteſtas obligatur, aut miniſter ejus, ideo & certum eſt partem alteram obligari, nec dici poſſe 18 claudicare contractum. Egimus de comparatione eorum, qui medii ſunt, ad ſuperiores.

VI. Videamus & quid in inferiores poſſint. Nec puto dubitandum, quin dux milites, magiſtratus 19 oppidanos obligent intra eos actus 20 qui ſolent ab ipſis imperari: alioqui conſenſu opus eſſet. Contra, ducis aut magiſtratus pactum 21 inferioribus proderit in mere utilibus omnino: id enim in poteſtate comprehenſum ſatis eſt: in his quæ onus annexum habent, intra ea quæ imperari ſolent, omnino; extra ea, ita 22 ſi acceptaverint. quæ congruunt his quæ de ſtipulatione pro tertio ex naturali jure * alibi diſſeruimus. Generalia hæc illuſtriora facient ſubjectæ ſpecies.

*Alc. l.* VIII, *conſ.* 40.

* *L.* II, *c.* XI. §. XIV.

VII. b De belli cauſis & conſequentibus tranſigere 23 ad belli ducem non pertinet, neque enim belli gerendi pars eſt bellum finire: imo etſi cum maxima poteſtate præpoſitus fuerit, ea 24 de belli ductu erit intelligenda. Ageſilai reſponſum ad Perſas fuit † *εἰρήνης τὴν πόλιν εἶναι κύριον· de pace conſtituendi jus eſſe civitati. Quam pacem A. Albinus cum Jugurtha rege Senatus injuſſu fecerat, Senatus reſcidit*, (bb) inquit a Salluſtius. Et apud Livium b eſt: *qui*

† *Plutarch. in Ageſ.* p. 601. B.

a *Bell. Jugurth.*

b *L.* XXXVII. c. 19.

GROTII.

b *De belli cauſis & conſequentibus tranſigere ad belli ducem non pertinet*] Beliſarius Gotthis: *ὐ γὰρ ἐςμὲν κύριοι τὰ βασιλέως πράγματα διοικῆσαι· neque enim nos jus habemus ordinandi res Imperatoris.* [Apud PROCOPIUM, Gotthic. Lib. II. c. 6.]

GRONOVII.

15 *Crimini reſpondentem*] Majorem minoremve pro ratione criminis.

16 *Ex priore*] Damni culpa dati.

17 *Teſtationem interpoſuerit*] Inſtrumentum teſtibus ſubſignatum fieri curaverit.

18 *Claudicare contractum*] Quaſi non paribus pedibus ingedere, non utrimque æqualiter ire.

19 *Oppidanos*] Si quid illi pro his promiſerunt.

20 *Qui ſolent*] Quod dux militibus, magiſtratus oppidanis mandandi jus habet.

21 *Inferioribus*] Si horum in favorem pactum fuerit.

22 *Si acceptaverint*] Non omnino, ſed in his, quæ rata habuerint milites vel oppidani.

23 *Ad belli ducem*] A republica vel principe delegatum.

24 *De belli ductu*] De negotiis ad bellum adminiſtrandum & gerendum pertinentibus: non etiam de pacificatione.

(bb) Non ſunt hæc ipſa verba SALLUS-

*qui rata iſta pax erit, quam non ex auctoritate ſenatus, non juſſu populi Romani peregerimus?* Sic Caudina, ſic Numantina ſponſio
* Lib. II. c. 15. §. 16, 17. populum Romanum, ut alibi * expoſuimus, non obligavit. Et eatenus verum eſt illud 25 Poſthumii, *ſi quid eſt in quo obligari populus poteſt, in omnia poteſt*, nempe eorum quæ ad ductum belli non pertinent: quod oſtendunt antecedentia, de deditione, de ſponſione relinquendæ aut incendendæ urbis, de ſtatu mutando.

VIII. c Inducias dare ducum eſt, nec ſummorum tantum, ſed & minorum, iis nempe, quos oppugnant aut obſeſſos tenent, & ſe ſuaſque copias quod attinet. Nam alios duces pares non
† Lib. xxiv. c. 19. obligant, quod Fabii & Marcelli hiſtoria apud † Livium declarat.

IX. 1. Homines, imperia, agros, bello quæſita concedere
a Juſt. l. xl. c. 2. itidem ducum non eſt. 26 Hoc jure Syria *a* Tigrani adempta,
b Liv. l. xxx. c. 14. quamquam Lucullus dederat. De Sophonisba, *b* quæ bello capta erat, ait Scipio, Senatus populique Romani judicium atque arbitrium eſſe; ideo a Maſaniſſa, quo duce capta erat, libertatem
c Caſt. de juſt. & jure l. 1. ei dari non potuiſſe. *c* In res alias, quæ in præda ſunt, jus aliquod concedi imperantibus videmus, non tam ex vi poteſtatis,
d Lib. III, c. VI. §. 15. quam cujuſque populi moribus. qua de re ſatis ſuperius a nobis *d* dictum eſt.

2. At 27 nondum quæſita condonare omnino in ducum eſt poteſtate: quia oppida pleraque & homines ſæpe in bello dedunt ſe ſub conditionibus vitæ ſalvæ, aut & libertatis, aut & bonorum, de quibus ſummæ poteſtatis arbitrium 28 exquiri res plerumque non patitur. Pari ratione jus hoc & ducibus non ſummis dandum eſt 29 intra ea, quæ ipſis agenda commiſſa ſunt. Maharbal Romanis quibuſdam, qui ex prælio ad Thraſymenum evaſerant, ſa-

LUSTII, apud quem ita legitur: *Senatus ita, uti par fuerat, decernit, ſuo atque Populi injuſſu, nullum potuiſſe fœdus fieri.* Bell. Jug. Cap. 43. Ed. Waſſ. *J. B.*

GROTII.

c *Inducias dare ducum eſt*] Vide *Parutam* lib. v.

GRONOVII.

25 *Poſthumii*] Pronuntiatum in Caudina cauſa. *Liv.* 9, 9.

26 *Hoc jure Syria*] Atqui non tam jure id factum, quam inſolentia Pompeji, qui pro libidine, quæ potuit, acta Luculli reſcidit. Ideo & ipſius acta noluit confirmare ſenatus, neque id efficere potuit, niſi poſtquam, nefaria cum Cæſare & Craſſo conſpiratione inita, & ſe & rempublicam perdidit. Alioqui non magis licuiſſet Pompejo adimere, quam Lucullo dare: fuerant enim pari jure; ſed Pompejus ſucceſſor & æmulus Luculli. Licuiſſe autem utrumque ita, ſi ratum haberet ſenatus, ex hiſtoria notum. Cur autem Tigrani? immo Antiocho Aſiatico, Pii filio, Cyziceni nepoti.

27 *Nondum quæſita*] Quæ tantummodo in ſpe ſunt acquirendi, pacto relinquere poſſeſſoribus, ſi alia imperata facere velint.

28 *Exquiri res*] Brevitas occaſionis.

29 *Intra ea*] In iis dumtaxat cauſis, quæ illis delegantur.

d In

Digitized by Google

ſatis longe abſente Annibale, fidem dederat non tantum vitæ, τῆς σωτηρίας, ut nimium conciſe narrat Polybius*, ſed, ſi arma tradidiſſent, abire cum ſingulis veſtimentis paſſurum: retinet eos Annibal hoc cauſatus, † ὅτι Μαάρβας οὐκ εἴη κύριος ἄνευ τῆς αὐτοῦ γνώμης, διδοὺς τὴν ἀσφάλειαν τοῖς ὑποσπόνδοις· d *in poteſtate Maharbalis non fuiſſe, ſe inconſulto fidem dare ſe dedentibus, qua ipſos illaſos aut indemnes præſtaret.* Judicium de hoc facto a Livii ſequitur. 30 *Punica religione ſervata fides ab Annibale eſt.*

* *Lib.* III. c. 84.
† *Ibid.* c. 85.
a *Lib.* XXII. c. 6.

3. Quare & M. Tullium in Rabirii cauſa 31 ut oratorem audire debemus, non ut judicem. Vult a Rabirio Saturnium jure cæſum, quem conſul C. Marius data fide ex capitolio abduxerat. *Fides,* b ait, *qui potuit ſine ſenatus conſulto dari?* & ita rem agit quaſi Marium ſolum fides iſta obſtringeret. Atqui C. Marius ex ſenatusconſulto poteſtatem acceperat operam dandi, ut imperium populi Romani majeſtaſque conſervaretur. e In ea poteſtate, quæ Romanis moribus erat maxima, quis neget comprehenſum jus dandæ impunitatis, ſi eo modo omne periculum a republica arceretur?

b *Orat. pro C. Rabir.* c. 10.

X. Cæterum in his ducum pactis, quia de re agunt aliena, quatenus contractus natura patitur, 32 adſtringenda interpretatio, nempe ne aut ex ipſorum facto ſumma poteſtas plus quam vellet obligetur, aut ipſi damnum ſubeant officium faciendo.

XI. Ita qui in deditionem puram a duce accipitur, eo jure acceptus cenſetur, ut de eo victoris populi aut regis arbitrium ſit, cujus exemplum eſt in Gentio Illyrii, & Perſeo Macedoniæ rege, qui ſe, ille c Anicio, hic d Paulo dediderunt.

c *Appian. Bell. Illyr.* pag. 761.
d *Livius,* XLV. 6.

XII. Sic adjecta cautio, 33 *ita ratum ſit, ſi populus Romanus cenſuiſſet,* quam ſæpe in ſponſionibus invenias, efficiet, ut, ratihabitione non ſecuta, dux in nihil ipſe teneatur, niſi ſi qua locupletior factus ſit.

XIII. Et, qui oppidum tradere promiſerunt, poſſunt præſidium dimittere, ut feciſſe e Locrenſes legimus.

e *Liv. lib.* XXIV. c. 1.

GROTII.

d *In poteſtate Maharbalis non fuiſſe, ſe inconſulto fidem dare ſe dedentibus*] Non magis probabile erat in re ſimili effugium, quo uſus Bajazetes adverſus Servios Cratovianos, narrante *Leunclavio* lib. VI.

e *In ea poteſtate, quæ Romanis moribus erat maxima*] Vide *Salluſtium* in bello Catilinario. (Cap. 30. Ed. Waſſ.) Tullianæ huic cavillationi non diſpar illa Conſalvi in ducem Valentinum *Guicciardini* libro VI.

GRONOVII.

30 *Punica religione ſervari*] Id eſt, non ſervata: ſemper enim male audierunt Pœni ob perfidiam.

31 *Ut oratorem, non ut judicem*] Vide ad illa prolegom. *ſecta, argumento, cauſa ſervire.* num. 40.

32 *Adſtringenda*] Strictior & anguſtior ſumenda.

33 *Ita ratum ſit*] *Liv.* 37, 45. *Pro impenſis in bellum factis* 15000. *talentûm Euboicorum dabitis: quingenta præſentia, duo millia quingenta, quum ſenatus populuſque Romanus pacem comprobaverit: millia deinde talenta per duodecim annos.* Hæc quingenta, ſi ſenatus pacem non comprobaſſet, reſtitui vult auctor. *Liv.* 33, 15.



Digitized by Google

# CAPUT XXIII.

## De fide privata in bello.

I. *Refellitur ſententia ſtatuens, privatos, fide hoſti data non obſtringi.*
II. *Oſtenditur obſtringi eos etiam piratæ & latroni: & quatenus:*
III. *Minor hic non excipitur.*
IV. *Error an liberet.*
V. *Solvitur objectio ſumta ex publica utilitate.*
VI. *Aptantur ante dicta ad fidem datam reditus in carcerem:*
VII. *In certum locum non redeundi: non militandi:*
VIII. *Non fugiendi.*
IX. *Captum alii ſe dare non poſſe.*
X. *An privati cogendi ſint a ſuis poteſtatibus implere quod promiſerant.*
XI. *Qualis interpretatio in hujuſmodi pactis adhibenda.*
XII. *Quomodo ſumendæ voces* vitæ, veſtium, adventus, auxilii.
XIII. *Rediiſſe ad hoſtem quis dicendus:*
XIV. *Juſta auxilia quæ, in deditione, ſub conditione facta.*
XV. *Quæ ad executionem pertinent, conditionem non facere.*
XVI. *De talium pactorum obſidibus.*

* De Off. I. 13.

† Bart. in l. conventionum. D. de pactis. Zaſi. in apol. contra Eckium.

a Hoc libro c. XIX. §. 2.

I. CIceronis eſt illud * ſatis tritum: *etiamſi quid* 1 *ſinguli temporibus adducti hoſti promiſerint, eſt in eo ipſo fides conſervanda:* ſinguli, milites puta aut pagani: nihil enim ad fidem refert. Mirum eſt inventos eſſe juris magiſtros †, qui docerent, pacta publice cum hoſtibus inita fidem adſtringere; at quæ 2 a privatis fierent, non item. Nam, cum privati jura privata habeant quæ obligare poſſunt, & hoſtes a capaces ſint acquirendi juris, quid eſſe poteſt quod obligationem impediat? adde quod niſi id ſtatuatur, 3 datur cædibus occaſio, libertati impedimentum: nam & illæ caveri ſæpe, & hæc obtineri a captivis, fide privatorum ſublata, non poterit.

b Supra l. II, c. XI. §. 7. & lib. III, c. XIX. §. 5.

II. Imo non hoſti tantum illi, quem jus gentium agnoſcit, ſed & latroni & piratæ data privatim fides obligat, perinde ut de fide publica ſupra b diximus. Id intereſt, quod ſi metus injuſtus ab altero incuſſus impulerit ad promittendum, is qui promiſit pe-

GRONOVII.

1 *Singuli temporibus adducti*] Quæ ſcilicet non promitterent, niſi dura & infelicia tempora experirentur.

2 *A privatis*] Videntur illi privatos conſideraſſe tanquam pupillos & ſervos, qui ſine auctoritate tutorum & dominorum obligare ſe nequeunt.

3 *Datur cædibus*] Minus enim parcent pollicentibus ſe redemtum iri, & ſi cui pepercerint, eum, quod nunc ſæpe fit, fide data nunquam dimittent ad pretium redemtionis comparandum, ſi certum erit, eum iſta fide non obligari.

4 Sibi

ꞏetere reſtitutionem, aut, ſi alter nolit, 4 ſibi eam præſtare poꞏeſt. Quod 5 in metu procedente ex bello publico juris gentium ꞏocum non habet. Quod ſi & jusjurandum acceſſerit, jam omniꞏo quod promiſſum eſt præſtandum erit ab eo qui promiſit, ſi ꞏerjurii crimen effugere volet. Sed tale perjurium ſi in hoſtem ꞏublicum commiſſum ſit, puniri ab hominibus ſolet: ſi in latroꞏes aut piratas, 6 diſſimulari odio eorum, quorum commodum ꞏgitur. *Oldr. conſ. 7. Covar. de matrim. p. II, c. 3. §. 4. n. 21.*

III. In hac quoque privata fide 7 minorem non excipiemus, ꞏui 8 ejus ſtatus eſt, ut actum intelligat. Nam quæ minoribus ꞏonſulunt beneficia, ex jure ſunt civili. Nos de jure gentium ꞏuærimus.

IV. Et de errore alibi diximus, ita jus dare a contractu receꞏlendi, ſi id, quod per errorem creditum fuit, 9 in mente agentis ꞏvim habuerit conditionis. *Lib. II; c. XI. §. 6.*

V. 1. At, quo uſque ſe extendat privatorum in paciſcendo poteſtas, difficilior inſpectio eſt. Quod publicum eſt, a privato alienari non poſſe ſatis conſtat: nam ſi ne ducibus quidem belli id permiſſum eſt, ut modo probavimus, multo minus privatis. Sed de ipſorum actionibus ac rebus quæri poteſt, quia videntur hæc quoque concedi hoſtibus non poſſe ſine aliquo damno partis: unde videri poſſunt talia pacta 10 illicita cum civibus ob jus ſupereminens civitatis, tum conductis militibus ob fidem ſacramento datam. *c. XXII. §. 7*

2. Sed ſciendum eſt, ea pacta, quæ 11 malum majus aut certius evitant, magis utilia quam damnoſa etiam publico cenſeri debere, quia minus malum induit rationem boni: χρὴ τῶν κακῶν ἐπιλέγεσθαι τὰ μετριώτερα, ut ait quidam apud * Appianum. Neque vero 12 fides ſola, qua quis poteſtatem ipſam ſui & ſuarum re- ** Punic. pag. 55. Ed. H. Steph.*

GRONOVII.

4 *Sibi eam præſtare*] Proteſtando & nihil ſolvendo.

5 *Quod in metu procedente ex bello*] Neque metus ille injuſtus.

6 *Diſſimulari*] Impunitum transmitti, non quaſi non ſit perjurium, ſed quia iſtis hominibus jus non redditur, quippe habeantur pro ſervis pæne, atque adeo pro nullis.

7 *Minorem*] XXV. annis.

8 *Ejus ſtatus eſt*] Eam vim naturæ ingeniique habeat.

9 *In mente agentis*] Ita præſumtum ſit, ut fuerit præcipua cauſa contractus: qua deficiente, etiam quod actum eſt, irritum fore tacite conſenſum putatur.

10 *Illicita cum civibus ob jus*] Tanquam qui non habuerint poteſtatem earum actionum & rerum, ob jus, quod in eos habet princeps vel civitas.

11 *Malum majus*] Scilicet captus civis vel miles aut in perpetuum omittendus eſt, aut quandam actionem vel rem ſuam debet obligare ac ſubtrahere civitati vel principi. Satis conſulit juri eminenti civitatis vel principis ſe conſervando. Alterum perinde accipiendum eſt, ac ſi morbo vel calamitate amiſſum eſſet.

12 *Fides ſola*] Promiſſio, qua quis non alterius ſe ditioni ſubjicit, & manet rerum ſuarum dominus, etſi ad aliquid dandum faciendumve ſe obligaverit.

a De-

Digitized by Google

rerum non abdicat, neque utilitas publica ſine legis auctoritate id efficere poſſunt, ut quod factum eſt, etiamſi contra officium factum eſſe detur, irritum ſit & effectu juris omni careat.

3. Lex quidem poſſet adimere ſubditis aut perpetuis, aut temporariis hanc poteſtatem: ſed neque lex hoc ſemper facit, 13 parcit enim civibus: neque ſemper facere poteſt: nam leges humanæ, ut alibi * diximus, vim obligandi tum demum habent, ſi latæ ſint 14 ad humanum modum, non ſi onus injungant, quod a ratione & natura plane abhorreat. Et ideo leges & præcepta ſpecialia, quæ tale quid aperte præ ſe ferunt, pro legibus haberi non debent; generales autem leges interpretatione benigna ita accipiendæ ſunt, ut caſus ſummæ neceſſitatis excludant.

* Lib. I. c. IV. §. 7. n. 2. 3. Lib. II, cap. XIV. §. 12. n. 2.

4. Quod ſi actus, qui lege aut præcepto interdictus erat, & valere vetitus, interdici æquo jure potuit, jam irritus erit actus privati, ſed puniri tamen idem poterit, ideo quod promiſit id, quod ſui juris non erat, maxime ſi juratus id fecerit.

VI. Promiſſio captivi de 15 redeundo in carcerem, merito toleratur: 16 neque enim deteriorem reddit captivi conditionem. Non ergo, ut quidam exiſtimant, glorioſe tantum fecit M. Atilius Regulus, ſed & quod debebat: *Regulus*, inquit † Cicero, *non debuit conditiones pactioneſque bellicas & hoſtiles perturbare perjurio.* Nec obſtat illud: *a*

† Off. III. c. 29.

a Horat. III. Od. v. 49.

*Atqui ſciebat, quæ ſibi barbarus*
*Tortor pararet.*

Nam & hoc fieri poſſe jam ſcierat, cum promitteret. Sic & de decem captivis, ut quidem ex antiquis ſcriptoribus rem narrat *b* Gellius, *octo poſtliminium juſtum non eſſe ſibi reſponderunt, quoniam a dejurio vincti forent.*

b Lib. VII. c. 18.

VII. 1. Solent & promittere quidam 17 ne in certum locum redeant, ne adverſus eum, qui ipſos in poteſtate habet, militent. Prioris exemplum apud *c* Thucydidem, ubi ſic Ithomenſes promittunt Lacedæmoniis, exituros ſe Peloponneſo, nec unquam redituros. Poſterius nunc frequens eſt. Vetus exemplum eſt apud Polybium, *d* ubi dimittuntur ab Amilcare Numidæ ſub lege, *μο-*

c Lib. I. c. 103.

d Lib. I. c. 78.

*δίνα*

GROTII.

a *Dejurio vincti*] Id eſt, capitis minores, ut *Horatius* de Regulo loquitur. (Dict. III. *Od.* v.)

GRONOVII.

13 *Parit enim civibus*] Non vult eos potius perire, quam quidquam ſui hoſtibus, cum in eorum poteſtatem venerint, pacto obligare.

14 *Ad humanum modum*] Non plus exigant, quam poteſt ab humana imbecillitate præſtari.

15 *Redeundo in carcerem*] Si ſcilicet aliquid, quod ſuſcepit, cum dimitteretur, non effecerit.

16 *Neque enim deteriorem*] Quippe qui, ſi efficiat, liberetur: ſin, eodem ſit loco, quo antea.

17 *Ne in certum locum*] Ubi præſentia illorum vehementer aut utilis illi parti, de qua captivi ſunt, aut damnoſa illi, quæ ceperat & dimittit.

b Pro

Digitized by Google

δύνα φέρειν ὅπλον πολέμιον κατ' αὐτῶν· *ne adverſus Carthaginienſes eorum quiſquam arma hoſtilia ferret.* Simile pactum habet in * Gothicis b Procopius. * *Goth.* III. c. 36.

2. Hoc pactum quidam irritum pronuntiant, quia ſit contra officium, quod patriæ debeatur. At non, quicquid contra officium eſt, ſtatim & irritum eſt. ut & alibi & ſupra diximus. Deinde vero ne contra officium quidem, libertatem ſibi parere id promittendo, quod jam eſt in hoſtis manu. Nihilo enim deterior fit patriæ cauſa, cui is qui captus eſt, ni liberetur, jam periiſſe cenſendus eſt.

VIII. Promittunt & nonnulli 18 non fugere. tenet hoc eos, etiamſi 19 vincti promiſerint, contra quam quidam ſentiunt. Nam & ſic ſolet aut vita ſervari, aut mitior obtineri cuſtodia. Si vero vinctus ſit poſtea, ita demum 20 liber erit, ſi ideo promiſerit, ne vinciretur.

IX. Satis inepte quæritur, an, qui captus eſt, 21 alii dedere ſe poſſit. Nimis enim certum eſt, neminem ſua pactione jus alteri quæſitum adimere poſſe. Eſt autem captori jus quæſitum, aut ipſo belli jure, aut partim belli jure, partim 22 conceſſu ejus qui bellum gerit, ſecundum ea quæ ſupra † expoſuimus. † *Lib.* III. c. VI. §. 23. *& ſeq.*

X. Circa effectus pactorum egregia quæſtio eſt, an privati, ſi in fide præſtanda negligentes ſint, a ſuis poteſtatibus cogendi ſint eam implere. Et cogendos verius eſt in bello duntaxat ſolenni, ob jus gentium, quo bellum gerentes obſtringuntur alter alteri jus reddere, etiam de factis privatorum, ut puta ſi a privatis violati eſſent hoſtium legati. Sic Cornelius Nepos, recitante a Gellio, ſcripſerat, multis c in ſenatu placuiſſe, ut ii de 23 decem captivis, qui redire nollent, datis cuſtodibus ad Hannibalem deducerentur. a *Noct. Att.* VII. 18.

XI. De interpretatione tenendæ regulæ jam b aliquoties memoratæ, ut a proprietate verborum non recedatur, niſi abſurdi vitandi cauſa, aut ex alia ſatis certa mentis conjectura: ut in b *Lib.* II. c. XVI. §. 2. *Hoc. lib.* c. XX. §. 26.

GROTII.

b *Procopius*] Gotth. II. de Herulis. (*Cap.* 14.)

c *In ſenatu placuiſſe*] Idem jam ante ſenatus redire eos coëgerat, quos Pyrrhus ſub conditione dimiſerat. *Appianus* exc. legat. num. 6,

GRONOVII.

18 *Non fugere*] Si habeantur in liberiori cuſtodia.

19 *Vincti*] Quum in arctiſſima cuſtodia haberentur.

20 *Liber erit, ſi ideo promiſerit*] Quia promiſſionem non videtur accepiſſe, qui eum tenet. 2, 11. 4.

21 *Alii ſe dedere*] Vel dum trahitur ab homine ignoto aut infeſto videns alium notum, præſertim honoratioris militiæ, vel etiam literis e cuſtodia datis.

22 *Conceſſu ejus*] Hujus enim primario ſunt, quæ capiuntur.

23 *Decem captivis*] Quos Hannibal dimiſerat, ut tentarent, numquid ſenatus Romanus redimeret captivos, fide data, ſi non impetrarent, in caſtra redituros.

d Ja-

Digitized by Google

in dubio magis interpretemur verba contra eum, qui legem dedit.

XII. Vitam pactus non etiam ad libertatem jus habet. Veſtium nomine arma non veniunt: ſunt enim hæc diverſa. 24 Veniſſe auxilium recte dicitur ſi ſit in conſpectu, etiamſi nihil agat: nam ipſa præſentia ſuam vim habet.

XIII, At 25 rediiſſe ad hoſtem non dicetur qui clam rediit ut ſtatim exiret: rediiſſe enim ita intelligendi debet, ut in poteſtate hoſtium iterum ſit. Contraria interpretatio veteratoria * Ciceroni, ſtulte callida, quæ fraudem in ſe & perjurium habeat. Eadem † Gellio fraudulenta calliditas, a Cenſore ignominiis notata; qui eam adhibuerant, inteſtabiles & inviſi.

* De off. III. c. 32.
† Lib. VII. c. 18.

XIV. d Juſta auxilia in pactis deditionis non faciendæ, ſi ea advenerint, intelligi debent talia quæ periculum ceſſare faciant.

XV. Notandum & hoc, ſi quid 26 de executionis modo convenit, id conditionem non injicere pacto, ut ſi dictum certo loco ſolvi, qui locus poſtea dominum mutaverit.

XVI. De obſidibus tenendum quod ſupra diximus, plerumque eos acceſſionem eſſe 27 principalis actus: ſed tamen convenire etiam poſſe ut disjunctiva ſit obligatio, nimirum ut aut fiat aliquid, aut obſides retineantur Sed in dubio tenendum eſt illud, quod maxime eſt naturale, id eſt, ut acceſſio tantum credantur.

Hoc libro c. 20. §. 58.

### GROTII.

d *Juſta auxilia in pactis deditionis*] Sunt ejus pacti exempla quatuor in III. Gotthicorum *Procopii.* (Capp. 7. 12. 30. 37.) Aliud de Luca apud Agathiam lib. I. c. 7. De Caſtello Corſicæ apud *Bizarum* hiſtoriæ Genuenſis X. alia libro XVIII. & in bello in Mauros. Habet tale & *Cromerus* lib. XI.

### GRONOVII.

24 *Veniſſe auxilium*] Si quis promiſerit deditionem, niſi certum intra tempus adventarint auxilia, & illud tempus finiatur, dum auxiliarii e longinquo proſpiciuntur, illique nec dum aut applicuerint ſe nobis aut aggrediantur hoſtem, ſine perfidia deditionem recuſabit.

25 *Rediiſſe ad hoſtem*] Si quis promiſit ſe rediturum ad hoſtem, niſi cuja cauſa dimittitur, id effectum reddiderit, non ſatisfecit fidei, ſi ſic rediit, ut nemo intelligeret rediiſſe, quo fallens hoſtem paullo poſt evaderet.

26 *De executionis modo*] Iſque modus propter incidentem cauſam non queat ſervari, non ideo rem ipſam eſſe irritam.

27 *Principalis actus*] Ejus quod maximum & præcipuum promiſſum eſt, adeoque hoc præſtito illos debere dimitti.

CA-

# CAPUT XXIV.

## De fide tacita.

I. *Tacite quomodo fides interponatur.*
II. *Exemplum in eo qui in tutelam recipi a populo aut rege expetit:*
III. *Qui colloquium poſtulat aut admittit:*
IV. *Huic tamen, dum collocutori non noceat, integrum eſſe res ſuas promovere.*
V. *De mutis ſignis ex conſuetudine aliquid ſignificantibus.*
VI. *De tacita approbatione ſponſionis.*
VII. *Pœna quando tacite remiſſa.*

I. Silentio 1 quædam conveniri non male a Javoleno * dictum eſt, quod & in publicis, & in privatis, & in mixtis conventionibus uſu venit. Cauſa hæc eſt, quod conſenſus, qualitercunque indicatus & acceptatus, vim habet juris transferendi. Signa autem conſenſus ſunt & alia præter voces & literas, ut non † ſemel jam indicavimus. 2 Quædam natura inſunt actui.

II. Exemplum ſit in eo qui aut ab hoſtibus, aut ab externis veniens in alterius populi, aut regis fidem ſe dat. nam hic quin tacite ſe obliget, 3 ne quid faciat adverſus eum ſtatum in quo præſidium petit, dubitari non debet. Quare ſequendi non ſunt qui 4 Zopyri factum a reprehenſione remotum ajunt: neque enim fides ejus in regem, perfidiam in eos ad quos confugerat excuſat. Idem de Sexto Tarquinii filio, *a* qui ad Gabios ſe contulerat, dictum eſto. De Sinone *b* Virgilius:

*Accipe nunc Danaûm inſidias, & crimine ab uno*
*Diſce omnes.*

III. Sic & qui colloquium aut poſtulat, aut admittit, a tacite pollicetur, collocutoribus id innoxium fore. Hoſtibus per colloquii ſpeciem violandis jus gentium violari pronuntiat *c* Livius: addit, 5 colloquium perfide violatum. nam *per fidem* mendoſe eo lo-

* *L. ea lege. 51. D. locati.*
† *Lib. II, c. IV. §. 4. 5. L. III, c. I. §. 8.*
a *Liv. lib. I. c. 53.*
b *Æneid. II. vers. 65.*
c *Libro XXXVIII. c. 25.*

GROTII.

a *Tacite pollicetur collocutoribus id innoxium fore*] Merito *Agathias* Ragnarim Hunnum culpat, quod abeuntem a colloquio Narſetem telo transfigere voluerit. *Agath.* lib. II. (c. 7.)

GRONOVII.

1 *Silentio quædam promitti*] Quædam promiſſa intelligi, etiamſi nominatim deſignata non fuerint.

2 *Quædam natura*] Etſi nec dicto, nec ſcripto, nec alio ſigno externo expoſita ſint, tamen quia ſine illis, in quod conſenſum eſt, conſtare non poteſt, pro expreſſis habentur.

3 *Ne quid faciat*] Moliatur adverſus eam rempublicam.

4 *Zopyri factum*] *Juſtin* I, ult.

5 *Colloquium perfide*] Liv. 38, 25. *Pauci ergo effugerunt, captus eſt nemo:* me-

loco ſcribitur. Cn. Domitius eo quod Bituitum regem Arvernorum per colloquii ſimulationem accerſitum, hoſpitioque exceptum vinxit, hoc a Valerio * Maximo judicium refert: *Nimia gloriæ cupiditas 6 perfidum exiſtere coegit.* Quamobrem mirari ſubit, cur ſcriptor libri † octavi belli Gallici Cæſaris, ſive is Hirtius eſt, ſive Oppius, ſimile factum T. 7 Labieni referens, adjecerit, *infidelitatem ejus* (Comii ſcilicet) *ſine ulla perfidia judicavit comprimi poſſe*; niſi hoc Labieni magis quam ſcriptoris judicium eſt.

* Lib. IX, c. 6. n. 3.

† Cap. 23.

IV. At non ultra tacita illa voluntas trahenda eſt quam dixi. nam dum collocutores nihil patiantur, ſpecie colloquii 8 avertere hoſtem a belli conſiliis, ſua interim promovere, perfidia vacat, & dolis bonis annumeratur: quare qui deceptum ſpe pacis regem Perſeum *a* arguebant, non tam juris & fidei, quam animi excelſi & gloriæ bellicæ habebant rationem, ut ex his quæ de dolis bellicis *b* diximus ſatis poteſt intelligi. Ejuſdem generis erat fraus illa, qua Aſdrubal ex Auſetanis ſaltibus exercitum ſervavit, & qua Scipio Africanus major ſitum caſtrorum Syphacis perdidicit, utrumque narrante *c* Livio. Quorum exemplum imitatus b L. Sylla bello ſociali apud Eſerniam, ut apud *d* Frontinum legimus.

a Liv lib. XLII. c. 47.

b L. III, c. 1. §. 6. & ſeq.

c Liv. lib. XXVI. c. 17. & Lib. XXX. c. 4.

d Lib. I, c. 5. n. 17.

V Sunt & ſigna quædam muta ex conſuetudine ſignificantia, ut olim 9 vittæ & rami olivarum: apud Macedones 10 haſtarum erectio: apud Romanos c 11 ſcuta capiti impoſita, d ſigna ſupplicis deditionis, quæ proinde 12 obligant ad arma ponenda. Qui vero

*major multo pars per fidem violati colloquii pœnas morte luerunt. Plautus* Moſtell. 2, . 69. *per fidem deceptus ſum: hoſpes hic me necavit.* Livius, 1, 9. *incuſantes violati hoſpitii fœdus, Deumque invocantes, cujus ad ſolemne ludoſque per fas ac fidem decepti veniſſent. Seneca* de provid. cap. 3. *multa millia civium Romanorum, uno loco, poſt fidem, immo per ipſam fidem trucidata.* [Adde *Cæſar.* De Bell. Gall. *Lib.* I. c. 46 ibique judicio & eruditione præſtantiſſimi Int. *J. Daviſii* Notam. *J. B.*]

GROTII.

b *L. Sylla*] Et Cæſar Dictator adverſus Tencteros & Uſipetes. *Appianus* exc. legat. n. 16.

c *Scuta capiti impoſita*] *Appianus* civilium II.

GRONOVII.

6 *Perfidum exiſtere*] *Florus* Aſinam Cornelium, qui ſimulato colloquio evocatus atque ita oppreſſus fuit, vocat *perfidia Punica documentum*, 2, 2.

7 *Labieni*] Qui Comium pro rebelle, ingrato & non ſemel perfido habebat.

8 *Avertere hoſtem*] Securum & minus intentum rebus gerendis reddere, quum ipſe interim diligenter compararet, ut apud *Juſtinum* Ptolomæus Philopator legationibus miſſis, quoad vires pararet, morabatur Antiochum, lib. 30, 1.

9 *Vittæ & rami olivarum*] Virgil. 8, 127. *Optime Grajugenum, cui me fortuna precari, Et vitta comtos voluit prætendere ramos.*

10 *Haſtarum erectio*] *Liv.* 33, 10.

11 *Scuta capiti impoſita*] *Appianus* 2, civil. p. 454. de Afranianis interceptis.

12 *Obligant ad arma*] Quæ ſigna ſi partis alterius præliatores edant, alterius partis eſt inhibere hoſtilia.

GROTII.

d *Signa ſupplicis deditionis*] Apud Perſas manus poſt tergum complicatæ.

vero deditionem accipere ſe ſignificat, an obligetur, & quatenus ex his quæ ſupra * dicta ſunt, petendum ſit. e Hodie vela candida tacitum habent ſignum petiti colloquii: obligabunt ergo non minus quam ſi voce petitum eſſet. * Lib. III. c. IV. §. 12. & c. XI. §. 15.

VI. Sponſio a ducibus facta quatenus tacite approbata a populo aut rege cenſeri debeat, & hoc jam † ſupra diximus; nimirum ubi & actus fuit cognitus, & aliquid factum, aut non factum, 13 cujus rei alia cauſa extrà voluntatem federis probandi dari non poſſit. † Lib. II. c. XV. §. 17. & Lib. III. c. XXII. §. 3.

VII. 1. f Pœnæ remiſſio ex ſola diſſimulatione non poteſt colligi; ſed opus eſt accedat actus talis qui aut amicitiam per ſe oſtendat, ut fedus amicitiæ cauſa, aut opinionem de tali virtute cui merito antefacta condonari debeant, ſive ea opinio verbis indicata eſt, ſive rebus quæ ex more inſtitutæ ſint ad talem ſignificationem.

*Ammianus* lib. XVIII. [Cap. 8. pag. 222. ubi de *Aſſyriis* hoc dicitur.] ad ad quem locum notata *Lindebrogii* vide. ſcuta & vexilla perverſa apud Romanos, notat idem *Ammianus* libro XXVI. (Cap. 10 p. 512. ubi vide *Valeſii* notam.) Submittere vexilla, *Latinus Pacatus* panegyrico. c. 36. Apud Germanos & eorum exemplo alios, herbam porrigere, *Plinius* lib. XXII. c. 4. Qui victi ſe dedunt inermes ſupplicant, ait *Servius* ad I. Æneid. (487.)

e *Hodie vela candida tacitum habent ſignum petiti colloquii*] Ignis ſuccenſus petiti colloquii ſignum apud ſeptentrionis populos. Meminit *Johannes Magnus* & alii. *Plinius* lib. XV, 30. de lauru: *ipſa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium.* (Cap. 30.)

f *Pœna remiſſio*] Tractat *Polybius* ſervatus in excerptis legationum num. 122. an ſi remiſſa ſit pœna iis qui facinus fecere, ſimul remiſſa ſit mandatoribus? non puto: ſingulos enim tenent ſua delicta.

GRONOVII.

13 *Cujus rei alia cauſa*] Quod nemo intelligat aliam ob rationem vel factum vel intermiſſum, quam quod oſtenderint pactionem a præfecto ſuo factam ratam haberi, aut quod nunquam facturi vel intermiſſuri erant, niſi ratum habuiſſent.

# CAPUT XXV.

## Concluſio, cum monitis ad fidem & pacem.

I. *Monita ad fidem ſervandam.*
II. *In bello pacem ſemper ſpectandam:*
III. *Et amplectendam etiam cum damno, Chriſtianis præſertim.*
IV. *Utile id victis:*
V. *Et victori.*
VI. *Et quorum res dubiæ ſunt.*
VII. *Pacem factam ſumma religione ſervandam.*
VIII. *Votum & finis operis.*

I. 1. ATque hic finire me poſſe arbitror, non quod omnia dicta ſint quæ dici poterant, ſed quod dictum ſatis ſit ad

ad jacienda fundamenta, quibus ſi quis velit ſuperſtruere ſpecioſiora opera, adeo me invidentem non habebit, ultro & gratiam referet. Tantum antequam dimitto lectorem, ſicut, cum de bello ſuſcipiendo agerem, monita quædam bello quantum fieri poteſt declinando adjeci, ita nunc quoque monita pauca addam, quæ in bello & poſt bellum valeant ad fidei curam & pacis: & fidei quidem tum propter alia, tum 1 ne ſpes pacis adimatur. Fide enim non tantum reſpublica quælibet continetur, ut Cicero * dicit, ſed & major illa gentium ſocietas: hac ſublata, ut vere † Ariſtoteles, *ἀνῄρηται ἡ πρὸς ἀλλήλους χρεία τῶν ἀνθρώπων*, *tollitur quod inter homines eſt commercium*.

* Off. II. 24.
† Rhet. ad Theod. I, c. 15.

2. Itaque merito idem ille Cicero *a* nefarium eſſe ait, fidem frangere quæ continet vitam: *ſanctiſſimum*, ut *b* Seneca loquitur, *humani pectoris bonum*: quam tanto magis præſtare debent ſummi hominum rectores, quanto cæteris impunius peccant: Itaque fide ſublata a feris erunt ſimiles, quarum vim omnes exhorrent. Et juſtitia quidem in cæteris ſuis partibus 2 ſæpe habet aliquid obſcuri: at fidei vinculum per ſe manifeſtum eſt, imo ideo quoque uſurpatur ut de negotiis omnis dematur obſcuritas.

a Orat. pro Roſc. com c. 6
b Epiſtola LXXXVIII. pag. 390. Ed. Gron. maj.

3. Quo magis regum eſt religioſe hanc colere, primum conſcientiæ, deinde & 3 famæ cauſa, qua ſtat regni auctoritas. Ne du-

GROTII.

a *Feris erunt ſimiles*] Legati Juſtiniani apud *Procopium* Perſicorum II. Choſroën ſic alloquuntur: *εἰ μὲν πρὸς παρόντα σὲ, ὦ βασιλεῦ, οἱ λόγοι ἐγίγνοντο, οὐκ ἄν ποτε ᾠόμεθα Χοσρόην τοῦ Καβάδου ἐς γῆν τὴν Ῥωμαίων ἐν ὅπλοις ἥκειν ἀτιμάσαντα μὲν τοὺς διομωμοσμένους σοι ἐναγχος ὅρκους, ὃ τῶν ἐν ἀνθρώποις ἁπάντων ὕστατόν τε καὶ ἐχυρώτατον εἶναι δοκεῖ τῆς ἐς ἀλλήλους πίστεώς τε καὶ ἀληθείας ἐνέχυρον· διαλύσαντα δὲ τὰς σπονδὰς, ὧν ἡ ἐλπὶς ἀπολέλειπται μόνη τοῖς διὰ τὴν ἐν πολέμῳ κακοπραγίαν οὐκ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ βιοτεύουσιν. οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν τὸ τοιοῦτον εἴποι τις ἂν εἶναι, ἢ τῶν ἀνθρώπων τὴν δίαιταν ἐς τὴν τῶν θηρίων μεταβεβλῆσθαι. ἐν γὰρ τῷ μηδαμῆ σπένδεσθαι, τὸ πολεμεῖν ἀπέραντα λελείψεται πάντας. πόλεμος δὲ, ὁ πέρας οὐκ ἔχων, ἐξοικίζειν τῆς φύσεως τοὺς αὐτῷ χρωμένους ἐς ἀεὶ πέφυκεν.* *Niſi ad te præſentem, rex, hæc haberetur oratio, nunquam putaſſemus Choſroën Cabadæ filium cum armis intraturum in fines Romanos, contemtis primum juramentis juratis, quod inter homines ſummum firmiſſimumque creditur veritatis & fidei pignus; ruptis præterea fœderibus, quæ ſola ſpes relinquitur iis qui ob belli mala non in tuto vivunt. Quid enim hoc aliud eſſe dicamus, quam hominum vitam in ferarum vitam mutare? nam ſublatis fœderibus ſequetur ut omnes inter ſe æterna gerant bella. Bella autem ſine fine hanc vim habent, ut homines perpetuo teneant natura ſua extorres.* (Cap. 10.)

GRONOVII.

1 *Ne ſpes pacis*] Nam quæ cum eo pax eſſe poteſt, a quo nulla ſecuritas eſt, ſed ſemper inſidiæ aut vis exſpectandæ ſunt. Talis autem, qui fidem & jusjurandum nullo ſibi loco eſſe demonſtravit.

2 *Sæpe habet aliquid obſcuri*] Non agnoſcitur ſemper, ſed plerumque ab utraque parte ſpecioſe prætenditur.

3 *Famæ, qua ſtat*] *Tacit.* 4, annal. 40. *Cæteris mortalibus in eo ſtare conſilia, quid conducere ſibi putent, principum diverſam eſſe ſortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.*

b Ari-

dubitent igitur, eos qui ipſis fallendi artes inſtillant, 4 id ipſum facere quod docent. Non poteſt diu prodeſſe doctrina, quæ hominem hominibus inſociabilem facit: adde & Deo inviſum.

II. Deinde in tota belli adminiſtratione non poteſt ſecurus & Deo fidens animus retineri, niſi ſemper in pacem proſpectet. Veriſſime enim dictum a * Salluſtio: *ſapientes pacis cauſa bellum gerere*: cui congruit Auguſtini † ſententia: *non pacem quæri, ut bellum exerceatur, ſed bellum geri, ut pax acquiratur*. Ipſe Ariſtoteles a non ſemel accuſat gentes quæ bellicas actiones 5 quaſi pro ultimo (aa) fine ſibi proponerent. Ferinum quiddam vis eſt, quæ in bello maxime eminet: quo diligentius curandum eſt ut humanitate temperetur, ne nimium feras imitando dediſcamus hominem.

* *Oratione ad Caſ.* I. c. 40. *Ed. Waſſ.*

† *Epiſt.* I. *ad Boniſ.* a VII, *pol.* II. & XIV.

III. Pax ergo tuta ſatis haberi ſi poteſt, 6 & malefactorum, & damnorum & ſumtuum condonatione non male conſtat: præcipue inter Chriſtianos, quibus pacem ſuam 7 Dominus legavit. Cujus 8 optimus interpres nos vult, quantum fieri poteſt, quantum in nobis ſitum eſt, cum omnibus pacem quærere. Viri boni eſt initia belli invitum ſuſcipere, extrema non libenter perſequi: ut apud Salluſtium legimus.

*Rom.* XII, 18.

IV. Satis quidem hoc unum eſſe debet, ſed & plerumque utilitas humana eodem trahit: primum eos qui minus valent: quia periculoſum eſt longum cum valentiore certamen, &, ut in navi fit, 9 jactura aliqua redimenda major calamitas, omiſſa ira ac ſpe, fallacibus, ut recte Livius dixit, auctoribus. Hunc ſenſum b Ariſtoteles ſic enuntiat: *κρεῖττον τοῖς κρείττοσι μέρος τι τῶν ὑπαρ-*

GROTII.

b *Ariſtoteles ſic enunciat*] *Philo* vero de conſtitutione principis hunc in modum: *εἰρήνη κἂν ᾖ σφόδρ' ἐπιζήμιος, λυσιτελεστέρα πολέμου*, *pax quamvis cum magno detrimento, bello utilior.* [Locus ARISTOTELIS reperitur in *Rhetor. ad Alex.* Cap. 3. unde etiam petitus eſt alter, quem Auctor adfert in paragrapho ſequenti. *J. B.*]

GRONOVII.

4 *Id ipſum facere*] Ne ipſis quidem fidos eſſe, quibus erga alios perfidiæ ſunt auctores.

5 *Quaſi pro ultimo*] Propter ſe expetendas quæ bellum gererent tantummodo, quia nihil præclarius quam bellum gerere putarent.

6 *Et malefactorum*] Etiamſi pro injuriis & damnis & impenſis parum ſatisfiat, non repudianda eſt.

7 *Dominus legavit*] Quaſi teſtamento & ultimis monitis mandatiſque reliquit.

8 *Optimus interpres*] Internuntius, apoſtolus.

9 *Jactura redimenda*] Uti tempeſtate orta jactis in mare mercibus oneribuſque aliis levatur navigium & naufragium vitatur: ſic concedendo aliquid potentiori exitium a bello imminens cavendum.

(aa) Ante Stagyritam, Præceptor ipſius PLATO jam id vituperaverat, loco inſigni, ubi boni Legiſlatoris eſſe ait, pacis cauſſâ potius ea quæ pertinent ad bellum, quàm negotia pacis belli cauſſâ ordinare, & ad bellicas rationes revocare: *Οὔτ' ἂν νομοθέτης ἀκριβὴς, εἰ μὴ χάριν εἰρήνης τὰ πολέμου νομοθετοῖ μᾶλλον, ἢ τῶν πολεμικῶν ἕν-*



Digitized by Google

*ὑπαρχόντων προέσθαι, ἢ πολέμῳ κρατηθέντας αὐτοὺς αὐτοῖς χρήμασιν ἀπολέσθαι· ſatius eſt his, qui plus pollent, aliquid rerum ſuarum relinquere, quam bello victos cum rebus perire.*

V. Sed & eos qui validiores ſunt: quia bonis ſuis rebus, ut
* Lib. xxx. c. 30. idem Livius * non minus vere ait, 10 ampla ac ſpecioſa dantibus pax eſt: ac melior tutiorque quam ſperata victoria. Cogitandus enim 11 Mars communis: *ἐπιξύνιον*, ait Ariſtoteles, *τὰς μεταβολὰς τὰς ἐν πολέμῳ ὡς πολλαὶ καὶ παράλογοι γίνονται· cogitandum in bello quam multæ quamque improviſæ mutationes accidere ſoleant.* In oratione quadam pro pace (bb) apud Diodorum culpantur *οἱ τὸ μέγεθος τῶν εὐημερημάτων προσφερόμενοι. ὥσπερ τῆς τύχης οὐκ ἐναλλὰξ εἰθισμένης βραβεύειν τὰ κατὰ πόλεμον προτερήματα· qui rerum geſtarum a ſe magnitudinem extollunt, plane quaſi non is mos eſſet fortunæ belli 12 proſpera vicibus largiri.* c Et maxime metuenda deſperantium audacia, tanquam acerrimi 13 morientium belluarum morſus.

† Bell. civil. Lib. III. c. 10. VI. Quod ſi uterque pares ſibi videantur, id vero, Cæſare † auctore, optimum tempus de pace agendi, dum ſibi uterque confidit.

VII. Pax autem facta qualibuſcumque legibus, ſervanda omnino ob eam, quam diximus, fidei ſanctimoniam, ſoliciteque cavenda non tantum perfidia, ſed & quidquid 14 animos exaſperat.
a Apud Hieronym. Apol. adv. Ruffin. Nam quod de privatis amicitiis dixit a Cicero, ad has publicas non minus recte aptes: quæ cum omnes ſumma religione ac fide tuendæ, tum eæ maxime quæ ex inimicitiis revocatæ ſunt in gratiam.

VIII. Inſcribat hæc Deus (qui ſolus hoc poteſt) cordibus eorum,

*ἕνεκα τὰ τῆς εἰρήνης.* De Legib. Lib. I. pag. 628. E. Tom. II. Ed. H. Steph. *J. B.*

GROTII.

c *Et maxime metuenda deſperantium audacia*]

*Δειναὶ γὰρ καὶ κοῖται ἀποιχομένοιο λέοντος·*

*Quippe timenda etiam morientis luſtra leonis.*

GRONOVII.

10 *Ampla & ſpecioſa*] Poſſunt dictare ac præſcribere conditiones, quæ ipſis plus commodi & gloriæ afferunt.

11 *Mars communis*] Alea belli, quæ ſæpe ſumma miſcet imis.

12 *Proſpera vicibus largiri*] Parvo intervallo aut momento interpoſito variare & ex ſecundis adverſas facere.

13 *Morientium belluarum morſus*] *Florus* 2, 15.

14 *Animos exaſperat*] Contra amicitiam eſt, ut loquitur 3, 24. 40.

(bb) Oratio illa erat *contra Pacem*, non *pro Pace*: nimirum Demagogi cujuſdam Athenienſis *Leoſthenis*, qui ipſe *rerum geſtarum* ab *Athenienſibus magnitudinem extollebat*, ut vulgus ad bellum concitaret. Hujus autem argumenti imbecillitatem prudenter oſtendit DIODORUS SICULUS, cujus ipſius verba illa ſunt, *ὥσπερ τῆς τύχης* &c. Bibliot. Hiſt. Lib XIII. Cap. 53. pag. 359. *Ed. Henr. Steph.* Unde patet, Auctorem noſtrum, memoriæ vitio, aut feſtinantem, in loco iſto laudando lapſum eſſe. *J. B.*

d Er-

rum, quorum res Chriſtiana in manu eſt; & iiſdem 15 mentem divini humanique juris intelligentem duit, quæque ſemper cogitet lectam ſe miniſtram ad regendos d homines, Deo cariſſimum animal.

GROTII.

d *Homines, Deo cariſſimum animal*] Sic *Chryſoſtomus* ſermone de eleemoſyna dixit: ἀνθρωπος τὸ περισπούδαστον ζῶον τῷ Θεῷ. [Ante autem Doctorem illum veteris Eccleſiæ Chriſtianæ, idem haud minus ἐμφατικῶς dixerat celebris Judæus PHILO, Lib. *De migratione Abrah.* τὸ θεοφιλὲς γένος Pag. 397. D. *Edit. Pariſ.* Addamus hominis Ethnici teſtimonium. Is eſt SIMPLICIUS, qui Hominem vocat, non inhonoratam neque vilem Dei poſſeſſionem, οὐκ ἄτιμον οὐδ' εὐτελὲς τοῦ Θεοῦ κτῆμα. Pag. 239. *Edit. Lugd. B. Salm.* Ubi PLATONIS veſtigia ſequitur, qui ſtatuit, Homines eſſe ἓν τῶν κτημάτων τοῖς Θεοῖς. In Phædr. *pag.* 62. B. Tom. I. Edit. H. Steph. *J. B.*]

GRONOVII.

15 *Mentem divini humanique*] Votum Tiberii apud *Tacit.* 4, annal. 38.

Finis librorum de jure belli ac pacis.

## *Ex vita* S. LUDOVICI *Regis Francorum deſcripta a Joinvillio cap.* LXXXIX.

QUi in magno erant regis conſilio ſæpe eum reprehendebant, quod tantum laboris ſumeret ad pacem inter exteros reponendam; mendoſe eum facere quod non eos bellare ſineret; aliquanto poſt fore ut rectius tranſigatur. Reſpondebat rex non recte eos loqui. Si, inquit, principes & dynaſtæ vicini regni mei viderent me facile perpeti, ut bella inter ſe gererent, dicerent inter ſe, Rex Francorum dolo malo nos bellare patitur, atque inde odium in me conciperent, & aliquando me incurſarent, unde malum regno meo evenire poſſet. Præterea fieri poſſet ut & Dei iram in me accerſerem, cum dicat Deus benedictos eſſe, qui operam dant ut ad pacem & concordiam revocentur diſcordantes. Affirmare poſſum & Burgundiones & Lotharingos conſpecta regis bonitate & juſtitia tam ejus fuiſſe amantes eique obſequentes, ut cauſas controverſiarum inter ipſos ortarum apud ipſum agerent. Vidi eos ſæpe venientes modo Lutetiam, modo Remos, modo Melodunum, modo in loca alia, in quibus Rex erat.

## *Ex vita ejuſdem juxta Mandata* S. LUDOVICI *Regis data filio ex actis Collegii rationalium in urbe Pariſienſi.*

SI qua controverſia aut actio in te moveatur, inquire in veritatem tam contra te quam pro te. Si quid alieni habere te animadvertas, quod aut te aut majores tuos cepiſſe conſtet, fac illico reſtituatur. Cave bellum geras adverſus Chriſtianum quemquam, niſi ex multorum conſilio, & ita ſi bellum evitare non poſſis. Quod ſi bellum habeas, abſtine ab eccleſiaſticis & iis qui tibi nihil nocuere. Si inter ſubditos tuos bellum aut rixæ oriantur, fac eos ad concordiam reducas quamprimum fieri poteſt. Sæpe ſpecta quid Bailivi, Præpoſiti, & alii officiales tui faciant, & in eorum actus inquire, ut ſi quid corrigendum ſit id corrigas. Fac nullum turpe peccatum regnet in regno tuo.



Digitized by Google

# HUGONIS GROTII
# MARE LIBERUM,
## ſive
## *De jure, quod* Batavis *competit ad Indicana Commercia,*
## DISSERTATIO.

### *Ad* PRINCIPES POPULOSQUE *liberos Orbis Chriſtiani.*

ERror eſt non minus vetus quam peſtilens, quo multi mortales, ii autem maxime qui plurimum vi atque opibus valent, perſuadent ſibi, aut, quod verius puto, perſuadere conantur, juſtum atque injuſtum non ſuapte natura, ſed hominum inani quadam opinione atque conſuetudine diſtingui. Itaque illi & leges & æquitatis ſpeciem in hoc inventa exiſtimant, ut eorum qui in parendi conditione nati ſunt diſſenſiones atque tumultus coërceantur: ipſis vero qui in ſumma fortuna ſunt collocati, jus omne ajunt ex voluntate, voluntatem ex utilitate metiendam. Hanc autem ſententiam abſurdam plane atque naturæ contrariam auctoritatis ſibi nonnihil conciliaſſe haud adeo mirum eſt, cum ad morbum communem humani generis, quo ſicut vitia, ita vitiorum patrocinia ſectamur, acceſſerint adulantium artes, quibus omnis poteſtas obnoxia eſt. Sed contra extiterunt nullo non ſæculo viri liberi, ſapientes, religioſi, qui falſam hanc perſuaſionem animis ſimplicium evellerent, cæteros autem ejus defenſores impudentiæ convincerent. Deum quippe eſſe monſtrabant conditorem rectoremque univerſi, imprimis autem humanæ naturæ parentem, quam ideo, non uti cætera animantia, in ſpecies diverſas variaque diſcrimina ſegregaſſet, ſed unius eſſe generis, una etiam appellatione voluiſſet contineri; dediſſet inſuper originem eandem, ſimilem membrorum compagem, vultus inter ſe obverſos, ſermonem quoque & alia communicandi inſtrumenta, ut intelligerent omnes naturalem inter ſe ſocietatem eſſe atque cognationem. Huic autem a ſe fundatæ aut domui, aut civitati, ſummum illum principem patremque familiâs ſuas quaſdam ſcripſiſſe leges, non in ære aut tabulis, ſed in ſenſibus animiſque ſingulorum, ubi invitis etiam & averſantibus legendæ occurrerent. his legibus ſummos pariter atque infimos teneri. in has non plus re-



gibus

Digitized by Google

gibus licere, quam plebi adverſus decreta decurionum, decurionibus contra præſidum edicta, præſidibus in regum ipſorum ſanctiones. Quin illa ipſa populorum atque urbium ſingularum jura ex illo fonte dimanare, inde ſanctimoniam ſuam atque majeſtatem accipere. Sicut autem in ipſo homine alia ſunt, quæ habet cum omnibus communia, alia quibus ab altero quiſque diſtinguitur: ita earum rerum quas in uſum hominis produxiſſet natura, alias eam manere communes, alias cujuſque induſtria ac labore proprias fieri voluiſſe. de utriſque autem datas leges, ut communibus quidem ſine detrimento omnium omnes uterentur; de cæteris autem quod cuique contigiſſet, eo contentus abſtineret alieno. Hæc ſi homo nullus neſcire poteſt niſi homo eſſe deſierit, hæc ſi gentes viderunt quibus ad verum omne cæcutientibus ſola naturæ fax illuxit, quid vos ſentire ac facere æquum eſt, principes populique Chriſtiani? Si quis durum putat ea a ſe exigi quæ tam ſancti nominis profeſſio requirit, cujus minimum eſt ab injuriis abſtinere, certe quid ſui ſit officii ſcire quiſque poteſt ex eo, quod alteri præcipit. Nemo eſt veſtrum qui non palam edicat rei quemque ſuæ eſſe moderatorem & arbitrum: qui non fluminibus lociſque publicis cives omnes uti ex æquo & promiſcue jubeat, qui non commeandi commercandique libertatem omni ope defendat. Sine his ſi parva illa ſocietas, quam rempublicam vocamus, conſtare non poſſe judicatur (& certe conſtare non poteſt) quamobrem non eadem illa ad ſuſtinendam totius humani generis ſocietatem atque concordiam erunt neceſſaria? Si quis adverſus hæc vim faciat, merito indignamini, exempla etiam pro flagitii magnitudine ſtatuitis, non alia de cauſa, niſi quia, ubi iſta paſſim licent, ſtatus imperii tranquillus eſſe non poteſt. Quod ſi rex in regem, populus in populum inique & violente agat, id nonne ad perturbandam magnæ illius civitatis quietem & ad ſummi cuſtodis ſpectat injuriam? Hoc intereſt, quod ſicut magiſtratus minores de vulgo judicant, vos de magiſtratibus, ita omnium aliorum delicta cognoſcenda vobis & punienda mandavit rex univerſi, veſtra excepit ſibi. Is autem quanquam ſupremam animadverſionem ſibi reſervat, tardam, occultam, inevitabilem, nihilominus duos a ſe judices delegat qui rebus humanis interſint, quos nocentium feliciſſimus non effugit, conſcientiam cuique ſuam, & famam ſive exiſtimationem alienam. Hæc tribunalia illis patent, quibus alia præcluſa ſunt: ad hæc infirmi provocant: in his vincuntur, qui vincunt viribus: qui licentiæ modum non ſtatuunt, qui vili putant conſtare, quod emitur humano ſanguine, qui injurias injuriis defendunt, quorum manifeſta facinora neceſſe eſt & conſentiente bonorum judicio damnari,

& ſui

Digitized by Google

& ſui ipſorum animi ſententia non abſolvi. Ad utrumque hoc forum nos quoque novam cauſam afferimus : non hercule de ſtillicidiis aut tigno injuncto, quales eſſe privatorum ſolent, ac ne ex eo quidem genere, quod frequens eſt inter populos, de agri jure in confinio hærentis, de amnis aut inſulæ poſſeſſione : ſed de omni prope Oceano, de jure navigandi, de libertate commerciorum. Inter nos & Hiſpanos hæc controverſa ſunt : Sitne immenſum & vaſtum mare regni unius nec maximi acceſſio : populone cuiquam jus ſit volentes populos prohibere, ne vendant, ne permutent, ne denique commeent inter ſeſe : potueritne quiſquam quod ſuum nunquam fuit elargiri, aut invenire quod jam erat alienum : an jus aliquod tribuat manifeſta longi temporis injuria. In hac diſceptatione ipſis, qui inter Hiſpanos præcipui ſunt divini atque humani juris magiſtri, calculum porrigimus, ipſius denique Hiſpaniæ proprias leges imploramus. Id ſi nihil juvat, & eos quos ratio certa convincit, cupiditas vetat deſiſtere, veſtram, Principes, majeſtatem, veſtram fidem quotquot eſtis ubique, Gentes, appellamus. Non perplexam, non intricatam movemus quæſtionem. Non de ambiguis in religione capitibus, quæ plurimum habere videntur obſcuritatis, quæ tantis tam diu animis decertata, apud ſapientes hoc fere certum reliquerunt, nuſquam minus inveniri veritatem quam ubi cogitur aſſenſus. Non de ſtatu noſtræ reipublicæ, & libertate armis haud parta, ſed vindicata : de qua recte ſtatuere ii demum poſſunt qui jura patria Belgarum, mores avitos, & inſtitutum non in leges regnum, ſed ex legibus principatum accurate cognoverint; in qua tamen quæſtione æquis judicibus extremæ ſervitutis depulſa neceſſitas, ſubtilius inquirentibus decreti tot nationum publica auctoritas, infenſis etiam & malevolis adverſariorum confeſſio nihil dubitandum reliquit. Sed quod hic proponimus, nihil cum iſtis commune habet. nullius indiget anxiæ diſquiſitionis. non ex divini codicis pendet explicatione, cujus multa multi non capiunt. non ex unius populi ſcitis quæ cæteri merito ignorant. Lex illa è cujus præſcripto judicandum eſt, inventu eſt non difficilis, utpote eadem apud omnes: & facilis intellectu, utpote nata cum ſingulis, ſingulorum mentibus inſita. Jus autem quod petimus tale eſt, quod nec rex ſubditis negare debeat, neque Chriſtianus non Chriſtianis. A natura enim oritur, quæ ex æquo omnium parens eſt, in omnes munifica, cujus imperium in eos extenditur qui gentibus imperant, & apud eos ſanctiſſimum eſt qui in pietate plurimum profecerunt Cognoſcite hanc cauſam Principes, cognoſcite Populi. ſi quid iniquum poſtulamus, ſcitis quæ veſtra, & e vobis eorum qui viciniores nobis eſtis, apud nos ſemper fuerit auctoritas. mo-



Digitized by Google

nete, parebimus. Quin ſi quid a nobis hac in re peccatum eſt; iram veſtram, odium denique humani generis non deprecamur. Sin contra ſe res habet, quid agendum ſit, veſtræ religioni & æquitati relinquimus. Olim inter populos humaniores ſummum nefas habebatur, armis eos impetere. qui res ſuas arbitris permitterent. contra qui tam æquam conditionem recuſarent, ii non ut unius, ſed ut omnium hoſtes ope communi comprimebantur. itaque eam in rem videmus icta federa, judices conſtitutos. Reges ipſi validæque gentes nihil æque glorioſum ac magnificum deputabant, quam aliorum coërcere inſolentiam, aliorum infirmitatem atque innocentiam ſublevare. Qui ſi mos hodieque obtineret, ut humani nihil a ſe alienum homines arbitrarentur, profecto orbe non paulo pacatiore uteremur. refrigeſceret enim multorum audacia, & qui juſtitiam utilitatis cauſa nunc negligunt, injuſtitiam damno ſuo dediſcerent. Sed hoc ut in cauſa iſthac non fruſtra forte ſperamus, ita illud certo confidimus, bene rebus expenſis exiſtimaturos vos omnes, imputari nobis non magis poſſe pacis moras, quam belli cauſas: ac proinde uti hactenus amici nobis, faventes atque benevoli fuiſtis, ita vos aut etiam magis in poſterum fore. quo nihil optatius iis poteſt contingere qui primam partem felicitatis putant bene facere, alteram bene audire.

---

## Caput I.

### *Jure gentium quibuſvis ad quoſvis liberam eſſe navigationem.*

PRopoſitum eſt nobis breviter ac dilucide demonſtrare, jus eſſe Batavis, hoc eſt, Ordinum Federatorum Belgico-Germaniæ ſubditis ad Indos, ita uti navigant, navigare, cumque ipſis commercia colere. Fundamentum ſtruemus hanc juris gentium, quod primarium vocant, regulam certiſſimam, cujus perſpicua atque immutabilis eſt ratio: *licere cuivis genti quamvis alteram adire, cumque ea negotiari.* Deus hoc ipſe per naturam loquitur, cum ea cuncta quibus vita indiget, omnibus locis ſuppeditari a natura non vult: artibus etiam aliis alias gentes dat excellere. Quo iſta? niſi quod voluit mutua egeſtate & copia humanas foveri amicitias, ne ſinguli ſe putantes ſibi ipſis ſufficere, hoc ipſo redderentur inſociabiles? Nunc factum eſt, ut gens altera alterius ſuppleret inopiam, divinæ juſtitiæ inſtituto, ut eo modo (ſicut Plinius dicit[1]) quod genitum eſſet uſpiam, apud omnes natum videretur. Poëtas itaque canentes audimus:

*Nec vero terræ ferre omnes omnia poſſunt.*

Item:

1 *Panegyr.*

Item:

*Excudent alii*[2]: & quæ ſequuntur. Hoc igitur qui tollunt, illam laudatiſſimam tollunt humani generis ſocietatem, tollunt mutuas benefaciendi occaſiones, naturam denique ipſam violant. Nam & ille, quem Deus terris circumfudit, oceanus, undique & undique verſus navigabilis, & ventorum flati aut extraordinarii flatus, non ab eadem ſemper, & a nulla non aliquando regione ſpirantes, nonne ſignificant ſatis conceſſum a natura cunctis gentibus ad cunctas aditum? Hoc Seneca[3] ſummum naturæ beneficium putat, quod & vento gentes locis diſſipatas miſcuit, & ſua omnia in regiones ita deſcripſit, ut neceſſarium mortalibus eſſet inter ipſos commercium. Hoc igitur jus ad cunctas gentes æqualiter pertinet: quod clariſſimi juriſconſulti[4] eo uſque producunt, ut negent ullam rempublicam aut Principem prohibere in univerſum poſſe, quo minus alii ad ſubditos ſuos accedant, & cum illis negotientur. Hinc jus deſcendit hoſpitale ſanctiſſimum: hinc querelæ[5]:

*Quod genus hoc hominum, quæve hunc tam barbara morem*
*Permittit patria? hoſpitio prohibemur arena.*

Et alibi[6]:

*——littuſque rogamus*
*Innocuum, & cunctis undamque auramque patentem:*

Et ſcimus bella quædam ex hac cauſa cœpiſſe, ut Megarenſibus in Athenienſes[7], Bononienſibus in Venetos[8]: Caſtellanis etiam in Americanos has juſtas potuiſſe belli cauſas eſſe, & cæteris probabiliores Victoria[9] putat, ſi peregrinari & degere apud illos prohiberentur, ſi arcerentur a participatione earum rerum quæ jure gentium aut moribus communia ſunt, ſi denique ad commercia non admitterentur. Cui ſimile eſt quod in Moſis[10] hiſtoria & inde apud Auguſtinum[11] legimus, juſta bella Iſraëlitas contra Amorræos geſſiſſe, quia innoxius tranſitus denegabatur: qui *Jure Humanæ Societatis* æquiſſimo patere debebat. Et hoc nomine Hercules Orchomeniorum, Græci ſub Agamemnone Myſorum Regi arma intulerunt[12]; quaſi libera eſſent naturaliter itinera ut Baldus dixit[13]: accuſanturque a Germanis apud Tacitum[14] Romani, quod colloquia congreſſuſque gentium arcerent, fluminaque & terras & cœlum quodammodo ipſum clauderent. Nec ullus titulus Chriſtianis quondam in Sarracenos magis placuit, quam quod per illos terræ Judææ aditu arcerentur[15]. Sequitur ex ſententia Luſitanos, etiamſi domini eſſent earum regionum ad quas Batavi proficiſcuntur, injuriam tamen facturos ſi aditum Batavis & mercatum præcluderent.

Quanto igitur iniquius eſt volentes aliquos a volentium populorum commercio ſecludi, illorum opera quorum in pote-

[2] Virgil.
[3] 3. 4. Nat. qu.
[4] Inſt. de rerum diviſ. §. 1. & L. nemo igitur. ff. eod. vide Gentil. de Jure bell. l. 1. c. 19. vid. L. mercatores C. de comm.
[5] Virg. 1. Æn.
[6] 7. Æn.
[7] Diod. 11. Plut. Peric.
[8] Sig. ult. de Reb. Ital.
[9] Vict. de Indis parte 2. n. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7. Adde Covar. in c. peccatum. §. 9. n. 4. ibi, Quinta.
[10] Num. c. 20.
[11] Aug. l. 4. qu. 44. ſuper Nu. Et Eſt. c. ult. 23: 4. 2.
[12] Sophocl. Trachin.
[13] L. 3. Conſ. 293.
[14] 4. Hiſt.
[15] Alc. 7. Conſ. 130. Covar. c. peccatum. p. 2. §. 9. Bart. ad L. 1. C. de Pagan.

ſtate nec populi iſti ſunt, nec illud ipſum, qua iter eſt; quando latrones etiam & piratas non alio magis nomine deteſtamur, quam quod illi hominum inter ſe commeatus obſident atque infeſtant?

## Caput II.

### *Luſitanos nullum habere jus dominii in eos Indos, ad quos Batavi navigant, titulo inventionis.*

NOn eſſe autem Luſitanos earum partium dominos ad quas Batavi accedunt, puta Javæ, Taprobanæ, partis maximæ Moluccarum, certiſſimo argumento colligimus, quia dominus nemo eſt ejus rei, quam nec ipſe unquam, nec alter ipſius nomine poſſedit. Habent inſulæ iſtæ quas dicimus & ſemper habuerunt ſuos Reges, ſuam rempublicam, ſuas leges, ſua jura: Luſitanis mercatus, ut aliis gentibus conceditur: itaque & tributa cum pendunt, & jus mercandi a Principibus exorant, dominos ſe non eſſe, ſed ut externos advenire ſatis teſtantur: ne habitant quidem niſi precario. Et quanquam ad dominium titulus non ſufficiat, quia & poſſeſſio requiritur, cum aliud ſit rem habere, aliud jus ad rem conſequendam, tamen ne titulum quidem dominii in eas partes Luſitanis ullum eſſe affirmo, quem non ipſis eripuerit Doctorum, & quidem Hiſpanorum ſententia. Primum ſi dicent inventionis præmio eas terras ſibi ceſſiſſe, nec jus, nec verum dicent. Invenire enim non illud eſt oculis uſurpare, ſed apprehendere, ut Gordiani epiſtola oſtenditur[1]: unde Grammatici invenire & occupare[2] pro verbis ponunt idem ſignificantibus: & tota Latinitas quod adepti ſumus, id demum inveniſſe nos dicit, cui oppoſitum eſt perdere. Quin & ipſa naturalis ratio, & legum diſerta verba[3], & eruditiorum interpretatio manifeſte oſtendit, ad titulum dominii parandum eam demum ſufficere inventionem quæ cum poſſeſſione conjuncta eſt, ubi ſcilicet res mobiles apprehenduntur, aut immobiles terminis atque cuſtodia ſepiuntur[4]: quod in hac ſpecie dici nullo modo poteſt. Nam præſidia illic Luſitani nulla habent. Quid quod ne reperiſſe quidem Indiam ullo modo dici poſſunt Luſitani, quæ tot a ſæculis fuerat celeberrima. Jam ab Horatii tempore:

*Impiger extremos currit mercator ad Indos*
*Per mare pauperiem fugiens.*[5]

Taprobanes pleraque quam exacte nobis Romani deſcripſere[6]? Jam vero & cæteras inſulas ante Luſitanos non finitimi tantum Perſæ & Arabes, ſed Europæi etiam, præcipue Veneti noverant. Præterea inventio nihil juris tribuit, niſi in ea quæ ante

1 *L. Si Barſatorem C. de fidejuſſ.*
2 *Non. Marc. c. 4. in verbo occupare. Vide Connan. com. Juris Civil. l. 3. c. 3. in fine. Vide Donell. de Jure Civ. l. 4. c. 10.*
3 *Inſtit. de Rerum diviſ. § illud quæſitum eſt.*
4 *L. 3. §. Neratius in fine ff. de acq. poſſ. ſ.*
5 *Lib. 1, epiſt. 1.*
6 *Vide Plin. Nat. hiſt. l. 6. c. 22.*

Digitized by Google

ante inventionem nullius fuerant[7]. Atqui Indi, cum ad eos Luſitani venerunt, etſi partim idololatræ, partim Mahumetani erant, gravibuſque peccatis involuti, nihilominus publice atque privatim rerum poſſeſſionumque ſuarum dominium habuerunt, quod illis ſine juſta cauſa eripi non potuit[8]. Ita certiſſimis rationibus poſt alios auctores maximi nominis concludit Hiſpanus Victoria[9]: *Non poſſunt*, inquit, *Chriſtiani ſeculares aut eccleſiaſtici poteſtate civili & principatu privare infideles, eo duntaxat titulo, quia infideles ſunt, niſi ab eis alia injuria profecta ſit.* Fides enim, ut recte inquit Thomas[10], non tollit jus naturale aut humanum, ex quo dominia profecta ſunt. Imo credere infideles non eſſe rerum ſuarum dominos, hæreticum eſt: & res ab illis poſſeſſas illis ob hoc ipſum eripere furtum eſt, & rapina, non minus quam ſi idem fiat Chriſtianis. Recte igitur dicit Victoria[11] non magis iſta ex cauſa Hiſpanis jus in Indos quæſitum, quam Indis fuiſſet in Hiſpanos, ſi qui illorum priores in Hiſpaniam veniſſent. Neque vero ſunt Indi Orientis amentes & inſenſati, ſed ingenioſi & ſolertes, ita ut ne hinc quidem prætextus ſubjiciendi poſſit deſumi, qui tamen per ſe ſatis eſt manifeſtæ iniquitatis. Jam olim Plutarchus πρόφασιν πλεονεξίας fuiſſe dicit ἡμερῶσαι τὰ βαρβαρικὰ, improbam ſcilicet alieni cupiditatem hoc ſibi velum obtendere, quod barbariem manſuefacit. Et nunc etiam color ille redigendi invitas gentes ad mores humaniores, qui Græcis olim & Alexandro uſurpatus eſt, a Theologis omnibus, præſertim Hiſpanis[12], improbus atque impius cenſetur.

7 *L.* 3. *ff. de acquir. rerum dom.*

8 *Covar. in c. peccatum* § 10. *n.* 2. & 4. & 5.

9 *De poteſt. civili, parte* 1. *n.* 9.

10 2, 2. *quaſt.* 10. *artic.* 12.

11 *Vict. de Indis parte* 1. *n.* 4. 5. 6. 7. & *n.* 19.

12 *Vide Vaſq. in præf. n.* 5.

## CAPUT III.

### *Luſitanos in Indos non habere jus dominii titulo donationis Pontificiæ.*

SEcundo ſi Pontificis Alexandri Sexti diviſione utentur, ante omnia illud attendendum eſt, volueritne Pontifex contentiones tantum Luſitanorum & Caſtellanorum dirimere, quod potuit ſane, ut lectus inter illos arbiter; ſicut & ipſi Reges jam ante inter ſe ea de re federa quædam pepigerant[1]: & hoc ſi ita eſt, cum res inter alios acta ſit, ad cæteras gentes non pertinebit: an vero prope ſingulos mundi trientes duobus populis donare Quod etſi voluiſſet, & potuiſſet Pontifex, non tamen continuo ſequeretur dominos eorum locorum eſſe Luſitanos, cum donatio dominum non faciat, ſed ſecuta traditio[2]: quare & huic cauſæ poſſeſſio deberet accedere. Tum vero ſi quis jus ipſum ſive divinum, ſive humanum ſcrutari volet, non autem ex commodo ſuo metiri, facile deprehendet dona-

1 *Vide Oſorium.*

2 *Vide* §. 40. *Inſt. de rer. diviſ.*

donationem ejuſmodi ut rei alienæ nullius eſſe momenti. Diſputationem de poteſtate Pontificis, hoc eſt, epiſcopi Romanæ eccleſiæ hic non aggrediar, nec quicquam ponam niſi ex hypotheſi, hoc eſt, quod confitentur homines inter eos eruditiſſimi, qui plurimum Pontificiæ tribuunt auctoritati, maxime Hiſpani: qui cum pro ſua perſpicacia facile videant Dominum Chriſtum omne a ſe terrenum imperium abdicaſſe [3], mundi certe totius dominium, qua homo fuit, non habuiſſe, & ſi habuiſſet, nullis tamen argumentis aſtrui poſſe jus illud in Petrum, aut Romanam eccleſiam Vicarii jure tranſlatum: cum alias etiam certum ſit, multa Chriſtum habuiſſe, in quæ Pontifex non ſucceſſerit [4], intrepide affirmarunt (utar ipſorum verbis) Pontificem non eſſe dominum civilem aut temporalem totius orbis [5]. Imo etiam ſi quam talem poteſtatem in mundo haberet, eam tamen non recte exerciturum, cum ſpirituali ſua juriſdictione contentus eſſe debeat, ſæcularibus autem Principibus eam concedere nullo modo poſſe. Tum vero ſi quam habeat poteſtatem [6], eam habere, ut loquuntur, in ordine ad ſpiritualia. Quocirca nullam illi eſſe poteſtatem in populos infideles, ut qui ad eccleſiam non pertineant [7]. Unde ſequitur ex ſententia Cajetani [8] & Victoriæ & potioris partis tam Theologorum quam Canoniſtarum [9], non eſſe idoneum titulum adverſus Indos, vel quia Papa dederit provincias illas tanquam dominus abſolute, vel quia non recognoſcunt *dominium Papæ*: atque adeo ne Sarracenos quidem *iſto titulo* unquam ſpoliatos.

3 *Luc.* 12, 14. *Joh.* 18, 36.
4 *Vict. de Indis p.* 1, *num.* 25. *Vict.* 16. *num.* 27.
5 *Vide Vaſq. c.* 21. *contrmasv. ill. Turre-Crem. lib.* 2, *c.* 113. *Hugo* 69. *diſt. cum ad Verum. Bern. in* 2. *lib. ad Eug. Vict. de Ind. p.* 1, *n.* 27. *Cov. in c. peccatum.* §. 9. *num.* 7.
6 *Matt.* 20, 26. *Joh.* 6, 15. *Matt.* 17, 27.
7 *Vict. ibid. n.* 28. *Cov. de loco* 1 *Corinth.* 5. *in fine. Thom.* 2, 2. 12. 2. *Ayala lib.* 1, *c.* 2. *num.* 29. *Vict. ibid. n.* 30. *Cov. d. loco.*
8 *Vide locum Cajetani infra.* 9 *Thom.* 2, 2. *q.* 66. *art.* 8. *Sylv. de infid.* §. 7. *Inn. in c. quod ſuper his de voto. Vict. n.* 31.

## Caput IV.

### *Luſitanos in Indos non habere jus dominii titulo belli.*

His igitur ſublatis cum manifeſtum ſit, quod & Victoria ſcribit [1], Hiſpanos ad terras remotiores illas navigantes nullum jus ſecum attuliſſe occupandi eas provincias, unus duntaxat titulus belli reſtat, qui & ipſe ſi juſtus eſſet, tamen ad dominium proficere non poſſet, niſi jure prædæ, hoc eſt, poſt occupationem. Atqui tantum abeſt, ut Luſitani eas res occupaverint, ut cum pleriſque gentibus, quas Batavi acceſſerunt, bellum eo tempore nullum haberent. Et ſic igitur nullum jus illis quæri potuit: cum etiam ſi quas ab Indis pertuliſſent injurias, eas longa pace & amicis commerciis remiſiſſe merito cenſeatur. Quanquam ne fuit quidem quod bello obtenderent. Nam qui barbaros bello perſequuntur, ut Americanos Hiſpani,

1 *d. num.* 31.

o ſolent prætexere, quod ab illis commercio arceantur, aut od doctrinam veræ religionis illi nolint agnoſcere. Et commercia quidem Luſitani ab Indis impetrarunt, ut hac in parte nihabeant quod querantur. Alter vero [2] obtentus nihilo eſt juſr, quam ille Græcorum in barbaros, quo Boëtius [3] reſpexit:

*An diſtant quia diſſidentque mores,*
*Injuſtas acies, & fera bella movent,*
*Alterniſque volunt perire telis?*
*Non eſt juſta ſatis ſævitiæ ratio.*

a autem & Thomæ & concilii Toletani & Gregorii & Theoorum, Canoniſtarum, Juriſprudentiumque fere omnium nclusio eſt [4]: Quantumcunque fides annuntiata ſit barbaris am de his, qui ſubditi ante fuerunt Chriſtianis Principibus, m de apoſtatis alia eſt quæſtio) probabiliter & ſufficienter, & noluerint eam reſpicere, non tamen licere hac ratione eos belperſequi, & ſpoliare bonis ſuis [5]. Operæ pretium eſt in hanc m ipſa Cajetani verba deſcribere [6]: *Quidam*, ait, *infideles nec jure, nec de facto ſubſunt ſecundum temporalem juriſdictionem rincipibus Chriſtianis, ut inveniuntur pagani, qui nunquam nperio Romano ſubditi fuerunt, terras habitantes, in quibus hriſtianum nunquam fuit nomen. Horum namque domini, uamvis infideles, legitimi domini ſunt, ſive regali, ſive politico egimine gubernantur: nec ſunt propter infidelitatem a dominio uorum privati, quum dominium ſit ex jure poſitivo, & infideitas ex divino jure, quod non tollit jus poſitivum, ut ſuperius n quæſtione habitum eſt. Et de his nullam ſcio legem quoad temoralia. Contra hos nullus Rex, nullus Imperator, nec Eccleſia Romana poteſt movere bellum ad occupandas terras eorum, aut ubjiciendos illos temporaliter: quia nulla ſubeſt cauſa juſta belli, um Jeſus Chriſtus Rex Regum, cui data eſt poteſtas in cœlo & n terra, miſerit ad capiendam poſſeſſionem mundi, non milites rmata militia, ſed ſanctos prædicatores, ſicut oves inter lupos. Jnde nec in teſtamento veteri, ubi armata manu poſſeſſio erat caienda, terra infidelium inductum lego bellum alicui propter hoc uod non erant fideles: ſed quia nolebant dare tranſitum, vel uia eos offenderant, ut Madianitæ, vel ut recuperarent ſua, livina largitate ſibi conceſſa. Unde* graviſſime peccaremus, *ſi ſidem Chriſti Jeſu per hanc viam ampliare contenderemus: nec ſſemus* legitimi Domini *illorum: ſed* magna latrocinia *committeremus, & teneremur ad reſtitutionem, utpote* injuſti debelatores aut occupatores. *Mittendi eſſent ad hos prædicatores boni viri, qui verbo & exemplo converterent eos ad Deum: & non qui eos opprimant, ſpolient, ſcandalizent, ſubjiciant, & duplo gehennæ filios faciant, more Phariſæorum.* Et in hanc formam audimus ſæpe a Senatu in Hiſpania, & Theologis, præcipue

[2] *Vide Vaſq. c. 24. contr. ill. Vict. de Indis p. 2, n. 10.*
[3] *Met. 4. lib. 4. de Conſol.*
[4] *Thom. 2. 2. q. 10. art. 8. c. de Judæis, diſt. 45 c. qui ſincera. eadem diſt. Innoc. d. loco. Bart. ad l. 1. C. de pag. Covarr. ad c. peccatum. p. 2, §. 9. & 10. Ayala de Jure belli l. 1, c. 2. n. 28. arg.*
[5] *Matt. 10. 23.*
[6] *ad Sum. Thom. 2, 2. q. 66. art. 8.*



Digitized by Google

Dominicanis, decretum fuiſſe, ſola verbi prædicatione non bello Americanos ad fidem traducendos: libertatem etiam quæ illis eo nomine erepta eſſet, reſtitui debere, quod à Paulo tertio Pontifice, & Carolo V. Imperatore, Hiſpaniarum Rege, comprobatum dicitur. Omittimus jam, Luſitanos in pleriſque partibus religionem nihil promovere, ne operam quidem dare, cum ſoli lucro invigilent. Imo & illud ibi verum eſſe, quod de Hiſpanis in America Hiſpanus ſcripſit, non miracula, non ſigna audiri, non exempla vitæ religioſæ, quæ ad eandem fidem alios poſſent impellere, ſed multa ſcandala, multa facinora, multas impietates. Quare cum & poſſeſſio & titulus deficiat poſſeſſionis, neque res ditioneſque Indorum pro talibus haberi debeant quaſi nullius ante fuiſſent, neque cum illorum eſſent, ab aliis recte acquiri potuerint, ſequitur Indorum populos, de quibus nos loquimur, Luſitanorum proprios non eſſe, ſed liberos, & ſui juris: de quo ipſi doctores Hiſpani non dubitant[7].

[7] *Vict. in fine par. 2. 1. relectione de Indis.*

## Caput V.

### *Mare ad Indos aut jus eò navigandi non eſſe proprium Luſitanorum titulo occupationis.*

Si ergo in populos terraſque & ditiones *Luſitani jus nullum* quæſiverunt, videamus an mare & navigationem, aut mercaturam ſui juris facere potuerint. De mari autem prima ſit conſideratio, quod cum paſſim in jure aut nullius, aut commune, aut publicum Juris gentium dicatur, hæ voces quid ſignificent ita commodiſſime explicabitur, ſi Poëtas ab Heſiodo omnes, & Philoſophos, & Juriſconſultos veteres imitati in tempora diſtinguamus, ea, quæ tempore forte haud longo, certa tamen ratione & ſui natura diſcreta ſunt. Neque nobis vitio verti debet, ſi in juris a natura procedentis explicatione, auctoritate & verbis eorum utimur, quos conſtat naturali judicio plurimum valuiſſe. Sciendum eſt igitur in primordiis vitæ humanæ aliud quam nunc eſt dominium, aliud communionem fuiſſe[1]. Nam dominium nunc proprium quid ſignificat, quod ſcilicet ita eſt alicujus ut alterius non ſit eodem modo. Commune autem dicimus, cujus proprietas inter plures conſortio quodam aut conſenſu collata eſt, excluſis aliis. Linguarum paupertas coëgit voces eaſdem in re non eadem uſurpare. Et ſic iſta noſtri moris nomina ad jus illud priſtinum, ſimilitudine quadam & imagine, referuntur. Commune igitur tunc non aliud fuit quam quod ſimpliciter proprio opponitur: Dominium autem facultas non injuſta utendi re communi,

[1] *Vide Gloſ. & Caſtr. in l. ex hoc jure & c. jus nat. diſt. 1.*

quam

quem uſum Scholaſticis[2] viſum eſt facti non juris vocare, quia qui nunc in jure uſus vocatur, proprium eſt quiddam, aut, ut illorum more loquar, privative ad alios dicitur. Jure prima Gentium, quod & Naturale interdum dicitur, & quod Poëtæ alibi ætate aurea, alibi Saturni aut Juſtitiæ regno depingunt, nihil proprium fuit: quod Cicero dixit: *Sunt autem privata nulla natura.* Et Horatius:

*Nam* propriæ *telluris* herum natura *nec illum*,
*Nec me nec quenquam ſtatuit.*

Neque enim potuit natura dominos diſtinguere. Hoc igitur ſignificatu res omnes eo tempore communes fuiſſe dicimus, idem innuentes quod Poëtæ, cum primos homines in medium quæſiviſſe, & Juſtitiam caſto fœdere res medias tenuiſſe dicunt: quod ut clarius explicent, negant eo tempore campos limite partitos, aut commercia fuiſſe ulla.

*promiſcua rura per agros*
*Præſtiterant cunctis* communia *cuncta* videri[3].

Recte additum eſt *videri*, propter tranſlationem, ut diximus, vocabuli. Communio autem iſta ad uſum referebatur:

——— *pervium cunctis iter*,
Communis uſus *omnium rerum fuit*[4].

Cujus ratione dominium quoddam erat, ſed univerſale, & indefinitum: Deus enim res omnes non huic aut illi dederat, ſed humano generi, atque eo modo plures in ſolidum ejuſdem rei domini eſſe non prohibebantur; quod ſi hodierna ſignificatione ſumamus dominium, contra omnem eſt rationem. Hoc enim proprietatem includit, quæ tunc erat penes neminem.

Aptiſſime autem illud dictum eſt:

——— *omnia rerum*
*Uſurpantis erant*[5].

Ad eam vero, quæ nunc eſt, dominiorum diſtinctionem non impetu quodam, ſed paulatim ventum videtur, initium ejus monſtrante natura. Cum enim res ſint nonnullæ, quarum uſus in abuſu conſiſtit, aut quia converſæ in ſubſtantiam utentis nullum poſtea uſum admittunt, aut quia utendo fiunt ad uſum deteriores, in rebus prioris generis, ut cibo & potu, proprietas ſtatim quædam ab uſu non ſejuncta emicuit[6]. Hoc enim eſt proprium eſſe, ita eſſe cujuſquam, ut & alterius eſſe non poſſit; quod deinde ad res poſterioris generis, veſtes puta, & res mobiles alias aut ſe moventes ratione quadam productum eſt. Quod cum eſſet, ne res quidem immobiles omnes, agri puta, indiviſæ manere potuerunt: quanquam enim horum uſus non ſimpliciter in abuſu conſiſtat, eorum tamen uſus abuſus cujuſdam cauſa comparatus eſt; ut arva & arbuſta cibi cauſa, paſcua etiam veſtium; omnium autem uſibus promiſcue

ſuffi-

2 *Vide Vaſq. controv. uſu freq. cap. 1. num. 10. c. exiit qui ſeminat. de Verb. ſig. in 6. clem. exivi de paradiſo. de verb. ſign.*

3 *Avienus in Arat.*

4 *Senec. Octavia.*

5 *Avienus.*

6 *ff. de uſuf. ear. rer. quæ uſu conſ. Extrav. de verb. ſign. ad conditorem & quia quorundam Thom. 2. 2. 78.*

ſufficere non poſſunt. Repertæ proprietati lex poſita eſt, quæ naturam imitaretur. Sicut enim initio per applicationem corporalem uſus ille habebatur, unde proprietatem primum ortam diximus: ita ſimili applicatione res proprias cujuſque fieri placuit. Hæc eſt quæ dicitur occupatio, voce accommodatiſſima ad eas res, quæ ante in medio poſitæ fuerant: quo Seneca Tragicus alludit[7]:

7 *Sen. Threſte*

—— in medio *eſt ſcelus*
Poſitum occupanti.

8 *Sen. Ben. l. 7, c. 12.* 9 *Decl. 13.* 10 *De Off. 1.*

Et Philoſophus[8]: *Equeſtria* omnium *Equitum Romanorum ſunt: in illis tamen locus meus fit* proprius, *quem* occupavi Hinc Quintilianus[9] dicit, quod omnibus naſcitur, induſtriæ eſſe præmium; & Tullius,[10] factas eſſe veteri occupatione res eorum, qui quondam in vacua venerant. Occupatio autem hæc in rebus, quæ poſſeſſioni renituntur, ut ſunt feræ beſtiæ, perpetua eſſe debet, in aliis ſufficit, corpore cœptam poſſeſſionem animo retineri. Occupatio in mobilibus eſt apprehenſio, in immobilibus inſtructio aut limitatio: unde Hermogenianus cum dominia diſtincta dicit, addit, agris terminos poſitos, ædificia collocata[11]. Hic rerum ſtatus a poëtis indicatur:

11 *L. 5. ff. de juſt. & jur.* 12 *Virgil. 1. Georg.* 13 *Ovid. in Metamorphoſ.*

*Tum laqueis captare feras, & fallere viſco*
*Inventum*:
*Tum primum ſubiere domos*[12].
Communemque prius, *ceu lumina ſolis & auræ*
*Cautus humum longo ſignavit* limite *meſſor*[13].

Celebratur poſt hæc, ut Hermogenianus indicat, commercium, cujus gratia

14 *Ovid. Metam. 1.*

*Fluctibus ignotis inſultavere carinæ*[14].

Eodem autem tempore & reſpublicæ inſtitui cœperunt: atque ita earum, quæ a prima communione divulſa erant, duo facta ſunt genera. Alia enim ſunt publica, hoc eſt, populi propria (quæ eſt genuina iſtius vocis ſignificatio) alia mere privata, hoc eſt, ſingulorum. Occupatio autem publica eodem modo fit, quo privata. Seneca[15]: *fines Athenienſium, aut Campanorum vocamus, quos deinde inter ſe vicini privata terminatione diſtinguunt.* Gens enim unaquæque

15 *De Beneſ. 7, 4.* 16 *Seneca Octav.*

Partita fines *regna conſtituit, novas*
*Extruxit* urbes[16].

17 *Offic. 1.* 18 *Lib. 1.* 19 *Vide Duar. in tit. de rer. div. & qual.*

Hoc modo dicit Cicero[17] agrum Arpinatem Arpinatum dici, Tuſculanum Tuſculanorum, *ſimiliſque eſt*, inquit, *privatarum poſſeſſionum deſcriptio, ex quo quia ſuum cujuſque fit, eorum quæ natura fuerant* communia, *quod cuique obtigit, id quiſque teneat.* Contra autem Thucydides[18] eam terram, quæ in diviſione populo nulli obvenit, ἀόριστον, hoc eſt, indefinitam, & limitibus nullis circumſcriptam vocat[19]. Ex his, quæ hactenus dicta

ſunt,

[s]int, duo intelligi poſſunt. Prius eſt, eas res, quæ occupari [n]on poſſunt, aut occupatæ nunquam ſunt, nullius proprias [e]ſſe poſſe: quia omnis proprietas ab occupatione cœperit. [A]lterum vero, eas res omnes, quæ ita a natura comparatæ [s]int, ut aliquo utente nihilominus aliis quibuſvis ad uſum pro[m]iſcue ſufficiant, ejus hodieque conditionis eſſe, & perpetuo [e]ſſe debere, cujus fuerant cum primum a natura proditæ ſunt. [H]oc Cicero voluit [20]. *Ac latiſſime quidem patens hominibus [in]ter ipſos, omnibus inter omnes, ſocietas hac eſt, in qua omnium [re]rum, quas ad communem uſum natura genuit, eſt ſervanda [co]mmunitas.* Sunt autem omnes res hujus generis, in quibus [si]ne detrimento alterius alteri commodari poteſt. Hinc illud [e]ſſe dicit Cicero, *non prohibere aqua profluente.* Nam aqua [p]rofluens qua talis non qua flumen eſt, inter communia om[n]ium a Juriſconſultis refertur: & a poëta [21]:

*Quid prohibetis* aquis? uſus communis *aquarum eſt.*
*Nec* ſolem proprium Natura *nec* aëra *fecit*,
*Nec tenues* undas. *in* publica *munera veni.*

Dicit hæc non eſſe natura propria, ſicut Ulpianus [22], natura omnibus patere, tum quia primum a natura prodita ſunt, & [i]n nullius adhuc dominium pervenerunt (ut loquitur [23] Neratius) tum quia, ut Cicero dicit, a natura ad uſum communem genita videntur. Publica autem vocat tralatitia ſignificatione, non quæ ad populum aliquem, ſed quæ ad ſocietatem humanam pertinent, quæ publica juris gentium in legibus vocantur [24], hoc eſt, communia omnium, propria nullius. Hujus generis eſt aër, duplici ratione, tum quia occupari non poteſt, tum quia uſum promiſcuum hominibus debet. Et eiſdem de cauſis commune eſt omnium maris elementum, infinitum ſcilicet ita, ut poſſideri non queat, & omnium uſibus occommodatum: ſive navigationem reſpicimus, ſive etiam piſcaturam. Cujus autem juris eſt mare, ejuſdem ſunt ſi qua mare aliis uſibus eripiendo ſua fecit, ut arenæ maris, quarum pars terris continua littus dicitur [25]. Recte igitur Cicero [26]: *quid tam* commune *quam* mare *fluctuantibus*, littus *ejectis?* etiam Virgilius auram, undam, littus cunctis patere dicit. Hæc igitur ſunt illa quæ Romani vocant communia omnium jure naturali [27], aut quod idem eſſe diximus, publica juris gentium: ſicut & uſum eorum modo communem, modo publicum vocant. Quamquam vero etiam ea nullius eſſe, quod ad proprietatem attinet, recte dicantur, multum tamen differunt ab his, quæ nullius ſunt, & communi uſui attributa non ſunt, ut feræ, piſces, aves: nam iſta ſi quis occupet, in jus proprium tranſire poſſunt, illa vero totius humanitatis conſenſu proprietati in perpetuum excepta ſunt propter uſum, qui cum ſit omnium,

20 *Offic.* 1.
21 *Ovid. lib.* 6. *Metamorphoſ.*
22 *L.* 13. *ff. comm. præd.*
23 *L.* 14. *ff. de acq. rer. dom.*
*Loco citato. Vide Conna[n]. commun. civ. lib.* 3, *cap* 2. *Donell. lib.* 4, *cap.* 2.
24 *L. ult. de uſucap.*
25 *L.* 10. *de rer. div.*
26 *Loco cit.*
27. *§.* 1. *&* 5. *Inſt. de rer. div. L.* 1. *l.* 2. *& l.* 10. *ff. eod. tit. L.* 14 *& l.* 50. *de acq. rer. dom. l.* 13. *§. ult. l.* 14. *de injur. l.* 3 *D. ne quid in loco publ. cum l. ſeq.*

non

non magis omnibus ab uno eripi poteſt, quam a te mihi quod meum eſt. Hoc eſt quod Cicero dicit inter prima eſſe Juſtitiæ munera, rebus communibus pro communibus uti. Scholaſtici dicerent eſſe communia alia affirmative, alia privative. Diſtinctio hæc non modo Juriſprudentibus uſitata eſt, ſed vulgi etiam confeſſionem exprimit: unde apud Athenæum convivator mare commune eſſe dicit, at piſces capientium fieri. Et in Plautina Rudente ſervo dicenti, *mare quidem commune certo eſt omnibus*, aſſentit piſcator; addenti autem, *in mari inventum eſt, commune eſt*, recte occurrit:

*Meum quod rete atque hami nacti ſunt, meum potiſſimum eſt.*

Mare igitur proprium omnino alicujus fieri non poteſt, quia natura commune hoc eſſe non permittit, ſed jubet; imo ne littus quidem[28]: niſi quod hæc addenda eſt interpretatio: ut ſi quid earum rerum per naturam occupari poſſit, id eatenus occupantis fiat, quatenus ea occupatione uſus ille promiſcuus non læditur. Quod merito receptum eſt: nam cum ita ſe habet, ceſſat utraque exceptio, per quam eveniſſe diximus, ne omnia in jus proprium transſcriberentur. [29] Quoniam igitur inædificatio ſpecies eſt occupationis, in littore licet ædificare, ſi id fieri poteſt ſine cæterorum incommodo, ut Pomponius [30] loquitur. quod ex Scævola explicabimus, niſi uſus publicus, hoc eſt communis, impediretur. Et qui ædificaverit, *ſoli dominus* fiet: quia id ſolum nec ullius proprium, *nec ad uſum communem neceſſarium fuit* eſt igitur occupantis: Sed non diutius, quam durat occupatio, quia reluctari mare poſſeſſioni videtur, exemplo feræ, quæ ſi in naturalem ſe libertatem receperit, non ultra captoris eſt, ita & littus poſtliminio mari cedit. Quicquid autem privatum fieri occupando, idem & publicum, hoc eſt, populi proprium poſſe oſtendimus. [31] Sic littus imperii Romani finibus incluſum, populi Romani eſſe Celſus exiſtimat: quod ſi ita eſt, minime mirandum eſt, eundem populum ſubditis ſuis occupandi littoris modum per Principem aut Prætorem potuiſſe concedere. Cæterum & hæc occupatio non minus quam privata ita reſtringenda eſt, ne ulterius porrigatur, quam ut ſalvus ſit uſus juris gentium. Nemo igitur poteſt a populo Romano [32] ad littus maris accedere prohiberi, & retia ſiccare, & alia facere, quæ ſemel omnes homines in perpetuum ſibi licere voluerunt. Maris autem natura hoc differt a littore, quod mare niſi exigua ſui parte nec inædificari facile, nec includi poteſt: & ut poſſet, hoc ipſum tamen vix contingeret ſine uſus promiſcui impedimento. Si quid tamen exiguum ita occupari poteſt, id occupanti conceditur. Hyperbole eſt igitur

> *Contracta piſces æquora ſentiunt*
> *Jactis in altum molibus* [33].

Nam

---

28 *Vide Don l. 4, c. 2.*

29 *§. 5. Inſt. de rer. div. l. 5. §. 1. ff. de rer. div. l. 24. ff. de damno inf.*

30 *L. 50 de acq. rer. dom. L. 4. ne quid in loco pub. l. 10. de rerum div. l. 14. de acq. rer. dom.*

31 *d. l. 3. ne quid in loco publ. Donell. l. 4. c. 2. & c. 9. d. l. 50. de acq. rer. dom. L. 2. in pr. & §. 10. & §. 16. ne quid in loco pub.*

32 *L. 4. ff. de rer. diviſ. Vide d. l. 3. ff. ne quid in loco pub.*

33 *Horat.*

Digitized by Google

Nam Celſus jactas in mare pilas ejus eſſe dicit, qui jecerit [34]. Sed 34 *d. l. 3.*
id non concedendum, ſi deterior maris uſus eo modo futurus
ſit. Et Ulpianus eum, qui molem in mare jacit, ita tuendum
dicit, ſi nemo damnum ſentiat [35]. Nam ſi cui hæc res nocitura 35 *L. 2. §. 8.*
ſit, interdictum utique, *Ne quid in loco publico fiat*, competi- *ne quid in*
turum. Ut & Labeo, ſi quid tale in mare ſtruatur, inter- *loco publ.*
dictum vult competere, *Ne quid in mari, quo portus, ſtatio*
*iterve navigiis deterius ſit, fiat* [36]. Quæ autem navigationis, 36 *L. 1. §.*
eadem piſcatus habenda eſt ratio, ut communis maneat omni- *17. ff. de*
bus. Neque tamen peccabit ſi quis in maris diverticulo piſcandi *flumin.*
locum ſibi palis circumſepiat, atque ita privatum faciat: ſicut
Lucullus exciſo apud Neapolim monte ad villam ſuam maria
admiſit [37]. Et hujus generis puto fuiſſe piſcinas maritimas, 37 *Plin.*
quarum Varro & Columella meminerunt. Nec Martialis alio *lib. 9.*
ſpectavit, cum de Formiano Apollinaris loquitur [38]. *cap. 54.*
38 *Lib. 10. Epig. 10.*

*Si quando* Nereus *ſentit Æoli regnum,*
*Ridet procellas tuta de* ſuo *menſa.*

Et Ambroſ. [39] *Inducis mare intra prædia tua, ne deſint belluæ.* 39 *De Na-*
Hinc apparere poteſt, quæ mens Pauli fuerit, cum dicit, [40] ſi *buth. c. 3.*
maris proprium jus ad aliquem pertineat, *Uti poſſidetis* interdi- 40 *L. 14. ff.*
ctum ei competere. Eſſe quidem hoc interdictum ad privatas *de injuriis.*
cauſas comparatum, non autem ad publicas, (in quibus etiam
ea comprehenduntur, quæ jure gentium communi facere
poſſumus) ſed hic jam agi de jure fruendo, quod ex cauſa pri-
vata contingat, non publica, ſive communi. Nam, teſte
Marciano [41], quicquid occupatum eſt & occupari potuit, id 41 *L. 4. ff.*
jam non eſt juris gentium, ſicut eſt mare. Exempli cauſa, ſi *de rer. div.*
quis Lucullum aut Apollinarem in privato ſuo, quatenus di-
verticulum maris incluſerant, piſcari prohibuiſſet, dandum illis
interdictum Paulus putavit, non ſolum injuriarum actionem,
ob cauſam ſcilicet privatæ poſſeſſionis. Imo in diverticulo
maris, ſicut in diverticulo fluminis, ſi locum talem occuparim,
ibique piſcatus ſim, maxime ſi animum privatim poſſidendi
plurium annorum continuatione teſtatus fuerim, alterum eo-
dem jure uti prohibebo: ut ex Marciano [42] colligimus, non 42 *L. 7. de*
aliter quam in lacu qui mei dominii eſt. Quod verum quamdiu *div. & temp.*
durat occupatio, quemadmodum in littore antea diximus. *præſcr.*
Extra diverticulum idem non erit, ne ſcilicet communis uſus 43 *L. 45. ff.*
impediatur [43]. Ante ædes igitur meas aut prætorium ut piſcari *de uſucap.* 44 *L. 13.*
aliquem prohibeant uſurpatum quidem eſt, ſed nullo jure, *§. 7 ult. ff.*
adeo quidem ut Ulpianus [44] contemta ea uſurpatione ſi quis *de injuriis.*
prohibeatur, injuriarum dicat agi poſſe. Hoc imperator Leo [45] 45 *Novella*
(cujus legibus non utimur) contra juris rationem mutavit, vo- *Leon. 102.*
luitque *πρόθυρα*, hoc eſt, veſtibula maritima, eorum eſſe pro- *103. 104. Vide Cujac.*
pria, qui oram habitarent, ibique eos jus piſcandi habere: *14, obſ. 1.*
quod

Digitized by Google

quod tamen ita procedere voluit, ut ſeptis quibuſdam remoratoriis, quas ἐποχὰς Græci vocant, locus ille occuparetur: exiſtimans nimirum non fore, ut quis exiguam maris portionem alteri invideret, qui ipſe toto mari ad piſcandum admitteretur. Certe ut quis magnam maris partem, etiamſi poſſit, publicis utilitatibus eripiat, non tolerandæ eſt improbitatis: in quam merito Vir Sanctus [46] invehitur: Spatia maris *ſibi vindicant* jure mancipii, *piſciumque jura ſicut vernaculorum conditione ſibi ſervitii ſubjecta commemorant. Iſte, inquit*, ſinus *maris meus eſt, ille alterius. Dividunt elementa ſibi potentes.* Eſt igitur mare in numero earum rerum, quæ in commercio non ſunt [47], hoc eſt, quæ proprii juris fieri non poſſunt. Unde ſequitur, ſi proprie loquamur, nullam maris partem in territorio populi alicujus poſſe cenſeri. Quod ipſum Placentinus ſenſiſſe videtur, cum dixit: Mare ita eſſe commune, ut in nullius dominio ſit niſi ſolius Dei: & Johannes Faber [48], cum mare aſſerit relictum in ſuo jure, & eſſe primævo, quo omnia erant communia. Alioquin nihil differrent quæ ſunt omnium communia ab his, quæ publica proprie dicuntur, ut mare a flumine. Flumen populus occupare potuit, ut incluſum finibus ſuis, mare non potuit. Territoria autem ſunt ex occupationibus populorum, ut privata dominia ex occupationibus ſingulorum. Vidit hoc Celſus [49], qui clare ſatis diſtinguit inter littora, quæ populus Romanus occupare potuit, ita tamen ut *uſui communi* non noceretur, & mare quod priſtinam naturam *retinuit*. Nec ulla lex diverſum indicat [50]. Quæ vero leges a contrariæ ſententiæ auctoribus citantur, aut de inſulis loquuntur, quas clarum eſt occupari potuiſſe, aut de portu, qui non communis eſt, ſed proprie publicus. Qui vero dicunt mare aliquod eſſe imperii Romani, dictum ſuum ita interpretantur, ut dicant jus illud in mare ultra protectionem & juriſdictionem non procedere: quod illi jus a proprietate diſtinguunt: nec forte ſatis animadvertunt id ipſum, quod Populus Romanus claſſes præſidio navigantium diſponere potuit, & deprehenſos in mari piratas punire, non ex proprio, ſed ex communi jure accidiſſe, quod & aliæ liberæ gentes in mari habent. Illud interim fatemur, potuiſſe inter gentes aliquas convenire, ut capti in maris hac vel illa parte, hujus aut illius reipublicæ judicium ſubirent, atque ita ad commoditatem diſtinguendæ juriſdictionis in mari fines deſcribi, quod ipſos quidem eam ſibi legem ferentes obligat [51], at alios populos non item: neque locum alicujus proprium facit, ſed in perſonas contrahentium jus conſtituit. Quæ diſtinctio, ut naturali rationi conſentanea eſt, ita Ulpiani reſponſo quodam comprobatur, qui rogatus, an duorum prædiorum maritimorum dominus, alteri eorum quod venderet

ſer-

*46 Ambr. lib. 5. Hex. c. 10.*

*47 Donell. l. 4. cap. 6.*

*48 Joh. Faber ad d. §. 5. Inſt. de rer. div. adde DD. ad l. 9. ff. ad l. Rhod. de jact.*

*49 L. 3. ne quid in loco pub.*

*50 V. l. 9. ff. de judiciis. Vide l. 15. ff. de public. Gloſſ. in l. 2. de rer. diviſ. & in d. l. 3. & in §. 1. Inſt. de rer. diviſ. Bal. in d. l. 2.*

*51 Bal. in c. in princ. in 2. col. Quibus modis feud. amit. adde l. unic. C. de claſſ. lib. 11. & Ang. in l. 14. ff. de injur. l. 13. ff. Comm. præd. adde l. 4. eod. tit.*

ſervitutem potuiſſet imponere, ne inde in certo maris loco piſcari liceret, reſpondet: rem quidem ipſam, mare ſcilicet, ſervitute nulla affici potuiſſe, quia per naturam hoc omnibus pateret, ſed cum bona fides contractus legem venditionis ſervari expoſceret, perſonas poſſidentium & in jus eorum ſuccedentium per iſtam legem obligari. Verum eſt loqui Juriſconſultum de prædiis privatis, & lege privata, ſed in territorio & lege populorum eadem hic eſt ratio, quia populi reſpectu totius generis humani privatorum locum obtinent. Similiter reditus, qui in piſcationes maritimas conſtituti, Regalium numero cenſentur, non rem, hoc eſt, mare aut piſcationem, ſed perſonas non obligant[52]. Quare ſubditi, in quos legem ferendi poteſtas reipublicæ aut principi ex conſenſu competit, ad onera iſta compelli forte poterunt: ſed exteris jus piſcandi ubique immune eſſe debet, ne ſervitus imponatur mari, quod ſervire non poteſt. Non enim maris eadem quæ fluminis ratio eſt[53]: quod cum ſit publicum, id eſt, populi, jus etiam in eo piſcandi a populo aut Principe concedi, aut locari poteſt, ita ut ei qui conduxit, etiam interdictum veteres dederint, *de loco publico fruendo*, addita conditione, ſi is cui locandi jus fuerit, fruendum alicui locaverit[54]: quæ conditio in mari evenire non poteſt. Cæterum qui ipſam piſcationem numerant inter Regalia, ne quidem illum locum, quem interpretabantur, ſatis inſpexerunt. quod Iſerniam & Alvotum non latuit. Demonſtratum eſt[55], nec populo, nec privato cuipiam jus aliquod proprium in ipſum mare, (nam diverticulum excipimus) competere poſſe, cum occupationem nec natura, nec uſus publici ratio permittat. Hujus autem rei cauſa inſtituta fuerat hæc diſputatio, ut appareret Luſitanos mare, quo ad Indos navigatur, ſui juris non feciſſe. Nam utraque ratio, quæ proprietatem impedit, in hac cauſa eſt quam in cæteris omnibus infinito efficacior. Quod in aliis difficile videtur, in hac omnino fieri non poteſt: quod in aliis iniquum judicamus, in hac ſumme barbarum eſt, atque inhumanum. Non de mari interiore hic agimus, quod terris undique infuſum alicubi etiam fluminis latitudinem non excedit, de quo tamen ſatis conſtat locutos Romanos juriſconſultos, cum nobiles illas adverſus privatam avaritiam ſententias ediderunt: de oceano quæritur, quem immenſum, infinitum, rerum parentem, cœlo conterminum antiquitas vocat: cujus perpetuo humore non fontes tantum & flumina & maria, ſed nubes, ſed ipſa quodammodo ſidera paſci veteres crediderunt: qui denique per reciprocas æſtuum vices terram hanc humani generis ſedem ambiens, neque teneri, neque includi poteſt, & poſſidet verius quam poſſidetur. In hoc autem oceano non de ſinu aut freto, nec de omni quidem eo, quod e littore conſpici poteſt, controverſia eſt. Vindicant ſibi Luſitani, quicquid duos

B orbes

52 *C. quæ ſint Regalia in Feudis.*

53 *Vide Balbum praſcr. 4. parte 5. part. prim. q. 6. n. 4.*

54 *d. l. 13. §. 7. verſ. conductori. ff. de injur. l. 1. ff. de loco publ. fruendo.*

55 *Ad d. cap. Quæ ſint Regalia.*

Digitized by Google

orbes interjacet, tantis ſpatiis diſcretos, ut plurimis ſæculis famam ſui non potuerint tranſmittere. Quod ſi Caſtellanorum, qui in eadem ſunt cauſa, portio accedat, parvo minus omnis oceanus duobus populis mancipatus eſt, aliis tot gentibus ad ſeptentrionum redactis anguſtias: multumque decepta eſt natura, quæ cum elementum illud omnibus circumfudit, omnibus etiam ſuffecturum credidit. In tanto mari ſi quis uſu promiſcuo ſolum ſibi imperium & ditionem exciperet, tamen immodicæ dominationis affectator haberetur: ſi quis piſcatu arceret alios, inſanæ cupiditatis notam non effugeret. At qui etiam navigatum impedit, quo nihil ipſi perit, de eo quid ſtatuemus? Si quis ab igni qui totus ſuus eſt, ignem capere, lumen ſuo de lumine, alterum prohiberet, lege hunc humanæ ſocietatis reum peragerem: quia vis ea eſt iſtius naturæ,

*Ut nihilominus ipſi luceat, cum illi accenderit* [56].

Quid ni enim quando ſine detrimento ſuo poteſt, alteri communicet, in iis quæ ſunt accipienti utilia, danti non moleſta [57]? hæc ſunt, quæ philoſophi [58] non alienis tantum, ſed & ingratis præſtari volunt. Quæ vero in rebus privatis invidia eſt, eadem in re communi non poteſt non eſſe immanitas. Improbiſſimum enim hoc eſt, quod naturæ inſtituto, conſenſu gentium, meum non minus quam tuum eſt, id te ita intercipere, ut ne uſum quidem mihi concedas, quo conceſſo nihilominus id tuum ſit, quam antea fuit. *Tum vero etiam* qui alienis incumbunt, aut communia intercipiunt, certa quadam poſſeſſione ſe tuentur. Quia enim prima, ut diximus, occupatio res proprias fecit, idcirco imaginem quandam dominii præfert quamvis injuſta detentio. At Luſitani num, ſicuti terras ſolemus, ſic mare illud impoſitis prædiis ita undique cinxerunt, ut in ipſorum manu eſſet quos vellent excludere? at vero tantum hoc abeſt, ut ipſi etiam, cum adverſus alios populos mundum dividunt, non ullis limitibus aut natura, aut manu poſitis, ſed imaginaria quadam linea ſe tueantur. Quod ſi recipitur & dimenſio talis ad poſſidendum valet, jamdudum nobis Geometræ terras, Aſtronomi autem cœlum eriperent. Ubi hic igitur eſt iſta, ſine qua nulla dominia cœperunt, corporis ad corpus adjunctio? nimirum apparet in nulla re verius dici poſſe, quod Doctores noſtri prodiderunt [59]: mare cum ſit incomprehenſibile, non minus quam aër, nullius populi bonis potuiſſe applicari. Si vero ante alios navigaſſe, & viam quodammodo aperuiſſe, hoc vocant occupare, quid eſſe poteſt magis ridiculum? nam cum nulla pars ſit maris, in quam non aliquis primus ingreſſus ſit, ſequetur omnem navigationem ab aliquo eſſe occupatam. Ita undique excludimur. Quin & illi qui terrarum orbem circumvecti ſunt, totum ſibi oceanum acquiſiviſſe dicendi

56 *Ennius.*

57 *Cicero de off. 1.*

58 *Sen. lib. 8. cap. 28.*

59 *Joann. Faber ad §. 5. Inſt. de rer. div.*



Digitized by Google

cendi erunt. Sed nemo neſcit navem per mare tranſeuntem non plus juris quam veſtigii relinquere. Verum etiam quod ſibi ſumunt neminem ante ipſos eum oceanum navigaſſe, id minime verum eſt. Magna enim pars ejus, de quo agitur, maris, ambitu, Mauritaniæ jam olim navigata eſt: ulterior & in orientem vergens victoriis Magni Alexandri luſtrata eſt uſque in Arabicum ſinum [60]. Olim autem hanc navigationem Gaditanis percognitam fuiſſe, multa argumento ſunt. Cajo Cæſare Auguſti filio in Arabico ſinu res regente, ſigna navium ex Hiſpanienſibus naufragiis agnita. Et quod Cælius Antipater tradidit, vidiſſe ſe, qui ex Hiſpania in Æthiopiam commercii gratia navigaſſet. Etiam Arabibus, ſi verum eſt, quod Cornelius Nepos teſtatus eſt, Eudoxum quendam ſua ætate cum Lathyrum Regem Alexandriæ fugeret, Arabico ſinu egreſſum Gades uſque pervectum. Pœnos autem, qui re maritima plurimum valuerunt, eum Oceanum non ignoraſſe longe clariſſimum eſt, cum Hanno, Carthaginis potentia florente, circumvectus a Gadibus ad finem Arabiæ, præternavigatò ſcilicet promontorio, quod nunc bonæ ſpei dicitur, (vetus videtur nomen *Heſperion ceras* fuiſſe) omne id iter, ſitumque littoris & inſularum ſcripto complexus ſit, teſtatuſque ad ultimum non mare ſibi, ſed commeatum defuiſſe. Ab Arabico autem ſinu ad Indiam, Indicique oceani inſulas, & auream uſque Cherſoneſum, quam eſſe Japanem credunt plerique, etiam re Romana florente navigari ſolitum, iter a Plinio [61] deſcriptum, legationes ab Indis ad Auguſtum, ad Claudium etiam ex Taprobane inſula, deinde geſta Trajani & tabulæ Ptolemæi ſatis oſtendunt. Jam ſuo tempore Strabo [62] Alexandrinorum mercatorum claſſem ex Arabico ſinu, ut Æthiopiæ ultima, ita & Indiæ, petiiſſe teſtatur, cum olim paucis navibus id auderetur. Inde magna populo Romano vectigalia. Addit Plinius [63] impoſitis ſagittariorum cohortibus piratarum metu navigatum: ſolamque Indiam quingenties ſeſtertium, ſi Arabiam addas & Seres, millies annis omnibus Romano imperio ademiſſe: & merces centuplicato venditas. Et hæc quidem vetera ſatis arguunt primos non fuiſſe Luſitanos. In ſingulis autem ſui partibus oceanus ille & tunc cum eum Luſitani ingreſſi ſunt, & nunquam non cognitus fuit. Mauri enim, Æthiopes, Arabes, Perſæ, Indi eam maris partem, cujus ipſi accolæ ſunt, neſcire neutiquam potuerunt. Mentiuntur ergo, qui ſe mare illud inveniſſe jactant. Quid igitur, dicet aliquis, parumne videtur, quod Luſitani intermiſſam multis forte ſæculis navigationem primi repararunt, &, quod negari non poteſt, Europæis gentibus ignotam oſtenderunt, magno ſuo labore, ſumtu, periculo? imo vero ſi in hoc incubuerunt, ut quod ſoli reperiſſent id omnibus monſtrarent, quis adeo eſt

60 *Ex Plin. l. 2, c. 69. & lib. 6, c. 31. & Mela lib. 3.*

61 *Plin. l. 6, c. 23.*

62 *Lib. 2. & 17.*

63 *Loco cit. & l. 12, c. 19.*

amens, ſi non plurimum ſe illis debere profiteatur? eandem enim gratiam, laudemque & gloriam immortalem illi promeruerint, qua omnes contenti fuerunt rerum magnarum inventores, quotquot ſcilicet non ſibi, ſed humano generi prodeſſe ſtuduerunt. Sin Luſitanis ſuus ante oculos quæſtus fuit, lucrum quod ſemper maximum eſt in prævertendis negotiationibus, illis ſufficere debuit. Et ſcimus itinera prima proventus interdum quater decuplos, aut etiam uberiores dediſſe: quibus factum ut inops diu populus ad repentinas divitias ſubito prorumperet, tanto luxus apparatu, quantus vix beatiſſimis gentibus in ſupremo progreſſæ diu fortunæ faſtigio fuit. Si vero eidem in hoc præiverunt, ne quiſquam ſequeretur, gratiam non merentur, cum lucrum ſuum reſpexerint. lucrum autem ſuum dicere non poſſunt, cum eripiant alienum. Neque enim illud certum eſt, niſi iviſſent eo Luſitani, iturum fuiſſe neminem. Adventabant enim tempora, quibus ut artes pene omnes, ita & terrarum & marium ſitus clarius indies noſcebantur. Excitaſſent vetera, quæ modo retulimus, exempla, & ſi non uno impetu omnia patuiſſent, at paulatim promota velis fuiſſent littora, alio ſemper aliud monſtrante. Factum denique fuiſſet, quod fieri potuiſſe Luſitani docuerunt, cum multi eſſent populi non minus flagrantes mercaturæ & rerum externarum ſtudio. Venetis qui multa jam Indiæ didicerant, cætera inquirere promtum fuit. Gallorum Brittonum indefeſſa ſedulitas, *Anglorum* audacia cœpto non defuiſſet. Ipſi Batavi multo magis deſperata aggreſſi ſunt. Nulla igitur æquitatis ratio, ne probabilis quidem ulla ſententia a Luſitanis ſtat. Omnes enim qui mare volunt imperio alicujus ſubjici poſſe, id ei attribuunt, qui proximus portus & circumjacentia littora in ditione habet[64]. At Luſitani in illo immenſo littorum tractu, paucis exceptis præſidiis, nihil habent, quod ſuum poſſint dicere. Deinde vero etiam qui mari imperaret, nihil tamen poſſet ex uſu communi deminuere, ſicut populus Romanus arcere neminem potuit, quo minus in littore imperii Romani cuncta faceret, quæ jure gentium permittebantur[65]. Et ſi quicquam eorum prohibere poſſet, puta piſcaturam, qua dici quodammodo poteſt piſces exhauriri, at navigationem non poſſet, per quam mari nihil perit. Cui rei argumentum eſt longe certiſſimum, quod ex Doctorum ſententia ante retulimus, etiam in terra, quæ cum populis, tum hominibus ſingulis in proprietatem attributa eſt, iter tamen, certe inerme & innoxium, nullius gentis hominibus juſte negari: ſicut & potum ex flumine. Ratio apparet, quia cum unius rei naturaliter uſus eſſent diverſi, eum duntaxat gentes diviſiſſe inter ſe videntur, qui ſine proprietate commode haberi non poteſt; contra autem eum recepiſſe, per quem domini conditio deterior

*64 Gloſſ. in c. ibi peric. §. porro. ſuper verbo territorio. De elect. in ſexto & ibi Can. Gloſſ. in c. licet. ff. de feriis.*

*65 L. 4. ff. de rer. div. adde Alber. Gentilem de jure belli lib. 1, c. 19. ſub finem.*

deterior non eſſet futura. Omnes igitur vident, eum qui alterum navigare prohibet nullo jure defendi, cum eundem etiam injuriarum teneri Ulpianus dixerit[66]: alii autem etiam interdictum utile prohibito competere exiſtimaverint[67]. Et ſic Batavorum intentio communi jure nititur, cum fateantur omnes, permiſſum cuilibet in mari navigare, etiam a nullo Principe impetrata licentia: quod legibus Hiſpanicis diſerte expreſſum eſt[68].

66 *L. 2. §. 9. ff. ne quid in loco publ.*

67 *Gloſſ. ad l. 1. ff. ut in flum. publ.*

68 *Bal. in l. 3. col. 3. ff. de rer. div. Rod. Zuar. Hiſpanus in conſilio 1. de uſu maris 3. partit. tit. 28. l. 10. & 12.*

## CAPUT VI.

### *Mare aut jus navigandi proprium non eſſe Luſitanorum titulo donationis Pontificiæ.*

DOnatio Pontificis Alexandri, quæ a Luſitanis mare aut jus navigandi ſolis ſibi vindicantibus, cum inventionis deficiat titulus, ſecundo loco adduci poteſt, ſatis ex iis, quæ ante dicta ſunt, vanitatis convincitur. Donatio enim nullum habet momentum in rebus extra commercium poſitis. Quare cum mare aut jus in eo navigandi proprium nulli hominum eſſe poſſit, ſequitur neque dari a Pontifice, neque a Luſitanis accipi potuiſſe. Præterea cum ſupra relatum ſit ex omnium ſani judicii hominum ſententia, Papam non eſſe dominum temporalem totius orbis, ne maris quidem eſſe ſatis intelligitur: quanquam etſi id concederetur, tamen jus annexum Pontificatui in Regem aliquem aut populum pro parte nulla transferri debuiſſet. Sicut nec Imperator poſſet Imperii provincias in ſuos uſus convertere, aut pro ſuo arbitrio alienare[1]. Illud ſaltem nemo negaturus eſt, cui aliquid ſit frontis, cum jus diſponendi in temporalibus Pontifici nemo concedat, niſi forte quantum ejus rerum ſpiritualium neceſſitas requirit; iſta autem de quibus nunc agimus, mare ſcilicet & jus navigandi, lucrum & quæſtum merum, non pietatis negotium reſpiciant, ſequi nullam hac in re fuiſſe illius poteſtatem. Quid, quod ne Principes quidem, hoc eſt, domini temporales poſſunt ullo modo a navigatione aliquem prohibere, cum ſi quod habent jus in mari, id ſit tantum juriſdictionis ac protectionis? etiam illud notiſſimum eſt apud omnes, ad ea facienda quæ cum lege naturæ pugnant, nullam eſſe Papæ auctoritatem[2]. Pugnat autem cum lege naturæ, ut mare aut ejus uſum quiſquam habeat ſibi proprium, ut jam ſatis demonſtravimus. Cum denique jus ſuum auferre alicui Papa minime poſſit, quæ erit facti iſtius defenſio, ſi tot populos immerentes, indemnatos, innoxios ab eo jure, quod ad ipſos non minus quam ad Hiſpanos pertinebat, uno verbo voluit excludere? aut igitur dicendum eſt, nullam eſſe vim ejuſ-

1 *Vid. loco citato n. 26.*

2 *Sil. in verbo Papa n. 16.*

ejuſmodi pronuntiationis, aut quod non minus credibile eſt, eum Pontificis animum fuiſſe, ut Caſtellanorum & Luſitanorum inter ſe certamini interceſſum voluerit, aliorum autem juri nihil diminutum.

## Caput VII.

### *Mare aut jus navigandi proprium non eſſe Luſitanorum titulo præſcriptionis aut conſuetudinis.*

Ultimum iniquitatis patrocinium in præſcriptione ſolet eſſe aut conſuetudine. Et huc igitur Luſitani ſe conferunt: ſed utrumque illis præſidium certiſſima juris ratio præcludit. Nam præſcriptio a jure eſt civili unde locum habere non poteſt inter Reges, aut inter populos liberos [1]: multo autem minus ubi jus naturæ aut gentium reſiſtit, quod jure civili ſemper validius eſt. Quin & ipſa lex civilis præſcriptionem hic impedit [2]. Uſucapi enim, aut præſcriptione acquiri prohibentur, quæ in bonis eſſe non poſſunt, deinde quæ poſſideri vel quaſi poſſideri nequeunt, & quorum alienatio prohibita eſt. Hæc autem omnia de mari & uſu maris vere dicuntur. Et cum publicæ res, hoc eſt populi alicujus, nulla temporis poſſeſſione quæri poſſe dicantur, ſive ob rei naturam, ſive ob eorum privilegium adverſus quos præſcriptio iſta procederet, quanto juſtius humano generi, quam uni populo id beneficium dandum fuit in rebus communibus? & hoc eſt, quod Papinianus [3] ſcriptum reliquit, *præſcriptionem longæ poſſeſſionis ad obtinenda loca juris gentium publica concedi non ſolere*: ejuſque rei exemplum dat in littore, cujus pars impoſito ædificio occupata fuerat: nam eo diruto, & alterius ædificio in eodem loco poſtea exſtructo, exceptionem opponi non poſſe: quod deinde ſimilitudine rei publicæ illuſtrat: nam & ſi quis in fluminis diverticulo pluribus annis piſcatus ſit, poſtea, interrupta ſcilicet piſcatione, alterum eodem jure prohibere non poſſe. Apparet igitur, Angelum & qui cum Angelo dixerunt [4] Venetis & Genuenſibus per præſcriptionem jus aliquod in ſinum maris ſuo littori præjacentem acquiri potuiſſe, aut falli, aut fallere. quod ſane Juriſconſultis nimium eſt frequens, cum ſanctæ profeſſionis auctoritatem, non ad rationes & leges, ſed ad gratiam conferunt potentiorum. Nam Marciani [5] quidem reſponſum, de quo & ante egimus, ſi recte cum Papiniani verbis comparetur, non aliam accipere poteſt interpretationem, quam eam quæ Joanni olim & Bartolo probata eſt, & nunc a doctis omnibus recipitur [6]; ut ſcilicet jus prohibendi procedat quamdiu durat occupatio: non autem ſi ea omiſſa ſit; omiſſa enim non prodeſt, nec

*1 Vaſq. c. 51.*
*2 Vide Donel. lib. 5, com. c. 22. & ſeqq. L. 6. ff. de contr. emt. L. 9. ff de uſucapion. L 25. ff. eod. c. ſine poſſ. de reg. jur. in 6. L. 28 ff. de verb. ſign. L 16. ff. de fund. dot.*
*3 L 45. ff. d. uſucap. L 6. de oper. publ. L. 9. C. de aquaductu. L. 2. ff. de via publ. & itin. L. ult. ff. de uſucap.*
*4 Conſ. 286. Thema tale eſt: inter cætera capitula pacis.*
*5 L. 7. ff. de div. & temp. præſcr.*
*6 Duar. de uſucap. c. 3. Cujac. ad d. l. ult. de uſucapion. Donell. Com lib. 5, c. 22. in d. l. ult. n 4. per l. 14. ff. de acq. rer. dom.*

Digitized by Google

nec ſi per mille annos fuiſſet continuata, ut recte animadvertit Caſtrenſis. Et quamvis hoc voluiſſet Marcianus, quod minime credendus eſt cogitaſſe, in quo loco occupatio conceditur, in eodem præſcriptionem concedi, tamen abſurdum erat, quod de flumine publico dictum erat ad mare commune, & quod de diverticulo ad ſinum proferre, cum hæc præſcriptio uſum, qui eſt jure gentium communis, impeditura ſit, illa autem publico uſui non admodum noceat. Alterum autem Angeli argumentum, quod ex aquæ ductu ſumitur [7], eodem Caſtrenſi monſtrante, ut a quæſtione alieniſſimum, ab omnibus merito exploditur. Falſum igitur eſt talem præſcriptionem etiam eo tempore gigni, cujus initium omnem memoriam excedat. Ubi enim lex omnem omnino tollit præſcriptionem, ne iſtud quidem tempus admittitur, hoc eſt, ut Felinus loquitur [8], materia impræſcriptibilis tempore immemoriali non fit præſcriptibilis. Fatetur hæc vera eſſe Balbus [9]: ſed Angeli ſententiam receptam dicit hac ratione, quia tempus extra memoriam poſitum idem valere creditur privilegio, cum titulus ampliſſimus ex tali tempore præſumatur. Apparet hinc non aliud illos ſenſiſſe, quam ſi pars aliqua reipublicæ, puta imperii Romani, ſupra omnem memoriam uſa eſſet tali jure, ei dandam præſcriptionem hoc colore, quaſi principis conceſſio præiiſſet. Quare cum nemo ſit dominus totius generis humani, qui jus illud adverſus homines omnes homini, aut populo alicui potuiſſet concedere, ſublato illo colore, neceſſe etiam præſcriptionem interimi. Et ſic ex illorum etiam ſententia inter reges aut populos liberos prodeſſe nihil poteſt lapſus infiniti temporis. Vaniſſimum autem & illud eſt, quod Angelus docuit, etiamſi ad dominium præſcriptio proficere non poteſt, tamen dandam eſſe poſſidenti exceptionem. Nam Papinianus [10] diſertis verbis exceptionem negat: & aliter non potuit ſentire, cum ipſius ſæculo præſcriptio nihil eſſet aliud quam exceptio. Verum igitur eſt, quod & leges Hiſpanicæ exprimunt [11], in his rebus quæ communi hominum uſui ſunt attributæ, nullius omnino temporis præſcriptionem procedere. cujus definitionis illa præter cæteras ratio reddi poteſt, quod qui re communi utitur, ut communi uti videtur, non autem jure proprio, & ita præſcribere non magis quam fructuarius poteſt vitio poſſeſſionis [12]. Altera hæc etiam non contemnenda eſt, quod in præſcriptione temporis cujus memoria non extat, quamvis titulus & bona fides præſumantur, tamen ſi re ipſa appareat, titulum omnino nullum dari poſſe, & ſic manifeſta ſit fides mala, quæ in populo maxime quaſi uno corpore perpetua eſſe cenſetur, & ex duplici defectu præſcriptio corruit [13]. Tertia vero, quia res hæc eſt meræ facultatis, quæ non præſcribitur, ut infra demonſtrabimus. Sed nul-

*7 Ex l. 4. C. de aqua d. l. 11. confer cum l. 9. cod. tit & cum l. 3. § 4. ff. de aqua quot. & aſt.*

*8 Ad c. accedentes. de præſcript.*

*9 De præſcript. 4. part. 5. part. princip. q. 6. num. 8.*

*10 d. l. ult.*

*11 Par. 3. tit. 29. l. 7. in a. Placa. Rod. Zuar. d. conſ. n. 4.*

*12 Fachin. l. 8. c. 26. & c. 33. Cov. de præſcr. part. 2. §. 2. n. 8. & §. 8. n. 5. & 6.*

*13 Fachin. l. 8. c. 28.*



Digitized by Google

lus eſt finis argutiarum. Inventi ſunt, qui in hoc argumento à præſcriptione conſuetudinem diſtinguerent, ut illa ſcilicet excluſi, ad hanc confugerent. Diſcrimen autem, quod hic ſtatuunt, ſane ridiculum eſt: ex præſcriptione ajunt jus unius, quod ab eo auferatur, alteri applicari [14]: ſed cum aliquod jus ita alicui applicatur, ut alteri non auferatur, tum dici conſuetudinem: quaſi vero cum jus navigandi, quod communiter ad omnes pertinet, excluſis aliis ab uno uſurpatur, non neceſſe ſit omnibus perire quantum uni accedit. Errori huic anſam dederunt Pauli verba non recte accepta, qui cum de jure proprio maris ad aliquem pertinente loqueretur, fieri hoc poſſe dixit Accurſius [15] per privilegium aut conſuetudinem: quod additamentum ad Juriſconſulti textum nullo modo accedens mali potius conjectoris eſſe videtur quam boni interpretis. Mens Pauli ſupra explicata eſt. Cæterum illi ſi vel ſola Ulpiani verba [16], quæ paulo ante præcedunt, ſatis conſideraſſent, longe aliud dicturi erant. Fatetur enim ut quis ante ædes meas piſcari prohibeatur, eſſe quidem uſurpatum [17], hoc eſt, receptum conſuetudine: ſed nullo jure: ideoque injuriarum actionem prohibito non denegandam. Contemnit igitur hunc morem, & uſurpationem vocat, ut & inter Chriſtianos Doctores Ambroſius [18]. Et merito. Quid enim clarius quam non valere conſuetudinem, quæ juri naturæ, aut gentium ex adverſo opponitur [19]? conſuetudo enim ſpecies eſt juris poſitivi, quod legi perpetuæ obrogare non poteſt. Eſt autem lex illa perpetua, ut mare omnibus uſu commune ſit. Quod autem in præſcriptione diximus, idem conſuetudine verum eſt, ſi quis eorum, qui diverſum tradiderunt, ſenſus excutiat, non aliud reperturum, quam conſuetudinem privilegio parari. Atqui adverſus genus humanum concedendi privilegium nemo habet poteſtatem: quare inter diverſas reſpublicas conſuetudo iſta vim non habet. Verum omnem hanc quæſtionem diligentiſſime tractavit Vaſquius [20], decus illud Hiſpaniæ, cujus nec in explorando jure ſubtilitatem, nec in docendo libertatem unquam deſideres. Is igitur poſita theſi, *loca publica & jure gentium communia præſcribi non poſſe*, quam multis firmat auctoribus: exceptiones deinde ſubjungit ab Angelo & aliis confictas, quas ſupra retulimus. Hæc autem examinaturus recte judicat iſtarum rerum veritatem pendere a vera juris, tam naturæ quam gentium, cognitione. Jus enim naturæ cum a divina veniat providentia, eſſe immutabile. Hujus autem juris naturalis partem eſſe jus gentium, primævum quod dicitur, diverſum a jure gentium ſecundario ſive poſitivo: quorum poſterius mutari poteſt. Nam ſi qui mores cum jure gentium primævo repugnent, hi non humani ſunt, ipſo judice, ſed *ferini*, corruptelæ & abuſus, non leges & uſus. Itaque nullo tempore præſcribi potuerunt, nulla lata

14 *Arct. in rubr. ff. de rer. diviſ. alleg. Baldus. d. loco n. 2. Vide Vaſq. contr. ill. c. 29. n. 38.*

15 *Add. l. 14.*

16 *In d. l. injuriarum. §. ult.*

17 *Vide Gloſſ. eod. loco.*

18 *1. de offic. 28. Gentil. l. 1. c. 19. ſub finem.*

19 *Auth ut nulli judici. §. 1. c. cum tanto. de conſuet.*

20 *Controverſ. ill. c. 89. n. 12. & ſeq.*

lata lege juſtificari, nullo multarum etiam gentium conſenſu, hoſpitio, & exercitatione ſtabiliri, quod exemplis aliquot, & Alphonſi Caſtrenſis Theologi Hiſpani teſtimonio confirmat[21]. *Ex quibus apparet*, inquit, *quam ſuſpecta ſit ſententia eorum, quos ſupra retulimus, exiſtimantium Genuenſes, aut etiam Venetos poſſe non injuria prohibere alios navigare per Gulſum aut pelagus ſui maris, quaſi æquora ipſa præſcripſerint. id quod non ſolum eſt contra leges*[22]*; ſed etiam eſt contra ipſum jus naturæ, aut gentium primævum, quod mutari non poſſe diximus. Quod ſit contra illud jus, conſtat, quia non ſolum maria aut æquora eo jure communia erant, ſed etiam reliquæ omnes res immobiles. Et licet ab eo jure poſtea receſſum fuerit ex parte, puta quoad dominium & proprietatem terrarum, quarum dominium jure naturæ commune, diſtinctum & diviſum, ſicque ab illa communione ſegregatum fuit:* [23] *tamen diverſum fuit & eſt in dominio maris, quod ab origine mundi ad hodiernum uſque diem eſt fuitque ſemper in communi, nulla ex parte immutatum, ut eſt notum. Et quamvis ex* Luſitanis *magnam turbam ſæpe audiverim in hac eſſe opinione, ut eorum Rex ita præſcripſerit navigationem* Indici *Occidentalis* (*forte Orientalis*) *ejuſdemque* vaſtiſſimi maris, *ita ut reliquis gentibus æquora illa transfretare non liceat, & ex noſtriſmet* Hiſpanis vulgus *in eadem opinione fere eſſe videtur, ut per* vaſtiſſimum immenſumque pontum *ad Indorum regiones, quas potentiſſimi Reges noſtri ſubegerunt, reliquis mortalium navigare, præterquam Hiſpanis jus minime ſit, quaſi ab eis id jus præſcriptum fuerit, tamen iſtorum omnium non minus* inſanæ *ſunt opiniones, quam eorum, qui quoad Genuenſes & Venetos in eodem fere* ſomnio *eſſe adſolent, quas ſententias* ineptire *vel ex eo dilucidius apparet, quod iſtarum nationum ſingulæ contra ſe ipſas nequeunt præſcribere; hoc eſt, non reſpublica Venetiarum contra ſemetipſam, non reſpublica Genuenſium contra ſemetipſam, non regnum Hiſpanicum contra ſemetipſum, non regnum Luſitanicum contra ſemetipſum*[24]*. Eſſe enim debet differentia inter agentem & patientem. Contra reliquas vero nationes longe minus præſcribere poſſunt: quia jus præſcriptionum eſt mere civile, ut fuſe oſtendimus ſupra. Ergo tale jus ceſſat, cum agitur inter Principes vel populos, ſuperiorem non recognoſcentes in temporalibus. Jura enim mere civilia cujuſcumque regionis, quoad exteros populos, nationes, vel etiam homines ſingulos, non magis ſunt in conſideratione, quam ſi re vera non eſſet tale jus, aut nunquam fuiſſet, & ad jus commune gentium primævum vel ſecundarium recurrendum eſt, eoque utendum, quo jure talem maris præſcriptionem & uſurpationem admiſſam non fuiſſe ſatis conſtat. Nam & hodie uſus aquarum communis eſt, non ſecus quam erat ab origine mundi. Ergo & in æquoribus & aquis nullum jus eſt aut eſſe poteſt humano generi, præterquam quoad uſum communem. Præterea de jure naturali & divino eſt illud præceptum, ut quod tibi non*

21 *De poteſtate legis pœnal. l. 2. cap. 14. part. 572.*

22 *All. l. 14. ff. de acq. rer. dom. l. fin. in pr. ff. de uſuc. §. 2. verbo omnibus. Inſt. de rer. div. l. 7. ff. de div. & temp. præſcr. l. 14. ff. de injuriis.*

23 *All. l. 5. ff. de juſt. & jure §. 2. verſ. jus autem gentium. Inſt. de jure natur.*

24 *All. l. 4. § 27. ff. de uſuc. §. ſi ita jus. Inſt. de act. Ut dictis jurib. & l. 11. ubi multa per Bartol. & Jaſ. ff. de legat. 1. part. 1. in pr. q. 3. & 4.*

*non vis fieri, alteri non facias. Unde cum navigatio nemini poſſit eſſe nociva niſi ipſi naviganti, par eſt ut nemini poſſit, aut debeat impediri, ne in re ſua natura libera, ſibique minime noxia navigantium libertatem impediat, & lædat contra dictum præceptum & contra regulam: præſertim cum omnia intelligantur eſſe permiſſa, quæ non reperiuntur expreſſim prohibita* [25]. *Quinimo non ſolum contra jus naturale eſſet, velle impedire talem navigationem, ſed etiam tenemur contrarium facere, hoc eſt, prodeſſe iis quibus poſſumus, cum id ſine damno noſtro fieri poteſt.* Quod cum multis auctoritatibus tam divinis quam humanis confirmaſſet, ſubjungit poſtea [26]: *Ex ſuperioribus etiam apparet ſuſpectam eſſe ſententiam Joannis Fabri, Angeli, Baldi, & Franciſci Balbi, quos ſupra retulimus, exiſtimantium loca juris gentium communia, etſi acquiri non poſſint præſcriptione, poſſe tamen acquiri conſuetudine, quod omnino* falſum *eſt, eaque traditio* cæca *&* nubila *eſt*, omnique rationis lumine carens, *legemque verbis, non rebus, imponens* [27]. *In exemplis enim de mari Hiſpanorum*, Luſitanorum, *Venetorum, Genuenſium, & reliquorum, conſtat, conſuetudine jus tale navigandi, & alios navigare prohibendi non magis acquiri quam præſcriptione* [28]. *Utroque enim caſu, ut apparet, eadem eſt ratio. Et quia per jura & rationes ſupra relatas id eſſet contra naturalem æquitatem, nec ullam induceret utilitatem, ſed ſolam læſionem, ſicque ut lege expreſſa introduci non poſſet, ita etiam nec lege tacita, qualis eſt conſuetudo* [29]. *Et tempore id non juſtificaretur, ſed potius deterius & injurioſius in dies fieret.* Oſtendit deinde ex prima terrarum occupatione poſſe populo ut venandi jus, ita piſcandi in ſuo flumine competere; & poſtquam illa ſemel ab antiqua communione ſeparata ſunt, ita ut particularem applicationem admittant, præſcriptione temporis ejus cujus initii memoria non exſtet, quaſi tacita populi conceſſione acquiri poſſe. Hoc autem per præſcriptionem contingere, non per conſuetudinem, quia ſolius acquirentis conditio melior fiat, reliquorum vero deterior. Et cum tria enumeraſſet quæ requiruntur, ut jus proprium in flumine piſcandi præſcribatur: *quid autem*, ſubdit, *quoad mare? & in eo magis eſt quod etiam concurſus iſtorum trium non ſufficeret ad acquirendum jus. Ratio differentiæ inter mare ex una parte, & terram & flumina ex altera, quia illo caſu ut olim ita & hodie, & ſemper, tam quoad piſcandum quam quoad navigandum manſit integrum jus gentium primævum, neque unquam fuit a communione hominum ſeparatum, & alicui, vel aliquibus applicatum. Poſteriore autem caſu, nempe in terra vel fluminibus, aliud fuit, ut jam diſſeruimus. Sed quare jus gentium ſecundarium, ut eam ſeparationem quoad terras & flumina facit, quoad mare facere deſiit? reſpondeo, quia illo caſu expediebat. Conſtat enim quod ſi multi venentur, aut piſcentur in terra vel flumine, facile nemus feris, & flumen piſcibus evacuatum redditur,*

25 *L. libertas. ff. de ſtatu hom. §. libertas. Inſt. de jure perſ. l. 1. & 2. ff. de homine lib. exh. leg. 1. §. quæ oneranda. ff. quar. rer. act. non dat. l. ſi quando. §. illud. verb. aſtringendos. C. de inoffic. teſt. L. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. cauſ. major.*
26 *l. ſuper ſtatuas. C. de religioſis.*
27 *Contra leg. 2. cum vulgatis. C. comm. de leg.*
28 *L. illud. ff. ad l. Aquil.*
29 *c. Erit autem lex. 4. diſt. l. 1. & 2. ff de legib. l. de quib. cum ſeq. ff. de legib. c. fin. de præſc.*

*tur, id quod in mari non eſt. Item fluminum navigatio facile deterior fit & impeditur per ædificia, quod in mari non eſt. Item per aquæductus facile evacuatur flumen: non ita in mari* [30] *: ergo in utroque non eſt par ratio. Nec ad rem pertinet, quod ſupra diximus, communem eſſe uſum aquarum, fontium etiam & fluminum. Nam intelligitur quoad bibendum & ſimilia, quæ fluminis dominium aut jus habenti vel minime vel leviſſime nocent* [31]. *Minima enim in conſideratione non ſunt. Pro noſtris ſententiis facit, quia iniqua nullo tempore præſcribuntur. & ideo lex iniqua nullo tempore præſcribitur, aut juſtificatur.* Mox: *& quæ ſunt impræſcriptibilia ex legis diſpoſitione, nec per mille annos præſcriberentur:* quod innumeris doctorum teſtimoniis fulcit [32]. Nemo jam non videt, ad uſum rei communis intercipiendum nullam quantivis temporis uſurpationem prodeſſe. Cui adjungendum eſt etiam, eorum qui diſſentiunt auctoritatem huic quæſtioni non poſſe accommodari. Illi enim de Mediterraneo loquuntur, nos de Oceano: illi de ſinu, nos de immenſo mari, quæ in ratione occupationis plurimum differunt. Et quibus illi indulgent præſcriptionem, illi littora mari continua poſſident, ut Veneti & Genuenſes, quod de Luſitanis dici non poſſe modo patuit. Imo & ſi prodeſſe poſſet tempus, ut quidam poſſe putant in publicis quæ ſunt populi, tamen non ea adſunt quæ neceſſario requiruntur [33]. Primum enim docent omnes deſiderari, ut is qui præſcribit hujuſmodi actum, eum exercuerit non longo duntaxat tempore, ſed memoriam excedente: deinde ut tanto tempore eundem actum nemo alius exercuerit, niſi conceſſione illius, vel clandeſtine: præterea ut alios uti volentes prohibuerit, ſcientibus quidem & patientibus iis ad quos ea res pertinebat: nam etſi exercuiſſet ſemper, & quoſdam exercere volentes prohibuiſſet ſemper, non tamen omnes; quia alii fuerunt prohibiti, alii vero libere exercuerunt, id quidem non ſufficeret, ex Doctorum ſententia. Apparet autem debere hæc omnia concurrere, tum quia præſcriptioni publicarum rerum lex inimica eſt, tum ut videatur præſcribens jure ſuo non autem communi uſus, idque non interrupta poſſeſſione. Cum autem tempus poſtulatur, cujus initii non exſtet memoria, non ſemper ſufficit, ut optimi interpretes oſtendunt, probare ſæculi lapſum: ſed conſtare oportet famam rei a majoribus ad nos tranſmiſſam, ita ut nemo ſuperſit qui contrarium viderit, aut audierit. Occaſione rerum Africanarum in ulteriora primum Oceani inquirere cœperunt regnante Joanne Luſitani [34], anno ſalutis milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo: viginti poſt annis, ſub rege Emanuele promontorium Bonæ ſpei prætemavigatum eſt, ſeriuſque multo ventum Malaccam, & inſulas remotiores, ad quas Batavi navigare cœperunt anno

mil-

*30 Per tot. titul. ff. ne quid in flum. pub.*

*31 L. Scio ff. de minor. Vaſq. lib. 1, de ſucc. reſo. cap. 7.*

*32 All. Balbum de præſc. 5. in pr. in qu. 11. illius. 5. quæſt. pr. Gl. in cap. inter cætera. 16. q. 3. Alph. de Caſt. de poteſt. leg. pæn. lib 2. c. 14. Bal. in fine. & ibi Ang. in l. omnes. C. de præſc. 30. ann. &c.*

*33 d. loc. n. 38.*

*34 Oſorius l. 1.*

Digitized by Google

milleſimo quingenteſimo nonageſimo quinto, non dubie intra annum centeſimum. Jam vero etiam eo quod interceſſit tempore aliorum uſurpatio, adverſus alios etiam omnes impedivit præſcriptionem. Caſtellani ab anno milleſimo quingenteſimo decimo nono poſſeſſionem maris Luſitanis circa Moluccas ambiguam fecere. Galli etiam & Angli non clanculum, ſed vi aperta eo perruperunt. Præterea accolæ totius tractus Africani, aut Aſiatici partem maris quiſque ſibi proximam piſcando & navigando perpetuo uſurparunt, nunquam a Luſitanis prohibiti. Concluſum igitur ſit, jus nullum eſſe Luſitanis quo aliam quamvis gentem a navigatione Oceani ad Indos prohibeant.

---

## CAPUT VIII.

### *Jure gentium inter quoſvis liberam eſſe mercaturam.*

QUod ſi dicant Luſitani cum Indicis commercia exercendi jus quoddam proprium ad ſe pertinere, eiſdem fere omnibus argumentis refellentur. Repetemus breviter & aptabimus. Jure gentium hoc introductum eſt, ut cunctis hominibus inter ſe libera eſſet negotiandi facultas, quæ a nemine poſſet adimi [1]. Et hoc, ſicut poſt dominiorum diſtinctionem continuo neceſſarium fuit, ita originem videri poteſt *antiquiorem* habuiſſe. Subtiliter enim Ariſtoteles μεταβλητικὴν dixit [2] ἀναπλήρωσιν τῆς κατὰ φύσιν αὐταρκείας, hoc eſt, negotiatione ſuppleri id quod naturæ deeſt, quo commode omnibus ſufficiat. Oportet igitur communem eſſe jure gentium, non tantum privative, ſed & poſitive, ut dicunt magiſtri, ſive affirmative [3]. Quæ autem illo modo ſunt juris gentium, mutari poſſunt: quæ hoc modo, non poſſunt. Id ita intelligi poteſt. Dederat natura omnia omnibus. Sed cum a rerum multarum uſu, quas vita deſiderat humana, locorum intervallo homines arcerentur, quia, ut ſupra diximus, non omnia ubique proveniunt, opus fuit trajectione: nec adhuc tamen permutatio erat, ſed aliis viciſſim rebus apud alios repertis ſuo arbitrio utebantur: quo fere modo apud Seres dicitur rebus in ſolitudine relictis ſola mutantium religione paragi commercium [4]. Sed cum ſtatim res mobiles, monſtrante neceſſitate, quæ modo explicata eſt, in jus proprium tranſiiſſent, inventa eſt permutatio, qua quod alteri deeſt ex eo quod alteri ſupereſt ſuppleretur [5]. Ita commercia victus gratia inventa, ex Homero Plinius probat [6]. Poſtquam vero res etiam immobiles in dominos diſtingui cœperunt, ſublata undique communio non inter homines locorum ſpatiis diſcretos tantum, verum etiam inter vi-

1 *Vide c. 1. L. ex hoc jure ff. de juſt. & jur. & ibi Bart.*
2 *l. 1, de repub. c. 9.*
3 *Vide Covar. in c. peccatum. §. 8.*
4 *Pompon. Mela l. 3.*
5 *Leg. 1. ff. de contrah. emt.*
6 *lib. 33. c. 1.*

vi-

Digitized by Google

vicinos neceſſarium fecit commercium : quod ut facilius procederet, nummus poſtea adinventus eſt, dictus ἀπὸ τοῦ νόμου, quod inſtitutum ſit civile [7]. Ipſa igitur ratio omnium contractuum univerſalis, ἡ μεταβλητική, a natura eſt; modi autem aliquot ſingulares ipſumque pretium, ἡ χρηματιστική, ab inſtituto [8]: quæ vetuſtiores juris interpretes non ſatis diſtinxerunt. Fatentur tamen omnes proprietatem rerum, ſaltem mobilium a jure gentium primario prodire, itemque contractus omnes, quibus pretium non accedit [9]. Philoſophi [10] τῆς μεταβλητικῆς, quam tranſlationem vertere licebit, genera ſtatuunt duo, τὴν ἐμπορικὴν καὶ τὴν καπηλικήν: quarum ἐμπορική, quæ, ut vox ipſa indicat, inter gentes diſſitas, ordine naturæ prior eſt, & ſic a Platone ponitur [11]. Καπηλικὴ eadem videtur eſſe, quæ παράστασις Ariſtoteli, tabernaria ſive ſtataria negotiatio inter cives. Idem Ariſtoteles [12] τὴν ἐμπορικὴν dividit in ναυκληρίαν & φορτηγίαν, quarum hæc terreſtri itinere, illa maritimo merces devehit. Sordidior autem eſt καπηλική, contra honeſtior ἐμπορική, & maritima maxime, quia multa multis impertit [13]. Unde navium exercitionem ad ſummam rempublicam pertinere dicit Ulpianus : inſtitorum non eundem eſſe uſum : quia illa omnino ſecundum naturam neceſſaria eſt. Ariſtoteles [14]: ἔστι γὰρ ἡ μεταβλητικὴ πάντων ἀρξαμένη, τὸ μὲν πρῶτον ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν, τῷ τὰ μὲν πλείω, τὰ δὲ ἐλάττω τῶν ἱκανῶν ἔχειν τοὺς ἀνθρώπους. *eſt enim tranſlatio rerum omnium cœpta ab initio, ab eo quod eſt ſecundum naturam, cum homines partim haberent plura quam ſufficerent, partim etiam pauciora.* Seneca [15]: *quæ emeris, vendere, gentium jus eſt.* Commercandi igitur libertas ex jure eſt primario gentium, quod naturalem & perpetuam cauſam habet, ideoque tolli non poteſt, & ſi poſſet, non tamen poſſet niſi omnium gentium conſenſu: tantum abeſt, ut ullo modo gens aliqua gentes duas inter ſe contrahere volentes juſte impediat.

7 *d. l. 1. Ariſt. lib. 5, de morib. c. 8. & lib. 1, de rep. c. 9.*

8 *C. Jus naturale. diſt. 1. Ariſt. d. c. 9.*

9 *Caſtr. ex Cyno & aliis in d. l. 5. ff. de juſt. & jur. n. 20. & 28.*

10 *Plato Sophiſta.*

11 *Plato lib. de rep. 2. qui loc. cit. in l. 2, ff. de nund.*

12 *Ariſt. l. 1, de repub. c. 11.*

13 *Cic. off. 1. Ariſt. l. 1, de rep. c. 9.*

14 *d. loco.*

15 *de Beneſ. cap. 8.*

## CAPUT IX.

### *Mercaturam cum Indis propriam non eſſe Luſitanorum titulo occupationis.*

PRimum inventio aut occupatio hic locum non habet, quia jus mercandi non eſt aliquid corporale, quod poſſit apprehendi, neque prodeſſet Luſitanis, etiamſi primi hominum cum Indis habuiſſent commercia, quod tamen non poteſt non eſſe falſiſſimum. Nam & cum initio populi in diverſa iſſe, aliquos neceſſe eſt primos fuiſſe mercatores, quos tamen jus nullum acquiſiviſſe certo eſt certius. Quare ſi Luſitanis jus aliquod

*Vide argumenta c. 2. & c. 5.*

quod competit, ut ſoli cum Indis negotientur, id exemplo cæterarum ſervitutum, ex conceſſione oriri debuit aut expreſſa aut tacita, hoc eſt, præſcriptione: neque aliter poteſt.

## CAPUT X.

### *Mercaturam cum Indis propriam non eſſe Luſitanorum titulo donationis Pontificiæ.*

[1] *Vide arg. c. 3. & c. 6.*

COnceſſit nemo: niſi forte Pontifex, qui non potuit [1]: nemo enim quod ſuum non eſt concedere poteſt. At Pontifex, niſi totius mundi temporalis ſit dominus, quod negant ſapientes, jus etiam commerciorum univerſale ſui juris dicere non poteſt. Maxime vero cum res ſit ad ſolum quæſtum accommodata, nihilque ad ſpiritualem procurationem pertinens, extra quam ceſſat, ut fatentur omnes, Pontificia poteſtas. Præterea ſi Pontifex ſolis illud Luſitanis jus tribuere vellet idemque adimere hominibus cæteris, duplicem faceret injuriam: Primum Indis, quos ut extra eccleſiam poſitos Pontifici nulla ex parte ſubditos eſſe diximus. His igitur cum nihil, quod ipſorum eſt, adimere poſſit Pontifex, etiam jus illud, quod habent cum quibuslibet negotiandi, adimere non potuit. Deinde aliis hominibus omnibus Chriſtianis & non Chriſtianis, quibus idem illud jus adimere non potuit ſine *cauſa indicta*. Quid quod ne temporales quidem domini *in ſuis imperiis* prohibere poſſunt commerciorum libertatem, uti rationibus & auctoritatibus ante demonſtratum eſt? ſicut & illud confitendum eſt, contra jus perpetuum naturæ gentiumque, unde iſta libertas originem ſumſit in omne tempus duratura, nullam valere Pontificis auctoritatem.

## CAPUT XI.

### *Mercaturam cum Indis non eſſe Luſitanorum propriam jure præſcriptionis aut conſuetudinis.*

[1] *Vide argumenta c. 7.*

REſtat præſcriptio, ſeu conſuetudinem mavis dicere [1]. Sed nec hujus nec illius vim eſſe aliquam inter liberas nationes, aut diverſarum gentium Principes, nec adverſus ea, quæ primigenio jure introducta ſunt, cum Vaſquio oſtendimus. Quare & hic ut jus mercandi proprium fiat, quod proprietatis naturam non recipit, nullo tempore efficitur. Itaque nec titulus hic adfuiſſe poteſt, nec bona fides, quæ cum manifeſto deſit, præſcriptio ſecundum canones non jus dicetur, ſed injuria. Quin & ipſa mercandi quaſi poſſeſſio non ex jure pro-

prie

prio contigiſſe videtur, ſed ex jure communi quod ad omnes æqualiter pertinet: ſicut contra, quod aliæ nationes cum Indis contrahere forte neglexerunt, id non Luſitanorum gratia feciſſe exiſtimandi ſunt, ſed quia ſibi expedire crediderunt: quod nihil obſtat quominus, ubi ſuaſerit utilitas, id facere poſſint, quod antea non fecerint. Certiſſima enim illa regula a Doctoribus traditur [2], *in his quæ ſunt arbitrii ſeu meræ facultatis, ita ut per ſe auctum tantum facultatis ejus, non autem jus novum operentur, nec præſcriptionis, nec conſuetudinis titulo annos etiam mille valituros*: quod & affirmative & negative procedit, ut docet Vaſquius. Nec enim quod libere feci, facere cogor, nec quod non feci, omittere. Alioquin quid eſſet abſurdius quam ex eo, quod ſinguli non poſſumus cum ſingulis ſemper contrahere, ſalvum nobis in poſterum non eſſe jus cum illis, ſi uſus tulerit, contrahendi? Idem Vaſquius & illud rectiſſime, ne infinito quidem tempore effici, ut quid neceſſitate potius, quam ſponte factum videatur. Probanda itaque Luſitanis foret coactio, quæ tamen ipſa cum hac in re juri naturæ ſit contraria, & omni hominum generi noxia, jus facere non poteſt [3]. Deinde illa coactio duraſſe debuit per tempus, cujus initii non extet memoria: id vero tantum hinc abeſt, ut ne centum quidem anni exierint, ex quo tota fere negotiatio Indica penes Venetos fuit, per Alexandrinas trajectiones [4]. Debuit etiam talis eſſe coactio, cui reſtitutum non ſit [5]. At reſtiterunt Galli & Angli, aliique. Neque ſufficit aliquos eſſe coactos, ſed ut omnes coacti ſint requiritur, cum per unum non coactum ſervetur in cauſa communi libertatis poſſeſſio. Arabes autem & Sinenſes a ſæculis aliquot ad hunc uſque diem perpetuo cum Indis negotiantur. Nihil ergo prodeſt iſta uſurpatio.

2 *Gloſſ. & Bart. in l. 2. ff. de via publ. Bald. in 4. par. 5. par. princ. qu. 1. Panorm. in c. ex parte Aſtenſ. de conceſſ. præben. Doct. in l. 41. ff. de acq. poſſ. & alleg. per Covar. in c. poſſeſſor. parte 2. §. 4. Vaſ. contr. uſu freq. c. 4. n. 10 & 12.*

3 *d. n. 12. Vaſq. d. loco. n. 11.*

4 *Guicc. l. 19. hiſtor.*

5 *Vide ſ. c. 7. ſub finem.*

## Caput XII.

### *Nulla æquitate niti Luſitanos in prohibendo commercio.*

Ex his quæ dicta ſunt ſatis perſpicitur eorum cæca aviditas, qui, ne quenquam in partem lucri admittant, illis rationibus conſcientiam ſuam placare ſtudent, quas ipſi magiſtri Hiſpanorum, qui in eadem ſunt cauſa, manifeſtæ vanitatis convincunt [1]. Omnes enim qui in rebus Indicis uſurpantur colores injuſte captari, quantum ipſis licet, ſatis innuunt, adduntque nunquam eam rem ſerio Theologorum examine probatam. Illa vero querela quid eſt iniquius, quod dicunt Luſitani quæſtus ſuos exhauriri copia contra licentium? Inter

1 *Vaſq. cont. illuſt. c. 10. n. 10. Vict. p. 1. de Indis rel. 1. n. 3. l. 27. §. pen. de rei vind. l. 55. de reg. juris. l. 13. quæ in fraud. cred. l. 24.*

certiſſima enim juris enuntiata eſt, *nec in dolo eum verſari, nec fraudem facere, ne damnum quidem alteri dare videri, qui jure ſuo utitur.* quod maxime verum eſt, ſi non ut alteri noceatur, ſed rem ſuam augendi animo quippiam fiat. Inſpici enim debet id quod principaliter agitur, non quod extrinſecus in conſequentiam venit. Imo ſi proprie loquimur cum Ulpiano, non ille damnum dat, ſed lucro quo adhuc alter utebatur, eum prohibet [2]. Naturale autem eſt & ſummo juri atque etiam æquitati conveniens, ut lucrum in medio poſitum ſuum quiſque malit quam alterius, etiam qui ante perceperat [3]. Quis ferat querentem opificem, quod alter ejuſdem artis exercitio ipſius commoda evertat? Batavorum autem cauſa eo eſt juſtior, quia ipſorum hac in parte utilitas cum totius humani generis utilitate conjuncta eſt, quam Luſitani everſum eunt [4]. Neque hoc recte dicetur ad æmulationem fieri, ut in re ſimili oſtendit Vaſquius: aut enim plane hoc negandum eſt, aut aſſeverandum non ad bonam modo, verum etiam ad optimam æmulationem fieri, juxta Heſiodum; ἀγαθὴ δ᾽ ἔρις ἥδε βροτοῖσι, *bona lis mortalibus hæc eſt.* Nam etiam ſi quis pietate motus, inquit ille, frumentum in ſumma penuria vilius venderet, impediretur improba durities eorum hominum, qui ſæviente penuria ſuum carius fuerant venditúri. Verum eſt talibus modis minui aliorum reditus: nec id negamus, ait, *ſed minuuntur cum univerſorum hominum commodo: Et utinam omnium* Principum & Tyrannorum orbis *reditus ita minuerentur!* Quid ergo tam iniquum videri poteſt, quam Hiſpanos vectigalem habere terrarum orbem, ut niſi ad illorum nutum nec emere liceat nec vendere [5]? In cunctis civitatibus dardanarios odio atque etiam pœnis proſequimur: nec ullum tam nefarium vitæ genus videtur, quam iſta annonæ flagellatio [6]. Merito quidem. Naturæ enim faciunt injuriam, quæ in commune fœcunda eſt [7]: neque vero cenſeri debet in uſus paucorum reperta negotiatio, ſed ut quod alteri deeſt alterius copia penſaretur, juſto tamen compendio omnibus propoſito, qui laborem ac periculum tranferendi in ſe ſuſcipiunt. Hoc ipſum igitur quod in republica, id eſt, minore hominum conventu, grave & pernicioſum judicatur, in magna illa humani generis ſocietate ferendumne eſt, ut ſcilicet totius mundi monopolium faciant populi Hiſpani? Invehitur Ambroſius in eos, qui maria claudunt [8]: Auguſtinus in eos, qui itinera obſtruunt: Nazianzenus [9] in coëmtores ſuppreſſoreſque mercium, qui ex inopia aliorum ſoli quæſtum faciunt, & ut ipſe facundiſſime loquitur, καταπραγματεύονται τῆς ἐνδείας. Quin & divini ſapientis ſententia publicis diris devovetur ſacerque habetur, qui alimenta ſupprimendo vexat annonam: ὁ συνέχων

σῖτον

*§. 12. de damno inf. l. 151 de reg. jur. Bart. in l. 1. n. 5. ff de flum. Castr. in l. 10. C. de ſervit. l. 1. §. 12. de aq. & aq. plu.*

2 *Vide Vaſq. cont. uſufr. c. 4. n. 3. & ſeqq. l. 26. de damno inf.*

3 *Vaſq. d. loco.*

4 *Ib. num. 5.*

5 *l. 1. C. de monop.*

6 *Cajet. ad ſum. Thom. 2, 2. q. 77. art. 1. quod ad tertium.*

7 *Ariſt. 1, de rep. c. 9.*

8 *5. Hex. c, 10. l 4 q. 44. ſup. Num.*

6 *In ſun. Baſilii.*

*σῖτον δημοκατάρατος.* Clament igitur Luſitani quantum, & quamdiu libebit: *lucra noſtra deciditis.* Reſpondebunt Batavi: *imo noſtris invigilamus.* Hocne indignamini in partem nos venire ventorum & maris? & quis illa vobis lucra manſura promiſerat? Salvum eſt vobis, quo nos contenti ſumus.

## Caput XIII.

### *Batavis jus commercii Indicani qua pace, qua induciis, qua bello retinendum.*

Quare cum & jus & æquum poſtulet, libera nobis ita ut cuiquam eſſe Indiæ commercia, ſupereſt, ut ſive cum Hiſpanis pax, ſive induciæ fiunt, ſive bellum manet, omnino eam, quam a natura habemus libertatem, tueamur. Nam ad pacem quod attinet, notum eſt eam eſſe duûm generum: aut enim pari fœdere, aut impari coïtur. Græci [1] iſtam vocant *συνθήκην ἐξ ἴσου*: hanc *σπονδὰς ἐξ ἐπιταγμάτων.* illa virorum eſt, hæc ingeniorum ſervilium. Demoſthenes in oratione de libertate Rhodiorum: *καί τοι χρὴ τοὺς βουλομένους ἐλευθέρους εἶναι τὰς ἐκ τῶν ἐπιταγμάτων συνθήκας φεύγειν, ὡς ἐγγὺς δουλείας οὔσας*: *eos qui volunt eſſe liberi oportet omnes conditiones quibus leges imponuntur ita fugere, tanquam quæ proxima ſunt ſervituti.* Tales autem ſunt omnes quibus pars altera in jure ſuo imminuitur, juxta Iſocratis definitionem, *προςάγματα* vocantis *τὰ τοὺς ἑτέρους ἐλαττοῦντα παρὰ τὸ δίκαιον.* Si enim, ut inquit Cicero [2], ſuſcipienda bella ſunt ob eam cauſam, ut ſine injuria in pace vivatur, ſequitur eodem auctore, pacem eſſe vocandam, non pactionem ſervitutis, ſed tranquillam libertatem: quippe cum & Philoſophorum & Theologorum complurium [3] judicio pax & juſtitia nominibus magis quam re differant, ſitque pax non qualiſcunque, ſed ordinata concordia. Induciæ autem ſi fiunt, ſatis apparet ex ipſa induciarum natura, non debere medio earum tempore conditionem cujuſquam deteriorem fieri, cum ferme interdicti *uti poſſidetis* inſtar obtineant. Quod ſi in bellum trudimur hoſtium iniquitate, debet nobis cauſæ æquitas ſpem ac fiduciam boni eventus addere. Nam *ὑπὲρ ὧν ἂν ἐλαττῶνται μέχρι δυνατοῦ πάντες πολεμοῦσι, περὶ δὲ τοῦ πλεονεκτεῖν οὐχ οὕτως*: *pro his in quibus injuria afficiuntur omnes, quantum omnino poſſunt, depugnant: at propter alieni cupiditatem non item* [4]. quod & Alexander Imperator ita expreſſit: *τὸ μὲν ἄρχειν ἀδίκων ἔργων οὐκ ἀγνώμονα ἔχει τὴν πρόκλησιν, τὸ δὲ τοὺς ὀχλοῦντας ἀποσείεσθαι, ἔκ τε τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως ἔχει τὸ θαῤῥαλέον, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἀδικεῖν ἀλλ᾽ ἀμύνασθαι, ὑπάρχει τὸ εὔελπι. Ejus, a quo cœpit injuria, provocatio*

1 *Thucydides. Iſocrates. Andocides.*

2 *Off. 1.*

3 *Pelus Lucanus apud Stob. de juſt. Clem. Alex. Strom. 4. Auguſt. 15. de civit.*

4 *Demoſthenes.*

*maxime invidioſa eſt: at cum depelluntur aggreſſores, ſicut bona conſcientia fiduciam ſecum fert, ita quia de vindicanda, non de inferenda injuria laboratur, ſpes etiam adſunt optimæ.* Si ita neceſſe eſt, perge gens mari invictiſſima, nec tuam tantum, ſed humani generis libertatem audacter propugna.

*Nec te quod claſſis centenis remigat alis*
*Terreat* (invito *labitur illa* mari.)
*Quodve vehunt proræ Centaurica ſaxa minantes,*
*Tigna cava & pictos experiare metus.*
*Frangit & attollit vires in milite cauſa,*
*Quæ niſi juſta ſubeſt, excutit arma pudor* [5].

Si juſta multi, & ipſe Auguſtinus[6], arma crediderunt eo nomine ſuſcipi, quod per terras alienas iter innoxium negaretur, quanto illa erunt juſtiora, quibus maris, quod naturæ lege commune eſt, uſus communis & innoxius poſtulatur? ſi juſte oppugnatæ ſunt gentes, quæ in ſuo ſolo commercia aliis interdicebant, quid illæ quæ populos ad ſe nihil pertinentes per vim diſtinent, ac mutuos earum commeatus intercludunt? ſi res iſta in judicio agitaretur, dubitari non poteſt, quæ a viro bono expectari deberet ſententia. ait Prætor [7]: *quo minus illi in flumine publico navem agere, ratem agere, quove minus per ripam exonerare liceat, vim fieri veto.* De mari & littore in eandem formam dandum interdictum docent interpretes[8], exemplo Labeonis, qui cum interdiceret Prætor [9]: *Ne quid in flumine publico ripave ejus facias, quo ſtatio iterve navigio deterius ſit, fiat:* ſimile dixit interdictum competere in mari: *ne quid in mari inve littore facias, quo portus, ſtatio, iterve navigio deterius ſit, fiat* [10]. Imo & poſt prohibitionem, ſi quis ſcilicet in mari navigare prohibitus ſit, aut non permiſſus rem ſuam vendere, aut re ſua uti, injuriarum eo nomine competere actionem Ulpianus reſpondit [11]. Theologi inſuper & qui tractant caſus, quos vocant, conſcientiarum, concordes tradunt, eum, qui alterum vendere aut emere impediat, utilitatemve propriam publicæ ac communi præponat, aut ullo modo alterum in eo, quod eſt juris communis impediat, ad reſtitutionem teneri omnis damni viri boni arbitrio. Secundum hæc igitur vir bonus judicans, Batavis libertatem commerciorum adjudicaret, Luſitanos & cæteros, qui eam libertatem impediunt, vetaret vim facere, & damna reſtituere juberet. Quod autem in judicio obtineretur, id ubi judicium haberi non poteſt, juſto bello vindicatur. Auguſtinus [12]: *iniquitas partis adverſæ juſta ingerit bella.* Et Cicero [13]: *cum ſint duo genera decertandi, unum per diſceptationem, alterum per vim, confugiendum ad poſterius, ſi uti non licet priore.* Et rex Theodoricus: *veniendum tunc ad arma, cum locum apud adverſarium* juſti-

5 *Propert. l. 4, eleg. 6.*
6 *Vide. 5, c. 1.*
7 *l. 1, ff. ut in flum. pub. nav. liceat.*
8 *Gl. ibid.*
9 *l. 1. in pr. ff. de flum.*
10 *l. ead. §. 17.*
11 *l. 2 § 9. ff. ne quis in loco publ. l. 13. §. ſ. & l. 24. ff. de injur. Sil. in verbo reſtitutio parte 3. ſub finem alleg. Gerar. Oldradum & Archid. argum. l. 2. ff. ad leg. Jul. de annona & l. 6. de extraordin. crim. & ibi gloſ.*
12 *De Civ. lib. 4.*
13 *Off. 1. Caſſio. 3. Var. 17.*

Digitized by Google

*juſtitia non poteſt reperire* 14. Et quod propius eſt noſtro argumento, Pomponius eum, qui rem omnibus communem cum incommodo cæterorum uſurpet, *manu prohibendum* reſpondit. Theologi quoque tradunt, ſicuti pro rerum cujuſque defenſione bellum recte ſuſcipitur, ita non minus recte ſuſcipi pro uſu earum rerum, quæ naturali jure debent eſſe communes. Quare ei, qui itinera præcludat, evictionemque mercium impediat, etiam non expectata ulla publica auctoritate, via facti, ut loquuntur, poſſe occurri. Quæ cum ita ſint, minime verendum eſt, ne aut Deus eorum conatus ſecundet, qui ab ipſo inſtitutum jus naturæ certiſſimum violant, aut homines ipſi eos inultos patiantur, qui ſolo quæſtus ſui reſpectu communem humani generis utilitatem oppugnant.

14. *l. 50. ff. de acq. rer. dom. Henrich. Gorich. de bello juſto prop. 9.*

---

*Cum ſub hoc tempus plurimæ Regis Hiſpaniarum literæ in manus noſtras veniſſent, quibus ipſius & Luſitanorum inſtitutum manifeſte detegitur, operæ pretium viſum eſt ex iis, quæ pleræque eodem erant argumento, binas in Latinum ſermonem tranſlatas exhibere.*

DOmine Martine Alphonſe de Caſtro, Prorex amice, ego Rex multam tibi ſalutem mitto. Cum hiſce litteris perveniet ad te exemplum typis impreſſum edicti quod faciendum curavi, quo, ob rationes quas expreſſas videbis, aliaſque meis rebus conducentes, prohibeo commercium omne externorum in ipſis partibus Indiæ aliiſque regionibus transmarinis. Quandoquidem res hæc eſt momenti atque uſus maximi, & quæ effici ſumma cum induſtria debeat, impero tibi, ut ſimulatque literas has & edictum acceperis, publicationem ejus omni diligentia procures in omnibus locis ac partibus iſtius imperii, idque ipſum quod edicto continetur exequaris ſine ullius perſonæ exceptione, cujuſcunque qualitatis, ætatis, conditioniſve ſit, citra omnem moram atque excuſationem, procedaſque ad impletionem mandati via meræ executionis, nullo admiſſo impedimento, appellatione, aut gravamine in contrarium, cujuſcunque materiæ generis aut qualitatis. Jubeo itaque hoc ipſum impleri per eos miniſtros, ad quos executio pertinet, iiſque ſignificari, non modo eos qui contra fecerint malam operam mihi navaturos, ſed eoſdem me puniturum privatione officiorum, in quibus mihi ſerviunt. Quia autem relatum eſt mihi commorari in iſtis partibus externos multos variarum nationum, Italos, Gallos, Germanos, Belgas, quorum pars major, quantum intelligimus, eo venit per Perſida & Turcarum imperium, non per hoc regnum, adverſus quos ſi ex hujus edicti præſcripto ac rigore procedatur, poſſe inde nonnullas difficultates ſequi, ſi illi ad Mauros inimicos perfugiant, viciniſque munitionum mearum diſpoſitionem indicent, rationeſque monſtrent quæ rebus meis nocere poſſent: exſequi te hoc edictum volo, prout res & tempus ferent, atque ea uti prudentia, qua illæ difficultates evitentur, curando ut omnes externos in poteſtate tua habeas, eoſque cuſtodias pro cujuſque qualitate, ita ut adverſus imperium noſtrum nihil valeant attentare, utque ego omnino eum finem conſequar, quem hoc edicto mihi propoſui. Scriptæ Ulyſſipone 28. Novembris, Anno 1606. Subſignatum erat, rex. In-

ſcriptio, pro rege: ad Dominum Martinum Alfonſum de Caſtro conſiliarium ſuum, & ſuum Proregem Indiæ.

Prorex amice, rex multam ſalutem tibi mitto. Etſi pro certo habeo tua præſentia, iiſque viribus cum quibus in partes Auſtrinas conceſſiſti, perduelles Hollandos, qui illic hærent, nec minus indigenas, qui eis receptum præbent, ita caſtigatos fore, ut nec hi, nec illi tale quicquam in poſterum audeant: expediet tamen, ad res tuendas, ut juſtam claſſem, eique operi idoneam, cum tu Goam redibis, in iſtis maris partibus relinquas, ejuſque imperium & ſummam perfecturam mandes Andreæ Furtado Mendoſæ, aut ſi quem ei muneri aptiorem judicabis, quemadmodum pro tuo in me affectu confido, ea in re non aliud te reſpecturum, quam quod rebus meis erit utiliſſimum. Scriptæ Madriti 27. Jan. 1607. Signatum: rex. Inſcriptio, pro rege: ad Dominum Martinum Alfonſum de Caſtro ſuum conſiliarium, & ſuum Proregem Indiæ.

---

# Index Capitum.

## Maris Liberi.


I. *Jure gentium quibuſvis ad quoſvis liberam eſſe navigationem.* 4

II. *Luſitanos nullum habere jus dominii in eos Indos, ad quos Batavi navigant, titulo inventionis.* 6

III. *Luſitanos in Indos non habere jus dominii titulo donationis Pontificiæ.* 7

IV. *Luſitanos in Indos non habere jus dominii titulo belli.* 8

V. *Mare ad Indos, aut jus eo navigandi non eſſe proprium Luſitanorum titulo occupationis.* 10

VI. *Mare aut jus navigandi proprium non eſſe Luſitanorum titulo donationis Pontificiæ.* 21

VII. *Mare aut jus navigandi proprium non eſſe Luſitanorum titulo præſcriptionis aut conſuetudinis.* 22

VIII. *Jure gentium inter quoſvis liberam eſſe mercaturam.* 28

IX. *Mercaturam cum Indis propriam non eſſe Luſitanorum titulo occupationis.* 29

X. *Mercaturam cum Indis propriam non eſſe Luſitanorum titulo donationis Pontificiæ.* 30

XI. *Mercaturam cum Indis non eſſe Luſitanorum propriam jure præſcriptionis, aut conſuetudinis.* ibid.

XII. *Nulla æquitate niti Luſitanos in prohibendo commertio.* 31

XIII. *Batavis jus commercii Indicani, qua pace, qua induciis, qua bello retinendum.* 33


H U-

# HUGONIS GROTII DE ÆQUITATE, INDULGENTIA ET FACILITATE

Liber ſingularis.

## CAPUT I.

### *De Æquitate.*

CUM Juſtitia (univerſalis dicta) in legum obſervatione conſiſtat, cum qua æquitas maxime pugnare videtur, ut & indulgentia atque facilitas; hæc quomodo inter ſe conveniant & diſtinguantur, viro bono & inprimis juriſconſulto intelligere neceſſarium eſt. 1

Et ut de æquitate primum loquamur, ejuſque *ὁμωνυμίας* evitemus, ſcire oportet, æquitatem aut æquum de omni interdum jure dici, ut cum juriſprudentia ars boni & æqui dicitur: interdum de jure naturali abſolute, ut cum Cicero ait; jus legibus, moribus & æquitate conſtare; alias vero de hiſce rebus, quas lex non exacte definit, ſed arbitrio viri boni permittit: ſæpe etiam de jure aliquo civili propius ad jus naturale accedente, idque reſpectu alterius juris, quod paulo longius recedere videtur, ut jus Prætorium, & quædam juriſprudentiæ interpretationes. 2

Proprie vero & ſingulariter æquitas eſt virtus voluntatis, correctrix ejus in quo lex propter univerſalitatem deficit. 3

Æquum autem eſt id ipſum, quo lex corrigitur. Nominis ſui originem a Græcis traxit, qui *εἰκὸς*, Dorice vero *αἰκὸς* dixere, id eſt, quod alicui congruit, ac reſpondet. Cum enim inæqualibus idem non poſſit eſſe æquale, res autem ſæpe ſunt inæquales, lex vero una ſemper atque eadem; neceſſario conſequitur, alia virtute opus eſſe, quæ inæqualibus rebus ſuam cuique æqualitatem præſtet, unde hæc virtus *æquitas* Latinis, Græcis vero *ἐπιείκεια* dicitur.

Eſt porro voluntatis habitus, non intellectus: Græcis enim intelligendi virtus, id quod æquum eſt, *εὐγνωμοσύνη* dicitur, Latinis autem æqui prudentia vertitur, quæ ſeſe ita ad æquitatem habet, ut juriſprudentia ad juſtitiam. 4

Eſſe autem hanc virtutem neceſſariam, ita colligitur: quoniam vaga & lubrica hominum ingenia ad eum finem, quo vera 5

natura ducit, dirigi non poſſent, niſi artis quibuſdam regulis, quæ ex naturæ ipſius principiis deſumerentur: eæ autem regulæ ad coërcendos homines cum finitæ eſſe deberent, ipſa autem rerum atque actionum materia infinita ſit, ſequebatur multa ſæpe occurrere, quibus illæ regulæ non ſatis congruerent. In quibus oportuit non regulam, ſed ejus qui regulam dediſſet mentem atque propoſitum ſequi, id quod erat omnia dirigere ex principiis naturæ; unde ad ipſa naturæ principia recurrendum fuit, ut ita ex infinito ſuppleretur, quod finito deerat: perfecta enim norma rei infinitæ finita eſſe non poteſt. Quo pertinet, quod philoſophi & juriſconſulti dixere, leges, non his, quæ nunquam accidere poſſunt, ſed illis, quæ plerumque accidunt, aptari.

6. Legem ergo cum dicimus (quæ æquitatis objectum eſt) late ejus vocem ſumimus, & non tantum conſtitutiones civiles, ſed & ipſas juris gentium atque ipſius naturæ notitias comprehendimus, quæ etſi nec ſcripto, nec jure proprie conſtant, univerſaliter tamen concipiuntur, ut: reddendum depoſitum: neque enim locum habet in furioſo enſem repoſcente.

7. Quin illa etiam, quæ Deus extra ordinem vetat aut præcipit, comprehendere non dubitamus; quia is defectus, quem æquitas corrigit, non ſemper eſt ex defectu auctoris, quanquam is in humanis legibus plerumque concurrit; ſed ex defectu materiæ, quæ certæ & definitæ *regulæ non eſt capax*. Unde etiam Dei leges ex notitiis naturæ impreſſis ab ipſo Deo ſupplere minime abſurdum eſt, ut cum dicitur: non occides, ſupplebimus, niſi tuendæ vitæ, aut publicæ animadverſionis cauſa.

8. Sed prima naturæ principia, & quæ leges virtutem ponunt, nihil niſi vitium tollunt, æquitatem non recipiunt: illa, quia id quod ſuppletur neceſſe eſt legibus præſtantioribus ſuppleri; principia autem prima naturæ leges ſunt præſtantiſſimæ, ut: Deum eſſe colendum, atque amandum. Hæ vero leges, quia virtutes ipſæ finitæ: vitia infinita, propter univerſalitatem non deficiunt, ut: non mœchaberis, non furaberis, vivendum pie, honeſte, ſobrie.

9. Cæterum & ad leges inferiorum poteſtatum, & ad patrum, maritorum, dominorum imperia, ad vota etiam, pacta, & teſtamenta æquitas pertinet: idque dupliciter, aut enim verba atque conceptus jubentium, voventium, paciſcentium, teſtantium corrigit, prout caſus ex ipſorum præſumta mente poſcit: aut etiam cum mens expreſſa eſt, legem ipſam, qua juſſa, vota, pacta, teſtamenta ſervari jubentur, reſtringit ex ſuperioribus. Prioris exemplum eſt: promiſit quidam conſtituto die, certo loco adeſſe: ſi tempeſtas obeſt, æquitas ſupplet id, quod pacto deeſt. Si pactum eſt, ne quis de dolo teneatur,

Digitized by Google

tur, lex ipſa, quæ pactum ſervare jubet, exceptionem patitur.

Cum autem æquitas frequentiſſime circa leges pœnales verſe- 10.
tur, falluntur qui putant leges ſemper ita æquitate corrigi, ut pœna minuatur, cum etiam æquitate intendi illæ poſſint. Ut ſi lex ſit de homicidii præſcriptione poſt vicennium, excipiemus parricidium, & augebuntur legum ſupplicia ob circumſtantias delictum gravantes, aut quia delictis graſſantibus ſeveriori exemplo opus eſt.

Correctionem cum dicimus ejus, in quo ob univerſalitatem 11.
lex deficit, primum excludimus eas leges, quæ inhoneſtum quid præcipiunt ſimpliciter, aut id, quod ex officio neceſſario faciendum eſt, vetant. Si dubitatio oriatur, quum tota lex, ſumta ſecundum mentem claram legislatoris, pugnat cum lege naturæ, an non hic quoque æquitas locum habeat? nullus defectus ex univerſalitate eſt, ſed ſequenda lex hoc caſu: quamquam enim de legis juſtitia dubitatur, non tamen & hoc dubitatur, an in dubio valere debeat legis autoritas, quod quidem perquam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt, inquit Juriſconſultus; & plerumque habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum, quod adverſus ſingulos utilitate publica penſatur. Contra has enim, cum vim obligandi non habeant, æquitatis remedio opus non eſt. Oſtendimus præterea eorum, quæ in lege obſcure dicta ſunt, interpretationem aut productionem legis ad caſus ſimiles.

Fit autem hæc correctio, non tollendo legis obligationem, 12.
ſed declarando legem in certo caſu non obligare: quod ſi apparet, nemo ad contraria obligari poteſt. Unde leges, quæ ipſa intentione pugnant, altera per alteram neceſſario abrogatur. Fit autem interdum, ut non intentione, ſed caſu pugnent, quam *ἐκ περιστάσεως νόμων μάχην* Græci vocant: quod ubi fit, neceſſario in illo caſu lex una per alteram exceptionem patitur. Ut, augur collegam coram populo nominet: damnatus publico judicio, cum populo ne agat: ſi augur damnatus ſit, addetur priori legi exceptio ex poſteriori. Unde ſequitur, omnes leges, quæ aliquo caſu inter ſe committi poſſunt, ita ſubordinatas eſſe, ut altera alteri cedat: quæ autem cedere debeat, facile definiri non poteſt, ſed hoc ipſum e naturalibus principiis pendet, quæ docent, fortiorem eſſe legem jubentem permittente: vetantem jubente: pœnalem non pœnali: generali particularem: ſtatim implendam, ea quæ moram patitur: imprimis vero pertinentem ad majora, pertinenti ad minora: ita in legibus, etiam divinis, cedunt ſpectantes ad proximum, ſpectantibus ad Deum: ceremoniales moralibus: & in humanis legibus eæ quæ ad privatam utilitatem pertinent, iis quæ ad publicam; unde lex ad reddendum depoſitum, exceptionem patitur in depoſitore,

cujus bona publicata ſunt; & lex, capitalia crimina morte puniendа eſſe, intelligenda eſt, niſi magna pars populi, aut unus populo admodum & ſummopere neceſſarius peccaverit.

13. Idem ſic quoque probatur: vis obligandi, ut in pactis ita in lege neque ex ſcriptura, neque ex verbis proficiſcitur, ſed ex ipſa mente & voluntate. Vult autem nemo contraria, & legislatoris voluntas fuit, ut omnes obſervarentur, quatenus fieri poteſt; noluit ergo legislator ſuam valere, ubi exceptionem lex altera ſuppeditat, & conſequenter eo caſu non obligabit. Unde recte a nonnullis dictum eſt: æqui eſſe hominis non legem, ſed legislatorem reſpicere. Hac de cauſa jus ſtrictum quatenus opponitur æquitati, jus eſſe negamus, ſed ita dici æquivoce, ut hominem pictum, hominem dicimus. Opponitur ergo æquitas ſtricto huic juri, ut bonum malo. Eo autem juri, quod lex ipſa dictat, in caſibus non excipiendis opponitur, ut bonum diverſum bono, & bonum bono melius.

14. Reſtat videre, quibus perſonis æquitate uti conveniat. Nos eam, cum juſtitiæ pars ſit, omnibus & cuivis convenire poſſe non dubitamus adhibita tantum diſtinctione.

15. Aut enim evidens eſt exceptio, quâ lex ſuppletur, ut in lege hac: cives omnes ad comitatum veniant: exceptio, niſi morbus impediat: & hæc exceptio tum fieri poteſt a privato, tum a judice, ſi judicanda veniat.

16. Aut dubia eſt exceptio, quia ambiguum eſt, *utrum æquius*, utrumve publico utilius ſit, legis verba *ſequi*, *aut non ſequi*. Sed iterum diſtinguendum: aut enim res moram patitur aut non: ſi non patitur moram, faciet privatus id, quod in re dubia recte ratiocinando æquius & melius inveniet; ita tamen, ut ſi dubius maneat, nec ſe recte explicare poſſit, legis verba ſequatur: quod & in judice, ſi res ſubito dijudicanda ſit, locum habebit. Sin moram res patitur, conſulendus eſt legislator, ſive ſummus, ſive inferior, qui legem poſuit, ut ipſe ſit mentis ſuæ verique juris interpres. Et hactenus de æquitate.

## Caput II.

## *De Indulgentia.*

1. Indulgentiam vocamus virtutem voluntatis in eo, qui poteſtatem habet ad tollendam legis obligationem in perſonis, factis aut rebus, particularibus aut ſingularibus, quatenus id fieri poteſt ſine imminutione juſtitiæ aut publicæ utilitatis.

2. Hujus actio vulgo *diſpenſatio*, latine *lege ſolutio* vocari poteſt; nomen autem indulgentiæ a dulcedine deductum videri poteſt, quia

Digitized by Google

quia leges omnes, quatenus libertatem impediunt, habent aliquid acerbi, contra iis liberari dulce eſt.

Diſpenſationem autem dictam credibile eſt, quia exemtio a legibus magno temperamento fieri debeat, expenſa hinc legis neceſſitate, inde qualitate rei poſitæ. 3.

Differt hæc ab æquitate multum, quod a viris doctis non recte negatur: hæc enim obligationem tollit, æquitas vero nullam eſſe legis obligationem declarat. 4.

Quod ut recte intelligatur, ſciendum eſt, mentem legiſlatoris dupliciter poſſe ceſſare in ſpeciali caſu ſub verba legis cadente; aut enim ceſſat ita ut ſimul cum caſu pugnet. aut ſine pugnà ceſſat: ſubtiliter loquendo, illud vocant ceſſare contrarie, hoc negative. Prioris ſit exemplum: qui hominem occiderit, gladio feriatur, ſi quis tuendi ſui cauſà occiderit, mens legiſlatoris cum caſu accipienda, eſt enim in hoc caſu is, qui occidit, innocens, innocentem autem puniri cum juſtitia pugnat & cum mente legiſlatoris. Poſterioris exemplum tale: ante annos viginti quinque nemo magiſtratum gerat; movet legiſlatorem, quod juvenes plerumque deſtituat prudentia, & autoritas: itaque ceſſat hæc ratio in juvene, cui utrumque adſit; nihil tamen vetat eum æque excludi, ſi majores ſint eique idonei. Imo quanquam hunc non aſpexit legiſlator, neque ejus cauſa legem laturus fuerat, tamen maluit hunc comprehendere, quam a lege utili abſtinere: neque mens legiſlatoris fuit tantum in imprudentes legem ferre, neque hanc reſtrictionem paſſus eſſet ad legem adſcribi, quia oportuiſſet in ſingulorum prudentiam anxie inquirere, & ita lex fuiſſet inutilis. Poſteriore igitur legis ſpecie obligatio manet; priore autem illa, nulla eſt obligatio: in priore locum habet æquitas, in poſteriore diſpenſatio. 5.

Accidit, ut mens legis, aut ratio ceſſet duobus modis: aut ſpecialiter, quia in hoc aut in illo non invenitur, quod movit legiſlatorem proprie: aut promiſcue, quia talis eſt legis intentio, ut ei ſatisfieri poſſit, ſi non in omnibus, at in plerìſque obſervetur: obſervari autem in plerìſque qui potuit, niſi univerſaliter obligaret? ut, cum omnes excubias agant, non multum refert, utrum pauci ab excubiis eximantur: item, nemo peregrinus magiſtratum capiat, nihil enim nocebit unum aut alterum idoneum admittere. 6.

Virtus eſt hæc Indulgentia, & beneficentiæ ſpeciem habet, quia homines onere non omnino neceſſario ſublevat. 7.

Habet locum in legibus tum divinis tum humanis. nam & Deus ipſe in lege ſua quoſdam ſolvit. Excipiendæ ſunt leges, quarum mens & ratio in nullo ceſſant, quales ſunt naturæ prima principia, & quæ inde neceſſario fluunt, ut decalogi præ- 8.

cepta moralia : in his enim Deum unquam diſpenſare negamus, ac ne tum quidem diſpenſat, cum Abrahamo immolare Iſaacum aut Iſraëlitas res Ægyptiorum præcipit auferre : hoc enim furari non fuit, ſed a Domino accipere; lex autem non occidendi, in ſe exceptionem juſtæ auctoritatis continet. Unde falli eos putamus, qui docent, rationem legis injuſtos concubitus prohibentis in ſpeciali ceſſare poſſe, ideoque & hanc legem dicimus indiſpenſabilem, ſicut & legem de non mentiendo, etſi multi contrarium ſentiant. Legem autem de indiſſolubilitate & matrimonii unitate, eſſe diſpenſabilem, & a Deo olim diſpenſatam, in hac re aſſerimus.

9. Fit autem diſpenſatio per modum (ut diximus) tollendæ obligationis, non in univerſum, (idem enim eſſet abrogare legem,) ſed particulariter, aut ſingulariter : unde diſpenſationem quidam privilegium dixere, cum tamen privilegium non a privanda lege dictum ſit, ut illi crediderunt; ſed quia lex eſt non in commune lata, ſed in certos homines privatim, ita ut tantundem diſtent (ſi latine loquamur) lex & privilegium, quantum abrogatio & diſpenſatio.

10. Diſpenſare, hoc eſt, lege ſolvere is ſolus poteſt, qui ferendæ abrogandæque legis poteſtatem habet.

11. Deus igitur in omnibus hanc poteſtatem habet : in legibus autem Dei & naturæ nemo : atque adeo ne in iſtis quidem legibus, quæ ad gentium jus primarium pertinent. *Iis autem* in legibus, quas Deus populo Iſraëlitico *tantum præſcripſit*, diſpenſatio locum hàbere non poteſt reſpectu aliarum gentium, cum nulla ſit obligatio.

12. In jure gentium ſecundario jus eſt ut diſpenſetur, quia eſt de conceſſu gentium, ut hoc ipſum vix apparere poſſit.

13. In legibus autem civilibus diſpenſare eſt ejus, qui ſummam habet poteſtatem, & minorum etiam magiſtratuum, quatenus ferendarum & abrogandarum legum poteſtatem acceperunt. In domeſticis quoque legibus paterfamilias diſpenſat.

14. Cum maximus ſit uſus diſpenſationum circa leges pœnales, ſciendum eſt, in iis delictis, quæ pœnam ex ſua natura commenſuratam habent, ut eſt pœna mortis in homicidio deliberato, Diſpenſationem juſtam eſſe non poſſe : in aliis autem, quæ naturaliter illicita ſunt, poſſe per Diſpenſationem pœnam alterari, dum ne æqua proportio & publici exempli ratio negligantur, tolli autem omnino non poſſe : in his autem, quæ ſunt civiliter illicita, eatenus in pœna poſſe diſpenſari, quatenus in ipſis legibus; ſi ſcilicet non ſint tales, quæ ſemper, & in omnibus ſervandæ ſint.

15. An Diſpenſatio non juſta de cauſa facta, vim habeat, quæri poteſt? diſtinguendum putamus : aut enim contra jus naturæ, gen-

gentium, & divinum facta eſt diſpenſatio, & vim nullam habet; non tamen poſſunt judices, (vetante loqui, ſummam in republica poteſtatem habente) jus illud, ſuper quo diſpenſatum eſt, exequi; cum vis omnis coactiva a ſumma poteſtate pendeat, neque contra ejus voluntatem debeat exerceri: aut vero contra jus civile & domeſticum; & valere credimus diſpenſationem non juſte factam. Sicut enim lex, quamvis utilis, non obligat, niſi lata ſit; ita etiam non obligat, quam legiſlator ſolvit; perinde enim eſt, ac ſi cum exceptione lata eſſet; neque tamen eos peccare negamus, qui principem inducunt aut orant, ut ipſorum aut aliena cauſa diſpenſationem non juſtam faciat.

Obſervandum eſt, in his legibus quæ in ſolius legiſlatoris utilitatem latæ ſunt, puta de rebus ipſi propriis, diſpenſationem juſtam eſſe ſine ulla cauſa: facit enim hanc non ut legiſlator, ſed ut Dominus; ideoque hæc non diſpenſatio ſed Donatio eſt quædam; talis eſt multis in locis venationum permiſſio, confiſcationum redemtio, & ſimilia. 16.

## Caput III.

### *De Facilitate.*

Facilitas virtus eſt voluntatis, prona ad remittendum jus ſibi competens, pacis aut humanitatis cauſa; ducta autem videtur metaphora ab eo genere materiæ, quod opifici cedit & durum ſe non præbet: unde & homines juri ſuo non rigide inhærentes, ſed aliquantum cedentes, faciles dici cœperunt. 1.

Hæc cuivis competit, qui alterum ſibi ex contractu aut delicto obligatum habet; maxime autem verſatur circa leges, longius ab æquitate naturali recedentes, qualis eſt de jure belli, de præſcriptionibus, de jure commiſſi, & ſimilibus. 2.

Facilitas autem, quæ circa pœnas alicui debitas verſatur, Clementia proprie dicitur, quam proinde etiam privatis competere affirmamus.

Apparet ex his quæ diximus, nullam harum trium virtutum cum Juſtitia pugnare. Non Æquitatem, quia Juſtitia legi obſequitur, non ſecundum verba, ſed mentem legiſlatoris, & ſecundum verum ordinem legum. Non Indulgentiam & Diſpenſationem, quia lex ceſſat, ubi ſolvit legiſlator. Non denique Facilitatem, quia lex ei, cui tribuitur, eo jure uti non imperat.

FINIS.

IN-

Digitized by Google

# INDEX RERUM PRÆCIPUARUM, AC VERBORUM, quæ in hoc opere continentur.

*Prior numerus* librum, *alter* caput, *tertius* paragraphum, *reliquus vero* ſubdiviſionem paragr. *niſi* & *interpoſitum ſit*, *tunc enim* §. *ipſum notat*, *annot.* annotata, *prol.* prolegomena *denotant.*

## A.


Abdicari regnum an poſſit. 2, 7, 26
Abdicari regnum an poſſit, & per id nocere filio. *Vide* Regnum. Cum rege qui regnum abdicavit ſubditis bellum gerere licet tanquam cum privato. 1, 9, 4
Abdicatio, jus eſt Græcis uſitatum. 2, 7, 7
Abdicato filio an quid debeatur. 2, 7, 7
Abjecta habentur pro derelictis, ſed cum exceptione. 2, 4, 4
Abii Scythæ. 2, 1, 2
Abitus tutus quomodo ſumatur. 3, 21, 16
Abrahamus bello adjuvit extraneos a fide. 2, 15, 9, 6
Abrahamus res hoſtiles ſibi acquiſitas judicat & dedicat. 3, 6, 1, 1
Abrahami filii ex Cethura non habuerunt partem hæreditatis. 2, 7, 8, 3
Abrahamus uxorem vocat ſororem. 3, 1, 7
Abrahami bellum pro Lotho. 2, 24, 5 Cum rege Sodom laudatur. 1, 2, 2 Teſtamentum quale, ſi ſine liberis deceſſiſſet. 2, 6, 14
Abſentes an partem prædæ ferant. 3, 6, 17, 5
Abſentium jus præſentibus accreſcit. 2, 5, 20
Abſolvere cur ſatius quam condemnare. 2, 23, 5, 1
Abſolutio a juramento, unde vim habeat. 2, 13, 20, 2
Abſtinentiæ in ſolo pacatorum exempla. 3, 17, 2
Abſurda nemo credendus eſt velle. 2, 16, 22
Abſurdus intellectus, vitandus. 2, 16, 2, & 5, & 6
Abuſus rei neceſſarius utentem obligat ad reſtitutionem pretii. 3, 17, 1
Acceptandi animum pro infantibus & amentibus lex ſupplet non nat. ſed civilis. 2, 11, 14
Acceptilatio non tollit neceſſitatem ſolvendi ejus quod jure naturali debetur per ſe. 1, 1, 10, 5
Acceptatio pro altero facta quid operetur. 2, 11, 14, & 17
Acceptatio an præcedere alienationem poſſit. 2, 6, 2
Acceſſionis jus quale. 2, 8, 11. & ſeqq.
Acceſſionum jus ob prævalentiam non eſt naturale. 2, 8, 2
Accipi plus poteſt quam quod noſtrum eſt, ſed ſub onere reſtituendi quod excedit. 3, 1, 4, 1
Accuſare an Chriſtiano conveniat. 2, 20, 15, & 16
Accuſare filio patrem patriæ proditorem an liceat? 2, 18, 4
Accuſatio capitalis fit in quibuſdam locis per publice ad id conſtitutos, & quare, 2, 20, 15. licita non eſt Chriſtiano ex opinione veterum. 2, 20, 10
Accuſatione injuſta qui damnum dedit in quantum teneatur. 2, 17, 16
Accuſatores ex officio publico conſtitui melius. 2, 20, 15
Achæi dolis abſtinebant. 3, 1, 20, 3


Ache-

Digitized by Google

# INDEX.


**Achelous amnis domitus ab Hercule.** 2,3,16

Achilles culpatur, quod amicis captivorum ſanguine libarit. 3,11,16

Acquiri bello non poſſunt quæ penes hoſtes ſunt ſed non hoſtium. 3,6,5 & 26,1

Acquiruntur bello quoad jus externum quæ hoſtis noſter bello acquiſiverat. 3,6,7,1

Acquiri incorporalia bello utrum poſſint. 2, 5, 2. Res liberorum parentibus : jure naturali. 2,5,2

Acquiſita bello non niſi eadem vi male dicuntur poſſideri, 3, 9, 4. de rebus necdum actu acquiſitis lex poteſt imperare 3,6,22

Acquiſitio naturalis in bello. 3,6,1,1,2

Acquiſitio rerum originaria. 2,3,1

Acquiſitiones improprie dictæ juris gentium. 2,8,1

Actio injuriæ an Chriſtiano conveniat. 2,20,10,1,2

Actionum injuſtarum gradus. 2, 20, 29,1,3

Actionum forenſium & belli iidem fontes. 2,1,2,1

Actor ut bellum vitetur re dubia potius cedere debet. 2,23,11

Actus homini inevitabiles an puniri poſſint. 2,20,19

Actus, qui humanam ſocietatem non ſpectant, puniendi non ſunt. 2,20,20

Actus ex more communes nemini prohibendi. 2,3,22

Actus interni an punibiles inter homines. 2,20,18

Actus imperfecti an puniantur jure gentium. 2,20,29

Actus contra conſcientiam illiciti. 2, 23,2

Actus publici & privati in bello publico. 3,6,10

Actus benefici. 2,12,2

Actus permutatorii. 2,12,3

Actus diremtorii. *ibid.*

Actus communicatorii. 2,12,4

Actus mixti. 2, 12,5

Actus poſitivi & negativi quantum differant. 2,15,17,2

Actus communes a dividuis diſtinguendi circa reſtitutionem. 3,10,4

Actus contra juramentum factus quando ſit vitioſus tantum, quando & irritus. 2,13,19

Actus res eſt. 1,3,11

Actus humani quotuplices. 2,12,1

Actus bonæ fidei ad jus gentium non pertinent. 2,16,11

Actus contractuum nomine qui veniant. 2, 12, 7. Externi non poſſunt ſignum eſſe internorum ſequentium. 2, 11, 20. Interni non ſunt congruentes ſocietati humanæ. 2, 6, 1. Juris efficacia iis non tribuenda. 2, 4, 3. quomodo & quatenus in æſtimationem veniant. 2, 20, 18. Juris ſtricti non pertinent ad jus gent. 2, 16, 11. Mixti quotuplices. 2,12,5,& 6

Actus præcedanei. 2, 12, 9. Simplices 2, 12, 2. Vitioſi, qui non directe ſpectant ſocietatem humanam aut hominem alium, puniri nequeunt. 2, 20, 20. Quomodo conſiderentur in pœnis, & ex quibus circumſtantiis. 2,20,30

Actus cujuſque naturaliter ſunt cuique homini ut ſuum. 2, 17, 2. Ideo in eos quiſque par jus habet ac in res ſuas. 2, 11, 1. Non tamen plene ſunt in noſtra poteſtate, ſed a ſuperioribus noſtris dependent. 2, 13, 20. Regum diſtinguendi in regios & privatos. 2, 14, 1. Privati communem legum regulam ſequuntur. 2, 14, 5. etiam oppidi ejus in quo vivunt. 2. 14, 5. Regii eo loco habendi, quaſi communitas feciſſet. 2, 14, 1. An fiant irriti ex eo quod parentes habeant. *vide* Rex. De actu qui tenetur, tenetur etiam de his quæ ex vi actus ſequuntur. 2, 17,2

Actuum humanorum qui aliis hominibus ſunt utiles plura genera. 2, 12,1

Actuum beneficorum hæc natura, ut non credendi ſint quenquam ad magnum ſuum incommodum obligare. 2,16,27

Addictorum ſervitus. 2,5,30

Ἀδίσποτα. 2,8,7

Adjuvans tenetur de damno. 2,17,6

Adminiſtratores regni an jus & imperium ſummum habeant. 1,3,11

Admiralitatis natura. 2,12,25

Admiralitatis contractus. 2,12,4

Adonia a regno exheredatus. 2,7,25

Adoptatus ex conjectura voluntaria ſuccedit. 2,7,8,1

Adoptionis vox modo laxiorem modo ſtri-


Digitized by Google

ſtrictiorem ſenſum admittit. 2, 16, 9
Adoptivi non ſuccedunt in regnis à populo delatis. 2, 7, 16
Adſcripti glebæ. 2, 5, 30
Adulter & adultera ad quam reſtitutionem teneantur. 2, 17, 15
Adulterium etiam accuſari in concubina poteſt, 2, 5, 15. committi cum alienigena Judæi non credunt, 2, 19, 1. nec cum Tyranni uxore aliqui. *ibid.* Committit adulterium lege euangelica, qui uxorem non adulteram repudiat aut divortio dimiſſam ducit. 2, 5, 9. Ad injuſtitiam pertinet quod fit ex libidine, & injuſtitiam continet prope maximam, 2, 20, 30 ut puniatur morte lex vetus Noæ data. 1, 2, 5
Adulter & adultera divortio potius dimittitur a Chriſtiano quam punitur. 3, 20, 10. Si occidatur permiſſu legis, occidentem homicidii reum facit coram Deo. 2, 20, 17. In quantum teneatur conjugi & liberis. 2, 17, 15
Advocatiæ jus. 1, 3, 21, 3
Ædes comburere quando nefas in bello. 3, 12, 2. Qui comburunt ad quid teneantur juſtitia interna. 3, 18, 6. Qui diruunt in bello præter neceſſitatem, ad quid teneantur. 3, 18, 6. Peſtilentes eſſe profitendum cum venduntur. 2, 12, 9
Ædificare in littore an liceat & quatenus. 2, 2, 15, 2
Ædificatio in mari aut littore. 2, 3, 9, 2
Ægyptiorum polygamia. 2, 5, 9
Æqualitas exigendi in contractu qualis requiratur, & quare. 2, 12, 11, 1
Æqualitas in contractibus requiſita quotuplex. 2, 12, 8
Æqualitas rei in contractibus qualis. 2, 12, 12, 1
Æquitas in arbitrio qualis intelligatur. 3, 20, 47
Æquivocatio quando fieri poſſit abſque peccato. 3, 1, 10
Æquivocatio. 3, 1, 10. *vide* Locutio ambigua.
Æs & aurum diduci poſſunt. 2, 8, 21
Æs alienum civitatis facit quo minus uni alterive ex civitate liceat diſcedere, 2, 5, 24. donavit Cæſar Dyrrachinis, & quo jure, 3, 8, 4. remiſit Alexander Theſſalis quod ipſi Thebanis debuerant, & quo jure. *ibid.*
Æſtimatio rei fit ex eo quanti omnibus valeret, & quare, 2, 12, 14. furto ablatæ quomodo fiat. 2, 17, 16
Ætas eſt quid perſonale. 2, 7, 18, 2
Ætolorum mos. 3, 20, 31
Afrorum mos circa prædam. 3, 6, 14, 3
Affectus qui ad vitandum malum oriuntur minus mali, quam qui ad conſequendas voluptates. 2, 20, 31
Agamemnonis juramentum de re illicita. 2, 13, 6
Agendi impunitas non reddit juſtam actionem, quoad juſtitiam etiam internam. 2, 5, 20
Ager poteſt vendi menſura nominata, non tamen ad menſuram. 2, 8, 12
Ager arcifinius, 2, 3, 16. immenſatus. 2, 2, 3. *Annot.* inundatus, vel piſcando retinetur in poſſeſſione. 2, 8, 10
Ager privatus magis eſt ut arcifinius non credatur. 2, 8, 12
Agit injuſte a quo etiam principium eſt actionis. 2, 26, 4. Qui quod imperatur *injuſtum eſſe putat*, etiamſi non ſit, agere non debet. 2, 26, 3
Agros vaſtare in bello quando nefas. 3, 12, 2. & 3, 12, 4
Agri diviſi, ſive aſſignati ſive limitati: menſura comprehenſi, arcifinii ſive occupatorii. 2, 3, 16, 1
Agri capti quando intelligantur. 3, 6, 4
Agri capti publici fiunt. 3, 6, 11, 1
Agri capti: de his Hebræorum, Lacedæmoniorum, & Romanorum mos & conſuetudo. 3, 6, 11, 2
Agricolæ in bello a cædibus immunes eſſe debent, 3, 11, 11. eorumque boves. *vide* Bos.
ad Agriculturam damnati. *vide* Adſcripti glebæ.
Agri privati in dubio non cenſentur arcifinii. 2, 8, 12, 1
Agri poſtliminio recipiuntur. 3, 9, 13, 1
Agricolis parcendum. 3, 11, 11, 1
Ager Bœotus ſecundum fines qui ante bellum erant intelligendus. 2, 16, 6
Ageſilai dictum. 3, 1, 6, 2
Αγη. 2, 21, 14, 8

# INDEX.


Agnatica ſucceſſio linealis. 2, 7, 23
Alapa toleranda lege euangelica. *vide* Injuria.
Alapam occidendo alterum arcere an liceat jure naturæ, an euangelico. 2, 2, 10, 1
Alendi liberi, etiam vulgo quæſiti: etiam ex inceſtis, quod jus Romanum ſprevit. 2, 7, 4, 2
Alexander latro & prædo dictus. 2, 1, 1, 3
Alexander culpatur quod amicorum ſanguine litaverit amicis, 3, 11, 16. quod quibus aditum tutum promiſit, in via juſſit interficere. 3, 21, 16. Expeditiones injuſtas in Perſas Branchidaſque ſuſcipit. 2, 21, 8. Poro regnum relinquit. 3. 15, 4
Alex. cum Scythis de fortitudine non imperio certat, libertatemque iis relinquit. 3, 14. 9, 2
Alexandri ſucceſſores pleno proprietatis jure num ſucceſſerint. 1, 3, 12
Alexandrum quid impulerit ad bellum cum Dario rege. 2, 22, 1
Alexandrinæ merces. 2, 12, 16
Algerienſes prædones. 3. 8, 19. 2
Aliena res occupari poteſt, ad vitandum periculum. 3, 1, 2, 2
Aliena res ad debiti conſecutionem accipi quando poſſit. 2, 7, 2, 1, 2
Alienam rem accipere pro debito non licet, ubi debitum per judicium conſequi datur. *ibid.*
Alienam rem reſtituere unde & quatenus teneamur. 2, 10, 1, 2
Alienam rem reddens, præmium inventionis non recte petit. 2, 10, 1, 5
Alienandi ſua jus naturale. 2, 6, 1, 3
Alienari res poteſt etiam ſub conditione. Et poſſeſſione retenta. *vide* poſſeſſio. 2, 6, 14. Et revocabiliter. *ibid.*
Alienatio requirit actum utentis ratione. 2, 3. 6. Imperii quando valida ſi a rege ſolo fiat, 2, 6, 3. & lib. 3, 20, 5. Populi ex quo jure & unde procedat. 1, 3, 12. Quid alienetur in alienatione populi. *ibid.* Regni facta a rege, qui id in patrimonio non habet, nulla. 1, 4, 10. & l. 2. 14, 12. Ut nec partis ejus, *ibid.* niſi populus aut corpus totum conſentiat. 2, 6, 4. & l. 3, 20, 5. Regalis patrimonii nulla, quæ ſit a rege uſufructuario. 1, 4, 10. & lib. 2, 14, 12. Tacita in ſucceſſionibus ab inteſtato. 2, 9, 1
Alienati imperii exempla. 1, 3, 12, 3, 6
Alienatio requirit actum externum & acceptionem. 2, 6, 1, 2
Alienationis requiſita quædam mere ſunt juris civilis. 2, 6, 1
Alienæ rei ſi quis dominium ignoret, an eam pauperibus dare teneatur I. N. 2, 20, 21
Alieni abſtinentia eſt ex jure naturali. prol. p. 7.
Alieno uti quomodo liceat. 2, 2, 6, 1, 7, 11
Alieno qui utitur in neceſſitate, tenetur ad reſtitutionem. 2, 1, 9
Alieno debito nemo obligatur naturaliter niſi hæres. 2, 14, 10. & l. 2, 21, 19. & libro 3, 2, 1, 1
Alimenta an liberis debeantur, & quo ſenſu. 2, 7, 4, 1, 3
Alimenta præſtare tenetur homicida injuſte occiſi liberis & uxori. 2, 17, 13. Servis domini pro operibus, 3, 14. 6. quanta Romæ ſingulis menſibus dabantur. *ibid.* ob alimenta præſtita ab alio dominium non amittitur. 2, 8, 22. Ex alimentis jus naſcitur ſolo domino. *ibid.* Pro iis obligantur ſervorum eorum liberi qui pro debito ſuæ civitatis ſervi facti ſunt. 3, 14, 8
Ἀλληθερμεῖν. 2, 13, 13
Alii prodeſſe licitum & honeſtum, 1, 5, 2. per alium facere quis poteſt I. N. quod per ſemet ipſum, 3, 6, 9. qui facit quod etſi ſibi liceat, alteri tamen non licet, peccat ſi eum cogat 3, 1, 31
Allodialia regna quam ſucceſſionem ſequantur. 2, 7, 20, 1
Alluvio cujus naturaliter. 2, 8, 11, 13
Alluvio quando cedat proximorum prædiorum dominis. 2, 8, 12, 2. & 13. & 15
Alluvionis jus quale a J. Civ. Rom. proditur, an ſit naturale. 2, 8, 8. & 16. In ſola imperii conceſſione non ineſt. 2, 8, 15. Privatis prodeſt, ſi certo conſtat agrum eſſe arcifinium. 2, 8, 8. Vaſallis quibus profit. 2, 8, 15
Alvei mutatio an fines immutet. 2, 3, 16, 1, 17
Alveus ſiccatus cujus naturaliter. 2, 8, 9
Alveus ſiccatus privatis quando cedat. 2, 8, 13, 15


Alvei

Alvei ſiccati cujus jure gentium. 2, 8, 9
Ἀμάρτημα quid. 3, 11, 4, 2
Ambigua vox quomodo interpretanda. 2, 16, 6. *vide* Interpretatio.
Ambitio generoſius vitium. 2, 2, 2
Amens promittendo non obligatur. 2, 11, 5, 1
Amenti falſum dicere, non eſt mendacium. 3, 1, 12, 1
Amentes populi, an dominium habeant. 2, 22, 10
Americanarum gentium communio in bonis. 2, 2, 2
Amici qui ſint in jure poſtliminii. 3, 92, 1
Amicitia non ex ſola indigentia naſcitur. 2, 1, 9, 3
Amicitiæ conventio in pace quid operetur. 3, 20, 40
Amicitia regis in legato lædi poteſt. 2, 18, 5
Amicitiam ejus nemo ambit, cui videt jus & fidem eſſe vilia. proleg. pag. 17.
Amici regis quale jus habuerint apud Rom. 1, 3, 21
Amicos defendere nemo cogitur, habenda tamen ratio amicitiæ. 2, 25, 5. Veniam meretur, etiam ubi eſt injuſtum. 3, 11, 6
Amicorum cauſa bellum recte ſuſcipitur. 2, 25, 5
Amiſſum quando quid cenſeatur. 2, 4, 5. repetere dominus non tenetur, ſed poſſeſſor reſtituere. 2, 10, 1
Amitam uxorem ducere num liceat. 2, 5, 14
Ammonitæ nec fœderati, nec perpetui hoſtes Hebræorum. 2, 15, 9, 5
Ἀμφιβολία apud Rhetores. 2, 16, 4, 1
Amymonum poteſtas apud Cnidios. 1, 3, 8
Animalium mactatio num & ante diluvium uſitata. 2, 20, 9
Animantia muta alunt ſobolem. 2, 7, 4, 2
Animantibus quæ ruri inſerviunt parcendum. 3, 12, 4, 4
Ἀνδροληψία quid. 3, 2, 3, 1
Angariatus ſequi quo ſenſu a Chriſto jubeatur. 1, 2, 8, 5
Angliæ regni ſucceſſio. 2, 7, 30, 3
Angliæ jus circa prædationes quæ contra legem fiunt. 2, 17, 20, 2
Animus vitiat actiones ſua natura licitas. 2, 15, 9, 9
centum Anni tres ferme ætates. 2, 4, 7
Annibalem Rom. quo jure dedi ſibi poſtularint. 2, 21, 4
Antigonus ridet aliquem ſibi librum de juſtitia adſerentem. Prol. p. 3.
Antiochus. 2, 4, 7, & 8
Antiochus an jus habuerit in Hebræos. 1, 4, 7, 5
Ἀνθρωποπαθείας figura. 2, 13, 3, 3
Antonius an vera belli civilis cum Octavio cauſa fuerit. 2, 22, 8
Anthropophagi. 2, 19, 2, 8
Aodis factum quale. 1, 4 19, 4
Ἀφθαρσία quid. 2, 2, 2, 1
Ἀπλότης quid. *ibid.*
Ἀποστερεῖν. 2, 20, 39, 3
Apoſtolorum judicatio qualis. 2, 22, 14, 1
non Apparere & non eſſe tantundem valent quoad eum cui non apparet. 2, 10, 11
Appellare a ſubditis interdum non licet. 2, 4, 13
Appellari ut ab aliquo nulla ratione poſſit, jus eſt ſolius imperii ſummi. 2, 4, 13
Appellationis exemtio an a ſubdito acquiri poſſit. *ibid.*
Appetitus bonum deſiderat, ſive verum ſeu *imaginarium*. 2, 20, 29. mali quoque *declinandi ſtudium* in ſe comprehendit. *ibid.*
Aptitudo juris ſpecies, quid. 1, 1, 7. & lib. 2, 17, 2, 2
Aptitudo moralis non facit naſci obligationem reſtitutionis. 2, 17, 2, 2
Aptitudo, & proprie debitum, bene diſtinguenda ubi concurrunt. 2, 7, 3, 4, 1. & lib. 2, 17, 2, 2
Aptitudo ad rem diſtinguenda a jure proprie dicto ad rem. 2, 17, 3 non enim ius dat dominium. 2, 17, 2. ſed occaſionem tantum ad jus. 2, 20, 2
Aqua profluens quænam ſit. 2, 2, 12
Aquam & terram dare. 2, 5, 31. & in Annot. ad eundem §.
Aquas corrumpere in bello an liceat. 3, 4, 17
Ara Miſericordiæ apud Athenienſes. 2, 21, 5, 2
Aratori bovi parcendum. 3, 12, 4, 4
Aratus Sicyonius. 2, 4, 8. & l. 3, 16, 6
Arbiter de bello lectus de poſſeſſione pronuntiare non debet. 3, 20, 48
Arbitri officium quod 3, 20, 47
Arbitri reges vel judices. *ibid.*
Arbitri compromiſſarii pacis. 3, 20, 45.



Digitized by Google

provocare num de iis liceat, ſi iniquum ſtatuerint. 1, 20, 46. eorum exempla. 2, 23, 8. *Annot.* ad Arbitros provocare licet, ne res metu cenſeatur derelicta. 2, 4, 6
Arbitrorum genera. 3, 20, 44
Arbor ſcientiæ boni & mali, cujus rei ſymbolum. 2, 2, 2, 2
Arbor vitæ, cujus rei ſymbolum. *ibid.*
Arbores frugiferas in bello nefas eſt exſcindere. 3, 12, 2. non ſi jaculatores impediant. 3, 13, 2. *Annot.*
Arcem ne quis in confinio pati debeat, quale fœdus. 2, 15, 6
Arcifinii agri, ſive occupatorii. 2, 3, 16, 1
Ἀρχιτεκτονικὴ Ariſtoteli quæ. 1, 3, 6, 2
Argumentis paribus pars utra præferenda. 2, 23, 5
Argumenta, qualia in judicandis moralibus. 2, 23, 3, 4
Arma apud Roman. poſtliminio cur non recepta. 3, 9, 14, 2
Arma hoſti alicujus ſubminiſtrare hoſtis eſt. 3, 1, 5, 2
Arma adimi poſſunt populis ſubactis etiam jure mixti imperii. 2, 15, 7. 3, 8, 3. 3, 15, 6. Poſtliminio non redeunt. 3, 9, 14
Armis hoſtium an ad decipiendum uti licitum. 3, 1, 5
Armis hoſtium uti licitum. 3, 1, 8, 4
Armorum vox quid ſignificet. 2, 16, 5
Arragonica ſucceſſio. 2, 7, 36
Arrogatio. 2, 5, 26
Artes gentium antiquiſſimæ. 2, 2, 2. ſenſum modo latum, modo ſtrictum admittunt. 2, 16, 9
Artium vocabula quomodo accipienda. 2, 16, 3
Aruſpices poſt baptiſmum acceptum artem ſuam cogebantur deſerere. 1, 2, 9
Arx quid. 2, 16, 3
Arx ſtructa a vicino qui pactione nulla prohibetur non dat jus ad bellum, etiam cum damnum dare poſſit. 2, 22, 5. rumpit pacem ſub lege amicitiæ initam. 3, 20, 40
Aſiæ mos circa prædam. 3, 6, 14, 3
Aſmonæi. *vide* Maccabæi.
Aſſecurationis contractus. 2, 12, 3, 5. natura. 2, 12, 23
Aſſertio a promiſſione multum diſtat. 3, 1, 18, 1
Aſſertio mera futuri quid, & quam vim habeat. 2, 11, 2
Aſylorum jura quibus proſint, quibus non. 2, 21, 5
Athenienſes Corinthios an vicerint, ſecundum Polyb. 3, 20, 45. victoriis quomodo uſi ſint. 3, 15, 8
Athenienſium Reſp. mixta ex Ariſtocratia & Democratia. 1, 3, 20. an eadem manſerit, poſtquam in eam variæ gentes ſuſceptæ. 2, 9, 3
Atlantici populi. 2, 9, 4
Atrocitatem facinoris quæ habere dicuntur. 2, 2, 3
Atticorum leges multæ ex legibus Moſaicis, 1, 2, 5. Lex de ἐπικλήροις. 2, 5, 12
Atticum jus de captivis redemptis. 3, 9, 10, 3
Auctores belli injuſti ab aliis diſcernendi, 3, 11, 5, 1
Aucupia naturâ cuique licita, ſed legem a terra accipiunt. 2, 2, 3, & 5
Aves quorum ſint. 2, 2, 5
Auguſti Octavii bellum contra Antonium injuſtum. 1, 3, 5
Auguſtinum ſcholæ quædam ſolum ſequendum ſibi propoſuere, & perperam. 3, 1, 17
Aurigæ Circenſes S. Cœna prohibiti. 1, 2, 9. *not.*
Authoritas ab imperio differt. 1, 3, 16
Authoritatem noſtram quibus impertimur, ea noſtra facimus. 1, 4, 4
Author injuſtitiæ majori pœna dignus quam qui ipſum ſequitur. 3, 11, 5
Authorum depravata & ſiniſtra quandoque de rebus judicia. 1, 3, 5
Avus aviaque quando nepotum curam agere teneantur. 2, 7, 6
Auxilia ab una parte promiſſa intelliguntur ſumtu petentis. 1, 16, 12, 3
Auxilium mittere quis excuſetur. 2, 16, 27, 1
Auxilium veniſſe quando dicatur. 3, 23, 12
Auxilium amicis præſtandum, ſi facile & ſine incommodo poſſit. 2, 25, 5. In bello ut præſtetur cujus generis fœdus. 2, 15, 6. Cujus impendiis debeatur. 2, 16, 12. Debitum ex jure proprie dicto, qui non præſtat ei cui fit injuria, damni dati tenetur. 2, 1, 8, 1, 1. Fœderatis quibus præſtandum ſi bellum inter ſe ipſi gerant. 2, 15, 1,. Hoſti quoquo modo præſtitum, cauſam dat ad bellum juſtum. 3, 1, 5. Sed ut de novo indici oporteat. 3, 3, 10. Veniam meretur, ſi ex officio ſit præſtitum. 3, 11, 6. Promiſſum quo caſu fœderato promiſſor mittere non teneatur. 2, 16, 27



Digitized by Google

Auxilium in pacto non faciendæ deditionis ſi advenerit, quale intelligatur. 2, 23, 14. Sociis novis contra veteres an præſtari poſſit, qui in fœdere caverunt, ut utriuſque populi ſocii ab utroque populo ſint tuti. 2, 16, 13. In auxiliis præſtandis non ſocius vetuſtior, ſed juſtior cauſa præfertur. 2, 25, 4

B.

BAnnitos occidere, num etiam interna juſtitia & coram Deo ſit juſtum. 2, 20, 17
Barbaros prædationibus vexare laudatum Ariſtoteli, & quare. 3, 15, 5
Barbari male a Græcis pro hoſtibus habiti. 2, 22, 25. niſi qui belluis quam hominibus ſimiliores ſunt. 2, 20, 40
Barclaji ſententia de jure reſiſtendi, quod ſit penes populum, vel majorem ejus partem. 1, 4, 7, 4
Belgæ agros vaſtari non permittunt in bello, ſed ſub tributo eos præſtant tutos, & quamobrem. 3, 12, 14
Beliſarii cavillatio adverſus Gotthos de locis minus cuſtoditis. 3, 21, 8
Bellandi pro alio juſtæ cauſæ. 2, 25, 1, 1
Bellandi jus inferioribus poteſtatibus quibuſdam conceſſum. 1, 3, 4, 2. & 5, 1
Bellantium extra territorium quæ capiuntur an jure belli acquirantur. 3, 6, 26, 2
Bellare quidam lege vetantur. 1, 5, 4
Bellum a natura quo ſenſu. 1, 2, 1, 5
Bellum juris gentium quo ſenſu. 1, 2, 4, 1
Bellum an vetetur lege quæ data eſt Noæ, 1, 2, 5, 2. an vetetur lege euangelica. 1, 2, 6, 1. & 7, 1. & 8, 1
Bellum actionis nomen non eſt ſed ſtatus. 1, 1, 2. & lib. 3, 21, 1
Bellum Chriſtiani aliqui plane improbaverunt, & quare. 1, 2, 9. Evitari quibus modis poſſit. 2, 23, 7. & *ſeqq.* Finiri quomodo poſſit. 3, 20, 1. Male geritur, niſi intra juris & fidei modum *prol. pag.* 15. Honeſtum non eſt, niſi ſumma neceſſitas & vera charitas efficiat honeſtum. 2, 29, 9. Incipit naturaliter ubi judicia deficiunt. *prol. p.* 11. 2, 1, 2. Suſcipi non debet ob delicta quævis. 2, 20, 38. Nec ob inchoata ſolum, niſi certo caſu. 2, 20, 39. Non niſi ad juris conſecutionem. *prol. pag.* 11. 2, 1, 1
Bellum civile prædam plerumque militi omnem promiſcue concedit, & quare 3, 6, 24. In bellis civilibus quare occiſi captivi. *vide* Captivus. Capta capientium non fiunt. *vide* Capta. An in bellis civilibus ſit jus legationis. 2, 18, 2. Defenſivum. *vide* Defendere.
Bellum injuſtum non niſi injuſtos prodit effectus, etiamſi ſit ſolenne. 3, 10, 3. Nec a latrocinio differt, quoad jus internum. 3, 16, 1. Ad bella injuſta nemo obligatur. 2, 15, 13. & 2, 25, 4. Ut juſtum ſit I. G. quid requiratur. 3, 3, 5. Juſtum eſſe non poteſt, niſi quod ob injuriam ſit ſuſceptum, 2, 1, 1. ſive eam quæ ſit contra jus gentium, ſive eam quæ contra jus naturæ. 2, 20, 40. privatum publico reipſa prius eſt. 1, 1, 2. Injuſtum ex quibus cauſis dicatur, 1, 2, 8. *per tot.* aliquando idem eſt, ac non ſolenne, ut juſtum ſolenne. 1, 3, 4, 1. Juſtum dicitur interdum quoad effectus externos. 2, 17, 19. & l. 2, 23, 13. nec fit injuſtum etiamſi ex animo gerentis vitium accedat. 2, 22, 17. Sic juſtum eſt quod reges ſuſcipiunt in eos qui nec ſe, nec ſuos, ſed I. N. aut G. violant. 2, 20, 40
Bello juſto quantum quis conſequatur I. N. 3, 20, 11 Ex bello etiam juſto magiſtratus ſubditis tenetur quatenus damno eos affecit, *quod provideri poterat.* 2, 24, 7
Bellum ſolenne injuſtum eſſe poteſt, quoad juſtitiam internam. 2, 1, 1. & 2, 23, 13
Belli ſolennis effectus alius eſt licentiæ, alius dominii. 3, 4, 4
Belli ſi quæ ſunt cauſæ tantum ad pœnam ab aliis ſumendam injuſtitiæ ſuſpicionem præbent, niſi ob ſcelus manifeſtum & atrociſſimum. 2, 20, 43. Itaque non temere ſuſcipiendum etiam cum juſta pupirio, 2, 24, 2. maxime contra eum cui pares vires ſunt. 2, 24, 7
Belli cauſa quibuſdam ipſum bellum, id quod injuſtiſſimum. 2, 22, 2
Belli cauſæ, juſtificæ, claræ evidenteſque eſſe debent, & quæ palam poſſint proponi, 2, 26, 4. cur publice proponantur? 3, 1, 5. His, ſi quæ bella deſtituuntur latrocinia ſunt. 2, 22, 3. Omnes autem qui bella ſuſcipiunt, credi volunt, ſibi tales cauſas eſſe. 3, 9, 4. Itaque periculoſum de iis inter duos pronuntiare. 3, 4, 4. Suaſoriæ cauſæ ſolæ abſque juſtificis latrocinium ex bello faciunt, 2, 22, 3. etiam conjunctæ juſtificæ bellum ab injuſtitia non vindicant, quantum ad eum qui ſuſcipit,



Digitized by Google

ſi ob ſolas ſuaſorias ineatur. 2, 22, 17
Belli Punici ſecundi cauſa. 2, 22, 17. quo ſenſu fuerit juſta. 2, 17, 19. Præſentis injuſta videtur dici ab auctore. 1, 2, 1
Belli dux. *vide* Dux belli. Poteſtas regi conceſſa de poteſtate externi belli intelligitur. 1, 4, 13. Societas an cum infidelibus licite ineatur. 2, 15, 9. ex bello multa mala etiam in innocentes veniunt. 2, 23, 6
Belli definitio. 1, 1, 2, 1
Belli vocis origo. 1, 1, 2, 2
Bellum an juſtum aliquod jure naturæ. 1, 2, 1, 1, 2
Bellum aliud privatum: aliud publicum: aliud mixtum. 1, 3, 1, 1
Bellum privatum an licitum poſt conſtituta judicia, & quibus caſibus, 1, 3, 2, 1. privatum aliquod lege Moſis permiſſum, 1, 3, 2, 2. an cum Euangelio pugnet. 1, 3, 3, 1. Ambroſii & Auguſtini dicta contra illud. 1, 3, 3, 2
Bellum juſtum ac ſolemne quid. 3, 3. 1, 1
Bellum ex edicto. 3, 3, 5
Bellum Cn. Manlii in Galatas an juſtum. 1, 3, 5, 4. Caji Cæſaris in Germanos an juſtum. 1, 3, 5, 4. Octavii & Decimi an juſta bella: Caſſii quoque bellum an juſtum. 1, 3, 5, 5
Bellum publicum, ſolemne vel minus ſolemne. 1, 3, 4, 1
Bellum gerere reſervatum habenti ſummum imperium. 1, 3, 5, 3
Bellum quando & quatenus ab inferioribus poteſtatibus geri poſſit: & an tale bellum publicum dicendum, 1, 3, 5, 1. & an geri poſſit ab illis ex conjectura voluntatis ſuperioris. 1, 3, 5, 3
an Bellum civile ſit pejus tyrannide. 1, 4, 19, 3
Bellum pro ſociis, & pro amicis. 2, 25, 4, 5
Bellum ſuſcipi poteſt pro quibuſvis hominibus. 2, 3, 5, 6
Bellum an licitum pro ſubditis & alienis 2, 25, 7, 8
Bellum geri poteſt per homines improbos. 2, 26, 5. & lib. 3, 1, 22
Bellum an licitum in eos, qui in naturam delinquunt. 2, 20, 40, 1
Bellum an licitum, ut cogantur aliqui fieri Chriſtiani. 2, 20, 48, 1
ad Bellum injuſtum obligatur nemo. 1, 3, 23. & 2, 11, 8. & 2, 13, 7. & 2, 15, 13, 1
Bellum pro ſolo offenſivo quando ſumenmendum. 2, 16, 13, 3
Bellum non licitum ob nimiam potentiam vicini tantum. 2, 1, 17, 1
Bellum juſtum aliunde vitium habere poteſt 2, 22, 17, 1
Bellum an utrinque juſtum detur. 2, 23, 13
Bellum omittendum ſæpe noſtri & noſtrorum cauſa. 2, 24, 4, 1
Bellum ob pœnam ſuſcipere debet eſſe validioris multo. 2, 24, 7
Bellum ſuſcipiendum ex neceſſitate aut occaſione. 2, 24, 7, 9
Bellum pacis cauſa gerendum. 1, 1, 1, 1, 3, 25, 2
Bellum ſtatum geri poteſt ut indictum eſt. 3, 3, 13
Bellum injuſtum qui geſſit, recte ad impenſas ſolvendas cogitur. 3, 13, 3
Bellum pacis cauſa. 3, 15, 2, 1
Belli cauſæ juſtificæ debent publicari. 2, 26, 4, 5
Belli efficientes cauſæ, principales, adjuvantes, inſtrumentales. 1, 5, 1
Belli cauſa juſta, injuria ſola, 2, 1. 1, 4, defenſio vitæ, 2, 1, 3. cauſæ Belli ſuaſoriæ, & juſtificæ, & principia illius. 2, 1, 1, 1, 2
Belli injuſti effectus injuſti. 3, 10, 3
Belli vindicta modum excedere non debet. 3, 11, 1, 2
Belli non juſti cauſæ poſſunt eſſe probabiles. 3, 11, 6, 1
Belli jure quinam occidi poſſint. *vide* Occidere & Occidi.
Belli denunciandi formulæ. 3, 3, 7
Belli indictio. 3, 3, 7, 1, 6, 2, 3, 5, 1
circa Belli indictionem inſtituta civilia. 3, 3, 8
Bello non indicto an capta capientium fiant. 3, 3, 12
Bello capta jure gentium acquiruntur. 3, 6, 2, 1, 3
Bello capta cujus jure ipſo gentium fiant. 3, 6, 2, & 7
Bello capta ſingulorum fieri frequens ſententia. 3, 6, 8 9
Bellorum civilium crudelitas. 3, 7, 5, 3
Bello injuſto capta an reſtituenda ab eo qui cepit, 3, 10, 3, 5. & an reſtituenda ab eo qui detinet. 3, [illegible], 6, 1
Bello injuſto capta cum reſtituuntur, an quid detrahi poſſit. 3, 10, 6, 2
Bello injuſto capta, ſi conſumta ſint, bonæ fidei poſſeſſor non reſtituit 3, 10, 6, 2
Bello civili res quomodo acquirantur. 3, 6, 27




Digitized by Google

# INDEX.


Bello non ſolemni res quomodo acquirantur. 3, 6, 27

Bello quæſita quædam Regis proprie fiunt. 1, 3, 12, 3

Bello injuſto extortum ſecuta pace an repeti poſſit. 2, 17, 19

ex Bello irregularitas. 2, 24, 10

in Bello quæ capi & non capi poſſunt 3, 13, 2, 3, 4

Bellorum principia. 2, 7, 1

Bellorum mala. 2, 24, 10, 1

Bellorum pro alienis ſubditis ſuſceptorum exempla, 2, 25, 8. & eod. lib. cap. 20, 40, 2

Bella publica ſine cauſa, injuſta. 2, 1, 1, 3

Bella pro aliis per naturam licita & probata. 1, 5, 2, 1

Bello an peti poſſint perſecutores Chriſtianiſmi 2, 20, 49, 2

Bella ſine ullis cauſis feritas. 2, 22, 2

Bella ex cauſis ſuaſoriis, non juſtificis, prædatoria. 2, 22, 3

Bella an ſuſcipienda ob delicta in Deum. 2, 20, 44, 1

Bella pro ſubditis juſta & an neceſſario ſuſcipienda 2, 25, 1, 2

Bella ob leves cauſas vitioſa. 2, 24, 1, 2

Bella juſta ante Moſem. 1, 2, 2, 1

Bella juſta Moſis extra cauſas a Deo juſſus. *ibid.*

Bella improba Hebræorum poſtremis temporibus. 1, 2, 8, 16

Bella ob legatos violatos, 2, 18, 11. ob ſepeliendos mortuos, 2, 19, 5, 5. ob pœnam. 2, 20, 38, 1

Beneficia principis an durent poſt ejus mortem. 2, 14, 13

Beneficia principum an ſemper revocari poſſint. *ibid.*

Beneficia Regum quotuplicia. *ibid.*

Beneficia quædam ignotis tribuenda. 2, 15, 9, 3

Beneficia etiam malis debent Chriſtiani. 2, 15, 10, 1

in Beneficiis conferendis gradus obſervandi. *ibid.*

Beneficium dejeratum huic aut illi an contra juramentum juſte præſtetur, 2, 13, 7. etiam a ſervis poteſt proficiſci 3, 14. 6. In beneficii negatione nulla eſt injuria, 2, 2, 23. ex beneficio damnum ſentire neminem oportet jure nat. 2, 12, 13. nec credendum eſt quenquam eo ſe voluiſſe obligari, 2, 16, 27. beneficio vicem rependere naturaliter nos obligari quo ſenſu dicatur, 2, 14, 6. beneficiorum ordo naturalis quis, 2, 7, 9. benefici actus quotuplices. 2, 12, 2

Benjaminitarum cum cæteris Iſraëlitis controverſia. 2, 13, 5

Benjaminitis matrimonia quo jure negarint Hebræi, 2, 2, 22. cum rapere permiſerunt an facti perjuri? 2, 13, 5

Beſtiæ dominus an ex facto beſtiæ teneatur 2, 12, 21

in Beſtias pœna propriè non cadit, 2, 21, 11. beſtiis quo ſenſu juſtitia tribuitur, 1, 1, 11. in Beſtiis quo jure puniatur concubitus cum eis. *vide* Concubitus.

publicum Bonum privato præhabendum. 1, 4, 4, 4

Bona avita in ſucceſſione diſtinguuntur a noviter quæſitis, 2, 7, 9, 1. & 10. quibus naturaliter relicta cenſeantur. 2, 7, 9

Bona noviter quæſita naturaliter creduntur proximo relicta. 2, 7, 10, 1, 2

Bona legatorum an poſſint pro debito capi. 2, 18, 9

Bona ſubditorum ex facto ſuperiorum obligantur ex jure gentium. 3, 2, 2, 1, 3

Bona jure civili aut jure gentium quæſita æque *alienantur in pace.* 2, 14, 8, 3, 20, 9

Bona & jura non amittuntur ipſo facto, niſi lex aliqua factum velit habere pro re judicata. 2, 21, 4. Imaginabilia falſa ſunt. 2, 2?, 29. Bona regni quibus caſibus alienari poſſint vel non poſſint, & 2c, 5. Subditorum alienari & perdi poſſunt a rege jure ſupereminentis dominii. *vide* Dominium.

Bona cur obligentur pro delicto imperantis aut civitatis, 3, 2, 2. ut tranſeant cum oneribus, cum dominio rerum eſt introductum. 3, 2, 1. Vera extra virtutes ſunt aut delectantia aut utilia. 2, 20, 29

in Bono profectum Deo debemus ut nec libertatem ejus nobis valeamus eripere. 2, 13, 7

Bonorum electio quibus regulis ineatur. 3, 12, 2

Bos arator injuſte violatur in bello. 3, 12, 2

Βουλευτικὴ quæ Ariſtoteli. 1, 3, 6, 2

Brabantorum lex contra liberos ex ſecundis nuptiis. 2, 7, 8, 2

Braſidæ dictum. 2, 16, 6

Brenni bellum cum Fano Apollinis, 3, 12,


Digitized by Google

12, 7. cauſa belli. 2, 22, 3

## C.

CÆdes etiam juſta ab antiquis Hebræis, Græcis, & Chriſtianis punita. 2, 24, 10. *vide* Occidere.
Cælibatus laudabilior conjugio, 3, 4, 1. non niſi excellentibus ingeniis convenit. 2, 2, 21
Cæſar Jul. bello injuſto petit Arioviſtum, 3, 3, 10. laudatur ob ſpretas in ſe injurias, 2, 24, 3. piratas cruci quo jure affixerit, cum tamen privatus eſſet. 2, 20, 8
C. Cæſaris bellum in Arioſtivum quale. 3, 3, 10
Caini vox poſt comminationem divinam. 1, 2, 5
Calani corium. 3, 15, 7
Cambium quid. 2, 12, 4, 1
Cananæis ſe dedentibus parcere potuerunt Iſraelitæ. 3, 13, 3, 4
Canones quid conſtituant circa populationes. 3, 12, 4, 4
Canones de ſervis quomodo intelligendi. 3, 7, 6, 5
Capere bello quomodo ſit contra caritatem. 3, 13, 4, 1
Capere homines in bello quatenus liceat. 3, 14, 1, 1
Capienda non ſunt bona innocentum, ſi ex debitoribus principalibus noſtrum conſequi poſſumus. 3, 13, 4, 3
Capiendi jus eſſe poteſt ſine acquiſitione. 3, 13, 1
Capita rerum, auctores belli. 3, 11, 5, 1. & 5, 6, 1
Capitalia quædam delicta poſt evangelium prædicatum. 1, 2, 7, 13
Capitales cognitiones cur defugerint Chriſtiani. 1, 2, 9, 4
Capitatio exteris imponi nequit, quæ civibus ex cauſis reipubl. eſt impoſita. 2, 2, 4
Capta acquiri capientibus non ſolius belli eſt effectus 1, 3, 5. ſic enim J. G. dominus fit rei alienæ, qui cum ſuam aut ſibi debitam conſequi non poteſt, eam ſumit loco illius, 2, 7, 2. idque ipſo facto. 3, 2, 7. & cap. 6, 1. Sed hoc jus non primarium eſt, ſed ſecundarium, 3, 3, 6. naturale jus quo ſenſu quidam dixerint, 3, 6, 2. vocatur alio nomine compenſatio. In bello ſolenni quo ſenſu dicantur. 3, 6, 3. quando acquirantur. Jur. Civ. Gent. Europæ, *ibid.* acquiruntur eo modo quo res quæ ſunt nullius, 3, 6, 2. & cap. 8. *vide* Rapere, etiam incorporalia. 3, 6, 26. & cap. 7, 4. & cap. 8, 1. An etiam ſingulis J. G. ut ſtatuunt interpretes Jur. Romani. 1, 6, 8. Singulis quando acquirantur 3, 6, 12. Acquiruntur cum ſuo ſumtu militant, & quo Jure, 3, 6, 24. quid interno jure ipſis acquiratur. 3, 18, 2
Capta bello civili non acquiruntur quoad juſtitiam etiam externam. 3, 6, 27. In bello juſto quatenus delictum excedunt. 3, 2, 7. & c. 13, 1. *vide* Pœna: & ad pœnam civis unius aut magiſtratus ſuſcepto. 3, 13, 2. aut a prædonibus geſto, 2, 3, 2. Itaque hæ res redduntur non donantur, 3, 9, 16. nec acquiruntur capta bello non ſolenni, ſed compenſantur cum debito. *vide* Compenſatio.
Capta, nec ſingulis acquiruntur, quæ ut publici miniſtri ceperunt. 3, 6, 14. & 3, 6, 21
Capta non compenſari cum primario debito, quo ſenſu dicantur. 3, 13, 3
Captæ civitates, populi, & id genus olim patrimonialia regum fiebant. 1, 3, 11. & 3, 8, 1. *Annot.*
Captus in bello injuſto an licite fugiat. 3, 7, 6
Capti quando poſſint interfici. 3, 11, 16, 1
Captio Romanorum adverſus Carthagienſes. 2, 16, 15
Captionum exempla. 2, 16, 5, 6
Captivus bello quando quis cenſeatur. 3, 6, 7. dedere ſe alii quam a quo captus eſt an poſſit. 3, 23, 9. fugitivus a domino finito bello vindicari poteſt, etiamſi ad ſuos fugerit. 3, 7, 6. cur occidantur potiſſimum in bellis civilibus. 3, 7, 5. non occidendi ſecundum jus naturale. 3, 11, 3. niſi crimen morte dignum ante vel poſt commiſerint. 3, 11, 16. permutari aut pretio dimitti jure poteſt, ubi ſervitus non eſt in uſu. 3, 14, 9. pretium hujuſmodi unde definiatur. *ibid.* Vide Redemtio.
Captivi, quo jure, cum vix utrinque juſtum bellum eſſe queat. 3, 14, 1. quatenus tales etiam juſtitia interna fiant, ubi id per externam licet. 3, 14, 1. ſervi non fiunt apud Chriſtianos & quare. 3, 7, 9
Captivus & tamen non ſervus, ubi ſervitus in uſu. 3, 14, 2
Captivi duces cujus ſint. 3, 7, 9. *Not.* 2.
occiſi



Digitized by Google

occiſi die triumphi apud Roman. 3, 4, 12. Reges pacem facere non poſſunt, ſi regnum habuerint ex conſenſu populi. 3, 20, 3. non tamen jus imperii penes populum, ſed tutela ejus. *ibid.*
Captivos ob delictum carcere circa Paſcha liberare unde. 1, 2, 9
Captivus idem pluribus pretium debere poteſt. 3, 21, 16
Captivus an redire debeat, mortuo eo quem redimere debebat. 3, 21, 50
Captivi promiſſum de reditu in carcerem valet. 3, 23, 6
Captivi res, niſi apprehenſæ, non acquiruntur. 3, 21, 28
Captivi quorum in poteſtate nunc ſint. 3, 7, 9, 2
Captivi occidi belli jure poſſunt. 3, 4, 10
Captivi an quovis tempore occidi poſſint. *ibid.*
de Captivis & rebus cur ſpecialiter conveniri debeat. 3, 9, 4, 3
Captivorum redemtio, permutatio. 3, 14, 9, 1
Captivorum redemtio quam favorabilis. 3, 21, 23
Captivorum poſteri, ſervi. 3, 7, 5, 2
Captivorum redemtionem quæ vetant leges, an juſtæ. 3, 21, 24
Captivorum bona Romano jure fiſco cedunt, ſi heres nullus ſit. 3, 9, 10, 4
Captus alii ſe dedere non poteſt. 3, 23, 9
Captus in bello juſto an licite fugiat. 3, 14, 7
Capta actu bellico quorum ſint. 3, 6, 14, 1
Capta bello quatenus conſcientia pura acquirantur aut retineantur. 3, 13, 1, 2
Capta bello injuſto non fiunt capientium jure interno. 3, 16, 1
Capta bello injuſto prioribus dominis reddita. 3, 16, 2
Capta poſt pacem initam reddenda. 3, 20, 20
Capti bello ſervi fiunt etiam citra delictum. 3, 7, 1, 2
Capti cenſentur, qui intra præſidia ducti ſunt. *ibid.*
Capti gratis dimiſſi. 3, 14, 9, 2
Capti quibus acquirantur. 3, 7, 5, 4
Captorum bello liberi & poſteri an ſervi, & quatenus. 3, 7, 2. & §. 5, 2
Captis parcendum in bello. 3, 11, 13, 1, 3. exceptiones, quæ vulgo contra adferuntur. 3, 11, 16, 1, 5
Captis quid faciendum, ubi ſervitus in uſu non eſt. 3, 14, 9
Captivitatis jus etiam injuria dicitur. 3, 7, 6, 4
Captivitatis jus non eſt jus gentium univerſale. 3, 7, 8
Captivitatis jus quale his temporibus. 3, 7, 9, 1
Capuæ civitatis interitus. 2, 9, 6
Carceris æſtimatio non fit in libero homine, ob id, quod in eum eſt conjectus. 2, 17, 14. quæ carceris evitandi cauſa injuſte fiunt, excuſabilia. 2, 20, 29. de in carcerem redeundo promiſſio an ſit juſta. 2, 23, 7
Caritas nos obligat ſæpe, ut clare loquamur. 3, 1, 10, 3
Caritas multa vetat quæ ex jure ſtricte ſumto fieri poſſunt. 3, 1, 4, 2
Caritas vetat ſæpe, quod jus permittit. *ibid.*
Carnifex quomodo de juſtitia ſententiæ inſtruendus. 2, 26, 4, 9
Carnifices munere ſuo abſtinent tanquam periculoſo. 2, 26, 4. Not. de juſtitia ſententiæ inſtruendi, & quare. *ibid.* ſanctiores tyrannis. 2, 25, 9. & iis qui mercedis ſolius reſpectu militant. *ibid.*
Caro imbecillam corporis conditionem ſignificat. 1, 2, 8, 14
Caroli M. *electio.* 2, 9, 11
Carthago; *cives an urbem ſignificet.* 2, 16, 15
Caſtellæ regni ſucceſſio. 2, 7, 22, 1 & §. 30, 3
Caſtigatio utilis ei qui caſtigatur. 2, 20, 7, 2
Caſtigationes pro ætatis aut qualitatis alterius ratione neceſſariæ nil pugnant cum l. euangelica. 2, 20, 10
Caſus improviſi conductorem non liberant. 2, 12, 18
Catonis Cenſorii dolus. 3, 1, 15, 2
Catonis ſententia Cæſari ſe opponentis culpatur. 2, 24, 6
Caudina ſponſio. 2, 15, 16. & lib. 3, 24, 58. & cap. 22, 7. quod cauſas habet, quod habet magis honeſtas, quod magis utiles, potius eo quod non habet. 2, 16, 19
Cauſæ injuſtæ, & ſuaſoriæ, & exempla utriuſque. 2, 1, 1. & cap. 22, 1
Cauſæ impellentes quæ peccatum excuſant. 2, 20, 29, 1
Cauſæ abſtrahentes a peccato quæ. 2, 20, 30
Cauſæ diſpenſandi intrinſecæ & extrinſecæ. 2, 20, 25, & 26
Cauſæ ſubnaſcentes in bello. 3, 1, 3 & cap. 13, 3, 1



Digitized by Google

Cautio innoxia adverſus metus incertos. 2, 1, 17
Cecropis lex de una uxore ducenda. 2, 5, 9
Celare quid ſit in contractibus. 2, 12, 9
Cepiſſe bello rem quando quis dicatur. 3, 6, 3
Ceres cur legifera dicatur. 2, 2, 2
Certamen ſingulare an permittendum ad bellum vitandum. 2, 23, 10
Certamen ſingulare. *vide* duellum.
Certamina certo numero an licita. 3, 20, 43, 1, 5
Certus non eſt certiorandus. 2, 12, 9, 3
Chirographi redditio, remiſſio debiti. 2, 4, 4
Chirographi Theſſalorum controverſia. 3, 8, 4, 2. & cap. 9, 9, 1
Chriſtus non eſt tantum interpres legis per Moſem datæ. 1, 2, 6, 3
Chriſti facta non omnia nos ad imitationem obligant. 1, 3, 3, 8
Chriſti paſſio non ex lege, ſed ex pacto quaſi. 1, 2, 3
Chriſtiani non reſtiterunt malis Imperatoribus, etiam cum prætextus eſſet probabilis reſiſtendi. 1, 4, 5
Chriſtiani jurarunt per res creatas cum reſpectu ad Deum. 2, 13, 11, 2
Chriſtiani etiam ſine armis militant. 2, 26, 5, 2
Chriſtiani tenentur auxilio eſſe Chriſtianis periclitantibus ob religionem. 2, 15, 12
Chriſtiani cogi non debent etiam ad juſtum bellum. 2, 26, 5. humanitatem majorem debent quam alii. 3, 11, 4. præſtare coguntur omnibus hominibus ea, quæ Hebræi circumciſis. 2, 12, 20. veteres ſæpe etiam conſilia divina pro præceptis amplexi ſunt. 1, 2, 9. vim an exercuerint ad propagandam eccleſiam ejiciendo vendentes e templo. 2, 22, 14
Chriſtianis an reſiſtere ſuperioribus permittatur in ſumma neceſſitate. 1, 4, 5. & cap. 4, 7, 8. veteres etiam in ſumma neceſſitate non reſtiterunt, cum poſſent. 1, 4, 7, 9, & 14
Chriſtianorum fedus inter ſe, ejus obligatio. 2, 15, 12
Chriſtianorum veterum ſententia de juramento. 2, 13, 21, 1, 4, 6
Chriſtianorum mos circa captos. 3, 7, 9, 2
Chriſtianos an deceat ex præda quæſtum facere. 3, 18, 4
Chriſtus fabulis utitur, ut audientes eum non audiant, quo ſenſu. 3, 1, 10. legem impleviſſe quomodo intelligatur. 1, 2, 7
Cibus, quibus caro humana eſt, juſte bello petuntur. 2, 20, 40. in defectu ciborum, cur quod quiſque habet, in commune cogatur conferre 2, 2, 6. lex de cibis vetitis apud Hebræos exceptionem habet ſummæ neceſſitatis. 1, 4, 7
Cicatricum æſtimatio non fit in homine libero. 2, 17, 14
Circumciſi Chriſtiani an potuerint. 3, 1, 8, 3
Circumciſio ad quos populos pertinuerit. 1, 1, 16, 5. olim multis populis cur neceſſaria. 1, 1, 16, 3. ab extraneis ſponte ſuſcepta, & quare. 1, 1, 16, 6
Circumſtantiæ etiam minimæ in moralibus variant materiam. 2, 23, 1
Citatio in locis non tutis. 3, 3, 14
Citatio in repreſſaliis. 3, 2, 7, 3
Civis eorum capi poteſt, qui noſtrum civem injuria detinent. 3, 2, 3, 5
Civis innocens an juſte dedi poſſit, ut excidium vitetur. 2, 25, 3, 1, 4
Civium & ſervorum differentia. 3, 8, 2
Cives Romani quo ſenſu dicantur, qui in orbe Romano vivunt. 2, 9, 11, 2
Cives quando jus damni repetendi habeant in magiſtratus. 2, 17, 3
Cives an abſcedere a civitate poſſint 2, 2, 5, 21, 1, 3
Cives etiam ſinguli exactam a magiſtratu diligentiam exigere poſſunt lege concedente. *vide* magiſtrat.
Civis civitatem indemnem quomodo præſtet. 2, 5, 21, 2
Civitas quomodo dividatur, & quo effectu. 2, 9, 10
Civitas bello victa an deſinat civitas eſſe. 3, 8, 2
Civitatis res belli jure acquiruntur. 3, 8, 4, 1, 2
Civitas injuſta non deſinit civitas eſſe, 3, 3, 2, 1, 2
Civitas injuſta a piratarum cœtu quid diſtet. 3, 3, 2, 1
Civitas quid. *prol.* p. 14. l. 1, 1, 14. & c 3, 7. l. 2, 5, 23. dividi in plures civitates poteſt. *vide* Dividere. ſemel diviſa facit, ne idem ſit populus, etiam cum reſtituatur. 3, 9, 9. eadem etſi non iidem homines aut ejuſdem dignitatis. 2, 9. 3. & c. 21, 8. etſi modo regio, modo populari imperio regatur. 2, 9, 8. & c. 16, 16. interire quo caſu poſſit, &

& magna familia fieri. 3, 8, 2. interit corporis interitu aut ſpeciei. 2, 9, 3. item cum fit alterius ditionis. 1, 3, 7. non interit ob injuſtitiam communiter admiſſam. 3, 3, 2. ſubjectum eſt ſummæ poteſtatis. 1, 3, 7. vitioſa, quamdiu maneat civitas 3, 3, 2.
Civitatis corpus quale & quid propterea producat. , 3 finis vol. p. 0. forma alia conſociatio juris & imperii quam ſpectat juriſconſ. alia relatio partium inter ſe earum quæ regunt & reguntur quam ſpectat Politicus. 2, 9, 3. & c. 21, 8. jus non amittitur ipſo facto, ſed decreto aliquo aut judicio. 2, 21, 4. ſpiritus & vita quid. 2, 9, 3
Civitatis jus in cives. 2, 5, 24. 2
Civitates federatæ imperio diſtinctæ. 1, 3, 7 a
Civitates immortales quo ſenſu. 2, 9, 3, 1, 2
Civitates deſciſcentes recipere contra amicitiam eſt. 3. 20, 41, 2
Civitatis jus in magiſtratus quale. 2, 17, 3
Clam ne quid geratur in bello, ad jus nil pertinet. 3, 3, 11
Claſſis quid. 2, 16, 3
Clarigatio. 3, 3, 7, 1
Clauſula, *ut cætera tamen rata maneant*. 3. 20, 35
Clauſula, *ſi populus velit*, quid operetur. 3, 22, 2
Clemens Alexandrinus pro pœnis & militia. 1, 2. 0, 1
Clementia in bello. 3, 11, 7, , 5
Clementia liberum arbitrium quando habeat puniendi vel non puniendi 2, 20, 23. locum quotiens habere debet. 2. 20, 22. vim legis non niſi in probabilibus cauſis imminuere debet. 2. 20, 24. *vide* Dilectio. apta per ſe frangendis & conciliandis animis 3. 12, 8
Clementis conſtitutiones quando ſcriptæ. 1, 2, 9. *Not.*
Clerici bello arceantur, & quatenus. 1, 5, 4
Clericis interdicta eſt militia. 1, 2, 10, 1
a Clericis vitæ eximia puritas & major quam ab aliis requiſita. 1, 2, 9
Clero olim excluſi qui poſt baptiſmum militaſſent, aut magiſtratum geſſiſſent 1, 2, 10, 10
Clœliæ factum defenditur. 3, 11, 18. quomodo. 3, 20, 54
Coacti non ſemper excuſantur. 2, 26, 3. ad bellum ſunt inter infortunatos *vide* Infortunati. itaque non juſte occiduntur, quantum ad juſtitiam internam. 3, 11, 3
Coëmtio an licita. 2, 2, 24. *vide* Monopolium.
Cœtus proborum hominum, & qui latere non quærunt, niſi cogantur, ſuſpecti eſſe non debent. 2, 20, 49
Cogendus ad religionem Chriſtianam nemo. 2, 20, 49, 1
Cogens & coactum requirit diſtinctas perſonas. 2, 14, 2
Cogere alium ad id, quod ei non licet, non eſt conceſſum. 3, 1, 21. nec quiſquam ita ſe cogi patiatur, 2, 26, 3 par parem poteſt tantum ex I. N. 2, 14. 6. non poteſt niſi ad id quod debet jure ſtricto. 2, 25, 3. ſuperioris num ſemper ſit? 1, 3, 17
Cogere pugnat cum ſtatu inferioris. 1, 3, 17, 1. & lib. 2, 14, 6, 2
Cogitationis pœnam nemo ſubit, quomodo intelligendum. 2. 2, 18. & lib. 2, 20. 29. voces latum & ſtrictum ſignificatum habere poſſunt. 2, 16, 9
Cognatica ſucceſſio linealis: & ejus fundamentum. 2, 7, 22, 1
Collegio deſtructo an res maneant eorum qui aliis ſuperſunt. 2, 9, 4.
Colloquium poſtulans ad quid obligetur. 3, 24, 3
Colloquio durante res ſuas promovere licet. *ibid.*
Colloquii uſus ad vitandum bellum. 2, 23, 7
Colloquium qui petit, tacite pollicetur colloqutoribus innoxium id fore , 24, 5. præmittendum antequam in bellum erumpatur. 2, 23, 7. qui colloquuntur ſibi invicem judicandi libertatem debent I. N 3, 1, 11
Collybium quid. 1, 12, 3
Coloniæ naturaliter non ſubſunt civitati matrici. 2. 9 10
Comam alere naturaliter turpe quo ſenſu dicatur a Paulo. , 12, 26
Comites legatorum an ſint inviolabiles. 2, 18, 8
Comitia ordinum non ubique demonſtrant regem eſſe abſolutum. 1, 3, 10
Commeandi jus qualem interpretationem recipiat. 3, 21, 14
Commeandi ſecuritas etiam extra territorium dantis porrigitur. 3, 21, 22
Commeandi jus. 3, 21, 14
Commeatus an ad bona extendatur. 3, 21, 18
Commeatus morte dantis an exſtinguatur. 3, 21, 20



Digitized by Google

In Commeatu comites qui. 3, 21, 19
Comminatio nemini jus dat. 2, 13, 3, 4
Commiſſiones. *vide* dimicationes.
Commercia impedire nemini jus eſt. 2, 2, 13. ſolent in federibus ſtabiliri, & quare 2, 15, 5. an prohiberi juſte poſſint ab iis, qui bellum inter ſe gerunt, ita ut neutrius partis ſubditis uti iis liceat aut etiam aliorum ſubditis in hanc vel illam partem. 3, 15. *p. Not.* 3
Commercia belli. 3, 21, 1
Commerciorum libertas. 2, 2, 13, 5
Commodatio quid. 2, 12, 2. gratuita natura ſua. 2, 12, 20. an injuſtum, ſi pro eo merces exigatur. 2, 12, 11 & 2, 12, 20
Commodatarius ad quid teneatur. 2, 12, 13, 1
Commodatarius rem commodatam reſarcire tenetur, ſi perierit, & quare. 2, 12, 13
Commodator quando intra prædictum tempus rem repetere poſſit. 2, 16, 17, 1
Commodo Imperatore vix quiſquam ſceleratior. 1, 3, 5
Commodum ut ſequatur eum, quem incommodum, quomodo accipiendum. 2, 6, 16
Communio an durare poſſit. 2, 2, 2, 1
Communio quibus ex cauſis ceſſaverit 2, 2, 2, 1
Communio quomodo introducta, quæque jura dederit. 1, 2, 1, & lib. 2, 2, 2. duplex eſt, vel ex ſimplicitate, vel ex charitate. 2, 2, 2
Communia diſtinguuntur a publicis populi. 2, 3, 9 In diviſione civitatis qualia maneant. 2, 9, 10. judicantur non tantum attributrice juſtitia. 1, 1, 8. præferenda privatis etiam ex lege dilectionis, & ejus ordine. 1, 2, 8
Communibus durante communione bonorum non minus huic quam alteri licebat uti, ſervata quadam æqualitate. 2, 10, 1
Comparatio finium bonorum malorumque quas normas habeat. 2, 24, 5
Compenſari non poteſt id, quod bello cauſam dedit, aut jure gentium factum eſt. 3, 19, 19, 1
Compenſatio debetur ſubditis, quorum bona pace alienata ſunt. 3, 20, 7, 2
Compenſatio quid. 2, 7, 2. & 3, 19, 18. inter perſonas eaſdem fieri debet 3, 19, 19. promiſſi jurati cum eo, quod ante juris erat controverſi an valeat, ſi promiſſio facta eſt, poſt motam controverſiam. 2, 13, 20
Compenſatione non eſt lædendum jus tertii. 3, 19, 19, 3
Compenſatur cum promiſſo res injuſte detenta. 3, 19, 15
Compenſatur cum promiſſo debitum *ibid.*
Compenſatur cum promiſſo damnum datum, & pœna. 3, 19, 19, 2
Compromiſſarius arbiter. *vide* Arbiter: qui concedit aliquid, concedit etiam ea, quæ neceſſario ſequuntur. 3, 21, 7
Compromiſſi uſus ad bellum vitandum 2, 23, 8
Conceſſio immunitatis a vectigalibus & tributis quomodo intelligenda. 2, 16, 27, 1
Conceſſum an morte conceſſoris intereat. 3, 21, 20
In Conciliis Chriſtianis unde alii aliis præceſſerint. 2, 5, 21
Concubinatus quidam ſpecies matrimonii naturalis. 2, 5, 15, 1
Concubinatus an omnis vitioſus lege n. aut g. aut civ. 2, 5, 15. non eſt prohibitus niſi l. euangelica. 1, 2, 6
Concubitus cum beſtiis quomodo etiam in ipſis beſtiis puniuntur. 2, 21, 11. inceſti morte puniendi ex lege veteri Noæ data. 1, 2, 5. innuptos L. N. repugnare non ſatis conſtat. 2, 20, 42. ſerviles nec lege nec certa cuſtodia erant conſtricti. 3, 7, 5.
Concupiſcere in decalogo quid. 2, 20, 39 3
Condicere. 3, 3, 7, 1
Condictiones. 2, 1, 2
Conditio non impleta liberat fidem. 3, 19, 14, 1
Conditio caſualis. 3, 20, 29. impleri differte debet. 2, 15, 17 oblatio conditionis quomodo a promiſſione differat. 2, 16, 32. proponi debet a potentiore. 2, 20, 26
Conditiones contra eum, qui eloquutus eſt, potius interpretandæ. 3, 20, 26
Conditio, ſi res maneant eodem loco, quando tacite inſit. 2, 16, 25, 2
Conditionem deferentis an accipientis verba plus valeant. 2, 16, 32
Confiſcatio bonorum patrimonialium liberis incommoda quidem, ſed proprie pœna non eſt. 2, 21, 9
Confiſcatione ſinguli ſua bona amittunt. 2, 21, 7
Conjecturæ ad interpretationes. 2, 16, 20, 1
Conjecturæ extendentes. *ibid.* 2
Conjecturæ reſtringentes. 2, 16, 22
Conjecturæ extendentes non temere admittendæ, cum obligant, 2, 16, 28. favorabiles, quæ pro certitudine imperii


rii

tii adverſus controvertentem faciunt. 2, 4, 8. Reſtringentes, quando procedant. 2, 16, 21
Conjecturæ unde ſumantur, & ex quibus locis. 2, 16, 5. ſumtæ ex ratione movente, ubi & quando locum habeant. 2, 16, 8. conjecturis opus quando ſit. 2, 16, 4
Conjunctorum locus ad interpretationem. 2, 16, 7
Conjugium. *vide* Matrimonium.
Conſenſum requiſitum qui adhibent, tenentur de damno. 2, 17, 6. & 2, 21, 1
Conſenſum in id intelligitur, ſine quo id, quod officii eſt, geri commode non poteſt. 3, 22, 4
Conſenſus unde appareat. 3, 22, 3. gignit jus in rem. 2, 5, 1. & perſonam. 2, 5, 8. qualitercunque etiam indicatus & acceptatus vim habet transferendi juris. 3, 21, 1. interponi poteſt etiam per miniſtrum. 2, 11, 18. populi unde intelligatur. 2, 6, 9. tacitus, *vide* Tacitus conſenſus.
Conſenſus ſolus inducit obligationem. 2, 6, 1, 2. & 3, 2, 2, 2
Conſenſus populi in rebus modicis ſequi facilius præſumitur. 2, 6, 11
Conſervatio ſui. 1, 2, 1
Conſilia & præcepta interdum indiſtincte efferuntur. 1, 2, 9, 4
Conſilia ſapientum quantum valeant. 2, 23, 3, 4
Conſiliarii Regum quomodo obligentur ex bello injuſto. 3, 10, 4
Conſilium divinum ſæpe pro præcepto amplexi ſunt Chriſtiani vett. *vide* Chriſtianus. qui dat, tenetur damni dati, & quomodo. 2, 17, 7, & 2, 21, 1
Conſita an ſolo cedant. 2, 8, 22
Conſtans & pertinax ſtudium in partes ſuas, ſupplicium & mortem non meretur. 3, 4, 13. & 3, 11, 16
Conſtantiæ debitum quale 2, 11, 3
Conſtantinopolim an cum tranſlatione ſedis Imperatoriæ, ſimul imperium ſit tranſlatum. 2, 9, 11
Conſtantinopolitani nullum jus ad eligendum Imperatorem habuerunt, quod non dependeret a populo Romano. 2, 9, 11, 2
Conſtituens non ſemper ſuperior conſtituto. 1, 3, 8, 13
Conſuetudo quomodo introducatur. 2, 4, 5, 2
Conſuetudo pro conſenſu populi in jure concedendarum juriſdictionum. 2, 6, 10
Conſuetudo horum temporum de mobilibus bello captis. 3, 9, 15
Conſuetudo hodierna de recipiendis deditis. 3, 11, 14, 2
Conſuetudo ad æquitatem naturalem omnis trahenda eſt, quantum fieri poteſt. 2, 26, 6. interpres legum optima. 1, 4, 5. introduci poteſt a ſubditis contra imperantem, eo non repugnante 2, 4, 5. juris effectum ut habeat, quantum temporis requiratur. 2, 4, 5. natura altera eſſe, quo ſenſu dicatur. 2, 2, 26
Conſultatio eſt de finibus interjectis. 2, 24, 5. in conſultatione comparatio finium fieri debet. *ibid.* *Vide* Comparatio.
Conſumens nummos furtivos ad reſtitutionem tenetur. 2, 10, 2, 2
Conſortia impiorum vitare, ſapiens monitum. 2, 15, 9, 10
ad Contrahendum nemo metu impellendus. 2, 12, 10
Contractus quid. 2, 12, 7
Contractuum diviſio. 2, 12, 2, 3
Contractus innominati qui, & unde dicti. 2, 12, 3, 3
Contractu populi facto cum liber eſſet, Rex poſtea factus tenetur. 2, 14, 12, 2
Contractus vergens ad perniciem publicam an *obliget.* 2, 14, 12, 4
Contractus Regum ſecum ferentes alienationem pecuniæ populi, regni, partis regni, patrimonii regalis an valeant. 2, 14, 12, 5
Contractus regis an actionem pariant. 2, 14, 6, 2. & §§. 4, 5, 9
Contractus Regis ſubditis jus cogendi non dant. 2, 14, 6. 2. & §. 2, 2
Contractus Regum an leges dicendæ. 2, 14, 9, 1
Contractus & leges miſceri poſſunt. *ibid.*
Contractus perfectus ſine ſcriptura. 2, 16, 30
Contractus regum & populorum an interpretandi ex jure Romano. 2, 16, 31
Contractus quinam revocentur. 2, 12, 7, æqualitatem omnes natura requirunt. 2, 12, 18. diremtorii. *ibid.* & 1, 12, 3, feudales ſunt actus mixti. 1, 12, 5. inæquales obligant ex I. G. voluntario. 2, 19, 6. ſed ita, ut qui plus ſtipulatus eſt, teneatur ex officio probi hominis. 1, 10, 5. innominati non minus naturales quam cæteri. 2, 12, 3. nominati cur a I. C. diſtinguantur a diremtoriis. *ibid.* & 2, 16, 30. cum rege initi an ſint perſonales. Cætera *vide* in *text.* & in *pacta Regum.*



Digitized by Google

Contractus Regum de regno quales ſint, ſi regnum in patrimonio non habeant. 2, 14, 2
qui Contractui dolo, aut vi, aut metu injuſto cauſam dedit, tenetur alterum in integrum reſtituere. 2, 17, 7
Contractui extrinſeca non ſunt indicanda. 2, 12, 9, 2
in Contractibus vitium rei indicandum, & quare. 2, 12, 9, 12
de Contractibus leges Romanorum & Hebræorum. 2, 12, 13, 2
Contractibus invaſorum ſive tyrannorum populi non tenentur. 2, 14, 14
Contractuum natura repudiat ambiguas locutiones. 3, 1, 10, 3
Contraria uno tempore nemo potuit voluiſſe. 2, 16, 4. ad contraria non datur facultas moralis. 2, 23, 13
Controverſiæ quæ non teneantur I. C. 1, 1, 1. de bellis ex l. civ. non definiuntur. 2, 7, 1. Regum populorumque nunc Martem fere habent arbitrum. *prol. p.* 3. federatorum quatuor ſunt generum. 1, 3, 21
Contubernium matrimonio oppoſitum. 2, 5, 15
Contumeliam ferre magni animi eſt. 2, 1, 10. ob eam actio non inſtituenda l. euangelica. 2, 20, 10
Contumelia rumpitur pax amicitiæ cauſa inita. 3, 20, 40. ex ea nihil mali ad nos pervenit. 1, 2, 8
Contumelia quo ſenſu ab injuria diſtinguatur. 1, 2, 8, 7
Conventio de redemtione an reſcindi poſſit ob læſionem. 3, 21, 27
Conventionum diviſio in publicas, & privatas. 2, 15, 1. & 3, 20, 1
Conventionum publicarum diviſio. 2, 15, 2
Conventiones. *vid.* Contractus, & Federa.
Conventus quoſdam Chriſtianorum utile eſſet haberi, ubi per eos, quorum id non intereſt, controverſiæ definiantur. 2, 23, 8
Convictus cum impiis & contumacibus quatenus ſit illicitus, qualis prohibeatur. 2, 15. 9, 10. & S. 10, 3
Convitia immania jus dant etiam captivum interficiendi aut deditum. 3, 11, 16
Cornelius manſit Centurio poſt baptiſmum. 1, 2, 7, 9
Cornelia lex pro heredibus eorum, qui poſtliminio redierunt. 3, 9, 10, 4
Corpus ad ſervitutem obligari poteſt. 2, 15, 16, 4
Corpus naturale idem quamdiu dicatur. 2, 9, 3, 1
Corpus ex terra ortum terræ debetur. 2, 19, 2, 1
Corpus humanum beſtiis dari miſerandum. 2, 19, 1, 4
Corpus naturaliter homini cuivis ſuum eſt. 2, 17, 2. obligare pro debito num poſſit. *vide* Debitum proprium.
Corporis quæ ſunt, ea per primariam ejus perſonam poſſunt expediri. 2, 9, 11
Corpora hominum debent diſſolvi extra conſpectum. 2, 19, 2, 5
Corcyrenſis controverſia inter Athenienſes & Corinthios. 2, 16, 13, 3
Corraria quid. 3, 6, 12, 2
Corrumpere rem alienam quibus caſibus liceat, 3, 12, 1. hoſtium an liceat, & quatenus. 3, 5. 1
Creatum mundum eſſe a Deo, ſi credatur, etiam civiliter prodeſt. 2, 20, 45
Credens pecuniam patri ad alendum filium actionem habet in filium. 2, 10, 2, 3
Creditor tenetur de perceptis fructibus ſupra uſuram. 2, 10, 4
Creditor, qui rem alienam pignori ſibi ab eo datam, cujus ea res non erat, vendit, domino non tenetur, niſi in quantum creditum excedit. 2, 10, 2. mutuum a debitore tanquam non debitore ſumens, tenetur ad illius reſtitutionem. *ibid.* opulentus qui debitorem inopem omnibus bonis exuit, non quidem injuſtus eſt, ſed peccat contra charitatem Chriſtianam. 3, 14, 4
de Credito jus non dabatur apud quoſdam populos. 2, 18, 10
Crepundia feris alligata ad quid proficiant. 2, 8, 3
Crimina cujus generis ſint, quæ obſtringunt poſteritatem. 2, 21, 14. in iis, qui quocunque modo participant, tenentur de damno. 2, 17, 6. *adde* peccata & ſcelera.
Culpa ſine dolo ſufficit ad reſtitutionis obligationem. 3, 10, 5, 2
Culpa media inter injuriam & infortunium. 3, 11, 4, 1
Culpam leviorem bonitas Chriſtiani condonabit. 2, 20, 35. ex culpa quomodo quis obligetur. 2, 17. 1. non obligatur cujus ſententia a meliore parte victa eſt. 2, 21, 7
Cultus idolorum falſorumque deorum Deus verus etiam in filiis peccantium punire ſolet. 2, 21, 14
Curatores regni ſummum imperium habere

Digitized by Google

bere poſſunt. 1, 3, 11, 2
Curæ clericis interdictæ. 1, 2, 10, 10
Cyri & Arſicæ controverſiæ. 2. 7, 28
Cyrus, 2. 4. 14. quo ſenſu juſte ad certamen ſingulare provocavit Regem Aſſyriorum. 3, 20, 43

D.

DAmnatos inter ſe committere, ut de vita pugnent injuſtum. 2, 1, 15
Damnum quid & unde dictum. 2, 17, 2, 1
Damnum contra honorem & famam datum. 2, 17, 22
Damnum faciendo quomodo detur. 2. 17, 6 7
Damnum non faciendo quomodo detur. 2, 17, 8, 9
Damnum quando obliget. 2, 21, 1. obligat interdum eum, qui delicto non tenetur. *ibid.* qui id etiam non per ſe dedit. 2, 17. 6. niſi is, qui ſub auctoritate aliquid facit, id alias ſine auctoritate fuit facturus 2, 17, 10. quod ſi imperio eum impulit, tenebitur in ſolidum. 2, 17, 11
Damni directe dati, & in conſequentiam diſtinctio. 2, 21, 10, 1
Damni cauſa qui dicantur. 2, 17, 10
Damni dati conſequentia quæ cenſeantur. 2. 17, 11
Damna in dubio pace remiſſa cenſentur. 3, 20, 15
Damnum datum ob cauſam turpem retineri poteſt. 2. 10. 12. datum ob rem honeſtam, ſed alioqui debitam, an retineri poſſit. *ibid.* datum ei, qui nec Judæus eſt, nec Judæis fœderatus, dicunt non obligare Judæi. 2, 15, 5. datum induciarum tempore ſubditis, prius quam publicarentur, obligat contrahentes ad reſarciendum. 3, 21, 5. datum etiam dividitur in quibuſdam caſibus. 2, 17, 21. datum in bello venit in æſtimationem: ubi de acquiſitionis juſtitia interna quæritur. 3, 13, 2. obligat interdum privatos ad reſtitutionem, etiam ubi juſtum eſt bellum. 3, 18, 6. datum culpa obligat ad reſtitutionem I. N. *proleg. pag.* 5. & 2, 17, 1. datum paucis ob debitum univerſitatis obligat cæteros ad reſtituendum. *vide* Pœna. datum ſubditis à militibus ob ſtipendia non ſoluta regem obligat. 2, 17, 11
Date omni petenti, num ſit præceptum univerſale. 1, 3, 3
David Adoniam cur regno privarit quod ei nativitatis jure debebatur. 2, 3, 25. bellum gerit contra Ammonitas. 1, 2, 2
David quomodo & quatenus Sauli reſtiterit. 1, 4, 7, 4, 6
David res acquirit jure belli. 3, 6, 7, 1
David a juramento illicito implendo abſtinet. 2, 13, 6
Davidis delictum, quo jure Deus in populo puniverit. 2, 21, 17
*Debendi* vox diverſas habet ſignificationes. 2, 7, 3. & 4, 1
Deberi pœna quo ſenſu dicatur. 2, 20, 2.
ſervo num poſſit à Domino. 3, 14, 6
Debitum non ex juſtitia cauſam juſtam bello non dat. 2, 22, 16, 1
Debita an remiſſa pace præſumantur. 3, 20, 16
Debita omnia naſcuntur ex charitate. *vide* Dilectio. vel ex honeſtate, id eſt, cum res nonniſi inhoneſte poteſt omitti. 2, 7, 4. & 3, 3, 6. vel ex juſtitia *ibid.*
Debito univerſitatis an ſinguli obligentur, & quatenus. 2, 5, 17
Debitorem carceri eximens creditori tenetur. 3, 1, 5, 3
Debitum alienum naturaliter neminem obligat. *v.* Heres &c. 3, 2, 1. charitatis & quæ ei ſunt ſimilia a ſuperiore poſſunt exigi proprio quodam jure. 2, 25, 3 *adde* dilectio.
Debitum civitatis ſubditos I. N. non obligat. 3, 2, 5. ſi univerſitas habet bona. 3, 2, 1. obligat a I. G. 3, 2, 2. & 3, 2, 5. etiam ſingulos 2, 2, 3. quantum ad bona & jura, raro ad vitam. 3, 2, 6. ita, ut iſta capientium fiant, etiam juſtitia interna. 3, 13, 1. peccante tamen contra charitatem, qui id agit cum a primario debitore debitum facile poſſit conſequi. 3, 13, 4. tenentur porro ſingulis iterum, qui culpa ſua ejuſmodi debito cauſam dedere. 3, 2, 7. non deſinunt hæc debita, cum alia reip. forma introducitur. 2, 9, 8. conſtantiæ. *vide* Conſtantiæ debitum.
Debitum defuncti cur ad heredem tranſeat, non pœna. 2, 21, 29. non tranſit, ſi quod ex officio pietatis gratiæ aut fidei debent. 2, 12, 17
Debita perſonalia obligant bona ejus. 2, 14, 10. regis, qualia ad ſucceſſorem non pertineant. 3, 14, 12
Debitum juſtitiæ oritur vel ex lege. 2, 1, 2. & 2, 17, 1. vel ex maleficio. *ibid.* quod vocatur debitum pœnæ. 3, 13, 1. vel ex pactione. 2, 17, 1. omnia hæc de-

Digitized by Google

debita jus dant naturaliter in eum, qui debet. 2,20,2. quod & bello licet perſequi, ubi id aliter conſequi non poſſumus. 2,1,2. ſed ut neceſſe ſit bellum prius indici. 3, 3, 6. & obligant naturaliter, etiam cum à judice ſecus ſit pronunciatum. 3,2, 5. aut debitor in pœnam creditoris ſit liberatus. 2, 14, 6. debita ſua legatus ut ſolvat, per ejus loci judicem, in quo eſt, adigi non poteſt, ut ideo alia ratione cum eo ſit agendum, & quali. 2, 18, 9. remiſſa cenſentur cum redditur chirographnm. 2, 4, 4. univerſitatis *vel* civitatis pro debito corpus an poſſit obligari. 3,2,3
Decalogi prima quatuor præcepta continent omnia veræ religionis membra. 2, 20,45
Decemvirorum Romæ juramentum de re illicita. 2,13,6
Decent non ea omnia, quæ licent. 3,4,2
Decima de præda conſecrata. 3,6,1,1
Decreta ſua Deus non mutat. 2, 13, 3. *vide* Deus.
Dedere & donare non ſunt ejuſdem modi, contra quam putavit Cicero. 2,21, 4. innocentem quid ſit, & quo jure ſint conceſſa. *ibid.* an & is cogatur, ad quem poſt facinus commiſſum fugit. *ibid.* ob famem aliaſve ſimiles neceſſitates excuſabile. 2,6,5. jure nat. urbes ſubdito non licet ſine publico conſilio. 3,1,21
Deditus nec receptus an civis maneat. 2, 21,4,7
Dediti ſine conditione an occidi poſſint. 3,4,12
Deditio conditionata, & ejus effectus. 2, 15,7,2
Deditio dat ſponte, quod vis ereptura eſſet. 3, 8, 4. quamdiu admittebatur a Romanis. 3, 11, 13. repudiare poteſt jure belli quo ſenſu. 3, 4, 11. non repudianda. 3, 11, 14. ſequitur cognitionem cauſæ, quæ ſemper & neceſſario debet antecedere. 2, 21, 4. j. nat. ad quid obliget eum, cui fit ex juſtitia interna. 3, 20, 51. ſpontanea tollit jus poſtliminii. 3, 9, 8. induciarum tempore non valet. 3,21,8
Dediti quando poſſint interfici. 3,11,16,1
Dediti recipiendi. 3,11,14
Deditis pure quid faciendum ſit, ſtatuendum a rege, aut a populo. 3,22,11
Deditorum oppida incendi poſſunt jure belli. 3,5,1
Deditio pura. 3,20,49,1. & 2, 5,3
Deditio antequam murum aries percuſſerit. 3,11,14,2
Defectio ſubditorum efficit, ut in magiſtratu potentia puniendi eos non poſſit præſumi. 3, 20, 30. *vide* Rebelles. ad hoſtem invalida tempore induciarum. 3,21,8. ſpontanea ob tempora difficilia quomodo excuſetur. 3, 11, 4. *adde* dedere.
Defendere innocentem an teneamur, & quando. .,25,3,1. & cap. 4,8,2
Defendens ſe non opus habet denuntiatione jure naturæ. 3,3,6
Defenſio an jus det in tertium, qui non invadit, 2,1,4
Defenſio rerum an jus det occidendi. 2, 1,11
Defenſio licita in aggreſſoris adjutores. 3,1,3. & l. 3,1,5,3
Defenſio ut neceſſaria habeatur, neceſſe eſt, ut aliter vitæ periculum nequeat evitare. 2,1,3. & 2,1,5. & certo conſtet de potentia & animo alterius. 2, 22, 5. & tunc licita etiam cum periculo innocentis. 2,1,4. & 3,1,2
Defenſio pro ultione ſæpe ponitur a Chriſtianis. 1,2,8. aliorum qui bellum ſunt promeriti injuſta. 2,1,18. non eſt neceſſaria, cum non niſi morte invaſoris poſſit fieri. 2, 25, 7. ſubditorum etiam in bello injuſto aliquo caſu juſta eſſe poteſt, 2, 26, 5. *adde* pœna. Sui in bello favorabilior, quam illatio belli. 2, 16, 10. indictione an indigeat. *vide* Bellum defenſivum. a quibuſdam Chriſtianis habita pro illicita. 1,3,3. licita, ut ſit & juſta I. N. neceſſariam eſſe oportet. 2, 22, 5. id quod eſſe deſinit, ſimul atque judex poteſt adiri. 2,1,16. in vera defenſione homo non occiditur. 2,1,4
Defenſio ſui aliquo caſu licita etiam cum vitæ periculum aliter evitari non poteſt. 2, 1, 12. cum interfectione an licita ſit jure divino. 2, 1, 10. contra armatum aggreſſorem licita. 1, 3, 2. & furioſum aut inſanum. 2,1,3. non vero contra magiſtratum in cauſa religionis. 1,4,7
Defenſionis actus pacem non rumpit. 3, 20, 6. & 38
Defenſio in bellis publicis quæ, & qualis. 2, 1, 16. in his, qui bello cauſam dederunt, non licita. 2,1,18
Deflorator virginis ad quid teneatur,

tur. 2,17,15
Defunctis gratia redditur in liberis. 2,7,9,2
Dejectus dicitur, qui vetitus eſt accedere. 2,16,12,1
Dejicere quid interdum ſignificet 2, 16, 12. & 2, 16, 20
Delatio, oblatio conditionis ante acceptationem non obligat. 2, 16, 32
Deliberati & indeliberati actus diſtinctio. 3, 11, 4, 2, 3
ſuper Deliberationibus politicis regulæ. 2, 24, 5
Deliberationum fines, & media inter ſe comparanda, & quomodo. *ibid.*
Delicta quomodo contractibus comparentur. 2, 10, 2, 2, 3
Delicta gignunt jus in rem. 2, 5, 1. & jus dant ad pœnam. 2, 20, 2. omnia an neceſſario & ex I. N. punienda. 2, 20, 4. & 2, 20, 21. puniuntur non ea tantum, quæ directe alios lædunt, ſed & quæ per conſequentiam. 2, 20, 44. aliena I. N. non obligant ad pœnam. 2, 21, 12. poſſunt tamen liberis delinquentium honores & idgenus alia juſte denegari. 2, 21, 11. & 2, 21. 16. per ignorantiam commiſſa facile remittenda, quamvis culpa non omnino careant. 2, 20. 26. & 2, 20, 4^. ignorata eo tempore, cum pax iniretur, an poſt contra pactum excuſabiliter puniri queant. 3, 20, 17. inchoata contra pietatem an puniri debeant. 2, 20, 39. contra vitam hominis an extra judicium ſevere debeant puniri. *ibid.* per infirmitatem difficulter ſuperabilem commiſſa non difficulter remittenda. 2, 20, 26. quæ lædunt perſonam Principis facile condonanda. 2, 24, 3. contra ſocietatem humanam a cujuſque civitatis rectore puniri juſte queunt. 2, 21, 3. delicta majorum poſteros luere creditum non niſi de graviſſimis criminibus. 2, 13, 1. a multis commiſſa, etſi digna quæ morte puniantur, morte tamen non puniri æquum eſt. 3, 11, 17. Regis populum vere ſubditum non obligant ad pœnam. 2, 21, 17. populum luiſſe, quando legitur, an ex eo concludi poſſit datam in regem poteſtatem. *ibid.* ſubditorum obligant civitatem aut regem, ſi ſciverunt nec puniverunt, cum & poſſent & deberent. 2, 21, 2. unde hæc culpa præſumatur. 2, 20, 30
Delinquentes naturaliter ſe faciunt ſubjectos omnibus hominibus. 2, 20, 3. & in eo ſtatu ſunt, ut puniri poſſint. 2, 20, 22. etiam a quovis, qui eis non eſt ſubditus. 1, 3, 21. abſolvendi ſunt in dubio. 2, 23, 5. reſiſtendi jus non habent publicis miniſtris capere eos volentibus, metu ne plus æquo puniantur. 2, 1, 18
Delinquentes privatim in aliam civitatem rectoremve ejus, is apud quem agit, dedere tenetur, aut punire. 2, 21, 4. aut, ſi utrumque nolit, eum amovere. 2, 21, 5. nemo gratis delinquit, ſive malus eſt. 2, 20, 29. conſuetudo delinquendi quomodo ſpectetur in judicio. 2, 20, 35. reliqua *vide* in voce *Peccata.*
Delphi orbis umbilicus. 2, 22, 13
pro Deplorato nemo temere habendus. 2, 20, 7
Denuntiatio honeſta etiam ubi non neceſſaria. 3, 3, 6, 3
Denuntiatio in quibus bellis neceſſaria. 3, 3, 6, 2
Denuntiatio pura & conditionata. 3, 3, 7, 1
Denuntiatio ad proximum præſidium. 3, 3, 7, 2
Denuntiatio cur requiratur. 3, 3, 11
Denuntiatione an opus, ubi legati violati ſunt. 3, 3, 14
Depoſitarius ad quid teneatur. 2, 12, 13, 1
Depoſitarius rem ſi perierit non reſtituit, & quare. 2, 12, 13
Depoſitum prædoni reddendum, ſi dominus non appareat. 2, 13, 15, 2
Depoſitum eſt ſpecies mandati. 2, 12, 2. depoſitario interdum juſte non redditur, ſi is non ſit dominus. 2, 16, 26. interdum etiam cum ſit dominus. *ibid.* res furto aut vi alicui ablata & tertio depoſita, cui reſtituenda, ſi dominus appareat. 2, 10, 1. ſi non. *vide* text.
Depoſito mercedem ſtipulari an injuſtum. 2, 12, 11
Depoſita bona poſt publicationem fiſco non priori domino reddenda, & quare. 2, 10, 1, 4
Depoſitam apud ſe rem ſuam nemo reddere tenetur. *ibid.*
Derelictione regna amittuntur. 2, 4, 11
Derelictum quid cenſetur, ſpe recuperandi amiſſa. 2, 4, 5, 1
Derelictum redit in ſtatum ſuum naturalem. 2, 3, 19. ad derelicti præſumtionem ſufficit tempus excedens hominis memoriam. 2, 4, 7. ad derelicti reg-

Digitized by Google

Regni vel Imperii præſumtionem non requiritur l. civ. definitum tempus. 2, 4, 12
pro Derelicto habere non cenſetur is qui rem tractat negligentius. 1, 4, 9. ne pro derelicto res habeatur quid agendum, cum ob vim majorem deſeritur. *vide* Arbiter. an pro derelictis cenſenda, quæ induciarum tempore ſunt incuſtodita. 3, 21 8
Deſertores jus legationis non habent. 2, 18, 2, 2
Deſperatio hoſti eripitur, rebus ſervatis. 3, 12, 8, 1
Deſpoliatio quid. 3, 6, 14, 7
Deum negare, & negare eum rerum humanarum curam agere, moraliter idem valent. 2, 20, 46
Deus promittendo obligatur. 2, 11, 4, 1
Deus in juramento teſtis & ultor. 2, 13, 10
Deus probavit jus prædæ. 3, 6, 1, 2
Deus nocentibus parcit innocentum cauſa. 3, 1, 4, 3
Deus quo jure efficiat, ut peccata poſteris noceant. 2, 21, 14, 1, 3
Deus quo ſenſu dicatur mutare conſilium, & pœnitentia duci. 2, 13, 3, 4. quando dicatur improprie nos fallere. *ibid.*
Deus populo cladem immittit ob Regum facta. 2, 21, 17
Deus *αὐτοφυὴς* quo ſenſu. 2, 20, 4. 2
Deus propter ſe omnia feciſſe quo ſenſu dicatur *ibid.*
Deus an non poſſit agere, niſi ob finem. 2, 20, 4, 2
Deus cognoſci ex natura quomodo poſſit. 2, 20, 45. coli nimium non poteſt. *proleg. pag.* 15. dominium pleniſſimum habet, ut in res noſtras, ita & in vitam. 2, 20, 40. & 2, 21, 14. majuſque illud eſt, quam hominum in beſtias. 3, 4, 9. igitur, quæ ex eo jure agit, nobis in exemplum non trahenda. 3, 1, 4. efficere quædam non poſſe, quo ſenſu dictus. 1, 1, 10
de Deo notiones quædam minus evidentes. 2, 20, 47. perperam ſentientibus, an juſte bellum inferatur ex hac ſola cauſa. 2, 22, 9. quæ ſunt contra mandatum divinum in iis non eſt magiſtratui parendum. 2, 20, 3
Dei jus in homines. 3, 1, 4, 3
Dei lenitas in novo fœdere. 2, 20, 11, 1
Dei factum circa liberos peccantium cur hominibus non imitandum. 2, 21, 14, 1, 3
Deo mendacium non convenit. 3, 1, 15, 1
Deo magis quam hominibus obediendum agnoſcunt & Philoſophi. 1, 4, 1, 3. & 2, 26, 3, 1
Dextræ datio in quibuſdam locis vicem tenet jurisjurandi & quare. 2, 13, 22
Diagoras Melius quare ſit punitus. 2, 20, 46
Dicere mihi non neceſſe eſt id omne, quod alteri eſt utile audire. 2, 12, 9
Dictatoria poteſtas imperiumque an mutaverit remp. quotiens eſt introductum. 1, 3, 8
Dictatoris poteſtas aliquando ſumma. 1, 3, 11, 1
*ad eum Diem*, excluſive, an incluſive intelligendum. 3, 21, 4
*Dierum* vox in fœderibus quomodo intelligenda. 2, 16, 5
Dignitas regis læditur in legato. 2, 18, 5
Diis aſſcripta quæ juris ſunt gentium. 2, 19, 1, 2
*Δικαιώματα*. 1, 1, 9, 2
*Δικαστικὴ* quæ Ariſtoteli. 1, 3, 6, 2
Dilectionis lex diſtinguitur a lege euangelica. 2, 1, 10. ad jus n. pertinet. 2, 1, 9. proprie tamen jus non dat ei, cui hinc aliquid debetur. 2, 12, 17. & 2, 17, 9. itaque nec debitum hujuſmodi armis exigere licet. 2, 22, 16. poteſt tamen a ſubditis magiſtratus depoſcere proprio quodam jure. *vide* Debitum. An obliget omnes homines æqualiter, 1, 2, 8. non obligat in gratiam nocentis. 2, 1, 16. præcipit multa, quæ non tantum laudabilia ſunt ſed etiam omitti ſine culpa nequeunt. 2, 1, 9. & 2, 25, 3. vetat multa, quæ ex jure ſtricto licita. 2, 1, 10. & 3, 13, 4. ut capere res ſubditorum pro debito magiſtratus. 3, 13, 4. res coëmere, quæ pluris venduntur etiam pretio haud iniquo pro tempore. 2, 12, 16. non indicare merces plures in via eſſe, quo tuas carius vendas. 2, 12, 9. perſequi rem ſuam cum cæde alterius. 3, 2, 6
Diligendorum gradus. 1, 2, 8, 10
Diligere proximum juxta ſe, quomodo intelligendum. 1, 3, 3. lex Chriſti de diligendis ſingulis, quam habeat exceptionem. 1, 2, 8. & 2, 15, 10
Dimicatio ſingularis quibus caſibus licita. 3, 1, 15
Dimicationes ſine fructu illicitæ. 3, 11, 19
Dimidium navium de integris intelligendum. 2, 16. 5

Di-

Direptio prædæ qualis. 3, 6, 18
Direptionis concedendæ aut negandæ rationes. 3, 6, 18, 2
Direptiones quæ vitandæ Chriſtianis. 3, 12, 8, 4
Diſciplina militaris Romana. 3, 18, 1, 2
Diſciplina militaris an ea ſeveritate cuſtodiri poſſit, ut in itinere, in caſtris, & ſimilibus, miles ne minimum quidem auferat. 3, 17, 2. ſervatur proviſione rerum neceſſariarum & bene ſolutis ſtipendiis. *ibid.* diſciplinæ militaris leges. 3, 17, 2
Diſpenſandi in lege pœnali cauſæ quæ. 2, 20, 25, 26
Diſpenſatio diſtinguitur ab æquitate. 2, 20, 27
Diſſimulatio an licita. 3, 1, 7
Diviſio rerum ad bellum vitandum. 2, 1, 2, 5. & 2, 8, 1
Diviſio rerum prima cauſa efficiens proprietatis. 2, 2, 2. regni aut populi quibus modis fiat. 2, 9, 18. an per eam jus populi aut imperii amittatur. *ibid.* reliqua. *vide* Imperium.
Divitiæ ſupervacuæ nullum bonum in ſe continent. 2, 20, 5
Divortia olim licita, Chriſtianis prohibita. 2, 5, 9, 2
Divortio amiſſam mulierem, qua conditione alius poſſit ducere. 2, 5, 9
Do ut des. 2, 12, 3, 1
Dogmata nova non ſunt metuenda, ſi nil habeant, quod honeſtati & obedientiæ erga magiſtratum adverſatur. 2, 20, 49
Dolo in bello licet uti, qui perfidia caret. 3, 5, 4. non uti generoſum eſt, non etiam neceſſarium. 3, 1, 20. Chriſtiani imprimis uti non debent, quantum fieri poteſt. *ibid.*
Dolore alieno ſatiari contra jus eſt naturale. 2, 20, 5
Dolus quotupliciter dividatur. 3, 1, 7. malus interdum dicitur, quod æquitati eſt contrarium. *ibid.*
Dolor non dat jus occidendi. 3, 11, 16, 5
Dolus bonus quis. 3, 1, 6, 3
Dolus an ex genere ſemper malorum. 3, 1, 6, 4
Dolus in bello an licitus, & quis. 3, 1, 6, 1, 2
Doli mali vox. 2, 10, 2, 2
Dolo contrahens ad quam reſtitutionem teneatur. 2, 17, 17
Dolo res hoſtium capere licet. 3, 6, 12, 2
Dolis abſtinere generoſum. 3, 1, 20, 1
Domanii fructus diſtinguendi a domanio. 2, 6, 1[illegible]
Domanium. *vide* Patrimonium populi.
Dominatio paucorum ad regnum accedit. 3, 15, 1
Dominium externum. 2, 6, 2, 1
Dominium naturaliter & per alium acquiritur 3, 6, 9, 1
Dominium furioſi unde. 2, 3, 6
Dominium infantis unde. [illegible]
Dominium conditionatum. 2, 3, 16, 1
Dominium quid & quotuplex. 1, 1, 5. non amittitur ob alimentum præſtitum ab eo, qui non eſt dominus. *vide* Alimentum nec jure naturali ob delictum per ſe. 2, 8, 20. nec ob poſſeſſionem amiſſam licet ex poſſeſſione incipiat. 2, 8, 3. dominium antevertere poteſt lex civilis quod jure naturali licitum eſt 2, 2, 5. ut auferatur alicui ſine probabili cauſa injuria eſt. 2, 7, 1. & 2, 14, 8. non aufertur per adjectam conditionem. 2, 3, 19. ex quibus cauſis alicui auferri poſſit 3, 20, 9. jure naturali iis tantum datur, qui utuntur ratione 2, 3, 6. furioſis aut infantibus datur. *ibidem.* & 2, 5, 2. quando deſinat. 2, 9, 1. per quid diſtinguatur ab imperio. 2, 3, 4. exceptionem habet neceſſitatis ſummæ. 1, 2, 6. *adde neceſſitas. & utilitatis innoxiæ. vide Utilitas.* fines & effectus ſuos ſemper habet, ſive ex civ jure, ſive gentium, ſeu naturali oriatur. 2, 10, . & 3, 20, 9. idem eſt cum proprietate. 2, 2, 1. quare introductum. 2, 10, 2. ſi introductum non eſſet, an quis alteri injuriam inferre potuiſſet in bonis. 1, 2, 1. non minuitur per adjectam conditionem. 2, 3, 19. natum unde primum ſit, & quomodo proceſſerit 2, 2, 2. non naſcitur ex ſolo actu animi. *ibid* nec ex aptitudine ad rem. 2, 17, 2. nec ex intellectus perfectione 2. 22, 10. nec ex virtute ſola mentis aut religioſa. *ibid* produci poteſt ex ſola leg. civili 2, 8, 5. & 2, 8, 21 & 2, 8, 1. ſequitur jus poſſidendi ex jure gentium. 3, 20, 48. transferri etiam poteſt in aliquem nec dum occupata poſſeſſione 2, 7, 5. & 2, 7, 25. ut totum vel ex parte tantum transferatur juris naturalis eſt. 2, 6, 1. an transferatur in eum qui rem alienam loco ſuæ ſibi debitæ cepit. 2, 7, 2
Dominii actus primus & ſecundus. 2, 3, 6. vis 2, 9, 1. ex dominio nemo [illegible]

habet præter dominum. 2, 10, 11
Dominium captarum rerum in bello ſolenni non eſt ſine omni conditione. 3, 9, 6. ſtare poteſt cum interna obligatione reſtituendi, ſi bellum fuerit injuſtum. 3, 10, 5. civile quid. 1, 3, 8, 6, & 6, 1. bello comparari poteſt. 1, 3, 8, 6. eminens quid. 1, 1, 6. & 1, 3, 6. comprehendit cives & res eorum. 1, 3, 6 & 3, 20, 7. imperii ſumma pars eſt. 1, 3, 6. in res ſubditorum civitati competit jure gentium. 3, 19, 7. ut ex eo alienare res eorum liceat illi & perdere. 3, 20, 7. & factum ſolum ſufficiat ad rem transferendam 3, 23, 10. utilitatis publicæ cauſa introductum eſt. 2, 21, 11. igitur non competit, niſi quatenus communiter expedit. 2, 14, 7. & 2, 14, 8. & 3, 20, 10. in regimine non dominico ſed civili aut regio. 3, 19, 7. ſupereminenti dominio beneficia ſubditis liberaliter conceſſa poſſunt auferri. 2, 14, 13. falſum ipſis dici. 3, 1, 15. jus ipſis quæſitum auferri. 3, 14, 7. quæ autem ſingulis auferuntur ſic, eorum compenſatio fieri debet ex communi. 2, 14, 7. modi ejus. 3, 20, 7, 2. *adde* vocabulum *Pœna.* generale manere poteſt, etſi in partes ſit diſtributum. 2, 3, 19
Dominium rerum, quæ pondere, menſura, & numero conſtant, quando tranſeat. 2, 10, 12
Dominium externum ſine interno. 3, 7, 6, 1, 3
Dominia quomodo intereant ſublato ſubjecto. 2, 9, 1. & 2, 1, 3. & 1, 4, 1
Dominica poteſtas quid. 1, 1, 5
Dominus rei præferendus ei, qui depoſuit, & quare. 2, 10, 1, 4
Dominus, qui denunciavit, ne ſervo crederetur, tenetur de peculio aut in rem verſo. 2, 10, 2, 2
Dominus, qui in culpa non eſt, naturaliter ad nihil tenetur. 2, 17, 21. legitimus quibus modis fiat. 3, 6, 18. *Not.* 2. qui cum poſſidente contrahit ut cum domino, dominium amittit. 2, 4, 4. etiam ſervo injuriam facere poteſt. 2, 5, 28
Domini vocabulum non admittebant humaniores ex priſcis. 3, 14, 5
Domino cognito rem non reddere contra jus naturale eſt. 2, 16, 26. deficiente res redit in ſtatum ſuum naturalem. 2, 3, 19. & 2, 9, 1
Dominum rei, quam poſſidet, ignorans, nemini tenetur. 2, 10, 11
Domini rerum, quæ de navi jactæ ſunt, partem ab aliis repetunt. 2, 10, 9, 2
Domos incendere inhumanum. 3, 12, 2 2
Domuncula ſeu tuguriolum momentaneum in littore occupato ponere licet tranſeunti 2, 2, 15. Domus eſt puſilla reſp. 3, 14, 3. de domo conſtituere jus eſt ſolius mariti. 2, 5, 8
Dona & per internuntios abſentibus mitti poſſunt. 2, 6, 2. *Not.* 2. & 2, 11, 17
Donare quid ſignificet. 2, 16 5. in bello quibus liceat. 3, 22, 9. regna & urbes licet. 1, 3, 12. duci belli non licet, ſi jam ſint quæſita, ſi vero necdum quæſita, licet. 3, 22, 9
Donare pro tranſigere. 2, 16, 5
Donatio an acceptari poſſit mortuo donatore. 2, 11, 17
Donatio accepta an vim habeat mortuo donatore, antequam reſciviſſet acceptam 2, 11, 17. quæ cauſam expreſſam non habet, naturaliter non eſt irrita. 2, 11, 21. ejus qui jure civili non tenetur, interpretanda ex dicto. 2, 16, 11. inter odioſa refertur. 2, 16, 12 prodiga habet effectum juris. 2, 11, 9. regis jure mixto imperantis, in quantum procedat. 2, 14, 12. in donatione omnia verba donantis ſtrictius accipienda. 2, 16, 12
Donationes a magiſtris militum factæ 3, 6, 17, 6
Δωσοφόροι ſervi unde. 3, 14, 5, 3
Druidum officium apud Gallos 2, 23, 8
in Dubio bello lex probabilem rationem habere cenſetur. 2, 14, 12. flumen occupaſſe populus cenſetur, 2, 8, 11. pacis leges quædam. 3, 20, 21. de ſenſu ſcripti alicujus quorſum reſpiciendum. 1, 2, 9. ſequimur quod minimum eſt. 3, 20, 47. & quod tutiſſimum. 2, 23, 5. & 2, 26, 4. ſucceſſioni vicariæ locus eſſe cenſetur. 2, 7, 30. quæ plus valeant. 2, 16, 29. in dubiis judicium actu & experientia comparatur. 2, 23, 3
in Dubio bello pax præferenda. 2, 23, 6
Dubitatio unde in moralibus. 2, 23, 1
Dubitare quis poteſt contemplative, non active. 2, 26, 4, 1
Dubitans ſubditus an recte militet. 2, 26, 1, 4, 8
Dubitans de jure quid facere debeat. 2, 23, 3, 4
Dubitans quomodo ad judicandum dirigi poſſit. 2, 23, 2, 2. & 2, 23, 5, 1.



Digitized by Google

Duellum. *vide* Dimicatio ſingularis.
Duellum ſeu certamen ſingulare unde natum. 2, 20, 8. nil detrahit juri, quod eſt alterius. 3, 20, 4, 4. finem bello an poſſit imponere. 3, 28, 43. non repudiandum, ſi parati ſint certare, ubi alioqui totus populus graviſſimis malis ſe implicaturus erat. 2, 23, 10. & 3, 20, 43. peccant autem certantes contra juſtitiam internam, uno caſu excepto. 3, 20, 43
Dux proprie quis. 3, 22, 1
Dux milites quatenus obliget. 3, 22, 6
Dux de belli cauſis tranſigere non poteſt. 3, 22, 7. inducias dare poteſt. 3, 22, 8
Dux homines, imperia, agros jam acquiſita concedere non poteſt. 3, 22, 9, 1, 2
Dux condonare poteſt nondum quæſita, etiam qui ſummus dux non eſt. *ibid.*
Ducis belli jus eximium in præda. 3, 6, 17, 3
Duces belli diſpenſatores prædæ apud Romanos. 3, 6, 15
Duces Romani quomodo ſe geſſerint circa prædam. 3, 6, 16, 1, 2
Duces belli quidam de præda nihil decerpſerunt. 3, 6, 16, 1. & §. 17, 4
Duces belli quomodo obligentur ex bello injuſto. 3, 10, 4
Duces belli duorum generum. 3, 22, 1. minores an obligare poſſint ſummum, & quatenus. 3, 8, 2. pacem inire an poſſint. *vide* Pax.
Ducum pacta quam recipiant interpretationem. 3, 22, 11
Duratio rei naturam non mutat. 1, 3, 11

E.

ECcleſia jus an habeat in infideles. 2, 22, 14, 1
Edictum. 3, 3, 7
Educatio liberorum quare a quibuſdam ad jus naturale referatur. 2, 7, 4
qui Edunt carnem humanam, cum iis juſtum bellum eſt. *vide* Cibus.
Effectus ut non ſequatur, ſatis eſt unicam deeſſe cauſarum. 2, 16, 20. univerſalis cauſa requirit univerſalem. 1, 1, 12
Egeſtatis evitandæ cauſa, quæ injuſte fiunt, maxime ſunt excuſabilia. 2, 20, 29
'Εκδικεῖν quid apud Paulum Apoſtolum. 1, 3, 3, 6
Εἰρήνη quid. 2, 15, 5, 3
Eleazari factum. 3, 4, 18, 2
Electio non ſemper infert ſubditorum libertatem civilem. 1, 3, 10
Electorum regum eſt jus temporarium. 2, 16, 10. Electus Imperator per legiones quo imperavit jure. *vide* Rom. Imp.
Eleutherocilices. 1, 3, 12
Eligens indignum reipublicæ tenetur. 2, 17, 3
Emendatio peccantis quotuplex. 2, 20, 8
Emendi jus res ad vitam neceſſarias nemini negari poteſt. 2, 2, 19
Emens rem alienam reſtituere eam venditori non poteſt. 2, 10, 10
Ementi pignus a creditore tenetur qui oppignoravit, etiam ſi res ſit aliena. 2, 10, 2, 2, *f.*
Emphyteuſis ſine ſcriptura a rege facta non valet. 2, 14, 5
Emtio venditio quid ſit naturaliter. 2, 13, 3. metu expreſſa poteſt jure naturali reſcindi. 2, 12, 10. ſine certo pretio a rege facta non valet. 2, 10, 9. rei alienæ quatenus obliget emtorem b. f. *ibid.* In emtione venditione dominium etiam ſine traditione transfertur. 2, 12, 15
Emtori rei alienæ quatenus obligetur dominus. 2, 10, 9
Emi pluris *res poteſt in gratiam alterius.* 20, 12, 14
Emtor rei captæ bello injuſto an quid impendii deducat. 3, 16, 3
'Εναντιοφάνεια. 2, 16, 4, 1
'Εγχειρισμοί. 3, 2, 1, 2
'Εντολαί. 1, 1, 9, 2
Epicurei cur ex bene moratis civitatibus ejecti. 2, 10, 46
'Επιείκεια. 2, 16, 26, 1
'Επιεικείας fontes & regulæ. *ibid.*
'Επιμαχία. 2, 15, 6, 2
'Επιορκεῖν. 2, 13, 13
Epiſcoporum conſilia circa bella. 2, 23, 4, 2
Epiſcopus qua talis jus non habet regendi humano more. 2, 22, 14
'Εποχαί. 2, 3, 10, 1
Equi & equæ quæ poſtliminio apud Romanos recepta. 3, 9, 14, 1
Equus Scythicus. 2, 5, 15. Equorum vectigal. 2, 2, 14
Eraſmus Chriſtianis arma interdicit. *prol.* *p.* 10
Errans hoſti obligatur ex pacto. 3, 23, 4
Errantes in partem Chriſtianæ religionis an puniendi. 2, 20, 50
Error an irritum actum faciat. 2, 11, 6, 1

Er-

Error quotiens liberet fide. 3, 23, 4. circa pretium reſarciendus ſi poſtea de eo conſtet. 2, 12, 12
Eſſeni non jurabant. 2, 13, 21, 4, 5
Eſſeni gladiis armati incedunt. 1, 3, 3
Eſſenorum communio in bonis. 2, 2, 2
Euangelii præcepta an contineantur in jure naturali. 1, 2, 6, 1, 2
Εὐορκεῖν. 2, 13, 13
Exactiones odioſæ. 3, 2, 1
Ἐξαίρετον. 3, 6, 17, 3
Excellentia ſuper alios quatenus a virtute & utilitate ſejungitur, bonum eſt imaginabile. 2, 20, 29
Exceptionem habens jus habet ad pecuniam redactam ex bonis ſuis venditis. 2, 10, 2. ſ.
Excurſus inutiles in bello, id eſt, ii, qui tantum virium oſtentationem habent, injuſti ſunt. 3, 11, 19
Executionis ad modum quod pertinet, conditionem non facit. 3, 23, 15
Exercitoria actio unde. 2, 11, 12, 13
Exercitores an teneantur in ſolidum ex facto magiſtri. 2, 11, 13
Exercitus quid. 2, 16, 3. juſtus. *ibid.*
Exercitus inſolita conſcriptio ſi juſtis indiciis appareat non fieri ſe tuendi gratia, rumpit pacem. 3, 20, 40. cautio ne exercitus aliquo ducatur, quomodo intelligenda. 2, 16, 25
Exhæredato filio an quid debeatur. 2, 7, 7
Exheredatus tacite cenſetur, qui grave crimen commiſit in Patrem, niſi adſint condonatæ culpæ indicia. 2, 7, 25
Exhereditari filius a Patre in totum an poſſit, 2, 7, 4. quando poſſit, 2, 7, 2. ne in regnum ſuccedat, 2, 7, 25
Exilium fidejuſſoris damnati ex fidejuſſione proprie pœna non eſt. 2, 21, 11
Ἕξις. 2, 9, 3, 1
Exiſtimatio æquiparatur vitæ. 1, 2, 5. *vide* Fama.
Exitus liber cum itinere libero intelligendus. 2, 16, 5
Exploratores graviter puniendi cauſa. 3, 4, 18, 3
Expugnationes urbium & direptiones violentas Chriſtiani permittere non debent. 3, 12, 8
Exſules non tenentur imperiis civitatis. 2, 5, 25
Exteri quomodo de rebus bello captis judicare debeant. 3, 6, 25
Exteris quomodo jus naſcatur ex lege civili. 2, 8, 26
Exterorum res retinentur pro jure noſtro, aut civis noſtri. 3, 2, 3, 5. & §. 5, 2
Externi teſtari non prohibentur jure naturali. 2, 6, 14, 2
Externi juris qualis efficacia. 3, 7, 7
Externum dominium ſine interno. 3, 7, 6, 1, 3
Externi qui habendi. 2, 18, 2. olim habiti pro hoſtibus. 2, 6, 14. quod ne fieret poſtea federibus eſt cautum. 2, 15, 5. an teneantur legibus loci ejus in quo degunt. 2, 2, 5. & 2, 11, 5. an pro hoſtibus habendi, ſi in loco hoſtili deprehendantur. 3, 4, 1
Extorſio violenta acceptio eſt vitioſa ex qua jus ei naſcitur cui extorquetur. 2, 10, 12
Extrinſeca contractui non ſunt indicanda. 2, 12, 9, 2
Exules pœnæ metu dedendi ſunt. 3, 20, 41. in exules alibi nullum jus eſt civitati. 2, 5, 25. & 3, 20, 41. penes reges exules manet jus regni etiamſi poſſeſſionem amiſerint. 2, 16, 17. Exules ejus ſuſcipere cum quo pax initur, an pacem violet. 3, 20, 41
Exulibus pulſis ſedibus ſuis habitatio non deneganda ſub certa conditione. 2, 2, 16. nec tranſitus negandus ad quærendas ſedes alias. 2, 2, 13
Ezechias. 2, 1, 18

## F.

FAbiorum deditionem Galli quo jure poſtularint. 2, 21, 4
Faciendi cujus quis alii jus dat ejus ipſe auctor eſſe cenſetur. 1, 3, 5
Facinus. *vide* Scelus.
Facio ut facias. 2, 12, 3, 1, 5
Facio ut des. *ibid.*
Facinoroſi an ſepeliendi. 2, 19, 4
Factum alienum jure naturali neminem obligat niſi Succeſſorem bonorum. 3, 2, 1. *vide* Delictum. Qui promiſit naturaliter non obligatur, ſi facere ex ſua parte nil omiſerit. 2, 11, 22. & 3, 21, 30. illicitum promiſſum an valeat. *vide* Illicitum. Singulorum non obligat communitatem civilem. 2, 21, 2. utile nullum parit juris effectum.
ex Facto obligatur quiſque vel ad reparationem vel ad pœnam. 2, 20, 1. ſub factis comprehenduntur etiam non facta, quatenus conjecturam faciunt voluntatis. 2, 8, 10



Digitized by Google

Facultas, juris ſpecies, quid & quotuplex. 1, 1, 4, 5
Facultas eminens, quid. 1, 1, 6
meræ Facultatis quæ ſunt, an tempore amittantur. 2, 4, 15
Facultatem qui dat, dat quantum in ſe eſt ea quæ ad facultatem ſunt neceſſaria. 3, 22, 2
Fallere hoſtem quibus modis liceat. 3, 1. 8. ſuos quomodo liceat. 3, 1, 13
Fallendi artes qui inſtillant, fugiendi principibus. 3, 25, 1
Falſum dicere concedit Plato imperium habentibus & quare. 3, 1. 15. quatenus non ſit illicitum. 3, 1, 12. *& ſeqq. adde* Mendax.
Falſum dicere amenti, & infanti, non eſt mentiri, ſtricte ſumta voce. 3, 1, 12
Fama naturaliter homini ſuum. 2, 17, 2 *adde* Exiſtimatio.
ob Famem facta deditio excuſabilis. 2, 24, 6. *Not*. 2
Familiæ fundamentum eſt matrimonium. 2, 20, 10
Fato ſuo deprehenſi in bello. 3, 6, 12. dicuntur infortunati. *vide* Infortunatus. Etiam ſervi fiunt. 3, 7, 1. jus habent poſtliminii in pace. 3, 9, 4. inter eos referuntur coacti ad bellum. 3, 11, 3
Fato fieri quæ dicantur. 3, 6, 12, 1
Favor in promiſſis. 2, 16, 10
Favorabilia in dubio realia. 2, 16, 16, 1, 3
Favorabilia quomodo interpretanda. 2, 16, 12, 1, 2
Favorabilia extendenda ad proprietatem verborum tam artificialem quam vulgarem. 2, 7, 30. & 2, 16, 12. & 3, 20, 12. ſunt quæ æqualitatem in ſe habent. 2, 16, 20. quæ utilitatem ſpectant communem. *ibid.*
Fecialium uſus Romæ. 2, 23, 4
Fecialium collegium quare Romæ inſtitutum. 2, 23, 4. & 2, 23, 8
Federa realia. 2, 16, 16. promiſſa media. 2, 16, 10
Federatus an defendendus contra federatum. 2, 15, 13, 1. & 2, 25, 4, 1
Fedus quid. 2, 15, 3, 1
Fedus quando renovatum cenſeatur. 2, 15, 14
Fedus an duret parte violata. 2, 15, 15
Fedus antiquius quando præferendum. 2, 15, 13, 3
Fedus cum populo reale. 2, 16, 16, 1
Fedus cum rege non ſemper perſonale. 2, 16, 16, 2
Fedus jus dat regi qui regno pulſus eſt. 2, 16, 17
Fedus cum populo, aut juſto rege, invaſori ſive tyranno non prodeſt. 2, 16, 18
Fedus inæquale proprie juriſdictionem non dat. 1, 3, 21, 2, 3
Fedus inæquale quod. 1, 3, 21, 1
Fedus a ſponſione quod differat. 2, 15, 3
Federe inæquali qui tenetur populus, liber eſſe non deſinit. 1, 3, 21, 1, 3. & 2, 18, 2, 2
Federe inæquali qui tenetur rex poteſt ſummum imperium retinere. 1, 3, 21, 3
in Federe ſuperior quis dicatur. 1, 3, 21, 2, 8
Federis rumpendi materia odioſa. 2, 16, 13, 1
Federa quædam idem ſtatuunt, quod jus naturæ, & quare. 2, 15, 5, 1, 3
Federis princeps imperium in quibus rebus habeat. 1, 3, 21, 8
Federis inæqualis pericula unde. 1, 3, 21, 10
Federa inæqualia contrahuntur etiam ubi bellum non fuit. 2, 15, 7, 4
Federa an contrahi poſſint cum his, qui alieni ſunt a vera religione, quæ, & quatenus jure naturæ, jure Hebræo, jure euangelico. 2, 15, 8. & *cap*. 9. 1. & *cap*. 10, 1
Federa cum *quibuſdam populis vetita* lege Hebræa. 2, 13, 4, 2
Federa quæ favorabilia, quæ odioſa. 2, 16, 16, 3
Federa æqualia, tum pacis, tum ſocietatis. 2, 15, 6, 2
Federa inæqualia. 2, 15, 7
Federa æqualia de commerciis. 2, 15, 6, 2
Federa perſonalia. 2, 16, 16, 1, 3
Federa realia. *ibid.*
Federa faciendi jus pars eſt ſummæ poteſtatis. 1, 3, 6. in regno ad regem pertinet. 2, 15, 3. facta cum libero populo an maneant mutato ſtatu ejus populi. 2, 16, 16 fieri neceſſe erat inter eos qui nihil ante contraxiſſent, quibus id conſtitueretur quod eſt juris gentium. 2, 15, 5. federa qui frangit, iræ divinæ obſtringitur. 2, 15, 3. liberat alterum obligatione ſed cum exceptione. 2, 15, 5
Federa quæ jungunt arctiſſime duas civitates, an impediant quominus ſtatus perfectæ civitatis retineatur. 1, 3, 7
Federum finis pax eſt aut ſocietas. 2, 15, 6. fundamentum non eſt jusjurandum. 2, 16, 16. ſpecies variæ. 2, 15, 6. *& ſequent.*

Fe-

Digitized by Google

Federibus ſtare etiam poſt acceptam aliquam injuriam animi eſt generoſi. 3, 19, 19. ex iis etiam aliquem ex injuſta cauſa juraſſe, veniam meretur pœnæ. 3, 11, 6

in Federibus omnibus præſumitur ratio habita prudentiæ ac pietatis ejus cum quo agitur. 2, 15, 6

Federa inæqualia imperium minuunt vel non. 2, 15, 7. ut eos hoſtes habeamus quos pars altera. 2, 15, 7. ne injuſſu alterius bellum geratur, quomodo intelligendum. 2, 16, 14

Federatus utriſque cui auxilium præſtare debeat ſi bellum inter ſe gerant. 2, 15, 13

Federati inæquales an jus legandi habeant. 2, 18, 2, 2

Federum diviſio. 2, 15, 4, 5

Federum inæqualium diviſio. 2, 15, 7, 1

Federum diſtinctio circa jus poſtliminii. 3, 9, 18, 3

Femina an promittendo obligetur. *vide* Promiſſio.

Feminæ occiduntur impune in bello. 2, 4, 9. ſexu tamen vindicari debent ab injuria. 3, 11, 9

Feminæ captivæ. Hebræorum lex pro illis. 3, 4, 19, 2

Feminæ ſuccedunt in regnis patrimonialibus. 2, 7, 11, 1

Feminæ quomodo obnoxiæ bellico juri. 3, 11, 9, 1, 3

Feminis parcendm. *ibid.*

Feræ quorum ſint? lex, quæ eas regi addicit, non injuſta. 2, 2, 5

Feræ in ſylvis privatis non ſunt nullius. 2, 8, 2, 3, 4

Feræ ſunt Principum in Germania. 2, 8, 5

Feræ quamdiu nullius ſint dicendæ. 2, 8, 2. feras nullius eſſe non ſimpliciter eſt ex jure naturali ſicut putat jus civile Rom. 2, 8, 21

Feras an dominus amittat ſi aufugerint. 2, 8, 3

Ferrum quid ſignificet. 2, 16, 5. & 2, 16, 20

Ferruminatio non facit confuſionem. 2, 8, 21

Feuda Franca, ſive libera. 1, 3, 23, 2

Feuda longæva poſſeſſione acquiruntur. 2, 2, 10, 3

Feuda acquiri poſſunt longo tempore quæ deferuntur ex inveſtitura primaria. 2, 4, 10. deferuntur vel ex jure proximi poſſeſſoris, vel ex inveſtitura primaria. *ibid.* hæreditate adiri poſſunt, ſeparatim ab aliorum bonorum hæreditate. 2, 7, 19

Feudale jus tantum Germanis uſitatum. 1, 3, 23

Feudale jus in perſonam, & in rem. 1, 3, 23, 1, 2, 3

Feudalis obligatio non tollit ſummum imperium. 1, 3, 23, 2

Feudalia regna qua ſucceſſione deferantur. 2, 7, 20, 21

Feudalis rei conceſſio beneficium eſt. 2, 12, 5

Feudorum regiorum tacita conditio, ſi bellum juſtum fuerit. 1, 3, 23

Feudorum judicatio non ſemper facienda ex lege Longobardica. 2, 7, 21. non pertinet ad eccleſiam. 2, 22, 14. *Annot.* 4.

Feudum ligium. 1, 3, 23, 2

Fidejuſſor obligatur ex ſolo conſenſu, etiam ſine cauſa, in id quod fidejuſſit. 3, 2, 2. fidejuſſionis periculum eſt miſerabile. 3, 13, 4

Fides in bello. 3, 19, 1

Fides prædoni, & tyranno debetur. 3, 19, 2, 1, 2

Fides perfido an ſervanda. 3, 19, 13

Fides compenſando quomodo liberetur. 3, 19, 15

Fides tacita quæ. 3, 24, 1, 4, 5

Fides commendata in bello. 3, 25, 2

Fides quæ vim habeat juramenti. 2, 13, 22

Fides apud Paulum quid ſignificet 2, 23, 2. fidem credendi euangelio quod Deus quibuſdam negat fit ex cauſis incognitis. 2, 20, 48 per fidem debellaſſe regna, quo ſenſu quidam dicantur. 1, 2, 2

Fides ſi frangatur a rege ut tunc regno cedat, hæc conditio non deſtruit ſummum imperium. 1, 3, 16. fundamentum eſt juſtitiæ. 2, 11, 1. promiſſa dat jus ei cui promittitur. 3, 19, 1. ſervanda hoſtibus quibuſvis, & quare. 3, 19, 14. perfidis. 3, 13, 16. & 3, 19, 13. privatis. 3, 19, 2. poteſt tamen his etiam non ſervari jure gentium voluntario. 3, 19, 5. ſervis etiam ſervanda. 3, 19, 6. tyrannis. 3, 19, 2. an ut ſerviant cogi poſſint a ſuperioribus privati, ſi quam hoſti dederunt. 3, 23, 11. quibus caſibus poſſit abſque injuſtitia non ſervari. 3, 19, 14. *& ſequent.* an ex jure ſupereminentis dominii poſſit non ſervari quæ ſubditis eſt data. 3, 19, 7

Fides expreſſa. 3, 20, 1

Principum pro jurejurando. 2, 13, 22

Publica quotuplex 3, 20, 1. tacita. *ibid.*




Digitized by Google

in Fide eſſe quid. 1, 3, 21, 3
bona Fide rem alienam qui emit, pretium an repetat 2, 10, 10
Fidei bellicæ partitio. 3, 20, 1
Fidei alicujus ſe permittere. *vide* Dedere. qui ſe fidei civitatis aut regis permittit qualiter obligetur. *vide* Tutela.
bonæ Fidei & ſtricti juris diſcrimen an valeat inter populos diverſos. 2, 16, 11
bonæ Fidei poſſeſſor non tenetur de re quæ periit. 2, 10, 3
bonæ Fidei poſſeſſor, ſi rem alii donaverit, an teneatur. 2, 10, 7, 4. ſi rem vendiderit, an & quando teneatur. 2, 10, 8
bonæ Fidei poſſeſſor an naturaliter fructus ſuos faciat. 2, 8, 23
bonæ Fidei poſſeſſor ad rei reſtitutionem tenetur. 2, 10, 1, 3
malæ Fidei poſſeſſor quale jus tempore acquirat. 3, 7, 6, 2
malæ Fidei poſſeſſor an ſpeciem perdat. 2, 8, 20
bonæ Fidei poſſeſſor recte impendia repetit, & quæ. 2, 8, 23
malæ Fidei poſſeſſor impendia repetit. 2, 8, 24
Fideicommiſſum familiæ relictum quem ordinem ſequatur. 2, 7, 24
Fideicommiſſo obnoxia longævo tempore acquiruntur. 2, 4, 10, 3
Fidejubens & ſolvens pro aliquo contemplatione tertii actionem habet in eum qui liberatus eſt. 2, 10, 2, 2
Fidejuſſio qualis actus. 2, 12, 6
Fidejuſſor ad mortem obligari non poteſt, ad exilium poteſt. 2, 21, 11, 2, 3
Fidejuſſoris obligatio, immediate unde. 2, 21, 11, 1
Filia fratris majoris an præferenda fratri minori in regni ſucceſſione. 2, 7, 32
Filius an debeat accuſare patrem proditorem. 2, 18, 4, 7. & cap. 26, 3, 2
Filius a patre rege in regno exhæredari an poſſit. 2, 7, 25
Filius natus patre jam rege an præferendus ante nato. 2, 7, 28
Filius inſtrumentum patris. 1, 5, 3. patrem non ſequitur niſi in jure commorandi. 3, 21, 17. poſtliminio non redit in poteſtatem parentis jure civili, & quare. 3, 9, 10
Filio abdicato & exheredato an quid debeatur. 2, 7, 7
Filii naturales an ſuccedant patri, & adoptari poſſint, 2, 7, 8, 2
Finis eſt ſemper bonum aliquod aut declinatio mali. 2, 24, 5. ejus neceſſitas jus dat in moralibus. 2, 5, 24. finem rei non reperire in moralibus pro impoſſibili habetur. 2, 16, 1. quæ ad finem ducunt in morali materia æſtimationem intrinſecam accipiunt. 3, 1, 2
Finitivus ſtatus rhetorum. 2, 16, 3
Finium proferendorum ſtudium reprehenditur. *vide* Imperii fines.
Fiſco cedere bona captivi non capta juris eſt civ. Rom. 3, 9, 10. bona naufragorum, eſt plane injuſtum. 2, 7, 1. & bona obſidis. 3, 20, 53
Flacci dolus. 3, 1, 13, 2
Flumen totum interdum ripam alteram ſequitur. 2, 3, 17, 1. & §. 18. 1
Flumen idem quo ſenſu. 2, 9, 3, 2
Flumen quod mutavit alveum an idem ſit. 2, 3, 17. naturalis terminus eſt regionis. 2, 3, 16. obſtructione fluminis qui tenetur, tenetur etiam de damno eam ſecuto. 2, 17, 12
Flumina quomodo occupentur. 2, 3, 10, 1
Flumina non ſunt nullius ideo quod ſingulos dominos non habeant. 2, 2, 4. ſunt populi. 2, 2, 12. occupari quomodo potuerint. 2, 3, 7
Fluminis curſu mutato an imperii fines mutentur. 2, 3, 16, 17
Fluvialia incrementa. *vide* Alluvio.
Fœnus juri naturali repugnare non ſatis conſtat. 2, 20, 42. locationi eſt adfine. 2, 13, 20. *Annot.* 1. ſumitur in malam partem. 2, 13, 21. *Annot.* 1. ad fœnera improba quomodo & quare leges civiles ſoleant connivere. 3, 5, 4. adverſus fœnebre malum reges ſibi juris remediis conſuluere. 3. 14. 2
Fœnus nauticum. 2, 12, 5
Fontes venenis inficere an liceat hoſti. 3, 4, 11. an alio modo corrumpere. 2, 4, 17
Formæ in moralibus ſolent habere interjectum aliquod, quod modo ad hoc modo ad illud extremum propius accedit. 2, 25, 1
Fortuna & injuria quomodo diſtinguantur. 2, 21, 5
Funeraria actio cujus naturæ. 2, 10. 9. 2
Franci diviſi in orientales & occidentales. 2, 9, 11
Francici juris ſucceſſio in regnis. 2, 7, 21
Francorum imperium diſtinctum a Romano. 2, 9. 11, 3



Digitized by Google

Francorum regni diviſio in orientale & occidentale. *ibid.*
Francorum regum ſucceſſio olim aliquatenus a populi voluntate pependit, 2, 9, 11, 3
Francorum jus de poſtliminio extra bellum publicum. 3, 9, 19, 2
Francorum jus circa ſervos. 3, 7, 8
Francorum mos ad bellum vitandum. 2, 23, 9
Francorum moderatio in bello circa res ſacras. 3, 12, 6, 3
Francorum mos circa prædam. 3, 6, 16, 2
Frater minor an præferatur fratris majoris filio. 2, 7, 31
Fratris filius an patruo regis præferendus in ſucceſſione. 2, 7, 32
Fratris filiam uxorem ducere non eſt prohibitum. 2, 5, 14. in fraudem quæ fiunt, quo pertineant. 2, 16, 20
Fraudantes vectigalia ad quid teneantur. 2, 17, 16
Fretum maris poteſt occupari. 1, 3, 8
Fructus ut uni populo vendantur pactio an licita. 2, 2, 24
Fructus qui reſtituendi. 2, 10, 4, 6
Fructus induſtriales rei non debentur. 2, 10, 4
Fructus conſumpti an reſtituendi. 2, 10, 5
Fructus in pace qui conceſſi intelligantur. 3, 20, 22
Fructus cum re reſtituendi. 2, 10, 1, 5
Fructus reſtituendi ex damno dato. 2, 17, 4
Fructus duplices induſtriæ & rei. 2, 10, 4. qui eum impedit recipere qui percipiendi eos jus habet, tenetur damni dati, etiamſi ipſe nihil percepit. 2, 11, 4. ut ſuos faciat poſſeſſor *b. f.* non eſt ex jure naturali. 2, 8, 23. *vide* Poſſeſſor *b. f.* quare teneatur reſtituere. *ibid.*
Fructuum dominus eſt naturaliter qui dominus eſt rei. 2, 10, 4. in penuria frumenti, civis etiam vi cogi poteſt, ut quod habet conferat in medium. 2, 23, 3
Fuga an ſit ignominioſa nobili præſertim qua vitam ſervare ſtudet, quam vi armata ſe ſervare poſſe confidit. 2, 1, 10, 3. ficta, dolus eſt non injuſtus. 3, 1, 8. fugam hoſtium quo jure dux falſo militibus ſuis poſſit nunciare. 3, 1, 14. fugere num liceat captivo, bello injuſto. *vide* Captivus.
Functionem res, numero & menſura conſtantes, quomodo recipiant. 2, 10, 13
Fur ad quid teneatur. 2, 17, 16
Fur apud Lycios fiebat ſervus. 2, 5, 25. *annot.* 2. nocturnus quo jure poſſit occidi. 2, 1, 12
Furem fugientem cum re noſtra juſte occidi falſo quidam tradidere. 2, 1, 13. lex quæ furem impune dicit interfici non dat jus interficiendi eum. 2, 1, 14
Furis nocturni & diurni diſtinctio quo jure nitatur. 2, 1, 12, 1
Furioſus promittendo non obligatur, 2, 11, 5
Furtum contra jus naturale. 1, 1, 10, 4
Furtum jure naturali prohibitum quo ſenſu. 1, 1, 10. punitum quomodo ſit a Græcis & Judæis. 2, 20, 32. non ſemper committitur ereptione rei alienæ. 1, 1, 10. & 2, 21, 6. non committit is qui bello injuſto captus res ſuas domino ſubducit. 3, 7, 6. ſubductio vaſorum facta Ægyptiis ab Hebræis an furtum fuerit. 2, 7, 2. *Annot.* 1
Furtum de paſcuo quam de domo quare acrius puniatur. 2, 29, 34
Furari apud Spartanos licuit & Ægyptios. 3, 4, 2
de Futuris tres loquendi gradus obſervandi. 2, 11, 1

## G.

GAbaonitarum controverſia. 2, 13, 4, 2
Gabaonitis an Joſua juſte potuerit non ſervare promiſſa, ob mendacium ipſorum. 2, 13, 4
Galli ſunt Franci occidentales. 2, 9, 11. an juſte a Romanis locum ſedis conſtituendæ petierint. 2, 2, 17
Gallis Hercules juſte bellum infert, quia carnes humanas epulabantur. 2, 20, 40
Gallicum jus de præda maritima. 3, 6, 24, 8
Galliæ jus circa prædationes quæ contra legem publicam fiunt. 2, 17, 20, 2
Gallis Senonibus an Rom. juſte aurum negarint, quod dari ipſis polliciti erant, qui in Capitolio remanſerunt. 2, 15, 3
Gelricum jus de inſula & alluvione. 2, 8, 14
Generatio parit jus in rem. 2, 5, 1. & perſonam. 2, 5, 8
Genero cum ſocru matrimonium eſt illicitum. 2, 5, 13



Digitized by Google

Generis nomen ſæpe adhæret ſpeciei. 2, 16, 9
Germani una uxore contenti antiquitus. 2, 5, 9, 4
Germani ſunt Franci Orientales. 2, 9, 11. eorum luſus de libertate, 2, 5, 27, 1. reges precarii. 1, 3, 0
Germania non fuit pars Rom. Imperii. 2, 9, 11, 1
Germanica inſtituta vigent in Europa 2, 8, 1
Germanorum veterum latrocinia. 3, 3, 2, 3
Gigantum ætas. 2, 2 2
Gladio bella pro gloria quomodo gerenda. 2, 24, 10. minus acerbe gerenda. 3, 11, 6
Gladium accipiens gladio peribit, quo ſenſu dictum. 1, 3, 3, 7
Gladios geſſerunt Apoſtoli quidam. 1, 3, 3, 4
Γνώμη Ariſtoteli quid. 2, 16, 26, 1
Gothorum moderatio in bello circa res ſacras. 3, 12, 6, 3
Tib. Gracchus Octavio male tribunatum abrogat. 3, 19, 8, 2
Gradus in Levitico prohibiti, an & nunc matrimonia impediant. 2, 5, 19, 1
Gradus qui in Levitico per interpretationem prohibiti cenſeantur. 2, 5, 13, 4
Græci aliquando plures uxores habuere. 2, 5, 9, 4
Græcorum mos circa prædam. 3, 6, 14, 2
Græcorum mos bellorum cauſas certamini committere duorum. 2, 23, 10
Gratia mortuis quomodo reddatur. 2, 7, 9, 2
ex Gratia quod debetur, armis peti juſte nequit, 2, 22, 16. *adde* Beneficium.
Gratiam referre prius quam beneficium conferre. 2, 7, 9, 2
Gravia ſupra modum eximenda a verborum univerſitate. 2, 16, 27, 1
Gravida cur ſupplicio non adficiatur, antequam enixa eſt. 2, 21, 14
H. Grotius federa reprobat cum Turca contra Chriſtianos, & Chriſtianos adhortatur ad bellum Turcicum. 2, 15, 12. belli præſentis cauſas videtur ſtatuere injuſtas. 1, 2, 8. queritur de ejectione ſua ex patria. *Proleg. p.* 13. ſequitur in judicando & eligendo libertatem. *Proleg. pag.* 23.
Gubernandi tres formæ, 1, 3, 8, 9

## H.

Habitatio an concedenda externis. & quibus legibus. 2, 2, 16, 1
Habitatio & convictus familiaris, cum iis qui alieni ſunt a vera religione, & prohibitus lege Euangelica. 2, 15, 1
Hæres non tenetur ex vi ſola juramenti facti a defuncto. 2, 13, 17, 1
Hæres an de pœna teneatur. 2, 21, 19
Hæreticus Auguſtino quis. 2, 20, 50, 3
Harmonica proportio an in pœnis locum habeat. 2, 20, 32
Haſta ſanguinea. 3, 3, 1
Haſtarum erectio. 3, 24, 5
Hebræi juſſi ſacra gentium abolere. 3, 5, 1, 5
Hebræis an licuerit beneficia dare externeis, aut ab iis accipere. 2, 15, 9, 3
Hebræorum lex pro fœminis captivis. 3, 4, 19, 2
Hebræorum mos de agris captis. 3, 6, 11, 2. de corona victi regis. 3, 6, 24, 4
Hebræorum jus circa ſervos. 3, 7, 8
Hebræorum lex. *vide* Lex.
Hebræorum jus in liberos. 2, 5, 5, 7
Hebræorum lex de arboribus in bello. 3, 12, 2, 2. pro ſervis. 3, 14, 6, 5
Hebræorum leges *in contractibus.* 2, 12, 13, 1
Hebræorum ſententia diſtinguens ea quæ natura honeſta ſunt. 2, 14, 6, 1
Hebræus deficiens a religione ſua, a quolibet alio Hebræo poteſt interfici. 2, 20, 9. Hebræi odio habent omnes peregrinos, & quare. 2, 15, 9. jus ad bellum an ex eo tantum habuerint quod terram Canaan deberent occupare. 1, 2, 7. *vide* Judæus.
Heraclius Imperator certamine ſingulari pugnat cum Coſroæ filio. 3, 20, 43
Hercules Acheloum domat. 2, 13, 16. laudatur quod exſciderit Tyrannos, & quare 2, 20, 40
Hereditas in quibus cauſis obligetur pro defuncto. 2, 21, 19. etiam recuſari poteſt. 2, 4, 4. recte relinquitur liberis, quibuſcunque, etiam naturalibus. 2, 7, 4. ſequitur liberos naturaliter. 2, 7, 5. an filios magis quam filias. 2, 7, 1. n. 1. hereditatis quæ reſtitui juſſa, fructus non reſtituitur jure civili. 1, 3, 2. hereditates quædam diverſæ ab hereditate bonorum. 2, 7, 19
Heres perſonam refert defuncti, 2, 9, 12. in bonis tantum, non in meritis. 2, 21

Digitized by Google

ex, 19. tenetur ex facto alieno, defuncti ſc. 3, 2, 1. ex jurejurando ejus ſi non perſonæ jus naſcitur, ſed Deo fides obſtringitur, 2, 13, 17. non ſi vi expreſſum ſit. 3, 19, 5. an ex mandato teneatur defuncto facto. *vide* Mandatum. heres regni patrimonialis in quantum teneatur coheredibus. 2, 7, 13

in Heredem tranſeunt earum rerum onera quæ in humano ſunt commercio. 2, 13, 17. ex primæva lege Dominii. 3, 19, 5. *vide* Debita. an filius a patre an totum poſſit exheredari. *vide* Exheredari.

Hæreticus quis ſit proprie. 2, 20, 50

Hæretici ut vocant, id eſt, qui in quibuſdam diſſentiunt articulis, an juſte bello poſſint impugnari. 2, 20, 50

Herodis Magni liberorum controverſia. 2, 7, 28

Hieroſolyma quo ſenſu dicatur in orbis medio ſita. 2, 22, 13

Hiſpanicum jus de prædis terreſtribus & maritimis. 3, 6, 24, 8

Hiſpanicum jus de poſtliminio, de comitatibus & arcibus. 3, 9, 13, 2. de navibus, quas piratæ ceperunt. 3, 9, 17

Hiſtoriæ non quæ tantum juſte, ſed & quæ inique, impotenter, iracunde factæ ſunt, memorant. 2, 18, 7

Hiſtriones S. Cœna olim prohibiti. 1, 2, 9. N. 1

Hollandiæ jus circa prædationes piraticas quæ contra legem fiunt. 2, 17, 20, 1

Hollandiæ mos circa obligationes exercitorum. 2, 11, 13

Hollandicum jus de agris inundatis. 2, 8, 12, 2. circa inſulas, & alveos ſiccatos. 2, 8, 10, 2

Hollandorum jus de exigendis octo nummis in centum, an cum jure divino pugnet. 2, 12, 22

Homicida qualiſcunque impurus habebatur apud Græcos. 3, 4, 5. injuſtus quis. 2, 17, 13. in quantum teneatur occiſi parentibus & uxori & liberis. 2, 17, 13. juſtus eſſe poteſt & tamen peccare in charitatem. *ibid.*

Homicida quid reſtituere teneatur. 2, 17, 13

Homicidas occidere ut liceat, unde ortum habeat. 1, 2, 5, 3

Homo ad quæ jus habeat. 2, 17, 2, 1

Homo homini inſtrumentum. 1, 5, 3. & 3, 6, 9, 1

Homicidas primis temporibus capitis ſupplicio affici Deus prohibuit, & quare. 1, 2, 5

Homicidii voce non quamvis hominis cædem intelligimus. 1, 2, 5

Homini homine non eſt prodige utendum. 2, 24, 10. homo hominem ut adjuvet juris naturalis eſt. 2, 20, 8. an ad hoc quis ita teneatur ut omittere id juſte nequeat. 2, 25, 7. homo hominem ut tueatur juris eſt naturalis. 1, 5, 2. & 2, 25, 6. homines in quibuſdam caſibus jus gentium æquavit rebus. 3, 6, 3. & 3, 6, 12. & 3, 7, 5. Natura omnium hominum intereſt, ut aliis hominibus conſulatur. 3, 19, 9

Hominum reddendorum pactum de vivis intelligendum. 2, 16, 5

Honeſtatis generale præceptum in Euangelio. 1, 2, 8, 4

Honeſtum quid & quotuplex. 1, 2, 1, 4

Honeſtum vel in puncto conſiſtit, vel admittit quandam laxitatem. 1, 2, 1

Honor quid. 2, 1, 10. adverſus honorem quibus modis damnum detur, & in quantum ex eo quiſque teneatur. 2, 17, 22. naturaliter homini ſuum. 2, 17, 2. honoris recuperandi gratia lædere alium an liceat. 2, 1, 10

Honoribus arcentur nocentum liberi. 2, 21, 16

Horatiorum & Curiatiorum duellum an fuerit juſtum. 3, 20, 43

Hoſpites pellere barbarum eſt. 2, 2, 16. *vide* Exules.

Hoſpitii jus federibus iniri ſolet, & quare. 2, 15, 5

Hoſtis eſt qui facit quod placet hoſti. 3, 17, 3

Hoſtis jure gentium externo pro nullo habetur. 3, 10, 1. itaque ex eo in hoſtem omnia licent. 3, 4, 3. an privatim poſſit interfici, & quo jure in territorio alieno & pacato. 3, 4, 8. poteſt jure gentium, ſed civili jure ſæpe impedimentum injicitur. 3, 6, 27

ex Hoſtibus Romani juſte & prudenter faciunt amicos. 3, 15, 3

Hoſtis quid antiquis. 2, 15, 5, 2. & 3, 3, 1, 2

Hoſtis occiſio, indiſtincta quo ſenſu licita. 3, , 2. & 2, 3, 1

Hoſtis an offendi poſſit in ſolo pacato. 3, 4, 8, 2

Hoſti ſubminiſtrans res an pro hoſte habendus. 3, 1, 5, 1, 3

Hoſti mentiri licere qui ſenſerint. 3, 1, 6, 1, 2. & 17, 2

Hoſtem ſpoliare an liceat. *vide* Spoliare. 3, 5, 1. res ad Hoſtem miſſæ quando & quatenus intercipi poſſint. 3, 1, 5, 1. & 3
Hoſtes ſepeliendi. 2, 19, 3, 1. & 2
apud Hoſtes eſſe poſſunt qui non hoſtili ſint animo. 3, 11, 3, 1. & 2
Hoſtes qui. 3, 3, 1, 1. & 2, 15, 5, 2
Hoſtes ſunt & qui pro parte ſummum imperium habent. 3, 3, 4
Hoſtes fiunt etiam qui inæqualiter federati ſunt. *ibid.*
Hoſtium ſubditi, hoſtes. 3, 3, 9. & 3, 4, 6
Hoſtium ſubditi ubique offenduntur jure belli. 3, 4, 8, 1

I.

JAcobus Patriarcha probat jus acquirendi bello. 3, 6, 1, 1
Jacobus fedus init cum Idololatra. 2, 15, 9
Jacobi filii ex ancillis ab ipſo adoptati in jus ſuccedendi. 3, 7, 8, 2
Idem morali æſtimatione cenſetur tantundem. 2, 7, 2
Idem populus cenſetur etiam poſt multos annos. *vide* Populus.
Idola hoſtium evertere aut diruere an liceat iis qui eadem religione tenentur. 3, 5, 2
Idolorum cultores an hoc nomine bello poſſint impugnari. 2, 20, 47. qui puniri poſſint. *ibid.* natura vani eſſe, quo ſenſu dicantur. 2, 12, 26
Idololatras quos morte puniat lex Hebræa. 2, 20, 47, 2, 4
Idololatriæ ſpecies & gradus. 2, 20, 9, 5
Jehu factum quale. 1, 4, 19, 4
Jephthis controverſia cum Ammonitis. 2, 4, 2, 1
Ignoſcere an liceat interdum. 2, 20, 21. an liceat poſita lege pœnali. 2, 20, 24
Ignorantia quæ delictum minuat. 2, 20, 43. & 2, 26, 1
Illicita eximenda verborum univerſalitate. 2, 16, 27, 1
Illicita non obligant. 2, 16, 26. illicitum factum non ſemper caret effectu juris. 2, 11, 9
Illiciti facti promiſſio non valet, & quare. 2, 11, 8. etiam jurata. 2, 13, 6. verba quæ illiciti quid continent, quomodo interpretanda. 2, 16, 26
Illyrii prædari ſoliti, triumphati. 3, 3, 2, 3
in Imaginibus gentiles arbitrabantur habitare aut Dei Spiritum, aut bonos angelos, aut vim aſtrorum. 3, 5, 2
Immemoriale tempus. *vide* Tempus immemoriale. 2, 4, 7
Immunitas rerum ad agriculturam pertinentium. 3, 13, 4, 4
Immunitatis conceſſio quibus caſibus definat, 2, 16, 27
Impediens aliquem a petendo munere quando teneatur. 2, 17, 3
Impendens in rem alienam receptu difficilem ſumptus ſervat. 2, 10, 9
Impenſorum loco juſte retinentur quæ durante bello capta ſunt ab iis qui juſtum bellum geſſerunt. 3, 13, 3
Imperare non ſemper involvit ſubditos. 1, 3, 21. imperandi jus non ſemper ſubditorum arbitrio relinquitur. 1, 3, 8. imperandi & parendi ordo inſervit noſtro bono etiam tum cum patimur injurias ab imperante. 1, 4, 4. Imperantes in univerſum cenſendi quærere tranquillitatem publicam, & quare. *ibid.* an utile eſſet, ut unus aliquis toti mundo imperaret. 2, 22, 13
Imperator Romanus an in ea omnia jus nunc habeat quæ quondam fuere populi Romani. 2, 22, 13. Electio ejus facta a legionibus an per ſe rata fuerit. 2, 9, 11. princeps *federis electus contra Turcam.* 2, 15, 12. Imperatores Romani cur epiſcoporum conſilio uſi ſint. 2, 23, 4
Imperator Romanus an imperium habeat in omnes. 2, 22, 13
Imperator Romanus qua talis, unde jus ſuum habeat, Vicarium ei quis dare poſſit. 2, 9, 11, 4
Imp. Germaniæ qua talis, unde. *vide* Imperium acquiri quatenus poſſit. 3, 15, 1
Imperium in victos accipi recte ad ſui tutelam. 3, 15, 2, 1
Imperium bello acquiritur. 3, 8, 1
Imperium ut in rege imperante alio eſt bello acquiritur. 3, 8, 4, 1, 2
Imperium alienari poteſt a rege conſenſu populi. 2, 6, 3
Imperium Romanum diſtinctum ab Imperio Francorum, & regno Longobardorum. 2, 9, 11, 3. a Germania magna. 2, 9, 11, 1
Imperium & majeſtatem conſervare, quid? 1, 3, 21, 2
Imperium acquiritur non niſi ex conſenſu aut ex pœna. 2, 22, 23. & jure natu-

rali tamen non ultra quam fert debiti modus & periculi neceſſitas. 3, 15, 1. alienari poteſt. 1, 3, 12. & 2, 6, 3. ut alienetur quibus opus ſit. 2, 6, 3. *& ſeq.* & 3, 20, 6, alienari non poteſt ex moribus Germanorum. 1, 3, 13. non amittitur delinquendo, niſi lex id ſtatuat. 2, 1, 9. arcifinium credendum eſt in dubio. 2, 4, 8. in certo eſſe humanæ intereſt ſocietatis. *ibid.* in corpore non eſt diviſibiliter in plura corpora. 2, 6, 6. dari a Deo, utile eſt ut credatur. 1, 3, 8. derelinquitur aliquando, & quare. 2, 4, 8. deſinit derelictione. 2, 9, 1. diſtinguitur interdum a dominio. 2, 3, 4. tale imperium continet jus eminens. 2, 3, 19. dividi poteſt ut pars ſit penes populum, reliqua penes regem. 1, 3, 17. quibus caſibus. 1, 3, 21. a victore in ſecuritatem ſuam. 3, 19, 9. cum dividitur, utrique parti certi fines conſtituendi, qui cognoſci queant. 1, 3, 9. & 1, 3, 17. diviſum an cenſeatur, ſi rex irrita fore permiſerit, in quæ ſenatus non conſentiet. 1, 3, 18

Imperii diviſi exempla. 1, 3, 20. male imperantis an recidat ad populum. *vide* Tyrannus. Imperantis inſtitutum non ſemper eſt tyrannicum. 1, 3, 8. an omne inſtitutum ſit ejus gratia cui imperatur. *ibid.* proprietatis pleno jure poteſt haberi. 1, 3, 11. & quomodo 5. *ſeq.* hocque imperium patrimoniale dicitur. 1, 3, 12. & 3, 8, 2. opponitur ei quod defertur voluntate populi. 1, 13, 13, 14. quod per Regem exercetur non deſinit imperium eſſe populi. 2, 16, 16. quod eſt in rege, ut in capite, in populo manet ut in toto. 2, 9, 8. res pia eſt, etiam cum ab impio tenetur. 1, 2, 7. vi partum ex voluntate, etiam tacita, poteſt jus accipere. 2, 4, 14. victis relinquere æquum. *vide* Victus.

Imperii forma qualiſcunque fingatur, nunquam periculis aut damnis caret. *vide* Status. Materia prima & ſecundaria. 2, 3, 4. onus magnum. 2, 4, 5

Imperium herile, quod ad utilitatem regentis inſtituitur, quo jure haberi poſſit. 3, 8, 2. mixtum idem eſt ac diviſum. 1, 3, 20. vel ſtatus mixtus. 3, 19, 10. & eſt cum ſervitus miſcetur cum perſonali libertate. 3, 8, 3. Summum res eſt nobiliſſima. 2, 4, 12. primum eſt quod producit ſocietas civilis. 2, 9, 3. tantum juri naturali ſubjacet. 2, 4, 12. quibus modis acquiratur. 2, 4, 11. non amittitur ab iis qui acta ſua a minoribus magiſtratibus volunt confirmari. 1, 3, 18. continet jus ut in bona ſic in actiones ſubditorum. 3, 20, 52. & poteſtatem eos judicandi. 2, 25, 8. habetur vel jure temporario, vel uſufructuario, vel proprietatis. 1, 3, 11. habentes in quos bellare poſſint. 1, 4, 1. penes populum an ſemper ſit. 1, 3, 8. an a populo omni conſtituatur. *ibid.* redit ad populum in regnis electivis mortuo rege, in hæreditariis extincta familia. 2, 9, 8. imperii ſummi exempla & teſtimonia per omnes rerumpublic. formas. 1, 3, 8. ſigna quæ. 2, 25, 8. imperii ſummitas diſtinguenda ab habendi plenitudine. 1, 3, 14. & 2, 6, 7. temporarium. 1, 3, 8. uſufructuarium regi invito nequit auferri. 2, 6, 3

Imperii pars non poteſt recedere a corpore niſi in extrema neceſſitate. 2, 6, 5. tunc enim valide imperium alterius in ſe recipit. 3, 20, 5. ſocietatem continentis reverentia æquiparatur vitæ. 1, 2, 5

Imperii termini qui. *vide* Termini. translatio jus dat & poteſtatem obligandi cœtum. 2, 14, 11

Imperii Romani nunc non ſunt omnia quæ olim fuerunt. 2, 22, 13, 2

Imperii ſummi jus tam populo, quam regi longa poſſeſſione acquiritur. 2, 4, 11

Imperii ſubjecta perſonæ & territorium. 2, 3, 4, 1

Imperii pars pignori dari non poteſt. 2, 6, 9

Imperii proprii exempla. 1, 3, 12, 3, 4

Imperii ſummi partitio quomodo fiat. 1, 3, 17, 1, 2

Imperii vox improprie ſumta pro ductu, & pro poſtulato. 1, 3, 21, 8

Imperio partito ſinguli imperantes pro ſua parte jus belli habent. 1, 4, 13

Imperia magna difficulter cuſtodiuntur. 2, 22, 13, 1. & 3, 15, 7, 2

Imperia ſucceſſiva non ſemper ſumma. 1, 3, 10, 5

Imperia non ſumma plene haberi, & in patrimonio eſſe poſſunt. 1, 3, 14

Imperia electiva quædam ſumma. 1, 3, 10, 5

Imperia quædam in patrimonio, & alienabilia. 1, 3, 14

Imperia quomodo intereant ſublato ſubjecto.

jecto. 2, 9, 11
Imperia prophanorum ſponte non ſubeunda. 2, 15, 10, 4
Impietatis auctores jure gentium punibiles. 2, 20, 47, 2, 4. & §. 50, 3. & §. 51, 1
Impium Deus facit ad diem malum, quomodo intelligendum. 2, 20, 4
Impoſſibile dupliciter quid dicitur. 2, 13, 9. ad omnino impoſſibile nemo obligatur. 2, 13, 8
Impoſſibilitas facti promiſſi excuſat, ne pax rumpatur. 3, 20, 37
Inachidarum regnum Argis. 1, 3, 8
Inæqualitas in contractu naturaliter jus dat minus habenti. 2, 12, 8. locum facit reſcindendi aut reformandi contractum jure naturali. 2, 13, 16. non ſi in eum conſenſum eſt, jure gentium, 2, 12, 26. & 2, 13, 16. aut juramentum interceſſerit. 2, 13, 6
Inæqualitas, quæ ineſt contractui, jure gentium non reſarcitur. 2, 12, 26, 1
Incarcerans alterum injuſte ad quid teneatur. 1, 17, 14, 16
in Incendio ædes vicinas quo jure liceat diruere. 2, 2, 6. in Incendio puniendo multorum etiam ſunt ſpectandæ calamitates. 2, 20, 30
Inceſtum jure gentium. 2, 5, 12, 3
Incorporalia cum perſona acquiruntur. 3, 7, 4. & cap. 8, 4, 2
Indefinita pro univerſali quando ſumenda. 2, 16, 12, 1
Indi plures uxores habebant. 2, 5, 9, 4
Indictum bellum principi, ſimul indictum ſubditis & ſociis. 3, 3, 9
Indictio belli. 3, 3, 5. & 6. & 7
Indictio belli utrinque facta. 3, 3, 7, 3
Indictio ſpecialis requiritur, ſi ſocii per ſe, & apud ſe bello impetantur. 3, 3, 10
Indictio belli ad quos reſpiciat. 3, 3, 9. in quem finem inſtituatur. 3, 3, 11. quotuplex. 3, 3, 7, an neceſſaria poſt inducias. 3, 21, 3. ruptis ab altera parte induciis. 3, 2, 11, quando jure naturali aut gentium neceſſaria vel non. 3, 3, 6. an ſtatim poſt indictionem bellum poſſit inferri. 3, 3, 13. an hoſtium ſociis ſeparatim bellum indici debeat, ſi cum iis ſolum bellum inſtituatur. 3, 3, 9
Indigentia naturalis menſura ejus. 3, 3, 10. quod res quæque valere debet. 2, 12, 14
Indirecte licent quædam, quæ directe non licent. 3, 1, 4, 1
Indis illata bella improbantur. 2, 22, 9. quod indicatum & ſufficienter adverſus eum pro vero habetur, qui indicavit. 2, 4, 3
Induciæ quid & unde dictæ. 3, 21, 2. quando incipiant obligare. 3, 21, 5. ad certum finem; & earum effectus. 3, 21, 6. & 13
Induciæ a ducibus dantur. 3, 23, 8
Induciæ per annos centum etiam eſſe poſſunt. 3, 21, 1. dantur interdum rebus tantum, non etiam perſonis, & contra. 2, 21, 10. opponuntur paci. 3, 21, 1. & §. 2. non rumpuntur a privatis, niſi publica auctoritas eis acceſſerit. 3, 21, 12. vim omnem prohibent. 3, 21, 6. induciarum tempus an includat nominatum terminum. 3, 21, 4. induciarum tempore ſi quid convenit idem valet ac quod belli tempore. 3, 21, 1. induciarum tempore non eſt poſtliminium. 3, 9, 8. ultro deficientes ſuſcipere non licet, nec relictos occupare. 3, 21, 8. in induciis quæ perſonis tantum dantur res defendere etiam cum cæde perſonarum licet. 3, 2, 10
Induciarum tempus an veniat ſub belli an pacis nomine. 3, 21, 2
Induciarum tempus quomodo computandum. 3, 21 4
Induciis finitis nova indictione non opus. 3, 21, 3. earum tempore quid liceat. 3, 21, 6, 11. an deficientes & relictos recipere liceat. 3, 21, 8, 1
Induciis elapſis, qui ſine culpa penes hoſtem reperitur an capi poſſit. 3, 21, 9
Induciis ab altera parte ruptis indictione non opus. 3, 11, 11
Inermes per loca munita mittere, quibus tranſitus negari non poteſt, unde tum. 2, 2, 13
Inermibus parcendum. 3, 11, 10
Infans promittendo non obligatur. 2, 11, 5
Infantes occiduntur jure belli, quo ſenſu. 3, 4, 9. quo ſenſu non occidi debeant jure belli. 3, 1, 9
Infantis dominium unde. 2, 3, 6
Infantium promiſſa acceptandi animum jus ſupplet. 2, 11, 14
Infantium dominium quale. 2, 3, 6. & 2, 5, 2, 2
Infantibus parcendum. 3, 11, 9, 1, 2
Infeudatio eſt alienatio. 2, 6, 9
Infeudationes regnorum irritæ ſine conſenſu populi. ibid.

Infor-

# INDEX.


Infortunati in bello qui. *vide* Fatum. 3, 11, 3
Infortunium quid. 3, 11, 4
Infortunium & injuria quo diſtent. 2, 21, 5, 1. & 3, 11, 3, 1
Infortunii & injuriæ diſtinctio. 3, 11, 3, 1, 4
Ingrati non puniuntur. 2, 20, 20, 1, 2
Ingratis pœna alicubi dicta. 2, 25, 3. N. 4
Inhoneſti facti promiſſio an valeat. *vide* Illicitum.
Inimici qui Judæis. 1, 2, 6. inimicis benefaciendum. 2, 20, 10
Inimici ſepeliendi. 2, 19, 3
Injuria quando alteri in perſona alterius facta cenſeatur. 3, 20, 40, 2
Injuria quid. 3, 11, 4. Chriſtiano qualis non repellenda, & an omnis. 1, 2, 5. quæ in perſonam noſtram committitur ſpernenda. 2, 24, 3
Injuriæ vindicta jure naturali illi conceſſa, cui infertur. 1, 4, 2. ſed prohibita eſt lege ſocietatis. *ibid.* & ſummis tantum poteſtatibus inter ſe conceſſa, ita ut hæc libertas nemini temere cenſeatur abdicata. 2, 16, 13 neglecta a ſummo magiſtratu, an licita minoribus. 1, 3, 4. nimia ſi ſit, ſit injuſta. 3, 11, 1
Injuriam non facio cum utor meo jure. 2, 1, 12, facienti non reſiſti, an dicatur univerſaliter. 1, 3, 3. levem judicio perſequi lege euangelica prohibitum. 1, 2, 8, 1, 3, 3. ſubditis factam non oportet trahere ad injuriam magiſtratus, niſi manifeſte hoc appareat. 3, 20, 40
ab Injuria imperantium ſubditos defendere alienos etiam vi & bello utrum liceat. 2, 25, 8. populus populum ab injuria defendere non tenetur, ſi maniſeſtum ſit periculum. 2, 25, 7. qui injuria me affecit & ipſe mihi naturale jus dat adverſus ſe in infinitum. 2, 1, 10
Injuriæ maximæ ſiunt ex cupiditate excellendi. *prol. p.* 23
Injuriæ, culpæ, & infortunii diſcrimen. 3, 11, 4, 1, 5, 6
Injuriæ quædam ferendæ, & quales. 1, 2, 8, 7
Injuſte nemo agit niſi qui ſcit ſe agere. 3, 23, 13. quædam injuſta non ſunt, & tamen cum caritate pugnant. 2, 12, 9. & 2, 12, 16
Injuſtitia, admiſſa communiter, etiam a civitate, non facit ne ſit juſta ſocietas. 3, 3, 2. eo major quo majus alteri damnum infertur. 2, 20, 30. committi poteſt in bello juſto, 3, 11, 1, 1
Injuſtum quid. 1, 1, 3, 1
Injuſti judices, teſtes, accuſatores, ad quid teneantur. 2, 17, 16
Innocens interdum non injuſte occidi poteſt. 2, 1, 4
Innocens civis ut ſe hoſti dedat eum petenti etiam a civitate cogi poteſt. 2, 25, 3
Innocenti inſultans princeps non ideo ſtatim princeps eſſe deſinit. 2, 1, 9
Innocentem an teneamur defendere, & quando. 2, 25, 2. & §. 3, 1
Inobedientia interdum minus malum, adeoque boni vicem obtinet. 2, 26, 4
ob Inopiam publicam peregrini ſemel admiſſi recte expelluntur. 2. 2, 19
in Inopia ſeu defectu cibariorum, quo jure quod quiſque habet conferre cogitur. 2, 2, 6
Inſignia regia non ſemper demonſtrant regiam poteſtatem. 1, 3, 10
Inſignia regiæ poteſtatis conceduntur principibus populi liberi. 1, 3, 10, 3
Inſtitoria actio unde. 2, 11, 13, 12. ex Inſtitoris actu cur teneatur qui eum præpoſuit. 2, 10, 2
Inſtrumenta ruris pignori capi vetita. 3, 12, 4, 4
Inſtrumentum etiam homo eſt & quale. 1, 5, 3
Inſula quomodo diſtinguatur ab alluvione. 2, 8, 14
Inſulæ cujus. 2, 8, 14, 1. & §. 9, 3
in Inſulis vacuis ceſſat judicium. 1, 3, 2
Intentio mala per ſe ad reſtitutionem non obligat. 2, 22, 17, 3
Intereſſe mercatorum an ſit juſtum & quatenus. 2, 12, 22
Internecino bello pax qualiſcunque præferenda. 2, 24, 6. *vide* Bellum.
Interpretatio ea ſumenda eſt, quæ cavet ne actus in vanum recidat. 3, 19, 3. interpretationis menſura quæ ſit. 2, 16, 1. regulæ in conditionibus pacis ſi dubia oriuntur. 3, 20, 21. *& ſequentt.* in pactis inter privatos tempore belli. 3, 23, 12. leges generales interpretatione benigna, ita accipiendæ ſunt, ut caſus ſummæ neceſſitatis excludant. 3, 23, 6. in lege quæ non ex æquitate naturali ſed majoris mali evitandi cauſa lata eſt, ea non eſt ſumenda interpretatio quæ peccato obnoxium faciat actum. 3, 7, 6


Inter-

Digitized by Google

Interpretationis fontes. 2, 16, 1, 1
Interfectio. *vide* Occiſio.
Interim pro interdum. 2, 13, 6
Interpretandi regulæ. 2, 16, 2
Invaſio alieni, ſi de pace rumpenda agatur, cenſetur magna eſſe cupiditas. 3, 20, 40
Invaſor imperii populum obligare nequit. 2, 14, 14
Invaſorem obligant actus ejus imperii. 1, 4, 15. invaſorem bello petere an liceat populo cui cum ſubditis invaſoris fedus eſt, volente vero rege. 2, 16, 18
Invaſorem occidere non licet, ſi ei fides data ſit, aut pactum intervenerit. 1, 4, 6
Invaſor imperii præceptis ſuis quatenus obliget. 1, 4, 15. quomodo poſſit interfici belli jure. 1, 4, 16. & ex lege antecedente. 1, 4, 17. & ex auctoritate jus imperandi habentis. 1, 4, 18. cur extra caſus exceptos interfici a privato non poſſit, 1, 4, 19, 1
qui Invenit rem alienam ad quid teneatur domino. 2, 10, 1. an ſi dominum ignoret rem teneatur dare pauperibus. *vide* Aliena res.
Inventionis titulus locum non habet in his quæ jam poſſidentur. 2, 22, 19
Involuntarium ex voluntario habendum pro voluntario. 2, 17, 18
Inundati agri cujus jure Romano. 2, 8, 8, 10. & 1, 11, 1
Inundationis duæ ſpecies. 2, 8, 8
Inundatione dominium naturaliter non amittitur. 2, 8, 10, 1
Inundatus ager quando derelictus habeatur. 2, 8, 10, 3
Joannis Baptiſtæ & Chriſti doctrina quatenus eadem. 1, 2, 7, 5
Joca. 3, 1, 17
Joſephus judæus in legis expoſitione Romanis blanditur. 3, 5, 1, 6
Joſephi Patriarchæ dolus. 3, 1, 15, 2. monopolium. 2, 12, 16
Ira quid. 2, 20, 5, 1. & 3, 11, 4, 2
Ira in Deo quatenus. 2, 13, 1, 3
Ira homini cum beſtiis communis. 2, 20, 5. quod ex ira committitur magis excuſabile quam quod ex voluptate. 2, 20, 31
Iracundi ſunt in quibus bilis prævalet. 2, 20, 31
Iracundiam accendit recens necdum ſedatus dolor. *ibid.*
Irregularitas ex bello. 2, 24, 10
Irreligioſi etiam in falſos Deos juſte puniuntur, bello impugnantur. 2, 20, 51
Irriti actus quinam jure naturæ. 2, 5, 10, 1
Irriti actus a lege civili non ſiunt, niſi eorum qui ſubſunt. 2, 5, 14, 2, 3
Irritum facere diverſum eſt a prohibere. 2, 5, 16. quæ actum irritum faciunt odioſa ſunt. 2, 16, 10. irritum facere quid rex antecedenter poteſt non etiam conſequenter. 2. 14, 3. ut quod conſequenter irritum reddatur, quid requiratur. *ibid.*
Iter res eſt. 1, 3, 11
Itus quomodo reditum comprehendat. 3, 21, 16
qui Jubet tenetur de damno facto ab eo quem juſſit. 2, 17, 6. & 2, 21, 1. id quod jubet an id quod promittit in dubio præferendum. 2, 16, 29
Judæi. *vide* Hebræi.
Judæorum opinio de neceſſitate reſtitutionis. 3, 10, 3
Judex quaſi pater. 2, 20, 2, 1
Judex juſte judicaſſe dicitur dupliciter, aut cum judicaverit ut decet, aut cum ex animi ſententia. 2, 23, 13. ubi expectari non poteſt ſine certo periculo aut damno, ceſſare judicium intelligitur. 1, 3, 2. idem intelligitur, ubi rejicit *judicium.* *ibid.*
Judicandi libertas homini ab homine quomodo debeatur. 3, 1, 11, 1
Judicare an poſſit de regni ſucceſſione, ſive rex, ſive populus. 2, 7, 27
Judicia in ſubditos cuique poteſtati. 2, 25, 8
Judices cur electi qui eſſent prudentiſſimi. 2, 20, 9. plures ad vindicationem mali quare inſtituti. 2, 20, 8
Judicis auctoritas non idem valet in exteros quod in ſubditos. 3, 2, 4
Judicium zeli. 2, 20, 9. 5
Judicium reſpicit meritum perſonarum non jus promiſcum. 3, 4, 8. activum. 2, 23, 3. & 2, 26, 4. animi ad quid homini datum. 2, 23, 2. nunquam acquieſcit in medio ſed alterum eligit. 2, 23, 3. capitale ex dilectione innocentium natum. 1, 2, 8. coactivum humanum. 3, 7, 6. & 3, 10, 1. dicitur jus quoad effectus quoſdam. *vide* infra. Commune populi, ſinguli ad ſe rapere non debent. 1, 4, 19. maxime in re controverſa ubi poſſeſſionem ſequi debent. 1, 4, 20. Contemplativum. 2, 26, 4. injuſtum, nec rem, nec rei æſtimationem immu-

Digitized by Google

immutat. 2. 1, 10. qui injuſto judicio damnum dedit, in quantum teneatur. 2, 17, 16
Judicii ceſſatio momentanea aut continua. 1, 3, 2, 1
Judicii ceſſatio jure aut facto. *ibid.*
Judicia criminalia quare inſtituta. 2, 20, 14, 15
Judicia capitalia an permiſſa Chriſtianis, non ſunt affectanda. 2, 20, 14. & 16
Judicia apud Hebræos quædam regiæ poteſtati exempta. 1, 3, 20, 2
Judicia periculoſa. 2, 20, 16. publica non a natura ſed a facto. 1, 3, 1
Jurans non daturum ſe, poteſt repetitionem erepti omittere. 2, 13, 5
Jurans prædoni datum non recte repetit. 2, 13, 15, 3
Jurans redire ad hoſtem, ſi clam redeat non ſatisfacit. 2, 13, 15, 3
Jurans tenetur ex animo jurare, & re implere quod juravit. 2, 13, 2. & 1, 13, 2
Jurans quando Deo tantum obligetur, quando & homini. 2, 13, 14
Jurans non tenetur, ſi is cui juratum eſt eum liberet. 2, 13, 18
Jurans implere debet contractum cui ineſt inæqualitas. 2, 13, 16, 2
Jurantis verba quomodo accipienda. 2, 13, 2. & 3, 1, 2
Jurare volens obligatur, etſi obligare ſe nolit. 2, 13, 2
Jurans deliberato animo ſe non obligandi, tamen obligatur. 2, 13, 3
Juravit Paulus. 2, 3, 21, 1
Juramentum per ſceptrum, ſalutem, & ſimilia. 2, 13, 11, 1
Juramentum per ſalutem Principis, & majeſtatem Imperatoris. 2, 13, 11, 2
Juramentum per Deos falſos an obliget. 2, 13, 12, 1
Juramentum piratæ aut tyranno præſtitum obligat. 2, 13, 15, 2. & 3, 19, 2, 1
Juramentum metu extortum obligat: & quatenus. 2, 13, 14
Juramentum militare Romanorum militum. 1, 2, 10, 4. & 2, 13, 11, 2
Juramentum de præda non intervertenda. 3, 6, 21, 3
Juramentum perjuro datum an obliget. 2, 13, 16, 1
Juramentum per res creatas an licitum, & quo ſenſu. 2, 13, 11, 1. & §. 12
Juramentum de re impoſſibili nihil operatur. 2, 13, 8. de re pro tempore impoſſibili quid operetur. 2, 13, 9
Juramentum impediens majus bonum morale non valet. 2, 13, 7, 1
Juramentum violatum. *vide* Perjurium. 2, 13, 1, 2
Juramentum quomodo ex lege actui invalido validitatem conferat. 2, 13, 20, 4
Juramentum de re illicita non valet. 2, 13, 6
Juramentum non extendendum ultra conſuetam ſignificationem. 2, 13, 5
Juramentum regis irritum eſſe poteſt ob actum ipſius præcedentem. 2, 14, 3
Juramentum dolo elicitum quam vim habeat. 2, 13, 4, 1
Juramentum non intelligendum ſub conditione tacita. 2, 13, 33
Juramentum a priſcis ſic non concipiebatur, ut expreſſe per Deum jurarent. 2, 13, 11. per cœlum, terram & ſimilia an Chriſtiano licitum. *ibid.* per falſos Deos a Chriſtiano licite fieri contendit Duarenus. 2, 13, 22. ab incredulo per falſos Deos conceptum an quis debeat accipere. 2, 13, 12. diſſolvi an queat lege humana. 2, 13, 20. an ſuperiorum actu. *ibid.* cum ab eccleſia diſſolvitur, quomodo defendatur. *ibid.* in quibus caſibus actus contra juramentum valeat. 2, 13, 19. exceptiones omnes excludit quæ ex inæqualitate rei actum reſcindunt. 2, 13, 16. aut ex perſona ejus qua cum agimus peti poſſunt. 2, 13, 14. & 2, 14, 3. & 3, 1, 19. omne quibuſdam improbatur. 2, 13, 21. an improbetur lege euangelica. 1, 2, 9. irritum reddi poteſt, antecedenter a privato & rege. 2, 14, 3. conſequenter vero non niſi reſpectu ſuperioris. 2, 13, 20. & 2, 14, 3. omne obligat naturaliter eum, qui jurat. 2, 13, 2. etſi is qui jurat ſe non velit obligari. *ibid.* aut jus non det ei cui juratur. 2, 13, 15. & 2, 14, 3. ſi quis non putans ſe jurare verba protulit jurantia non obligatur. 2, 13, 2. regem non obligat ex ſententia Bodini. 2, 14, 1, ſed falſa. 2, 14, 3. non obligat, cum impedit majus bonum morale. 2, 13, 7. repeti quotannis ſolet, ne mutatione perſonarum vis ejus intercidat. 3, 19, 8. ſervandum prædoni. 3, 23, 2. qui prædoni non ſervat, pœnam apud alias gentes non meretur, & quare. 3, 19, 5. juſte prædoni non ſervari ſtatuit Cicero. 2, 13, 15. vim ſuam amittit mutata qualitate, cujus reſpectu

reſpectu quis juravit. 2, 13, 18. duplex, aſſertivum & promiſſivum. 3, 1, 19. *adde*, promiſſio jurata non eſt fundamentum federum. 2, 16, 16
Juramenti forma. 2, 13, 10
Juramenti effectus. 2, 13, 13. *& ſeqq.*
Juramenti efficacia quatenus pendeat a ſuperiore. 2, 13, 20
Juramenti vis & interpretatio. 2, 13, 1, 2, 3. & lib. 3. cap. 1. §. 19
Juramenti violati pœna ad poſteros manet. 2, 13, 1, 2
Juramenti obligatio ex animo deliberato. 2, 13, 3, 1
Juramento promiſſum non poteſt retineri ob peccatum alterius antecedens. 2, 13, 20, 3. & 3, 19, 3, 1
Juramento convenit maxima ſimplicitas. 2, 13, 4, 1
Juramento teſtis & ultor Deus. 2, 13, 10. abſolutio a juramento unde vim habeat. 2, 13, 20, 2. circa juramenta quid poſſunt ſuperiores. 2, 13, 20, 1, 4
Juramento promiſſum compenſari non poteſt cum eo quod ante erat controverſum. 2, 13, 20, 3. & 3, 19, 19, 1, 2
Juramento fallere viros ut talis pueros. 3, 1, 19. in jurejurando negotium cum Deo eſt. 2, 13, 15. an ex jurejurando hæredes etiam obligentur. 2, 13, 17. promiſſum non poteſt retineri ob peccatum alterius antecedens. *vide* Promiſſio jurata.
leges Romanæ circa Juramenta quid ſtatuant. 2, 13, 20, 4
Juramenta a Chriſto quæ prohibita. 2, 13, 21
Juramenta regum. 2, 13, 19. & 2, 14, 3
Jura acquiri an poſſint bello ſolenni. 3, 8, 4. *adde* Capere. acquiri nequeunt, quæ ſunt inalienabilia. 3, 7, 4. introducta ſunt natura exigente & neceſſitate. 3, 2, 2. multa ſunt, quæ tantum exterius judicium ſpectant, animo autem religionis vinculum non injiciunt. 3, 7, 6
Jurare liquido quid. 2, 13, 3
Juratum pactum fortius non jurato. 2, 16, 29, 2
Juriſdictiones ſumma inferiores concedi jure hæreditario poſſunt populi conſenſu. 2, 6, 10
Juris naturæ dictata alia magis, alia minus manifeſta. 2, 20, 43, 1
Juri naturæ non repugnant quædam quæ vetita ſunt lege divina. 2, 20, 42
Jure gentium bona ſubditorum obligantur ex facto ſuperiorum. 3, 2, 2, 1, 2
Juris gentium dicuntur multa, quæ communia ſunt populis ſine mutua obligatione. 2, 3, 3, 1. & 3, 1, 8, 2
Juris derelicti ſigna ex factis & non factis. 2, 4, 4, 1. & §. 5, 1
Jura quædam ad ſummum imperium pertinent ſeparabiliter aut communicabiliter. 2, 4, 13, 1
Juris naturæ quædam ſunt quæ non ubique obſervantur. 2, 5, 12, 3
Juris gentium multa improprie dicuntur. 2, 8, 1, 2
Juris quæſiti jure naturali ab jure civili diſtinctio repudianda. 2, 14, 8
Juris capax non eſt niſi naturæ præceptis utens generalibus. 1, 1, 11. conſultis Rom. parum credendum in deciſione juris publici. *vide* Gentium 3, 6, 8. dictio non eſt niſi apud ſuperiorem. 2, 7, 27. effectus interni, *proleg. pag.* 11. executio in magna communitate difficilis. 2, 20, 4. nemo plus juris in alium transferre poteſt quam ipſe habet. 3, 16, 1
Juris etiam alieni quis vindex naturaliter. 1, 5, 2. & 2, 25, 1
Juris fecialis origo. 3, 4, 1, 1
Juris externi *efficacia qualis.* 3, 7, 7
Juris ignorantia aut excuſabilis, aut inexcuſabilis. 3, 11, 4, 5
Jura quædam realia quo ſenſu dicantur. 1, 1, 4
Juris ſocietas aliqua cum prædone. 2, 13, 2, 3. & 3, 19, 2, 3. & 3, 3, 2, 1
Jurisjurandi effectus eſt præcidere controverſias. 2, 13, 13. forma ſemper eadem, & qualis. 2, 13, 10. fundamentum quod. 2, 20, 45. obligatio perſonam tantum obſtringere poteſt, promiſſio etiam ipſum hæredem. 2, 16, 16. verba quomodo intelligenda. 2, 13, 5
Jusjurandum. *vide* Juramentum.
Jusjurandum a civitate factum & repetitum. 3, 19, 8, 1
Jus pro eo quod juſtum eſt. 1, 1, 3, 1
Jus pro qualitate ſumtum, quid ſit. 1, 1, 4, 1
Jus pro lege. 1, 1, 9, 1
Jus pro lege ad aliarum a juſtitia virtutum materiam pertinet. 1, 1, 9, 1
Jus naturale. 1, 1, 10, 1. quid, & quomodo differat a divino voluntario. 1, 1, 15, 1



Digitized by Google

Jus voluntarium, τὸ ἐν τάξει. 1, 1, 9, 2
Jus naturale a Deo immutabile, & quare. 1, 1, 10, 5. eſt aliquid conſequens actum humanum. 1, 1, 10, 4. ſumitur aliquando pro eo quod eſt honeſtum. 1, 1, 10, 3. videtur mutari propter materiæ mutationem. 1, 1, 10, 6. eſſe aliquid juris naturalis probatur a priori & a poſteriori, quomodo. 1, 1, 12, 1. juris naturalis reductivæ quæ ſint. 1, 1, 10, 3. ejus juris permiſſive tantum quæ ſunt, & præcipi, & vetari à Deo poſſunt. 1, 2, 5, 1
Jus naturæ pro certo ſtatu. 1, 1, 10, 7
Jus naturæ & gentium quomodo a Romanis juriſconſultis ſumatur, & an recte. 1, 1, 11
Jus rectorium & æquatorium. 1, 1, 3
Jus non eſt in brutis animantibus, de illis improprie quo ſenſu dicatur. 1, 1, 11, 1
Jus voluntarium humanum, vel divinum. 1, 1, 13
Jus voluntarium humanum civile, civili latius, civili arctius. 1, 1, 14, 1
Jus voluntarium divinum. 1, 1, 13. aut eſt unius populi, aut omnium. 1, 1, 15, 12
Jus voluntarium divinum omnibus populis commune triplex. 1, 1, 15, 2
Jus gladii quid in ſacris & prophanis literis. 1, 2, 7, 2
Jus divinum Hebraicum alios populos non obligat. 1, 2, 16, 1, 2
Jus Hebræum quoad nos abrogatum non recte dicitur. 1, 1, 16, 7. quem uſum nunc habeat, & quem in permiſſis. 1, 1, 17, 1, 3. nihil continet juri naturæ contrarium. 1, 1, 17, 2
Jus gentium quid: & quomodo probatur. 1, 1, 14, 1. non eſt commune omnibus populis. 1, 1, 17, 1
Jus, & uſus juris diſtinguenda. 1, 3, 24
Jus ſupereminens regis, aut civitatis, an liberet a fide ſubditis data. 3, 19, 7
Jus gentium externum vetus. 3, 1, 18, 1. & 5. 19, 1
Jus externum quale. 1, 3, 2, 2. & lib. 3, 10, 1, 3
Jus pro jure externo. 3, 4, 2, 2
Jus regum & populorum quando pace remiſſum cenſeatur 3, 20, 15
Jus gentium circa inæqualitatem in contractibus. 2, 12, 26, 1
Jus internum ab externo diſtinctum. 2, 12, 11, 2. & 3, 7, 6, 1, 3. & cap. 10, 1, 3. & 5. 3, 1
Jus exterorum ſupereminenti dominio non ſubeſt. 2, 14, 7, 8
Jus naturæ moribus obliteratur. 1, 2, 7, 1. & 2, 15, 5, 1
Jus gentium de bello captis. 3, 6, 2, 1, 4
Jus pignoris, retentionis, ſervitutis an bello acquiratur, & quomodo. 3, 6, 26, 1
Jus captivitatis etiam injuria dicitur. 3, 7, 6, 4
Jus gentium vetat permiſſa jure naturæ, & permittit vetita. 3, 4, 15, 1
Jus gentium apud populos quoſdam. 3, 4, 19, 1
Jus gentium improprie quod multi populi uſurpant ſine mutua obligatione. 3, 1, 8. 2. & 2, 3, 5, 1
Jus ſæpe remittendum ut bellum vitetur. 2, 24, 1, 1: 2, 1, 3: 4, 1
Jus luendi pignoris an tempore amittatur. 2, 4, 15. & 3. 20, 6
Jus hoſpitii. *vide* Hoſpitii jus. humanum conſtituere quod præter, non contra naturam poteſt. 2, 3, 6. non obligat in ſumma neceſſitate. 2, 18, 4. *vide* Neceſſitas.
Jus Mundiburgii. 1, 3, 21. in *prolegomenis*.
Jus neceſſitatis. 2, 2, 10. perſonale. 1, 1, 3. in perſonam ex quibus rebus. 2, 5, 8. numeratur inter res. 2, 10, 1. præcipui acquiri poteſt cum hæreditate, etiam cum bonorum hæreditas non aditur. 2, 7, 19
Jus prehenſionis non directe inter ſocios. 1, 3, 21
Jus precarii. 1, 3, 12. & 2, 21, 11. jus protectionis. 1, 3, 21
Jus quo ſenſu dicatur id quod placet validiori. *proleg. pag.* 12. dicere ſibi ipſi vetitum. 2, 7, 2. aliquando dicitur id quod fit impune. 3, 11, 18. ſed improprie. 2, 5, 18. aliquando id quod eſt injuſtum. 1, 4, 3. dictum in latiſſimo ſignificatu quid. *vide* Jus ſtrictum diſtinctum a juſtitia. 3, 10, 1. exteris quamdiu datur manet civitas. *vide* Lex. non ex eo metiendum quod eſt optimum, ſed ex voluntate ejus unde oritur. 1, 3, 3. & 1, 3, 17. opponitur armis. *proleg. pag.* 3. juſtitiæ. 3, 4, 2
Jus ortum a Jove cur dicatur. *proleg. pag.* 9. an metu injuriæ accipiendæ ſit ſancitum. *proleg. pag* 12. an utilitatis tantum gratia, quod Carneades putavit. *proleg. pag.* 4. ſubditis quæſitum an rex auferre



Digitized by Google

auferre poſſit. 2, 14, 7. quæſitum in regem per promiſſionem & ſimilia, quo caſu juſte ipſis auferatur. 2, 14, 8. legitimo modo partum ne cui auferatur ſine cauſa, juris naturalis eſt. *ibid.* cur in populo aut rectore ejus inſuper quidam habeant. *proleg.pag.* 13

Jus advocatiæ. 1, 3, 21

Jus belli pro eo quod naturaliter æquum eſt, & conſuetum a mitius viventibus. 3, 11, 13. & 3, 11, 15. pro eo quod fit impune, per ſe tamen non omni culpa caret. 3, 4, 5. eſt inter diverſos populos non ejuſdem civitatis membra. 3, 20, 8. ſpectatur non tantum ex principio, ſed & ex cauſis ſubnaſcentibus. 3, 1, 3. certum moraliter quid dicatur. 2, 7, 2. civile quid. 1, 1, 14. favet his, qui parere neceſſe habent, ſed non iis quæ atrocitatem habent facinoris. 2, 26, 3. oritur vel ex obligatione vel ex conſenſu. *proleg. pag.* 11. ad quos non pertineat. 1, 1, 1. aliud quod inter ejuſdem tantum populi partes valeat. 2, 13, 16. aliud quod civile dicitur plurimarum gentium. 1, 1, 14. & 2, 3, 5. & 2, 8, 1. hoc improprie etiam jus gentium vocatur. *vide* Jus gentium; mutari poteſt. 2, 8, 1. etiam a ſingulis. 2, 3, 5. jus quæſitum ex lege civili non magis, quam quod ex jure naturali, ſine cauſa alicui auferri poteſt. 2, 14, 8. commercii. *vide* Commercii jus ex conſenſu in perſonam unde. 2, 5, 8

Jus divinum duplex. 1, 1, 15. quomodo differat a naturali. 1, 1, 10. unde ortum, & cur homo ei ſubditus. *prolegom. pag.* 10. perfectius alio nomine lex euangelica vocatur. 1, 3, 3. eo omnes gentes tenentur. 1, 1, 15. & omnes reges. 1, 3, 10. quoad effectus quoſdam 3, 7, 6. eminens. 2, 3, 19. externum. 3, 18, 1, 2. quod quaſi ex fidejuſſione pro civitate. 3, 13, 1. non tam late patet quam id quod ex delicto. 3, 14, 2

Jus gentium quid. 1, 1, 4. unde. *prolegomena pag.* 11. aliud naturale, aliud voluntarium. 1, 2, 4. & 2, 8, 1. & 2, 12, 26. & 3, 1, 8. proprie dicitur, quod habet vim pacti inter gentes, & quod pertinet ad ſocietatem. 2, 8, 1. minus proprie dicitur quod multis quidem commune eſt, non tamen humanæ ſocietatis vinculum conſtituit. 2, 8, 26. dicitur jus civile plurimarum gentium. *ibid.* jus gentium dicitur id quod ſingulis gentibus placuit, ſine mutua obligatione, & quod mutuam obligationem continet. 3, 1, 8. unde probatur. *prolegomena pag.* 22. qui violat jus divinum, violare cur dicatur. 2, 20, 44. puniri poteſt a quovis rege aut magiſtratu 2, 20, 40. & 2, 21, 3. etiamſi deditus ſit aut captivus. 3, 11, 6

Jus naturale an ſit aliquod. *prolegom. pag.* 5. quid ſit. 1, 1, 10. & 2, 20, 5. unde ſit. *prolegom. pag.* 7. non confundendum cum jure civili plurimarum gentium. 2, 10, 41. quæ ei ſint contraria. *Proleg. pag.* 8, 9. dicitur aliquando conſuetudo cui ratio naturalis ineſt. 3, 7, 5. dicitur & divinum, quo ſenſu. 1, 1, 10. & 1, 1, 15. quomodo a jure gentium diſtinguatur. *proleg. pag.* 22. non omnia irrita facit quæ ei repugnant. 2, 5, 10. quando irritum quid reddat. *ibid.* minui poteſt a Deo per leges. 2, 1, 10. imo contrarium quid poni. 1, 2, 5. mutari nequit, res tamen mutantur. 1, 1, 10. obliteratum quaſi ex parte apud multos populos. 3, 2, 2. obligat omnes reges. 1, 3, 16. contractus innominatos a nominatis non diſtinguit. 2, 12, 3. religionis diſcrimen ignorat 2, 15, 8. *aliud novum eſt, aliud ſequitur* introductum dominium. 2, 8, 1. hoc antecedit legem civilem. *ibid.* de iis agit quæ voluntatis humanæ actum conſequuntur. 1, 1, 10. qui jus naturale immaniter violat a quovis rege aut eo qui par jus habet puniri poteſt. 2, 20, 40. naturaliter etiam a quovis homine. 3, 19, 3. juris naturalis communionem habent omnes homines, etiam tyranni & piratæ. 3, 19, 2 aliquod eſſe unde concludatur. 1, 1, 12. quædam manifeſta, quædam minus ſunt. 2, 20, 45. quædam juris naturalis præcipientis. 2, 3, 5. quod requirit non tantum id quod dictat juſtitia expletrix, ſed & quod aliæ virtutes. 2, 1, 9. quædam permittentis, id eſt ea quæ ſocietas humana proprie non requirit. 2, 3, 5. an quæ hujus juris ſunt etiam a Deo permittantur, qui ipſa eſt natura. 2, 1, 10. conſenſu communi aut jure gentium poſſunt impediri. 2, 3, 10. lege etiam civili. 2, 3, 5. quædam proprie ſunt, quædam reductive. 1, 1, 10. principium eſt facultas moralis, cum ſufficiente voluntate. 2, 5, 10. quæ juris naturalis non

Digitized by Google

non ſint, tamen ſervari iis in locis ubi obtinent, naturale eſt 2, 11, 5. jure naturali ut quid ſit illicitum, ſatis eſt, ſi repugnat non naturæ in genere, ſed humanæ. 2, 5, 12. de jure naturali cum quæritur, hoc agitur an quid fieri poſſit non injuſte. 1, 1, 3. & 1, 2, 1

Jus ſcriptum, non ſcriptum. *Proleg. pag.* 12

Jus ſtrictum uſurpare non licet, niſi multo majus ſit bonum quo tendit noſtra actio, quam malum, quod in omne futurum metuitur. 3, 1, 4. ſui remiſſio refertur inter odioſa. 2, 16, 12. in ejus juris remiſſione quomodo intelligenda remittentis verba. *ibid.* juris ſui naturaliter quiſque vindex. 1, 5, 1. imo & alieni. 1, 5, 2. & 2, 25, 1. Temporarii effectus tamen ſunt temporarii. 2, 6, 10. vitæ & necis alteri in ſe dare, ſolo conſenſu nemo poteſt. 3, 11, 18. in cives neminem Chriſtianum decet magno conanime deſiderare. 2, 20, 16. capitale quatenus lex civilis habere dicatur. 2, 1, 14. in ſervos unde videtur originem ducere. 3, 4, 10. interna juſtitia dominus non habet. 2, 5, 28. & 3, 14, 2. niſi aliquo caſu, & in quantum ei exercere liceat. 3, 14, 3. voluntarium duplex eſt, humanum vel divinum. 1, 1, 13. utilitatis innoxiæ. 2, 2, 14

Jus publicum circa quæ verſetur. *prol. pag.* 2. ſociorum. 1, 1, 3. in rem. 2, 5, 1. originarie ex tribus cauſis. *ibid.* Rhadamanteum. 2, 20, 1. Romanorum in ſocios quale. 1, 3, 21

Juſtiniani conſilium de Samaritanis & Judæis vi ad religionem Chriſtianam adigendis improbatur. 2, 20, 48

Juſtitia expletrix. 1, 1, 8, 1

Juſtitia attributrix. *διανεμητική.* *ibid.*

Juſtitia attributrix an tantum circa res communes, expletrix circa res ſingulorum verſetur. 1, 1, 8, 2

Juſtitia definita ab Hierace exactio pœnæ. 2, 20, 1. a Pythagoricis dicta, τὸ ἀντιπεπονθός. 2, 20, 32. exercenda ſolo metu pœnæ, ſecundum Epicurum, & quare. 2, 20, 44. In piratarum cœtu exercita an cœtum eum civitatem conſtituat. 3, 3, 2. hominis virtus eſt, qua eſt homo. 2, 26, 4. in medio non conſiſtit, ut putavit Ariſtoteles. *Prol. pag.* 24. pudoris comes eſt. 3, 10, 1. vim præcipue in bellis magnam habet. *prolg. pag.* 26

Juſtitia adſignatrix aptitudinem ſpectat. 2, 17, 2. & 2, 20, 2. *vide* Aptitudo. an locum toties habeat quoties proportione Geometrica ſit opus. 1, 1, 8. hoc eſt quotiens inter terminos plures duobus æqualitas conſtituitur. 2, 20, 2. ſpectat, ut alteri quid accedat. 2, 20, 2

Juſtitia gubernatrix. 2, 20, 24. & 2, 20, 27. obligat imperantem ad curam pro inferioribus. 2, 24, 7

Juſtum aliud eſt ex æquo inter ſe viventium, aliud ejus qui regit & regitur, qua tales ſunt. 1, 1, 3

Juſtum, id eſt, ſolemne. 1, 3, 4, 1. & 3, 3, 1, 1

## L.

LAbor injunctus an ſit pœna. *vide* Pœna.

Lacedæmone nepos ex filio majore filio minori natu in regno prælatus. 2, 7, 30, 3

Lacedæmone filius rege patre natus præferebatur ante nato. 2, 7, 29

Lacedæmonii dolum in bello pluris quam vim faciebant. 3, 1, 6, 2

Lacedæmoniorum mos de agris captis. 3, 6, 11, 2

Laconum jus in Meſſenam. 2, 4, 2, 1

*Λάφυρα.* 3, 6, 24, 4

Lamech homicidii impunitatem ſibi perſuadet. 1, 2, 5

Laniſtæ ſacra cœna olim prohibiti. 1, 2, 9. *Annot.*

Latrocinari olim licitum, & quare. 2, 15, 5. apud Germanos & Græcos ſine infamia fuit. 3, 3, 2. ex latrociniis tenentur magiſtratus, ſi ea remedia neglexerit adhibere quæ poterat. 2, 17, 20

Latroni fides ſervata. 3, 19, 2, 2

Latrones jus legationis non habent. 2, 18, 2, 3

Latrones qui. 3, 3, 1. civitatem non faciunt. *vide* Piratæ. qui ita invaluere, ut formidabiles ſe fecerint, recte recipi ac defendi a quovis poſſunt, quoad pœnam. 2, 21, 5. ſiquid prædando cepere, ejus domini non fiunt. 3, 3, 2. publici qui. 2, 1, 1. reſtituere non tenentur quod vi aut metu expreſſerunt, ſi jusjurandum intercesſerit. 2, 17, 19. ſocietates legitimæ fieri poſſunt. 3, 3, 3. qui laudas tenetur damni dati & quo-



Digitized by Google

quomodo. 2, 17, 7 & 2, 21, 1
Legatio apud inimicos præſidium habet juris gent. 2, 18, 6
Legationes aſſiduæ rejici poſſunt. 2, 18, 3, 2
Legationes jus quid contineat. 2, 18, 3. eſt inter eundem populum in bellis civilibus. 2, 18, 8. cur inſtitutum. 2, 18, 4. introductum a jure gent. voluntario. 2, 18, 1
Legatus municipalis non regitur jure gentium ſed civili. 2, 18, 2. a pignorationibus ſubditorum pro civitate excipitur. 3, 2, 7. provincialis non regitur jure gentium ſed civili. 2, 18, 2. puniri an poſſit ex omnibus cauſis quæ ſunt contra jus gentium. 2, 18, 4. an ſi quid commiſerit contra ſtatum Reipub, *ibid.* ex nulla etiam neceſſaria cauſa puniri poteſt ab eo, ad quem mittitur. 2, 18, 4. ſed per eum a quo mittitur pœna exigi aut bello peti. *ibid.* rationem reddere factorum ſuorum nemini cogitur niſi a quo mittitur. *ibid.* a ſubditorum numero excipitur jure gentium. 3, 2, 7
Legatus an juriſdictionem habeat 2, 18, 8, 2
Legatus, ſi quid debeat, quomodo compellandus. 2. 18, 9
Legati mittentem obligant etiam contra arcana mandata. 2, 11, 12
Legatus quando ſponte domum redire poſſit. 2, 16, 25, 2
Legati qui jure gentium utantur. 2, 18, 2, 1
Legati in bellis civilibus quo jure ſint. 2, 18, 2, 3
Legati an admittendi. 2, 18, 3, 1
Legati ob quas cauſas poſſint non recipi. 2, 18, 3, 1
Legati quo caſu mutabiles. 2, 18, 3, 2
Legati referunt perſonam mittentis 2, 18, 4, 5
Legati jure civili loci ubi ſunt non tenentur. 2, 18, 4, 5
Legati habentur quaſi eſſent extra territorium. *ibid.*
Legati delictum per quem puniendum. 2, 18, 4, 5, 7
Legati per modum defenſionis occidi aut repelli poſſunt. 2, 18, 4, 7
Legati an ſubjaceant juri talionis. 2, 18, 7, 1
Legati domus an pro aſylo. 1, 18, 8, 2
Legati capacitas jus quoddam eſt, quod qui impedit damni dati tenetur. 2, 17, 3
Legata integra ſolvere, ſine detractione falcidiæ naturaliter quemque obligari, quo ſenſu dicatur. 2, 14, 6
Legatorum violatio durante bello compenſari poteſt. 3, 19, 19. lex de legatis non violandis pertinet ad legati perſonam, etiamſi is qui miſit pœnam meruerit. 2, 18, 7. populus quod per legatos partium integrantium fecit, ipſe feciſſe intelligitur. 2, 5, 9
Legatorum jus. 2, 18, 1, 1. & 5, 3, 1
Legatorum jus an valeat apud eos ad quos non mittuntur. 2, 18, 5
Legatorum jus valet in bello. 2, 18, 5
Legatorum comites an inviolabiles. 2, 18, 8, 1
Legatorum bona an poſſint pro debito capi. 2, 18, 9
ob Legatos violatos bella. 2, 18, 11
Lex quid. 1, 1, 9, 1, 2
Lex Moſis dupliciter ſumitur. 1, 2, 6, 4
Lex Moſis judiciaria quando & quomodo ſublata. 1, 2, 8, 7
Lex Moſis. *vide* Jus Hebræum.
Lex Moſis non habet prius & poſterius. 2, 5, 13, 5
Lex non ſemper irritum facit quod vetat. 2, 5, 16, 13, 4
Lex imperfecta Ulpiano quæ. 2, 5, 16, 1
Lex de ſabbato & de decimis quomodo ad Chriſtianos pertineat. 1, 1, 17, 5
Lex idem poteſt quod conſenſus expreſſus. 3, 13, 1, 2
Lex in præſumptione facti non exiſtentis fundata, an obliget. 2, 11, 6, 2
Lex Romana de læſis ultra dimidium pretii. 2, 12, 12, 2
Lex occidi aliquem permittens an conſcientiam liberet, & quando. 2, 1, 14, 1
Lex, quæ feras, piſces, aves regi addicit, non injuſta. 2, 3, 5
Lex juſta quæ vetat quod jure naturæ licet. *ibid.*
Lex de uſucapione an pertineat ad ſummum imperium, aut ejus partes. 2, 4, 12, 1
Lex dicitur commune pactum populi. 2, 11, 1. & quo ſenſu. 3, 13, 1. quo ſenſu dicatur regina divinarum humanarumque rerum. 2, 20, 44. eſt in civitate ut mens in corpore, qua ſublata interit. 3, 3, 2. facit ut quod per ſe laudabile tantum eſt incipiat deberi. 1, 2, 1. in-

qu

quæ quomodo tollat. 2, 12, 12. obligat, & ad quid. 1, 1, 9. ſic obligat ut inde jus ſuum cuique oriatur. 2, 17, 2. ut obliget extra jus naturæ venit ex voluntate ferentis eam. 1, 1, 15. utquem obliget, quid requiratur. 2, 4, 12. obligat, etiamſi cauſa particulariter ceſſet. 2, 20, 27. legis autorem ut partem civitatis. 2, 4, 12. & 2, 20, 24. principem per reflectionem. 2, 4, 12. non vero pœnalis, *vide* Lex pœnalis. ex lege tamen nemini jus adverſus principem. 2, 14, 9. obligat ſubditos omnes. *ibid.* non obligat, ſi palam abſurda ſit, aut ſtulta, aut de re illicita. 2, 14, 12. nec eum qui a magiſtratu permittitur aut imperatur id, quod niſi ſolutus facere non poteſt. 2, 4, 4. nec eos quibus data non eſt. 1, 1, 15. lex quæ fundatur in præſumptione facti non obligat, ſi factum aliter ſe habeat. 2, 11, 6. tolli non debet, niſi probabili de cauſa. 2, 20, 24. tollendi eam aut mutandi jus habet auctor ejus. 2, 4, 12. & 2, 20, 24. tollendo eam ſive ex juſta, ſive injuſta cauſa, aut revocando, rex nemini facit injuriam. 2, 14, 9

Lex civilis multarum nationum. 2, 8, 1. *vide* Jus civile multarum gentium.

Leges civiles nihil agunt contra legem naturæ. 2, 5, 19. interdum dant aut tollunt, interdum juri auxilium ſuum tantum negant. 2, 12, 12, 19. jus vitæ & necis non habent ex quovis delicto. 2, 1, 14. in promiſſionum materia quid efficiant. 2, 11, 5. & 2, 11, 7. qui legibus civilibus ſubjecti ſunt, in quibus caſibus eos æquitatem oporteat conſulere. 2, 12, 12. qui ſubjecti non ſunt, id ſequi debent quod æquum eſt. *ibid.* *adde* Jus civile.

Lex commiſſoria. 1, 3, 16

Lex Dei de puniendo in filiis parentum delicto, cur ultra abnepotes non extendatur. 2, 12, 14

Lex humana quando obliget. 3, 23, 6. a voluntate pendet, in origine & duratione. 2, 20, 24. ſi quæ prohibita humana tantum lege fiant, non ſunt irrita, niſi lex hoc addiderit. 2, 5, 14. injuſta etiam interdum non niſi malo publico tollitur. 1, 4, 15

Lex Moſaica duo comprehendit, τὸ πνευματικὸν καὶ τὴν ἐντολὴν σαρκικήν. 2, 20, 39. conſideratur dupliciter. 1, 2, 6. imperfecta reſpectu legis euangelicæ. 1, 1, 17. impleta a Chriſto quo ſenſu dicatur. 1, 2, 7. an ſit eadem cum lege naturæ, *Proleg. p.* 29. obligat etiam Chriſtianos in iis quæ moraliter honeſta ſunt, 2, 12, 20. non obligat peregrinos & alios quam Judæos. 1, 1, 16. ad quid proſit iis quos non obligat. 1, 1, 17. quando Iſraëlitas obligare deſierit. 1, 1, 16. ſapientiſſima eſt. 2, 21, 5. eſt legum omnium exemplar perfectiſſimum. 2, 20, 32. eſt ἄνευ προσωποληψίας. 2, 20, 33. legem Moſaicam an Chriſtus tantum ſit interpretatus. 1, 2, 6. ſublatam eſſe non opus eſt a Chriſtianis probari. 1, 1, 16. leges illæ tantum a Chriſto ſunt latæ, quæ alias gentes ab Hebræis diſtinguebant. 2, 5, 13. legem Hebræam tranſgredientibus pœna fuit mors violenta, & ſimilia. 2, 20, 11

Lex naturæ pro lege conſuetudinis generalis. 3, 7, 5. circa naturæ leges par eſt eos excuſari, quibus aut ratiocinationis imbecillitas, aut prava educatio obſtat. 2, 20, 43

Lex pœnalis non obligat actus principis etiam privatos. 2, 14, 2

Lex regni. 1, 3, 16. *Annot.*

Lex Romana non eſt ſine nimio perſonarum & qualitatum ad factum non pertinentium reſpectu. 2, 20, 33. *vide* Jus Rom.

Legis diſpenſatio ex quibus cauſis fiat. 2, 20, 27. an in iis tantum procedat quæ lex tacite videtur excipere. *ibid.* non omnis referenda ad ἐπιείκειαν. *ibid.* ad ſuſtinendam legis efficaciam ſatis eſt ratio univerſalis ſine repugnantia rationis contrariæ. 2, 20, 26. ignorantia inevitabilis excuſat. 2, 20, 43. qui ob ejuſmodi ignorantiam legem non obſervat non agit injuſte. 2, 23, 13. conjuncta cum negligentia minuit delictum. 2, 20, 43. ratio differt ab ejus mente. 2, 6, 8. ſi ceſſet peculiariter in facto de quo agitur, etiam pœna per eam expreſſa mitigari poteſt. 2, 20, 26

Leges feruntur cum ſenſu imbecillitatis humanæ. 1, 4, 7. quæ contra feruntur, pro nullis habendæ, ſi ſint ſpeciales. 3, 23, 6. ſunt vel permittentes, vel prohibentes: ſilent in bello, & quales. *Proleg. pag.* 2, 11, 12. id reſpiciunt quod plerumque accidit. 1, 4, 4

Legis ratio particulariter ceſſans caſum a lege

lege non eximit. 1, 3, 5, 3
Legis diſpenſatio regem non obligat. 2, 14, 13, 1
ceſſatio Legis in particulari diſpoſitio eſt ad diſpenſationem. 2, 20, 26
Legis conditor an ſe obliget, & quatenus. 2, 4, 12, 1. & cap. 20, 24, 1
Lex Hebræa an prohibeat divortia & matrimonia plurium uxorum. 2, 2, 9, 1, 3
in Lege pœnali diſpenſandi cauſa quæ. 2, 20, 24, 3
Leges pœnales aut coactivæ locum non habent circa actus regum. 2, 14, 1. & 2, 2, 2
Leges Romanæ de contractibus. 2, 12, 12, 2
Leges Romanorum pœnales in quo iniquæ. 2, 20, 33
Leges quæ obligent. 3, 23, 5, 3
Leges a Chriſtianis ferri poſſent ſimiles Hebraicis, niſi trium cauſarum aliqua obſtet. 1, 1, 17, 5
Leges & contractus miſceri poſſunt. 2, 14, 9
Leges non omnes obligant. 2, 14, 12, 2. & 3, 23, 5, 3
Leges quæ validiores ſi caſu confligant. 2, 16, 29, 1
Leges interficere aliquos permittentes quando jus internum dent, quando ſolam impunitatem. 2, 20, 17
Leges an obligent ſummam poteſtatem. 2, 4, 12, 1. & 2, 20, 24, 1
Leges quaſi pacta. 2, 11, 1, 3
Leges civiles quædam plane injuſtæ. 2, 7, 1. & 2, 14, 12, 2. & 3, 23, 5, 3
Leges humanæ quædam præcipere poſſunt cum mortis periculo obſervanda. 1. 4, 7, 2, 3. humanius ſunt interpretandæ. *ibid.*
Leges quædam etiam divinæ, tacitam habent exceptionem ſummæ neceſſitatis, 1, 4, 7, 1, 3
Leges reſpiciunt id quod plerumque accidit. 1, 4, 4, 3
Leges ferri poſſunt tempore, quo ſummum imperium amittatur. 2, 4, 12, 2
Leges de re promiſſa quæ obligant. 2, 4, 4, 2
Leges injuſtæ, quæ propinquos nocentium innocentes interfici jubent. 2, 21, 15, 1. & 12, 1
Leges civiles de promiſſis minorum. 2, 11, 5, 2
Leges quædam Dei tacitam habent ſummæ neceſſitatis exceptionem. 1, 4, 7. quædam datæ a Deo generi humano, vel in prima creatione, vel in reſtauratione. 1, 2, 5. & 3, 5, 3. Lex divina vocatur interdum jus gentium moratiorum. 2, 11, 1. *adde* Decalogus. dilectionis, *vide* Dilectionis lex. Evangelica, jus divinum voluntarium perfectius. 1, 3, 3. paulatim ad mores ſeculi interpretari cœpit, cum primum eſſet ſtrictius. 1, 1, 13. excalceationis. 1, 3, 20
Leges ſacratæ quæ. 3, 19, 8. ſcriptæ, ad ſenſum æquitatis naturalis trahendæ. 2, 2, 6. non ſcriptæ; ſcriptorum vinculis non tenentur. *ibid.*
Legitima an lege humana tolli poſſit, & quatenus. 2, 7, 4, 3
Legum finis & efficacia. 2, 20, 12, 2
Legum diverſitas circa venditionem & emtionem. 2, 12, 15, 1
Legum condendarum jus pars eſt ſummæ poteſtatis. 1, 3, 6
*Aſia.* 3, 6, 20, 2
Lenitas in errantes circa divina. 2, 20, 50. & 1, 2, 5
Liber homo poſtliminio quomodo redeat. 3, 9, 5
Liber homo *poſtliminio ſua recuperat*: an & alienata. 3, 9, 6, 1, 2
Liber ſit populus cum quo rex ejus tanquam cum libero ſciens contraxit. 2, 4, 4. aut tanquam legibus ſuis ſolutum longo tempore agere juſſus eſt. 2, 4, 14. populus liber factus in quibuſdam obligatur per regem, qui libertatem proxime anteceſſit. 2, 14, 12. regis & populi liberi eadem eſt ratio. 1, 3, 21
Liberam fore Carthaginem quomodo interpretandum. 2, 16, 15
Liberi filiarum alendi. 2, 7, 4, 3
Liberi pignorari ac vendi a parentibus quando poſſint. 2, 5, 5. jus ipſorum in liberos. 2, 5, 7
Liberi ex quibuſdam matrimoniis impediuntur ſuccedere. 2, 7, 8, 2, 3
Liberi ob parentum delicta non puniendi. 2, 21, 13, 1, 3
Liberi in materia favorabili. 2, 7, 30, etiam ſub matris ſunt imperio. 2, 5, 7. maternam ſequuntur conditionem jure gentium. 3, 7, 5. parentibus obſervantiam ac pietatem debent 2, 5, 3. & 2, 5, 6. quo jure Deus innocentes liberos imma-

Digitized by Google

immatura morte ſoleat afficere. 2, 21, 14. liberorum res an jure naturali acquirantur parentibus. *vide* Acquiri.
Liberis an debeantur alimenta, & quo ſenſu. 2,7,4,1. an alendi vulgo quæſiti, & ex inceſto nati. 2,7,4,2,3
Liberos cogendi jus. 2,5,2,3,4
Liberorum cum parentibus matrimonia contra jus naturæ. 2,5,12,2,3
Liberorum ſervitus. 2,5,90
Libertas quando juſta belli cauſa. 2, 22, 11. & 2,4,14,1,2
Libertas quo ſenſu naturalis. 2,22,11. & 3,7,1,1
Libertas an pax placeat, gravis interdum deliberatio. 2,24,6,1,2. & 1,4,19,2
Libertati præferenda vita populi totius. 2,24,6,2,3
Libertas populi quid ſignificat. 1, 3, 12, 1, 2
Libertas ſubditorum obligatur ex facto ſuperiorum. 3,2,2,1
Libertas bellandi non præſumitur abdicata. 2,16,13,2
Libertas dicitur dupliciter, κατὰ ϛέρησιν καὶ κατ' ἐναντιότητα. 2, 22, 11. opponitur regibus. 1, 3, 13. victis merito aliqua relinquitur, etiamſi imperium ipſis auferetur. 3, 15, 10. reſtituenda cum injuſte erepta eſt, etiam ab his qui eam juſta ratione ab ereptoribus capiunt. 3,16,4. ſervo data pro oculo & dente excuſſo. 3,14,4. debetur ſervo poſt longas operas & valde magnos labores. 3,14,6. libertatis nomen inanis umbra. 1, 3, 21. libertatem uni penitus tradere populus utrum poſſit. 1, 3, 8. pro libertate pugnare, etiam cum injuſte fiat, veniam meretur. 3, 11,6. libertate vita potior. *vide* Vita.
Libertas civilis. 1,3,12. eſt jus regendæ per ſe reip. 2, 24, 6. ſine ſummo imperio intelligi non poteſt. 1,3,2. non juſta. 1, 3, 4. *Not.* naturalis facit ne quis cogatur abſque culpa. 2, 17, 17. pars ejus retineri poteſt, non retenta parte imperii. 1,4,14. tacita ut a quibuſdam vocatur non ſemper retinetur a populo in reges delinquentes. 1,3,8
Licere pro jure externo. 2,12,26,1. & 3,4,2,2. & cap. 10,1. & §. 2,1,2
Licere, vox ambigua quas ſignificationes habeat. 3,4,2,1,2
Licere quædam dicuntur, quæ rectius aliter fiunt. 3,4,2,1. & cap. 10, 1,1,2,1
Licere quædam dicuntur, ob impunitatem. 3,4,2,2. & c. 10,1,3
Licere oppoſitum ei quod decet, aut oportet. 3,4,2,2. & cap. 10,1,2,2,1
Licere accipitur dupliciter, vel ſenſu exteriore vel interiore. 3,10,1, quot modis dicatur. 3,4,2. interdum dicitur, ubi nullum contra proditum eſt remedium. 2, 12, 26. quædam indirecte licent quæ directe non licent. 2,15,11. quantum liceat in bello partim nude ſpectatur, partim ex promiſſo antecedente. 3,19,1
Limen & limes idem. 3,9,1
Limitati agri. 2,3,16,1. & 2,8,12,1
Liquida per ſe non terminantur. 2,2,3
Lis poteſt utrinque eſſe ſine peccato. 2, 23,13,3
Literæ Marcæ. 3,2,4
per Literas inter abſentes pacta nuda quo jure judicentur. *vide* Pacta.
Literis belli denunciatio fieri poteſt. 3, 3,14
Literati excepti a pignorationibus ſubditorum pro civitate jure civili. 3,2,7
Lites Chriſtiani quidam plane improbarunt. 1,2,9. omnes an lege euangelica prohibitæ. 1,2,8. damnum etiam injuſtum ferre prius oportet, quam litigare. 2,1,13. lites juris controverſi ex utraque parte non ſunt improbæ. 2, 23,13
Litigare Chriſtianis quo ſenſu vetitum. 1, 2,8,4. & 2,24,2,4
Littus quorum. 2,3,9,2
Loca in ſolo pacato poſita quo caſu recte occupentur a bellante. 2,2,10,1
Locans pluribus operam an a ſingulis mercedem in ſolidum exigere poſſit. 2,12,19
Locatio, conductio facta a rege ſine expreſſa mercede an valeat. 2, 14, 5. in locatione, conductione, caſus, qui uſum impediunt, damno ſunt conductoris. 2, 12,18
Locationis & conductionis natura. 2, 12, 18
Locator tertio rem locans, conductori tenetur de eo quod percipit. *ibid.*
Locator operæ ad quid teneatur. 2, 12, 19
Locator jus habet exigendæ pecuniæ promiſſæ, etiamſi nihil conductor utilitatis ex ea re perceperit. 2,12,18
Locupletatus ex re aliena, eatenus ad reſtitutionem tenetur, & quare. 2,10, 2,1. & 2

Locus incultus non cenſetur occupatus, niſi quoad imperium. 2, 2, 17. ſive ſacer, ſive profanus, poſtliminio receptus cujus ſit. 3, 9, 13. qui contrahit in loco, legibus ejus loci ſubjicitur. 2, 11, 5. quo loco in conventibus ſedere debent qui populo olim libero imperant. 2, 9, 8

Locutio de futuro noſtræ poteſtatis quotuplex. 2, 11, 2, 3

Locutionis ambiguæ uſurpatio quando licita. 3, 1, 10, 13

Lucrum alter alteri poteſt prævertere, maxime ſi cauſa ſubſit. 2, 2, 24. ex re aliena reſtitui oportere, juris eſt natur. *Prolegom. pag.* 21, 2, 10, 2. ob lucrum ceſſans per ſolutionem tardiorem res pluris vendi poteſt. 2, 12, 14. & ex pecunia mutuo data merces juſte exigi. 2, 12, 21. cui lucrum ſperatum ſed non debitum decedit, de damno agere non poteſt. 2, 2, 13

Ludovici & Galeatii controverſia de Mediolano. 2, 7, 19

## M.

MAccabæi bello adjuverunt extraneos *vide* Aſmonæi. 2, 15, 9, 6

Maccabæorum reſiſtentia qualis. 1, 4, 7, 5

Maccabæi fedus ineunt cum Romanis & Lacedæmoniis. 2, 15, 9. fratrum innocentium necem Sabbatho ulciſcuntur. 2, 20, 8. Maccabæorum arma, quomodo defendi poſſunt. 1, 4, 7

Macedonum lex quædam injuſta. 2, 21, 15

Magiſtratus inferiores ſummum imperium habenti juſte reſiſtere non poſſunt. 1, 4, 6, 1, 5

Magiſtratus Chriſtiani Pauli tempore. 1, 2, 7, 1, 2

Magiſtratus Hebræi non reſtiterunt malis regibus. 1, 4, 6, 3, 4

Magiſtratus ex quibus damnis teneatur. 2, 17, 20, 1

Magiſtratus an teneantur, eo quod a nautis cautionem non exegerint. *ibid.*

Magiſtratus oppidanos quatenus obliget. 3, 22, 6

Magiſtratus naturaliter jus habet belligerandi 1, 3, 4. non eſt in ſtatu Deo aut legi euangelicæ contrario. 1, 2, 7. Miniſter eſt iræ divinæ. 1, 2, 8. bonus ad militiam uſurpare poteſt voluntatem non bonam modo aliorum, ſed & malam. 2, 26, 5. minor bella gerere non poſſit. 1, 3, 4. an contra majorem, ſi injuſte agat. 1, 4, 6. *adde* Neceſſitas. & contra majorem parendum non eſt, etiam cum bona imperare videatur. *ibid.* naturalis & perpetuus eſt vir bonus. 2, 20, 9. magiſtratus non obligat, ubi imperium ſummum eſt penes populum. 2, 15, 3. obligatur populo interdum, & ex quibus cauſis. 2, 17, 2. Cui magiſtratus collatio mandata eſt, tenetur eligere eos qui digni ſunt. 2, 17, 3. magiſtratum ſuſcipere Clericis prohibitum, & quare. *vide* Clerus. nemo multo conanime debet affectare, & quamobrem. 2, 20, 16. a magiſtratu reſp. vel ſinguli etiam exactam requirere poſſunt diligentiam, ſi lex id jubeat. 2, 17, 2

Magi poſt baptiſmum artem ſuam cogebantur deſerere. 1, 2, 7

Maharbalis factum. 3, 22, 9

Mahumetiſtarum opinio de neceſſitate reſtitutionis. 3, 10, 3

Majeſtas pro dignitate imperantis ſumitur. 1, 3, 21, 1, 2. quid ſit. *ibid.*

Majeſtas cur tot legibus munita. 1, 4, 2. major ex nobilitate generis. 2, 7, 16. *fedus, ut majeſtas alicujus comiter colatur*, quale. 2, 15, 7. in majeſtatis controverſia, quis vocabulum ejus interpretari debeat. 2, 16, 3. contra majeſtatis legem peccat, qui injuſſu principis alteri bellum facit. 1, 3, 4

Majoratuum jura tempore amittuntur. 2, 4, 10, 3

Majoratuum ſucceſſio in regno Caſtellæ. 2, 7, 22, 1

Malefici atroces qui nullius civitatis partes ſunt, a quovis puniri poſſunt. 3, 19, 3

Maleficium quid. 2, 17, 1. quæ quaſi ex maleficio. 2, 1, 2

Malorum opera uti aliquando cogimur. 2, 17, 20. uti licet, ſed conſiſtit hoc jus intra interficiendi alterius licentiam. 3, 4, 18

Malum declinare eſt ex appetitu naturali & honeſto. 2, 20, 29. malum non eſt faciendum ut inde eveniat bonum, hoc in iis locum habet, quæ ſemper mala ſunt. 3, 1, 6. qui malum facit, malum ferat. 2, 20, 1. quantum quiſque mali fecit, tantum eum pati, naturaliter juſtum. 1, 2, 4. quæ ad declinandum malum

Digitized by Google

malum male fiunt, maxime ſunt excuſabilia. 2, 20, 19. malum minus, ubi electio nequit evadere, rationem boni induit. 2, 23, 2
Mandantis morte an pereat mandatum. 2, 11, 16
cum Mandatario qui contrahit, etiam ſi mandatarius mandatum excedat, obligatur. 2, 11, 12
Mandatarius mandatum excedens quando nos obliget. ibid.
Mandatarius a ſumptibus factis indemnis præſtari debet, & quare 2, 12, 13. in quantum teneatur ex culpa & dolo. 3, 22, 4. obligat mandatorem etiam cum mandatum excedit. 2, 11, 12. obligatus contra mandatori. 3, 22, 2
Mandator ad quid teneatur. 2, 12, 13, 1
Mandatum an impleri poſſit per æquipollens. 2, 16, 21
Mandatum excedens, & ſic cum alio contrahens, ad quid obligatur. 3, 22, 4, 1, 3
Mandatum generale & ſpeciale in bello. 3, 18, 1, 4
Mandatum quid. 2, 12, 2. contra mandatum principis arcanum agens legatus, principem obligat, ſed ſe principi. vide Legatus, & 3, 22, 4. mandati actio an detur in hæredem. 2, 11, 17
Mandata publica, quæ nautis dantur adverſus piratas. 2, 17, 20, 1
Manliana imperia. 3, 18, 1
Manlii bellum in Gallogræcos quale. 3, 3, 10
L. Manlius tribunos pleb. jurejurando etiam in re injuſta obſtringit. 3, 19, 6
Manubiæ quid. 3, 6, 16, 1
Manumiſſio interdum omitti ſine peccato nequit. 3, 14, 6, 4, 5
Manumiſſio jure gentium voluntario introducta, & quare. 3, 14, 6. facta ab hoſte nobis nihil detrahit. 3, 9, 11
Manus mortuæ. 2, 5, 30. manibus initium fit poſſidendi res mobiles. 2, 8, 6
M. Marcelli moderatio in victoriis. 3, 11, 7, 2
Marchionatus facilius teſtamento relinquitur quam alia ditio, & quare 1, 3, 14
Mare commune cum dicitur an intelligi debeat civib. Rom. 2, 3, 9, 1. continet terram. 2, 2, 3. forum mundi. ibid. per contractum ne ab altera parte navigetur, pars altera non occupat. 2, 3, 15. ſinus & pars maris occupari poteſt. 2, 3, 8. quomodo & quamdiu duret iſta occupatio. 2, 3, 11. maris imperium non dominium occupatur. 2, 3, 13. mare nec privatis, nec a populo poſſideri poteſt. 2, 2, 3. Romanorum, Græcorum, Sinopenſium quo ſenſu dicatur. 2, 3, 18. in mari ceſſat judicium. 1, 3, 2
Mares feminis præferuntur in regnis a populo delatis. 2, 7, 17
Mare an proprium fieri poſſit, [illegible] terra contineatur. 2, 2, 3, 1, 2
Mare non diviſum. 2, 2, 3, 2, 3
Mare in fundum admiſſum. 2, 3, 10, 2
Mare occupatione omiſſa ad naturam redit. 2, 3, 11. navigandi jus in mari. 2, 3, 12. imperium in mari quorum ſit. 2, 3, 13
Mariandyni. 3, 14, 5
Maris pars quatenus occupari poſſit. 2, 3, 8, 10, 1
Martiale imperium. 1, 3, 8
Maritus caput uxoris quo ſenſu. 2, 5, 8. jus habet naturaliter in corpus uxoris. 2, 5, 9. jus habet reſcindendi factum juramentum ab uxore ſua ex L. Hebræa. 2, 13, 20. cui lex permittit uxorem adulteram occidere, an ſi occidat juſtus ſit coram Deo. 2, 20, 17. ne maritus pro uxore conveniatur. 3, 2, 1
Marius præ armorum ſtrepitu leges non audit. Prolog. pag. 3
Maſculina pro communibus. 2, 16, 9
Mater quomodo magis certa patre. 2, 7, 8, 1
Mathathias quo jure Judæum Græcis ritibus ſe polluentem occiderit. 2, 20, 9
Matrimonium cur inſtitutum naturaliter. 2, 7, 6. exterorum Judæi pro nullo habent. 3, 19, 2. familiæ fundamentum eſt. 2, 20, 30. non juſtum etiam inter cives. 1, 3, 4. Not. promiſſum ab eo qui conjugem jam habet, an & quatenus valeat jure naturali. 2, 11, 8. contrahere. 3, 4, 2. ad quos gradus liceat. 2, 5, 12. & ſeqq. an cum infideli liceat ex lege euangelica. 2, 15, 10. cum pluribus lege euangelica non licet. 1, 2, 6
Matrimonium quid ſit ex jure naturæ. 2, 5, 8, 9
Matrimonium an irritum deficiente conſenſu parentum. 2, 5, 10, 1, 13
Matrimonium irritum cum alterius viventis conjuge. 2, 5, 11



Digitized by Google

Matrimonium ad morgengabicam. 2, 7, 8, 3
Matrimonium apud veteres Romanos poſtliminio non reſtituebatur. 3, 9, 9, 2
Matrimonii petitio injuſta belli cauſa. 2, 21, 7. & 2, 1, 21, 2
Matrimonii contrahendi libertas nemini debet adimi, niſi præceſſerit delictum. 2, 2, 22. vicinis negari non debet. 2, 2, 21. leges quæ exteris matrimonia negant, quid negent. *ibid.*
Matrimonii fides æquiparatur vitæ. 1, 2, 5
Matrimonii jura ex lege Chriſtiana. 2, 5, 9, 2, 3
Matrimonia non ineunda cum prophanis. 2, 15, 10, 4, 3
Matrimonia quædam talia ſunt ex lege, ut liberi ad hæreditatem non admittantur. 2, 7, 8, 3
Matrimonia plurium uxorem olim licita. 2, 5, 9, 4, 1
Matrimonia cum propinquis ſanguine, aut affinitate, unde, & quatenus illicita. 2, 5, 12, 1, 13, 1
Matrimonia parentum cum liberis, & liberorum cum parentibus contra jus naturæ: & unde illicita. 2, 5, 12, 2, 5
Matrimonia an licita in gradibus expreſſis in Levitico. 2, 5, 13, 3
Matrimonia fratrum & ſororum quo jure vetita, & unde illicita. 2, 5, 13, 6
Matrimoniorum contrahendorum libertas quibus & quatenus debeatur. 2, 2, 21, 1, 2
Maxillam obvertere Hebræis quid. 1, 2, 8, 8
Maximus natu in regnis a populo delatis præfertur inter pares ſexu. 2, 7, 18, 1
Medici falſa interdum loqui poſſunt. 3, 1, 15
Medii in bello quando ſiunt hoſtes. 3, 1, 5. & 3, 17, 3. ad quid teneantur. *ibid.*
Membra naturaliter homini ſuum. 2, 17, 2. in membra ſua homini jus nullum niſi corporis ſervandi gratia. 2, 21, 11
Membri conſervandi cauſa interfectio licita. 2, 1, 6
Mendacium prohibitum. 3, 1, 9, 1. & 5. 10, 3
Mendacium qui auctores certis caſibus admittant. 3, 1, 9, 2, 3, 4
Mendacium dicere & mentiri apud Gellium quomodo diſtinguantur. 3, 1, 10, 1
Mendacium a Deo alienum. 3, 1, 15, 1
Mendacium ſtricte dictum quid. 3, 1, 11, 1
Mendacium an committatur reſpectu tertii, ad quem ſermo non dirigitur. 3, 1, 13, 1, 2
Mendacium dicitur multipliciter. 3, 1, 10. quid ſit. 3, 1. 8
Mendacium alii laudant alii vituperant. 3, 1, 9
ad Mendacium confugere, nota eſt infirmitatis. 3, 1, 15
Mendaciorum inculpatorum exempla. *ibid.*
Mendacii, qua illicitum naturaliter, quid materiale. 3, 1, 10, 1. quid formale. 3, 1, 11, 1
de Mendacio & æquivocatione Scholaſticorum ſententia. 3, 1, 17, 3
Mendacium pro vita. 3, 1, 16
Menſura ejus quod res valent. 2, 12, 14
Mentiri apud volentem an liceat. 3, 1, 14, 1
Mentiri hoſti licere qui ſenſerint. 3, 1, 17, 1
Mentiri & occultare verum, diſtincta, 3, 1, 7. *Annotat.* 1. quando liceat. 3, 1, 13. & 3, 1, 14. cur non mentiatur qui falſum dicit, quod verum eſſe putat. 3, 1, 10
Mentitur qui dicit quod falſum putat, licet verum ſit. 3, 1, 10, 1
Mercatores in bello ab *injuriis* vindicari debent. 3, *11, 12. laborum & expenſarum* rationem habere poſſunt in conſtituendis rerum pretiis. 2, 12, 14
Mercatura apud Hollandos pridem maxime viguit. 2, 11, 13
Mercenarii. 2, 5, 30
Merces excepta a pignorationibus ſubditorum pro civitate. 3, 2, 7. exoticas olim Belgæ non emebant. 2, 2, 20
ad Meretricium civiles leges quomodo & quare ſoleant connivere. 3, 5, 4
Meritum ex libera voluntate. 2, 21, 12
Meritum omne eſt perſonale. 2, 21, 12. univerſitatis quale. 2, 21, 8
ob Meritum pœna remitti debet. 2, 20, 26
Metus a tertio illatus an actum vitiet. 2, 11, 7, 3
Metus alterius an tollat jus tranſire volentis 2, 2, 13, 4
Metus a vicino an juſta belli cauſa. 2, 22, 5, 1. & 2, 1, 17
Metus ſolus non ſufficit ad jus interficiendi alterum. 2, 1, 5, 1, 2
Metus exceptio non liberat a religione jurisjurandi. 3, 19, 4, 5
Metus qui pro juſto habeatur in bello publico. 3, 19, 12

Metus

Digitized by Google

Metus perpetuo durare non cenſetur. 2, 5, 6. incertus non eſt ſufficiens ad cædem cauſa. 2, 21, 13. adverſus hos metus quale petendum ſit præſidium. 2, 1, 17. injuſtus quidam eſt quoad juſtitiam internam quem tamen jus gentium non improbat. 3, 19, 12. ut is, qui infertur bello ſolenni utrinque. 2, 17, 19. & quare. 3, 19, 11. an ut metus aliis injiciatur, ſenes, feminæ & impuberes juſte poſſint occidi. 3, 11, 16. in contractu injectus an demi debeat. 2, 14, 10

Metus exceptio jurejurando eliditur. 3, 19, 6. & 3, 23, 2. ad bellum ſolenne non pertinet, ſi eo pax ſit inducta. 3, 19, 11. & 3, 23, 2. quod metu belli juſti exprimitur, non admittit reſtitutionem. 2, 17, 19

Metu expreſſum a latrone & pirata poteſt repeti, niſi jusjurandum acceſſerit. ibid. quod ſit metu, magis excuſabile, quam quod ob voluptatem. 2, 20, 31. aut ſi nolit, alter ſe ipſum poteſt reſtituere 3, 23, 2. an etſi jurata fuerit promiſſio. 2, 13, 14. an hoc caſu rex ſeipſum poſſit reſtituere, ut Bodinus cenſuit. 2, 14, 1. & 2, 14, 3. qui ipſe in cauſa fuit ut metu ad promiſſum cogeretur jus amittit reſtitutionis. 2, 17, 19. ex metu plurimæ naſcuntur injuriæ. 2, 1, 5

Metu promittens an teneatur. 2, 11, 7

Metu quid faciens, abſolute velle dicendus. 2, 11, 7, 2

Metu cauſam dans contractui quando ad reſtitutionem teneatur. 2, 13, 14, 1

Metum inferens tenetur ad reſtitutionem. 2, 11, 7, 2

Meum vi poſſum repetere etiam cum periculo innocentium. 3, 1, 4. plus quam meum accipere poſſum, ſi meum conſequi nequeo. ibid. ſed ſub onere reſtituendi ejus quod plus eſt. vide Debitum. pro meo quod conſequi non poſſum, aliud æquivalens juſte poſſum capere. 3, 1, 2. noſtrum. vide Not.

Migratio in locum alium, populum non immutat. 2, 9, 7. migratio ſubditorum in terram ejus, quicum pax inita, eam non diſſolvit. 3, 20, 41

Miles quid in largiſſimo ſignificatu. 3, 21, 15

Milites fieri poſſunt natura omnes ſubditi. 1, 4, 4. ſcribere licet tempore induciarum. 3, 21, 4. qui ſuo ſumptu militant quantum juſtitia interna capere poſſunt ex præda. 3, 18, 2. an ſi qui partis ejus hoſtibus, cum qua nobis pax eſt, militant, pax cenſeatur rupta. 3, 20, 31

Miles de incendiis & raptu ſine juſſu publico, an teneatur. 3, 14, 6

Milites Chriſtiani ſub Juliano. 1, 2, 10, 11. ſub Diocletiano. 1, 2, 10, 11, 8

Militis Chriſtiani officium. 1, 2, 10, 12

Milites Judæi externis militabant. 1, 2, 7, 5

Militi quæ ex præda cederent apud Romanos. 3, 6, 24, 5

Milites ab eccleſia non excommunicati. 1, 2, 10, 2

Milites quomodo teneantur ex bello injuſto. 3, 10, 4

Militibus datus commeatus prodeſt & duci. 3, 21, 1, 5

Militum nomine qui veniant. ibid.

Militare propter prædam, aut ſtipendium præcipue non licet. 2, 25, 10

Militia mercenaria ſine delectu cauſæ improbatur. ibid.

Militia pœnitentibus olim interdicta, & quare 1, 2, 10, 9. eſt interdicta clericis. ibid. eam eccleſia vetus probat. 1, 2, 10, 11

Militiæ repetitio qualis damnata Synodo Nicænsi. 1, 2, 10, 7, 8

Militiam concedit Origenes interdum Chriſtianis. 1, 2, 9, 1

Militiam & capitalia ſupplicia concedit illis Tertullianus. ibid.

Militiam ob quas cauſas Judæi detrectaverint. 1, 2, 9, 3. quas ob cauſas olim etiam Chriſtiani eam detrectaverint. ibid.

Minervæ calculus. 2, 5, 18

ex Miniſtrorum facto aliquem obligari ſi quid utiliter ſit geſtum, quo ſenſu accipiendum. 3, 22, 3. obligatur ſumma poteſtas etiam cum miniſter fecit contra mandatum arcanum. 3, 22, 4. ſine ſua culpa, ut quis obligetur non eſt juris gentium. 2, 17, 20, 2

Minor annis hoſti obligatur. 3, 21, 3

Minor an promittendo obligetur. 2, 11, 5, 2

Minorum beneficia ſunt ex jure gentium non civ. 2, 23, 3

Minoris imperium quare ſit inviſum. Proleg. pag. 12

Miraculoſam poteſtatem primæ Eccleſiæ

cur

cur Deus dederit, eandemque poſtea ſuſtulerit. 1, 2, 8
Miſericordia Dei an nos doceat ſuppliciis capitalibus non uti. 2, 20, 10. quæ peccata præcipue reſpiciat. 2, 20, 11. prætermiſſio puniri non debet. 2, 20, 20. quod ex miſericordia debetur, id armis juſte depoſci nequit. 2, 22, 16
Miſericordia digni qui bello capiuntur. 3, 14, 2, 1
Miſericordiæ ara apud Athenienſes. 2, 21, 5, 2
Miſſilia quomodo fiant capientium. 3, 6, 22
Mobiles res quando fiant ſingulorum capientium. 3, 6, 12
Mobilia generaliter poſtliminio non recipiuntur. 3, 9, 14, 1
Moderatio in belli jure circa perſonas. 3, 11, 7, 1
Moderatio in bello ad quid etiam civiliter proſit. 3, 11, 8
Modus in pœna unde petendus. 2, 20, 28
Modi habendi imperium qui. 1, 3, 11, 1
Mœnia urbis ſive muri, cum diruuntur, an intereat jus civitatis. 2, 9, 7. reficere muros licet tempore induciarum. 3, 21, 7. ne quis locus muris cingatur, quomodo intelligendum. 2, 16, 20. fœdus de diruendis muris quale. 2, 15, 7
Monachi a cæde liberi eſſe debent. 3, 11, 10
Monomachia bellum finire an liceat. 3, 20, 43, 1, 2, 4
Monomachiæ de regno quis effectus. 3, 20, 44. & 45, 1
Monopolia quæ licita, quæ contra jus, & quæ contra caritatem. 2, 12, 16
Monopolium. *vide* Coëmtio. 2, 2, 24
Morari in territorio alieno an licitum. 2, 2, 15
Moræ purgatio in pace an admittenda. 3, 20, 35
Moralia non conſiſtunt in pacto. 1, 2, 8
Moralium incertitudo unde. 2, 23, 1
Morandi jus per aliquod tempus inter utilitates innoxias. 2, 2, 15
Morbi contagioſi an proprie ſint pœnæ, qui nominantur in libro Moyſis. 20, 1
Mori Hebræis dimitti vocatur. 2, 19, 5, 3
Mores generales in aliqua parte mundi non faciunt jus naturæ. 2, 20, 41
Mors deportationem quando comprehendat. 2, 16, 9
Mors pro vera religione quanti facienda. 1, 4, 7, 15
Mors quid ſignificet. 2, 16, 9. in materia favorabili. 2, 7, 30. ejus qui acceptare promiſſum debuit non transfert jus ad ipſius hæredes. 2, 11, 16. mandantis tollit præſumptionem, quod mandatum implere voluerit. 2, 11, 17. ſcelerati, quo ſenſu ipſi melior ſit vita. 2, 20, 7. univerſitatis quid. 2, 21, 7 quæ Mortis vitandæ cauſa injuſte fiunt, levius punienda. 2, 20, 29
Mortem pro aliis oppetere lege euangelica præceptum. 1, 2, 6. ad mortem damnare an liceat, etiam ex iis delictis quæ in lege Moſaica morte non puniuntur. *vide* Supplicium. Mortem meritos committere in pugnam contra officium eſt boni magiſtratus. 2, 1, 15. mortem inferre ſibi utrum liceat. 2, 19, 5. qui ſibi intulere, prohibentur ſepultura. *ibid.* quare, cum tamen inde non lædantur. 2, 20, 44. quidam eo malitiæ proceſſere, ut non niſi morte emendentur. 2, 20, 12. & 2, 20, 15
Mortem pati potius quam alium occidas, quando liceat, quando non. 2, 1, 8, 9, 1
Mortem æternam aggreſſoris an quis ſua morte cavere debeat. 1, 3, 3, 3
Mortis *caſus expreſſio quando extendatur ad caſum non nati.* 2, 16, 20, 3
Mortuorum corpora male tractare, contra jus eſt gentium. 2, 19, 2. & 3, 5, 3
Moſes bellum infert Amalecitis. 1, 2, 5. Amorrhitis ob tranſitum prohibitum. 2, 2, 13
Muli qui apud Romanos poſtliminio recepti. 3, 9, 14, 1
Mulier. *vide* Femina.
Mulieres jure civili plurimum, gent. non tenentur ex debito civitatis. 2, 3, 7. jure belli poſſunt occidi. 3, 4, 9. occidi non debent niſi virilia officia uſurpent, aut quid peculiariter vindicandum committant. 3, 11, 9
Mulierum imperia Romanis incognita. 2, 9, 11, 2
Multitudini etiam in delicto parcendum. 3, 11, 19
Mundiburgii jus. 1, 3, 21, 1
Murenæ controverſia cum Mithridate. 2, 16, 30
Muri faciendi prohibitio quando ad aggeres extendatur. 2, 16, 20, 3
quæ priora Mutant, niſi ad ingens bonum, ea odioſa ſunt. 2, 16, 10



Digitized by Google

utii *Scævolæ* factum. 3,4,18,1
utilatio membri quod eſt e præcipuis, vitæ æquiparatur. 2,4,6. etiam intentata, jus dat occidendi eum, qui intentat. 2,1,6. mutilationem Indi ſupra talionem puniunt, & quo jure. 2,20,32. qui mutilavit aliquem in quantum teneatur. 2,17,14
utilator quid reſtituere teneatur. 2,17,14
utuum quid. 2,12,2. non omne uſurarium. 2,12,21. commodato affine. 2,12,20. *Not.* 1. an illicitum pro uſu pecuniæ mercedem exigere. *vide* Uſura.
utuum gratuitum quo ſenſu. *ibid.*
utuam accipiens pecuniam a debitore meo, mihi tenetur. 2,10,2,9

N.

NAbidis controverſia cum Romanis. 2,16,18,1
Nabidis reſponſum cum tyrannis ei objiceretur. 3,19,3
*Ναὶ ναὶ* quid. 2,13,21,2
*Ναὶ* quid ſignificet. 2,13,21,2
*Ναὶ ναὶ*, οὒ οὒ, quid ſignificet. 2,13,21,2,3
nondum Nati an jus ſuum amittant, & quomodo. 2,4,10,1,2. leges poſſunt eorum jus conſervare. 2,4,10,3
Naturæ jus dat ad id omne ſine quo obtineri non poteſt quod imperat. 2,5,5. ſub natura interdum comprehenduntur mores naturali rationi conſentanei. 2,19,1
Naturale, vox, pro ſolito fieri. 2,12,26,2
Naturales filii ſuccedunt patri, niſi lex impediat: & adoptari poſſunt. 2,7,8,2. non ſuccedunt in regnis a populo delatis. 2,7,16
Naturalia pro certo ſtatu. 2,8,5
Naturæ prima & conſequentia quæ? 1,2,11
Naturalis æquitas ſatis habet, ut pro ſuis partibus ſinguli conveniantur. 2,11,13. circumvenire naturaliter quid. 2,12,26
Naturaliter licita an omnia etiam apud Deum licita. 2,1,10,1
Naufragio, quando res cenſeantur amiſſæ. 2,4,5
Naufragorum bona confiſcare injuſtum. 2,7,1,1
Navigandi libertas pactis imminui poteſt. 2,3,12. & 5,15,1,2
Navis, quæ apud Romanos poſtliminio recepta. 3,9,14,1
Navis ſi cui nocuit, an dominus teneatur. 2,17,21,1
Navis in qua innocentes ſunt an peti tormentis poſſit. 3,1,4,1
Navis roſtrata vi ventorum delata in portum. 3,21,9
Naves alienæ quomodo in neceſſitate capi poſſint. 2,2,10. amicorum in prædam non veniunt, ob res hoſtiles, quas vehunt. 3,1,5. *Not.* 3,3,3,6. *Not.* 1
Naves captæ quando jure belli cenſeantur. 3,6,3,2
Naves nunc nullæ poſtliminio redeunt. 3,9,15
Navium expugnatio & captura ad quos pertinet, ſecundum variarum gentium mores. 3,6,24
Navigaturi inſtituuntur certis mandatis a poteſtate publica, ad perſequendos piratas. 3,20,14
Navigatio inermis & innoxia nullibi impediri poteſt. 2,3,12. pactum, ne quis ultra certos terminos, & certum numerum navium naviget, an occupationem maris demonſtret. 2,3,15. Societas navalis. 2,12,25
Neceſſaria ad finem licitum licita. 3,1,2,1
Neceſſitas excepta videtur in lege dominii. 2,2,6,1,2
Neceſſitas jus non dat, ſi ſit evitabilis. 2,2,7. & 3,17,1
Neceſſitas quod jus det in pacatos. 3,17,1
Neceſſitas non excuſat, niſi ſumma. 1,4,7. quæ excuſat, ea non plane vitio caret, ſed pertinet ad culpabilia. 3,11,4. ejus exempla. 2,6,5. *Not.* 1,3,11,1. *Not.* 2. ſumma, generalis legum exceptio. 2,2,6. humanarum. 1,4,7. & multarum etiam divinarum. 1,4,7. & 1,5,4. jus dat etiam minoribus Magiſtratibus defendendi ſe, contra injuriam majorum. 1,4,7. ſuſcipiendi belli non expectato majorum conſenſu. 1,3,4. res reducit ad merum jus natur. 2,5,6. & 3,17,1. permittit res alterius occupare, ſed ſub onere reſtitutionis. 3,1,5. perdere. 2,2,6. ſed ſub onere reſarciendi damni. 3,12,1. quando valeat hoc jus. 2,2,7.

jus

Digitized by Google

jus non dat alienandi imperii partem, ſine conſenſu populi. 2, 6, 9
Neceſſitate factum pacem non rumpit. 3, 20, 37
Neceſſitate pari poſſeſſor præferendus. 2, 2, 8
in Neceſſitate non ultra ſumendum quam exigit. 3, 17, 1
Neglectus puniendi punibilis. 2, 21, 2, 5
Negotiorum geſtorum actio tantum eſt ex jure civili. 2, 10, 9
Negotium alienum gerens ſui lucri cauſa, repetit impenſas, in quantum alter eſt locupletior. 2, 10, 9, 2
Nepos ex filio priore an filio poſteriori præferendus in regno. 2, 7, 30, 1
Nepos ex filio, an filio præferendus. 2, 7, 30, 1, 2
Nepos minor ex filio an præferatur nepoti majori ex filia in regni ſucceſſione. 2, 7, 34
Neptis ex primogenito an filium alterum excludat. 2, 7, 35
Nepotes alendi. 2, 7, 4, 4
Neſcio, quomodo quidam interpretentur. 3, 1, 7. neſcientis non agere, caret effectu. 2, 4, 5
Nexorum ſervitus. 2, 5, 30
Ninus primus imperium ampliavit. 3, 8, 1, 2
Nocentes dedendi aut puniendi. 2, 21, 4, 1, 3
Nocentes dedendi obligatio, unde. 2, 21, 4, 3, 7
Nocere homini homo non debet, niſi boni alicujus conſequendi gratia. 2, 20, 4. hoc enim jure naturæ. 2, 20, 5
per Naturam innocens quiſque nocentem punire poteſt. 2, 20, 3. & 8, 7. an nocentes omnes puniendi. *vide* Delinquens. Deus ſub multis nocentibus aliquando & innocentes punit, ſed inde nobis exemplum capere non licet. 3, 1, 4
Nocumentum quod ex occaſione peccati, non ob peccatum ſentitur, pœna proprie non eſt. 2, 21, 11, 1
Nocentibus parcendum ob multos innocentes. 3, 1, 4, 3
Nocentibus ſæpe parcendum innocentum cauſa. 3, 11, 9, 1
Nomina regionum in pace quomodo accipienda. 3, 20, 23
Noſtrum quibus ex cauſis quid dicatur. 2, 1, 1
Noſtrum aliquid dupliciter. *ibid.* noſtra etiam ſunt quæ ſub certa lege, ut ne vendere ea liceat, ſint noſtra. 2, 2, 19. noſtra eſſe deſinunt, ſi ſcientes ab alio teneri, ei non contradicimus. 2, 4, 5. non deſinunt, niſi facto noſtro aut lege. 2, 8, 1
Nobis potius quam aliis juſte conſulimus, ubi par malum imminet. 1, 3, 3
Nothus etiam ſuccedere poteſt in regno patrimoniali. 2, 7, 12. non in eo quod conſenſu populi delatum eſt, & quare. 2, 7, 16
Notitia de Deo, quæ & qualis data hominibus naturaliter. 2, 20, 45
Notitia de Deo quod inconſpicuus. 2, 20, 45, 1
Notitia de Deo uno. *ibid.*
Notitia de Deo ut omniſcio. *ibid.* & ut creatore. 2, 20, 45, 2
Notitiæ activæ de Deo. 2, 20, 45, 3
Notitiæ de Deo quomodo probentur. *ibid.*
Notitiæ de Deo quæ maxime univerſales. 2, 20, 46, 1
Notitiæ de Deo, quæ obliterantur. 2, 20, 47, 1
Notitiæ de Deo quæ & quales. 2, 20, 45, 1
cum Noverca conjugium illicitum. 2, 5, 13
Noxa *caput ſequitur.* 2, 5, 32. *Noxæ de*ditio eſt ex jure civili, non nat. 2, 17, 21.
Noxales actiones ex quo jure. 2, 17, 20, 2
quæ Nulla ſunt nullum habent effectum juris. 1, 4, 10
Numantina ſponſio. 2, 15, 16
Nummus mercis loco. 2, 12, 3. *Not.* 4.
Nuptias repetere an liceat. 3, 4, 2. alienas attentare, ſcelus graviſſimum. 2, 20, 39. adverſus nuptias inceſtas lex vetus Noæ data. 1, 2, 5
Nutus interdum ſignum voluntatis ſufficiens. 2, 11, 11

O.

Obduratio cordis, facta a Deo qualis pœna. 2, 20, 4
Obedientia ſæpe illicita. 2, 26, 3, 1. & 1, 4, 1, 3
Obedientia debetur Magiſtratui. 1, 2, 7. ex jure ſocietatis. 1, 5, 2. etiam malo. 1, 4, 4. niſi quid contra juſtitiam & pietatem imperent. 2, 26, 3. debetur parentibus infinita ſed ſui generis. *Proleg. pag.* 10

Obli-

Obligari naturaliter quis quot modis dicatur. 2, 14, 6, 1
Obligari civiliter quis quot modis dicatur. 2, 14, 6, 2
Obligatur nemo ad bellum injuſtum 2, 15, 13, 1
Obligemur quomodo per alium. 2, 11, 12
Obligatur valide prædoni is, cui metus incuſſus non eſt 3, 19, 4
Obligatio ex facto miniſtrorum, cujus ſit juris. 2, 17, 20, 2
Obligationis ſine coactione exempla. 2, 18, 10
Obligatio ex culpa qualis. 2, 17, 1
Obligatio cadit in actum aut facultatem: & quomodo hæc differant. 1, 3, 16, 1, 2
Obligatio feudalis non tollit ſummum imperium. *vide* Feudalis obligatio. 1, 3, 23, 2
Obligatio ex dominio qualis. 2, 10, 1
Obligatio ex rebus exſtantibus, & non exſtantibus. 2, 10, 1, 2. & 2, 1
Obligatio interdum eſt in nobis ita, ut alteri jus nullum quæratur. 2, 11, 3, 1
Obligatio nat. quotuplex ex mente I. C. Rom. 2, 14, 6. civilis quotuplex. *ibid.* ex culpa qualis. 2, 17, 1. *& ſeqq.* ex dominio. 2, 10, 1. *& ſeqq.* ex facto alieno. 2, 17, 20. *adde* factum ex rebus. 2, 10, 1. obligatio poteſt eſſe in nobis, & nullum jus in eo cui obligamur. 2, 11, 3. nos cogendi. 2, 18, 10. ſummæ poteſtatis per minores quibus caſibus valeat. 3, 22, 2. ad pœnam unde oriatur. 2, 21, 12. quod fit animo non deliberato obligare non poteſt. 2, 11, 4. ex actibus mere internis ut jus aut obligatio naſcatur inter homines, naturæ humanæ non eſt congruum. 2, 20, 18. ſub imperio eminenti comprehenditur poteſtas obligandi ſubditos. 3, 20, 6. non tamen infinita ejuſmodi poteſtas requiritur ad imperium recte exercendum. 2, 14, 12 an hæc poteſtas, ſive jus ad naturam negotiorum geſtorum exigendum ſit. *ibid.* obligandi ſe jus cœtus in alium transferre poteſt, vel expreſſe, vel per conſequentiam. 2, 14, 11. an quis per alium obligari poſſit a ſe actioni præpoſitum contra voluntatem ſuam. 2, 11, 12. an per invaſorem aut tyrannum populus aut rex obligentur. *vide* Contractus. an a rege nunc regnante ſucceſſor poſſit obligari. 2, 7, 27. an per obligationem ab univerſitate factam partes univerſitatis obligentur. 2, 5, 17. verba obligationis is interpretari debet, cui eſt promiſſum. 2, 16, 1. contra obligationem agendo, nemo ſeſe obligationi eximit. 3, 20, 38
ad Obligationem requiritur animi deliberatio. 2, 11, 4, 1, 3
Obſes an teneatur mortuo qui miſit. 3, 20, 57
Obſes qui fugit, recipi a civitate non poteſt. 3, 20, 54
Obſes datus pro altero, ſi is mortuus ſit liberatur. 3, 20, 56
Obſes an ex alia cauſa poſſit retineri. 3, 20, 55
Obſidi fugere an liceat. 3, 20, 54
Obſides an occidi poſſint jure belli. 3, 11, 14
Obſides an occidi poſſint jure interno. 3, 11, 18, 1, 2. & 3, 4, 1, 4
Obſides ſervi non ſunt. 3, 20, 53
Obſides acceſſio plerumque actus principalis. 3, 23, 16. non tamen ſemper. 3, 20, 58. bona habere & de hæreditate ſua diſponere poſſunt. *vide* Teſtamentum. nam ut bona ipſorum fiſco cadant, juris eſt Rom. 3, 20, 53. dantur aut ſua voluntate, aut ejus qui imperium habet, & quo jure hoc poſtremum. 3, 20, 52. occidi non poſſunt jur. gent. niſi ex proprio quodam delicto. 3, 20, 53. quo reſpectu olim occiſi. 3, 11, 18. a pignoribus quomodo differant. 3, 20, 59
Obſides cum aufugiunt, civitati ipſorum recipere eos non licet. 3, 20, 54. quid debeatur obſidibus a civitate aut Rege a quo mittuntur. 3, 20, 52
Obſidum bona cui cedant. 3, 20, 53
Obſidum obligatio odioſa. 3, 20, 55. eorum obligatio interdum principalis. 3, 20, 38. & 3, 23, 16
Obſidum alter an ex facto alterius teneatur. 3, 20, 58
Obſtinata reſiſtentia non ſufficit ad jus internum occidendi. *vide* Reſiſtentia obſtinata. 3, 11, 16, 1
Occidere hoſtem, jus belli dicitur. 3, 4, 5, 1
mortem pati potius quam alium Occidas quando liceat, & quando non. 2, 1, 8, 1. & 9, 1
Occidere quis injuſte poteſt aliquem etiam in juſto bello, quoad juſtitiam internam.

Digitized by Google

nam. 3, 11, 1. qui occidit in bello non ſit impurus. 3, 4, 5. ſi teneatur Sacramento militari. 3, 18, 1. ex propoſito neminem licet, niſi is capital commiſerit. 2, 5, 28. licet, ut ſervetur vita aut pudicitia. 2, 1, 12. & 3, 11, 2. & res noſtra ſi aliter ſervari nequeat. 3, 11, 2. idque jure naturali. 2, 1, 11. etiam in bello. 3, 11, 7. non tamen ſi re iſta facile poſſumus carere. 3, 20, 43. ubi non quidem contra juſtitiam ſtricte dictam peccatur. 2, 1, 11. ſed contra charitatem. 3, 11, 2. occidere ita, ut alter copiam ſui defendendi habeat, non debetur ei, qui mori meruit. 3, 4, 15. occidere ſi quem licet, is gladio an veneno interficiatur, nihil intereſt jure naturali, ſed jure gent. *ibid.*

Occidere num liceat qui arma contra nos tulerunt. 3, 4, 6. aliquem ſi Deus præcipiat, an tunc homicidium fiat quid licitum. 1, 1, 10. a privato poteſt occidi qui in legem quid peccat, quæ peccantem jubet interfici. 1, 4, 18

Occidere ſe an unquam liceat. 2, 19, 5, 4

Occidere ſupplices an liceat. 3, 4, 11. & 3, 14, 15

Occidere obſides an liceat. 3, 4, 14. & 3, 11, 18

Occidendi deditos aut captos an juſta cauſa talio aut reſiſtendi pertinacia. 3, 4, 13. & 3, 14, 16, 1. & 2

Occidi poſſunt jure belli, qui intra hoſtium fines ſunt. 3, 4, 6, 1

Occidi an poſſint, qui ante bellum aliquo venerunt. 3, 4, 7

Occiduntur ſenes belli jure. 3, 4, 9, 2

Occiduntur captivi belli jure. 3, 4, 9, 2

Occiduntur infantes belli jure. *ibid.*

Occiduntur mulieres belli jure. *ibid.*

Occiſio quando licita jure interno in bello juſto. 3, 11, 2, 1

Occiſio quatenus licita in repreſſaliis. 3, 2, 6

Occiſio hoſtis indiſtincte quo ſenſu licita. 3, 4, 3

Occiſio extra propoſitum, ſive indirecte, quando licita. 3, 1, 4, 1

Occiſio pro vitæ defenſione quomodo vitioſa. 2, 1, 8, 9, 1

Occiſio, ne fugere cogamur: pro tuenda exiſtimatione & pro rebus an licita. 2, 1, 10, 3

Occupabilia ſua natura non ſunt dominia in perſonam aut populum. 2, 9, 1

Occupandi jus in ſtatu rerum communium. 2, 2, 2, 1

Occupare facinus an liceat. 2, 1, 5

Occupatio poſt omiſſam communionem. 2, 22, 5

Occupatio non eſt niſi in re terminata. 2, 2, 3, 2

Occupatio alia per univerſitatem, alia per fundos. 2, 2, 4

Occupatio imperii. 2, 3, 4, 1, 2

Occupatio dominii. *ibid.*

Occupatio an ſit juris gent. ut Rom. Juriſconſulti dicunt. 2, 7, 1. fieri poteſt etiam ſine ſublatione dominii. 2, 2, 10. eſt tamen prima cauſa efficiens proprietatis. 2, 2, 2. loci in pacem quando juſta. 2, 2, 10. & 3, 18, 2. non valet tempore induciarum, ſive perſuaſis iis qui tenent, ſive ultro non defendentibus. 3, 21, 8. in non occupatis judicia ceſſare cenſentur. 1, 3, 2. occupatum eſſe in odioſis quid ſignificet. 2, 16, 2

Odium in promiſſis. 2, 16, 12, 3

Odio carentia quomodo intelligenda. 2, 16, 12, 1

Odioſum, quo altera tantum pars aut plus altera oneratur. 2, 16, 10

Odioſa quomodo interpretanda. 2, 16, 12, 3

Odioſa in dubio perſonalia. 2, 16, 16, 3

Odioſa quænam eſſe dicantur. 2, 16, 20

Non quicquid eſt contra Officium ſtatim eſt irritum. 3, 23, 8. ad officium aliquod jus proprium civis non habet. 2, 17, 3. qui quod ex officio facere tenebantur, niſi pecunia accepta non faciunt, tenentur læſos reſtituere in integrum, 2, 17, 17

Oἰκονομία. 3, 1, 8, 3

Oἰκουμένη. 2, 22, 13

Olivarum rami & ſimilia ſupplicum ſigna num obligent. 3, 24, 5

Onus vitandum in verbis interpretandis. 2, 16, 12, 3

Onus promiſſis adjici quando poſſit. 2, 11, 19

Onera regiæ dignitatis a rege alienari non poſſunt. 2, 6, 11

Onera ex federe tranſitoria aut manentia. 2, 15, 7, 3

Opera & pecunia quot modis inter ſe comparentur. 2, 12, 24, 1, 2

Opera vix gratis præſtatur. 3, 6, 23. an proprie ſit pœna. 2, 20, 1. cum ratione & modo ſervis imperanda. 3, 14, 5

Operas

Digitized by Google

Operas qui promiſit, quibus ex cauſis excuſetur. 2, 16, 27, 2
Opificibus parcendum in bello. 3, 11, 12
*Oportet* & *licet* ſæpe opponuntur. 3, 4, 2
in Oppugnatione urbis Hebræi partem liberam relinquebant, quo confugere cuique licebat. 3, 11, 14
Oppidum tradere qui promiſit, poteſt præſidium dimittere. 3, 22, 13
Opulentia fere cauſa bellorum. 1, 2, 8
Οὐ κ' quid. 2, 13, 21, 2, 3
Orbis pro Romano dictus. 2, 22, 13, 1
Orbi toti an unum imperium expediat. 2, 22, 13, 1, 2. & 3, 15, 7
Ordinare. 1, 3, 21
Ordo in conſeſſu æqualium dignitate habetur ex ætate. 2, 5, 21
Ordo eorum qui damnum dederunt in debito reſtitutionis. 2, 17, 6, 12
Ordo qui ſervandus inter ſocios. 2, 5, 21
Ordo conſidendi inter reges Chriſtianos. *ibid.*
Ordo inter eos qui partes in re diſpares habent. 2, 5, 22
Ordinum conventus populum referunt. 1, 3, 10, 3. & 2, 6, 9
Ordinum conventus alibi alios uſus habent. 1, 3, 10, 4
Ordinatio divina eſſe regia poteſtas quo ſenſu dicatur. 1, 2, 7. & 3. & 1, 4, 4, 1
Oriens ſuetus regibus. 1, 3, 20
Ornamenta corrumpere in bello iniquum. 3, 12, 5
Otioſis pœna dicta. 2, 25, 3. *Annotata* 4
Otryades an vicerit Argivos. 3, 10, 45

P.

Pacatorum quod officium circa bellantes. 3, 17, 3
Pacta quæ pactis aliis prævaleant, ſi caſu collidantur. 2, 16, 29, 1
Pacta, quibus imperii mixtura ſit. 1, 3, 17. & 3, 19, 10
Pacta nuda an obligent jure naturæ, & gentium. 2, 11, 1, 1
Pacta in mari, in vacua inſula, aut inter diverſarum civitatum cives per literas facta, reguntur jure naturæ, & gentium. 2, 11, 5, 3
Pacta regum quo jure regantur. *ibid.*
Pacta errantium. 2, 11, 6
Pacta ut obligent, non ex lege tantum eſt, ſed ex voluntate. 2, 11, 1. ut ſerventur jure naturali convenit. *Prol.* §. 10
Pacta errantis quomodo queant convaleſcere. 2, 11, 20. quomodo dijudicanda. 2, 11, 6. & 3, 23, 4. jurata, non juratis præferenda. 2, 16, 29. quomodo intelligi debeant. *ibid.* Magiſtratuum, cives tamen in oneroſis obligant, non etiam in iis, quæ alias imperantur. 3, 22, 6. regum privata diſcernuntur a publicis. 2, 15, 1. privata quo jure judicentur. 2, 11, 5. & 2, 14, 1. & 2, 14, 6. *adde* 2, 16, 11. *vide* Contractus.
Pacta publica ſolo jure naturali reguntur. 2, 11, 5. & 2, 14, 1. §. 5. §. 6. vim habent etiamſi nihil adhuc ex iis ſit præſtitum. 2, 11, 1
Pacta in prima delatione imperii cum rege facta, ſi ab eo violentur regem faciunt privatum. 1, 4, 12. ſpecialia potiora generalibus. 2, 16, 29. vetantia potiora jubentibus. 2, 16, 29
a Pactis poſterior diſcedens non eſt perfidus. 3, 19, 14
Pactis bellum finire quibus liceat. 3, 20, 2. populus de jure ſibi proprie competenti, in gratiam ejus cujus intereſt poteſt decedere. 2, 3, 15. de ſtatu puro in mixtum tranſire poteſt. 3, 19, 10. ex pactis retinere aliquid cum pactum improbatur, injuſtum eſt. 3, 22, 3
Pactorum perſonalium & realium diſcrimen. 2, 16, 16, 1, 3
Pactorum jus naturale non mutatum jure gentium voluntario, niſi in quæſtione de inæqualitate rerum. 2, 12, 26
Pactum ut quid belli tempore valeat, valet etiam cum ſint induciæ. *vide* Induciæ. ut res maneant eo loco, quo ſunt, quomodo intelligendum. 3, 20, 12. ut res turbatæ ex antiquo jure componantur, quomodo intelligendum. 3, 20, 13. an ad eos quoque pertineat, qui ſe ſponte parti alicui ſubjecere. 3, 20, 14. dubius hujuſcemodi pacti intellectus contra quem explicandus. 3, 20, 26. cum quædam præſtari nequeunt quæ ex hoc pacto præſtari debent, quid agendum. 3, 20, 37
Paganus an hoſtem licite occidat. 3, 18, 1, 1
Panem in ſtationes hoſtium injicere licet, ne fame premi videamur. 3, 1, 8. in ſumma inopia cum quis alteri ſurripit, furtum non committit. 2, 2, 6
Papa ſuſtinet perſonam populi Rom. 1, 3, 13. ſub titulo eccleſiæ univerſalis an bella poſſit inferre. 2, 22, 14



Digitized by Google

Par pari referre juris gentium quo ſenſu. 2, 20, 8
Pares ſententiæ nihil agunt. 2, 5, 18
Παράδειγμα. 2, 20, 9, 1
Parcere Stoicorum nihil differt ab ignoſcere vulgi. 2, 20, 29
Parentes alendi. 2, 7, 5, 1
Parentes liberos pignorare ac vendere quando poſſint. 2, 5, 5
Parentes dii quidam inter homines. *Proleg. pag.* 4. magiſtratus naturales ſunt. 2, 20, 30. utrique jus habent in liberos jure naturali. 2, 5, 1. non regendi tantum eos ſed & coërcendi. 2, 5, 4. etiam oppignorandi. 2, 5, 5. & 2, 5, 29
Parentibus debetur reverentia. *vide* Reverentia. in iis quæ ſunt contra jus divinum aut humanum non obtemperandum 2, 26, 3. in eos qui in parentes impii ſunt, juſtum bellum eſt. 2, 20, 40
Parentum jus in liberos ſecundum tempus diſtinguitur. 2, 5, 2, 3, 6
Parentum cum liberis matrimonia contra jus naturæ. 2, 5, 12, 2, 5
Parere quomodo dicantur, qui potioribus tenentur inæquali fœdere. 1, 3, 21. Chriſtiani quomodo debeant magiſtratui. 1, 4, 4. ſubditi an debeant in dubio, juſtumne an injuſtum ſit, quod imperatur. 2, 26, 4. parendi & imperandi ordinem Deus adprobavit. 1, 4, 4
Pars major jus habet univerſitatis. 2, 5, 17
Participes delicti qui. 2, 21, 1, 2, 2
Partus an ventrem ſequatur, & quo jure. 2, 8, 18
Partus matrem naturaliter non magis quam patrem ſequitur. 2, 5, 29, 1
Pater jus ſuum in filium alienare an poſſit. 2, 5, 5, 26, 1
Pater non æque certus de prole ſua eſſe poteſt, ac mater. 2, 7, 8. tenetur ex delictis filiorum, ſi in poteſtate eos habet. 2, 21, 2. non tamen ſi in ipſo nihil vitii ſit. *ibid.*
Paterfamilias quid ſignificet. 3, 14, 5, 1, 2
Patientia quæ punibilis in rectore, aut republica. 2, 21, 2, 2, 4
Patientia interdum in jus tranſit. 1, 3, 21. obligat magiſtratum ex delictis ſingulorum. 2, 21, 2
ad Patientiam Chriſti exemplo invitamur. 1, 4, 7, 15
Patrimonium populi rex alienare non poteſt. 2, 6, 11. illius pars, id eſt, dominii a rege oppignorari cur poſſit. 2, 6, 13
Patria poteſtas quid. 1, 1, 5
pro Patria civis etiam innocens ſe tenetur hoſti dedere & mori. 2, 25, 3
Patris imperium naturaliter præfertur imperio matris. 2, 5, 1
Patrocinium non tollit libertatem ejus, cui patrocinamur. 1, 3, 21
Patronatus jus per hæreditatem adiri poteſt, etiam cum bonorum hæreditas non aditur. 2, 7, 19
Patruelium conjugia vetita. 2, 5, 14
Paucorum dominatio. *vide* Dominatio.
Paulus Apoſtolus non improbat præſidium militare. 1, 2, 7, 11
Pax quid. 3, 20, 32. dicitur de pluribus. 3, 21, 1. an amicitiæ tantum cauſa ſit. 3, 20, 40. bello favorabilior. 2, 16, 10. ideoque ei præferenda. 2, 23, 6. etiam qualiſcunque. 3, 25, 3
Pax Chriſtianis qualis fuerit in primitiva eccleſia. 1, 2, 9. ut ab aliquo cum aliis juſte ineatur, ſummam requiritur ut is habeat poteſtatem. 1, 3, 6. & 3, 20, 1. itaque nec duci eam inire conceſſum eſt, etiam cum ſummo jure bello præeſt. 3, 22, 7. *quibus rationibus iniri* poſſit, inter eos qui ambo juſtam belli cauſam habuiſſe volunt videri. 3, 20, 11
Pax an libertas præferenda. 2, 24, 6. prodeſt iis volentibus quos & obligat. 3, 20, 4
Pax religioſe ſervanda. 3, 25, 1, 7
Pax utilis validioribus, invalidioribus & paribus. 3, 25, 5
Pax rupta quando cenſeatur. 3, 20, 27
Pax rumpitur ab eo qui ex veteri cauſa vim infert. 3, 20, 28
Pax alienans bona imperii, regni, coronæ. 3, 20, 5, 2, 3
Pax, qua imperium, aut pars imperii alienatur. 3, 20, 5
Pacis cauſa an bona ſubditorum valide alienentur. 3, 20, 7, 8
Pacis conventionum interpretationes. 3, 20, 9
in Pacis conditionibus, utile fuerit adjeciſſe, ne etiam in minoribus capitibus rupta cenſeatur, nec rupta, niſi arbitro prius adito. 3, 20, 36. ſi in iis hæc ſit, ut poſſeſſio bello turbata reſtituatur,

Digitized by Google

tur, qualis ſpectanda ſit poſſeſſio. *vide* Pactum.
**Pacis** capita an diſtinguenda in majora & minora. 3, 20, 35
**Pacis** ineundæ jus cui competat in imperio procerum aut populi. 3, 20, 4. rege adhuc pupillo aut mentis non compote. 3, 20, 3. quodnam optimum ſit tempus. 2, 25, 6
**Pace** non reddi civitates liberas, quæ ſe ſponte ſubjecerunt. 3, 20, 14
**Pace** regis an teneantur ſucceſſores & populus. 3, 20, 6
**Pacem** ſervare qui vult, poſtquam ab adverſario rupta eſt, poteſt. 3, 20, 38
**Pacem** facere cujus ſit. 3, 20, 2, 4
**Pacem** major pars faciens obligat univerſitatem. 3, 20, 4
**Pacem** vix habemus confeſſione injuriæ. 3, 20, 11. ad pacem quid invalidos movere debeat. 3, 25, 4. quid validiores. 3, 25, 5
an **Pacem** facere poſſit rex aut minor, aut captivus, aut exul. 3, 20, 3
**Pactiones** de rebus reddendis, quæ magis minuſque favorabiles. 3, 20, 21
**Parlamentum.** *vide* Comitia ordinum.
**Peccandi** facilitas cauſa non minuendæ pœnæ. 2, 20, 7, 1
**Peccare** agnatum humanæ naturæ. 2, 20, 19. qui peccavit, naturaliter eſt in eo ſtatu ut puniri poſſit. *vide* Delinquens. peccandi cauſam qui dat, peccat etiam ipſe. 3, 1, 21. ideo nec ex alieno delicto punitur. 2, 21, 1. duo invitamenta ſunt, conſuetudo & facilitas. 2, 20, 34
**Peccatum** eſſe non poteſt, niſi quod libere fit. 2, 20, 19. quod per legis ignorantiam committitur, etiam contra legis verba, levius puniri poteſt. 2, 20, 26. an quod ex generali imbecillitate humana committitur rite peccatum nominari debeat. 2, 20, 19. inevitabile humanæ naturæ non punitur. *ibid.* neque & id, quod huic tantum, aut illi inevitabile. 2, 20, 19. non punitur quod paucis cognitum. 2, 20, 22. remittere omnibus, quo ſenſu jubeatur a Chriſto. 2, 20, 10. remitti debet, ob acceptum beneficium. 2, 20, 22
**Peccatum** ad mortem. 2, 20, 7, 3
**Peccata** quæ facile condonanda. 2, 20, 26
**Peccata** quæ excuſabiliora. 2, 20, 30, 2. & § 31, 2
**Peccatis** ignoſcere ſive pœnam meritam remittere an liceat. 2, 20, 21
**Peculatus** non eſt, niſi in republica ſacra aut religioſa. 3, 6, 21
**Peculatus** committitur circa prædam. 3, 6, 21, 3
**Peculium** quid. 3, 14, 6, 2
**Peculium** quatenus domini, quatenus ſervi. *ibid.*
**Pecunia** communis menſura. 2, 12, 17, & 2, 17, 22
**Pecunia** quanti æſtimanda. 2, 12, 17
**Pecunia** ſterilis quo ſenſu. 2, 12, 20, 1
**Pecunia** functionem quomodo recipiat naturaliter. 2, 12, 17. eadem cur nunc plus, nunc minus valeat. *ibid.* pecunia rependi poteſt damnum adverſus honorem & famam datum, & quare. 2, 17, 22
**Pedibus** fit initium poſſeſſionis in rebus immobilibus. 2, 8, 6
**Peneſtarum** ſervitus apud Theſſalos. 2, 5, 30
**Penſitatio** non repugnat cum ſummo imperio. 1, 3, 22
**Percuſſorem** immittere an liceat in bello. 3, 4, 18
**Percuſſores** duplicis generis. *ibid.* an liceat immittere hoſti jure gentium. *ibid.*
**Perdere** rem alienam. *vide* Corrumpere.
**Perduellium** liberi juſte arcentur honoribus. 2, 21, 16
**Peregrini.** *vide* Exteri.
**Peregrini** tenentur legibus loci in quo contrahunt. 2, 11, 5, 2
**Perfidia** aliena uti non licet in bello. 3, 4, 18, 4, 5
**Perfidiæ** uſus in defectores, piratas, latrones, jure gentium diſſimulatur. 3, 4, 18, 6
**Perfidorum** opera qualium uti contra jus gentium. 3, 4, 18, 4, 5
**Periculum** non cenſetur in moralibus, in quod quis ſua ſponte ſe injicit. 1, 3, 3. periculi pretium in contractu aſſecurationis unde æſtimandum. 2, 12, 23. periculi ſummi vitandi cauſa, modum præſcribit imperandi populo ſubacto. 3, 15, 1. quæ vitandi ejus cauſa injuſte fiunt, maxime excuſabilia. 2, 20, 29
quod **Perit**, domino perire naturale. 2, 8, 16
**Perjurii** pœna poſteritatem contingit. 2, 13, 1, 2

Perjurii voluntas punitur. *ibid.*
Perjurium an committatur ab eo qui in falſos Deos jurat. 2, 3 22. hoc ipſum verus Deus punit & quare. 2, 13, 22. perjurium Deus etiam in filiis punire ſolet, 2, 21, 14. perjuris pœnam imminere omnes homines credidere 2, 13, 1
Perjurus in piratam aut latronem non punitur. 3, 19, 5, 1
Permiſſa alia dicuntur ex vi libertatis naturalis, alia per beneficium laxata lege. 2, 2, 23
Permiſſio legalis quid. 1, 1, 9. aut plena eſt, aut minor. 1, 1, 17. id quod permittit, an id quod jubet in dubio præferendum. 2, 16, 29
Permiſſio quotuplex. 1, 1, 17, 1
Permiſſio ex more diſtinguitur a permiſſione ex beneficio. 2, 2, 23
Permiſſio an legis ſit actus. 1, 1, 9, 1
Permittere ſe arbitrio aliorum quid ſit. 3, 20, 49
Permutatio, contractus antiquiſſimus. 2, 12, 3, 3
in Permutatoriis, quod altera pars amplius promittit, non debet donatum cenſeri. 2, 12, 11
Perſæ immerito puniuntur ab Alexandro ob illatum olim *Græciæ* bellum. 2, 21, 8. Perſarum jus filiam aut matrem capiendi in matrimonium. 2, 5, 12. jus filios aut propinquos delinquentium interficiendi iniquum. 2, 21, 15. vitam anteriorem in delicti æſtimatione ponendi & quare. 2, 20, 30
in Perſas male Ariſtoteles dixit, naturaliter jus belli eſſe. 2, 20, 40
Perſæ multas uxores habebant, 2, 7, 9, 4
Perſarum opinio de Deo. 3, 5, 2, 6
Perſarum mos in judiciis criminum. 2, 20, 30, 3
Perſarum lex quædam injuſta. 2, 21, 15
Perſarum jus in liberos. 2, 5, 7
Perſecutio difficilis præſumi facit derelictionem. 2, 8, 3
Perſei Macedonis controverſia cum Romanis. 2, 16, 16, 2
Perſeo cur Macedones prætulerint Demetrium minorem in delatione regni. 2, 5, 16
Perſepolis injuſto incendio vaſtata 2, 21, 8
jus Perſequendi eum, qui rectorem alicujus civitatis aut eam ipſam læſit, nulla alia civitas, apud quam nocens degit, rectorve ejus debet impedire. 2, 21, 3. perſequi res eas quæ non ſunt in bonis, quiſque ſine damno poteſt omittere. 3, 13, 2
Perſonarum aptitudo ad cauſas peccandi impellentes, & abſtrahentes. 2, 20, 31
Petenti dare, quo ſenſu Chriſtus præcipiat. 1, 2, 8, 6
Petri factum gladio utentis cur improbatum. 1, 3, 3, 6, 1
Phaneæ legati Ætolorum oratio. 3, 20, 50
Philippus injuſte Thraciæ reges regno expellit. 2, 1, 1
Philippus poſterior. 2, 4, 2. an vicerit capta Attali nave. 3, 20, 45
Phineas quo jure deficientem a lege Hebræa privatus ipſe occiderit. 2, 20, 9
Picturas corrumpere in bello injuſtum 3, 12, 5
Pietate ſublata tollitur juſtitia. 2, 20, 44
Pignorationes jure civili vetitæ. 3, 2, 1, 2
Pignorationes introductæ ad exemplum onerum. 3, 2, 7. diſtinguuntur ab obſidibus & in quibus. 3, 20, 59. pignus rei alienæ & a creditore venditæ domino reſtituendum. 2, 10, 2. valida etiam cum *ea res datur quæ mihi eſt* oppignorata. 2, 6, 13. valida etiam quæ fit ab alio pro meo debito. 3, 2, 1. invalida cum pars imperii oppignoratur populo non conſentiente. 2, 6, 9. pignoris luitio ne fit, tempus nullum poteſt efficere, ſi præſtatur *id pro quo* pignus eſt oppoſitum. 3, 20, 60. jus pignoris luendi non amittitur per præſumtam derelictionem. 2, 4, 15. luitio rei quæ eſt ex patrimonio populi aut regis ex cauſa pignoris oppoſita quædam eſt tributi ſpecies. 2, 6, 13. pignoris retentio non injuſta eſt ex alio & ſuperveniente debito 3, 20, 59. ut pignus retineri poſſit jure gentium, non requiritur ut quis antea id a *judice* aut magiſtratu petat. 3, 2, 7
Pignus accipiens ad quid teneatur, 2, 12, 13, 1
Pignoris datio qualis actus. 2, 12, 6
Pignorum conventio quam interpretationem recipiat. 3, 20, 59
Pii inter Judæos non circumciſi. 1, 1, 16, 12, 8. *Annot.*
Pilagium quid, 3, 6, 24, 7
Pipini factum. 3, 4, 18, 1



Digitized by Google

Piratæ qui. 3, 3, 1. civitatem non faciunt. 2, 18, 2. etſi forte juſtitiam quandam inter ſe ſervent 3, 3, 2. defendi a quo vis poſſunt, ſi ita invaluère ut formidabiles ſe fecerint, quo ad pœnam. 2, 21, 5. reſtituere non tenentur quod metu expreſſere, ſi jusjurandum intervenerit. 2, 17, 29
Piratæ non triumphantur. 3, 3, 2, 3
Piratæ quæ capiunt non mutant dominium. 3, 9, 16
Piratæ datum repeti poteſt. 2, 17, 19, 1
Piratæ jus legationis non habent. 2, 18, 1, 3
Piratis jusjurandum eſt ſervandum. 2, 13, 15
ex Piratica tenentur magiſtratus, ſi non ea adhibuerunt remedia quæ poſſent ac deberent. 2, 17, 20
Piſcandi jus in mari, quorum ſit. 2, 3, 9, 1. & §. 10, 1
Piſcandi jus in diverticulo fluminis occupari poteſt. 2, 3, 10, 2
Piſcatio cuivis licita, ſed impediri poteſt ab eo, qui fluminis imperium habet. 2, 2, 5. ea quæ in mari fit longo tempore fuit communis. 2, 3, 9. piſcatione dominium agri inundati ſervari poteſt 2, 8, 10
Piſces quorum ſint. 2, 2, 5
Piſces in ſtagno privato non ſunt nullius. 2, 8, 2
Plantata ſolo naturaliter non cedunt. 2, 8, 22
Plebs in Ariſtocratico regimine exſors omnis poteſtatis civilis. 1, 3, 8, 6
Pœnæ definitio. 2, 20, 1, 1
Pœna juſta nulla niſi ob culpam. 2, 20, 1, 2, 3
Pœna deberi quo ſenſu dicatur. 2, 20, 2, 2
Pœna exigi debet propter quid. 2, 20, 4. & § 6, 2
Pœna divina qualis, & quem ob finem. 2, 20, 4, 2
Pœna quo ſenſu ad naturam contractuum dicatur accedere. 2, 20, 2. cur a Papiniano æſtimatio dicta. 2, 20, 28. omnis habet quod caritati repugnet. 2, 20, 22. an determinetur a natura. 2, 8, 20. an ob delictum univerſitatis ſemper poſſit exigi. 2, 21, 8. 3, 13, 2. ob delictum univerſitatis non exigenda a ſingulis qui in id non conſenſere, jure naturali, 2, 21, 18. & 3, 18, 4. a paucis exactum ob delictum tale obligat reliquos ad reſarciendum damnum. 2, 20, 7. & 10. exigi poteſt etiamſi non omnes fines concurrant. 2, 20, 13. potuit etiam ante legem pœnalem. 2, 20, 21. an ſemper exigenda ob quemvis actum vitioſum. 2, 20, 4. & 2, 20, 18. & *ſeqq.* non ſemper exigenda, etiam poſt poſitam legem pœnalem. 2, 20, 21. in quibus vitioſis actibus non ſit exigenda. 2, 20, 18. & *ſeqq.* non exigenda quam bonum publicum non vult exigi. 2, 20, 23. punit tamen nonnunquam Deus nocentium liberos, & quo jure. *vide* Liberi.
Pœna mitigari ſemper debet, niſi adſint graves & urgentes cauſæ. 2, 20, 36. ſemper mitigari debet, ſi comparata ad factum dura ſit. 2, 20, 25. ſi delictum ſit ex infirmitate animi difficulter ſuperabili perfectum, etiam contra legis verba. 2, 20, 26. ſi ſpes ſit melioris vitæ. *ibid.* modum pœnæ ſine injuria non licet excedere. 3, 11, 1. & 3, 12, 1. adeo ut qui excedit, vi poſſit inhiberi. 2, 1, 18. & 2, 26, 6. modus iſte unde metiendus. 2, 20, 29. an extendi poſſit ad majus nocumentum, quam datum ſit. 2, 20, 33. remitti ex quibus cauſis poſſit. 2, 20, 25. & §. 26. an ex iis tantum quæ per modum tacitæ exceptionis legi inſunt jure gentium. 2, 20, 28. libenter remittenda ob delictum, quod in nos commiſſum. 2, 24, 3. remiſſa iis qui delicta perpetrarunt, an mandanti cenſeatur remiſſa. 3, 24, 7. tacite remiſſa quotiens cenſeatur. *ibid.* an omnis ex toto veniat ad partes. 2, 20, 2. quæ a Chriſto ſublata, quæ non. 2, 20, 10. coactiva. 1, 3, 20. emendatoria quando licita. 2, 20, 20. juſta ut ſit, opus ut delictum antecedat. 2, 20, 1. & is ipſe deliquerit qui punitur. 2, 21, 8 ut tanta pœna dignus cenſeatur apud judicem æquum. 3, 11, 2. fidejuſſorum & ſimilium proprie pœna non eſt. 2, 21, 11. parentum liberis non aufert, quæ a rerum natura ad ipſos erant perventura. 2, 21, 10
Pœna cum benefactis compenſatur. 2, 20, 22, 1
Pœna poteſt eſſe citra legem pœnalem. 2, 20, 22, 1
Pœna an ſemper prærequirat juriſdictionem. 2, 20, 40, 4
Pœna an tranſeat in eos qui non deliquerunt.



Digitized by Google

querenti 2,21,12,13
Pœna accepta aufert jus belli movendi. 2,21,12. modus in pœna unde petendus. 2,20,28,29
Pœna proprie dicta in beſtias non cadit. 2,21,11,1
Pœna an delictum excedere poſſit. 2,20, 32,2
Pœna remittenda, ne ad bellum veniatur. 2,24,2,1
Pœna maxime remittenda ab eo, qui læſus eſt, etiam rege. 2,24,3,2
Pœna pace remiſſa quæ cenſeatur. 3,20, 17
Pœnæ privatæ remiſſio, 2, 20, 8, 5. & 2, 20, 10, 2
Pœnæ exactio an euangelio permiſſa. 2, 20, 10, 1, 2
Pœnæ impropriæ irregularitates. 2, 20, 1, 1
Pœnæ exactio ad quam juſtitiæ ſpeciem ſpectet. 2,20,1,2
in Pœnis æqualitas primo ac per ſe quæ ſpectetur. 2,20,2,3
Pœnæ in mari. 2,20,8,5
finis Pœnæ. 2,20,4,1,3. & §. 6,2
Pœnæ omittendæ cauſæ. 2, 20, 22, 1. fines quomodo ceſſent. 2,20,22,1. & §. 26,1
Pœnæ quomodo ab aliis in alios tranſeant. 2,21,1,2. & 2,4
Pœnæ civitatum diſtinctæ a pœnis ſingulorum. 2,21,7,2
Pœnæ obligatio in univerſitate quamdiu duret. 2,21,8,1
Pœnæ remiſſio quibus ſignis intelligatur. 3,24,7
Pœnæ minuendæ aut non minuendæ cauſæ. 2,20,30,31
Pœnæ menſura. 2,20,28,33
Pœnæ jus remiſſum, ubi actum eſt cum tyranno, quaſi tali, aut cum prædone. 3,19,3
Pœnam qui ſumit, ſuſtinet, aliquo modo perſonam ſuperioris. 2, 24, 2. ut quis poſſit ſumere, jus ad puniendum habere debet. 2,20,2. id omnibus magiſtratibus jure gentium datum certis caſibus. *vide* Jus gentium. hinc & contra eos præſumitur, niſi diverſum appareat. 3, 20, 30 non eſt tamen proprius effectus juriſdictionis civilis. 2, 20,40. §. 44. unde oriatur. 2, 20, 2. & 2, 20, 40. id Jus naturaliter quiſque habet, qui nihil ſimile commiſit. 2, 20, 3. & 2, 21, 3. an valeat poſt conſtituta nunc judicia. 1, 3, 1. reſtrictum eſt. 1, 3, 2. ad proximos affectus & ſummam poteſtatem. 1, 4, 5. & 2, 20, 40. valet adhuc ubi judicia ſunt nulla. 2, 20. 8. ubi nulla civilis ſocietas. 2, 20, 40. hinc, ubi valet, non civitas eſſe, ſed diſſoluta multitudo præſumitur. 1, 4, 2. pœnam ſumere de improbo, privatis intutum eſt, etiam ubi licet 2,20,14
in Pœna duo ſpectantur, id ob quod, & cujus ergo. 2, 20, 28. ſpectatur proportio arithmetica. 2, 20, 33. non hoc primo ſpectatur ut magis nocentes gravius, minus nocentes levius puniantur. 2,20,2. perſona, quomodo conſideretur, quæ puniri debet. 2, 20, 31
Pœnarum partitio: fines. 2,20,6
Pœnale pactum aut lex, fortior non pœnali. 2,16,29,1
Pœnalia quando ad hæredes tranſeant. 2, 21,20
Pœnalia ſunt odioſa. 2, 16, 10. ad regum actus non pertinent. 2, 14, 2
Pœna legatorum. 2, 18, 4. regum, qui abſolutum habent imperium. 1, 3, 16. & 1, 3, 20. ob delicta impunita ad res magiſtratuum non ſubditorum. 3, 18, 2. cœtibus aut functionibus arceri proprie non eſt pœna. 2,20,1
Pœnitentia conceſſa in iis, quæ ex voluntate profecta. 2, 14, 14. vera, ſi tempus & copia ſuppetit, requirit, ut is qui damnum dedit id reſarciat. 3, 10, 3. eorum qualis eſſe debeat, qui injuſta bella intulere. *ibid.* pœnitentia ductis, non ſemper omnem pœnam remittit Deus. 2, 20, 11. an iis a magiſtratu Chriſtiano danda ſit impunitas. *ibid.* ab iis qui pœnitentiam agebant, olim vita puritatis eximiæ requirebatur. 1, 2, 9. hinc Clericis & ſimilibus adnumerati. 3,11,10
Pœnitentibus an pœna omnis condonanda. 2,20,12
Pœnitentibus militia olim interdicta, & quare. 1,2,10,9
Πόλεμος unde dictum. 1,1,2,2
Pollicitatio quid, & quem effectum habeat. 2,11,3
Πολιτικὴ ars quæ Ariſtoteli. 1,3,6,2
Politici ſcriptores magis ſpectant quotidianam adminiſtrationem quam jus imperii. 1,3,19
Polygamia naturaliter licita. 2, 5, 9. cur prohi-

prohibita lege euangelica. 2, 5, 11
Pompejus bellum piratarum finit pactionibus. 3, 19, 2
Pompejus templum Hieroſolymorum ingreſſus contra legem. 3, 5, 2, 7
Pontifex Romanus coronat Imperatorem, qua Romanus eſt Imperator. 2, 9, 11, 4
Pontifex Romanus pronunciavit electionem factam a populo Romano. 2, 9, 11, 2, 4
Pontifex Romanus vacante imperio feudorum inveſtituras quo jure tribuat. *ibid.*
Pontius Samnis. 2, 1, 18
Populus poteſt jus ſe regendi totum alienare. 1, 3, 8, 3. eorum exempla qui ſe aliis ſubjecerunt. *ibid.*
Populus liber facto Magiſtratuum ſine mandato non obligatur. 2, 5, 16, 1
Populus Romanus jus Imperatorem eligendi ſemper retinuit. 2, 9, 11
Populus Romanus idem qui olim. 2, 9, 11, 1
Populus regimine mutato tenetur de debito ante contracto. 2, 9, 8, 1
Populus liber factus ſedet eo loco, quo ante rex aut princeps. *ibid.*
Populus idem ſub Monarchico, Ariſtocratico, Democratico regimine. 2, 9, 8, 1
Populus migrans idem. 2, 9, 7
Populus idem quamdiu. *ibid.*
Populus quomodo intereat. 2, 9, 3, 3. & 5, 4, 1, 5, 6, 1
Populus ſubditus an ob regis delictum puniri poſſit. 2, 21, 17, 1
Populus quibus modis dividatur, intereat, uniatur. *vide* Civitas. idem manet etiam poſt annos mille. 2, 9, 3. etiamſi in alium locum ſedem ſuam tranſtulit. 2, 9, 7. alios populos ſub ſe habere poteſt, & in eos jure abſoluto imperare. 1, 3, 8. redactus ad paucos, qui populum facere nequeunt, id jus tantum retinet, quod erat privatorum. 2, 9, 4. tenetur partibus ſuis conſervare id cujus gratia in ſocietatem civilem ventum eſt. 2, 6, 9
ultra Poſſe nemo obligatur. *vide* Impoſſibile.
Populi ob regum peccata puniti, quare. 1, 3, 8, 16
Populi pars alienari non poteſt niſi & ipſa conſentiat. 2, 6, 4. nec ipſa poteſt recedere a populo, niſi ex ſumma neceſſitate. 2, 6, 5. ne quidem ex neceſſitate. 2, 6, 6
Populi conſenſus circa alienanda imperia quomodo intelligatur. 2, 6, 8
Populi teſtimonium de jure ſucceſſionis quid valeat. 2, 7, 27, 2
Populi minor pars populum non obligat. 2, 15, 3, 2
Populi an poſtliminio a regibus recipiantur. 3, 9, 12
Populo deſtructo an res maneat eorum qui populo ſuperſunt. 2, 9, 4
Populatio inutilis ubi hoſtis aliunde ali poteſt. 3, 12, 4
Populatio quibus ex cauſis inhibenda. 12, 1, 3
Populatio quæ utilis: & quæ inutilis. *ibid.*
Populatio plerumque fit ex odio. 3, 12, 1. juſta ea eſt quæ ad pacem hoſtem cogit. *ibid.* ex quibus etiam politicis cauſis ea abſtinendum. 3, 12, 8. milites populantes an juſte etiam coram Deo poſſint interfici, ſi id permiſſum lege humana. 2, 20, 17
Populatione abſtinendum ubi ſpes eſt celeris victoriæ. 3, 12, 3, 1
Populatione inhibita conciliantur hoſtium animi. 3, 12, 8, 1, 2
in Populationibus inhibendis Belgarum, & Indorum mos. 3, 12, 4, 1, 2
Poſſeſſio per alium acquiritur. 3, 6, 9
Poſſeſſio in re dubia imperii ſequenda privato. 1, 4, 20
Poſſeſſio ferarum per inſtrumenta quomodo quæratur. 2, 8, 4
Poſſeſſio longæva inter reges & populos. 2, 4, 2
Poſſeſſio non acquiritur jaculi immiſſione. 2, 8, 3, 4
Poſſeſſio rei alienæ juſta quæ in bello fit ex neceſſitate. *vide* Occupatio. deſultoria nil efficit ad jus proprietatis. 2, 4, 9. ut ad dominium jus faciat, corporalis requiritur. 2, 8, 3. facti ſufficit in bello. 3, 20, 12. longi temporis allegari ſolet etiam inter populos diverſos aut reges. 2, 4, 2. videtur valere, non tantum ex conjecturis ſed & jure gentium voluntario. 2, 4, 9. & 2, 19, 6
Poſſeſſionis longæ favor circa imperia. 2, 4, 7. & 8, 2, 3
Poſſeſſionis immemorialis quæ vis jure gentium. 2, 4, 9
Poſſeſſor neceſſitate pari præferendus. 2, 2, 8



Digitized by Google

Poſſeſſor malæ fidei quale jus acquirat. 3, 7, 6, 2
Poſſeſſor bonæ fidei rem poſſeſſam tenetur reſtituere. 2, 10, 1. etiam cum fructibus. 2, 10, 4. etſi caſu aliquo conſumpſerit. 1, 5, 1. reſtituere non tenetur, ſi perierit. 2, 10, 3. quid ſi vendiderit. 2, 10, 8. retinere rem poſſeſſam poteſt ob impendia & utilem operam non reſtitutam. 2, 8, 23
Poſſeſſor malæ fidei impendia & utilem operam imputare poteſt. 2, 8, 24. tenetur ultra rei rationem etiam ex facto. 2, 10, 3. in re controverſa privatus poſſeſſionem ſequatur. 1, 4, 20
Poſſidentis jus. 2, 2, 8
Poſſidentis melior conditio in re dubia. 2, 23, 11, 1
Poſſidere nequit qui neſcit. 3, 21, 28. igitur nec infantes jure naturali poſſident. 2, 11, 14
Poſſidere poteſt etiam res alienata per ſolam alienationem, non traditionem. 2, 6, 14
qui Poſſidetur ſibi nihil poteſt poſſidere. 3, 8, 4
Poſteri captivorum ſervi. 3, 7, 2
Poſteriora prioribus derogant. 2, 16, 4, 1
Poſteriora fortiora prioribus. 2, 16, 29, 1
Poſthumus ſi mortuus fuerit, quomodo intelligendum ſi non fuerit natus. 2, 16, 20
Poſtliminium jure gentium eſt & quare. 3, 9, 4. durat etiam hodie quibuſdam caſibus. 3, 9, 19. evanuit inter Chriſtianos & Mahometiſtas. *ibid.* non eſt apud eos quibuſcum pax nobis eſt, partes tamen noſtras non ſequuntur. 3, 9, 2. in pace tantum captis fato ſuo competit. *vide* Fatum. & iis, qui pactis comprehenduntur. 3, 9, 4. & 3, 20, 12
Poſtliminii res ſunt pro non captis. 3, 16, 1: poſtliminio non omnes res redeunt. 3, 9, 6. res rediiſſe quando cenſeatur. 3, 6, 3
Poſtliminium quid: & illius vocis origo. 3, 9, 1
Poſtliminium apud ſocios, & amicos. 3, 9, 2, 1
Poſtliminium in bello & pace. 3, 9, 4, 1, 2
Poſtliminii ſpecies. 3, 9, 4
Poſtliminium an dediti habeant. 3, 9, 8
Poſtliminium extra bellum unde ortum: & apud quos locum habeat. 3, 9, 18
Poſtliminii non eſt jus durantibus induciis. 3, 9, 8
Poſtliminio quæ dicantur recepta. 3, 9, 3
Pace qui poſtliminio redeant, qui non. 3, 9, 4, 1, 3
qui Poſtliminio rediit, jura in eum reſtituuntur. 3, 9, 6. & 5. 10, 3
Poſtliminio an aliquando populi ſe ſuique recipiant. 3, 9, 9
civitas Poſtliminio quomodo redeat. *ibid.*
Poteſtas regia, patria, herilis. 1, 1, 5
Poteſtas civilis in quibus rebus conſiſtat. 1, 3, 6, 1
Poteſtas ſumma quæ. 1, 3, 7, 1. illius ſubjectum. 1, 3, 7, 3. non eſt ſemper penes populum. 1, 3, 8, 1, 3
Poteſtas ſumma temporaria aliqua. 1, 3, 8, 1[illegible]
Poteſtas civilis humana ordinatio Petro, Paulo divina: quo ſenſu. 1, 4, 7, 3
Poteſtas regia quo ſenſu bono noſtro inſervire a Paulo dicatur. 1, 4, 4. & 1, 7, 3
Poteſtas patria quædam ex jure civili. 2, 5, 7
Poteſtas ſumma per conſenſum aut res quomodo obligetur ex pacto minorum poteſtatum. 3, 22, 3. & ex eo quod contra arcana mandata factum eſt. 3, 22, 4, 1
Poteſtas eſt jus ſtricte dictum. 1, 1, 5. eſtque duplex, vel in ſe, vel in alios. *ibid.* item vel vulgaris vel eminens. 1, 1, 6. civilis quæ. 1, 1, 14. & 1, 3, 6. qui non eſt ſuæ poteſtatis nil in poteſtate habet. 3, 8, 4. quod eſt in poteſtate, oppoſitum ei, quod eſt in fide. 1, 3, 21. quæ in alia poteſtate eſt, non eſt civitas. 1, 3, 7
Poteſtates minores quibus modis ſummam obligent 3, 22, 2
Πρᾴσιν αἰτεῖν. 3, 14, 6, 4
Præceptum Chriſti de non reſiſtendo, quem ſenſum habeat. 1, 3, 3, 1, 5
Præcepta euangelii an contineantur in jure naturali. *vide* Euangelii præcepta.
Præceptorum ordo ſecundæ tabulæ in Decal. 2, 20, 10, 2
Præda: Græcorum, Aſiæ, Afrorum, Francorum & Romanorum mos circa eam. 3, 6, 14, 1, 4
Præda militibus interdum data, & quibus ex cauſis. 3, 6, 17, 1, 2
Præda eadem in diverſos uſus diſtributa. 3, 6, 20, 1
Præda in ſolutum concedi ſolet. *ibid.*
Præda

Digitized by Google

**Præda** militi dari quando cœperit apud Romanos. 3, 6, 24, 5
de **Præda** lex civilis ſtatuere poteſt. 3, 6, 22
**Præda** interdum ſubditis conceditur. 3, 6, 24, 1. ſocii aliquando partem habent in ea. 3, 6, 24, 2
**Præda** quomodo fiat capientium jure gentium. 3, 6, 2. concedi poteſt, etiam ante ejus acquiſitionem. 3, 6, 22
**Prædæ** decima conſecrata. 3, 6, 1, 1
**Prædæ** jus probavit Deus. 3, 6, 1, 2
**Prædæ** nomine urbes & agri veniunt in piis cauſis. 3, 6, 20, 1
**Prædæ** genera. 3, 6, 20, 2
**Prædæ** diviſio quot modis facta. 3, 6, 17, 1, 2
**Prædæ** pars data iis qui non militarent. 3, 6, 19
**Prædæ** pars data miſerabilibus perſonis. 3, 6, 22, 1
**Prædam** cogere, jure naturali licet, 3, 6, 1. lege caritatis non licet, niſi faciat ad notabile momentum. 3, 18, 4. dare militibus ambitioſum apud Romanos 3, 6, 17. dividere quibus conceſſum. 3, 6, 14. quomodo apud Romanos Duci conceſſum. 3, 6, 21. quomodo dividi oporteat militibus. 3, 6, 17. exercere in barbaros cur laudatum Ariſtoteli. 2, 15, 5. ex præda Duci quid debeatur. 3, 6, 17
**Prædari** vetitum manente periculo. 3, 6, 24, 6
**Prædandi** licentia olim inter populos diverſos. 2, 15, 5, 2
**Prædictio** divina an jus det. 2, 22, 15
etiam cum Prædone nobis quædam eſt ſocietas, contra quam putavit Cicero. 2, 15, 13. an quod prædoni jurato promiſſum eſt, momento poſſit repeti. 2, 13, 15. & §. 20
**Prædoni** fides debetur. 3, 19, 2, 2. & 3, 1
**Prædones** duces facti. 3, 3, 4
**Præhenſionis** jus ſocius in ſocium directe non habet. 1, 3, 1
**Prælia** extra ordinem inita, quo ſenſu injuſta. 3, 18, 1. ſupervacua, id eſt, quæ ad virium tantum oſtentationem faciunt, injuſta. 3, 11, 19
**Præmium** cum duo ſimul ad metam venerunt cui debeatur. 2, 16, 19. eſt quid favorabile. *ibid.*
**Præmium** cui debeatur, ſi duo ſimul impleverint conditionem. 2, 16, 19
**Præſcriptio** locum non habet in agris aut locis poſtliminio acceptis. 3, 9
**Præſcriptor** mala fide quo jure Dominus maneat. 3, 7, 6
**Præſentem** reipublicæ ſtatum tueri civis boni eſt. 2, 4, 8, 5
**Præſidiorum** impoſitio quibus caſibus laudata. 3, 15, 5
**Præſumitur** in dubio pax inita hoc ſenſu, ut res maneant in ſtatu, in quo poſtremo erant. 3, 20, 11, 12
**Præſumtio** in acceptatione promiſſorum qualis. 2, 11, 5. in contractibus permutatoriis ea non eſt, quaſi donatum ſit, quod plus promiſſum eſt, quam par erat. 2, 12, 11. facti in lege unde colligenda. 2, 11, 6. præſumitur populus id voluiſſe quod maxime expedit. 2, 7, 13
**Precarium** jus vel imperium. 1, 3, 11
**Pretia** rerum unde. 2, 12, 14, 1
**Pretium** inæquale, ſive minus juſto, jure gentium nemo cogitur ſupplere, 3, 21, 27. quia pro æquali habetur, & quare. 2, 12, 26. ad quid quiſque ex eo teneatur jure naturali. 2, 12, 12. ut naturaliter ſit juſtum, unde cenſeri debeat. 2, 12, 14. in conſtituendis rerum pretiis quæ ſit juſta menſura. *vide* Neceſſitas. laborum & expenſarum ratio haberi poteſt. 2, 12, 14
**Prævenire** facinus meditantem an liceat. *vide* Occupare.
**Primi** vox quid ſignificet. 2, 16, 19
**Princeps.** *vide* Rex. Poteſtas ſumma.
**Princeps** noviter factus ſedet eo loco, quo ante populus. 2, 9, 8
**Princeps** an legibus ſit ſubjectus. 2, 4, 12. obligatur per legatum, etiam arcana mandata ſupergreſſum. 2, 11, 12. privatus ſit, ſi imperium pro derelicto habeat. 1, 4, 9. perturbari poteſt & e regno ejici, ſi in leges populi liberi cui præeſt peccet. 1, 4, 8. rex ſummo cum imperio fieri poteſt, ſi populus partem ſuam imperii derelinquat. 2, 4, 11
**Principale** pro forma eſt in moralibus. 3, 3, 2
**Principatus** non ſemper regno opponitur. 1, 3, 10
**Principes** populi liberi vi reprimi poſſunt. 1, 4, 8
**Privata.** 1, 3, 6. privatis bellum gerere contra quos liceat. 1, 4, 1. defendere ſe contra Magiſtratus licet in ultima neceſſitate. 1, 4, 7

Privatus non debet ad ſe rapere judicium quod eſt populi. 1, 4, 19, 2
Privatus ſe obligans hoſti an contra rempublicam faciat. 3, 23, 5
Privati an cogendi a ſuperioribus implere, quod hoſti promiſerunt. 3, 23, 10
Privati pactis cum hoſte obligantur: & quo ſenſu etiam piratis & latronibus obligentur. 3, 23, 4
Privatis Chriſtianis an liceat punire maleficos. 2, 20, 16
Privatæ interfectionis exempla. 2, 20, 9, 5
Privati quatenus capta ſua faciant. 3, 18, 1, 3
Privati de bello captis, quando hoſti, quando civitati teneantur. 3, 18, 2, 2
Privatorum pacta cum hoſtibus quæ irrita. 3, 23, 5, 4
Privata cauſa cum publica in bello conjungi poteſt. 1, 5, 1
Privilegia quomodo interpretanda. 2, 18, 4, 4
Privilegia quæ late interpretanda. 3, 21, 14
Probatio optima, in moralibus a fine. 2, 7, 2
Proditores olim inſepulti abjecti. 2, 19, 5
Prodigis pœna olim irrogata. 2, 25, 3 *Annot.* 4
Prohibere qui debet nec prohibet, damni tenetur. 2, 17, 8. & 2, 12, 1
Prohibita non ſemper etiam irrita. 2, 5, 16, 1
Prohibitio in dubio potior juſſione, 2, 16, 29. vim ſuam exerit per pœnam. 2, 5, 16. quæ pœnam adjunctam habet potior ea quæ non habet. 2, 16, 29
Promiſſio non omnis tollit ſummum imperium. 1. 3, 16, 1
Promiſſio ut valeat acceptanda. 2, 11, 14. illius acceptatio quomodo fiat: & an innoteſcere debeat promiſſori, ut perfectam vim habeat promiſſio. 2, 11, 15
Promiſſio an revocabilis ante acceptationem: & mortuo ante acceptationem promiſſario. 2, 11, 16
Promiſſio an revocari poſſit mortuo internuntio: item mortuo tabellario. 2, 11, 17
Promiſſio per miniſtrum facta quando revocabilis. 2, 11, 17, 1
Promiſſio facti alieni quid operetur. 2, 11, 22
Promiſſio requirit uſum rationis in promittente. 2, 11, 5
Promiſſio in errore fundata quando dicatur, & quid operetur. 2, 11, 6
Promiſſio rei illicitæ non valet. 2, 11, 8, 1
Promiſſio facti, quod nunc in poteſtate promittentis non eſt, quid valeat. 2, 11, 8, 2
Promiſſio ex metu. 2, 11, 7
Promiſſio ob cauſam ante debitam an obliget. 2, 11, 10
Promiſſio perfecta quid, & quam vim habeat. 2, 11, 4, 1
Promiſſio & alienatio. 2, 11, 4. ut acceptari ſemper poſſit, eſt ex jure civili. 2, 11, 14. omnis conditionem tacitam continet. 2, 13, 3. an eam, *ſi res, quo loco ſunt, maneant*. 2, 16, 25. ut impleatur juris naturalis eſt. *Prolegom.* 8. & lib. 2, 11, 4. Connanus negat. 2, 11, 1. jus dat ei, cui promittitur. 1, 3, 16. & 2, 11, 4. an id jus ad hæredem tranſeat. 2, 11, 16. obligat propter ſocietatem naturalem. 3, 19, 1. an ſolus promittentis actus faciat ut obliget. 2, 11, 14. quando non obliget. 2, 16, 27. & promittentem tamen perfidum non reddat. 3, 19, 14. an omnis non obliget quæ promiſſori nocet. 2, 16, 27. ut non obliget jus civ. poteſt efficere. 2, 11, 7. vim accipit ſi res promiſſa ſit in jure promittentis. 2, 11, 8. ſi non eſt, promiſſio cenſetur eſſe conditionata. *ibid.*
Promiſſio ex animo deliberato, ſed non eo ut jus alteri concedat, quatenus obliget. 2, 11, 4. non deliberato, an jus det alteri. *ibid.* ad bellum defenſivum favorabilis. 2, 16, 10. conditionata. 2, 11, 1. & 6. errans. *vide* Pactum. expreſſa. 3, 1, 18. fœminæ ut ſit, irrita non eſt jure naturali. 2, 11, 5. imperfecta quæ ſit, quodque jus det. 2, 11, 3. jurata obligat promiſſorem etiam nocentem, ſi ut tali, ei ſit juratum. 2, 13, 20. & 3, 9, 3. alias Deo per quem juratum eſt. 2, 13, 14. *Annotat.* 1, 3, 19, 5. *vide* Juſjurandum. quotiens promiſſorem non obliget. 2, 13, 6. *& ſeqq.*
an in Promiſſionibus, quæ hoſti fiunt falſiloquium admittatur. 3, 1, 18. & 3, 19, 1
Promiſſio liberalis. 2, 16, 11. ejus qui lege civ, non tenetur, interpretanda

ex dicto. *ibid.* is cui metu promiſſum eſt, ut liberare promittentem teneatur, opus, ipſe metu injuſto cauſam promiſſo dederit. 3, 19, 4. non militandi adverſus certam partem an obliget. 3, 23, 8. minoris valet jure gentium ſi actum intelligat. 3, 23, 3. ut ſit irrita non eſt ex jure naturali. 2, 11, 5. ad pacem eſt favorabilis. 2, 16, 10. privati an valeat, ſi ſit contra utilitatem publicam. *vide* Publica utilitas. aut contra officium. 3, 23, 6. regis, facta aliis, quatenus populum obliget. 3, 20, 6. ſine cauſa facta an eum obliget. *ibid.* de aliquibus ad imperandi modum pertinentibus, non facit, quo minus ſummum habeat imperium. 1, 3, 17. facta ſubditorum ipſi obligat. 2, 14, 6. tacita. 3, 1, 18. eorum, qui in civitatem coivêre. *Prolegomen. par.* 15. venditoris non adimit ei omnem facultatem moralem in rem, 2, 12, 15

Promiſſio novum jus confert. 3, 18, 1

Promiſſio de non fugiendo a vincto facta valet. 3, 23, 8

Promiſſio de non redeundo in certum locum, & de non militando, hoſti facta valet. 3, 23, 7

Promiſſionis materia qualis eſſe debeat. 2, 11, 8, 1

Promiſſionis vis. 2, 11, 1, 3, 4

Promiſſioni onus adjici quando poſſit. 2, 11, 19

Promiſſiones cauſam expreſſam non habentes naturaliter valent. 2, 11, 21

juris ex Promiſſo capaces ſunt omnes qui ad rationis uſum pervenere. 3, 19, 1. jure gentium etiam infantes & amentes. 2, 11, 14

Promiſſum ob cauſam turpem an præſtandum. 2, 11, 8, 1, 9

Promiſſi onus in commodum tertii adjunctum, quid operetur. 2, 11, 19

Promiſſa multa, quæ natura valent, lex civilis irrita facit. 2, 11, 8, 3

Bromiſſa, quæ plus nocent promittenti quam alteri proſunt, an præſtanda. 2, 11, 1, 1. & cap. 16, 27, 2

Bromiſſa favorabilia, odioſa, mixta vel media. 2, 16, 10

Bromiſſa Regum. *vide* Reges.

Promittendi modus quis. 2, 11, 11

Bromittens metu an teneatur. 2, 11, 7

Bromittere captivus an poſſit, ſe non pugnaturum contra hoſtem patriæ, ut liberetur. 3, 23, 8

Prophetarum dicta de pace ſub Euangelio quem ſenſum habeant. 1, 2, 8, 1

Proportio Arithmetica & Geometrica an proprie diſtinguant juſtitiam expletricem & attributricem. 1, 1, 8, 2

Proportio Harmonica Bodini nulla. 2, 10, 33

Propoſiti, impetus, & caſus diſtinctio. 3, 11, 4, 6

Propria ſiunt occupatione quæ in prima diviſione diviſa non ſunt. 2, 2, 3

Proprietas non acquiritur ſolo actu animi. 2, 2, 2. ceſſat in ultima neceſſitate. 2, 2, 6. ejus vice antea communis uſus univerſalis juris fuit. 2, 2, 2

Proprietatis exordium. 2, 2, 1, 2, 5

Proprium ſervus an habere poſſit. 3, 14, 6

Proſelytus. 1, 1, 16

Προσάγματα. 2, 15, 7, 1

Protectionis jus non aufert aut minuit ſummum imperium ei, in quo eſt. 1, 3, 21

Proteſtatio de jure facit, ne res ob metum non recuperandi cenſeatur derelicta. 2, 4, 6

Πρόθυρα maris quorum ſint. 2, 3, 10, 1

Providentia divina remedium adverſus metus incertos. 2, 1, 17

Provinciæ Romanæ non ſunt civitates. 1, 3, 7. populi in provinciæ formam redacti quale jus habuerint. 2, 9, 6

Proviſi & improviſi diſtinctio. 3, 11, 4, 5

Provocatio non datur ab arbitris lectis inter ſummas poteſtates. 3, 20, 46, 2

Provocatio differt ab appellatione. 2, 4, 13. per ſupplicationem. *ibid.* ut ab aliquo nulla ratione poſſit provocari cum perſona ſubditi repugnat. *ibid.*

Proximus quis in lege Hebræa: & quis in lege euangelica. 1, 2, 8, 10

Proximus quis in materia favorabili. 2, 7, 30

Proximi nomine venit etiam qui per repræſentationem conſequitur jus gradus ſuperioris. 2, 7, 30, 2

Prudentia virtus imperantis. 2, 26, 4

Ψεύδεσθαι in ſacris literis quid. 2, 13, 3, 4

Ψευδορκεῖν. 2, 13, 13, 2

Publica utilitas ad alienanda, &c. *vide* Utilitas publica.

Publicum quid. 1, 3, 5. ſumitur interdum pro eo quod eſt commune. 2, 2, 12.

Digitized by Google

12. frequentius autem diſtinguitur. 2, 3, 9. alienari a privato non poteſt. 2, 23, 5. non fiunt ſingulorum capientium in bello, ſed publico cedunt. 3, 6, 24. ſubditi qui aliquid contra inducias faciunt eo tempore quo nondum ſunt publicatæ, non tenentur. 3, 21, 5

Pudicitia vitæ æquiparatur. 2, 1, 7. etiam in hoſte ſervari debet jure gentium. 3, 4, 19

Pudicitiæ conſervandæ cauſa interfectio licita. 2, 1, 7

Pudor quid, ubi de jure agitur. 3, 10, 1, 2

Pueri, id eſt, ſervi. 3, 14, 5, 3

Pueri ob ætatem in bello liberi a cæde. 3, 11, 9. ratione uti quando incipiant. 2, 11, 5. pueris nemo mentitur, & quare. 3, 1, 12

Pugnæ inutiles ſerio præcavendæ. 3, 11, 19

Pugnare in hoſtem qui miles non ſit, quo jure vetetur. 3, 18, 1, 1

Punctum in moralibus non invenitur ſine quadam latitudine. 2, 1, 5

Punici belli ſecundi controverſia. 2, 17, 19

Puniri an poſſint qui in falſos Deos impie agunt. 2, 20, 51

Punitio exemplaris. 2, 20, 9, 1

Puniunt ſæpe potentiores non quia æquum eſt, ſed quia hoc ipſis expedit. 3, 7, 6

Pupillus ex commodato tenetur in quantum locupletior. 2, 10, 2, 2

Pupillus capax dominii ex jure gentium. *vide* Dominium. in tutorem jus habet exigendi exactam diligentiam. 2, 17, 2

Pythagoræ Philoſophia ab Hebræis. 2, 13, 21. *Not.* 5. Pythagoræi imitatores Eſſenorum. 2, 26, 4. arborem frugiferam vetant exſcindere. 3, 12, 2

Pythagoriſtæ. 2, 2, 2. *Not.* 4

## Q.

Quæſtus ex ſola temporum infelicitate indignus homine Chriſtiano. 3, 18, 4

Quintii Conſulis ſalubre mendacium. 3, 1, 14, 2

Quiritari unde dictum. 2, 1, 2, 1

Quirites, ſive Byzantini. 2, 9, 11

## R.

Rabirii factum. 3, 22, 9, 2

Rami olivarum. 3, 24, 5

Rapere hoſti omnia licet jure gentium. 3, 5, 1. quæ bellum alere poſſunt juſtit. intern. ſed ſub onere reſtituendi quod plus eſt. 3, 18, 2. quæ ſubditis hoſtium eripiuntur hoſti erepta cenſentur. 3, 6, 2. res aliis injuſte ereptæ reſtituendæ etiam ab iis qui eas non juſto modo eripuerunt. 3, 16, 1. an cum interfectione ereptoris poſſint repeti. 2, 1, 11. vi ereptam, an is, cui erepta eſt, ab eo qui ipſam emit, pecunia redimere cogatur, an gratis poſſit accipere. 3, 16, 3. adverſus rapinas violentas lex vetus naturæ data. 1, 2, 5

Raptor in quantum teneatur naturaliter. 2, 17, 16. ex facto militum, qui res amicorum rapuerunt in quantum Reges ſive Magiſtratus teneantur. 2, 17, 20

Ratam rem haberi, obligatio qualis. 2, 15, 3, 3

Ratihabitione ſumma poteſtas quomodo obligetur. 3, 22, 4, 1

Ratio *juris fundamentum.* 1, 1, 11, 1

Ratio adæquata quæ. 2, 16, 20, 2

Ratio ſæpe conſideranda ſecundum potentiam, non ſecundum exiſtentiam. 2, 16, 25, 1

Ratio legis non plane idem cum mente. 2, 16, 8

Ratio adæquata quæ, & quid operetur. *ibid.*

Ratio recta. 1, 2, 1. non omnem vim prohibet. *ibid.* rationis uſum qui habent eis libera debet utilium eſſe & inutilium electio. 2, 22, 12. ratione omnino deſtituti populi dominium non habent, ſed tales non inveniuntur. 2, 20, 10

Rationis identitas quando inducat extenſivam interpretationem. 2, 16, 20, 2

Razis mors. 2, 19, 5, 4

Rebellibus ſubditis fides ſervanda, ſi ut talibus ipſis data ſit. 3, 19, 6

Recepti. 3, 9, 3. receptos in prælio hoſtes interficere injuſtum eſt. 3, 18, 1

qui Receptum præſtat tenetur de damno facto. 2, 17, 6

Rectoris officium magis circa totum quam circa partes verſatur. 2, 25, 2.

ad

Digitized by Google

ad rectorem regula non pertinet, qua laudabilius dicitur occidi quam occidere. 2, 1, 8. a Rectore populi aliqui juſtitiam non vehementer exigunt, & quare. *Prol. pag.* 13
Rectores aliorum in crimen ex duabus rebus maxime veniunt, patientia & receptu. 2, 21, 2
Recuperatio juſta belli cauſa. 2, 1, 2
Recuperatorum minus apud Romanos. 1, 3, 21
Redempti ex captivitate redemtori quomodo tenentur. 3, 9, 10, 2
Redempti ſervire coguntur redemptori donec pretium reſtituant, lege Attica & Romana. 3, 9, 10. *Annot.*
Redemptio captivorum belli commercium. 3, 21, 1. redemptionis pretium quantum apud Græcos & vulgo. 3, 14, 9. quo caſu debeatur vel non debeatur mortuo captivo. 3, 21, 29. an in alium jus exigendi ejus poſſit transferri. 2, 21, 25. an ad ejuſmodi pretium captivus pecunia uti poſſit, quam etiam ſecum habuit. 3, 21, 28
Rediiſſe ad hoſtem quis dicendus. 3, 23, 13
Redimi captivos & ſervos factos, æquum. 3, 21, 24
Regimen non omne ejus cauſa qui regitur. 1, 3, 8, 14
Regiones non aptius diſtinguuntur quam eo quod non facile tranſiri poteſt. 2, 3, 17. regionum nomina quomodo accipienda in dubio de conditionibus pacis. 3, 20, 23
Regnum. *vide* Imperium.
Regnum quomodo dividatur, & quo effectu. 2, 9, 10
Regnum patrimoniale, ſi ſit individuum, debetur maximo natu. 2, 7, 23
Regnum a populo delatum eſt hæreditas ſeparata a cætera hæreditate. 2, 7, 19
Regnum abdicari an poſſit pro liberis. 2, 7, 26. pro derelicto ex quibus cauſis habeatur. *ibid.* hæreditarium non illud tantum dicitur quod eſt in patrimonio, ſed & illud quod conſenſu populi ad aliquem delatum eſt, ut ſit ejus ſummo jure. 2, 7, 12. & §. 17. Laconicum. 1, 3, 20. patrimoniale quando fiat. 3, 3, 1. differt ab aliis patrimonialibus bonis. 2, 7, 25. dividi poteſt cum jure hæreditatis adiri debet. 2, 7, 12. niſi aliud expreſſe cautum ſit. 2, 7, 13. in regnis patrimonialibus rex alienare poteſt imperium. 3, 20, 5
Regni & principatus voces ſignificatu proprio & improprio 1, 3, 10, 1, 2
Regni pleni ſive abſoluti exempla. 1, 3, 8, 8
Regni a populo delati ſucceſſor non tenetur ad onera hæreditaria. 1, 3, 8, 8
Regni curatores. *vide* Tutores regni.
Regna quæ regem unum habent, non vere unita. 2, 9, 9
Regna media inter abſolutum & Laconicum. 1, 3, 20, 1
Regna a populo delata in dubio individua. 2, 7, 14
Regna a populo delata non deferuntur ad eos, qui a primo rege non deſcendunt. 2, 7, 15. non veniunt ad naturales nec ad adoptivos. 2, 7, 16
Regna a populo delata ad mares veniunt potius quam ad fœminas. 2, 7, 17
Regna quomodo deferantur per ſucceſceſſionem ab inteſtato. 2, 7, 10, 2. & §. 11, 2
Regna patrimonalia pervenire poſſunt ad eos, qui a primo rege non deſcendunt. 2, 7, 12
Regnum Italiæ. 2, 9, 11, 4, 3
Regulæ de eo quod licet in bello. 3, 1, 2, 3, 4
Regula, ſecundum naturam eſſe, ut quem ſequuntur incommoda & commoda ſequantur, quomodo intelligenda. 2, 8, 16
Regulæ ſuper deliberationibus politicis. 2, 24, 5, 1, 4
Regulus in carcerem quare debuerit redire. 2, 13, 14. an redeundo glorioſe tantum fecerit. 3, 23, 7. Senatorem ſe negat. 3, 20, 3
Relatum in referente. 3, 20, 24
Religio quo ſenſu juris gentium. 2, 20, 45, 3. & §. 46, 3
Religio Chriſtiana, qua talis proprie, naturalibus argumentis non nititur. 2, 20, 48, 1, 2
Religio habet ſuos ſpeciales effectus in ſocietate humana. 2, 20, 44. avita victis, niſi perſuaſis, non eripienda. 3, 15, 11. an juſta vi induci poſſit. 2, 20, 40. exemplum Chriſti venditores e templo ejicientis, quomodo accipiendum. 2, 22, 14. docentes eam juſte nequeunt puniri. 2, 20, 49. Falſa, ſi exerceatur ſevere, in paganis &

Deus

Deus aliquo modo remuneratur. 2, 20, 51. an ob eam bello peti quis poſſit. 2, 20, 44. naturalis & primæva in quibus conſiſtat. 2, 20, 45. & 48. ſua cuique optima videtur. 2, 20, 47. unde nec ob id cuiquam vis eſt inferenda etſi falſa eſſe poſſit demonſtrari. 2, 20, 50. vera omniumque ætatum communis quibus partibus abſolvatur. 2, 20, 45. eam ne victi impediant, victori providere licet. 3, 15, 11
Religionis curam, quare Ariſtoteles præcipuam eſſe in repub. voluerit. 2, 20, 44. cujus neglectus cur puniri poſſit. 2, 20, 45
Religioni ſi quæ indirecte nocent, ad ea committenda non jus quodvis ſufficit. 2, 15, 11. quæ contra religionem errantur excuſabilia, & quare. 2, 20, 39
Religionis publicæ ſtatus apud Hebræos a rege pendebat. 1, 4, 6, 3, 4
Religionis jus ad ſocietatem humanam. 2, 20, 44, 3
Religionem multi affectu non judicio ſequuntur. 2, 20, 44, 3
Religioſa belli jure deſtruuntur. 3, 5, 2, 4
Religioſa loca hoſtibus religioſa non ſunt. 3, 5, 2, 6
Religioſis locis parcendum in bello. 3, 12, 7
Renuntiare. *vide* Abdicare.
Renuntiatio de regno an noceat liberis natis, & an naſcituris. 2, 7, 26.
ad Reparationem damni, ut jus ſit, requiritur jus proprium. 2, 17, 9
non Repetere aliud quam dare. 2, 13, 5
Repetitio rerum. 3, 3, 7. repeti nequeunt jure gentium quæ bello ſolenni ſunt erepta. 2, 17, 19. ſi res bello repetuntur, poſt indictionem ejus tempus poſtulatur. 3, 3, 13
Repræſentatio apud Hebræos. 2, 7, 6
Repræſentationis jus unde. *ibid.*
Repræſentatio Germanis ſero cognita. 2, 7, 30, 1
Repræſentatio in dubio admittenda. *ibid.*
Repræſentatio non ſurrogat in privilegium, quod ſexus aut ætatis erat proprium. 2, 7, 18. & 2, 30, 2
Repreſſaliæ quid. 3, 2, 4
Repreſſaliæ rectius reprenſaliæ. 3, 2, 1. *Not.* 3. earum jus. 2, 7, 2. & 3, 2, 4
Repreſſaliarum facultas impetrari a principe ſolet. 3, 2, 7, 2
Repreſſaliis qui culpa ſua cauſam dederunt, tenentur eos, qui damnum paſſi ſunt, indemnes præſtare. 3, 2, 7, 4
Repreſſaliis obnoxii qui ſunt. 3, 2, 5, 2
Repreſſaliis non ſubſunt legati & res eorum. 3, 2, 7, 2
Repreſſaliis eximi lege civili ſolent mulieres, infantes, res ſtudioſorum, aut ad nundinas miſſæ. *ibid.*
Repreſſaliarum jura alia ſunt juris gentium, alia juris civilis. 3, 2, 7, 2, 3
Repugnantia caſus emergentis cum voluntate quomodo intelligenda. 2, 16, 26
Res repetita quid ſignificet. 3, 3, 7, 1
Res rapere quid veteribus Latinis. 3, 4, 1, 1
Res reddere pro quavis ſatisfactione. *ibid.*
Res poſſunt capi, etiam in compenſationem debiti in bello ſubnaſcentis. 3, 1, 3. & c. 13, 3, 1
Res hoſtium perdere quouſque liceat juſtitia interna. 3, 12, 1
Res amicorum, quæ reperiuntur in navibus hoſtium, an belli jure acquirantur. 3, 6, 5, 6
Res & modus circa imperium diſtinguuntur. 1, 3, 11, 1
Res non perductæ intra præſidia dominium non mutant. 3, 6, 3. & c. 9, 16, 1
Res non obligat niſi aliena. 2, 10, 12. aliena poſſidentem ad id obligat, ut eam domino reddat. 2, 10, 1 captivi alienata a Domino, an repeti poſtliminio queat a poſſeſſoribus. 3, 9, 6. civium bello amiſſas, civitas tenetur reſtaurare, ſi ob delictum civitatis captæ fuerint. 3, 20, 8. an res civium quas gentium jure habent, eis ſine cauſa & compenſatione poſſint auferri jure ſupereminentis dominii. 3, 20, 9. quæ hoſtium non ſunt etiamſi intra præſidium eorum venerint, ipſorum non fiunt. 3, 6, 5. & 26. incorporales quomodo tenentur in bello. *vide* Incorporalia. mobiles captæ quando intelliguntur. 3, 6, 3. alio modo a ſingulis capiuntur, alio ab univerſis. 3, 6, 17. poſtliminio non accipiuntur. 3, 9, 14. ſingulorum non ſolum expletrice juſtitia dijudicantur. 1, 1, 8. ſubditorum hoſtium acquiri non poſſunt pœnæ nomine, ut crimen ſit alienum.

Digitized by Google

num. 3, 13, 2. concedi poſſunt a Magiſtratu jure ſupereminentis dominii ad recuperandam pacem, ſed ſub damni reſtituendi conditione. 3, 20, 7. obligantur jure gentium ex facto Regis aut ſupremi Magiſtratus. 3, 20, 10. quæ uſu pereunt, earum rerum uſus fructus non eſt, eſt tamen id jus æſtimabile. 2, 12, 20. utiles ad bellum, poſtliminio recuperantur etiam mobiles. 3, 9, 14

Rebus ad bellum non facientibus parcendum. 3, 14, 5

Rerum defenſio an jus det occidendi. 2, 1, 11

Rerum ſervandarum cauſa vis per evangelium an & quatenus licita. 2, 1, 13

Reſciſſoria actio ex poſtliminio apud Romanos. 3, 9, 10, 3

Reſiſtere an liceat ſuperiori in ſumma neceſſitate. 1, 4, 7, 2, 4

Reſiſtendi jus promiſcuum iis qui faciunt injuriam eſt a natura. 1, 2, 1. & 1, 4, 2. ſublatum per ſocietatem civilem. 1, 4, 2. & 14, 7. lex de non reſiſtendo Magiſtratui pendet ab iis, qui ſe primum in ſocietatem civilem conſociarunt. 1, 4, 7

Reſiſtentia obſtinata non ſufficit ad jus internum occidendi reſiſtentem. 3, 12, 16, 1

Reſiſtentia aliqua in delatione imperii reſervari interdum ſolet. 1, 4, 12

Reſpublica non tenetur ex facto ſubditi. 2, 22, 2, 1

Reſpublica ſine injuria geri non poteſt. vulgata vox. *Prol. pag.* 3

Reipub. forma. *vide* Status.

Reipublicæ bonum an noſtri tantum cauſa deſideremus. 2, 1, 9, 2

Reipublicæ forma mutata apud victos, & an recte. 3, 15, 8

Reſtituere qui teneantur faciendo, aut non faciendo. 2, 17, 6

Reſtitutio non debetur ex bello juſto ob vitioſam intentionem. 2, 22, 17, 3

Reſtitutio rerum captarum in bello in jure dubio quomodo temperanda. 3, 16, 6

Reſtitutio quas actiones producat in foro. 2, 1, 2. rerum captarum in juſto bello, an ab iis poſſit exigi qui eas juſto titulo poſſident. 3, 10, 6. & 3, 16, 3. & quamdiu. 3, 16, 5. damni in juſto bello illati a quo fieri debeat. 3, 10, 4. earum rerum, quas neceſſitas communes nobis fecit, fieri debet neceſſitate ſublata. 2, 2, 9. promiſſa in conditionibus pacis, ſi qua neceſſitate fieri nequeat, an propterea pax cenſeatur rupta, aut quid agendum. 3, 20, 37. non pertinent ad eos qui ſe ſponte parti alicui ſubjecere durante bello. 3, 20, 14. ut reſtitui quid debeat, ſine dolo culpa ſola ſufficit. 3, 10, 5

Reſtitutio in integrum non eſt ex jure naturali. 2, 11, 5. ſed civili. 2, 14, 1. an ad Regem pertineat qua talis. *ibid.* pertinet ad actus ejus privatos, ſi velit. 2, 14, 2. & 5

Reſtitutio eorum, quæ hoſti injuſte tenenti erepta ſunt. 3, 16, 1, 1

Reſtitutionem qui debeant in ſolidum vel ex parte. 2, 17, 11, 1. & 3, 10, 4

Reſtitutionis obligatio ex bello injuſto. 3, 16, 3, 4

Reſtitutum debitum ex quo jure oriatur. 2, 17, 8, 9

Reſurrectionis ſpes an cauſa ſepeliendi. 2, 19, 2, 3

Retentio rei promiſſæ ex parte ejus cui promiſſa eſt, ſufficit ad ſignificandum conſenſum. 2, 11, 20

Reverentia debetur parentibus maxima in iis rebus quæ ad totam pertinent familiam. 2, 5, 10. reverentiæ officium non facit, ut actus ſit nullus, qui ei repugnat. *ibid.*

Revocatio promiſſionis. *vide* Promiſſio.

Reum judici eximens, crimen committit. 3, 1, 5, 3

Rex unus eſſe poteſt plurium regnorum diſtinctorum. 1, 3, 7, 2

Rex an ſe adverſus contractum reſtituere poſſit. 2, 14, 2, 2. an juramento teneatur. 2, 14, 3

Rex actus ſuos privatos a lege poteſt eximere. 2, 14, 2, 2

Rex ſubdito ſuum auferens debet compenſationem facere ex communi. 2, 14, 7

Rex populum aut ſucceſſores non obligat in infinitum. 2, 14, 12, 1, 6. & quatenus obliget. *ibid.*

Rex ſtipendia non ſolvens tenetur vicinis de damnis datis. 3, 17, 2, 3, 4

Rex minor an pacem facere poſſit. 3, 20, 3

Rex captivus an pacem facere poſſit. *ibid.*

Rex

Digitized by Google

Rex exul an pacem facere poſſit. *ibid.*
Rex privatus fit vi legis commiſſoriæ. 1, 4, 12
Rex partem populi alienare non poteſt. 2, 6, 4
Rex hoſtis totius populi regnum amittit: & quomodo hoc capiendum. 1, 4, 11
Rex regno pulſus jus habet ex federe. 2, 16, 7
Rex ſubditis jus ſuum auferre poteſt in pœnam: & ex vi dominii ſupereminentis. 2, 14, 7
Rex imperium derelinquens privatus fit. 1, 4, 9
Rex quid in federibus ſignificet. 2, 16, 18. imperans non videtur uni populo in exitium ejus ferri animo hoſtili. 1, 4, 11. an vi pelli aut ſupplicio affici poſſit, & a quo. 1, 4, 8. poteſt, ſi regnum alii tradere moliatur. 1, 4, 10 Abſolvens. 1, 3, 8. Electitius ſimilis uſufructuario. 1, 4, 9. Impius etiam amandus. 1, 2, 7. Injuſtus non facit, ut nulla ſit reſp. 3, 3, 2. limitata poteſtate imperans damni tenetur, ſi jus ſubdito ſine cauſa auferat. *vide* Subditus. tenetur populo ad exercendum per ſe ſummum imperium. 2, 6, 9. precario non habet jus ſummi imperii. 1, 3, 11. pupillus ſi quos fecit contractus, an poſſit reſcindere per reſtitutionis beneficium. 2, 14, 1. jus habet, ſed non ejus uſum. 1, 3, 24. pacem contractu facere non poteſt. 3, 20, 2. *vide* Pax.
Rex uſufructuarius. 2, 6, 3. quæ in Regis perſonam committuntur, facile ac libenter debet condonare. 2, 24, 3. vita ante omnium aliorum defenditur. 3, 4, 15
Rex regno ejectus an jus legandi habeat. 2, 18, 2, 2
Rex temere bellum ſuſcipiens ad reſtitutionem ſubditis tenetur. 2, 24, 7
jus Regis apud Samuelem. 1, 4, 3
Regis perſona inviolabilis. 1, 4, 7, 6, 7
Regi regnum alienanti quatenus reſiſtere liceat. 1, 4, 14
Regi nihil inhoneſtum eſſe quod ſit utile vulgo dicitur. *Prolegomena pag.* 2
Regi curæ eſſe debet regum ſalus. 3, 4, 1, 5
Regem occidere ſubdito non licet. 3, 1, 21
Reges poſſunt eſſe Chriſtiani: & ſervire Chriſto debent, qua reges ſunt. 1, 2, 7, 1, 2
Reges quidam non ſubſunt populo etiam univerſim ſumpto. 1, 3, 8, 8
Reges improprie dicti. 1, 3, 8, 11
Reges non omnes conſtituuntur a populo. 1, 3, 8, 13
Reges Perſarum ſummum imperium habebant, quædam tamen facere juſte non poterant. 1, 3, 16, 3
Reges Æthiopum, ſummi, adſtricti promiſſis. 1, 3, 16, 4
Reges Hebræi ſummum imperium habebant. 1, 3, 20, 1
Reges Orientis, Perſæ, Ægyptii, Syri, Aſiatici ſummum imperium habebant. *ibid.*
Reges veteres Germaniæ & Galliæ non habebant ſummum *imperium*. *ibid.*
Reges Romani cum populo partiti ſummum imperium. 1, 3, 20, 5
Reges Ægyptii ſummi, adſtricti promiſſis. 1, 3, 16, 3
Reges, cum acta quædam ſua ab aliis expendi volunt, aut etiam reſcindi, non eo partiuntur ſummum imperium. 1, 3, 18
Reges creduntur in dubio velle ſequi ſucceſſionem, qualis in uſu eſt in ſuis locis. 1, 7, 11, 2
Reges medii deberent cogere bellantes, ad accipiendam æquam pacem. 2, 23, 8, 4
Reges minores in actibus publicis cum effectu obligantur. 2, 14, 1, 2
Reges etiam cum homini non obſtringuntur, Deo obſtringuntur. 2, 14, 3
Reges tenentur ex promiſſo, etiam cauſa non expreſſa. 2, 14, 4
Reges ex contractibus naturaliter, an & civiliter obligentur. 2, 14, 6
Reges an ex militum, aut nautarum facto teneantur. 2, 17, 20, 1, 2
Reges quomodo obligentur ex bello injuſto. 3, 18, 4
Regum fides pro juramento. 2, 13, 22, 1
Regum judex ſolus Deus. 1, 3, 8, 15
inter Regem & populum mutua ſubjectio non eſt ordinarie. 1, 3, 9, 1. & 3, 8, 14
Regum actus non ſunt irriti contradictione parentum. 2, 5, 6, 1
Regum memoria damnata. 1, 3, 16, 3
Regum actus privati legibus communibus civitatis reguntur. 2, 14, 1, 4
Regum non plene regnantium actus poſſunt

Digitized by Google

ſunt irriti fieri, per legem populi. 2, 14, 2, 1
egum cura generalis pro ſocietate humana. 2, 20, 44, 1
egibus captis an parcendum. 3, 11, 7, 2, 3
egum res fiunt regis victoris. 3, 6, 24, 4
ipa privatis quando cedat. 2, 8, 13
ipæ cujus, jure Romano. 2, 8, 8. cujus naturaliter. 2, 8, 9, 10, 13
Roma quondam communis patria. 3, 15, 3
Romani cur ſtipulationibus plus tribuant, quam pactis. 2, 11, 4, 2
Romani aſperi in victoria. 3, 11, 7, 4
Romani cives Antonini conſtitutione effecti quid juris habuerint. 2, 9, 11.
dictatores quale imperium habuerint. 1, 3, 11
Romanus. *vide* Populus & Imperium.
Romani veteres dolis abſtinebant. 3, 1, 20, 3
Romani imperii quæ fuerunt, cujus nunc ſint. 2, 9, 11, 1
Romani ſibi vindicant, quæ hoſtis ipſorum aliis eripuerat. 3, 6, 7, 2, 3
Romani duri in captivos populares. 3, 21, 24, 1. eorum inſtituta ad res bellicas directa. *ibid.*
imperium Romanum a poſterioribus ſcriptoribus Romania vocatum. 2, 22, 3. diviſum in Orientale & Occidentale idem manſit. 1, 3, 17. quæ ejus quondam fuere, cujus nunc ſint. 2, 9, 11
Romani Imperatoris eligendi jus ad quem pertinuerit. *ibid.* electio facta a legionibus an rata fuerit per ſe. *ibid.* *vide* Imp. Romanum.
Reges Romani an abſolute imperaverint. 1, 3, 20
Romanorum jus in liberos. 2, 5, 11
Romanorum controverſia cum Latinis, & alia de duratione federis. 2, 16, 16, 4
Romanorum jus de poſtliminio. 3, 9, 10, 1, 2, 4
Romanorum mos de agris captis. 3, 6, 11, 2. circa prædam. 3, 6, 14, 4
Romanorum Imperat. item Germanorum: unde. 2, 9, 11, 4, 3
Romanorum jus de captivis redemtis. 3, 9, 11. & 3, 10, 2
Romanorum jus pro iis, qui poſtliminio redierunt. 3, 8, 10, 3
ſtatus Romanorum tempore interregni, & primorum Coſſ. ex Democratia & Ariſtocratia mixtus. 1, 3, 20. ſub Conſulibus popularis. 1, 3, 19. & 1, 3, 20. ſub Auguſto herilis. 1, 3, 8
Romanorum lex circa res captas. 3, 13, 4, 4
Romanorum mos circa reges captos. 3, 11, 7, 2, 3
Ruben exheredatus a jure primogenituræ. 3, 7, 25

### S.

Sabbathum cur inſtitutum. 2, 20, 45. & 3, 14, 5. qui violaſſet, capite puniebatur, & quare. 2, 20, 45
Sabbathi lex exceptionem habet ſummæ neceſſitatis. 1, 4, 7
Sabbathi lex pro ſervis. 3, 14, 5, 1
Sabbathi lex cujus rei ſymbolum. 2, 20, 45, 2
Sabbathi violati pœna cur capitalis. *ibid.*
Sacerdotibus & eorum aſſeclis parcendum in bello. 3, 11, 10, 1
Sacramentum militare poſt Conſtantinum. 1, 2, 10, 4. & 2, 13, 11, 3
Sacra corrumpi an poſſint jure belli. 3, 5, 2, 1, 3
Sacra quo ſenſu publica. 3, 5, 2, 2
Sacra in deditione comprehenduntur. 3, 5, 2, 1. & 1, 3, 8, 3
Sacra hoſti ſacra an ſint. 3, 5, 2, 4
Sacra populi voluntate profana facta. 3, 5, 2, 3, 5. & c. 12, 7, 2
Sacra ſunt res Deo dedicatæ. 3, 5, 2. a fine ſic dicuntur, revera autem publica ſunt. *ibid.* non eripiuntur uſibus humanis. *ibid.* neceſſitate & uſu poſtulante, in profanos uſus converti poſſunt. *ibid.* & plane alienari. 3, 19, 3. capiuntur. 3, 5, 2. capta fiunt profana. *ibid.* deduntur. *ibid.* vaſtantur licite quoad jus gentium abſolutum. *ibid.* injuſtum, id tamen quoad juſtitiam internam, 3, 12, 6
leges de Sacris pertinent ad curam civitatis. 1, 3, 6. & 3, 12, 2
de rebus Sacris rex apud Hebræos nequit judicare. 1, 3, 20
Sacramentum militare non amplius obligat, Duce capto aut capite deminuto. 2, 13, 18. Sacramenti militaris formula apud Rom. mutata, & quando. 1, 2, 9
Sacra Scriptura. *vide* Scriptura.



Digitized by Google

Sacrificia humana etiam bello puniri poſſunt. 2,20,47
Sacrilegia Deus etiam in filiis punire ſolet. 2,21,14
Sacrilegi abjecti inſepulti. 2,19,5
Sacris parcendum in bello. 3,12,6
Sagmina. 3,3,8
Saguntina controverſia inter Romanos & Carthaginienſes. 2,16,13
Samſon quo jure malum malo reddiderit. 2,20,8
Samſonis mors. 2,19,5,4
Sanari qui prohibet ægrotum, tenetur, quaſi vulneraſſet. 2,21,1. *Not.* 7
Sanctio in dubio potior permiſſione. 2,16,29
de Sanguine non effundendo interdictum quomodo accipiendum. 1,2,5
Sapiens natura magiſtratus, quo ſenſu. 2,20,9,2
Satisfactio offerenda ab eo qui deliquit, antequam juſtum bellum gerere poſſit. 2,1,18,2
Saul an in impietate mortuus. 2,19,5,4
Scelus peſſimi exempli pœna omnino adficiendum. 2,20,23. qui ad ſcelus aliquod aliquem impulere pretio, aut vi alia, de damno *tenentur in ſolidum*. 2,17,11. an ob cogitatum ſcelus quis puniri poſſit. 2,20,18
aliud eſt Sceleratus populus, aliud ii, quicum populus non ſine ſceleris cauſa coeunt. 3,3,2
Sceptrum regium olim pro jurejurando. 2,13,21
Sciens, præſens & tacens quando conſentire credatur. 2,4,5,1
Scientia quando præſumatur. 2,21,2,6
Scientia cum puniri jubetur, ſumitur pro patientia. 2,21,2. præſumitur in iis rebus, quæ ſunt conſpicua & frequentia. *ibid.* magiſtratus in ſceleribus ſubditorum unde appareat. 3,20,30
qui Scit & prohibere poteſt ac debet, delinquit, niſi prohibet. 2,21,2
Scholaſticorum ſententia de mendacio & æquivocatione. 3,1,17,3
Scortari in quibuſdam gentibus licitum. 3,4,2
Scriptura in dubio ad monumentum contractus adhibita cenſetur. 2,16,30
Scripturæ & picturæ eadem ratio. 2,8,21,1
Sacræ Scripturæ ſenſus in dubio unde non incommode diſcatur. 1,2,9 & 1,4,5. & 1,4,7
de Scripti ſenſu cum quæritur, quid ſit ſpectandum. 1,2,9
Scripti & ſententiæ locus apud rhetores. 2,16,4,2
Σκυθισμός. 2,15,5,1
Σκῦλα. 3,6,24,4
Securitas plena nunquam in vita humana. 2,1,17. ſecuritati ſuæ victor merito conſulit, etiam juſtitia interna 3,15,1
Sedis mutandæ amor, injuſta belli cauſa 2,22,1
Semipravi. 3,11,4,6
Senatus Romanus aliquo tempore partitus ſummum imperium cum populo. 1,3,20,6
Senes excipiuntur bellicis calamitatibus. 3,11,9
Sententia jus proprie non dat. 3,2,5,1
Sententiæ quæ dividendæ aut conjungendæ. 2,5,19
Sententiæ quomodo numerandæ inter eos, qui diſpares partes in re habent. 2,5,22
Sententiæ judiciariæ vim habent contractus. 2,21,20. *etiam injuſtæ a ſubdito* vi impediri non debent, & quare. 3,2,5. non ab extero. *ibid.*
Sententiarum pari numero reus abſolvitur & poſſeſſor vincit. 2,5,18
in ferendis Sententiis jus abſentium præſentibus accreſcit. 2,5,2
Sepeliendi jus quale. 2,19,1,5
Sepeliendi mos unde ortus. 2,19,2,1,4
Sepeliendi hoſtes & inimici. 2,19,3,1,2,3
ob Sepeliendos mortuos bella. 2,19,5,6
Sepultura an debeatur his, qui ſe occiderunt. 3,19,5,1,3
Sepultura jus eſt ex jure gentium voluntario. 2,19,1. cur inſtitutum. 2,19,2. debetur etiam hoſtibus. 2,19,3
Sepulturam prohibere furor dicitur. 2,19,3,4
Sepulturam concedere an ſit nota victoriæ. 3,20,45. negare, cauſa juſta belli. 2,19,5. unica pœna regum abſolutorum. 1,3,16
Sergius Paulus in magiſtratu manet factus Chriſtianus. 1,2,7,10
Sermo inſtrumentum ſocietatis. *Prol.* pag.

Digitized by Google

pag. 6. ambiguus ex circumſtantiis vel licitus eſt, vel non eſt. 3, 1, 1. *vide* colloquium.
Sermonem cogere, mutare, pars mixti imperii. 3, 8, 3
Servitus ex voluntate. 2, 5, 26, 27
Servitus neutiquam pugnat cum jure naturali. 2, 5, 27, 2
Servitus ex pœna. 2, 5, 32
Servitus perfecta, & imperfecta quæ. 2, 5, 27, 1. & 30, 1
Servitus quo ſenſu contra naturam dicatur. 3, 7, 1, 1
Servitus annorum ſeptem. 2, 5, 30. ob redemptionem ex captivitate quando jure Rom. deſinat. 3, 9, 10. oritur pacto aut ex delicto juſto. 3, 7, 1. a Deo aliquando in beneficium hominibus conceditur. 2, 24, 6. præfertur internecioni populi. *ibid.* eorum, qui bello capiuntur, continet perpetuam obligationem operarum pro alimentis. 3, 14, 2. eorum, qui in ſervitutem ſe dediderunt, qualis, & quale jus dominis dederint. *ibid.* Civilis jure victoriæ imperari poteſt. 1, 3, 8. & 3, 8, 1. ex quibus cauſis libertati etiam ab ipſo populo anteponatur. 1, 3, 8. quo caſu deſinat. 2, 9, 1. fit, cum populus in provinciæ formam redigitur. 2, 21, 7. perſonalis. 2, 13, 4. imperfecta, 2, 5, 30. perfecta eſt, quæ debet operas perpetuas pro victu. 2, 5, 27. pœnalis duplex, ſingulorum & univerſitatis. 2, 5, 32. ſingulorum perſonam non egreditur jure naturali. 2, 5, 22. jure gentium etiam in filios derivatur, & qua ratione. 3, 14, 8. univerſitatis eſt perpetua. 2, 5, 32
Servitutis plures gradus. 3, 14, 6. inſtrumenta reges, 9, 15, 9
in Servitutem privatam licet cuique ſe addicere. 1, 3, 8. & 3, 7, 11. parentes filios vendere poſſunt aliquo caſu. 3, 14, 8
Servitus an mari poſſit imponi. 2, 3, 15. prædiorum jus eſt perſonale. 1, 1, 4
Servitutis imperfectæ genera. 2, 5, 30
Servitutis bellicæ cauſa. 3, 7, 5, 1
Servus mercedem laboris ſui an ſumere poſſit. 3, 7, 6, 4
Servus reſiſtere an licite poſſit domino. 3, 7, 7
Servus cognoſci debet, ut poſtliminio recipiatur. 3, 9, 11, 1
Servus inſtrumentum domini. 1, 5, 3. membrum minus dignum familiæ. 1, 2, 7. ſubdito ſimilis quo ſenſu dicatur. 3, 14, 2. efficere ea non cogitur, quæ ſunt contra jus divinum & humanum. 2, 26, 3. fugere an poſſit, ſi immanis Domini ſit ſævitia. 2, 5, 29. quorſum pertineat Apoſtolorum monitum, ne fugiant. 3, 7, 6. in ſui venditionem hoc caſu proclamare poterat apud Græcos, apud Latinos ad ſtatuas confugere, 3, 14, 6
Servus natura. 1, 3, 8. nemo eſt. 3, 7, 1. nemo tamen jus habet, ne unquam ſerviat. 2, 22, 11. injuſtum bellum, quod aliquibus infertur, quaſi natura ſervi ſint. 2, 22, 14
Servus recipitur, etiamſi animum res noſtras ſequendi non habet. 3, 9, 11, 1
Servus mercenario comparatur. 3, 14, 2, 2
in Servum quidvis licet. 3, 7, 3, 1
Servi fratres noſtri. 3, 14, 2, 3
Servi naturaliter philoſophis qui. 2, 22, 12
Servi ad operas urgendi moderate. 3, 14, 5, 1
Servi quo caſu fugere poſſint. 2, 5, 29, 2. & 3, 7, 6, 1. & 1, 4, 7, 1
Servi transfugæ recipiuntur poſtliminio. 3, 9, 11, 1
Servi quando poſtliminio recipiantur. 3, 9, 11, 3
Servi, etiam manumiſſi, poſtliminio recipiuntur. *ibid.*
Servi etiam vocabulo olim humaniores abſtinebant. 3, 14, 5
Servi redemti quod jus apud Romanos. *ibid.* & 10, 2
Servi dicuntur populi ſubjecti. 1, 3, 12, 1
Servi pro dominis bellant. 1, 5, 3
Servi res fiunt domini. 3, 7, 3, 2
Servis Romæ licebat ad ſtatuas confugere. 3, 14, 6, 4
Servo Dominus quæ præſtare debeat. 3, 14, 5, 1, 3
in Servo vis deliberatrix plena non eſt. 2, 26, 4
in Servum jure gentium omnia licent. 3, 7, 3. non etiam juſtitia interna. *vide* Jus vitæ & necis.
Servi quo caſu fiant liberi. 2, 9, 1
Servorum nati matrem ſequuntur. 3, 7, 2
Servorum deliberatrix facultas imperfecta.

ſecta. 2, 26, 4, 2
Servorum filii an naturaliter ſervi, & quatenus. 2, 5, 29
Servorum filii qui, & quatenus domino teneantur 3, 14, 8
Servis injuria ſi quæ infertur, non ſtatim domino cenſetur illata. 3, 20, 40
ex Servis ſervi naſcuntur jure gentium. 3, 7, 2. & quare. 3, 7, 5
in Servos lenitas adhibenda. 3, 14, 4. jus vitæ & necis in eos quale. 3, 14, 3
in Servos jus vitæ ac necis dominorum quale. 2, 5, 28 & 3, 7, 3. & c. 14, 3, 1
Servos Romana lex bello arcebat. 1, 5, 4. circa Servos Francorum jus & Hebræorum. 3, 7, 8
Severitas laudabilis Dei, Moſis, Chriſti, & Apoſtolorum. 1, 2, 8, 11
Severus Septimius. 1, 4, 5
Sexus eſt quid perſonale. 2, 7, 18, 2
Sexus privilegium majus quam ætatis in regnorum ſucceſſione. 2, 7, 18, 1
Sexus privilegium eſt, ubi jus æquale. 2, 7, 30. & 2, 7, 35
Siculæ ſucceſſionis controverſia. 2, 7, 30, 2
Signa voluntatis. 2, 4, 3
Signa animi quæ. *ibid.* & 2, 16, 1. certitudinem habent probabilem, non mathematicam. 2, 4, 3. deliberati animi plura præter ſtipulationem eſſe poſſunt. 2, 11, 4. muta quædam obligant. 3, 24, 5. voluntatis ſufficientia. *vide* Voluntas.
Signis hoſtium uti licitum. 3, 1, 8, 4
Significatio impropria quando admittenda. 2, 16, 12, 2
Significatio ſtrictior, laxior, & media. 2, 16, 9, 10, 20
Silanum Senatuſconſultum. 1, 2, 9, 4
Silens non ſemper præſumitur conſentire. 2, 4, 5. aut velle. 2, 15, 17
Silentium non liberum nihil operatur. 2, 4, 5, 3
Silentium quando conſenſum probet. 2, 15, 17, 1
Silentium quale requiratur ad præſumendum conſenſum ejus partis, quæ alienari debet. 2, 6, 8. quale & ad præſumendam derelictionem. 2, 4, 5. obligat, ſi in ea re ſit, quam quis aperire jure aliquo tenetur. 2, 21, 1
Silentio an conveniri quædam poſſint. 3, 24, 1
Simulatio quid. 3, 1, 8. an ſemper injuſta, adeoque e vita tollenda, ut putavit Cicero 3, 1, 7
Simulatio quæ licita. 3, 1, 7
Singularium certaminum origo. 2, 20, 8, 5
Singulatim licet, quod gregatim non licet. 2, 5, 24, 2
Singuli quando punibiles ex facto univerſitatis. 2, 21, 8, 1
Societas quid. 2, 12, 4. quotuplex. 1, 1, 4. quomodo a civitate differat. 1, 3, 21. boni, non mali cauſa contrahitur. 2, 25, 4. jus dat in perſonam. 2, 5, 1. an nobis nulla ſit cum privatis aut prædonibus, ut putavit Cicero. 3, 19, 2. *vide* Prædo. an cum tyranno. *ibid.* an cum infidelibus fœdere contrahi poſſit. 2, 15, 9. bellica injuſta, quæ nullo cauſæ diſcrimine initur. 2, 25, 9. *vide* Fœdus.
Societas civilis utilitatis cauſa cœpit. *Proleg. pag.* 12. proprii commodi cauſa ab unoquoque initur. 1, 2, 1. & 2, 25, 3. naturalis quæ dicatur. 3, 19, 1. inita fuiſſet, etiam ſi nulla re indiguiſſemus. *Proleg. pag.* 12. ejus vis pridem in multis gentibus extincta. 3, 9, 10. maxime *naturalis eſt conjugium.* 2, 8, 5. navalis. 2, 12, 4. unde utilitatis portio æſtimanda, quæ ex ea ad partem unamquamque pervenire debet. *ibid.* §. 25
Societas publica qualis. 2, 5, 17. *ejus effectus*, ut pars minor majorem ſequatur. *ibid.* an morte finiatur. 2, 16, 16
Societas a civitate in quo differat. 1, 3, 21, 7
Societas civilis ab humano inſtituto cœpit. 1, 4, 7, 3
Societas cum quibus illicita Hebræis. 2, 15, 9, 1, 5
Societas cum profanis quæ, & quatenus periculoſa, & quomodo periculis occurri poſſit. 2, 15, 10, 2
Societas negotiatoria an iniri poſſit, ut alter damni immunis ſit. 2, 12, 24, 3
Societas, ubi opera & pecunia inter ſe comparantur. *ibid. Not.* 2
Societas, ex qua alter nihil lucri ſperat, non valet. 2, 12, 24, 3
Societas bonorum univerſorum qualis. *ibid.*
Societas navalis. *vide* Admiralitas.
Societatem morte finiri, non eſt juris naturalis aut gentium. 2, 16, 16, 4



Digitized by Google

Societatis bellicæ diviſio. 2, 15, 6, 2
Societatis appetitus homini proprius. *Prol. pag.* 7. jus cum quibuſcunque an amittatur derelictione. 2, 4, 15. reſpectus minor apud naturam, quam propriæ ſalutis. 2, 1, 4. cujus gratia in ſocietatem coitum eſt, id populus partibus ſuis tenetur conſervare. 2, 6, 3
in Societate partes æquales quomodo intelligendæ. 2, 12, 21, 1
Socius ſocium cogere poteſt, ut ſtet fœderi. 1, 3, 21, 5
Socius quis in bello. 3, 17, 3. *Not.* 3. defendere ſocium quibus cauſis non cogatur. *vide* Auxilium,
Socii ſociis jure reddere debent, ſi ſubditi ſui accuſentur. *Not.* 4. *ibid.*
Socii defendendi, quando. 2, 25, 4
Socii qui ſint in jure poſtliminii. 3, 9, 2, 1
Socii quando partem habeant in præda. 3, 6, 24, 2
Sociis illata vis quando pacem rumpat. 3, 20, 33
Socii in bello injuſto de damnis tenentur, interdum & puniri poſſunt. 3, 1, 3
Socii Romanorum quales fuerint. 3, 3, 4
in Solitudine ceſſat judicium. 1, 3, 2
Sociis hoſtium bellum an ſit indicendum. 3, 3, 9 ejus, cum quo pax inita, rebellantibus, an rupta pax cenſeatur. 3, 20, 29. in ſociis, qui in pace comprehenſi ſunt, pax rumpitur, ſi invadantur. 3, 20, 32. hoſtium quo jure pœna exerceatur. 3, 1, 3
Sociorum jus proxime accedit ad jus ſubditorum. 2, 25, 4. ad quos eorum pax inita pertineat 3, 20, 33
Sociorum controverſiæ judicari quomodo ſoleant. 1, 3, 21, 4, 6
Sociorum a ſociis oppreſſorum exempla. 1, 3, 21, 10
Sociorum plurium quis præferendus. 2, 15, 13, 1, 3
Sociorum nomine an futuri veniant. 2, 10, 13, 1, 2
Socios in fœdere non nominatos adjuvare non eſt contra fœdus. *ibid. Not.* 2, 3
Sollicitare ſubditos alienos non licet. 3, 1, 21
Solo cedere plantata, conſita & ædificata, non eſt juris naturalis. 2, 8, 22
Solum incultum an concedendum exter-nis. 2, 2, 17
Solutio ut in certum tempus differatur, jus eſt æſtimabile. 2, 12, 20. cum differtur, lucri ceſſantis ratio haberi poteſt. 2, 12, 14. minus ſolvit, qui tempore minus ſolvit. 2, 12, 20
Sorores duas ducere olim licitum. 2, 5, 14, 2
Sorte amplius quando aliquid licite exigi poſſit. 2, 12, 22
Sorte bellum finiri poteſt. 2, 23, 8. quibus caſibus. 3, 20, 42
Sortis uſus ad bella vitanda. 2, 23, 10
Spartæ. *vide* Lacedæmon.
Specialia efficaciora generalibus. 2, 16, 29, 1
Species pars ſubſtantiæ 2, 8, 19, 2
Species populi quomodo tollatur. 2, 9, 6
Species, id eſt, formæ plures unius rei artificialis. 2, 9, 8, 2
Species interit, ſublata aut omni, aut perfecta juris communitate. 2, 9, 6
Specificatione an res acquirantur. 2, 8, 19, 21
Specificationis jus naturale quale ſit. 2, 8, 19
Spes lucri quando veniat in reſtitutionem. 2, 17, 5, 3
Spiritus, id eſt, forma. 2, 9, 3, 1
Spolia hoſti detracta quorum ſint. 3, 6, 12, 2
Spoliare hoſtem licet jure gentium. 3, 5, 1
Σπονδαὶ quid. 2, 15, 6, 1
Sponſio quid. 2, 15, 3, 1
Sponſio quotuplex. 2, 15, 17. ad nihil obligat eum, qui ſummum habet imperium. 2, 15, 16. niſi tacite. 3, 24, 6. vel ex notitia & ſilentio. 2, 15, 17. publica quæ. 2, 15, 3. quomodo a fœdere differat. *ibid.* & 2, 15, 16
Sponſio an ex notitia & ſilentio regem aut populum obliget. 2, 15, 17, 1
Sponſionis Caudinæ & Numantinæ controverſia. 2, 15, 16, 1, 2
Sponſionis Luctatianæ controverſia. 2, 15, 17, 2
Sponſionum quot ſint materiæ. 2, 15, 15. ſponſoris periculum miſerabile. 3, 13, 4
Sponſores ad quid teneantur, ſi improbetur ſponſio. 2, 15, 16, 3
Sponſores tenentur in id, quod intereſt. 2, 15, 3, 3
Sponſorum bona ad id, quod intereſt, obligata. 2, 15, 16, 3



Digitized by Google

Spurius. *vide* Nothus.
de Statione non deſerenda lex, quomodo accipienda. 1, 4, 7
Statu liberorum ſervitus. 2, 5, 30
Status miſcetur aliquando. *vide* Imp. diviſio optimatum. 2, 24, 6. popularis. *ibid.* qualiſcunque fingatur, ſua habet incommoda. 1, 3, 8. pactis mutari poteſt. 3, 19, 10. mutato ſtatu caput, non corpus mutatur. 2, 16, 16. Reip. præſentem ſtatum tueri boni viri eſt. 2, 4, 8
Stephani lapidatio, quo jure inſtituta. 2, 20, 9
Sterilitas locatori utrum obſit an conductori. 2, 12, 18
Stipendium accipere licitum militi. 2, 25, 10. bene ſolutum, militem modeſtum efficit. 3, 17, 2. ob ſtipendium non ſolutum Rex tenetur militi & ſubditis, quibus ea occaſione damnum datum. *ibid.* fedus de ſolvendo ſtipendio, quale ſit. 2, 15, 7
Stipulari pro tertio naturaliter licet, & quo effectu. 2, 11, 18, 1. Romanæ leges circa ſtipulationem aut acceptationem pro tertio. 2, 11, 18, 2
Stipulatio ſignum animi deliberati lege civili. 2, 11, 4
Stoicarum diſputationum magna pars circa voces conſumitur. 2, 20, 23
Stratoclis lex de placitis Demetrii. 2, 26, 3
Studioſis literarum parcendum in bello. 3, 11, 10, 2
Stupra cum fœminis hoſtium, quo jure permiſſa ſunt, quo non. 3, 4, 19
Stupra an contra jus gentium in bello. 3, 4. 19, 1
Stuprata per vim non clamans. 2, 1, 14, 4
Sua homini quæ. 2, 17, 2, 1
Suaſor ſceleris tenetur damni dati, 2, 17, 7. etiam ſi alii non defuturi erant, qui idem ſuaſiſſent. 2, 17, 10
Subditi inſtrumenta ſunt imperantium. 1, 5, 3. & quaſi partes, liberi quibus caſibus fiant. *vide* Liber. non obligantur ex contractu magiſtratuum ante ejus publicationem. 3, 21, 5. & 3, 23, 6. non tenentur ex delicto civitatis, in qua commorantur. 3, 2, 7
Subditi injuriam potius tolerare debent, quam vi imperanti reſiſtere. 1, 4, 1. obedire non debent magiſtratui, ſi quid juri naturali aut divino adverſum ſtatuat. ibid.
Subditi hoſti militantes an pacem rumpant. 3, 20, 31
Subditus cogi poteſt, ut obſes eat, & quomodo. 3, 20, 52
Subditus dubitans an recte militet. 2, 26, 5. & 5. 4, 1. 4
Subditi alieni an bello defendi poſſint. 2, 25, 8, 1. eos ſollicitare non licet. 3, 1, 21
Subditi quando juſte bellum gerant. 2, 26, 2, 1
Subditi qui. *ibid. Not.* 1
Subditi hoſtium ubique offenduntur jure belli. 3, 4, 6, 8, 1
Subiti reddendi ſuperioribus, ſi bello injuſto abſtracti ſint. 3, 14, 4
Subditi quomodo fiant participes delicti ſuperiorum. 2, 21, 7
Subditi an ſemper ſe in libertatem vindicare poſſint. 2, 4, 14
Subditi bellare poſſunt in magiſtratus ſummæ poteſtatis juſſu. 1, 4, 1, 2
Subditi reſiſtere imperantibus prohibentur ex ipſa natura civilis ſocietatis. 1, 4, 2, 1. eorum reſiſtentia eſt vetita jure Hebræo, & jure Evangelico. 1, 4, 3, 4
Subditi pro imperantibus bellant. 1, 5, 3
Subditis illata *vis pacem rumpit.* 3, 20, 32
Subditis alterius, qui piratæ ſint, vis illata, pacem non rumpit. *ibid.*
Subditis bellantibus promiſſa an teneant. 3, 19, 6
Subditis dubitantibus tributa potius imperanda, quam onera militaria. 2, 26, 5
Subditis interdum præda conceditur. 3, 6, 24
Subditorum bona obligantur jure gentium pro debito civitatis. 3, 19, 19. & 3, 13, 1. jus, ſi Rex ſine cauſa auferat, tenebitur de damno, 2, 14, 8
Subditis bellare non licet, ſi ſciant bellum eſſe injuſtum, etiam cum hoc ipſis indicatur. 2, 26, 3 bellare contra magiſtratum, nullo jure licet. 1, 4, 2. & *ſeqq.* 3, 19, 6. in extrema neceſſitate licet eis ſe ab injuria defendere lege Nat. & Hebræa, vix Evangelica. 1, 4. 7. etiam bellare, quatenus magiſtratus in certa pacta in prima imperii delatione inita peccat. 1, 4, 8 bella pro ſubditis gerere utramque eorum defendere civitas & rex tenetur. 2, 25,

Digitized by Google

25, 1. magis, quam ut eas rationes poſſit omittere, quæ ad ipſorum tutelam maxime ſunt naturales. 3, 20, 42. pro ipſis gerere contra ipſorum improbum magiſtratum etiam privatis licet, ſi imperio ejus magiſtratus, non ſunt ſubditi. 1, 4, 1. etiamſi daretur ſubditos in ſumma neceſſitate contra imperantem ſe defendere non debere. 2, 25, 8. non tamen gerenda hujuſmodi bella, niſi id ſine omnium aut plurium ſubditorum incommodo, fieri poſſit. 2, 25, 2. cogere imperantem non licet. 1, 14, 6
Subditorum facultas deliberatrix imperfecta. 2 26, 4, 2
Subditorum ratione an bellum utrinque juſtum. 2, 26, 4, 3
Subditorum defenſio an aliqua juſta in bello injuſto, 2, 26, 6, 1
Subditorum libertas obligatur ex facto ſuperiorum. 3, 2, 2, 1, 2
Subditorum factum an pacem rumpat. 3, 20, 30
Subditorum innocentium res in pœnam non recte capiuntur. 3, 13, 2
Subditos ſuſcipere migrantes, non eſt contra pacem, quæ amicitiam complectitur. 3, 20, 41
Subjectio civilis ex pœna. 2, 5, 32
Subjectio civilis. 3, 8, 1, 1
Subjectio herilis. *ibid.*
Subjectio mixta. *ibid.*
Subjectio populi perfecta & imperfecta. 2, 5, 31
Subjectio jus eſt in perſonam. *vide* Lex. 2, 5, 26. quotuplex. *ibid.* fit vel ex conſenſu. *ibid.* vel ex delicto. 2, 5, 32. Chriſtianorum, qua ſubſunt magiſtratui, quanta. 1, 4, 4. privata. 2, 5, 8. quid contineat. 2, 5, 27. publica quæ. 2, 5, 31. continet neceſſitatem non reſiſtendi. 1, 4, 4. vocatur & civilis. 3, 8, 1. an ſubjicere ſe liceat lege euangelica magiſtratui infideli. 2, 15, 10
Subordinationis natura & effectus. 1, 4, 6, 1, 2
Subſtantiæ vox pro more perpetuo 2, 12, 26, 3
Succeſſio titulum veterem continuat. 1, 3, 10, 5
Succeſſio linealis in regnis quæ. 2, 7, 22, 23
Succeſſio cognatica linealis. 2, 7, 22
Succeſſio linealis nullis gradibus terminatur. *ibid.* Not. 1
Succeſſio regnorum in Africæ partibus quibuſdam. 2, 7, 24
Succeſſio in regnis patrimonialibus. 2, 7, 12
Succeſſio ab inteſtato unde. 2, 7, 3
Succeſſio cur magis deſcendat quam aſcendat. 2, 7, 5, 2
Succeſſio non ſemper infert ſummum & abſolutum imperium. 1, 3, 10. nam ab omnibus conſtitui poteſt, qui ejus habent poteſtatem. 2, 7, 24. & ſic etiam a populo, & quare ab eo ſoleat inſtitui. 2, 7, 19. non eſt ſub jure imperii. 2, 7, 27. in bona ab inteſtato quid. 2, 7, 10. oritur ex jure gentium voluntario. 2, 19, 6. natura quoque ei favet 2, 7, 30. fratrum. 2, 7, 9. eorum qui ſummum habent imperium, ſi de eorum voluntate non expreſſa extant judicia. 2, 7, 11. Linealis cur inſtituta. 2, 7, 22. oppoſita hæreditariæ. 2, 7, 33. qualis. 2, 7, 22. duplex, cognatica & agnatica. 2, 7, 33. agnatica cur inſtituta. *ibid.* in ſucceſſione lineali ſpes ſemel parta jus facit. 2, 7, 28. itaque nec peccatum patris filio nocere poteſt. 2, 7, 26. in regno ex conſenſu populi delato quæ velit obſervari generaliter. 2, 7, 14 *& ſeqq.* quæ in ſexu, ætate, & qualitate. 2, 7, 18. eſt quaſi ea, quæ fit ab inteſtato, 2, 7, 26. regi jus dat temporarium. 2, 6, 10. imperium ad eum non ab eo, qui deceſſit, ſed a populo defert. 2, 14, 11. tantum defertur, quantum prima electio tribuerat 1, 3, 10. in regno allodiali opponitur ei, quæ fit ex lege. 2, 7, 20. patrimoniali an ætatis prærogativam admittat & quando. 2, 7, 33. de ſucceſſionis in imperio controverſia quis judicare poſſit. 2, 7, 27. an in ſucceſſione liberi ante adoptionem regni nati poſtponantur iis, qui poſt nati. 2, 7, 28
Succeſſionis ab inteſtato poſt liberos duo præcipui fontes 2, 7, 9, 1, 3. & 11, 1
Succeſſionem quiſque elegiſſe creditur, quæ in more patriæ eſt. 2, 7, 11, 2
Succeſſionum leges diverſæ. 2, 7, 11, 1
Succedens in regno patrimoniali individuo debet aliis hæredibus idipſum repenſare. 2, 7, 13
Succeſſor in fœderibus quid ſignificet. 2, 16, 18. an obligetur per conſtituta anteceſſorum, & an ea ipſi mutare non liceat,

liceat. 1, 3, 7. regni tantum qui. 2, 14, 10. mixto jure qui. *ibid.* jure hæreditario non ſuccedunt in ætatis privilegium. 2, 7, 30. quid accipiant per ejuſmodi hæreditatem. 2, 14, 10. an fœdera etiam ad ſucceſſores pertineant. 2, 16, 16
Succeſſores regum quando & quatenus teneantur. 2, 14, 11
Suffetes Carthaginienſium. 1, 3, 10
Sulla quo jure proſcriptorum liberos ad nullos honores admiſerit. 2, 21, 16. leges ejus quare Cicero ſervandas cenſuerit, cum iniquæ ſint. 1, 4, 15
Sulpitius. 2, 4, 2
Συμπλεια quid. 2, 12, 4
Superior an & quomodo in ſubditum mendacium committat. 3, 1, 15
Superior non is ſemper, cujus utilitati regimen inſervit. 1, 3, 8, 14
Superior quid poſſit circa juramentum. 2, 13, 20, 1, 3
Superior ſubditum cogere poteſt ad ea, quæ non ex juſtitia, ſed ex alia virtute debentur. 2, 25, 3, 4
Superioris præceptum, quando excuſet. 2, 26, 4. quando non. 2, 26, 3, 4, 4, 8
Superficies an ſolo cedat. 2, 8, 22
Superſtitioſus num dicendus, Deum nimium colere. *Proleg. pag.* 28
Supplices ut *defendantur*, *eſt* ex jure gentium. 3, 2, 3. hoc jus ad eos tantum pertinet, qui immerito odio laborant. 2, 21, 5. qui fortuna tales ſunt, non culpa ſua. 3, 2, 3
Supplices, dum cauſa cognoſcitur, defendendi. 2, 21, 6
Supplicia capitalia antiquiſſima & in quibus criminibus. 1, 2, 5, 6. non ſolum Hebræis ea conceſſa. *ibid. Not.* 9, 10
Supplicia naturaliter unuſquiſque de nocente ſumere poteſt. 2, 10, 9. hoc jus Nat. manſit in quibuſdam. *ibid.* ad propinquos damnatorum injuſte extenduntur. 2, 21, 13. capitalia an prohibita lege Evangelica. 1, 2, 7. & 2, 20, 10. an magiſtratus Chriſtianus juſte poſſit exercere. 2, 20, 12. prohiberi non poſſunt, niſi cum ſumma ſcelerum permiſſione. 1, 2, 7. prohibita dicuntur in iis delictis, quæ a Moſe capite non puniuntur. 2, 11, 14. prohibita ſi eo fine inſtituantur, quaſi melius ſit ſonti mori, quam vivere. 2, 20, 7
Suppliciis cruciatus quo jure addantur. 2, 20, 32. ſupplicio adficiendis cur tempus aliquod indulgeatur, antequam puniantur 2, 20, 12. cur teſtes primi olim accedere debebant, cum quis lapidibus eſſet obruendus. 2, 2, 26, 4. affecti reges. 3, 11, 7. *Annot.* 2. affectis ſepultura negata. 2, 19, 4
Supplicibus parcendum. 3, 11, 15
Supplicum jus quibus debeatur. 2, 21, 5, 1, 4
Supplicum defenſorum & non defenſorum exempla. 2, 21, 5, 3, 5
Supplicum jus in bello quale. 3, 1, 3, 1
Supplices an belli jure occidantur. 3, 4, 11
Supplicum cauſa ex quo jure cognoſcenda. 2, 21, 6, 2
Suum naturaliter quid. 2, 17, 2. quiſque abdicare poteſt jure naturali. 2, 4, 4. ut quiſque conſequatur, jus eſt favorabile. 3, 20, 11. nemo temere credendus eſt jactare. 3, 20, 5. ſuo minus ſumere an pugnet cum juſtitia. *Prol. pag.* 16. in dubia ad eam partem magis inclinandum, quæ alteri, quam quæ ſibi conſulit. 3, 1, 4
Synedrii poteſtas apud Hebræos. 1, 3, 20
*Syrtes an cuiquam propriæ.* 2, 2, 3, 2

## T.

TAcitus conſenſus populi quis. 2, 6, 10, 11. jus dat ad alienandas minores ejus juriſdictiones. 2, 6, 10. tacita voluntas poteſt imperium vi partum juſtum efficere. 2, 4, 14
non omnia, quæ Tacentur, etiam celantur. 2, 12, 9
Tale natura eſſe, quomodo quid dicatur. 3, 7, 1
Talio pro ſe, id eſt, ob vulnus, non niſi per judicem exigi poterat. 1, 2, 8. & 2, 20, 8. quæ in bellis ſic vocatur, plerumque injuſta. 3, 4, 13. juſta non eſt, cum poſtulatur ex odio. 2, 20, 10
Talio non tranſit perſonam. 3, 11, 16, 2
Talionis poſtulatio Hebræis quo ſenſu licita. 2, 20, 10, 7
Talionis uſus qui apud Hebræos & Romanos. *ibid.*
Talionem in judicio exigere Hebræis indultum. 1, 2, 8, 7

Tarqui-

Digitized by Google

Tarquinii factum in Gabiis an juſtum fuerit. 3, 24, 2

Telum quid jure Romano. 2, 1, 12, 2

Templa vaſtare injuſtum jure naturali, etſi ab iis fiat, qui in quibuſdam circa religionem diſſentiunt. 3, 12, 8. licet vaſtare jure belli. 3, 5, 2. an jure talionis liceat. 3, 12, 7

Templum Hieroſolymorum intravit Pompejus, incendit Titus. 3, 5, 2, 5

Templi Hieroſolymitani religio. 3, 5, 2, 4

Templa gentium a Judæis incenſa. *ibid.*

Templis parcendum. 3, 12, 6, 1, 2, 5, 1

Tempus immemoriale in dubio ſufficit ad derelictionis præſumtionem. 2, 4, 7

Tempus immemoriale a centenario differt. *ibid.*

Tempus, quod poſſeſſori jus dat dominii in quæſtione de imperio derelicto, unde numerandum. 2, 4, 12. memoriam excedens infinitum eſt moraliter. 2, 4, 7. temporis duratio naturam rei non mutat. 1, 3, 11

Tempus ad pœnitentiam dandum his, qui ſupplicio afficiuntur. 2, 20, 12, 1

Temporis quæ vis ad præſumendam derelictionem. 2, 4, 6

Teneri bello quæ intelligantur. 3, 20, 12, 2

Termini ſacra ſine ſanguine. 3, 15, 7, 1

a Termini ſacris Numa quare ſanguinem abeſſe voluit. 3, 15, 7

Terminorum duo genera. 3, 21, 4, 3

Terminus naturaliter is eſt, qui pars eſt rei. 3, 21, 4. a quo, non eſt intra menſuram naturaliter, ut alter. *ibid.* imperiorum termini naturales qui. 2, 3, 16. quare conſtituantur. 2, 3, 17. promoveri injuſte poſſunt, etiam in juſto bello. 3, 15, 2. non ſemper promovendi, quoties etiam juſte poſſunt promoveri. 3, 15, 7

Terra continetur a mari. 2, 2, 3. terram & aquam dedere quid. 2, 5, 31. *Annot.* 1

Terræ hoſtili quare parcendum. 3, 12, 1, 2, 2, 1, 3, 1, 4, 1, 5, 1, 8, 1, 2

Territorium unde dictum. 2, 6, 4

Territorii pars populo vacua alienari poteſt. 2, 6, 7

Terror non ſufficit ad jus internum occidendi. 3, 11, 16, 1

Tertio, qui metum non incuſſit, facta promiſſio tenet. 3, 19, 3

Teſtamentum ſolemnitate aliqua defectum quem effectum habeat. 3, 7, 6, 2

Teſtamentum Caroli Magni de regno quale. 1, 3, 13

Teſtamenti factione an prohibeantur obſides. 3, 20, 53. nullum eſſe quo jure dicitur id, quod ſolennitatibus quibuſdam caret. 3, 7, 6. an ex tali, ſalva pietate, quid poſſit capi. *ibid.* quaſi teſtamentum, cujus faciendi jus ſervis dabatur. 3, 14, 6

Teſtamenti factio eſt juris naturalis: quo ſenſu. 2, 6, 14, 1

Teſtamenta de regnis patrimonialibus. 1, 3, 12, 5, 6

Teſtamenta de regnis non patrimonialibus, non valent niſi ex populi conſenſu. 3, 1, 19, 1

in Teſtamentis clauſula derogatoria quantum valeat. 1, 3, 18, 2

Teſtari non prohibentur externi jure naturali. 2, 6, 14, 2

Teſtari quem impediens quando, & cui teneatur. 2, 17, 3

Teſtatoris libertatem qui impedit, damni dati tenetur. *ibid.*

Teſtimonium ſervus, niſi tortus, dicere non poterat apud Rom. 1, 2, 9. *Annot.* qui teſtimonio injuſto damnum dat, in quantum tenetur. 2, 17, 16

Thebæorum martyrum hiſtoria. 1, 2, 10, 11, 1, 4, 7, 10

Thebanorum bella cum Lacedæmoniis. 2, 1, 8. lex de vendendis liberis. 2, 5, 5

Theodori Ætoli factum. 3, 4, 18, 1

Theſaurus in multis regnis regi cedit. 2, 8, 7

Theſaurus jure naturali eſt ejus, qui invenit. *ibid.* hodie principum ſunt quaſi gentium jure. *ibid.*

Theſauri cujus, & de iis leges variæ. *ibid.*

Theſmophoria cur Cereris ſacra dicantur. 2, 2, 2

Tibarenorum generoſitas. 3, 1, 10, 3

Τιμᾷν pro benefacere. 2, 13, 7, 2

Τιμωρία quid. 2, 20, 6, 1

Timothei ducis moderatio. 3, 12, 2, 2

Titus templum incendit. 3, 5, 2, 5

Tradere ſe in fidem, quid. 3, 20, 50, 3

Traditio non requiritur naturaliter ad perficiendam alienationem. 2, 6, 1, 2

Traditio naturaliter ad tranſlationem dominii non requiritur. 2, 8, 25




Digitized by Google

Traditio ad tranſlationem dominii in quibus caſibus, etiam jure civili, non requiratur. *ibid.*
Trajani dictum ad præfectum prætorio exponitur. 1, 4, 6, 5
Tranſeundi jus per alienos fines. 2, 2, 13, 1
Tranſeundum qua ſit. 2, 2, 13, 1, 5
Tranſitus non debetur injuſtum bellum moventi. 2, 2, 13, 4
Transfugæ jure Romano poſtliminium non habent. 3, 9, 10, 1
Transfugæ ſervi poſtliminio recipiuntur. 3, 9, 11, 2
Transfugæ ab his, a quibus transfugerunt, occidi ſolent. 3, 11, 16, 1
Transfugæ belli jure recipiuntur. 3, 20, 12
Transfugæ in dubio non reddendi. 3, 20, 12, 1
Transfugas admittere licet. 3, 1, 22
Tranſitus per noſtram terram quibus & quamobrem negari non debeat. 2, 2, 13. quibus rationibus tutior reddatur. *ibid.* in tranſitu conceſſo vis omnis abeſſe debet. 3, 17, 2
Transmiſſio linealis differt a repræſentatione. 2, 7, 22, 1
Tribuni ſacroſancti quomodo facti. 3, 19, 8, 2
Tributa ſolvere honeſtum. 1, 2, 7. retro debita an peti poſſint ab eo, qui pacto quodam ſucceſſit in jus ejus, cui debebantur. 3, 20, 22. juſte imponuntur devictis gentibus, tam ad ſecuritatem, quam ad reſtitutionem ſumptuum. 3, 15, 6. ſubditis, cum ob dubium de belli juſtitia bellare nolunt. 2, 26, 5
Tributariæ Medorum nationes an ejus conditionis manſerint, tranſlato ad alios imperio. 2, 16, 16, 4
Tributorum finis quis. 1, 2, 7, 12
Tributorum indictio ad victoris utilitatem. 3, 6, 15
Tuendi ſeſe juſtus modus, etiamſi in juſto bello, difficulter tenetur, aut cognoſcitur. 2, 4, 4
Tullii Hoſtilii dolus. 3, 1, 14, 2
contra Turcam an ſit fœdus ineundum. 2, 15, 12
ob Turpem cauſam qui quid accipit, non tenetur ad reſtitutionem. 2, 10, 12
qui ſeſe in Tutelam alicujus dat, tacite obligatur, nequid faciat contra eum ſtatum. 3, 24, 2. Pactum militaris operæ pro Tutela quale. 2, 12, 5
Turris Babylonica. 2, 2, 2
Tutelam natura occupanti & idoneo concedit. 2, 22, 12. regni aliam requirit regnum patrimoniale, aliam non patrimoniale. 1, 3, 15
in Tutelam receptus nihil debet agere noxium ſtatui ejus, a quo receptus eſt. 3, 21, 2
Tutor qui jus, etiam incertum pupilli defendit, non agit injuſte. 2, 23, 13. Regni, an, Rege pupillo aut captivo, ſummum habeat imperium. 1, 3, 11
Tutores a quo dandi in regnis patrimonialibus & non patrimonialibus. 1, 3, 15
Tyrannus titulo. *vide* Invaſor.
Tyrannus judiciorum jus, ut nec aliarum rerum, non habet. 1, 25, 8. an obliget populum aut verum regem per contractus. *vide* Contractus. obligat iis actionibus, quæ ad imperium pertinent, & quatenus. 1, 4, 15
Tyranni imperium ferendum. 1, 3, 8
Tyranno an jusjurandum ſervandum. *vide* Jusjurandum.
Tyranno fides debetur. 3, 19, 2. & 1, 3, 2
Tyrannum vi dejicere aut occidere num liceat privatis. *1, 4, 16*
Tyrannorum liberi injuſte afficiuntur pœnis metu ne ſimiles evadant, aut cædem ſuorum vindicent. 3, 21, 13. an in uxores eorum adulterium committatur. 3, 19, 2
Tyrannicum imperium & id, quod imperantis cauſa inſtitutum, ſibi invicem oppoſita. 1, 3, 8. tyrannici imperii deſtructio ſeditioſa eſſe poteſt. 1, 4, 19. nam & in tyrannide multæ bonæ leges eſſe poſſunt. 3, 3, 2. an, ut tyrannide liberetur, patriæ bellum poſſit inferri. 1, 14, 19
Tyrannice imperans princeps an ſubditis ipſo facto ſubjiciatur. 1, 3, 9. an ab iis imperio dimoveri poſſit. 1, 3, 8. non deſinit eſſe princeps, contra quam aliqui putarunt. 2, 1, 9

## V.

VAdes. 2, 21, 11, 2
quæ non Valent ab initio, non ſemper ex poſtfacto valere nequeunt. 3, 4, 11



Digitized by Google

Valerii Levini dolus. 3, 1, 17, 1
Validiorum omnia eſſe, male dicitur. 2, 22, 3
Vandalicæ ſucceſſionis controverſia. 2, 7, 30, 2
Vaniloquentia interdicta Chriſtianis. 3, 1, 2
Vaſallus, qui non idem ſubditus, cogi non poteſt, ut eat obſes. 3, 20, 52
Vaſallus an obſes dari poſſit a domino feudi. ibid.
Vaſallorum jus circa alluviones. 2, 8, 15, 1
Vaſtatio. vide Populatio.
Vaticinia accipienda, vel ſub conditione, vel ſimpliciter. 1, 7, 8. ad bellum jus nullum dant, niſi expreſſum adſit mandatum Dei. 2, 22, 15. intelligi nequeunt, donec ad tempus impletionis. 2, 22, 15. Annot. 2
Vaticinorum veterum explicatio magnum olim malum concitavit. 2, 22, 15
Vatum nomen qui ſibi falſo induunt, recte puniuntur. 2, 20, 51. Annot. 1
Vectigal mari imponi an poſſit. 2, 3, 14
Vectigalia pro tranſitu mercium imponi quæ poſſint. 2, 2, 14, 1
Vectigalia ex quibus cauſis conſtitui poſſint. 2, 2, 14. ut conſtitui poſſint, requiritur ſumma potentia ut ſit præditus is, qui conſtituit. 1, 3, 6. qui fraudat, in quantum teneatur. 2, 17, 16
Vectigalium immunitas qualis, quæ in fœdere comprehenditur. 2, 15, 6. ſi conceditur, eorum non intelligitur, quæ ſumma exigit neceſſitas. 2, 16, 27
Vela candida. 3, 24, 5
Velle cenſeor, quod in alterius voluntate poſui. 1, 2, 11, 18. Deus velle ea, quomodo dicatur, quæ tamen non efficit. 3, 1, 8. nemo ſibi male vult. 1, 4, 4
Venatio an tantum ſit juris gentium. 2, 8, 2. cujus licita ſit, ſed legem accipit a terra. 2, 2, 5. cur principibus proprie adſignata. 2, 8, 5
Venantes ruſticos morte punire injuſtum. 4, 1, 14. Annot. 1
Vendendi libertas an alicui debeatur. 2, 2, 20
qui Vendit, obligat ſe ad omnia ea, quæ in venditione ſunt naturalia. 2, 2, 20. vendi pluris quam emptum quotiens quid poſſit. 2, 12, 14
Vendita res nec tradita cujus ſit periculum. 2, 12, 15. ſi cujus latitantis bona vendita ſunt, is admittitur ad pecuniam ex iis redactam. 2, 10, 2
Venditio captivi an vim habeat, ſi in locum pacatum vendatur, & an ei jus ſit poſtliminii. 3, 9, 2. quid ſi ad ſuos venditione pervenerit. ibid. §. 5. frumenti prohiberi ſolet in ſumma penuria. 2, 2, 19
Venditio poteſt dominium transferre ante traditionem. 2, 12, 15, 1
Venena qui ſtruere compertus eſt, an poſſit interfici. 2, 1, 5
Veneno interficere jure gentium vetitum. 3, 4, 15
Veneno inficere tela an liceat. 3, 4, 16
Veneno inficere aquas an liceat. 3, 4, 17
ad Venerem proni ſunt, in quibus ſanguis prævalet. 2, 20, 31
Venia digna quæ. 3, 11, 4, 4, 7
Veniam dare an liceat. 2, 20, 31
Venire, & mittere, diverſa. 3, 21, 16
Venire cui permiſſum, an quem ſecum ducere poſſit. 3, 21, 27
Verba intelligenda ſecundum materiam ſubjectam. 2, 16, 24
Verba ex proprietate in dubio ſumenda. 2, 16, 2
Verberibus adfecti reges, ſed abſque infamia. 1, 3, 20. ſervi non nimium adficiendi. 3, 14, 4
Verborum obligatio interna ex mente. 2, 16, 1, 1, 2
Verborum obligatio externa ſecundum interpretationem probabilem. ibid.
Veriloquium quo ſenſu ad juſtitiam a quibuſdam referatur. 3, 1, 11. non ita neceſſarium ad juſtitiam, ut magnanimum. 3, 1, 20. bello tolli fortaſſe aliquatenus potuit. 3, 19, 1
Veritas, id eſt, locutio aperta. 2, 13, 3, 2
Veritas juſtitiæ pars. 3, 1, 11, 2
Veſtis apud Romanos poſtliminio non recepta. 3, 9, 14, 2
Veſtium nomine arma non veniunt. 3, 23, 12
Vetans fortius quam jubens, quare. 2, 16, 29, 1
Veteribus eſt dictum, quid ſignificet in verbis Chriſti. 1, 2, 6
Via publica an alluvionem impediat. 2, 8, 17
Victi clementer habendi. 3, 15, 12
Victi victoribus permixti. 3, 15, 3
Victis eripere nihil niſi quod pacem impedit, laudabile. 3, 15, 2, 1
Victis relictum ſuum imperium. 3, 15, 7
Victis imperium relinquere generoſorum eſt. 3, 15, 4

Victis

Victis imperium relinqui ſolet, locis quibuſdam detentis. 3, 15, 5

Victis imperii pars relicta. 3, 15, 9. permiſſæ ſuæ leges, & magiſtratus. 3, 15, 10. ſua religio permiſſa. *ibid.* §. 11.

Victor curare debet, ut religio vera libere prædicetur. *ibid.*

Victor quis dicendus. 3. 20. 45

Victoria unde cenſenda. *ibid.* victoriæ jus an juſtitia interna non extendi poſſit ultra modum debiti, & periculi neceſſitatem. 3, 15, 1. victoriam non voluit furari Alexander. 3, 1, 20. poſt eam res eorum, qui victi ſunt, vaſtare injuſtum. 3. 12, 2

Victoris officium in eos, qui ſe dedunt. 3, 20, 49, 2

Victus quis. 3, 20, 15. victi bello ſolenni jure gentium nihil non habent patiendum. 3, 20, 49. legationis jus amittunt. 2, 18, 2. Romani nihil adimere ſolebant præter injuriæ licentiam. 3, 15, 2. & 3, 20, 50

Vi reſiſtere ſummis Magiſtratibus licitum piumque non eſt. 3, 7, 7. non utendum in rep. etiamſi juſta ſit. 1. 4. 9

Vim qui infert, ſæpe injuſte occiditur. 2, 1, 9. etiam nec dum præſentem prævenire licet magiſtratui. 2, 1, 16. per vim jus ſuum conſequi quo ſenſu juris naturalis eſſe dicatur ante poſitas leges. 1, 1, 10

Vindex ſanguinis apud Hebræos. 2, 20, 8, 6. & 1, 2, 5, 4

Vindex ſui juris quiſque naturalis. 1, 5, 1

Vindicatio. *vide* Ultio.

Vindicatio. 2, 1, 2. rei noſtræ cum cæde alterius, niſi ejus rei, ex qua vita pendet, quæque judicio recuperari nequit, lege euangelica illicita. 2, 1, 13

Vindicta bonum eſt imaginabile. 2, 20, 29. conceſſa poteſtati publicæ cum jure defenſionis. 2, 1, 16. injuſta lege nat. & euang. 1, 3, 2. & 2, 20, 5. quatenus tantum animum dolentis exſatiat. 2, 20, 10. quo ſenſu Deus vindicando ſcelera impiorum ridere dicatur. 2, 20, 4. juſta ex jure naturali, quo ſenſu. 2, 20, 8. ea eſt, quæ fit magni boni publici cauſa. 1, 2, 8. etiam juſta non ſemper conceſſa leg. euang. 2, 20, 10. ea, quæ ſumitur in poſteris nocentum, an exemplo Dei poſſit defendi. 2, 21, 8

Vindictæ privatæ exempla. 2, 20, 8, 3

ad Vindictam quiſque promptior, quo ratione minus valet. 2, 20, 5

Vindicantis animus non debet in malo acquieſcere, quo ſenſu. 2, 20, 4

de non Violandis legatis lex non pertinet ad eos, ad quos non mittuntur. 2, 18, 5

Vir bonus naturaliter perpetuus Magiſtratus. 2, 20, 9

Virginalis pudor æquiparatur vitæ. 1, 2, 5. & 2, 1, 7. an, qui violare eum cupit, poſſit occidi, ut defendatur. 2, 1, 7

Virginem vi corruptam corruptor non tenetur ducere jure naturali. 2, 7, 15. vi corruptæ cur credi lex velit in agro, non in urbe. 2, 1, 12

Viriati moderatio. 3, 12, 4, 3

Virtutis actus, quos jus Hebræorum exigit, exiguntur & nunc a Chriſtianis. 1, 1, 17, 5

Vis ac terror, propria bellorum. 3, 1, 6. juſta, quæ jus alterius non violat. 1, 2, 1. ubi juſta eſt punitio. 3, 1, 2. major liberat a pœna. 3, 21, 9

Vis injuſta naturaliter quæ. 1, 2, 1, 6

Vis juſta naturaliter quæ. 1, 2, 1, 7

Vis juſta teſtimoniis probatur. 1, 2, 1, 5, 7

Vis juſta in beſtiis, quo ſenſu. 1, 2, 1, 5, 3, 2

*Vis pœnæ ergo licita.* 3, 1, 2, 3

Vi, hominibus armatis, coactiſve, quid ſignificet. 2, 16, 20, 4

Vita fundamentum eſt omnium bonorum temporalium & æternorum. 2, 24, 6. anterior ut cum delicto veniat in æſtimationem, quatenus naturaliter ſit æquum. 2, 20, 30. hominis Chriſtiani pluris eſſe debet, quam res ſua. 3, 2, 6. innocentis recte ſervatur per mendacium. 3, 1, 16

Vita in ſtatu innocentiæ. 2, 2, 2, 1, 2

Vita populi præferenda libertati. 2, 14, 6, 2

Vita an obligari poſſit. 3, 2, 6

Vita tota reorum an examinanda. 2, 20, 30, 4

Vitam valide obligari, antiquorum ſententia. 2, 15, 16, 4

Vitæ tuendæ cauſa mentiri an liceat. 3, 1, 16

Vitæ æſtimatio non fit in homine libero. 2, 17, 13. jus plenum nemo habet in ſe. 3, 2, 6. ita ut eam ſibi adimere poſſit, aut hoc fine pro alio obligare. 2, 21, 11. ſua enim cuique eſt, ſed

non

Digitized by Google

non ad perdendum. 2, 17, 2. ſuæ quemque eſſe ſummum dominum, gentium eſt opinio. 3, 2, 6. & 3, 20, 43
Vitæ pactio libertatem non comprehendit. 3, 23, 12
Vitam ſervare ſi nequeam aliter, licet mihi eam impetentem arcere vi quacunque. 1, 1, 3. etiamſi ſit innocens. 3, 1, 2. in vitam noſtram Deus plus juris habet, quam nos ipſi. 1, 3, 3. jus etiam habet ſine intuitu culpæ. 2, 21, 14. vitam multitudinis innocentis ſuæ unius quiſque tenetur præferre. 2, 25, 3
Vitia, quæ ex corporis mixtura originem trahunt, facillime remittenda. 2, 20, 31. non omne, quod fit vitioſe, caret effectu juris. 2, 11, 9
Vitia qualia impunita eſſe debeant. 2, 20, 18: 20, 1
Vitioſitas actus ab effectu diſcernenda 2, 17, 22
Vitium rei in contractibus indicandum, & quare. 2, 12, 9, 1
Vittæ. 3, 24, 5
Ulciſci quid ſignificet Auguſtino. 2, 1, 2, *vide* Vindicare.
Ultio an juri naturæ conveniat. 2, 20, 5, 1, 3
Ultio an licita jure naturæ & gentium. 2, 20, 8, 2, 3
Ultio an Chriſtianis permiſſa. 2, 20, 10. 1, 5
Ultionis reſtrictio unde. 2, 20, 8, 4
Unio populorum, aut regnorum, quid operetur. 2, 9, 9
Univerſitas obligat ſingulos. 2, 5, 17
Univerſitas manet, etiam cum ſinguli intereunt. 2, 5, 1. jure gentium voluntario. 3, 2, 2. *vide* Debitum. non qua ſinguli, ſed qua pars ſunt univerſitatis. 3, 2, 1. ut tamen ſinguli bona ſua ex delicto ejus amittant, in quod non conſenſere, injuſtum. 2, 21, 7
Univerſitatis debito ſinguli an obligentur, & quatenus. 2, 14, 7
Univerſitatis res cui acquirantur in bello. 3, 8, 4. de univerſitate quædam dicuntur primo, quædam non niſi derivatione a ſingulis. 2, 21, 8
Voces an naturalia ſigna. 3, 1, 8, 1
Voces naturaliter nihil ſignificant. 3, 1, 8. voces multæ aliam latam, aliam ſtrictam habent ſignificationem. 2, 16, 9. omnes ambiguitatem admittunt. 3, 1, 17. repertæ ſunt ad ſignificandum, cum obligatione mutua. 3, 1, 8. vocum ambiguarum is ſenſus ſumendus, qui vito caret. 2, 16, 5. ſenſus improprius ſumendus, cum aut abſurdum alias ſequeretur, aut pactum redderetur inutile. 2, 16, 12. in pactis populariter ſumendus. 2, 16, 2
de Vocibus meris diſputatio cavenda. 2, 20, 23
Volenti mentiendo an injuria fiat. 3, 1, 14, 1
Voluiſſe in dubio quiſque cenſetur quod eſt æquiſſimum. 2, 7, 3
Voluntas defuncti pro lege. 2, 7, 3
Voluntas quæ punibilis 2, 20, 18
Voluntas Dei nominatur, ubi cauſæ non apparent. 2, 20, 48, 1
Voluntas jure mutabilis. 2, 11, 2
Voluntas unde colligatur. 2, 16, 26. naturaliter ſufficit ad obligationem. 2, 11, 1. etiam ſine cauſa obligationis. 2, 16, 20. accipientis poteſt traditionem antecedere. 2, 6, 2. in contractibus ex utraque parte requiritur æqualis. 2, 12, 10
Voluntas in dubio creditur ſibi eſſe conſentiens. 2, 16, 7. hominum, poteſt eſſe menſura ejus, quod res quæque valet. 2, 12, 15. *vide* Pretium. malefaciendi, ſi per externa ſigna de ea conſtiterit, puniri poteſt. 2, 20, 39. mandantis in dubio cenſetur, ut ſervetur mandatum. 2, 11, 17. pejerandi etiam occulta punitur a Deo. 2, 13, 1. populi quæ præſumatur. *vide* Præſumptio. ejus, qui nunc eſt, quando non pro alia quam primæva populi voluntate accipiatur. 2, 7, 27. regis ſe in integrum reſtituere cupientis unde præſumatur, vel cognoſcatur. 2, 14, 2
Voluntatis conjectura ceſſat, cum cauſa alia apparet. 2, 4, 5. an ad bellum ſuſcipiendum ſufficiat minori Magiſtratui. 1, 3, 5. defectus originarius unde queat intelligi. 2, 16, 22. internuntius differt a tabellario. 2, 11, 17. ratio in teſtamento quomodo judicari debeat. 2, 16, 26. ſigna ſufficientia quæ. 2, 11, 11. quomodo voluntas ex iis dijudicanda. 2, 16, 26
Voluntatem domini rem ſuam ad alium transferre cupientis, ſervari jure naturali æquum eſt. 2, 11, 1. ut mutet animus humanus, non potentiam modo habet, ſed & jus. 2, 11, 2
Voluntate ceſſante non manet dominium. 2, 9, 1. no-

Digitized by Google

2, 9, 1. noſtra etiam per alium obligamur. 2, 11, 12. quod ex voluntate profectum, in eo pœnitere licet. 2, 4, 14
Voluptatis deſiderio quæ non recte fiunt, minus excuſabilia, quam quæ ex metu aut ira. 2, 20, 31
Urbes quædam a Deo excidio damnatæ: quare. 3, 12, 2, 4
Urbes a Salomone Hiromo datæ quales 1, 3, 12, 3
Urbium matricum jus in colonias apud Græcos. 1, 3, 21, 1
Uſucapio locum non habet inter duos populos aut reges. 2, 4, 1. imo. 8, 2, 9, 1
Uſura in bonam partem accipitur. 2, 13, 21. non illicita jure naturali, ſed lege euangelica. 2, 12, 30. non eſt, cum quis mercedem paciſcitur pro periculo amiſſionis pecuniæ ejus, quam mutuo dedit. 2, 12, 21. leges humanæ de uſuris latæ quid efficiant. 2, 12, 22
Uſuræ quo jure vetitæ. 2, 12, 20, 1, 3
Uſuræ vetitæ lege Hebræa. *ibid. Not.* 3
Uſuræ Chriſtianis illicitæ. *ibid.*
Uſuræ crimen quibus caſibus non admittatur. 2, 12, 21
circa Uſuras legum civilium efficacia. 2, 12, 22. Hollandicum jus circa ipſas. *ibid.*
Uſus autoritas in explicandis legibus. 1, 2, 9, 1
Uſus rerum naturalis. 1, 2, 2, 1
Uſus rei in abuſu conſiſtens æſtimabilis extra rem. 2, 12, 20, 2
Uſus. 2, 5, 3
Uſusfructus proprie ita dictus non eſt earum rerum, quæ uſu pereunt, jus tamen utendi iis eſt æſtimabile. 2, 12, 20
Uſufructuarius ſi ſuum jus extraneo concedit, nihil agit. 1, 4, 10
Uti opera oblata licet, etſi offerenti illicita. 3, 1, 21, 22. & 1, 26, 5, 1
Utile factum. *vide* Factum utile. non mihi ſtatim licet per vim imponere id, quod alteri eſt utile. 2, 22, 12. quod minus utile, non ſtatim eſt illicitum. 2, 5, 12
Utilitas ſola, non eſt juſta belli cauſa. 2, 22, 6. & 2, 22, 12. nec cædis. 3, 11, 16. nec corruptionis rerum quæ ſunt alterius, niſi juſtitia accedat. Innoxia dat jus contra proprietatem ſingulorum. 2, 2, 11. privata ut cedat publicæ, videntur voluiſſe, qui cœtus civiles inſtituere. 3, 20, 7
Utilitas publica jus dat in bona privatorum. 3, 20, 7. non dat jus alienandæ partis imperii ſine conſenſu ejus. 2, 6, 8. ſi in quibuſdam caſibus ſpectanda, quibus eam ſpectare jus ſit. 3, 20, 10. ſervi ſubeſt utilitati Domini. 3, 14, 6
Utilitas publica alienando bona ſubditorum pacis cauſa, quo ſenſu requiratur. 3, 20, 7, 1. & 10, 1
Utilitas belligeranti ex abſtinentia populationum. 3, 12, 8, 1
Utilitatis innoxiæ jus. 2, 2, 11
Utiliter quod geſtum eſt, valet, quomodo intelligendum. 3, 22, 3
Uxor in corpus mariti jus habet ex lege euangelica. 2, 5, 9, 2
Uxor rem vendicat emtam pecunia ſua, quam repetere potuiſſet. 2, 10, 2, 2
Uxor pars familiæ maritalis. 2, 5, 8, 3. & 12, 1. virum non ſequitur, niſi in jure commorandi. 3, 21, 17. *vide* Domus.
Uxores, an plures habere licitum ſit: qui plures habuerint, qui una contenti: & an licitum ſit eas deſerere. 2, 5, 9, 1, 2, 4
Uxoria bona vendendi jus, non a natura eſt. 2, 5, 18. ne uxor pro marito. 3, 2, 1
Withernamium jus. 3, 2, 4

## X.

XErxis & Artabarzanis controverſia. 2, 7, 29
Συμμαχία. 2, 15, 6, 2

## Y.

Ὑπαλλαγμός. 1, 4, 6, 2
Ὑπερβολὴ figura qualis. 3, 1, 13, 1
Ὑπόκρισις. 2, 13, 21, 1

## Z.

ZElandorum jus circa alluviones. 3, 8, 15, 1
Zeli judicium. 2, 20, 9, 5
Zizania ſinenda ad meſſem. 3, 1, 4, 2
Zopyrus perfidia non caruit, ob fidem Regi ſuo præſtitam. 3, 24, 2

EMEN-

# EMENDENDA

## ET

# ADDENDA.

Pag. 3. Not. col. 2. lin. 17. *ἔχει.* Lege, *ἴσχει.*

Pag. 17. lin. 6. adde in margine: *Pag.* 633. D.

Ibid. lin. 13. in marg. *Tob.* Lege: *Topic.*

Pag. 33. Not. col. 2. lin. penult. Adde: *Poſt hæc ſcripta, forte reperi locum* PLINII *hoc additamento alieno ita auctum, apud* MARC. LYCKLAMA, *unde ſine dubio Auctor noſter habet. Vide quæ diximus in Præfatione.*

Pag. 47. Not. col. 1. lin. 10. *Epiſt.* 1. Lege: *Epiſt.* 2.

Pag. 59. lin. 12. in margine: *Ed. Paris.* Lege: *Edit. Davis.*

Pag. 70. Not. col. 2. lin. 18. *Ex Epiſt.* 166. Lege: *Ex Commentario in Pſalm.* 124.

Pag. 118. col. 2. Notam (ff) ita refinge: Mera fabula, quam pleniſſimè confutavit SALMASIUS, *Defenſ. Reg.* Cap. II. & poſt illum alii. Rationes ab utraque parte adlatas collegit SELDENUS, *De Synedr.* Lib. III. Cap. 12. ubi ipſe rem in medio relinquit. *J. B.*

Pag. 178. Not. col. 2. lin. 5. *damni dari.* Lege: *damni dati.*

Pag. 189. lin: 9. *quidam concedent.* Lege: *quidam concedunt.*

Pag. 192. lin. 7. *deſcindere.* Lege: *deſcindere.*

Pag. 211. Not. col. 2. lin. 3. à fine: *habuiſſe nationes.* Lege: *habuiſſe notiones.*

Pag. 217. Not. col. 1. lin. ultim. *unum milliare cum quadrante.* Lege: *unum milliare vulgare, ſeu ter mille paſſuum Geometricorum, cum duabus tertiis.*

Pag. 223. Not. col. 2. lin. 3. à fine: *ἀκόντων.* Lege: *ἑκόντων.*

Pag. 229. Not. col. 1. lin. 10. *legem ἄμνηστας.* Lege: *legem ἀμνηστίας.*

Pag. 236. Not. col. 2. lin. 5. à fine: *JCti Italenſis.* Lege: *JCti Hallenſis.*

Pag. 250. lin. 8. *ὁμάς.* Lege: *ὁρμάς.*

Pag. 265. Not. col. 1. lin. 9. *Lazotum Rege.* Lege: *Lazorum Rege.*

Pag. 305. Not. col. 1. lin. 9. *Deinde Regis.* Lege: *Deinde Reges.*

Pag. 307. lin. ultim. *Ægyptidarum.* Lege: *Æpytidarum.*

Pag. 316, Not. col. 2. lin. 7. à fine: *indignis.* Lege: *indigenis.*

Pag. 331. in margine, literæ *d* & *e* tranſponi debent. Ibid. lit. *a* leg. *Ep.* 911 & lit. *b.* *Lib.* XXVI.

Pag. 363. §. x. lin. 3. *acceptatione.* Lege: *acceptione.*

Pag. 397. lin. 4. *ut rapta.* Lege: *ut raptu.*

Pag. 409. Not. col. 1 lin. 7. *Hebrais prodidit.* Lege: *Hebræus prodidit.*

Pag. 416. lin. 13. *Contra, ſi Rex* &c. dele comma poſt *Contra.*

Pag. 426. Not. col. 2 lin. 7. à fine: *ἠγὸς δυλείας.* Lege: *ἐγγὺς δουλείας.*

Pag. 434. lin. 20. Adde in margine: *De Expedit. Alexandr. Lib.* 1. *Cap.* XVII.

Pag. 455. Not. col. 2. lin. 8. *Latinas.* Lege: *latrinas.*

Ibid. lin. 20. *ἄντο τῶν θυγατήρων.* Lege: *ἄνευ τῶν θυγατέρων.*

Pag. 474. lin. 5. *Romam mitterent.* Lege: *Romam mitteret.*

Pag. 478. in margine: † *Liv.* XXXVII. *c.* 12. Lege: *c.* 49.

Pag. 485. Not. col. 1. lin. ult. *ἐμμῆναι.* Lege: *ἐμμεῖναι.*

Pag. 487. lin. 10. *vers.* 1260. Adde: *Lib.* V.

Pag. 506. in marg. lin. 8. *Ed. Paris.* Lege: *Ed. Davis.*

Pag. 556. lin. 7. à fine: *& nono.* Lege: *& octavo.*

Pag. 557. Not. col. 1. lin. 2, 3. *promiſiſſe.* Lege: *promiſiſſe.*

Pag. 558. Not. col. 1. lin. 5. *Habet Auctor.* Lege: *Debet Auctor.*

Pag. 578. lin. 6. *Lanvicum.* Lege diviſim: *Lan vicum.*

Pag. 593. in margine: † *Job.* VII. Lege: *Joſue* VII.

Pag. 597. lin. 1. *de eo contractu.* Lege: *de eo contactu.*

Pag.

Digitized by Google

Pag. 620. Not. col. 2. lin. 2. *ἀντιπομπεύοντων*. Lege: *ἀντιπομπάζειν*.

Pag. 679. marg. lit. *b*. Lege: *Lib.* XLV.

Pag. 683. *num.* 2. lin. 3. *non ſinguli*. Lege, ex prima Editione: *non ut ſinguli*.

Pag. 700. Not. col. 1. lin. 4. ante *At Caduceus*, pone uncinum [.

Pag. 707. Not. col. 1. lin. 2. dele *vers.* 538. & pone pag. ſeq. col. 1. lin. 2. poſt vocem *Æneidos*.

Pag. 713. lin. 9. à fine: Adde in margine loci *Diodori Siculi* deſignationem: *Lib.* XVI. *Cap.* 31.

Pag. 755. Not. col. 1. ſin. ult. *δορυλειττῶν*. Lege: *δορυληπτῶν*.

Pag. 763. Not. col. 2. lin. 3. à fine: *Servum à belli jure*. Lege: *Servum belli jure*.

Pag. 799. Not. col. 1. lin. 15. OCCASIONEM DE. Lege: *occaſionem dedit*.

Pag. 810. lin. 5. à fine: *Campanus*. Lege: *Camoſanus*.

Pag. 811. lin. 5, 6. *equitatu circumdedit, parci jubens* &c. Hæc malè verſa. Dicendum fuerat: *obequitans juſſit milites ſuos parcere adverſariis &c.*

Pag. 826. Not. col. 2. lin. 7. *Ex ipſa*. Lege: *En ipſa*.

Pag. 835. lin. 5. à fine, adde in margine: *Syracid.* XXXIII. 22.

Pag. 853. lin. 2. *Hermocratus*. Lege: *Hermocrates*.

Pag. 870. Not. col. 2. lin. 2. à fine: *Cotocotta*. Lege: *Corocotta*.

Pag. 892. lin. 7. à fine: repone in margine omiſſam deſignationem loci *Thucydidis*, reſpondentem figuræ † *Lib.* V. *Cap.* 79.

Pag. 905. lin. 2. à fine: *veterem & novam*. Lege: *veterem & notam*.

Pag. 910. Not. col. 1. lin. 1. poſt *Ed. Wech.* Adde: *Similia tamen verba habet etiam* APPIANUS, De Bell. Civ. *Lib.* II. *pag.* 522. *Ed. H. Steph.*

Pag. 933. Not. col. 1. lin. 1. poſt vocem *Philo*, adde: (*Pag.* 733. D.) Ibid. col. 2. lin. penult. *ἀχριβὴς*. Lege: *ἀκριβής*.

Ibid. in Contextu, lin. penultima: pone in margine deſignationem loci *Liviani*, à me jam reperti: *Lib.* VII. *Cap.* 40. in fin.

Pag. 935. Not. Col. 1. lin. 4. Dele à vocibus *Ante autem* &c. uſque ad lin. 9. voc. *Edit. Paris.* Jam enim, locum inſpiciendo, animadverti, apud *Philonem* agi tantum de Piis viris, non autem de omnibus hominibus in genere.

Ibid. col. 2. lin. 3. *ἄτιμον*. Lege: *ἄτιμον*.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

7a

Biblioteca de Catalunya

12 1a

Reg. 479.739

Sig. Res. 136-12

Digitized by Google

Digitized by Google